03.1.c.1.c.5

R. BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.

RACCOLTA
VILLAROSA

A
73

NAPOLI

Rac. Villarosa A. 73

Google

03.I.c.1.c.5

R. BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.

RACCOLTA
VILLAROSA

A
73

NAPOLI



Digitized by Google

Rec. Villarosa A. 73

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Q. CURTII RUFI,
HISTORIA
ALEXANDRI MAGNI.
Cum Notis selectiss. Variorum,
RADERI, FREINSHEMII
LOCCENII, BLANCARDI, &c.
Editio Novissima
cui accessit locorum difficiliorum
interpretatio.

AMSTELODAMI,
Ex Typographia BLAVIANA MDCLXXXIV.
Sumptibus Societatis.

BIBLIOTECA NAZIONALE "V. E. III" NAPOLI
Digitized by Google


Digitized by Google

In Clariſſimi Scriptoris

Q. CVRTII RVFI

Hiſtoriam de rebus geſtis Alexandri, nova recenſione editam.

QVI populos, qui regna ferox ſibi ſubdidit orbis
Primus, & incubuit gentibus, Aſſur erat.
Prævaluit mox Perſa potens; & Martia tandem
Perſarum tumidas Græcia vertit opes.
Gens genti ceu latro fuit. raptoque triumphans
Quilibet in ſocios miles & hoſtis iit.
Iſte furor Pellæ dominum ſuccendit. & enſes
Strinxit, ALEXANDER ſanguinolente, tuos.
Noluit Emathiis claudi tua gloria terris.
Effera trans Hellen caſtra Duceſque rapis.
Non ſatis Europa eſt juveni. Troeſque Phrygeſque
Et debellatos ſubruit ira Syros.
Imperii ſitis Euphratem trajecit, & ipſa
Viſa minus Babylon ambitioſa tibi.
In Carras Petramque furis, Medoſque Scythaſque.
Et ſpolium dextræ Bactra fuere tuæ.
Darium Porumque premis. Regumque Ducumque
Purpura veſano rapta furore fuit.
Jamque Clitum rabies, nunc ſuſpicioſa Philotam
Mens necat. & vivo Parmenione vales
Exſtincto minus. in terras graſſaris & urbes,
Sceptraque piratæ plurima more rapis.
Lyſimachus Pythonque favent, Perdicca, Seleucus,
Antipatrumque tui cauſa laboris agit.
Arrogat invisas auguſta ſuperbia voces,
Et ſobolem ſummi te cupit eſſe Jovis.

Digitized by Google

Rex moreris. Ducibus victus diſcèrpitur Orbis.
Inque novæ partis nomina mundus abit.
Hæc facunda refert laudati pagina Curtî,
Nec Macetûm ingentes vulti latuiſſe vices.
Rege triumphavit Magno res Theſſala. magni
Scriptoris faſtos belliger orbis habet.
Vos, quibus hæc Curti purgantur ſcrinia, Regem
Jurabo Macetis reſtituiſſe ſuis.

CASPAR BARLÆVS.

I. FREINS.

I. FREINSHEMII SVPPLEMENTORVM IN Q. CVRTIVM LIBER PRIMVS.

ALEXANDRI qui ademptum Persis imperium in Græciam intulit, vitam atque res gestas plurimi Græcorum memoraverunt. Ex quibus plerosque operum suorum spectatores; quosdam etiam socios atque ministros habuit: nonnullos, ut erat avidus mansuræ post mortem gloriæ, ad hoc ipsum evocavit, ut res suas traderent posteritati. Ceterum præter ipsam rerum magnitudinem, innata genti fabularum cupido effecit, ut eorum complures monstris quam vero similiora proderent. Iustin. 12. 6. 17.

fide autem dignissimi videntur Ptolemæus, qui postea regnavit, & Aristobulus. Etenim exstincto jam Alexandro sua edentibus metus & adsentationis causæ decesserant, quibus fere narrandarum rerum veritas conrumpi solet: nam Ptolemæum etiam regii nominis dignitatem mendaci historia polluere voluisse, quis crederet? Arrian. in præfat.

Vterque autem quum multis ad res Alexandri pertinentibus negotiis non interfuerint modo, verum etiam præfuerint; verissima præ aliis tradere potuisse liquet: Quoties igitur consentiunt, ceteris antehabuimus: ubi in diversum abeunt, ex copia rerum ea potissimum secrevimus, quæ diligenter inter se composita proxime ad rerum gestarum fidem videbantur accedere. Quod etiam post ætatem Alexandri alios Græcorum sequutos video, quibus aliqua veri cura fuit; & nuper ex Sicilia Diodorum. Quem maxime sequi videtur Curt.

Nam qui ex Romanis animum ad historiam applicuerunt, ii patriis rebus contenti, externa neglectui habuere: quia victoris populi gesta componentibus neque majestas rerum deerat; & plus utilitatis adlatura videbantur in eadem republica degentibus. Quorum studium ut laude dignissimum arbitror; sic extra reprehensionem fore confido, si nostris etiam hómini-

minibus oſtendam eum regem, qui unus omnium mortalium, intra breviſſimum ævi ſpatium, plurimum terrarum occupavit. quo adpareat, NON FORTE neque temere res humanas ferri; ſed plerumque fortunam pro moribus; neque diuturnam eſſe felicitatem, quæ virtute deſtituatur. Igitur Alexandrum omnibus ingenii fortunæque dotibus abunde auctum ornatumque fuiſſe comperio, quibus fatalem tantæ potentiæ virum oportebat inſtrui. Genus ab Hercule repetebant Macedonum reges; Olympias Alexandri mater initia ſuæ gentis ad Achillem referebat. Puero neque incitamenta exemplaque gloriæ; neque virtutis magiſter aut exercitatio deerant. quippe Philippus pater continuis bellis contemptam ante Macedonum gentem extulit, & coacta in ordinem Græcia, cunctis formidabilem fecit. Denique non ſolum operum poſt ſe geſtorum fundamenta poſuit; verum etiam quum decederet, Perſico bello intentus, delectus habuerat, commeatus, pecuniam, exercitum paraverat; & Parmenionis opera jam Aſiam aperuerat. Sed in eo rerum momento ſubductus eſt, ut & maxima gerendi belli ſubſidia filio; & plenam geſti gloriam relinqueret: quadam fortunæ induſtria, quam unus hic perpetuo obſequentem ſibi habuit. Cujus admiratione non poſtea modo, ſed ſtatim ab initio dubitatum eſt, rectiuſne foret, non per Æacidas aut Herculem, ſed ab ipſo protinus Iove, tanto homini divinæ ſtirpis originem aſſerere. Ipſe quidem, quum Hammonem Libycum adiret, ejus filium ſe appellari voluit, ut poſtea trademus. Ceterum *draconem in cubili matris ejus viſum, quem Iupiter induerit, eoque genitum fuiſſe Alexandrum*, multi crediderunt: *inſomniis etiam, vatumque reſponſis fidem generis factam: & quum Philippus Delphos ſciſcitatum miſiſſet, oraculo monitum*, ut Hammonem inprimis reverereretur. Nec deſunt qui *fabuloſum id quidem; non tamen adulterium matris falſo jactatum* aſſerant. *Quippe pulſum Ægypti regno Nectanebum, non, ut vulgo arbitrantur, in Æthiopas conceſſiſſe; ſed quum adverſus vim Perſicam in Philippo maxime præſidium ſperaret, in Macedoniam vectum, magicis præſtigiis inluiſſe Olympiadi, torumque hoſpitis temeraviſſe. Suſpectam quidem exinde Philippo, neque aliam tam intimam divortii quod inter eos ſequutum eſt, cauſſam, pro comperto poſtea fuiſſe. Etiam quo die Philippus Cleopatram domum deduxerat, Attalum ſponſæ avunculum, Alexandro*

Diod. 17. 1. Vellei. 1. 6. 6. Oroſ. 3. 12. Arria 2. 1. 34. Pauſan. lib. 1. Iulian. Cæſar.

Curt. 7. 1. 3.

Curt. 10. 5. 35.

4. 7. 30. Lucia. dial. mort. Silius lib. 13. Victor in Galerio. Dio Chryſoſ. orat. 4. Sido. carm. 2. & 9. Plut. c. 2. Iuſt. 11. 11. & 12. 16. Solin. c. 14.

Εὐσέϐ. λόγῳ α Anton. Otto Friſing. 2. 25. Cedrenus. Glycas.

Digitized by Google

dro natalium dedecus exprobrare ausum, ipso quoque rege ex sese genitum negante: denique de Olympiadis adulterio non in nostro solum orbe; sed apud devictas quoque nationes, pertinacem rumorem obtinuisse. Verum velandae ignominiae repetitum ex antiquis fabulis de dracone commentum: idem enim olim de Aristomene Messenio, de Aristomada Sicyonios jactavisse. Sane apud majores nostros de Scipione, qui Carthaginem prior adflixit, eadem ferme fama fuit: similisque divinitatis opinionem Romani modo principis ortus habuit. nam de conditore Vrbis Romulo quid attinet dicere; quum nulla gens tam vilis reperiatur, quae sui generis auctorem non faciat deum, aut deo editum? Ceterum Nectanebi fuga temporibus hisce non congruit: sexennis enim jam erat Alexander, quum ille ab Ocho victus, avitis opibus excideret. Nec ideo minus vanum est, quod de Iove fertur. Ipsa quidem Olympias dempto post mariti necem metu, adseverationem filii Iove se genitum credi volentis inrisisse dicitur, missaque epistola petivisse, *ne se, nihil tale commeritam, odiis Iunonis objectare pergeret.* Antea enim ipsa maxime fabulam confirmasse creditur; proficiscentemque in Asiam Alexandrum monuisse, *ut memor originis digna tanto genitore capesseret.* Verum tamen ostentis deum variisque praesagiis inter conceptum editumque partum significatum fuisse, quantus homo nasceretur, consensu traditur. Obsignatam Olympiadis alvum amulo, cujus sculptura leonem praeferret, per quietem Philippus vidit. Cujus rei memoriam servavit Alexandria, quam in Ægypto conditam, aliquamdiu Leontopolim appellavere. Nam de Alexandri magnanimitate & robore somnium illud interpretatus erat Aristander peritissimus vatum, qui postea comes ei haesit, sacrisque ejus praefuit. Qua autem nocte Olympias peperit, maximi per Asiam nominis templum Ephesiae Dianae ignis hausit. Intulerat eum cujusdam hominis perditi furor; qui comprehensus tortusque, non alia mente id commisisse fassus est, quam ut magno aliquo facinore memoriam sui diuturnam efficeret. Ergo tam foedi exempli cladem non istius tantum aedis damno aestimavere Magi, qui tum Ephesi degebant; verum pro majoris ruinae praesagio habentes, totam urbem moestis implevere clamoribus: *exortam alicubi facem, cujus incendio, simili ob causam, totus olim Oriens conflagraturus esset.* Forte per idem tempus Potidaeam Atheniensium coloniam Philippus subegerat; quum & Olympia quadrigis se vicisse cognovit: & à Parmenione, quem in

Iustin. 11. 11. 4.
Texcira Hist. Pers. 1. 22.
Liv. 26. 19. 6. Silius lib. 9. Agell. 7. 1. Valer. Max. 1. 2. 2. Quintil. 2. 4. Suet. August. c. 94.
Livius in praefat.
Plut. c. 3.
Agel. 13. 4. Solin c. 14. Plut. c. 3.
Plutarch. c. 2. Ephorus apud Tertull. de anima. c. 46. Steph. v. Ἀλεξάνδρεια. Eustat. ad Perieget. 254.
Plutarch. c. 4. Cicer. de divin. 1. 23. & de nat. deor. 2. 27. Solin. c. 43. Val. Max. 8. 14. Zonaras. Hier. adverf. Helvidium.
Plutarch. c. 4
Iustin. 12. 16. 6.

Illyrios miſerat, majoris momenti nuncius venit, *fuſis ingenti prælio barbaris, Macedonas proſpere pugnaviſſe.* Exſultanti tam læto ubique votorum exitu etiam de Olympiadis partu renunciatum eſt: nec dubitavere vates, *invictum fore, qui inter tot victoriarum palmas naſceretur.* Ferunt tot ſimul proſperarum rerum cumulo adtonitum regem, & invidiam Deum veritum, oraviſſe Nemeſin, *ut hoc fortunæ obſequium, modica aliqua calamitate ulciſci contenta foret.* Proditum etiam eſt memoriæ, *in oppido* * *Pellæ, duas aquilas in culmine domus, ubi puerum enixa erat regina, tota die perſedisſe, gemini per Europam Aſiamque imperii augurium id fuiſſe.* POST eventum facile interpretati ſunt. *Terram quoque tum moviſſe, magnamque tonitruorum fulminumque vim erupiſſe cœlo,* auctores habeo. Natus eſt * autem, ut accuratiores tradunt, incipiente Olympiade ſexta ſupra centeſimam, prætore Athenis Elpine, A. D. XII. Kalend. Sextil. quem tum menſem Macedones *Loum* vocabant: quo tempore pop. Rom. quadringenteſimum fere annum agens, vicinorum bellis exercebatur, & ſubjugando terrarum orbi quotidianis incrementis præludebat.

Plut. conſol. ad Apoll. c. 9. & Apopth. cap. 9.

* Mela 2. 3. Serv. ad Virg. Georg. 4. 278. Antonin.

* Ὀλυμπ. ἀναγεγρά. Bunting. Chronol. Iac. Cappel. in hiſt. ſacra & ex. Plutarch. cap. 4. Demoſth. de corona. Agell. 17. 21. Hiſtor. Miſc. 2. 4.

CAP. II.

AT Philippus auctus filio, de quo propter oblata tot omina ſpem ampliſſimam conceperat, in educationem curamque ejus omnes cogitationes convertit. Quippe vir prudens & amans patriæ, NIHIL molitionibus ſuis profectum facile ſentiebat, ſi rebus undique motis, hominem imperitum aut ſegnem Macedoniæ poſt ſe relinqueret. ſuam quoque gloriam haud durabilem futuram, ſi maximarum rerum inſtrumenta, quæ tanta induſtria parabat, ſucceſſoris inertia corrupiſſet. Legun-

Agellius 9. 3. tur inter epiſtolas ejus, venuſtatis & prudentiæ plenas, literæ, quas tum ad Ariſtotelem, qui cum Platone exercebatur, Athenas miſit, in hunc fere modum ſcriptæ. *Philippus Ariſtoteli ſalutem dicit. Certiorem te facio, filium mihi genitum eſſe. Nec perinde diis gratiam habeo, quod omnino natus eſt; quam quod te florente naſci illum contigit. à quo educatum inſtitutumque neque nobis indignum ſpero evaſurum, neque ſucceſſioni tantarum rerum imparem. Satius enim exiſtimo carere liberis, quam opprobria majorum ſuorum tollentem, in pœnam genuiſſe.* Neque fefellit eum opinio. Quippe puer Ariſtotele doctore diu uſus, ad res in ea ætate gerendas inſigne præſidium ſibi comparavit. Sed hæc poſtea acciderunt. interim conſtituti ſunt infan-

Curt. 3. 6. 1. ti nutriores atque pædagogi, Leonidas Olympiadis propinquus, & Lyſimachus Acarnan. Philippus nationis ejuſ-

ejuſdem adjectus, qui valetudinem pueri regeret: Hellanicæ (Dropidis erat filia, ex inluſtrioribus Macedonum feminis) corporis & morum recta temperie probatæ nutricis munus demandatum eſt. Hac cura paucos intra annos effectum eſt, ut jam tum polliceri videretur eum regem, quem poſtmodum exhibuit. nam & in puerilibus membris indomitus eminebat vigor; & eximiæ indolis argumenta ætatem longe prævenerant. Excellens nativa & genuina venuſtate corporis, cultum aſpernabatur; *ANXIAM forma curam fœminis convenire* dictitans, *quæ nulla alia dote* æque commendarentur: *ſi virtutis potiri contigiſſet, ſatis ſe ſpecioſum fore.* Fuit autem quum adoleviſſet, juſta membrorum proportione conſpicuus, artubus robuſtis, probeque compactis: vi tamen, quam ſpecie validior; quippe corporis ejus habitus intra proceritatem ſtetit. Cutem habuit candidam, niſi quod in malis, itemque pectore, grato rubore ſuffundebatur: capillum flavum, leniter intortum: naſum aquilinum: oculos varios, nam lævus glaucus fuiſſe traditur, altero nigerrimo. Inerat autem ipſis occulta quædam vis, ut ſine veneratione atque horrore quodam intuentium non adſpiceretur. Pernicitate pedum admirabili fuit; quam ut magnæ in expeditionibus utilitatis, etiam rex non omiſit exercere, ſæpeque cum velociſſimis ſuorum curſu certare viſus eſt: patientia laboris ſupra fidem eximia; qua ſæpe una, difficilimis temporibus, ſibi exercitibuſque ſuis ſalutem peperit. Exercitationibus crebris, & calidiſſima corporis temperie, adeo quidquid vitioſi humoris ſub cute conlegi ſolet, expugnavit; ut ſuavem ex ore membriſque exhalaret odorem, eoque etiam tunicas quibus uteretur impleret: ob eaſdem cauſas, ut quidam putant, ad vinum iramque proclivior. Viſuntur adhuc imagines ejus ſtatuæque, ſummorum artificum opera. ne enim vulgarium ſculptorum pictorumve temeritate oris ſui honor obſoleſceret, ſtudioſe cavit; *pœnam* comminatus, *ſi quis injuſſu ſuo conaretur.* Ergo abundante tum artificum copia, volentem unus Apelles pinxit, ſculpſit Pyrgoteles, Lyſippus & Polycletus ære duxerunt. *Citatiorem greſſum Leonidæ vitium fuiſſe*, * ferunt; *ex ipſius conſuetudine id hæſiſſe Alexandro: quod poſtea quum emixe vellet, corrigere non potuerit.* Equidem EDUCATIONI plurimum tribui debere non infiteor; ceterum hoc quidem naturæ potius adoleſcentis, quam adſuetudini deputo. etenim in homine velociſſimæ mentis, neceſſum erat, ut ardorem animi, corporis etiam motus

Iuſt. 12. 6. 10. Arrian. 4. 2. 12. Curt. 8. 2. 8.

Eume. Paneg. Conſt. c. 17. Ælian. hiſt. var. 12. 14. Arrian. 7. 15. 18. Solin. cap. 14. Curt. 3. 12. 16. 6. 5. 29.

Solin. c. 14. Plut. c. 5.

Tzetzes. Glycas. Æl. hiſt. var. 12. 14. Plut. de adul. & amici diſcrim. c. 29. & de animi tranquil. c. 20.

Plut. Symposſ. 1. 6. Apulei. 1. Florid. Horat. epiſt. 2. 1. Himerius apud Phot. Plin. 7. 37. 6. 35. 10. 25. 37. 1. 7. Cic. epiſt. fam. 5. 12.

* Hier. ad Lætam. Hinema. epiſt. 3. 1.

Digitized by Google

Plut. Pyrrho c. 14. & Alex. c. 5. & de fort. 2. 5. & Pomp. c. 2. Tzetzez Chil. 8. 200. & 11. 368. Victor in Caracalla. Hist. Misc. 10. 23.

sequeretur. Quem adeo non in vitio posuere successores ipsius, ut etiam studiose æmularentur; simul depressiore in lævum collo, obtutum ejus vibrantem, & elatiorem vocem imitati: quum animum non exprimerent. quippe plurimorum ex illis longa vita vix quidquam habuit dignum, quod cum hujus puritia compararetur. Neque enim quidquam aut loquebatur, aut agebat humile: sed dictis factisque par fortunæ suæ, vel etiam supra erat. Nam quum esset laudis avidissimus, non undecumque eam adfectabat, sed optimis quibusque comparari gaudebat: INGLORIAM ex vilibus palmam intelligens, tantoque inlustriorem victoriam, quanto quos vicisset pluris haberentur. Ergo dicentibus, *quoniam cursu plurimum valeret, debere profiteri nomen suum inter eos qui Olympicis ludis certaturi essent, cognominis sibi regis exemplo; magnam ea re per Græciam sibi famam comparaturum: facerem*, inquit, *si reges haberem adversarios.* Quoties aut præclara aliqua pugna Philippus vicerat, aut oppidum opulentum in potestatem redegerat; lætantibus aliis, ipse haud obscure indolescebat. exceptaque vox est querentis inter æquales; *nihil reliqui facturum patrem sibi ipsisque, quum adolevissent.* Quippe deperiturum gloriæ verebatur, quidquid adcessisset opibus. nec tam harum possessione quam istius cupidine movebatur. Somni natura parcissimus, etiam arte vigilantiam adjuvabat. si quid occurrisset, quod seria meditatione dignum videretur; comprehensa pila argentea, brachium extra lectum porrigebat, ut in subjectam pelvim inlapsa, excitato sonitu, torporem in somnum deficientis discuteret. Deos ab ineunte ætate magnifice coluit. Sacro quodam ita liberaliter thura flammis intulit, ut Leonidas vir severus & parcus, profusionem istam non ferens, exclamaret; *sic adolebis, quum regiones subegeris, ubi hæc nascuntur.* Cujus vocis memor, quum postea thuriferam Arabiam pacaret, multa odorum talenta misit Leonidæ, cum mandatis; *ne posthac in deorum honoribus adstrictior esse vellet, quos intelligeret dona hilariter oblata tam larga manu rependere.* Animi sublimis & magna conaturi documenta matura dedit. Persis ea tempestate Artaxerxes cognomento Ochus præerat. Eum Artabazus & Menapis satrapæ, Memnonque Rhodius, egregius dux, bello lacessiverant; sed potentia regis oppressi, deserta Asia ad Philippum profugerant. His tum Alexander septennis minor mire delectabatur; crebroque de rebus Persicis interrogabat, nihil quidem puerile & sordidum, sed *qui-*

Plut. c. 6. & de fort. Alex. 1. 13. & Apopht. c. 36. Herod. 5. 22.

Plut. c. 6. & Apophth. c. 36. Gregor. lib. 9.

Marcell. 16. 6.

Plut. c. 44. Apophth. c. 37. Plin. 12. 14. 17.

Diod. 16. 51. Curt. 6. 4. 25.

Plut. c. 7.

bus.

bus maxime firmamentis opes regiæ niterentur? quis armorum usus, quæ audacia virûs; quanta equis pernicitas esset? quot dierum itinere Macedonia distaret Susis? quæ regi morum via, quæque exercitatio corporis, atque opinio virtutis foret? Postea, quum deprecante fratre Memnonis Mentore, cujus sororem in matrimonio Arrabazus habebat, cum exulibus in gratiam rediisset Ochus, eosque à Philippo repeteret; Alexander legatos eximiæ in tantilla ætate indolis admiratione ita perculit, ut unus eorum in hæc verba prorumperet: *Hic quidem puer Magnus est Rex; noster vero, dives.* Hæc autem quum merito quidem naturæ suæ debere videretur, haut minus institutioni debuit. Nam pater satis gnarus, quantum Epaminondæ commercium sibi profuisset, quantoque plura eloquentia, quam vi confecisset, summa cura incubuerat, ut à tenera statim ætate liberalium artium studiis probe imbueretur. Igitur Aristotelem, magni nominis philosophum, ingentibus præmiis evocatum perpulit, ut etiam prima literarum elementa puero traderet. Nec abnuit Vir doctissimus, quum intelligeret, quantum esset à principio recte instrui multis imperaturum; FRVSTRAQVE contemni pro parvis sive quibus ad majora profectus non esset. Variis deinde magistris, ut alius arte excellebat, usus, non modo mentem egregiis implevit disciplinis; verum etiam corpus omnis generis exercitationibus, ad usum bellorum, & patientiam laboris edomuit: ne tum quidem vacuus, quum otiari videretur; quippe pila, vel saltatione virili, non tam laxabat animum, quam seriis obsequiis membra præparabat.

Diod. 16. 53.

Plut. de fort. Alex. 2. 24.

Diod. 16. 96.

Quintil. 1. 1. 20. Victor. ad Latam. Erasmus lib. 2. de ratione concion.

Dexippus apud Cedrenum. Plut. c. 70. Athenæus 1. 15. & 19. Dio orat. 2. Suidas v. Ὄχος.

CAP. III.

POstquam deinde ætas & ingenium paulisper adolevit, jamque severioribus studiis idoneus visus est, revocatum, qui tum apud Mitylenæos agebat, Aristotelem continuo secum habuit, donec post mortem patris rerum potitus, in Asiam transjiceret. Quo temporis spatio quicquid à tanto præceptore tradi potuit, perdidicit. Cognoscendæ rerum naturæ tanto avidius incubuit, quanto pertinaciore spe imperium universi orbis præceperat. Cujus indagationem postea quoque adjuvit, plane regio & animo, & sumptu. Aristoteli, quo naturas animalium certius atque perspectius commentari posset, tota Asia Græciaque parere jussit, quotquot venatu, aucupio, piscatuve vitam tolerabant, aut aliquam in ejusmodi negotiis peritiam adse-

Laert. in Arist. Ὀλυμπ. ἀναζήτ. Dionys. περὶ Δημοσθ. τέχν.

Plin. 8. 16. 5.

Athen. 9. 13. Plin. 8. 22. 15.

quuti fuerant. Constat in ejus operis impensas octingenta talenta philosophum accepisse. Adeo autem cognitionem illam dilexit, ut in eam sumptum faceret, curamque impenderet, cujus fructum visurus non erat. Post centum annos capti sunt cervi cum torquibus aureis, quos addiderat, ut vel posteri cognoscerent, quanta fides habenda foret iis, quæ de istorum animalium longævitate ferebantur. Sublimioribus quoque disciplinis, quas *acroamaticas* appellant, eruditum fuisse, ipsius testatur epistola: qua

Plut. c. 12. Agell. 20. 4. Zonaras.

queritur Aristotelem *dignitatem earum evulgatis præceptis profanasse*. Et ille excusavit; rescribens, ita libros illos esse editos, ut haberi possint pro ineditis. nec enim quemquam sententiam ipsorum magnopere percepturum esse, nisi quæ iis continerentur, jam antea didicisset. Idem, quum Rhetorica ab eo exigeret, solicite vetuit, ne aliorum etiam in manus pervenire pateretur. NEQVE enim minus honestis artibus, quam potentia ceteros præstare cupiebat: indignabaturque communicari

Aristot. c. 1. Rhetor. de Alex.

Plut. c. 13. Laert. in Arist.

laudem illam cum humilimis. Medicinæ quoque studio imbutum ab Aristotele filio medici, ex gente Asclepiadarum, fidem ipsius epistolæ faciunt. Eam autem philosophiæ partem, quæ sibi aliisque probe imperare docet, ita coluit, ut magnanimitate, prudentia, temperantia, fortitudine, quam armis & opibus instructior, tantam imperii

Plut. c. 13.

Persici molem subruere adgressus censeatur. Ipse quidem prædicavit, *non minus se debere Aristoteli, quam Philippo: hujus enim munus fuisse, quod viveret; illius, quod honeste viveret*. Ingenium tamen ardens ambitione, nimia honoris gloriæque prædicatione, quam inter genera bonorum referendam esse Aristoteles sciverat, elatum fuisse, ut

Ethic. 4. 7.

non modo imperii prorogandi gratia bella ex bellis sereret, verum etiam deus haberi vellet, quidam non immerito

Zamosc. analect. antiquit. Dariæ c. 11. Ælian. hist. var. 12. 54. Tzetzes Chil. 7. 140. Dio Chrys. orat. 2. f. Laert. in Aristot. Plin. 7. 29. 3. Val. Max. 5. 6. 5. ext. Plut. c. 51. adverf. Colotem.

credidere. Ceterum non solum imperante Alexandro eximio honore, maximisque muneribus affectus est Aristoteles; sed & vivo adhuc Philippo ingens institutionis suæ pretium tulerat: impetrato, ut in ipsius gratiam patria instauraretur. Olynthios Philippus acerrimos hostes expertus fuerat; nam vicini Macedoniæ, & potentia hactenus haud impares, ægerrime tulerant, sub rege bellicoso vastoque regni opes crescere, adcolis perniciem, aut servitium adlaturas. Ergo quo infensioribus animis certatum est; eo asperior victoria fuit. urbem captam direptamque solo æquavit Philippus; cives veniere. in reliqua etiam ditionis eorum oppida sævitum est. Inter quæ Stagiram, unde Aristoteles genus ducebat, par calamitas obruerat. Eam tum

regia

regis permissu atque opibus ex integro condidit; restitu- Plutarch. ad
tæque leges tulit; quibus postmodum usa est. Ita quam vers. Colot.
stantem florentemque tot fortium virorum manus ab ex- c. 50. Laer-
cidio prohibere non potuerant; eam incensam atque diru- tius.
tam unius civis excitavit ingenium. Quanti autem Aristo-
telem fecerit Philippus, hinc etiam æstimari potest, quod Plutarch.
sæpe filium monuit, ut sub tam idoneo magistro sapientiæ apophth.
gnavam operam daret; ne mox multa committeret, qua- cap. 33.
lium causa ipse pudore & pœnitentia augeretur. Igitur Casaub. in
postea quoque maximis rebus intentus Alexander, non Athenæum
omisit magistrum venerari, crebroque per litteras com- 14. 22. Proleg. not. in
pellavit hominem, nec disciplinarum modo arcana, sed Curt. c. 4. v.
& morum remedia petiit. Atque ille rescripsit, quibus Alexandri.
ipsius atque subditorum felicitati consultum opinabatur: Melanch. in
meminisset, TANTAM ipsi concessam esse potentiam, Chron.
ut prodesset hominibus, non ut eos laderet, ira quoque, Ælian. hist.
in quam maxime præcipitem noverat, *modum poneret;* var. 12. 54.
neque enim irascendum inferioribus: parem autem ipsi Rutgersius
esse neminem. Ad postremum tamen animo jam elatior var. lect. 1. 6.
spernere eum cœpit: præsertim quum ob Callisthenis exi- Plut. c. 13.
tum infestum sibi, & præter sapientiæ præcepta, etiam vin- & 94.
dictæ causa, ambitionem humanum fastigium despiceniis,
disputationibus exagitare crederet. Certe paulo ante mor- Plut. de prof.
tem, Cassandro objecta patri suo crimina purgante, ex- virt. sent.
clamasse fertur; *Aristotelica versutia machinationibus in-* c. 10. & de
structum venisse, ut justas aliorum querelas fallacibus ar- laude sui
gutiis eluderet. deinde *utrique, si vera quæ deferrentur* cap. 19. Plut.
comperissent, malum minatum esse: tam vehementi vultu, cap. 126.
ut diu post ejus interitum, quum forte Cassander, tum
rerum in Græcia potens, imaginem Alexandri Delphis
positam intueretur, revocatus in periculi sui memoriam,
toto corpore exhorruerit. Quæ res Aristoteli etiam ma-
gnæ infamiæ occasio fuit: quippe venenum quo Alexan- Curt. 10. 10.
der periisse creditus est, non alterius ingenio equinæ un- 16.
gulæ inditum, & Babylonem deportatum, rumor suspi-
catus est. Adamavit & musicam, eique seriam initio ope- Plut. Pericle
ram dedit: donec contumeliosa interrogatione patris, c. 2. Gregoras lib. 9.
ecquid puderet tam scite canere? velut artem suæ majestati Ælian. hist.
indecoram, negligentius tractare cœpit. Quo quidem var. 3. 32.
tempore magistro chordam quandam ex artis præscripto
pulsare jubenti, *quid autem referat*, inquit, *si hanc pul-*
savero! in aliam intendens digitum. At ille, *nihil referre* Dio Chrys.
futuri regis, futuri autem citharœdi referre, respondit. orat. 2.
Delectatus deinceps est masculo cantu, quum molles fra-
ctasque modulationes ut perniciem morum aversaretur.

Quo nomine maxime amplexus eſt Timotheum, artis ejus profeſſione celebrem. Ille enim accommodata ad ingenium, illius ſcientia, modo, quem *Phrygium* appellant, ita aliquando eum rapuit, ut tamquam divino inſtinctu exardeſceret animo, &, velut propinquo jam hoſte, ad arma capienda proſiliret. Eloquentiæ etiam ſub Anaximene Lampſaceno ſtuduit. quæ res poſtmodum incolumitatem urbi attulit, quum Perſarum opibus ſtudentem Alexander diruere conſtituiſſet. Conſpicatus enim Anaximenem extra mœnia prodeuntem, nec dubitans, quin pro patria deprecatum veniſſet, *Græcorum deos* teſtatus eſt, *non facturum ſe quod petiſſet*. Quo audito callidus ille rogavit, *ut Lampſacum dirueret*. Ille & jurisjurandi religione adſtrictus, & magis etiam præceptoris olim ſui ſagacitate dilutus, gratiam delictorum Lampſacenis fecit. Comœdos ut inſtituto ſuo parum congruentia tractantes, corrumpendiſque moribus natos, contempſit. Neglexit & pugiles, quamquam maximi tum in Græcia fierent. forte quod otioſos & ſaginæ addictos, valida membra ſpectaculorum potius ludibriis, quam patriæ neceſſitatibus commodare, non probabat. Reliquas artes, etiam quas ipſe non attigerat, impenſe fovit. Unde ex toto fere orbe paſſim ad ipſum confluebant, quicumque inſigni aliqua peritia præcellere ſibi videbantur: „eique vel ingenii ſui monumenta dedicabant; vel exhibito artis ſuæ ſpecimine. à munificentiſſimo regum, & cujus animo fortuna reſponderet, immenſas plerumque divitias conſequebantur. Etiam quos procul poſitos præclara eruditio aut virtus commendabat, iis ingentia munera ultro largiri conſueverat. Igitur tantus ea tempeſtate doctorum atque ſolertium hominum proventus fuit; ut vix ulla ætas bonis artibus copioſior exſtiterit. SOLENT enim ingenia moreſque componi ad principum mentem; omniſque fere temporum inclinatio regnantium infamia, vel decus eſt.

Suidas v. Τιμόθ. Dio pr. orat. 1. Eraſm. adag. *à Dorio ad Phrygium.* Plut. de fort. Alex. 2. 4. Pauſan. lib. 6. Val. Max. 7. 3. 4. Suidas v. Ἀναξιμ.

Athen. pr. lib. 13. Dio Chryſoſt. orat. 2. Plut. cap. 6.

Plut. de fort. Alex. orat. 2. Schoner. c. 1. Algebræ. Quintilia. 2. 20. 5. Vitruv. præf. lib. 2. Lucian pro imagin. Laert. in Xenocrate. Plut. adverſ. Colot. c. 50. & in Phocione. c. 120. & de fort. Alex. 1. 14. & 2. 1. & 4.

CAP. IV.

EX veterum monumentis nihil antehabuit Homero; quem unum omnem ſapientiam, qua imperia conſtant, optime complexum eſſe autumabat. adeoque eum cordi habuit, ut Græco cognomento *amator Homeri* diceretur. Libros ejus ſemper ſecum ferre ſolitus, etiam quum quieſceret, una cum pugione ſub cervicali reponebat; *militiæ ſuæ viaticum, & inſtitutionem bellicæ virtutis* appellans. *Achillem* prædicabat *felicem, quod tantum virtu-*

Dio Chryſoſt. tota orat. 2.

Plut. c. 13. & de fort.

virtutis ſuæ præconem inveniſſet. Reperto inter Damaſcenam prædam materiæ curæque exquiſitiſſimæ ſcrinio, & diſquirentibus amicis, *cuinam uſui convenientiſſime deſtinaretur?* ipſe, *Homero*, inquit, dedicabimus; *ut precioſiſſimum humani ingenii monumentum, elegantiſſimo etiam opere ſervetur.* Inde obtinuit, ut emendatiſſima poëtæ editio, quam magna cura comparaverat Alexander, *è narthecio* vocaretur, quippe ſcrinium illud, quum adhuc Perſarum eſſet, unguentis & odoribus adſervandis ſerviverat. Quidam proſpere geſtæ rei nuncius, quum citato curſu ad eum ferretur, dextramque porrigeret, vultu maximæ lætitiæ notas præferente: *Quid mihi nunciaturus es tanto gaudio dignum*, inquit, *niſi forſan Homerus revixit!* Sed tum eo jam felicitatis pervenerat, ut propemodum exſatiatæ gloriæ nihil deeſſe putaret, præter idoneum buccinatorem. Crebra autem lectione totum fere edidicit, ut nemo neque promptius eo familiariuſque uteretur; neque exactius de eo judicaret. Ex omnibus autem ejus carminibus maxime probabat verſum, quo boni ſimul imperatoris, robuſtique militis laudes Agamemnoni tribuuntur; cumque præcipuum virtutis incitamentum, & veluti morum ſuorum magiſtrum habuit. His itaque diſciplinis imbutus, ſummæ fortunæ vim atque dignitatem egregie tutatus eſt; ſuperbia & licentia, qua quidam ſola principes agunt, abſtinuit. Cultu curaque corporis haut multum ſupra privati modum eminens, virtute potius quam veſtium ornatu anteire ſuos, imperatorium cenſebat: hilaris, humanus, adfabilis; ut tamen contemptum excluderet: vino deditus; ſed citra ebrietatem. nam ſi otium nactus eſſet, ſermonibus magis quam compotatione tempus extrahebat. Voluptates ita contempſit, ut matri curam injiceret, ne plane ad generandum inhabilis eſſet. Illud inprimis religioſe tenuit, ne cujus thorum violaret. Quibus vitæ morumque inſtitutis diu inhæſit; magnumque & memorabilem regem egit: donec impetu quodam, & velut torrente fortunæ convulſus & mutatus, priſtinam animi moderationem paulatim exueret. Animi robur cum inſigni dexteritate, magna patris & aliorum admiratione oſtendit in equo bucephala; nam id nomen bubuli capitis figura inſignitus acceperat. Plurimum tum equeſtri laude pollebat Theſſalia? nobiliumque equorum greges multis locis alebantur. Eminebat tamen inter omnes viribus & ſpecie bucephalas, quem Philonicus ex Pharſalia oriundus, maximo in illis regionibus principe dignum exiſtimans,

Alex. l. 4. Vopiſc. pr. Probi. Cicero pro Archia cap. 10. Plut. c. 44. Strabo lib. 13. Plutarch. c. 13. Plin. 7. 29.

Lucian. dial. mort. Plutarch. de fort. Alex. l. 13. Homer. Iliad. 3. 179.

Curt. l. 6. 19.

Athen. 10. 10. Plutarch. Apophth. c. 36.

Scholiaſt. Ariſtoph. in nubib. Plin. 8. 42. Iuſtin. 7. 6. 8. Plin. 8. 42. Plut. c. 9.

mans, ad Philippum adduxerat, ſedecim talentis venalem. Quum autem velocitatem equi obſequiumque experturi in campum deſcendiſſent; nemo amicorum ſatellitumque regis tractare eum potuit. quin inſurgebat in omnes, & conſcendere conatos ferocia exterrebat. Iamque pro indomito, & ob feritatem inutili, relinquebatur; quum ſuſpirans Alexander, *Qualem iſti equum perdunt, per mollitiem animi, & tractandi imperitiam!* Quo ſæpius repetito à patre increpitus, *quod ob negotium, quòd emendare non poſſet, majores peritioreſque conviciis inceſſeret; ego vero*, inquit, *emendabo pater, ſi permiſeris.* Atque illo ſubjiciente; *fruſtratus autem quam pœnam pendes? equi*, inquit, *precium tuam*; exortoque omnium riſu, convenit, *ut victor equum patre emente haberet, victus amitteret pecuniam.* Tum Alexander comprehenſis equi habenis, eum ita ſtatuit, ut in adverſos ſolis radios converſus, umbram ſuam conſpicere non poſſet: ea enim antea exterritum acrius ferociſſe obſervaverat. quumque nihilominus æſtuaret, jubam demulcens, demiſſaque ſenſim chlamyde, in ſævientem adhuc inſilit. Ille parendi inſolens cervicem & calces jactare, multaque pervicacia contra frenum niti; denique proripere ſe conari, & ingenti violentia curſum moliri. Spatioſa & equitabilis planicies ſuberat; ergo ferocientem exultantemque effuſis in collum habenis, adactiſque calcaneis cum ingenti clamore in curſum permittit. Ingens deinde campi ſpatium evectus, jam laſſatum & conſiſtere volentem impellere non antea deſtitit, quam exhauſtum curſu, & labore domitum, manſuetiorem jam mitioremque reduxiſſet. Deſcendentem manantibus gaudio lachrymis complexus eſt pater; oſculoque capiti impreſſo, *majus imperium ſibi circumſpicere* juſſit, *nec enim Macedoniæ regnum tantam indolem capere.* Poſthæc * bucephalas quum in ceteros ferociam ſuam retineret, uni Alexandro mira ſubmiſſione paruit; multorumque mox laborum atque diſcriminum ſocius, in prælio adverſus Porum periit. Dignum id argumentum viſum eſt, quo inluſtrarent opera ſua nobiliſſimi artifices. * duas ex marmore ſtatuas equum domantis oſtentant; Praxitelis & Phidiæ certamen. Alexandri eas imagines eſſe, quamvis ambigi poſſit, auctores haud obſcuri crediderunt.

* Curt. 6. 5. 18. 8. 14. 34.

* Blondus l. 1. Romæ inſtauratæ. Merulæ Coſmogr. in regione urbis ſexta. Ant. Lafrerus Sequanus formis æneis excudit Bern. Gamucci lib. 3. dell' antichità di Roma. Roſin. antiquit. 1. 6.

CAP. V.

Plut. cap. 14.

HIs atque talibus ingenii animique experimentis eam apud Philippum exiſtimationem nactus eſt, ut quum

quum ipſe Byzantinos obſidione urgeret, idoneum jam crediderit filium, cui libera cum poteſtate Macedoniæ curam committeret, annos omnino ſedecim habentem. Quo comperto Medarorum quidam, Thracia natio, Macedoniæ ſubjecta, opportunum defectioni quam dudum agitabant tempus adveniſſe rati, conſilia nudavere. Sed adoleſcens oſtentandæ virtutis occaſione lætus, cum ducibus à patre relictis propere in eos movit: victiſque & ejectis rebellibus, urbem eorum varii generis convenis habitandam dedit: illi Alexandropolin ex nomine auctoris ſui appellavere. Philippus eventu rei gaudens, ceterum ſolicitus ne ſuo arbitrio permiſſus adoleſcentis animus, majora viribus cum exitio capeſſeret; evocavit eum, ut ſe magiſtro, ardorem prudentia temperare diſceret: & in ſubigendis Cherſoneſi oppidis, ſtrenua prompta que opera ejus uſus eſt. Ceterum quum ad Byzantium, validam urbem, hæreret obſidio, civibus egregie pro libertate pugnantibus; *iiſque Græci barbarique, quibus incrementa Philippi ſuſpecta erant, certatim auxilio venturi* nunciarentur; deſperata victoria, id unum agitabat, quanam ratione quam minimo copiarum atque famæ damno ab obſidione diſcederet. Imperabat eo tempore Getis, Scythico populo, Atheas: qui armis Iſtrianorum preſſus, auxilium à Philippo petiverat, ſpe adoptionis facta, ſi feſſis Getarum rebus ſuccurreret. Idem quum hoſtium imperator deceſſiſſet, belli metu liberatus, Macedonas vacuos remiſerat, negans *vel ipſorum auxilio, vel adoptione Philippi eguiſſe; cui adverſus hoſtes ſatis propriarum virium, & in ſucceſſionem regni filius eſſet.* Eam barbari contumeliam ulturum ferens Philippus, omiſſo Byzantio in Schythiam convertit agmen. Vbi conſerto prælio, quum numero ſuperiores Scythæ eſſent; nec virtutis pœniteret, arte Philippi Macedonibus victoria ceſſit. Cujus omne precium pecorum equorumque maximi greges, & infirmioris ætatis ſexuſque captivi fuere: ceteræ prædæ nihil exceptum eſt, quippe opibus minime ſtudebant Getæ; ſed quotidiano victu contenti, pauperratem inter vitæ commoda numerabant. Ceterum quum ex Scythia regrediens, longo impedimentorum agmine, per Triballos iter faceret; illi opportunis locis occupatis tranſitum negabant, niſi prædæ partem accepturi. Erant in exercitu Philippi mercenarii Græcorum milites, qui & ipſi, quum in diſcriminis partem veniſſent, commodorum exſortes haberi moleſte ferebant. Inde orta ſeditione ad manus ventum eſt: tam acri certamine, ut multis utrimque

Paul. Diac. de geſt. Longobard. 5. 40.

Stephanus v. Ἀλεξανδρεια.

Iuſtin. 9. 1. 2.

Iuſtin. 9. 2. Oroſ. 3. 13.

Otto Friſing. 2. 24. Iohan. Magnus hiſt. Goth. 3. 10. Æſchines contra Cteſiphontem.

Curt. 8. 1. 24.

Digitized by Google

que cadentibus etiam rex fauciaretur; transfosso femore, eodemque vulnere interfecto equo: tanta vis adacti teli; tantaque virtus inferentis ictum fuit. Ibi tum ante omnes prosiluit Alexander, jacentemque clypeo protegens, inruentium in eum alios occidit, alios avertit in fugam. Ita filii pietate servatus est, abscedentibus qui oppressuri fuerant; eo promptius, quod interfectum crediderant: sic ipsi vulneris atrocitati vitam debuisse visus, mortis opinione mortem effugit. præda inter consternationem amissa est. Ceterum ex vulnere claudicare coactus, quum initio eam corporis deformationem ægro animo ferret, memorabili ad posteritatem adolescentis voce monitus est, *non iratsci vulneri, cujus opera ad singulos gressus fortitudinis admoneretur*. Satis jam gloriæ potentiæque Philippo quæsitum erat; satis etiam periculorum atque vulnerum pertulerat, si quietem pati posset animus ambitione vecors. Tributarios Illyriorum Macedonas, omnium non vicinorum modo, sed etiam longe dissitorum dominos effecerat: Triballos subegerat: Thraciam habebat in potestate: multis Græcorum populis imperabat, alios metu, aut largitionibus tenebat obnoxios. Thessalos Daochus, Cineas, Thrasydæus, cum Eudico & Simo Larissæis; Arcades Cercidas, Hieronymus, Eucalpidas: Argivos Myrtis, Teledamus, Mnaseas; Eleos Euxitheus, Cleotimus, Aristæchmus, regio jugo subdiderant: Messenios Philiadæ liberi, Neon & Thrasylochus; Sicyonios Aristratus & Demaratus; Megarenses Prœodorus, Helixus, Perilaüs; Eubœenses Hipparchus, Clitarchus, & Sosistratus, suæ quique civitatis principes, conciliabant: Olynthum Euthycrates & Lasthenes prodiderant. Una Spartanorum civitas veteris disciplinæ egregie tenax, & proditionis immunis fuit. Sed quum imperio totius Græciæ immineret, Athenienssium maxime opes morari destinata cernebat, nec deerant in civitate qui res ad ipsum traherent; sed populus, qui omnia poterat, impellente Demosthene contra Macedonum opes nitebatur: crebrisque ut inter potentes vicinos contentionibus, ingenium Philippi callidum, audax, & ob dominationem fidei famæque negligens cognoverat. Maxime urebat regem recens dolor, quod ad Byzantium, Athenienssium opera, spe sua excidisset: qui non modo centum & viginti navium classem obsessis auxilio miserant; sed & Chius Rhodiisque eadem audendi auctores fuerant. Igitur dum percuratur vulnus in Triballis acceptum, omnia occulte præparabat, quo Athenienses improvisus opprimeret, exercitum retinenti ob-

Plutarch. de fort. Alex. 1. 23.

Demosth. de corona. Curt. 10. 2. 23.

Demosth. de corona. Plut. Demosth. cap. 24.

Demosth. de falsa legat. Diodor. 16. 54. Pausan. lib. 7.

Demosth. de corona. Diodor. 16. 78.

Digitized by Google

obtentui erant Illyriorum nationes, quæ ingenio feroces, & servitutis insuetæ, impositum nuper jugum excutere tentabant. In eos Alexander missus, barbaris fusis fugatisque, eam de fortuna atque virtute sua spem, & reliquis fecit, & ipse concepit, ut jam sine patre rebus gerundis se parem existimaret. Hæc per biennium gesta. Philippus autem præparatis omnibus, quæ olim destinaverat exsequi maturum ratus, exoptatissima occasione oblata, ante initium veris cum exercitu in Græciam venit: convocatis etiam ex Peloponneso copiis sociorum. Quippe Amphictyonum decreto creatus erat imperator Græcorum, ut insolentiam Locrorum, qui Amphissam incolunt, castigaret: namque Cyrrhæum agrum Apollini dicatum, Amphictyonum auctoritate contempta, colere perseverabant, ducemque ab his creatum, interemtis quibusdam, vulneraverant. Erat tum Philippo fœdus cum Athenensibus, sed parum in eo præsidii futurum arbitrabantur, si regi violandæ fidei merces adfulsisset. Igitur legatos ad ipsum mittunt, petituros *ut pactis staret; aut certe ante ver adultum nihil hostile moliretur. deliberaturum interea populum Atheniensem, qua ratione controversiæ*, quæ inciderant, *componi possent*. Thebas quoque legationem decernunt, quæ exposito *communi periculo*, hortaretur *ut simul cum ipsis tutelam Græciæ susciperent*. Sed Philippus per hospites & amicos, quorum Timolaüs, Theogitonque & Anemœtas plurimum apud cives suos poterant, Thebanos in amicitia Macedonum continuit. Ratusque si cum solis Athenienſibus futura res esset, facile se superiorem fore, victis ad Amphissam Locris eorumque sociis; in Phocidem raptim ducto agmine, Elateam finibus Thebanorum simul Athenienſiumque imminentem occupat, impositoque præsidio, velut in belli sedem, operibus munit. Ejus rei nuncius noctu Athenas perlatus tanta trepidatione urbem implevit, ut quum primo diluculo populus in concionem veniſſet, invitante ex more præcone, *qui salutare patriæ consilium haberet, uti diceret*, nemo surrexerit. Donec Demosthenes congruentia tempori differens, persuasit, *ut è vestigio classis & exercitus educerentur; & legati tum ad ceteros Græcos, tum imprimis ad Thebanos mitterentur*. in hanc sententiam decreto facto, Chares & Lysicles copiarum imperatores constituti; Demosthenes legationis ad Thebanos princeps ire jussus est. Non fefellerat ea res Macedonis solertiam, satisque prospiciebat, quanta belli moles oritura esset, si inter istos populos fœdus convenisset.

Curt. 8. 1. 25.

Æschines contra Ctesiphontem.

Demosth. de corona.

Plutarch. Demosth. c. 24.

Diodor. 16. 86.

Quippe

Quippe Athenienſium civitas tunc etiam opibus & auctoritate ſatis pollebat: nec Thebanorum aut potentia contemnenda erat, aut opinio: necdum exoleverat memoria Leuctricæ pugnæ, qua principatum Græciæ Lacedæmoniis extorſerant. Igitur ut & ſociorum confirmaret animos, & diverſæ factionis machinationes præverteret, Amyntam & Clearchum Macedonas eo miſit; addito, cujus eloquentiæ plurimum fidebat, Pythone Byzantio: quem in concilio Bœotorum ita loquutum accepimus.

Ptobus Epaminonda.

Plutarch. Demoſth. c. 24. Diod. 16. 86.

CAP. VI.

SI Philippo in Macedonia deſidente, Elateam Athenienſis exercitus haberet; neque vobis ullum cum rege fœderis aut amicitiæ jus eſſet: tamen dubitare non debeo, quin illius ſocietatem eſſetis optaturi. quis enim illum tanta potentia, tantiſque rebus geſtis, civitati fama quam viribus validiori non præponeret? Nunc autem quum illo, qui victricibus copiis velut veſtibulum urbis veſtræ obtinet; ſocio atque amico utamini; ab Athenienſibus multis veteribus atque novis injuriis affecti ſitis; horum amicitiam, neglecto rege, vobis ſuadere, profecto contumelia eſt. Thebani. Sed ſuperbiſſimi mortalium ſibi ſolis ingenium conſiliumque ſupereſſe autumant; reliquos, & inprimis Bœotos (vobis enim præceteris inſultant) ineptos & rudes eſſe, nec quæ utilia honeſtaque factu ſint, dignoſcere. Itaque quo nihil eſt dementius, id ſe vobis perſuaſuros putant, ut ex ipſorum potius arbitrio, quam utilitate veſtra hoſtes atque amicos habeatis; verbis conſiſi, in quibus omnis ipſorum vis eſt. Sed VERBA nemo ſanus ante facta habuit; præſertim in bello, ubi res manu geritur; linguæ promptitudo ſupervacanea eſt. Vt ſibi diſerti videantur, virtus & fortuna Philippi, tantis ſuis ſociorumque viribus ſubnixa plus poterit. Nec enim facile dixerim ſtolidior an impudentior ſit eorum poſtulatio. Intentatum Atticæ fulmen excipite Thebani: ſocio atque amico regi bellum cum exitio veſtro facite, ut nos in tuto ſimus: veſtros agros, veſtra corpora objicite, ne injuriarum ſuarum vindictam ab Athenienſibus Philippus exigat. *Haccine ſunt poſtulata hominum, qui aut ipſi ſano judicio utantur, aut alios uti credant! Qui modo nullam premendi vos occaſionem prætermiſerunt; qui vos contumeliis, injuriis, armis quantum potuerunt perſequuti, veſtras clades atque pericula felicitatem ſuam rati ſunt: ii nunc à vobis petere audent, ut cum ipſis*

Iuſtin. 5. 3. 5. Plutarch. Alcibiad. c. 4.

Liv. 21. 20. 1.

peri-

perire malitis, quam cum Philippo vincere. At iſte hoſpes & alumnus veſter, educatus in contubernio Epaminondæ clariſſimi imperatoris, ſanctiſſimique viri, cum ipſius moribus à tenera ætate caritatem urbis veſtræ imbibit: veſtras & Apollinis injurias Phocenſi bello ultus eſt; quum Athenienſes odio veſtri ſacrilegis auxilia mitterent: iterum communi Amphictyonum decreto exoratus, ejuſdem numinis contumeliam in Locros vindicavit; huc quoque profectus eſt, ut veſtris commodis conſuleret, non abſceſſurus, donec vos metu æmulæ inimicæque civitatis ſolverit. Id ſive communibus conſiliis viribuſque lubet exſequi; non vetat, quo minus in prædæ verius quam belli ſocietatem veniatis; ſive quieſcitis, tranſitum concedite: ipſe communium injuriarum idoneus ultor erit. neque minus ad vos redibit emolumentum victoriæ: greges, armenta, mancipia quæ ex hoſtibus capientur, maxima ex parte penes vos, ut vicinos, erunt: inde Phocenſis belli damna ſarcietis. Id magis ex uſu veſtro ſit, an veſtros agros uri, veſtra oppida expugnari, incendi, diripi, veſtras denique res agi ferrique, quod Athenienſes optant, expendite. Nam IRACVNDA res eſt ſuſpectus immerito candor, quoque pronior benivolentia fuerit, acrioribus ſtimulis in vindictam agitur. Ceterum hæc ita refero, non quo vobis ingratitudinem exprobrem, de qua nihil vereor; nec ut formidinem incutiam, quæ nihil opus futurum exiſtimo: ſed ut Philippi in vos beneficia, & vicißim in illum veſtra cogitantes, admoneamini, EA DEMVM firma atque perpetua eſſe fœdera, quæ ſervari utriuſque interſit. Quod ſi majora ſunt illius merita, vobis curæ erit, ut mutuo in illum animo ſitis: ille maximum laborum præmium putat, ſubveniſſe Græciæ, pro cujus ſalute atque dignitate perpetua cum barbaris bella gerit. Atque utinam illum Athenienſium furor ingenio ſuo uti paſſus eſſet, jam in Aſia audiretis arma ipſius eſſe, quæ nunc coërcendis improborum motibus, invitus per Græciam circumferre cogitur. Poterat quidem amicis Athenienſibus uti, niſi huic Demoſtheni, atque aliis quibuſdam, qui imperitam multitudinem, ut expoſitum ventis mare, orationum ſuarum aura, quo volunt, impellunt, vectigalem ſe facere indignum, uſuque & exemplo fœdum exiſtimaſſet. Quippe ſi apud illos honeſtati pretium eſſet, gratuito boni forent QVIBVS honeſta vendere mos eſt, ſi eadem flagitii merces detur, utilia à noxiis, recta ab inhoneſtis non diſtinguunt: lucro, non affectu virtutis aut patriæ, neque deorum hominumve reverentia ducuntur. Nolite honeſti aliquid aut egregii exſpectare ab his hominibus:

Iuſtin. 7.5.3.

Plutarch. Demoſth. c. 24. Iuſtin. 8. 1. 11.

Demoſth. de corona.

Demoſth. de Haloneſo. Literæ Phil. ad Athen. apud Demoſth.

bus: veſtris utilitatibus non moventur, qui patriæ tam male conſulunt. Implicare vos volunt iiſdem calamitatibus, ex quibus modo Macedonum virtute atque fide liberati eſtis: tantoque majoribus, quanto formidabilior hoſtis futurus eſſet Philippus, quam Philomelus, aut Onomarchus fuere. Nam in PRECARIO imperio etiam boni ducis conatus haud minus cives quam hoſtes prædiunt: regum juſſis nemo intercedit, nemo refragatur: unius arbitrio cuncti reguntur. In quo, quantum in rebus bellicis momentum ſit, non ignoratis. Nec jam in uno corpore Macedonibus id præſidium eſt. Philippum etſi fatum auferret, Alexander regenerat. qui jam in adoleſcenti hac ætate, ea animi ingeniique documenta edidit, ut prope conſtet, ſummis imperatoribus parem eſſe futurum. Contra apud Athenienſes pacis bellique arbitrium, quia penes omnes eſt, velut in medio poſitum audaciſſimus quiſque ad ſe trahit; impetu magis quam conſilio cuncta aguntur: homines maligni ſuadent, imperiti decernunt: bellum ſumitur animoſius, quam geritur: fœdera haud minori facilitate quam junxere violant. Nam & cum Philippo fœdus ipſis eſt. quod quam ſancte ſervent, re ipſa declarant. nec enim pro ſe fidem violaſſe ſatis habent; niſi per ipſos latius ſerpat iſta contagio. Veſtra autem conſtantia, Thebani, qua non minus quam rebus fortiter feliciterque geſtis magni clarique habemini, non ſinit ambigere, quin multis experimentis cognitam regis amicitiam, ſemper infeſtæ æmulæque civitati prælaturi ſitis. Neque vero averruncator malorum Hercules ſiverit, ut quem indigenam civemque deum præcipuæ religione colitis, ejus ſanguinem impio injuſtoque bello perſequamini. Nam ceteros quidem ſocios, quam amicitiæ regiæ non pœniteat, ex ipſis vos malo cognoſcere. Hæc Python. Auditi dein ſociorum legati, prolixe commendato regis animo, petiverunt, *ut ipſum potius Græciæ vindicem, quam perturbatores ejus Athenienſes ſequerentur.*

Demoſth. de corona.

CAP. VII.

AT Demoſthenes facta dicendi poteſtate, *Non ignorabam,* inquit, *iſtos Philippi mercenarios, neque laudibus in ipſum; neque in nos conviciis eſſe temperaturos. nam QVI PVDOREM conſumpſerunt, quid loquantur aut faciant parum penſi habent, dum cupitis potiantur. Sed illi quidem, ſi bene vos novi, Thebani, ſpe ſua egregie falſi, dignum virtute veſtra, Græcorumque moribus, reſponſum ad Macedonem referent: vos autem ad ea quæ nunc agenda ſunt*

Digitized by Google

ſunt, animum diligenter advertite. nam veſtrorum quoque negotiorum ſummam nunc agi ipſis rerum argumentis oſtendemus, non verborum præſtigiis, quibus iſti vereri ſe dicunt ne capiamini. Sed quando ſic pro vobis ſunt ſolliciti, ponant metum, nihil faciemus quo eloquentiores videamur. malam quandoque cauſam adjuvit facundia: VBI NVDAM veritatem ſpectari dicentis intereſt, verba nemo prudens appendit. Nec de Philippo laboramus; ſit ſane per nos qualem iſti fingunt: ſit etiam pulcher, eloquens, atque adeo in conviviis etiam hilaris. nam & hinc eum commendavere quidam; adeo inanem veræ gloriæ fatebantur. Ceterum legatos ejus miror ea civitati noſtræ coram vobis objeciſſe, quæ ſi crimina ſunt, non magis Athenienſibus, quam Thebanis, defendenda eſſe, in confeſſo eſt. popularis enim ſtatus incommoda exagitant: quæ licet non ignoremus utrique, tamen regio dominatui merito præferimus. Atqui illi ſic loquuti ſunt, tamquam in circulis & conviviis Macedonum adulatione gratiam quærerent; non apud liberam civitatem officio legatorum fungerentur. Scimus quidem regum regiorumque mancipiorum adverſus gentes urbeſque liberas pertinacia odia; & ſimpliciter fecerunt iſti, qui detegunt: ſed eo magis adnitendum nobis eſt, Thebani, ut jura legeſque noſtras tueamur. Et optandum inprimis eſſet, ut qui rempublicam attigerunt, iis unum idemque pulcherrimum certamen foret, quinam rectius civitati ſuæ conſulerent, aut conſulta exſequerentur: nemo communia commoda poſthaberet privatis; nemo acciperet munera; nemo iſtorum exemplo patriam Philippo proderet. Verum, Thebani, NVLLI unquam non civitati modo, ſed etiam homini integra perfectaque felicitas obtigit: beatiſſimus habetur, cujus fortuna minimum ex adverſo trahit. Malos autem nobis cives eſſe, neminem fugit: ne vos quidem caruiſtis, aut caretis, Thebani: nam ſine eo eſſet, non jam Elateæ Philippus libertati noſtræ plagas tenderet; ſed de regno Macedoniæ nobiſcum decertaret. Habemus tamen & bonos; eoſque plures malis, & potiores. Argumentum poſcis? liberi ſumus: non ſervimus Philippo, ſicut tu Python Byzantios tuos ſervire voluiſti; tu autem Daoche, & tu Thraſidæe Theſſalos regi vendidiſtis. Theſſaliam enim ſervitute Philippi premi, videtis Thebani, & niſi fallor, juxta nobiſcum ingemiſcitis: Byzantium, quantum in Pythone fuit, idem manebat exitium, quod Olynthus perpeſſa eſt: nos liberavimus. Quippe Græciæ civitatem, cum maxime ſociam atque fœderatam, ille religioſus atque venerabilis adſertor Græciæ nec opinantem opprimere ad- Plutarch. cap. 24. Demoſth. de coron. Ὀλυμπ. ἀναγκ.

greſſus fuerat. Hæc eſt nimirum præclara ipſius prudentia. calliditatem pro ingenio habet: perjurium artem putat: perfidia tamquam virtute utitur. Aut dicat denique quo alio pacto formidabilem illam potentiam nactus eſt: ſi Græcos fraudibus, inſidiis, proditione non cepit; ſi barbaros etiam non auro magis quam ferro vicit; ſi denique cuiquam mortalium aut fidem dare gravatus eſt, aut datam fallere non ſuſtinuit. Iſtis tamen ille Græciæ vindex, nos perturbatores ſumus! Sed quid iſtos pudeat, qui ſua crimina nobis objectare malunt, quam non admonere vos eorum, quorum ipſi manifeſti ſunt? Si quis captorum munerum aut proditionis reus eſſet, illum tuendo, propugnando, legibus & pœnis eripiendo, veſtrum negotium ageretis: nunc alios accuſando, in vos ſententiam dicitis. Quod ſi ignari, quorſum ea res pertineret, id admiſiſtis; prudentiam in vobis requiro: ſi ſcientes prudenteſque; verecundiam. Pro mea, quique in eadem mecum cauſa ſunt, innocentia ſuffecerit, quod nos à Philippo nihil accepiſſe ipſi fatemini. nec enim ſi quid petiviſſemus, vacuos abire paſſus eſſet liberaliſſimus rex, ut à vobis quidem prædicatur. An qui vos corrupiſſe operæ precium putavit, nobis, etiam petentibus, non largiretur? At Thebanos modo monuiſtis; ne conſilium eorum ſequerentur, qui patriæ male conſuluerunt. Ego vero deſino adverſari illis, Thebani, ſi ita ſentiunt: in ipſorum opinionem tranſeo; voſque quanto maximo poteſt opere hortor, oro, obſecro, perque veſtram & communem Græciæ ſalutem obteſtor, ut hoc ipſorum decretum amplectamini. Id ſi feceritis, neque pecorum atque armentorum gratia vos ipſos venire patiemini; neque ut ergaſtulis ager veſter frequentetur, inter cetera Philippi mancipia Pæonibus & Triballis ſervietis. Nam iſti greges & mancipia intueri vos jubent, egregia ſervitutis præmia; uxores, liberos, parentes, libertatem, famam, fidem denique & fas Græcorum vilia habere. Hæc enim profecto perdidiſtis, Thebani, niſi fraudi violentiæque Philippi una nobiſcum reſiſtitis. Quod ſi alienis laboribus tutos vos fore perſuaſum habetis, vereor ne magnopere decipiamini. Etenim (quod abominor) Philippo victore, cui dubium eſt, quin neque vos, neque quiſquam Græcorum libertatem tueri poſſitis (nam in fide Philippi multum reponere, eorum eſt qui perire velint); ac ſi nos Victoria reſpexerit, quid ab hominibus, quos in extremo ſalutis atque dignitatis diſcrimine deſeruerit is, exſpectandum vobis putetis, conſiderate. Nam quæcumque vobis ſententia ſederit, Athenienſibus certe omnia experiri, neque libertatem prius quam vitam amit-

*amittere decretum eſt. Quamquam etiam viribus non diffidimus: quibus ſi veſtras ſociatis, conjuncti utique ſuperiores erimus hoſti, cui ſinguli pares eſſe poſſumus. Non ignoramus potentiam ejus Athenienſes, quam olim naſcentem augeſcentemque prævidimus; &, ſi ceteris Græcorum eadem mens fuiſſet, præcaveramus. Diu enim bellum cum eo geſſimus, non de Amphipoli, aut Haloneſo, ut pleriſque credebatur; ſed pro ſalute & libertate Græciæ: donec deſtituti ab omnibus; à nonnullis etiam oppugnati, pacem neceſſariam magis quam honeſtam fecimus. Sed nunc, opinor, præſes arcis noſtræ Minerva, & Apollo Pythius patrium nobis numen, ceterique Græcorum dii * aperuerunt oculos, & in vindictam avitæ libertatis populorum ſuorum animos excitant. Certe Herculem non ſine indignatione verba legatorum audiviſſe arbitror, Philippo ſtirpem ab illo deo repetentium. Ille enim adgnoſcat deus, omnium religionum contemptorem; Græcus, Macedonem; tyrannum, oſor, punitor, exſtirpator tyrannidis! Nullo enim alio argumento clariora ſunt Herculis opera. at ille Græciam dominatu premit; quibuſdam etiam civitatibus domeſticos tyrannos impoſuit, Philiſtidem Oreo, Hipparchum Eretriæ, Chalcidi Tauroſthenem. Ergo jam * Eubœi, Achæi, Corinthii, Megarenſes, Leucadii, Corcyræi nobis favent: alii fortunam ſpectant, * quæ hactenus unicum Macedoniæ potentiæ vinculum fuit, quo leviter abrupto, ultro dilabetur; Quippe Theſſali, * unde Philippo robur equitatus eſt, * nemini unquam diu favere: Illyrii ceterique Macedoniam adcolentes barbari, quorum & natura ferox eſt animus, & indignatione recentis ſervitii irritatus, ſi principia belli Philippo ſequius evenerint, reliqua pro nobis conficient. Vos modo nobiſcum acriter in hanc curam incumbite: ſepoſitis interim contentionibus, quas inter vicinas urbes ſæpe levis occaſio concitat. odia privata, poſt rem bene geſtam, communis lætitia in benivolentiam vertet, aut quum porro inſanire vacabit, cum dedecore forte damnoque utrorumque, ſed tamen citra exitium reſumentur. Neque dolos Philippi timueritis: modo promiſſis ejus aures occludite; manus continete à muneribus. Si NIHIL ante libertatem habueritis, calliditas & largitiones fruſtra erunt. potentiam ut diſcordiæ Græcorum extulerunt, ita conſenſus obruet. Quin & ipſe, ut eſt temerarius, excipi poteſt: quod ſi accidat, nihil à ceteris eſt periculi. nam ipſe gloriam atque dominationem; qui ſub eo ſunt, quietem expetunt. Niſi forte Alexandrum veremini: quoniam iſti quidem ita vos contemnunt, ut idoneos putent, quibus etiam pueri nomen formidinem poſſit incutere.*

Demoſth. de corona. Plut. Alcib. c. 4.
* Curt. 5. 5. 8.

Demoſth. Philipp. 4. Dinarch. contra Demoſth.
* Demoſth. de coron. Plutarch. Demoſth. cap. 24.
* Demoſth. ad Philippi epiſtolam.
* Iuſt. 7. 6. 8.
* Demoſth. adverſus Ariſtocratem.

Demoſth. Olynth. 2. Plut. c. 19.

CAP. VIII.

Plutarch. Demoſth. c. 25.

CRederes alios repente factos Thebanos, qui modo regios legatos attente, atque etiam cum adſenſu audiverant, adeo in contrarium mutati ſunt, ut Philippum hoſtem judicarent, ni quamprimum ſuis ſociorumque finibus decederet: Macedonicæ factionis homines urbe pellerent: & Athenienſium copias eo reciperent. At Philippus inopinata Thebanorum defectione turbatus magis quam territus, inſiſtere deſtinatis non omiſit. Duobus levibus prœliis commiſſis, quum Athenienſes ſucceſſus non pœniteret; tandem utrique ad Chæroneam Bœotiæ oppidum totis viribus conſedere. Græcos decora majorum, & cura libertatis accendebant: Philippus egregiis copiis, totque bellorum victoribus fidebat. in ſe quoque non parum momenti conlocabat, quod imperatoriis artibus ipſe præcelleret; Græcorum celebratiſſimi duces jam deceſſerant. Theagenes Thebanis præerat, modico militiæ uſu, neque ſatis firmus adverſus pecuniam: Athenienſium quoque imperatorum virtutem atque peritiam ipſe animo uſuque rerum longe anteibat. Sed duorum potentium populorum in unum converſæ vires, quorum auctoritatem Corinthii quoque aliique ſequebantur, injecerant curam, minima unius diei parte, de capite fortuniſque omnibus dimicaturo. Ne Thebanorum quidem principes à pacis conſiliis abhorrebant; ſed Athenienſium ardor evicit, ut omnes Græciæ ſpes opeſque unius prœlii fortunæ permitterentur. Alexander etiam immodicus animi teſtabatur patrem, ne tantam gloriæ occaſionem è manibus elabi ſineret: eoque tandem impulſo, primus in hoſtem impetum fecit. Pugnatum eſt acriter ambigua diu victoria, donec adoleſcens, quem cum delectis alteri cornuum præfecerat pater, ſumma animi viriumque contentione connixus, ſacra Thebanorum cohorte, quæ ex optimis conſtabat, loco mota, victoriæ viam aperuit. Nam & Athenienſes ſociorum calamitate fracti, æſtuque & vulneribus fatigati, non amplius ſuſtinuere Macedonum impetum. quippe Philippus æmulatione, & pudore ſi filio adoleſcente deterior videretur, gravis intolerandusque incubuerat. Ita de libertate Græciæ iſta pugna decretum eſt. Ceciderunt ex Athenienſibus amplius mille, ſupra duo millia capti fuere. ſociorum quoque multi aut pugnando mortem occubuerunt, aut vivi venerunt in poteſtatem victoris.

Iuſtin. 9.4.8. Demoſth. de corona.

Diodor. 16. 86. Dinarch. contra Demoſth.

Strab. lib. 9.

Æſchines contra Cteſiph. Plut. Demoſt. cap. 25. Dio pr. orat. 2.

Plut. cap. 14. Curt. 8.1.23. Arrian. 7.2. 23.

Diodor. 16. 87. Pauſan. lib. 7.

Miſſus

Digitized by Google

Miſſus poſthæc Athenas Alexander *veniam delictorum pacemque Athenienſibus Philippum dare* pronunciavit; *captivos etiam gratis reddere; nec vetare, quin occiſi tumularentur.* quippe rex intentus in Perſicum bellum, Græcorum fidem atque ſtudia, clementia & moderatione provocabat. Imperio tamen maris & inſularum Athenienſes exuit: in Thebanos immitior. quorum ſubita defectione in ſummum rerum omnium diſcrimen ſe adductum fuiſſe meminerat; nec judicabat veteribus ſociis, poſt beneficia ſua, cauſam fuiſſe contra ipſum cum Athenienſibus ſentiendi. Ergo quum urbem dedidiſſent; præſidio Macedonum impoſito, interfectiſque quos maxime inviſos ſuſpectoſque habuerat, aliis ſolum vertere juſſis; reductis ſuæ factionis exulibus magiſtratus & judicia tradidit. Reliquos deinde populos, qui adverſus ipſum arma ceperant, eodem victoriæ impetu perdomuit. Nec quiſquam tota Græcia præter Spartanos & Arcades dominationis ejus expers manſit: alios armis, alios impari ſocietate imperiis ſuis obnoxios habebat. Igitur conventu totius Græciæ Corinthum indicto, *de bello Perſis inferendo* diſſeruit. *obviam eundum eſſe barbaris; IMPERIVM orbis immani ſuperbia ſibi deſtinantibus, aut parendum ſemper; aut mature reſiſtendum eſſe. Nec enim hoc agi, bellum an pacem habeant Græci; ſed utrum in hoſtiles agros id transferre malint, an domi accipere. Non veteres tantum injurias vindicandas eſſe; ſed præſens dedecus amoliendum, ereptis ex Perſarum ſervitute Græcis civitatibus, quæ Aſiam incolerent. Commodiſſime id fieri poſſe, dum compoſitis in Græcia rebus, univerſas vires in tranſmarinum bellum convertere liberum eſſet. DOMESTICÆ etiam quieti ea ratione proſpectum iri, amotis occupatiſque longinquæ militiæ, qui otioſi diſcordiis & audacia res turbare conſueviſſent. Conſtituerent igitur quo imperatore, quibuſque copiis bellum iſtud adminiſtrandum videretur.* Non fallebat pleroſque quantum è republica peteretur: ſed ARMIS amiſſam libertatem intempeſtivum videbatur verbis repetere. Nihil ergo dubitatum eſt, quin fauſtis adclamationibus *Philippus imperator Græciæ ad liberandum orbem terrarum in Aſiam proficiſci* juberetur. Deſcriptæ deinde ſingulorum opes; & quantum quiſque militum frumentique & pecuniæ mitteret, in tabulas relatum eſt. Ducenta peditum, & quindecim equitum millia promiſſa fuiſſe reperio; quum in eo numero neque Macedones, neque parentes Macedonibus barbari cenſerentur.

Iuſtin. 9.4.5
Plut. apophr. cap. 30.
Pauſan. lib. 1.
Pauſan. lib. 9.
Diodor. 16. 88. Iuſtin. 9. 4. 6.
Ælian. 6. 1. 8.
Iuſtin. 9. 5. 3.
Arrian. 1. 1. 3.
Diod. 17. 3.
Diod. 16. 90.
Iuſtin. 9. 5.
Curt. 3. 10. 5.
Iuſtin. 9. 5. 6.

Digitized by Google

CAP. IX.

CEterum, ut SINE mixtura calamitatis nulla in rebus humanis felicitas eſt, res foris proſperas domeſticæ turbæ exceperunt. Animum conjugis olim, ut diximus, alieniorem Olympias moroſitate & adrogantia indies magis magiſque avertebat. Inde *repudiatam* nonnulli tradunt: ego in eodem matrimonio manenti Cleopatram ſuperinductam comperio. Nec enim in tanto dedecore dulciſſimæ matris, cujus pudor ad ipſum quoque pertineret (nam *ob ſtupri ſuſpicionem expulſam* addunt) interfuiſſet novercæ nuptiis. interfuit autem, & demum poſt contentionem, quæ in eo convivio exarſerat, matrem abduxit. Quippe quum avunculus ſponſæ Attalus, poſt longam compotationem ſpem male tegens, *orandos Macedonibus deos diceret, ut ex nova nupta legitimum regni ſucceſſorem Philippus tolleret*: Alexander in iram alioqui præceps, & tunc injuria irritatior, *nos ergo, ſceleſte, ſpurii tibi videmur?* inquit: ſimul calicem, quem forte dextra tenebat, in os illius impegit; ille quoque invicem conjecit poculum. Exorto tumultu, Philippus qui in alio lecto adcubuerat, ejus diei lætitiam turbari moleſte ferens, enſe ſtricto Alexandrum petit: occideratque filium, niſi claudicantem ex vulnere pridem accepto greſſum, ira vinumque præpediviſſent. Prolapſus amicis ſubita re exterritis ſpatium dedit, ut precibus, & utriſque medios interponendo, Alexandrum eriperent. Nec minoris operæ fuit illum exorare, ut ſalvus eſſe vellet. multiplici injuria adfectus ſibi videbatur; & quamquam *patris regiſque* nomina, *naturaque & gentium decreta* ingererentur, non abſtinuit, quin inſultans Philippo juberet *intueri Macedonas egregium tranſmittendi in Aſiam belli auctorem, qui ex lecto in lectum tranſiliens procidiſſet*. Inde ſibi matrique juxta timens, in Epiro, cui frater Olympiadis præerat, eam reliquit; ipſe ad Illyriorum regem profectus eſt. Poſtea quoque quum reconciliatore Demarato Corinthio in Macedoniam reverſi eſſent; pervicacis ingenii mulier filium, ſuopte ingenio potentiæ anxium, incitare non deſtitit, *ut quos poſſet, humanitate aut pecunia in amicitiam inliceret; & adverſus iracundiam patris, etiam adfinitate potentium hominum ſe muniret*. Sane olim monuerat Philippus, ut adfabilitate ſibi conciliaret hominum ſtudia; largitiones

1. 1. 16. Plut. cap. 14. Iuſtin. 9. 5. 9. Verſio Arriani 3. 1. 14. Curt. 5. 1. 22.

Plut. c. 15. Iuſtin. 9. 7. 3.

Athenæus pr. lib. 13.

Plut. c. 15. & Apopht. c. 33.

Plut. Apoph. cap. 31.

Digitized by Google

nes autem non uſquequaque probaverat: etiam per literas increpito inſtituto ejus, *quod benivolentiam auderet ſperare ab hominibus, quos muneribus conrupiſſet. FALLI qui regium id putaret. miniſtri & diribitoris officium eſſe.* Verum quum ipſe *pecunia omnia penetrabilia* jactaret, eaque haud minus ſæpe quam armis uteretur, non tam recta præcipiendi ſtudio ita ſcripſiſſe viſus eſt, quam metu, ne ab adoleſcente filio ſuis artibus oppugnaretur. Idem objurgavit Alexandrum, quod Pexodori filiam, quam Aridæo deſtinaverat pater, ambiviſſet. *degenerem, & fortuna, in cujus ſpem educaretur, indignum* appellando, *qui Carem barbarum, barbaroque regi ſubjectum, ſocerum optaret.* Sed ipſe ut potentiam ſuam firmaret, nullam conditionem aſpernatus erat, quin ex aſperrima barbarie Illyrias Geticaſque mulieres matrimonio jungeret. quamquam ex aliis etiam uxoribus pellicibuſque complures liberos ſuſcepiſſet. Quod quum Alexandro moleſtum accideret, urbane adoleſcentem conripuit; hortatus, *VT MVLTOS imperii æmulos habiturus, operam daret, quo omnibus melior præſtantiorque, non ob Philippum patrem, ſed ex ſuo merito rerum potiri videretur.* Quum autem ob has ſimileſque cauſas crebra inciderent jurgia, nec abrupta ſemel benivolentia fido affectu coaleſceret; ad extrema prolapſi ſunt. præcipua Olympiadis violentia, in qua contumaciam ſexus ingenium vaſtum & vehemens virili ſcelere in vindictam armabat. Stimulaverat ea fratrem Alexandrum, ut Philippo bellum faceret. Id ne alieno tempore excipere cogeretur, callidus rex, quamquam viribus plus poterat; firmata per novam adfinitatem gratia prævenire ſtuduit, deſponſa Epirotæ Alexandri germana, Cleopatra. Ad iſtas nuptias celebrandas finitimarum gentium reguli, Græcarumque civitatum legati frequentes Ægas convenerant. id oppidum elegerat Philippus, non ſine quodam omine eorum quæ poſtea accidere: nam ibi Macedonum reges ſepeliri mos erat. Ferunt etiam Apollinem Delphicum de bello Perſico conſulenti maturum interitum ceciniſſe. Sed ambiguum, ut mos oraculis, reſponſum Philippus ad barbarorum exitium blanda interpretatione traxerat. Alia quoque præſagia, quæ tum nemo animadverterat, eventus monſtravit. Erat inter cuſtodes regii corporis Pauſanias quidam, quem in ſolatium acceptæ ab Attalo injuriæ, rex in eum dignitatis gradum provexerat. Quippe Pauſaniam Attalus mero onuſtum nefariis convivarum ludibriis expoſuerat.

Cicero de offic. 2. 15. Valer. Max. 7. 2. 8. Diodor. 16. 55. Plutarch. Apoph. c. 31. Demoſth. de corona. Plut. cap. 16.

Athenæus pr. lib. 13. Steph. v. Πέλλα. Ælian. hiſt. var. 13. 36. Iornand. de reb. Get. cap. 10. Io. Magnus 3. 11. Plut. Apoph. cap. 33.

Iuſt. 9. 7. 7.

Diod. 16. 93.

Plin. 4. 10. 3. Athen. 4. 14. Tacit. 2. 54-5. Pauſan. lib. 8. Arrian. 1. 3. 25.

rat. Hujus ultionem quum à rege peteret, honorem accepit. Etenim Philippus virum ſpectatæ in bello fortitudinis, ad hoc nuper propinqua adfinitate conjunctum puni-
Diod. 16.92. re adeo non ſuſtinuit; ut inſuper copiarum parti præfe-
Iuſt.9.5.8. ctum cum Parmenione & Amynta in Aſiam præmitteret, opera ejus uſurus in expeditione Perſica. Pauſaniam autem rogatum, *ut ipſi temporibuſque reipublicæ dolorem ſuum condonaret*, comitate adloquii & honeſtiore ſtipendio placare conatus eſt. Sed adoleſcens majorem contumeliæ, quam beneficii rationem habuit: odiumque ab auctore injuriæ, in negligentem ejus vindicem convertit.
Plut. cap. 17. Cum iis etiam, quos infenſos Attali domui, nec Philippo concordes eſſe noverat, conſilia communicaſſe non præter rationem creditum eſt; poſtquam ab Olympiade parricidæ in cruce pendenti coronam auream impoſitam
Iuſtin. 9. 7. 10. nemo dubitavit, aliaque facinora perpetrata ſunt, ex quibus totius ſceleris ordo cauſæque haud obſcure perſpi-
Diod. 16.93. cerentur. Dubia adhuc luce theatrum ingens hominum multitudo impleverat, ſpectatura ludos, qui ſuperiorum dierum ſpectacula luxu & magnificentia longe ſuperaturi dicebantur. Inter alia quibus divitiis inludere ſolent opulenti reges, & fortunæ ſuæ magnitudinem non capientes, duodecim deorum effigies eminebant, in quibus artificum induſtria cum materiæ dignitate certaverat. Tertiadecima Philippi thenſa adceſſerat; nulla in re ceteris vilior. Id mortalitatis faſtidium matura ultio conſequuta eſt: & ſucceſſu rerum inſoleſcentem, ſeque diis immortalibus æquantem, priuſquam indebito honore frueretur, fatum occupavit. Pauſanias theatrum intrare volentem obſervaverat: utque præmiſſis amicis qui eum deduxerant, relictiſque à tergo ſatellitibus (nam in tanta omnium benevolentia nihil iis opus eſſe volebat oſtendere) ſolus ingrediebatur; percuſſor improviſus adſilit, gladioque barbarico, quem ſub veſte habuerat, latus nihil tale exſpectantis haurit. Hic fuit exitus maximi ætatis ſuæ regum. Macedoniæ regnum magnum ex inopi reddiderat: circumjectam barbariem domuerat: Græciæ impoſuerat jugum: tum etiam Perſico imperio imminebat. jam auxilia Græcorum coibant; jam in Aſiam transjecerant præmiſſi ab eo duces; quum in ipſo rerum gerendarum articulo, prolixum victoriæ fructum ſibi pollicentem vita deſtituit. Ita MAXIMA quæque in lubrico ſunt; & audaciſſimas
Iuſt.9.7.12. ſpes hominum quilibet ex improviſo caſus eludit. Olym-
Diod.17. 2. pias comperta morte regis Cleopatram Attali neptem ad
Pauſan.lib.8. ſuſpendium adegit; natum ex ea paucis ante patris necem diebus

Digitized by Google

diebus puerum in ænea pelvi torruit: in clientes etiam propinquoſque ejus atrocibus ſuppliciis ſæviit, & occaſione vindictæ per muliebrem impotentiam crudeliſſime uſa eſt.

CAP. X.

SEd Alexander, per cujus abſentiam mater iſta perpetraverat, tanquam ſalutare ſidus, componendis tantis fluctibus tempeſtivus adfulſit. Quippe erectis in ſpem libertatis Græcorum animis, quos Philippus oppreſſerat; & tumultuantibus in vicinia barbaris; ne Macedoniæ quidem tranquillæ res erant. Attalus haud ſpernendi exercitus prætor, ambitioſo imperio mirum ſibi favorem apud militum vulgus conciliaverat: principibus Macedonum propinquitate innexus, etiam Philotæ ſororem ſibi deſponderat: neque poſt tantas utrimque offenſas inviſo infeſtoque fides haberi poterat. Amyntas, quem fratre Perdicca genitum, data in matrimonium Cyna Philippus generum legerat, ad paterni regni ſucceſſionem per Alexandri cædem adſpirabat. Populi magna pars Olympiadis tyrannidem exoſa, alii rerum novarum cupidine, varie in hunc aut illum inclinabant ſtudiis: nec deerant qui *Alexandro Æropi filio reſtituendum dicerent faſtigium, quod excluſo legitimo regni hærede, Amyntas prius, deinde Philippus, vi ac fraude invaſiſſent.* Exercitus quoque variis ex nationibus compoſitus, ut cuique animus aut ſpes erat, diſcordibus conſiliis & ſermonibus agitabatur. Contra Alexandro novum imperium, ac ſubito Philippi caſu nihil adverſus ingruentes motus proviſum erat: & quanquam indolis haud pœniteret; ætas ſpernebatur. Viginti annorum adoleſcentem tantæ rerum moli humeros ſubjecturum; aut ſi recepiſſet, parem futurum non arbitrabantur. Etiam nervus gerendarum rerum pecunia defecerat; qua abundantes Perſæ in omnem fere Græciam conruptores miſerant: & ne quid malis deeſſet, Macedoniæ maritima *Tuſci piratæ deprædabantur. Convocatis amicis, *quum de præſenti rerum ſtatu deliberatio inſtituta eſſet, non defuerunt qui cenſerent, *omiſſa Gracia cura, quanta poſſet lenitate diſcientes barbaros in officio continendos eſſe: POSTQUAM inteſtini motus conſediſſent, longinqua facilius compoſiturum.* Verum adoleſcens inſigni animi magnitudine, cauta conſilia pro ignavis faſtidiebat. *Perpetuo omnium contemptui obnoxium fore, ſi in principio regni impune*

Plutarch. c. 17.
Diod. 17.2.
Curt. 6.9.17.
1. 12. 15.
Plut. de fort. Alex. 1. 3.
Curt. 6.9.17.
Plut. de fort. Alex. 1. 3.
Arrian. 1.3.6.
Iuſt. 11.1.1.
Iuſt. 11.1.19.
Arrian. 1.1.7.
7.5.17. Suidas. v. Ἀλέξανδρος.
Plutarch. de fort. Alex. 1. 3.
Iuſtin. 11.2. 7.
Arrian. 2.3. 18.
Diod. 17.4.
* Strabo lib. 5.
* Plut. c. 18.
Iuſt. 11.1.5.

impune ſe ſperni pateretur. AD OMNEM deinceps vitam pertinere, qualem de ſe opinionem in animis hominum incipiens imperator excitet. Philippi necem haud magis ſibi, quam rebellibus inexſpectatam adcidiſſe: trepidantes adhuc, & conſilii incertos nullo negotio opprimi poſſe: per Macedonum cunctationem erigi ſeditionis auctores; & qui nunc etiam nutarent animis, tumultuantibus adceſſuros. Ita contra paratos confirmatoſque anceps diſcrimen ſubeundum: nunc celeritatis magis, quam virium certamen eſſe. QVOD ſi adverſus ſingulos audacia non eſſet; quid deinde futurum, ſi metum confeſſo omnes uno impetu ſuperfunderentur?

Diod. 17.2. Iuſtin. 11.1. 10. His deinde congruentia ad populum loquutus, adjecit; *effecturum ſe, ut cives hoſteſque fateri cogerentur, erepto patre corpus nomenque regis mutatum eſſe; conſilium animumque non deſiderari. Eam rerum converſionem nonnullos occaſionem tumultuandi putaviſſe; ſed brevi pœnas daturos. Modo Macedones eoſdem animos, eoſdem lacertos ſibi commodarent, quos tanta cum ipſorum gloria, tantoque victoriæ fructu, patri ſuo per tot annos præſtitiſſent. Id quo promptius alacriuſque facerent, omnium præter militiæ vacationem ipſis concede-*

Iuſt. 11.1.8. *re.* Conſilium regis fortuna comprobavit. Non ſegnius quam loquutus fuerat, ſingula adgreſſum feliciſſimus omnium exitus ſequutus eſt. Et Amyntam quidem, pa-

Diod. 17. 2. & 5. Curt. 7. 1. 3. tefactis quas ille ſtruxerat inſidiis, occupavit: Attalum per Hecatæum & Parmenionem ſuſtulit. Ex iis quos in Philippi necem conſenſiſſe rumor arguebat, unum Ale-

Arrian. 1. 8. 2. Curt. 7. 1. 6. Iuſt. 11. 2. 2. xandrum Lynceſtem exemit ſupplicio, quod imperium ſuſcipienti adfuiſſet, primuſque *regem* ſalutaſſet; ceteros occidit. Ea ſeveritate ſuam ſalutem in vindicta Philippi muniri credebat; ſimul aboleri famam, qua ut conſcius paternæ cædis notabatur. Crebræ inter eos diſcordiæ fidem ſuſpicioni fecerant; & queſtum injurias Pauſaniam ad fa-

Plut. cap. 17. cinus confirmaſſe ferebatur: prolato ex Tragœdia carmine, quo Medea *pariter pellici ſuæ, quique eam in matrimonium Iaſoni tradidiſſet, & cujus in manum conveniſſet, idem exitium* minabatur. Verum ipſe quum aliquando Darii epiſtolæ reſponderet, invidiam in Perſas

Arrian. 2. 3. 11. Curt. 4. 1. 12. transferre conatus eſt; *illorum auro percuſſores Philippo comparatos fuiſſe.* Quoque magis omnem culpæ ſuſpicionem extergeret, poſtremo vitæ tempore magnificum Philippo templum exſtruere cogitaverat: id, inter alia in

Diod. 18.4. commentariis ejus reperta, ſucceſſores neglexere.

CAP.

CAP. XI.

QVum autem ad perficienda quæ animo agitabat, maximum in eo momentum positum arbitraretur, ut Græciæ principatum, quem Philippus comparaverat, retineret, raptim exercitu ducto Thessaliam improvisus inrupit. Sustulerant animos Thessalorum quidam, & infestis ad Tempe angustiis iter ex Macedonia venienti occludebant. Quippe eas regiones Olympus atque Ossa celebrati montes dirimunt: per quorum convalles Peneus amnis labitur, mira amœnitate solennia gentis sacrificia meritus. Lætis utrimque nemoribus obumbratus incedit; multoque cum fremitu ruenti, ex vicinis arboribus avicularum garritus obstrepit. Angusta semita per quinque fere millia passuum protenditur, vix onusto jumento sufficiens iter præbens: quod adversus quemcumque numerum hominum vel decem armati sepiant. Sed ille qua minime perviæ rupes existimabantur, scalarum in modum exciso montis Ossæ latere, circumitu penetravit; adeoque celeritate sua cunctos exterruit, ut *omnia ei vectigalia reditusque, simul universa gentis imperium, quibus id legibus Philippus habuisset*, nullo jam repugnante decernerentur. Phthiam, quæ generis sui auctorem Achillem *protulisset, immunem esse jussit. eumque heroëm expeditionis adversus Persas socium atque commilitonem eligere se* dixit. Ex Thessalia Thermopylas petiit, publicum Græciæ concilium, *Pylaïcum* appellant. ibi quum frequens per eos dies conventus esset, in locum Patris Amphictyonum decreto summus Græcorum imperator creatus; *Ambraciotis ratam esse libertatem* jussit, quam nuper expulso Macedonum præsidio receperant: *ultro redditurum fuisse* dictitans, *ni paucis diebus ipsum antevertissent*. Exinde Thebis admoto exercitu, fractaque Bœotorum & Athenienſium contumacia, qui populi maxime suis consiliis obstiterant; *apud Corinthum Græcorum legatos occurrere sibi* jussit. Ibi confirmato Amphictyonum decreto, communi omnium sententia, in Philippi patris locum imperator Græciæ suffectus est: & in bellum Persicum auxilia decreta. Forte in eadem urbe Diogenes degebat, qui Cynico instituto spontaneam paupertatem amplexus, liberum & sui juris animum opibus curisque prætulerat. Apricabatur ille in Craneo, Corinthi suburbio, ubi cupressorum lucus est. eo quum Alexander videndi ejus de-

Maxim. Tyr. orat. 38.
Plin. 4. 8.
Liv. 44. 6. 5.
Polyæn. 4. 3. 23.
Iust. 11. 3. 2.
Philostrat. in Heroïcis.
Plin. 35. 9. 3.
Liv. 31. 32. 3. 33. 21. 4.
Diod. 17. 4
Diod. 17. 3.
Diod. 17. 4.
Iust. 11. 2. 4.
Arrian. 1. 1. 2.
Pausan. lib. 2.

Plut. c. 22. & ad pr. in doct. cap. 7. Dio orat. 4. Seneca de benef. 5.4.& 6. Laërt. in Diog. Iuvenal. 14. 309. Arrian. 7.1.6. Val. Max. 4. 3. f.

desiderio veniſſet, optionemque faceret *quæ vellet ab ipſo petendi: parumper diſcedere* juſſit regem, *ne ſolem interciperet*. Inopinatum reſponſum, hominemque, in quem in tanta ſua fortuna ne beneficii quidem jus haberet, admiratus Macedo dixiſſe fertur, *Diogenem eſſe voluiſſe, ni Alexander eſſet*. Scilicet magnitudo animi, qui ex alto deſpiceret omnia, quorum cauſa reliqui mortales ſemet-ipſos cupide perdunt, non plane fallebat mentem acerrimi juvenis; ſed obcæcata cupiditatibus pervidere non poterat: quanto MELIVS eſſet carere ſupervacuis opibus, quam habere neceſſarias. Ex Peloponneſo Delphos inviſit; Apollinem de eventu belli, quod moliebatur, conſulturus. Sed virgo fatidica negabat *per eos dies adiri deum fas eſſe:* donec ipſe eo profectus, vi contripuit virginem, & ad templum traxit. Sed quum inter eundum illa patrium morem pertinacia regis victum reputans, exclamaſſet, *invictus es, fili; accipere omen*, dixit, *nec alio oraculo ſibi opus eſſe*. His rebus celeriter confectis in regnum regreſſus, ſummo ſtudio in vindictam ſpretæ Macedonum majeſtatis incubuit. Iamque præparatis omnibus, vere novo ex Amphipoli movens, adverſus liberas Thraciæ gentes, decimis caſtris ad montem Æmum pervenit. Magna Thracum manus jugum occupaverat, tranſitu prohibitura regem. caſtra plauſtris in modum valli circumdederant; propulſuri in hoſtem, ſi vis inferretur. Alexander barbarorum aſtu cognito edixit militibus, *ut plauſtris inruentibus, diducta phalange innoxia dilabi paterentur; aut, ſi deprehenſi eſſent, humi ſtrati, clypeis arcte commiſſis, teſtudine ſe protegerent*. Ita hoſtium dolus irritus fuit. magna plauſtrorum pars per intervalla ordinum devoluta eſt; quæ armatis incidere, clypeis impacta, ſuoque impetu ſubſilientia nihil ponderis ad obterendum habuere: omniſque illa tempeſtas citra noxam detonuit. Quo metu liberati Macedones, alacri clamore edito, impreſſionem faciunt. Procurrentes barbaros prægreſſi à dextro cornu ſagittarii frequentibus telis inceſſabant: ita ſine periculo phalanx in verticem eniſa, ut primum æquo loco conſiſtere potuit, haud ambigua victoria hoſtem nudum aut leviter armatum disjecit. Sed eadem res quæ barbaros in prœlio prodiderat, in fuga adjuvit. armis haud ſane onerati per nota loca facile dilapſi ſunt. ita deſideratis ex omni numero mille quingentis, ceteros fuga abſtulit: mulierum puerorumque ingenti multitudine, prædaque pro locorum conditione ſatis ampla, victor potitus eſt. Sic aperto montis Æmi tranſitu, in interiora Thraciæ penetratum eſt.

Polyæn. 4. 3. 11.

Arrian. 1. 1. 5.

Diod. 17. 93.

Plutarch. c. 22.

Arrian. 1. 1. 13.

Digitized by Google

eſt. Lucus eſt in iis gentibus, quem Libero Patri dicatum priſca religione colunt. ibi quum Alexander barbaro ritu ſacrificans, vinum aris infunderet, tanta flammæ vis erupuit, ut ſuperato ædis culmine, in cœlum emicare videretur. *eoſdem gloriæ fines regi oſtendi*, omnes credidere. Alia ſubinde res nunciata prioris prodigii fidem adfirmavit. Suet. Auguſt. 49. 7.

In Thracibus qui *Odryſæ* appellantur, Libethrus mons & civitas eſt, Orphei natalibus inclyta: *ejus ſacram effigiem ex cupreſſo fabricatam multo ſudore manaſſe*, qui viderant, ad regem retulere. Tzetzes Chil. 7. 91. Plut. c. 22.

De interpretatione ſolicitis Ariſtander exemit metum, *ad res Alexandri pertinere* adſeverans, *quibus decantandis alumni filiique Muſarum multum deſudaturi eſſent.* Triballi valida natio trans montem Æmum colunt. in eos quum deſcenderet Alexander, rex gentis Syrmus in Peucen Iſtri inſulam confugerat, expeditione Macedonis multo ante comperta; ſeque & quidquid ætate vel ſexu invalidum erat, objecto amnis munimento tuebatur. Quippe Alexandro paucæ naves erant; & in aſpera præruptaque ripa difficilis exſcenſio, ab hoſte intento validoque haud ægre impediebatur. Ita Macedones re infecta diſceſſerunt, contenti inlata paucis ante diebus clade. nam priuſquam eo proceſſiſſent, alium Triballorum exercitum adorti, vix quinquaginta ſuorum amiſſis, tria hominum millia occiderant. Arrian. 1. 1. 17. Strabo lib. 7. Arrian. 1. 1. 28. Plut. c. 19. Arrian. 1. 1. 25.

CAP. XII.

SYrmo rege nequidquam oppugnato, in Getas convertit impetum, qui in ulteriore ripa quatuor equitum, decem peditum millia inſtruxerant. Id periculum non tam ex uſu belli ſumpſit, quam cupidine famæ; ut *maximum Europæ flumen, defendentibus ferociſſimis gentibus, transiviſſe* gloriari poſſet. Igitur equitibus quotquot capere navigia poterant impoſitis, pedeſtrium copiarum partem lintribus, quorum ibi magna erat copia, alios utribus transduxit. Improviſa Macedonum impreſſione (quippe tranſmittentes nox, & in ripa quam petebant, denſa frumenti ſeges texerat) territi Getæ vix primum emiſſi equitatus impetum tulere. Vt deinde cum phalange Nicanor ſucceſſit; effuſo curſu urbem quatuor ferme paſſuum millibus à flumine diſtantem petiverunt: mox, inſtante Alexandro, avectis conjugibus liberiſque, quot eorum equis eripere potuerant, ceteros reliquere victori. Eos rex Meleagro & Philippo abducendos dedit: exciſaque urbe, & in ripa fluminis Iovi Herculique & ipſi Iſtro, qui tranſeunti pro- Io. Magnus hiſt. Gothor. 3. 12. Arrian. 1. 1. 29. Strabo lib. 7. Arrian. 1. 1. 35.

Digitized by Google

propitius fuiſſet, aris conſecratis eodem die reduxit exercitum, incruenta victoria potitus. Venerunt deinde finitimarum gentium, Syrmique regis oratores cum donis, quæ apud ipſos in precio habentur. Germani quoque, qui uſque à fontibus Iſtri terras ad ſinum Adriaticum ſpectantes habitant, legatos miſerant. Nam Iſter in Germania oritur: ipſi patrio vocabulo *Danubium* appellant. Magnitudinem corporum animorumque alacritatem admiratus Alexander interrogavit, *quidnam omnium maxime vererentur?* putans ſuam potentiam formidabilem ipſis eſſe, eamque ſe confeſſionem expreſſurum. illi *nihil ſe magnopere vereri* reſponderunt, *niſi forte, ne cælum in ipſos rueret. ceterum virorum fortium amicitiam plurimi facere.* Perculſus improviſo reſponſo paulum reticuit; deinde hoc unum effatus, *Germanos adrogantes eſſe*, fœdus, ut petiere, junxit; Syrmoque & reliquis pacem dedit: ſatis gloriæ ea expeditione partum exiſtimans, & in Perſicum bellum animo converſus, unde cum leviori diſcrimine longe majus operæ precium exſpectabatur. Taxaſſe id avunculum ejus Alexandrum conſtat, quum paulo poſt bello in Italia gerendo fatigaretur: nam *æqualem utriuſque ſortem queſtus, ſibi cum viris pugnam eveniſſe* dixit, *Macedoni cum mulieribus.* Ceterum regulos Thracum, quique alii ad res novandas opibus aut animis idonei videbantur, ſpecie honoris, tamquam commilitones adverſus Perſas adſciſceret, abduxit; capitaque ademit factionibus, ſine principibus nihil auſuris. Per Agrianos & Pæonas Macedoniam repetenti Illyriorum motus nunciatur. Bardylis ex carbonario multarum in eo tractu nationum rex, etiam Macedoniæ gravis incubuerat, donec magno prœlio à Philippo victus, atque inſtaurato deinde bello fractis omnino viribus, in ditionem victoris concederet. Atque ille jam obierat, vita ad nonageſimum ætatis annum producta: ceterum filius ejus Clitus *opportunum recuperandæ libertatis tempus adveniſſe* dictitans, *dum aſperrimarum gentium armis Alexander trans Iſtrum adtineretur*; populares ad arma capienda impulit: inita ſocietate cum Glaucia rege Illyriorum, qui Taulantii vocantur. Autariatæ alia natio iter facientes Macedonas adgreſſuri fuerant: ſed Langarus Agrianorum rex Alexandro fidus, petiit *ut ſibi curam eam permitteret: ſeſe domi eorum tantum negotii ipſis comparaturum, ut animum à vexandis Macedonibus ad ſua tuenda converſuri eſſent.* Conlaudatum doniſque magnifice cultum juvenem dimiſit rex; etiam ſororis Cynæ nuptias pollicitus, quam ex Illyria muliere ſuſceptam

Tacit. Germ. 1. 4.

Arrian. 1. 1. 37.

Liv. 9. 19. 11.
Agell. 17. 21.

Frontin. ſtratag. 2. 11. 3.
Iuſt. 11. 5. 3.

Arrian. 1. 2. 1.

Hellad. apud Photium.
Diod. 16. 4. & 22.
Iuſt. 7. 6. 7.
Lucian. in Macrob.

Arrian. 1. 2. 2.

Aniym-

Amyntæ in matrimonium dederat pater. Et Agrianus quidem promissam operam præstitit; sed morbo correptum, ne pacta mercede frueretur, brevi consequuta mors prævenit. Ita cohibitis Autariatis sine certamine Pelium perventum est, Dessaretiæ oppidum, Eordaïco flumini imminens. Speciem pugnam expetentium præbebant hostes, & velut manus conserturi extra præsidia sua ferociter procurrerant. sed priusquam prœlium committi posset, refugerunt; licet opportuna loca, sylvisque & collibus impedita præcepissent. Fœdum ibi spectaculum Macedonum oculis objectum est. tres pueri, totidemque puellæ cum tribus nigris arietibus confusa strage jacebant; quos barbari sacrilegio sacro diis suis immolaverant, quo pugnaturis audaciam inspirarent. Sed vindex numen scelestis mentibus pro virtute vecordiam injecit. Rex intra mœnia compulsos ducto exteriore muro intercludere statuerat; quum postridie cum magnis Taulantiorum copiis Glaucias advenit. ita spe capiendæ urbis abjecta, quomodo tuto discederet, cogitabat. Interim Philota cum jumentis castrensibus, & præsidio equitum frumentatum misso, comperit *suos in discrimine versari*; quippe Glaucias colles campo circumdatos occupaverat, in occasionem gerendæ rei intentus. Igitur adversus oppidanorum eruptionem parte exercitus in castris relicta, cum ceteris copiis impigre profectus est; territisque Illyriis, suos recepit incolumes. Ceterum iter facturo maximum periculum imminebat. hinc flumen, inde prætupti arduique colles viam coarctabant; relicto itinere quod multis locis vix quaternos armatos caperet: montium jugis Clitus atque Glaucias sagittariorum & funditorum cohortes magnamque gravis armaturæ manum imposuerant. Alexander ducentis equitibus ante utrumque phalangis cornu collocatis, imperat *ut erigerent hastas; mox signo dato versus hostes tamquam impetum facturi, infestas protenderent; modo in dextrum, modo in sinistrum latus invicem conversi.* Suspensis eo commento hostibus, phalangem raptim progressam nunc in plures acies diduxit, nunc divisam conligit; ad extremum cuneo facto, in læva Illyriorum præsidia strenue infert. Illi celeritate & peritia Macedonum in stuporem versi, desertis quos tenuerant montibus, versus urbem refugerunt. Pauci restiterant in edito colle, qua jam transierat Macedonum agmen: iis dejectis, Alexander duobus fere millibus Agrianorum sagittariorumque locum capit; phalangi quam flumen transmittere jusserat, præsidio futurus. Ea re conspecta universa hostium

Arrian. 1. 2. 3.

Liv. 31. 40. 1.

Arria. 1. 2. 6.

CAP. IX.

CEterum, ut SINE mixtura calamitatis nulla in rebus humanis felicitas eſt, res foris proſperas domeſticæ turbæ exceperunt. Animum conjugis olim, ut diximus, alieniorem Olympias moroſitate & adrogantia indies magis magiſque avertebat. Inde *repudiatam* nonnulli tradunt: ego in eodem matrimonio manenti Cleopatram ſuperinductam comperio. Nec enim in tanto dedecore dulciſſimæ matris, cujus pudor ad ipſum quoque pertineret (nam *ob ſtupri ſuſpicionem expulſam* addunt) interfuiſſet novercæ nuptiis. interfuit autem, & demum poſt contentionem, quæ in eo convivio exarſerat, matrem abduxit. Quippe quum avunculus ſponſæ Attalus, poſt longam compotationem ſpem male tegens, *orandos Macedonibus deos diceret, ut ex nova nupta legitimum regni ſucceſſorem Philippus tolleret:* Alexander in iram alioqui præceps, & tunc injuria irritatior, *nos ergo, ſceleſte, ſpurii tibi videmur?* inquit: ſimul calicem, quem forte dextra tenebat, in os illius impegit; ille quoque invicem conjecit poculum. Exorto tumultu, Philippus qui in alio lecto adcubuerat, ejus diei lætitiam turbari moleſte ferens, enſe ſtricto Alexandrum petit; occideratque filium, niſi claudicantem ex vulnere pridem accepto greſſum, ira vinumque præpediviſſent. Prolapſus amicis ſubita re exterritis ſpatium dedit, ut precibus, & utriſque medios interponendo, Alexandrum eriperent. Nec minoris operæ fuit illum exorare, ut ſalvus eſſe vellet. multiplici injuria adfectus ſibi videbatur; & quamquam *patris regiſque* nomina, *naturæque & gentium decreta* ingererentur, non abſtinuit, quin inſultans Philippo juberet *intueri Macedonas egregium tranſmittendi in Aſiam belli auctorem, qui ex lecto in lectum tranſiliens procidiſſet.* Inde ſibi matrique juxtà timens, in Epiro, cui frater Olympiadis præerat, eam reliquit; ipſe ad Illyriorum regem profectus eſt. Poſtea quoque quum reconciliatore Demarato Corinthio in Macedoniam reverſi eſſent; pervicacis ingenii mulier filium, ſuopte ingenio potentiæ anxium, incitare non deſtitit, *ut quos poſſet, humanitate aut pecunia in amicitiam inliceret; & adverſus iracundiam patris, etiam adfinitate potentium hominum ſe muniret.* Sane olim monuerat Philippus, ut adfabilitate ſibi conciliaret hominum ſtudia; largitiones

1. 1. 16. Plut. cap. 14. Iuſtin. 9. 5. 9. Verſio Arriani 3. 1. 14. Curt. 5. 1. 22.

Plut. c. 15. Iuſtin. 9. 7. 3.

Athenæus pr. lib. 13.

Plut. c. 15. & Apopht. c. 33.

Plut. Apoph. cap. 31.

Digitized by Google

nes autem non uſquequaque probaverat: etiam per literas increpito inſtituto ejus, *quod benivolentiam auderet ſperare ab hominibus, quos muneribus corrupiſſet. FALLI qui regium id putaret. miniſtri & diribitoris officium eſſe.* Verum quum ipſe *pecunia omnia penetrabilia* jactaret, eaque haud minus ſæpe quam armis uteretur, non tam recta præcipiendi ſtudio ita ſcripſiſſe viſus eſt, quam metu, ne ab adoleſcente filio ſuis artibus oppugnaretur. Idem objurgavit Alexandrum, quod Pexodori filiam, quam Aridæo deſtinaverat pater, ambiviſſet. *degenerem, & fortuna, in cujus ſpem educaretur, indignum* appellando, *qui Carem barbarum, barbaroque regi ſubjectum, ſocerum optaret.* Sed ipſe ut potentiam ſuam firmaret, nullam conditionem aſpernatus erat, quin ex aſperrima barbarie Illyrias Geticaſque mulieres matrimonio jungeret. quamquam ex aliis etiam uxoribus pellicibuſque complures liberos ſuſcepiſſet. Quod quum Alexandro moleſtum accideret, urbane adoleſcentem conripuit; hortatus, *VT MVLTOS imperii æmulos habiturus, operam daret, quo omnibus melior præſtantiorque, non ob Philippum patrem, ſed ex ſuo merito rerum potiri videretur.* Quum autem ob has ſimileſque cauſas crebra inciderent jurgia, nec abrupta ſemel benivolentia fido affectu coaleſceret; ad extrema prolapſi ſunt. præcipua Olympiadis violentia, in qua contumaciam ſexus ingenium vaſtum & vehemens virili ſcelere in vindictam armabat. Stimulaverat ea fratrem Alexandrum, ut Philippo bellum faceret. Id ne alieno tempore excipere cogeretur, callidus rex, quamquam viribus plus poterat; firmata per novam adfinitatem gratia prævenire ſtuduit, deſponſa Epirotæ Alexandri germana, Cleopatra. Ad iſtas nuptias celebrandas finitimarum gentium reguli, Græcarumque civitatum legati frequentes Ægas convenerant. id oppidum elegerat Philippus, non ſine quodam omine eorum quæ poſtea accidere: nam ibi Macedonum reges ſepeliri mos erat. Ferunt etiam Apollinem Delphicum de bello Perſico conſulenti maturum interitum ceciniſſe. Sed ambiguum, ut mos oraculis, reſponſum Philippus ad barbarorum exitium blanda interpretatione traxerat. Alia quoque præſagia, quæ tum nemo animadverterat, eventus monſtravit. Erat inter cuſtodes regii corporis Pauſanias quidam, quem in ſolatium acceptæ ab Attalo injuriæ, rex in eum dignitatis gradum provexerat. Quippe Pauſaniam Attalus mero onuſtum nefariis convivarum ludibriis expoſuerat.

Cicero de offic. 2. 15. Valer. Max. 7. 2. 8. Diodor. 16. 55. Plutarch. Apoph. c. 31. Demoſth. de corona. Plut. cap. 16.

Athenæus pr. lib. 13. Steph. v. Μακία. Ælian. hiſt. var. 13. 36. Iornand. de reb. Get. cap. 10. Io. Magnus 3. 11. Plut. Apoph. cap. 33.

Iuſt. 9. 7. 7.

Diod. 16. 93.

Plin. 4. 10. 3. Athen. 4. 14. Tacit. 2. 54-5. Pauſan. lib. 8. Arrian. 1. 3. 25.

Digitized by Google

rat. Hujus ultionem quum à rege peteret, honorem accepit. Etenim Philippus virum ſpectatæ in bello fortitudinis, ad hoc nuper propinqua affinitate conjunctum puni-
Diod. 16.92. re adeo non ſuſtinuit; ut inſuper copiarum parti præfe-
Iuſt.9.5.8. ctum cum Parmenione & Amynta in Aſiam præmitteret, opera ejus uſurus in expeditione Perſica. Pauſaniam autem rogatum, *ut ipſi temporibuſque reipublicæ dolorem ſuum condonaret*, comitate adloquii & honeſtiore ſtipendio placare conatus eſt. Sed adoleſcens majorem contumeliæ, quam beneficii rationem habuit: odiumque ab auctore injuriæ, in negligentem ejus vindicem convertit.
Plut. cap. 17. Cum iis etiam, quos infenſos Attali domui, nec Philippo concordes eſſe noverat, conſilia communicaſſe non præter rationem creditum eſt; poſtquam ab Olympiade parricidæ in cruce pendenti coronam auream impoſitam
Iuſtin. 9. 7. 10. nemo dubitavit, aliaque facinora perpetrata ſunt, ex quibus totius ſceleris ordo cauſæque haud obſcure perſpi-
Diod. 16.93. cerentur. Dubia adhuc luce theatrum ingens hominum multitudo impleverat, ſpectatura ludos, qui ſuperiorum dierum ſpectacula luxu & magnificentia longe ſuperaturi dicebantur. Inter alia quibus divitiis inludere ſolent opulenti reges, & fortunæ ſuæ magnitudinem non capientes, duodecim deorum effigies eminebant, in quibus artificum induſtria cum materiæ dignitate certaverat. Tertiadecima Philippi thenſa adceſſerat; nulla in re ceteris vilior. Id mortalitatis faſtidium matura ultio conſequuta eſt: & ſucceſſu rerum inſoleſcentem, ſeque diis immortalibus æquantem, priuſquam indebito honore frueretur, fatum occupavit. Pauſanias theatrum intrare volentem obſervaverat: utque præmiſſis amicis qui eum deduxerant, rellictiſque à tergo ſatellitibus (nam in tanta omnium benevolentia nihil iis opus eſſe volebat oſtendere) ſolus ingrediebatur; percuſſor improviſus adſilit, gladioque barbarico, quem ſub veſte habuerat, latus nihil tale exſpectantis haurit. Hic fuit exitus maximi ætatis ſuæ regum. Macedoniæ regnum magnum ex inopi reddiderat: circumjectam barbariem domuerat: Græciæ impoſuerat jugum: tum etiam Perſico imperio imminebat. jam auxilia Græcorum coibant; jam in Aſiam transjecerant præmiſſi ab eo duces; quum in ipſo rerum gerendarum articulo, prolixum victoriæ fructum ſibi pollicentem vita deſtituit. Ita MAXIMA quæque in lubrico ſunt; & audaciſſimas
Iuſt.9.7.12. ſpes hominum quiliber ex improviſo caſus eludit. Olym-
Diod.17.2. pias comperta morte regis Cleopatram Attali neptem ad
Pauſan.lib.8. ſuſpendium adegit; natum ex ea paucis ante patris necem diebus

Digitized by Google

diebus puerum in ænea pelvi torruit: in clientes etiam propinquoſque ejus atrocibus ſuppliciis ſæviit, & occaſione vindictæ per muliebrem impotentiam crudeliſſime uſa eſt.

CAP. X.

SEd Alexander, per cujus abſentiam mater iſta perpetraverat, tanquam ſalutare ſidus, componendis tantis fluctibus tempeſtivus adfulſit. Quippe erectis in ſpem libertatis Græcorum animis, quos Philippus oppreſſerat; & tumultuantibus in vicinia barbaris; ne Macedoniæ quidem tranquillæ res erant. Attalus haud ſpernendi exercitus prætor, ambitioſo imperio mirum ſibi favorem apud militum vulgus conciliaverat: principibus Macedonum propinquitate innexus, etiam Philotæ ſororem ſibi deſponderat: neque poſt tantas utrimque offenſas inviſo infeſtoque fides haberi poterat. Amyntas, quem fratre Perdicca genitum, data in matrimonium Cyna Philippus generum legerat, ad paterni regni ſucceſſionem per Alexandri cædem adſpirabat. Populi magna pars Olympiadis tyrannidem exoſa, alii rerum novarum cupidine, varie in hunc aut illum inclinabant ſtudiis: nec deerant qui *Alexandro Æropi filio reſtituendum dicerent faſtigium, quod excluſo legitimo regni hærede, Amyntas prius, deinde Philippus, vi ac fraude invaſiſſent.* Exercitus quoque variis ex nationibus compoſitus, ut cuique animus aut ſpes erat, diſcordibus conſiliis & ſermonibus agitabatur. Contra Alexandro novum imperium, ac ſubito Philippi caſu nihil adverſus ingruentes motus proviſum erat: & quanquam indolis haud pœniteret; ætas ſpernebatur. Viginti annorum adoleſcentem tantæ rerum moli humeros ſubjecturum; aut ſi recepiſſet, parem futurum non arbitrabantur. Etiam nervus gerendarum rerum pecunia defecerat; qua abundantes Perſæ in omnem fere Græciam conruptores miſerant: & ne quid malis deeſſet, Macedoniæ maritima *Tuſci piratæ deprædabantur. Convocatis amicis, *quum de præſenti rerum ſtatu deliberatio inſtituta eſſet, non defuerunt qui cenſerent, *omiſſa Græcia cura, quanta poſſet lenitate diſcientes barbaros in officio continendos eſſe: POSTQUAM inteſtini motus conſediſſent, longinqua facilius compoſiturum.* Verum adoleſcens inſigni animi magnitudine, cauta conſilia pro ignavis faſtidiebat. *Perpetuo omnium contemptui obnoxium fore, ſi in principio regni impune*

Plutarch. c. 17.
Diod. 17.2.
Curt. 6.9.17.
1. 12. 15.
Plut. de fort. Alex. 1. 3.
Curt. 6.9.17.
Plut. de fort. Alex. 1. 3.
Arrian. 1. 3. 6.
Iuſt. 11. 1. 1.
Iuſt. 11. 1. 19.
Arrian. 1. 1. 7.
7. 5. 17. Suidas. v. Ἀλέξανδρος.
Plutarch. de fort. Alex. 1. 3.
Iuſtin. 11. 2. 7.
Arrian. 2. 3. 18.
Diod. 17. 4.
* Strabo lib. 5.
* Plut. c. 18.
Iuſt. 11. 1. 5.

impune ſe ſperni pateretur. AD OMNEM deinceps vitam pertinere, qualem de ſe opinionem in animis hominum incipiens imperator excitet. Philippi necem haud magis ſibi, quam rebellibus inexſpectatam adcidiſſe: trepidantes adhuc, & conſilii incertos nullo negotio opprimi poſſe: per Macedonum cunctationem erigi ſeditionis auctores; & qui nunc etiam nutarent animis, tumultuantibus adceſſuros. Ita contra paratos confirmatoſque anceps diſcrimen ſubeundum: nunc celeritatis magis, quam virium certamen eſſe. QVOD ſi adverſus ſingulos audacia non eſſet; quid deinde futurum, ſi metum confeſſo omnes uno impetu ſuperfunderentur?

Diod. 17.2. Iuſtin. 11.1. 10. His deinde congruentia ad populum loquutus, adjecit; *effecturum ſe, ut cives hoſteſque fateri cogerentur, erepto patre corpus nomenque regis mutatum eſſe; conſilium animumque non deſiderari. Eam rerum converſionem nonnullos occaſionem tumultuandi putaviſſe; ſed brevi pœnas daturos. Modo Macedones eoſdem animos, eoſdem lacertos ſibi commodarent, quos tanta cum ipſorum gloria, tantoque victoriæ fructu, patri ſuo per tot annos præſtitiſſent. Id quo promptius alacriuſque facerent, omnium præter militiæ vacationem ipſis concede-*

Iuſt. 11.1.8. *re.* Conſilium regis fortuna comprobavit. Non ſegnius quam loquutus fuerat, ſingula adgreſſum feliciſſimus omnium exitus ſequutus eſt. Et Amyntam quidem, pa-

Diod. 17. 2. & 5. Curt. 7. 1. 3. tefactis quas ille ſtruxerat inſidiis, occupavit: Attalum per Hecatæum & Parmenionem ſuſtulit. Ex iis quos in Philippi necem conſenſiſſe rumor arguebat, unum Alexandrum Lynceſtem exemit ſupplicio, quod imperium ſuſcipienti adfuiſſet, primuſque *regem* ſalutaſſet; ceteros occidit. Ea ſeveritate ſuam ſalutem in vindicta Philippi muniri credebat; ſimul aboleri famam, qua ut conſcius paternæ cædis notabatur. Crebræ inter eos diſcordiæ fidem ſuſpicioni fecerant; & queſtum injurias Pauſaniam ad fa-

Arrian. 1. 8. 2. Curt. 7. 1. 6. Iuſt. 11. 2. 2. Plut. cap. 17. cinus confirmaſſe ferebatur: prolato ex Tragœdia carmine, quo Medea *pariter pellici ſuæ, quique eam in matrimonium Iaſoni tradidiſſet, & cujus in manum conveniſſet, idem exitium* minabatur. Verum ipſe quum aliquando Darii epiſtolæ reſponderet, invidiam in Perſas

Arrian. 2. 3. 18. Curt. 4. 1. 12. transferre conatus eſt; *illorum auro percuſſores Philippo comparatos fuiſſe.* Quoque magis omnem culpæ ſuſpicionem extergeret, poſtremo vitæ tempore magnificum Philippo templum exſtruere cogitaverat: id, inter alia in

Diod. 18.4. commentariis ejus reperta, ſucceſſores neglexere.

CAP.

CAP. XI.

QVum autem ad perficienda quæ animo agitabat, maximum in eo momentum positum arbitraretur, ut Græciæ principatum, quem Philippus comparaverat, retineret, raptim exercitu ducto Thessaliam improvisus inrupit. Sustulerant animos Thessalorum quidam, & infestis ad Tempe angustiis iter ex Macedonia venienti occludebant. Quippe eas regiones Olympus atque Ossa celebrati montes dirimunt: per quorum convalles Peneus amnis labitur, mira amœnitate solennia gentis sacrificia meritus. Lætis utrimque nemoribus obumbratus incedit; multoque cum fremitu ruenti, ex vicinis arboribus avicularum garritus obstrepit. Angusta semita per quinque fere millia passuum protenditur, vix onusto jumento sufficiens iter præbens: quod adversus quemcumque numerum hominum vel decem armati sepiant. Sed ille qua minime perviæ rupes existimabantur, scalarum in modum exciso montis Ossæ latere, circumitu penetravit; adeoque celeritate sua cunctos exterruit, ut *omnia ei vectigalia reditusque, simul universæ gentis imperium, quibus id legibus Philippus habuisset*, nullo jam repugnante decernerentur. Phthiam, quæ generis sui auctorem Achillem *protulisset, immunem esse jussit. eumque heroëm expeditionis adversus Persas socium atque commilitonem eligere se* dixit. Ex Thessalia Thermopylas petiit, publicum Græciæ concilium, *Pylaïcum* appellant. ibi quum frequens per eos dies conventus esset, in locum Patris Amphictyonum decreto summus Græcorum imperator creatus; *Ambraciotis ratam esse libertatem* jussit, quam nuper expulso Macedonum præsidio receperant: *ultro redditurum fuisse* dictitans, *ni paucis diebus ipsum antevertissent*. Exinde Thebis admoto exercitu, fractaque Bœotorum & Athenienſium contumacia, qui populi maxime suis consiliis obstiterant; *apud Corinthum Græcorum legatos occurrere sibi* jussit. Ibi confirmato Amphictyonum decreto, communi omnium sententia, in Philippi patris locum imperator Græciæ suffectus est: & in bellum Persicum auxilia decreta. Forte in eadem urbe Diogenes degebat, qui Cynico instituto spontaneam paupertatem amplexus, liberum & sui juris animum opibus curisque prætulerat. Apricabatur ille in Craneo, Corinthi suburbio, ubi cupressorum lucus est. eo quum Alexander videndi ejus de-

Maxim. Tyr. orat. 38.
Plin. 4. 8.
Liv. 44. 6. 5.
Polyæn. 4. 3. 23.
Iust. 11. 3. 2.
Philostrat. in Heroïcis.
Plin. 35. 9. 3.
Liv. 31. 32. 3. 33. 21. 4.
Diod. 17. 4
Diod. 17. 3.
Diod. 17. 4.
Iust. 11. 2. 4.
Arrian. 1. 1. 2.
Pausan. lib. 2.

Plut. c. 22. & ad pr. in doct. cap. 7. Dio orat. 4. Seneca de benef. 5.4.& 6. Laërt. in Diog. Iuvenal. 14. 309. Arrian. 7. 1. 6. Val. Max. 4. 3. f.

deſiderio veniſſet, optionemque faceret *qua vellet ab ipſo petendi: parumper diſcedere* juſſit regem, *ne ſolem interciperet*. Inopinatum reſponſum, hominemque, in quem in tanta ſua fortuna ne beneficii quidem jus haberet, admiratus Macedo dixiſſe fertur, *Diogenem eſſe voluiſſe, ni Alexander eſſet*. Scilicet magnitudo animi, qui ex alto deſpiceret omnia, quorum cauſa reliqui mortales ſemetipſos cupide perdunt, non plane fallebat mentem acerrimi juvenis; ſed obcæcata cupiditatibus pervidere non poterat: quanto MELIVS eſſet carere ſupervacuis opibus, quam habere neceſſarias. Ex Peloponneſo Delphos inviſit; Apollinem de eventu belli, quod moliebatur, conſulturus. Sed virgo fatidica negabat *per eos dies adiri deum fas eſſe:* donec ipſe eo profectus, vi contripuit virginem, & ad templum traxit. Sed quum inter eundum illa patrium morem pertinacia regis victum reputans, exclamaſſet, *invictus es, fili; accipere omen*, dixit, *nec alio oraculo ſibi opus eſſe*. His rebus celeriter confectis in regnum regreſſus, ſummo ſtudio in vindictam ſpretæ Macedonum majeſtatis incubuit. Iamque præparatis omnibus, vere novo ex Amphipoli movens, adverſus liberas Thraciæ gentes, decimis caſtris ad montem Æmum pervenit. Magna Thracum manus jugum occupaverat, tranſitu prohibitura regem. caſtra plauſtris in modum valli circumdederant; propulſuri in hoſtem, ſi vis inferretur. Alexander barbarorum aſtu cognito edixit militibus, *ut plauſtris inruentibus, diducta phalange innoxia dilabi paterentur; aut, ſi deprehenſi eſſent, humi ſtrati, clypeis arcte commiſſis, teſtudine ſe protegerent*. Ita hoſtium dolus irritus fuit. magna plauſtrorum pars per intervalla ordinum devoluta eſt; quæ armatis incidere, clypeis impacta, ſuoque impetu ſubſilientia nihil ponderis ad obterendum habuere: omniſque illa tempeſtas citra noxam detonuit. Quo metu liberati Macedones, alacri clamore edito, impreſſionem faciunt. Procurrentes barbaros prægreſſi à dextro cornu ſagittarii frequentibus telis inceſſabant: ita ſine periculo phalanx in verticem eniſa, ut primum æquo loco conſiſtere potuit, haud ambigua victoria hoſtem nudum aut leviter armatum disjecit. Sed eadem res quæ barbaros in prœlio prodiderat, in fuga adjuvit. armis haud ſane onerati per nota loca facile dilapſi ſunt. ita deſideratis ex omni numero mille quingentis, ceteros fuga abſtulit: mulierum puerorumque ingenti multitudine, prædaque pro locorum conditione ſatis ampla, victor potitus eſt. Sic aperto montis Æmi tranſitu, in interiora Thraciæ penetratum eſt.

Polyæn. 4. 3. 11.

Arrian. 1. 1. 5.

Arrian. 1. 1. 23.

eſt. Lucus eſt in iis gentibus, quem Libero Patri dicatum priſca religione colunt. ibi quum Alexander barbaro ritu ſacrificans, vinum aris infunderet, tanta flammæ vis erupit, ut ſuperato ædis culmine, in cœlum emicare videretur. *eoſdem gloriæ fines regi oſtendi*, omnes credidere. Alia ſubinde res nunciata prioris prodigii fidem adfirmavit. In Thracibus qui *Odryſæ* appellantur, Libethrus mons & civitas eſt, Orphei natalibus inclyta: *ejus ſacram effigiem ex cupreſſo fabricatam multo ſudore manaſſe*, qui viderant, ad regem retulere. De interpretatione ſolicitis Ariſtander exemit metum, *ad res Alexandri pertinere* adſeverans, *quibus decantandis alumni filiique Muſarum multum deſudaturi eſſent*. Triballi valida natio trans montem Æmum colunt. in eos quum deſcenderet Alexander, rex gentis Syrmus in Peucen Iſtri inſulam confugerat, expeditione Macedonis multo ante comperta; ſeque & quidquid ætate vel ſexu invalidum erat, objecto amnis munimento tuebatur. Quippe Alexandro paucæ naves erant; & in aſpera præruptaque ripa difficilis exſcenſio, ab hoſte intento validoque haud ægre impediebatur. Ita Macedones re infecta diſceſſerunt, contenti inlata paucis ante diebus clade. nam priuſquàm eo proceſſiſſent, alium Triballorum exercitum adorti, vix quinquaginta ſuorum amiſſis, tria hominum millia occiderant.

Suet. Auguſt. 49. 7.

Tzetzes Chil. 7. 91. Plut. c. 22.

Arrian. 1. 1. 17.

Strabo lib. 7.

Arrian. 1. 1. 28.

Plut. c. 19.

Arrian. 1. 1. 25.

CAP. XII.

SYrmo rege nequidquam oppugnato, in Getas convertit impetum, qui in ulteriore ripa quatuor equitum, decem peditum millia inſtruxerant. Id periculum non tam ex uſu belli ſumpſit, quam cupidine famæ; ut *maximum Europæ flumen, defendentibus ferociſſimis gentibus, transiviſſe* gloriari poſſet. Igitur equitibus quotquot capere navigia poterant impoſitis, pedeſtrium copiarum partem lintribus, quorum ibi magna erat copia, alios utribus transduxit. Improviſa Macedonum impreſſione (quippe tranſmittentes nox, & in ripa quam petebant, denſa frumenti ſeges texerat) territi Getæ vix primum emiſſi equitatus impetum tulere. Vt deinde eum phalange Nicanor ſucceſſit; effuſo curſu urbem quatuor ferme paſſuum millibus à flumine diſtantem petiverunt: mox, inſtante Alexandro, avectis conjugibus liberiſque, quot eorum equis eripere potuerant, ceteros reliquere victori. Eos rex Meleagro & Philippo abducendos dedit: exciſaque urbe, & in ripa fluminis Iovi Herculique & ipſi Iſtro, qui tranſeunti pro-

Io. Magnus hiſt. Gothor. 3. 12.

Arrian. 1. 1. 29.

Strabo lib. 7.

Arrian. 1. 1. 35.

Digitized by Google

propitius fuiſſet, aris conſecratis eodem die reduxit exercitum, incruenta victoria potitus. Venerunt deinde finitimarum gentium, Syrmique regis oratores cum donis, quæ apud ipſos in precio habentur. Germani quoque, qui uſque à fontibus Iſtri terras ad ſinum Adriaticum ſpectantes habitant, legatos miſerant. Nam Iſter in Germania
Tacit. Germ. 1. 4. oritur: ipſi patrio vocabulo *Danubium* appellant. Magnitudinem corporum animorumque alacritatem admiratus Alexander interrogavit, *quidnam omnium maxime vererentur?* putans ſuam potentiam formidabilem ipſis eſſe,
Arrian. 1. 1. 37. eamque ſe confeſſionem expreſſurum. illi *nihil ſe magnopere vereri* reſponderunt, *niſi forte, ne cœlum in ipſos rueret. ceterum virorum fortium amicitiam plurimi facere.* Perculſus improviſo reſponſo paulum reticuit; deinde hoc unum effatus, *Germanos adrogantes eſſe*, fœdus, ut petiere, junxit; Syrmoque & reliquis pacem dedit: ſatis gloriæ ea expeditione partum exiſtimans, & in Perſicum bellum animo converſus, unde cum leviori diſcrimine longe majus operæ precium exſpectabatur. Taxaſſe id avunculum ejus
Liv. 9. 19. 11. Agell. 17. 21. Alexandrum conſtat, quum paulo poſt bello in Italia gerendo fatigaretur: nam *inæqualem utriuſque ſortem queſtus, ſibi cum viris pugnam eveniſſe* dixit, *Macedoni cum mulieribus*. Ceterum regulos Thracum, quique alii ad
Frontin. ſtratag. 2. 11. 3. Iuſt. 11. 5. 3. res novandas opibus aut animis idonei videbantur, ſpecie honoris, tamquam commilitones adverſus Perſas adſciſceret, abduxit; capitaque ademit factionibus, ſine principibus nihil auſuris. Per Agrianos & Pæonas Macedoniam
Arrian. 1. 2. 1. repetenti Illyriorum motus nunciatur. Bardylis ex carbonario multarum in eo tractu nationum rex, etiam Mace-
Hellad. apud Photium. Diod. 16. 4. & 22. Iuſt. 7. 6. 7. Lucian. in Macrob. doniæ gravis incubuerat, donec magno prœlio à Philippo victus, atque inſtaurato deinde bello fractis omnino viribus, in ditionem victoris concederet. Atque ille jam obierat, vita ad nonageſimum ætatis annum producta: ceterum filius ejus Clitus *opportunum recuperandæ libertatis tempus adveniſſe* dictitans, *dum aſperrimarum gentium armis Alexander trans Iſtrum adtineretur*; populares ad arma capienda impulit: inita ſocietate cum Glaucia rege Illyriorum, qui Taulantii vocantur. Autariatæ alia
Arrian. 1. 2. 2. natio iter facientes Macedonas adgreſſuri fuerant: ſed Langarus Agrianorum rex Alexandro fidus, petiit *ut ſibi curam eam permitteret: ſeſe domi eorum tantum negotii ipſis comparaturum, ut animum à vexandis Macedonibus ad ſua tuenda converſuri eſſent.* Conlaudatum doniſque magnifice cultum juvenem dimiſit rex; etiam ſororis Cynæ nuptias pollicitus, quam ex Illyria muliere ſuſceptam

Aniym-

Almyntæ in matrimonium dederat pater. Et Agrianus quidem promiſſam operam præſtitit; ſed morbo conreptum, ne pacta mercede frueretur, brevi conſequuta mors prævenit. Ita cohibitis Autariatis ſine certamine Pelium perventum eſt, Deſſaretiæ oppidum, Eordaïco flumini imminens. Speciem pugnam expetentium præbebant hoſtes, & velut manus conſerturi extra præſidia ſua ferociter procurrerant. ſed priuſquam prœlium committi poſſet, refugerunt; licet opportuna loca, ſylviſque & collibus impedita præcepiſſent: Fœdum ibi ſpectaculum Macedonum oculis objectum eſt. tres pueri, totidemque puellæ cum tribus nigris arietibus confuſa ſtrage jacebant; quos barbari ſacrilegio ſacro diis ſuis immolaverant, quo pugnaturis audaciam inſpirarent. Sed vindex numen ſceleſtis mentibus pro virtute vecordiam injecit. Rex intra mœnia compulſos ducto exteriore muro intercludere ſtatuerat; quum poſtridie cum magnis Taulantiorum copiis Glaucias advenit. ita ſpe capiendæ urbis abjecta, quomodo tuto diſcederet, cogitabat: Interim Philota cum jumentis caſtrenſibus, & præſidio equitum frumentatum miſſo, comperit *ſuos in diſcrimine verſari*; quippe Glaucias colles campo circumdatos occupaverat, in occaſionem gerendæ rei intentus: Igitur adverſus oppidanorum eruptionem parte exercitus in caſtris relicta, cum ceteris copiis impigre profectus eſt; territiſque Illyriis, ſuos recepit incolumes. Ceterum iter facturo maximum periculum imminebat. hinc flumen; inde prætupti arduique colles viam coarctabant; relicto itinere quod multis locis vix quaternos armatos caperet: montium jugis Clitus atque Glaucias ſagittariorum & funditorum cohortes magnamque gravis armaturæ manum impoſuerant. Alexander ducentis equitibus ante utrumque phalangis cornu conlocatis, imperat *ut erigerent haſtas; mox ſigno dato verſus hoſtes tamquam impetum facturi, infeſtas protenderent; modo in dextrum, modo in ſiniſtrum latus invicem converſi.* Suſpenſis eo commento hoſtibus, phalangem raptim progreſſam nunc in plures acies diducit, nunc diviſam conligit; ad extremum cuneo facto, in læva Illyriorum præſidia ſtrenue infert. Illi celeritate & peritia Macedonum in ſtuporem verſi, deſertis quos tenuerant montibus, verſus urbem refugerunt. Pauci reſtiterant in edito colle, qua jam tranſierat Macedonum agmen: iis dejectis, Alexander duobus fere millibus Agrianorum ſagittariorumque locum capit; phalangi quam flumen tranſmittere juſſerat, præſidio futurus. Ea re conſpecta univerſa hoſtium

Liv. 31. 40. 1.

Arrian. 1. 2. 3.

1. 10. 4.

Arria. 1. 2. 6.

ſtium multitudo iter ad montes adripuit; eo conſilio, ut transjecta gravi armatura, extremum agmen, in quo ipſe rex tranſiturus erat, adorirentur. Ille nihil territus, venientes fortiter excipit: ſimul phalanx ſublato clamore, quaſi iterum tranſmiſſo amne ſubſidio ſuis itura, metum incuſſit hoſti. nam rex quæ evenerunt futura ratus, præceperat ut in adverſam ripam delati ſtatim aciem inſtruerent, lævum cornu, quod à flumine hoſtibuſque propius aberat, in ſpeciem multitudinis quantum poſſent explicantes. Itaque quum univerſum exercitum incumbere ſibi putarent Taulantii, pauliſper retroceſſerunt. Id ſpatium nactus Alexander, ſuos raptim ad flumen ducit; quo ubi ventum eſt, ipſe inter primos tranſgreditur; & quum eos qui agmen claudebant reverſus hoſtis urgeret, machinis diſpoſitis quæ trans amnem miſſilia ſpargerent, eum ſubmovit: ſimul qui jam ingreſſi flumen erant, è mediis aquis tela conjecere. ita nemine deſiderato ceterum iter quietum habuit. Triduum interceſſerat; quum *hoſtes tanquam fugato Macedone metu vacuos, paſſim nullo ordine tendere, neque more militari vallum foſſamve pro caſtris habere, neque vigilias & ſtationes obire* nunciatur. Igitur adſumptis ſagittariis Agrianiſque, & ea Macedonum militum manu, quam Perdiccas & Cœnos ducebant, noctu ſuperato flumine, celeriter ad eos contendit; reliquo exercitu ſequi juſſo. nec exſpectato eo, ne occaſionem mora conſumeret, levis armaturæ militem præmittit: mox ipſe cum ceteris impetu facto ſemiſomnos & inermes magna ſtrage adficiunt: multos vivos capiunt; reliquos conjiciunt in fugam, & ad Taulantiorum uſque montes perſequuntur. Clitus in ea conſternatione in oppidum Pelium ſe recepit; deinde ſive munimentis urbis, ſive ſuorum animis diffiſus, incenſa urbe, in Taulantios exſulatum abiit.

CAP. XIII.

Iuſt. 11. 2. 8. INterea per univerſam Græciam diffuſus rumor, *Alexandrum in Triballis cecidiſſe*, omnes Macedonicis opibus adverſos in ſpem rerum novandarum erexit. EA QUOQUE in rebus humanis haud poſtrema calamitas eſt, quod utcumque levi auctori, quæ facta optamus, tam enixe creduntur, quaſi veritati vim adferre poſſit pertinax & impatiens rationis opinio. Repertus eſt qui *ſe inſpiciente circumventum regem*, &, quo minus ambigeretur, *ſe in ea pugna vulneratum eſſe* adfirmaret: id pronis auribus acceptum vulgatumque, civitati Thebanorum extremæ cala-

talamitatis initium exſtitit. Quippe eo nuncio exciti quidam exſulum, quos à Philippo ejectos diximus, ducibus Phœnice & Prothyte, præfectos Macedonum qui Cadmeam obtinebant, quum nulla doli ſuſpicione extra arcem progreſſi eſſent, obtruncant: civibus ad ſpecioſum liberandæ patriæ titulum ſtrenue concurrentibus, præſidium obſident; & duplici vallo foſſaque, ne commeatus aut auxilia ſubmitti poſſent, circumdant. Legatis deinde ſupplicum habitu circum civitates Græciæ miſſis orabant, *ne deeſſe vellent indigne ereptam libertatem repetentibus*. Et Demoſthenes quidem veteri in Macedonas odio Athenienſes permovit, ut auxilia prompte decernerent. miſſa tamen non ſunt, quia ſubito Alexandri adventu perculſis exſpectanda fortunæ inclinatio videbatur. Demoſthenes privatis copiis Thebanos adjuvit, magnumque armorum numerum gratis ſubminiſtravit. quibus perarmati qui Philippo adimente ſua amiſerant, Cadmeæ præſidiariis acriter inſtiterunt. Peloponneſiorum haud invalida manus ad Iſthmum convenerat. ad quos quum Antipater, quem interim dum abeſſet, Macedoniæ præfecerat rex, miſiſſet petitum, *ne contra commune Græcia decretum cum profeſſis Alexandri hoſtibus conſiliâ miſcerent*; nihilominus Thebanorum oratores admiſerunt. Quumque vulgus militum miſericordia permoveretur, dux eorum Aſtylus, Arcas genere, moras nectebat; non tam incepti difficultate territus, quam per avaritiam, ut à feſtinantibus & neceſſitate anxiis majus ſtipendium acciperet. Decem talenta poſcebantur; ea quum Thebani non conficerent, à Macedonicæ factionis hominibus oblata ſunt, ut quieſceret. Ita de Arcadum auxiliis Thebanorum ſpes in nihilum recidit. Alias tamen ex Peloponneſo copias, ne adverſus Thebas militarent, pecunia Demoſthenes avertit. Namque trecenta talenta à Perſis acceptiſſe dicebatur, quîs ad faceſſendum Alexandro negotium uteretur. His ita nunciatis, Alexander præter Eordeam & Elymiotin, rupeſque Stymphæas & Paryæas rapit exercitum; ſeptimoque poſt die quam à Pelio moviſſet, Pellenen Theſſaliæ oppidum pervenit. Poſt ſextum deinde diem in Bœotiam venit; mox Oncheſtum, ſex circiter paſſuum millibus à Thebis diſtantem proceſſit. Inter hæc Thebani majore animo quam conſilio adminiſtratis rebus, omnium ignari agebant; nec dum intra Pylas eſſe credebant Macedonum copias; ipſum vero regem adventare adeo fidem ſuperabat; ut *potius alium Alexandrum Æropi filium exercitui præeſſe* contenderent. Rex ad fa-

Arrian. 1. 1. 1.

Plut. c. 19.

Diod. 17. 8.

Arrian. 1. 1. 10.

Dinarc. contra Demoſth.

Diod. 17. 8.

Plutarch. Demoſth. c. 32. & in X Oratoribus. 8. 9.

Dinarc. contra Demoſth.

Diod. 17. 8.

Plut. in X. Orat. 11. 2.

Dinarc. contra Demoſth.

Iuſt. 11. 2. 7.

Arrian. 1. 3. 5.

Pauſan. lib. 9.

Arrian. 1. 3. 5.

Pausan. lib. 9. num Iolai positis castris, quod ante Prætidem portam est, pœnitentiæ eorum locum dare constituerat; quum
Arrian. 1. 3. 8. illi eruptione facta, in stationes Macedonum invecti, quosdam interficiunt, alios loco pellunt, donec ad ipsa jam castra suggressos emissa regis jussu levis armatura rejecit. Postero die ad portas, quibus in Atticam euntibus iter est, promoto exercitu, ut suis in arce conclusis præsto esset; adhuc contabatur, & si pœniteret erroris, veniam ostentabat. Sed quibus pax placebat, potentia exsulum eorumque per quos revocati fuerant, opprimebantur: qui, nulla spe salutis reliqua si Macedones urbe potirentur, patriæ ruinis obrui malebant, quam illius incolumitatem suo interitu emere: & ex Bœotarchis nonnullos in consilium traxerant. Quantaque hominum vecordia fuerit, vel hinc
Plut. c. 19. cognosci potest, quod Alexandro postulante, *ut defectionis auctores dederent, duobus capitibus omnem civitatis noxam expiaturi*; ipsi vicissim Philotam & Antipatrum principes amicorum regis deposcere sint ausi, & per præ-
Diod. 17. 9. conem pronunciare, *si qui cum magno rege & Thebanis Græcorum libertatem adversus tyrannum adserere vellent*
Arria. 1. 3. 12. *eos apud Thebas perfugium habituros*. Nec tamen Alexandri imperio oppugnata urbs est; sed, ut Ptolemæus tradidit (nam quidam aliter narrant) Perdiccas, qui in ea
Polyæn. 4. 3. castrorum parte curabat, quæ vallo hostium, quo Cad-
12. Sabellic. meam incluserant, obversa erat, non exspectato signo
ex Plut. c. 19. impetum in eos fecit: superatoque munimento manus
Diod. 17. 11. cum hoste conserere cœpit; & Amyntam, qui cum sua cohorte juxta ipsum tendebat, ut idem auderet, exemplo permovit. Mox Alexander suis timens, cum tota copia-
Arr. 1. 3. 13. rum mole adfuit, & *leviter armatis perrumpere, suisque auxilio ire* jussis, ipse cum reliquis pro vallo substitit. Acri conserto prœlio Perdiccas dum interius vallum molitur, graviter saucius pugna effertur; & Cretensium sagittariorum multi, cum Eurybota duce suo cadunt. Thebani perculsis instant, & ad Alexandrum refugientes insequuntur. Ibi quum rex instructa phalange dispersos & turbatos hostium ordines invaderet, statim versa pugnæ fortuna, tanta Thebanorum trepidatio fuit, ut ne ad portas quidem, per quas in urbem se receperant, occludendas mente competerent: simul qui Cadmeam tenebant, in subjectos arci vicos excurrerunt. Ita nobilissima Græciæ urbs intra eundem diem oppugnata & capta est. Nullum in ea crudelitatis exemplum prætermissum constat: viros feminasque promiscua strages hausit; nec ab impuberum cæde tem-
Diod. 17. 13. peratum est. Phocensium Platæensiumque & Orchomenio-

niorum & Theſpienſium ea infamia fuit; quibus olim, dum Thebana res valebat, vicinæ civitatis opulentia exitioſa fuerat: Macedones ultra fas belli non ſæviere. Tandem, *ut cadibus abſtineretur*, proclamatum eſt, quum jam ſex hominum millia periiſſent; ceteris captis, ad triginta millia liberorum capitum venerunt. *Ex omni præda quadringenta & quadraginta talenta redacta fuiſſe* Clitarchus tradidit. alii, *ex precio captivorum id pecuniæ effectum.* Centum talenta quæ Thebanis Theſſali debebant, Alexander ſociis accepto tulit. Pauci *quos bellum diſſuaſiſſe conſtabat, ſervitutem effugerunt: item ſacerdotes, & quorum hoſpitio rex paterve ejus uſus eſſet. Ex reliquis Timoclea nobilis facinoris mercedem, cum præſenti libertate, famam apud poſteros tulit. Inter Thracas, qui Alexandro militabant, quidam *equitum ductor poſt vim mulieri inlatam, *ubi precioſiſſima quæque occuluiſſet*, minitabundus interrogabat. Illa non tam opum quam pudoris damno mœſta, avaritiam barbari in occaſionem vindictæ convertit: oſtenſoque puteo, in quem mundum ſuum conjeciſſe ſimulabat, hominem cupide eo deſpicientem ſubductis pedibus impulit; conjectiſque deſuper ſaxis, quum ex anguſto profundoque loco adſcenſum fruſtra moliretur, obruit. Comprehenſa à turmalibus occiſi, ad Alexandrum trahitur, ut interfecti ducis pœnas daret. Ibi interrogante rege, *quænam eſſet, & ob quod delictum adduceretur?* intrepido vultu & voce, *Theagenis*, inquit, *ſoror ſum: ejus, qui pro libertate Græciæ Thebanorum imperator occubuit. Injuriam meam ultra caſtitatis meæ prædonem interemi. cui ſi meo ſupplicio parentari jubeas, ſcies HONESTÆ mulieri poſt extortam pudicitiam ſpiritu nihil vilius eſſe. quem utcumque expellere feſtinaveris, ſero moriar, pudori patriæque ſuperſtes.* Alexander cognita cauſa, *Thracem jure cæſum* pronunciavit; *neque ſibi placere ingenuis mulieribus vim fieri:* conlaudatamque *feminam, cum omnibus qui cognatione ipſam attingerent, liberam eſſe* juſſit; & *quo quiſque vellet diſcedendi* poteſtatem fecit. Pepercit & Pindari poſteris, in honorem vatis, qui proavum regis Alexandrum carminibus ſuis inſeruerat: ipſiuſque domum cremari vetuit. Non enim præſentem tantum virtutem adamavit; verum memoriam magnorum virorum reverentia, & progeniem illorum beneficiis proſequutus eſt. Nam & poſtea quum poſtremo prœlio Darium viciſſet, Crotoniatis prædæ partem miſit, quod Xerxis bello, ceteris Græcorum coloniis de Græcia deſperantibus, Phayllo duce triremem unam ad

Arrian. 1. 3. 17.
Plutarch. de virt. mulier. c. 48. Diod. 17. 14. Athen. lib. 4. Diod. 17. 14. Grotius de jur. bell. 3. 8. f. ex Quintil.
* Plut. c. 20. Ælian. hiſt. var. 13. 7.
Arrian. 3. 1. 26.
* Polyæn. ſtrat. 8. 39. Plut. c. 20. & de virt. mulier. c. 46.
Arrian. 1. 3. 26. Ælian. hiſt. var. 13. 7. Dio Chryſoſt. orat. 4. Tzetzes Chil. 7. 139. Plut. cap. 63.
Herod. 8. 47.

Plut. Arifide cap. 25. Salaminem miſiſſent: & Platæenſes honore doniſque adfecit, quia majores eorum Græcis adverſus Mardonium præliantibus agrum ſuum dono dederant.

CAP. XIV.

Diod. 17.10. Pauſan. lib. 9. HAnc Thebanorum cladem multa oſtenta præceſſerunt. Tribus ante menſibus quam Alexander adveniſſet, in fano Cereris, quæ *Theſmophoros* adpellatur, conſpecta eſt aranеæ tela nigra, quum circa tempus Leuctricæ pugnæ, qua res Thebana ad ſummum felicitatis evecta fuit, candida comparuiſſet. Adhæc ſub adventum Macedonum ſudantes in foro ſtatuæ, æque lacu apud Oncheſtum triſtis mugitus, & prodigioſo ſanguine fluens Dirce, terrere obſtinatos poterant, niſi deſtinatos ſorti ſuæ ſuperbia perdidiſſet. Quippe majorum gloriam intuentes, à quorum moribus longe receſſerant, & in diſparibus artibus eandem ſibi fortunam polliciti, patriæ ruinam adceleraverunt; quum adverſus triginta peditum, tria equitum millia, eumque veteranum & toties victorem exercitum, paulo plus decem armatorum millibus opponere non eſſent veriti. Ceterum Alexander urbe capta ad conſilium ſociorum retulit, *quomodo ea utendum videretur*. Erant inter eos Phocenſes, multique ex Bœotis, quibus antiquiſſimæ cum Thebanis diſcordiæ gravibus ſæpe damnis conſtiterant: neque dum Thebæ ſtarent, aut odiis ſuis ſatisfactum, aut ſecuritati proſpectum rebantur. Horum auctoritas valuit, ut muri atque ædificia diruerentur; ager arbitrio regis inter victores divideretur. Ita nobiliſſimam urbem, non hominum modo clariſſimorum, verum etiam * deorum natales adſerentem ſibi, è media * Græcia una dies eripuit. poſtquam octingentos fere annos poſt oraculum * de corvis, eoſdem incolas habuiſſet. Olim enim pulſis à gente Thracum atque Pelaſgorum Bœotis edita ſors fuerat, *poſt quartam demum ætatem patrias ſedes recepturi, conſiderent interim, quo loco corvos albos conſpicati forent*. Ita quum ad Arnen Theſſaliæ oppidum veniſſent, corvis conſpectis, quos pueri gypſo inleverant, ibi ſubſtiterunt. Diruta urbs eſt ad tibiæ * cantum; quomodo ſexageſimum ante annum Athenas * Lyſander deleverat. Templis tamen aliiſque ſacris ædificiis abſtineri juſſit Alexander; etiam ne quod per incuriam damnum iis daretur, ſolicitus. Præter inſitam in deos venerationem retens religio permoverat: quia militum quoſdam Cabi-

Diod. 17.9. Iulian. in Cæſar. Arrian. 1.1. 26. 1.13.24. Iuſtin. 11.3. 8. Diod. 17. 14. Plut. c. 20. * Iuſtin. 11. 4.4. * Æſchin. contra Cteſiph. Dinarchus contra Demoſth. Agatharchides apud Photium. * Diod. 19. 51. Ὀλυμπ. ἀπαγγ. Strab. lib. 9. Cœlius Lect. Ant. 17. 21. * Tzetzes Chil. 7. 139. * Plutarch.

Cabirorum ſanum, quod ante urbem eſt, ſpoliare adgreſſos; ſubita tempeſtas fulminibus & flamma cœleſti conſumpſerat. Relictæ ſunt etiam effigies ſtatuæque, diis, vel hominibus virtute præcellentibus, per loca publica poſitæ. proditumque eſt memoriæ, fuiſſe qui inter conſternationem captæ direptæque urbis aurum in ſinus aut amicula ſtatuarum abdiderint; idque ſalvum repererint, quum vigeſimo poſt anno Caſſander Antipatri filius Thebas inſtauraret. Quod quidem non tam miſericordia in profugos feciſſe creditur; quam ut Alexandri, quem oderat, gloriam detrectaret. Quamquam autem veterem murorum ambitum urbi reſtituiſſet; neque mores antiquos neque fortunam reddere potuit. nunquam poſtea reſurrexit, ut convaleſceret: ſed multis ſubinde calamitatibus vexata, vix tenuis oppidi ſpeciem ad memoriam noſtram retinuit. Pœnituiſſe poſtea ferunt Alexandrum, quod exciſis Thebis velut alterum Græciæ *oculum eruiſſet. utique poſtquam Cliti cædem, & Macedonum ignaviam, expeditionem in penitiores Indos pertinaciter recuſantium, *iram Liberi patris* interpretatus eſt, *ob adflictam patriam ejuſmodi pœnas repetentis.* & reperti ſunt, qui ipſam regis mortem, non ſine vindicta Bacchi, ab ebrietate & vino profectam crederent. His ita perpetratis, Athenas miſit, nunciatum *ut oratores qui populum adverſus Macedonas concitare non deſinerent, traderentur; aut ſi illos amittere gravarentur, eadem cotumacia præmia exſpectarent, quorum exemplum in Thebanorum calamitate conſpicerent.* Ibi quum Phocium, cujus ob integritatem vitæ maxima ad populum auctoritas erat, *non invitandum adoleſcentis victoriſque animum* diceret, hortareturque eos ad quos periculum maxime pertinebat, *ut Lei & Hyacinthi filiæ imitati, ſpiritum pro patriæ ſalute profundere ne dubitarent;* Demoſthenes, qui nominatim petebatur, ſurrexit, docuitque *falli Athenienſes, ſi paucorum deditione periculo defungi poſſe crederent: callidos Macedonas eos expoſcere, quorum vigilantiam atque virtutem maxime inviſam ſuſpectamque haberent. amotis publicæ libertatis cuſtodibus, in orbam indefenſamque civitatem tamquam lupos in oves canibus deſtitutas, impetum facturos eſſe.* Multa commiſerat in Macedonas Demoſthenes, ob quæ haud injuria nullum apud eos veniæ locum relictum arbitrabatur. Philippo occiſo auctor exſtiterat, ut Pauſaniæ ſacellum exſtrueretur; apud pulvinaria Deum ſupplicationes haberentur, aliaque ob inſignem lætitiam decreti ſolita curarentur.

Lyſ. c. 28. Suidas ex Polyb. 5. 10. Pauſanias lib. 9.

Plin. 34. 8. 15. Athen. 1. 15. Emmii Græcia. Diod. 19. 53. Pauſan. lib. 9. Plut. Demetrio c. 53. Strab. lib. 9. Emmii Græcia.

* Agathar. apud Phot. Plut. cap. 21. Arrian. 4. 2. 13.

Athenæus 10. 9. Diod. 17. 15. Arrian. 1. 4. 29.

Plutarch. Phoc. c. 21.

Plutarch. Demoſth. cap. 33. Æſchines contra Cteſiphont. Iuſt. 11. 3. 4.

Suidas Μαρσύας. Plutarch. Demoſth. cap. 32. Eraſmi adag. in *Margites*.

tur. Alexandrum alias *puerum*, alias prodigioſæ vecordiæ vocabulo *Margiten* adpellaverat: Perſico auro corruptus, omnium fere bellorum, quæ contra Alexandrum patremque ejus Philippum Græci depugnaverunt, fax atque concitor fuerat. Attalum, quo graviorem * adverſarium non habuerat Alexander, Athenienſium * ſocietatem pollicitus, ad bellum regi palam inferendum exſtimulaverat. Neque civitas Athenienſium mediocriter deliquerat, detractis Philippi ſtatuis, earumque materia in fœdos uſus converſa: aliiſque admiſſis, quæ vulgus imperitum & mobile, nulla futuri cura, ex arbitrio ſuaſuque paucorum animoſe perpetrat. Sed nihil ex iis quæ præfracte & contumaciter fecerant æque commovit regem, quam in Thebanos humanitas; quos inter patriæ ruinam elapſos, contra ipſius edictum receperant, tantum ob eorum vicem doloris præ ſe ferentes, ut etiam myſteriorum ſolennia, quæ in honorem Liberi Patris præcipua religione quotannis celebrant, ob publicam mœſtitiam intermitterent. Verum cupidine belli Perſici, condonare Græcis injurias ſuas, quam exſequi malebat. Igitur quum Demades, qui Philippo quoque gratus acceptuſque fuerat, preces civitatis ad eum detuliſſet, Athenienſibus indulſit, *ut Demoſthene, Lycurgoque, & aliis quos depoposcerat retentis, unum Charidemum in exſilium mitterent*. Ille ad Perſas ſe contulit; magnoque ipſis uſui fuit, donec ob libertatem * linguæ Darii juſſu interfectus eſt. Alii quoque non poſtremi nominis viri, odio regis urbe deſerta, ad hoſtes illius * profecti, multum negotii Macedonibus exhibuerunt. Poſt eum rerum impetum curſumque, nemo ſupererat in Græcia, qui aut viribus ſuis poſt Thebanos (quorum gravis * armatura celebris olim fuerat) aut occupata Leucadia, munimentis conſideret. Namque Leucadios ſitu oppidi, & proviſo in longam obſidionem commeatu feroces, fame domuit; quum expugnatis quæ circa erant caſtellis, homines Leucadiam abire paſſus, adaucta per ſingulos dies multitudine, omnem eorum penum exhauſiſſet. Igitur ex Peloponneſo quoque legationes venerunt, gratulatum quod confectis ex animi ſententia barbaricis bellis, etiam Græcorum quorundam inſolentiam & temeritatem caſtigaſſet. Arcades, qui Thebanis auxilio futuri ſe commoverant, *duces, quorum inſtinctu ad eum furorem prolapſi eſſent, capitu ſe condemnaviſſe* exponebant. Elei *exſulibus ſuis reditum conceſſiſſe, non ob aliud, niſi quod Alexandro charos acceptiſſent*. Et Ætoli excuſaverunt,

Curt. 6. 9. 17.
* Diod. 17. 5. Dio orat. 38.

Æſchines contra Cteſiph. Pauſan. lib. 9. Plut. c. 19. & Camillo c. 31.

Diod. 17. 35. Plutarch. Demoſth. cap. 33. Plut. in X. Orat. 7. 2. 8. 9. Demoſth. epiſt. 3. Arrian. 1. 13. 31. Iuſtin. 11. 4. 12. Dinarch. contra Demoſt.
* Curt. 3. 2. 10.
* Diod. 17. 25. Curt. 3. 13. 15.
* Dio orat. 64. Frontin. 3. 4. 5. Arrian. 1. 3. 27.

d by Google

runt, *quod in tantis Graciæ turbis, ipſorum quoque gens novorum conſiliorum expers non fuiſſet.* Megarenſes novi generis honore riſum regi, quique circa eum erant, commoverant, referentes *ob ſtudium & beneficia Alexandri in Græcos, Megarenſis populi ſcito civitatem illi decretam eſſe*: donec intellecto *nemini ad eum diem, excepto Herculi, id honoris habitum*, lætus accepit. Ceteris reſpondit, *nihil ſibi quiete & incolumitate Græciæ antiquius eſſe; modo in poſterum novis rebus abſtinerent: præteritorum veniam facile concederet.* Verum Spartanis maxime diffiſus, Philiadæ liberos Meſſenen, unde pulſi fuerant, reſtituit: Pellenen Achæorum Chæroni tradidit: Sicyonem, aliaque Peloponneſi oppida per clientes ſuos habuit, qui conſilia Lacedæmoniorum ex propinquo ſpecularentur. Tot tantiſque rebus perficiendis pauci menſes ſuffecerunt. Intra quos tam grave atque multiplex bellum leviore negotio confecit, quam alius paraviſſet. Ipſe quidem eam victoriam celeritati ſe debere confeſſus, interroganti, *quonam maxime modo Græciam ſubegiſſet? nihil contando*, reſpondit.

Plut. de Monarch. c. 2. Seneca de benef. 1. 13.

Demoſth. de Alexandreo fœdere. Pauſ. fin. lib. 7.

Capell. in hiſt. ſacra & exotica.

Homeri Scholia Il. *a.*

I. FREINSHEMII SVPPLEMENTORVM IN Q. CVRTIVM LIBER SECVNDVS.

Diod. 17.17. Diod. 17.5. Arrian. 2.3. 18. Curtius 6.3.12. Strabo fin. lib.

PERSARVM ea tempestate Darius rex erat, paulo ante Philippi necem evectus in id fastigium à Bagoa spadone; qui Ocho rege, & deinde filio ejus Arse, cum tota eorum domo exstinctis, imperium quod sibi vindicare non poterat, sui beneficii fecit; perennem sibi gratiam pollicitus apud eum quem tanto munere devinxisset. Nec tamen indignus ea fortuna Darius apud populares habebatur; nam etiam à gente regia non alienus erat. quippe Ostanes Ochi patruus Arsanen genuerat, Arsanes Codmannum. Sic enim vocabatur, dum privatus esset; sed in Cyri solium conlocatus, more quodam Persarum, ejurato veteri nomine, Darius appellari voluit. Bello quoque spectatus, cæso ex provocatione hoste, *quum adversus Caduſios bellum gereret Ochus, magnam virtutis opinionem pepererat. Hic à conditore regni, *Cyro decimus imperio Persarum præfuit. Nam Ochus Artaxerxem patrem, ille Darium exceperat. Huic Artaxerxes regnum reliquit, Xerxis filius. Xerxes Dario patri successit; qui Hystaspe genitus, post exstinctum in Cambyse Cyri sanguinem, inlustri septem *Persarum conspiratione, imperium Magis extorsit. Sub his regibus per ducentos & triginta ferme annos res Persarum mira felicitate floruit: acribus initiis, dum rudis ad voluptates natio pro libertate, gloriaque, & opibus animose dimicabat. procedente tempore, postquam præmia virtutis adepti videbantur, ipsam posthabuere; non tam suis viribus tuti, quam fama potentiæ à majoribus partæ, usuque divitiarum, quibus haud paulo felicius contra Græcos, quam armis decertavere. Ad postremum itaque, quum adversus Alexandri vim auro parum proficeretur, omnique externa

Scalig. de emendat. temporum lib. 6. Curt. 4.1.10. *Iust. 10.3.3. Diod. 17.6. * Sleidan. lib. 1. de 4. monarch. Scalig. lib. 6. de emend. tempor. Schubert. lib. 2. de scrupulis chronol. * Herodot. 3. 70. Iustin. 1. 9. 19. Xen. παιδ. lib. 1. Arrian. 5.1.19. Plut. Agesilao c. 24. & Artaxerxe cap. 30.

Digitized by Google

terna ope abſcedente, ſibimet ipſis innitendum eſſet, animi deliciis & mollitie fracti effeminatique fortunæ ruentis impetum non ſuſtinuerunt. Quippe INDVSTRIAM egeſtas acuit; adfluentiam rerum luxus & inertia ſequitur. Igitur audito fine Philippi, cujus fortuna & adparatibus exterriti fuerant, metu ſoluti, Alexandri adoleſcentiam deſpiciebant; contentum fore arbitrati, ſi ſecuro Pellæ obambulare liceret. Verum quum de bellis ipſius victoriiſque alia ſuper alia nunciarentur; contemptum hactenus juvenem impenſius formidantes, ſumma cura, ut in bellum atrox atque diuturnum, auxilia comparabant. Et quoniam ſuperiorum prœliorum experimentis imparem Aſiaticum militem Europæo didicerant, miſſis in Græciam conquiſitoribus, ad quinquaginta millia egregiæ juventutis mercede conduxerunt. His copiis Memnon Rhodius prætor datus eſt; qui multis ante bellis fidem virtutemque ſuam Perſis abunde probaverat. Is ad occupandam Cyzicum miſſus; citatis itineribus, per Phrygiam; qua Troadi committitur, ad Idam montem pervenit, ipſo nomine naturam ſitus ſui præferentem. nam condenſa arboribus loca *Idas* antiqui dixere. Exſurgit iſte celſiore cacumine, quam ceteri ad Helleſpontum montes. In medio ſpecum habet religioſo horrore famam in fabulis nactum; ut *ibi deorum formas arbiter Trojanus ſpectaſſe* prædicetur, quum imperio patris expoſitus, in Ida monte adoleviſſet. Eadem Idæorum Dactylorum patria eſſe fertur, qui primi, Magna Matre docente, ambiguum ferri uſum, neque minus utile neceſſitatis laboriſque ſolatium, quam acerrimum furoris inſtrumentum, invexerint vitæ. Illud etiam admiratione dignum proditur, quod circa canis exortum, ventis depreſſiora turbantibus in ſummo Idæi jugi cacumine quietus aër eſt: quodque *multa adhuc nocte terris incubante, ſolem* aiunt *conſpici, non globi figura: ſed in ampliſſimam latitudinem ſparſum, & velut diverſis ignium agminibus utrumque montis latus amplexum, coire paulatim, & propinquante jam luce jugero paulo majus ſpatium implere; pauloque poſt in ſolitum orbem conlectum deſtinatum iter percurrere.* Credo per aërem nocturno gelu adſtrictum, nulliſque ventorum flatibus disjectum, ſolis orientis, adhuc imperfecta imagine late ſparſa, fallax oculis miraculum adparere; donec eo paulatim vi caloris abſumpto diſſipatoque, liber ad ipſum fideris orbem adſpectus permittatur. nam ſereno liquidoque cœlo radii tranſmittuntur; ubi coactus aër eſt, ſiſtit

Diod. 17.7.

Æſchin. contra Cteſiph.

Curt. 5.11.5.

Curt. 3.2.9.

Diod. 17.7.

Pauſan. lib. 10.

Diod. 17.7.

Apollod. lib. 2.

Diod 17.7.

Plin. 34.14.

Diod. 17.7.

Luc. 5.662.

Mela 1.18.

Plin. 2.11.3.

Diod. 17.7.

exceptos,

exceptos, & tamquam in ſpeculum incidentes cum incremento ſplendoris diffundit. Sub Idæ radicibus Cyzicenus ager in Propontidem excurrit: ipſum oppidum in mediocri inſula ſitum gemino ponte continenti adnectitur. Sed id opus paulo poſt Alexander moliri eſt: ſub Memnonis expeditionem navibus commeabatur. Qui quum Cyzicenos improviſo impetu nequidquam terruiſſet, muros gnaviter tuentibus oppidanis: eorum regionem hoſtiliter populatus, magnam inde prædam coëgit. Nec à Macedonum ducibus ceſſabatur: Parmenio Grynium Æolidis oppidum expugnat, incolas ſervituti addicit. Deinde Gaïcum amnem tranſgreſſus, Pitanen adoritur, urbem opulentam: & duplici portu accipiendis ab Europa copiis opportunam. ſed propero adventu Memnonis ſtatim ſoluta obſidio eſt. Calas deinde, qui cum modicis Macedonum atque mercenariorum copiis in Troade res gerebat, cum Perſis prælio certavit: & impar hoſtium multitudini in Rhœteum ſe recepit.

Strabo, lib. 13. Plin. 5.32.2. Diod. 17.7.

CAP. II.

Diod. 17.16. INterea Alexander conſtitutis in Græcia rebus, in Macedoniam reverſus, *quæ tantam belli molem adgreſſuro cavenda vel adminiſtranda eſſent*, cum amicis deliberabat. Antipater ac Parmenio ætate & dignitate præcipui obteſtabantur, *NE IN VNO corpore totius imperii ſalutem fortunæ inſidiis exponeret: quin prius operam daret liberis; & incolumitate patriæ firmata, ita demum de incremento ejus cogitaret.* Quippe præter Alexandrum nemo ex Philippi ſanguine dignus imperio ſupererat, Cleopatræ ſobole per Olympiadem intercepta: Aridæus ſordibus materni generis, & turbata mente Macedoniam dedecere putabatur. Verum ille quietis impatiens, nihil niſi bellum, & ex victoria gloriam aſſidua cogitatione volvebat. Igitur, *Vos quidem*, inquit, *ut probos & amantes patriæ viros decet, de commodis adverſiſque illius haud ſine cauſa ſoliciti eſtis. Arduum enim, quis neget? opus ordimur, quod ſemel temere cœptum, ſi eventus arguat, ſera pœnitentia nequaquam emendaverit. Nam antequam vela ſolvamus, navigare velimus, an quieſcere, noſtra conſultatio eſt: quum ventis fluctibuſque nos crediderimus, in ipſorum arbitrio omnis noſter curſus erit. Itaque non moleſte fero veſtram opinionem à ſententia mea diſſidere; quin potius ſimplicitatem laudo, voſque precor ut in iis etiam de quibus porro referetur, eodem inſtituto utamini.*

1.9.29. Comment. in Curt. 10. 7.2.

utamini. AMICI regum, ſi qui eo nomine digni ſunt, non tam gratiam eorum, quam utilitatem atque decus in conſilio habent. QVI ALITER fieri cenſet, quam ipſe facturus erat, non inſtruit conſultorem, ſed decipit. Ceterum ut & vobis conſilii mei ratio pateat: certum habeo nihil minus convenire rebus meis, quam dilationem. Omni quæ circa Macedoniam colit barbarie pacata, exſtinctiſque Græcorum motibus, fortiſſimum florentiſſimumque exercitum otio & deſidia dilabi patimur: an potius in opulentiſſimas Aſiæ regiones inducimus, olim poſſeſſionem ejus ſpe complexum, & præmia laborum, quos diu ſub patre meo, deinde nobis imperantibus tertium jam annum exhauſit, ex Perſarum ſpoliis expetentem? Novum adhuc imperium Darii eſt, & interfecto Bagoa, cujus beneficio regnat, crudelitatis & ingratitudinis ſuſpicionem apud ſuos incurrit: quæ res optimos eorum qui parent, odio adverſus imperantes implent, & ad obſequia ſegniores, aut etiam præfractos reddunt. Numquid ſedebimus dum auctoritas ejus confirmetur; & rebus domi per otium compoſitis, ultro bellum in Macedoniam transferat? MVLTA celeritatis præmia ſunt, quæ nobis ceſſantibus ad hoſtem pertinebunt. MAGNVM in ejuſmodi negotiis momentum poſt ſe trahit prima animorum inclinatio: at illa ſemper occupanti parata eſt. Quippe NEMO conſtanter adpetit fortioris gratiam: porro FORTIOR habetur, qui infert bellum, quam qui excipit. Quanto autem exiſtimationis noſtræ periculo fallemus ſpem eorum, qui adoleſcentibus nobis eum honorem deferendum judicaverunt, quem maximus imperator, pater meus, poſt tot virtutis experimenta paulo ante obtinuit? Non enim ideo Græcorum Concilium imperium nobis detrevit, ut in Macedonia deſides & ignavis voluptatibus addicti, injurias olim & nuper Græco nomini inlatas negligeremus; ſed ut eorum, quæ per ſummam ſuperbiam improbe & petulanter in nos commiſerunt, pœnas penderent. Quid dicam de iis Græcorum nationibus, quas late per Aſiam diffuſas impotentium barbarorum intolerandæ ſervitus premit? Equidem quibus nuper precibus, quibuſque argumentis cauſam eorum Delius Epheſius egerit, quum ipſi memineritis, non repetam. Id ſane conſtat, eos omnes, ut primum ſigna noſtra conſpexerint, protinus ad nos eſſe tranſituros, & pro liberatoribus adſertoribuſque ſuis adverſus graves iniquoſque dominos quodlibet periculum impigre ſuſcepturos. Quamquam quid noſtri pariter hoſtiumque obliti auxilia circumſpicimus adverſus gentes,

Zoſimus lib. 1. Curt. 6. 4. 10.

Diod. 17. 5.

Diod. 17. 16.

Plut. adverſ. Coloten. cap. 50.

quas

Plut. Agesil. c.8. & seqq.

quas etiam paulo lentius vicisse à pudore quam gloria propius abfuerit? Patrum avo in Asiam profectis Lacedæmoniorum paucis ingentes hostium exercitus frustra restiterunt: Phrygiam, Lydiam, Paphlagoniam, agi ferrique passi; aut quoties vetare voluerunt, ad hostium satietatem cæsi sunt: donec à suis revocatus Agesilaüs, ob exortos in Græcia tumultus, trepidantibus & consilii incertis animi ex tanto errore recipiendi spatium concederet. Paucis ante istum annis vix decem Græcorum millia, sine ducibus, sine commeatu, ex intimis Persici imperii partibus, per tot infestas nationes iter in patriam ferro aperuerunt. quum eos persequeretur universus regis exercitus, quo modo cum Cyro fratre de regno dimicaverat, victorque exstiterat: quem illi quidem ubicumque congressum fuderunt fugaveruntque. Nos igitur, quibus universa Græcia tot victoriis edomita paret, qui eorum fortissimos aut in acie cecidimus, aut habemus in castris; timebimus scilicet Asiam, quam eorum quos vicimus, pauci pudendis cladibus adfecerunt? Aliis deinde in eandem sententiam adjectis, adeo permovit animos, ut omnibus adsentientibus etiam Parmenio, qui maxime bellum differri voluerat, maxime adcelerandum censeret, ultroque jam Alexandrum hortaretur. Itaque omni cura ad maturandam profectionem conversa, ad Dium Macedoniæ urbem Iovi Olympio sacrum fecit, institutum ab Archelao, qui post Perdiccam Alexandri filium regnavit. Musis quoque ludos scenicos fecit, per novem dies, pro numero dearum. Posthæc convivium summa magnificentia celebratum est; tabernaculo quod centum lectos caperet, adornato. ibi cum amicis ducibusque, & civitatum legatis adcubuit. per exercitum quoque victimas dividi jussit, aliaque præberi, quibus destinatus hilaritati dies festivis epulis, & faustis instantis belli ominibus transigeretur.

Xenoph. *Anabas.* l.2. & seqq.

Diod.17. 16.

Arrian.1.4.1. Iustin. 11. 5. 6.

Blut. Alex. cap. 88.

Arrian.1.4.3. Plut. c.23. & de fort. Alex. 1.3. Iustin. 11. 6. 2. Polyb.12.10. Liv.9. 19. 4. & 42. 51. 11. Front.4.2.4. Paneg. Constantino dictus. Diod. 17. 17. * Curt. 6. 9. 21.

CAP. III.

VEre novo contractis undique copiis in Asiam transjecit; exercitum robore quam numero validiorem ducens. Triginta peditum millia Parmenio ducebat: quorum Macedones tredecim expleverant, quinque erant mercede militantium; ceteram multitudinem socii fœderatique miserant. Has copias Illyrii Thracesque & Triballi, ad quinque hominum millia sequebantur; additis mille Agrianorum sagittariis. Equitatum Macedonum mille octingentorum * Philotas ducebat; & totidem ex Thessalia

lia Calas: à reliqua Græcia ſexcenti omnino equites venerunt, quibus Erigyium præpoſuit: agmen ducebat Caſſander cum nongentis Thracum atque Pæonum antecurſoribus. Hunc exercitum, non ultra quam in triginta dies proviſo commeatu, infinitis barbarorum copiis opponere non dubitavit; virtute ſuorum fretus, qui vincendo ſenes facti robore animorum armorumque uſu cuilibet multitudini hoſtium inſuperabiles erant. Antipatro, quem cum duodecim millibus peditum, & mille quingentis equitibus Macedoniæ Græciæque rebus præfecerat, injunctum, ut continuos in Europa delectus ageret, quibus adverſus prœliorum fatique detrimenta exercitus ſubinde novaretur. Hoc unum ſibi exceperat, quum cetera amicis largiretur. Quidquid enim ſalva majeſtate regni abeſſe poterat, priuſquam naves conſcenderet, inter ſuos diſtribuit. Perdiccas prædium quod dabatur non accepit, interrogato rege, *quid tandem ſibi ipſi reliqui faceret?* atque illo ſubjiciente, *ſpes: eamdem ergo*, inquit, *& nos participes erimus, qui tuis auſpiciis militamus.* Pauci hunc ſequuti ſunt: per ceteros non ſtetit, quin interrogatus, *ubi theſauri ipſius eſſent?* vere reſponderet, *apud amicos.* Sane de ſumma rerum alea jacta, non abſurde conlocaſſe videtur opes quas habebat: quippe aut victor multo majores adepturus erat; aut ſi victus eſſet, iſtas quoque amiſſurus. atque interim alacrioribus miniſtris utebatur. neque multum abſcedebat præſentibus neceſſitatibus, quum agros & prædia, & reditus quorum dies multo poſt venturi erant, donaret: pecunia in belli uſum ſepoſita, cujus quanto minor copia erat, diligentius adminiſtrabatur. Quippe Philippo interfecto, minus ſexaginta talentis pecuniæ ſignatæ, paucaque ex auro & argento pocula in theſauris ejus reperta ſunt: quum æris alieni quingenta ferme talenta relinqueret. Quamquam enim iſte rem Macedonicam inſignibus incrementis auxiſſet, auri quoque metallis apud Crenidas (ipſe Philippos appellavit) ita excultis, ut inde mille talenta annui proventus cogerentur; continuis bellis, neque minus largitionibus, ærarium exhauſerat. Macedoniæ etiam inſtaurandæ ornandæque magnos ſumptus fecerat, quum pauperrimam accepiſſet. Ipſum inter initia regni tenuem fuiſſe, & quum ex quinquaginta drachmis auri poculum haberet, id cubitum euntem capiti ſubjeciſſe plerique meminerant. Hujus ergo filius bello laceſſivit regem Perſarum, cui ſomnum capienti quinque talentorum auri millia pro cervicali, tria argenti pro ſcabello, ſub capite pedibuſque lectuli, pe-

Diod. 17. 17. Plut. c. 23. & de fort. Alex. 1. 3. 2. 24. Curt. 3. 2. 13. 3. 3. 27. Arrian. 14. 3. Diod. 17. 17. Curt. 5. 1. 39. Iuſt. 11. 5. 5. Plut. c. 23. & de fort. Alex. 2. 24.

Marcel. 25. 14.

Arrian. 7. 2. 15. Curt. 10. 2. 24. Plut. c. 2. 3. & de fort. Alex. 1. 3. & 2. 24. Diod. 16. 8.

Athen. 4. 14. & 6. 4.

Athen. 12. 2. Arrian. 7. 2. 25.

culiaribus cubiculis ſervabantur: quamquam ad paternum æs alienum octingenta inſuper talenta, quæ ipſe mutuo ſumſerat, adjeciſſet. ex quibus vix decima portio ſupererat. Solviſſe autem dicitur Timotheo * tibiis concinente, ſummaque militum alacritate, opes barbarorum quos oppugnatum irent, * certa fiducia ſibi deſtinantium. Hoc modo per lacum quem à vicini montis nomine *Cercinitem* vocant, ubi claſſem habebat, in Strymonem invectus, Amphipolin; & deinde ad oſtia Strymonis proceſſit: quo trajecto, præter montem Pangæum, viam ingreſſus eſt, quæ Abderam & Maroneam ducit. Nam in litore iter facere inſtituerat, ut navibus ſuis, quæ juxta ducebantur, præſidio eſſet, ſi Perſæ forte occurriſſent, quippe iſti tum etiam maris imperium obtinebant. Ipſi enim modica claſſis; at apud hoſtes Cypriæ Phœniciæque naves, adſuetique maritimis rebus claſſiarii, & exercitatiſſimi remiges erant. Nam Macedonia nuper tentato maris imperio, nondum abundabat navibus; & à ſociis maligne præbebantur. Etiam Athenienſes, quum ab ipſis triremes peterentur, tantum XX miſerunt: ſuggerentibus eorum oratoribus, *periculum eſſe, ne claſſe accepta contra eos qui miſiſſent, uteretur.* Ex iis locis ad Hebrum fluvium contendit: quo haud difficulter tranſmiſſo, in Pæticam Thraciæ regionem pervenit: inde ſuperato amne quem *Melanem* appellant, vigeſimo poſtquam à domo profectus fuerat die, Seſton adtigit in extremis continentis finibus Helleſponto imminentem; qua anguſtis fluctibus inſinuatum mare Aſiam ab Europa dirimit. Quippe Macedonia Thraciam conjunctam habet; quæ procurrens in ortum duobus capitibus Aſiam tangeret, niſi intercedente pelago ſubmoveretur: dextra Helleſpontus arcet; ulterius Boſphorus, quem Thracium appellant, Byzantium à Chalcedone ſeparat. Inter has anguſtias intercepta Propontis jam laxiore ſpatio juxta Bithyniam & Ponticas regiones diffunditur. Infra Bithyniam Myſia eſt; deindè Phrygia, Phrygiamque contingens Lydia, longius à mari remotæ. Interius ſpatioſas regiones celebratæ fecunditatis & opulentiæ gentes habitant. Litora quæ Thraciæ Græciæque obverſa ſunt, Helleſpontii; deinde Troës colunt, calamitatibus inclyti. Infra hos Æolis & Ionia per longa litorum ſpatia Lydiæ prætenduntur. Caria deinde cum adnexa Doride, magna ex parte mari circumfuſa, non minus amplo tractu introrſum recedit. His terris nobiliſſimæ inſulæ adjacent: Lesbus Æolica, Chius & Samus Ioniæ, & Dorica Rhodus; aliæque multæ quarum nomi-

ne

Plut. c. 23. & de fort. Alex. 1. 3. & 2. 24.

* Himer. apud Photium.

* Iuſtin. 11. 5. 8.

Arrian. 1. 4. 3.

Arrian. 7. 2. 15.

Iuſtin. 11. 6. 2. Oroſ. 3. 16. Otto Friſing. 2. 25.

Diod. 17. 22. Plut. in X. Orat. 8. 9. & 9. 1.

Arrian. 1. 4. 4.

nà Græcorum monumentis inclaſuerunt. Nam antiquis temporibus omnem hanc oram Græcia frequentibus coloniis inſederat: quæ tum quoque manebant; ſed Perſarum regi ſatrapiſque ſubjectæ, priſcam gentis libertatem barbarica ſervitute mutaverant. Alexander ubi Seſton pervenit, maximam copiarum partem Parmenione * duce, Abydum in adverſo litore ſitam petere jubet, adtributis ad hoc centum ſexaginta triremibus, multiſque onerariis: ipſe cum reliquis Eleuntem proficiſcitur, Proteſilao ſacrum, cujus ibi ſepulchrum adgeſto tumulo tegitur. Circa tumulum crebræ ulmi ſunt, quarum mira natura eſt. quippe ramis qui Ilium ſpectant matutino diei tempore enata folia ſtatim defluunt; quum ceteris ſtabilis viriditas fit: Ita acerbum heroïs fatum exprimere creduntur; qui in ipſo ætatis flore cum Græcis in Aſiam profectus, prima Trojani belli victima fuit. Huic tum Alexander inferias dedit; precatus, *ut melioribus auſpiciis hoſtile litus tangeret*. Inde cum quinquaginta longis navibus Sigeum petiit, portumque nomen ab Achivis nactum, quorum claſſem Trojanis temporibus exceperat. Quum jam in mediis Helleſponti fluctibus navigaret (namque ſuæ navis ipſe gubernator erat) taurum Neptuno ac Nereïdibus immolat, aureamque phialam, ex qua libaverat, diis marinis donum, in pelagus abjicit. Iam in portu erat claſſis; quum rex conjecta in litus haſta, primus è navi librato corpore terram ſaltu contigit; teſtatus, *ſe poſſeſſionem Aſiæ diis bene juvantibus juſto pioque bello ſibi adſerere*. Aræ deinde conſtitutæ ſunt, ubi exſcenſionem fecerat, Iovi deſcenſori, Minervæque & Herculi: *eo quoque loco, unde ex Europa ſolverat, aras exſtrui* juſſit.

Arrian. l. 4. 4. * Curt. 7. 1. 2. 2. 4. 13. Arrian. l. 4. 6. Herod. 9. 115. Pauſan. lib. 1. & 3. Philoſt. Heroica. Arrian. l. 4. 6. Diod. 17. 17. Arria. l. 4. 7. Plin. 5. 30. 7. Mela 1. 18. Herod. 7. 54. Diod. 17. 17. Arrian. l. 4. 8. Iuſt. 11. 5. 10.

CAP. IV.

INde proceſſit in campos ubi veteris Ilii ſedes monſtrabatur. Ibi dum heroïcorum operum monumenta avide perluſtrat, quidam ex incolis, Paridis ei lyram pollicitus eſt. At ille, *nihil*, inquit, *moror imbellium deliciarum vile inſtrumentum: at Achillis lyram cedo, fortium virorum laudes eadem perſonantis manu, qua facta ſuperabat*. Nam Achillem, cujus origine gloriabatur, inprimis mirari ſolitus, etiam circum cippum ejus cum amicis nudus decucurrit, unctoque coronam impoſuit. Hephæſtion * Patrocli tumulum coronavit: eumdem amicitiæ locum apud Alexandrum ſibi eſſe ſignificans, quem is apud Achil-

Strabo, l. 13. Plut. c. 24. & de fort. Alex. l. 14. Ælian. hiſt. var. 9. 38. Plut. c. 24 Arrian. l. 4. 10. Cicero, pro Archia c. 10. & ep. 5. 12. Vopiſcus pr. Probi. * Ælian. hiſt. var. 12. 7.

lem habuiſſet. Inter multos de Achille ſermones *duplici*
Iuſtin. 11. 5. 12. *nomine beatum ſibi videri* dixit rex, *quod vivus fidum amicum nactus eſſet; exſtinctus magnum præconem.* Ceteris
Arrian. 1. 4. 9. Iuſt. 17. 3. 6. etiam heroibus, quorum iis in terris ſepulchra oſtenduntur, parentavit. Sacrificavit & Priamo ad Hercii aram,
Strab. lib. 13. Comment. in Curt. 3. 7. 3. ſive ut placaret manes ab Æacida interempti; ſive ob cognationem, quam ſibi cum Ilienſibus intercedere arbitrabatur, quia viduam Hectoris Andromachen Neo-
Plut. cap. 25. ptolemus in matrimonio habuerat. Minervæ, quam præcipua religione venerabatur, ſtudioſe ſacrum fecit: ſuſpenſiſque in templo armis ſuis, alia detraxit, quæ *à Trojani*
Arrian. 1. 4. 9. 6. 2. 8. & 13. *belli temporibus duravisse* dicebantur. *Hæc ab armigeris*
Diod. 17. 18. & 21. *præferri* jubebat, *tamquam à propitio numine ad ſubigendam Aſiam commodata: uſque indutum* ferunt *ad Granicum cum ſatrapis decertaſſe.* Alioquin elegantibus armis
Plut. cap. 25. gaudebat; nullius mundicieı ſtudioſior. Cetra uſum reperto ſplendida; galea eleganter criſtata, utrimque dependentibus pinnis candore & magnitudine inſignibus: thorace
Plut. cap. 60. lineo duplici. galeam habebat ferream quidem, ſed in puriſſimi argenti ſpeciem ſplendoremque politam, Theophili opus. collare ferreum internitentes gemmæ diſtinguebant. gladio cingebatur acumine & duritie in paucis notabili; augebatque pretium ejus, quod in tanto ferri robore, levis & tractanti habilis erat. Huic armaturæ interdum amiculum militare injiciebat, quod genus tum *Siculum* appellabatur. Ceterum quibuſdam horum poſt id tempus potitus eſt: nam thorax, quem diximus, inter ſpolia pugnati ad Iſſum prælii fuit; gladium Citieorum rex Cyprius dono dedit; Rhodii balteum, quem incomparabili induſtria conſpicuum Helico fecerat, egregius inter priſcos artifices. Neque pœnitet talia memorare, quæ veteribus ſcriptoribus digna relatu videbantur; alioqui maiorum regum dicta factaque, etiam quæ leviora haberi ſolent, non ſine fructu aut voluptate recpluntur. Certe arma Alexandri ſequens ætas diu venerata eſt: quibus adeo
Appian. de bellis Mithridaticis. Dio lib. 59. Zonaras tomo 2. Arrian. 1. 5. 16. 2. 3. 23. pepercit vetuſtas, ut ex Romanis imperatoribus alius poſt ſubacta Pontica regna chlamyde illius triumphum ſuum ornaret; alius thoracem Alexandri indutus percurreret pontem, quem æmulatione Darii Xerxiſque in pelago ſtruxerat. Poſthæc Alexander à Minervæ fano digreſſus Arisban proceſſit, ubi caſtra habebant Macedones qui cum
Arrian. 1. 5. 16. Parmenione tranſierant. Poſtero die præter Percoten & Lampſacon ad Practium flumen contendit; quod ex Idæis
Strabo. l. 13. montibus ortum, Lampſacenum Abydenumque agrum interfluit, deinde pauliſper ad Septemtrionem flexum, in

Pro-

Propontidem exit. Inde Hermotum prætergreſſus rex, ad Colonas duxit, in mediterraneis Lampſacenorum ſitum oppidum. Omnibus iſtis in deditionem acceptis (nam & Lampſacenis ignoverat) Panegorum miſit, qui Priapenorum urbem, quam incolæ dedebant, reciperet: Amyntas Arrabæi filius cum quatuor antecurſorum turmis, una Apolloniatum, quam Socrates ducebat, ſpeculatum ire juſſus eſt; quippe hoſtes in propinquo verſabantur, ſumma ſolicitudine curaque bellum inſtruentes. Inter eos rei militaris peritia longe eminebat Memnon. is magnopere ſuadebat, *ut retrocedentes, omne quod uſui hoſtibus eſſe poſſet, longe lateque conrumperent; quicquid in campo herbidum eſſet, equitatu conculcarent: vicos urbeſque incenderent, nihil prater nudum ſolum relicturi. Vix unius menſis commeatu inſtructum venisse Macedonem, deinceps rapto victurum. ea copia ſi eripiatur, brevi receſſurum eſſe. ita parvo impendio toti Aſiæ ſalutem quari. Triſte id quidem: ſed IN OMNI negotio, ubi periculum immineat, id ſpectare prudentes, ut quam minimo damno defungantur. ita medicos ſi conrepta parte corporis morbum in ceteras transjici videant, unius membri jactura pro reliqui corporis incolumitate paciſci. Neque id ſine exemplo facturos Perſas. Sic olim Darium regem ipſas illas regiones urbeſque vaſtaviſſe, ne Scythis iſthac tranſiturus receptui eſſet. At ſi prælio contenderent, de ſumma rerum aleam jaci. pulſis ſemel Perſis, omnem eam oram Alexandri fore: victores nihil amplius habituros. Neque hercule parvum diſcrimen impendere ob vim Macedonica phalangis, cui ſuum peditatum, quamquam numero ſuperiorem fruſtra oppoſituri eſſent. Ipſius deinde regis præſentiam haud parum valere ad victoriam; ſtimulari milites ſpe, pudore, gloria, in conſpectu imperatoris dimicantes: quæ omnia haberent Macedones; ipſis abeſſe Darium. Neminem ambigere quin BELLVM in aliena terra gerere præſtet, quam in ſua: id commodum adepturos, ſi conſilium ſuum ſequuti de invadenda Macedonia cogitarent.* Nulli ceterorum ducum grata oratio fuit. *Id fortaſſe Memnoni Rhodio probari poſſe, cui expediat bellum trahi, quo diutius honoribus, ſtipendiiſque regis perfrueretur; Perſis commiſſos fidei ſuæ populos prodere pudendum videri: neque apud regem excuſari poſſe; qui longe aliam belli gerendi rationem præſcripſiſſet.* Quippe Darius audito Alexandrum ex Macedonia moviſſe, literas ad præfectos ſuos miſerat, imperans *ut inſanientem Philippi adoleſcentulum puerili verbere ætatis & conditionis admonitum; deinde purpurea veſte indutum, quamprimum ſibi vinctum adduce-*

Arrian. l. 5. 16. Strabo, l. 13. l. 3. 27. Arrian. l. 5. 17.

Curt. 3. 4. 3. Diod. 17. 18. Arrian. l. 5. 19.

2. 2. 3.

Comment. in Curt. 5. 9. 3. Strabo, l. 13.

Arrian. l. 5. 19. Comment. in Curt. 3. 6. 3. Arrian. l. 5. 19.

2. 5. 16. Arrian. l. 5. 20. Diod. 17. 18.

Comment. in Curt. 3. 5. 12.

ducerent : naves ipſius una cum nautis mari demergerent : milites omnes ad ultima maris Erythræi loca deportarent. adeo præ ſuperbia futuri ſecurus, & ignarus ſortis ſuæ, omnem humanæ imbecillitatis ſenſum exuerat, *conſanguineum deûm* ſe ferens, magis quod potentia non diſpar ipſis videretur, quam ob veterem fabulam, qua Perſarum reges à Perſeo Iovis filio nomen atque genus traxiſſe ferebatur. Eodem faſtu plenam epiſtolam ad Athenienſes paulo ante ſcribi juſſerat, addideratque, *quando Macedonis amicitiam prætuliſſent, à ſe deinceps aurum ne peterent, non enim miſſurum eſſe, etiam rogantibus.*

Herod. 7. 150.
Plato in Alcibiade.
Æſchines contra Cteſiph.

CAP. V.

AT Alexander quum inter progrediendum agrum à rege Perſarum Memnoni dono datum adtigiſſet, *maleficio abſtineri* jubet, *coloniſque & fructibus parci :* callido commento ſuſpectum facturus hominem induſtrium, & quem ex omnibus hoſtium ducibus unum non contemneret, ſi in ſuas partes tranſducere nequiviſſet. Quumque *lenitatem regis* admirati quidam, *acerrimum callidiſſimumque Macedonum hoſtem, quamprimum in poteſtatem redactus eſſet, interficiendum; atque interim quibus poſſet cladibus vexandum eſſe* dicerent: *quin*, inquit, *potius beneficiis ſupplantamus hominem, & amicum ex inimico facimus, eadem virtute & ſolertia pro nobis ſtaturum.* Ventum erat in campos Adraſteæ, per quæ Granicus amnis præcipiti curſu volvitur. Ibi quidam ex ſpeculatoribus quos cum Hegelocho præmiſerat, reverſi nunciant; *Perſas inſtructis ad prælium ordinibus in ulteriore ripa conſiſtere.* Pauliſper commoratus, dum de tranſitu conſilium caperet, *duces convocari* jubet. Pleriſque *præcipitis & inriti conatus* videbatur, *fluvium profundum perrumpere, ripam ſua natura arduam atque impeditam obtinentibus equitum peditumque millibus.* nec deerant qui ingererent *Daſium menſem* (is enim agebatur Iunio reſpondens) *infauſtum res gerentibus apud Macedonas haberi.* De periculo non anxius, ſuperſtitionem haud contempſit: gnarus QUANTUM in rudibus animis valeret etiam vanæ religionis opinio. Igitur edixit, ut repetito prioris menſis nomine, pro Dæſio alter Artemiſius haberetur. Et quo efficacius confirmarentur adtonitæ mentes, Ariſtandrum (nam is forte pro tranſitu ſacrificabat) ſecreto moneri jubet, *ut excepturam exta manum*

Polyæn. 4. 3. 15.
Curt. 3. 1. 21.
Themiſt. orat. 9.
Strabo. l. 13.
Plut. cap. 25.
Arrian. l. 1. 2.
Plut. cap. 24.
Curt. 4. 9. 22.
Plut. cap. 24.
Scalig. de emendat. temporum, lib. 1.

Digitized by Google

num inſcriberet medicamento, literis inverſis, quasi impoſitum jecur recenti adhuc calore adtraheret, rectaſque exprimeret. iis ſignificabatur, *Alexandro victoriam concedere deos.* Vulgatum id miraculum tanta futuri ſpe omnes implevit, ut *poſt hæc tam certa cœleſtis favoris pignora nihil dubitandum* conclamarent. ita in maximam bene gerendæ rei fiduciam aſtu inducti, victoriam quia ſuam eſſe arbitrabantur, rapuerunt. Rex IMPETU animorum utendum ratus, quamquam monente Parmenione, *ut ſaltem proximam lucem operiretur* (jam enim major diei pars effluxerat,) ſtatim tranſduxit copias, Parmenionis ſolicitudinem joco proſecutus; *erubeſcendum Helleſponto fore, ſi illo ſuperato vivum hunc tranſire contarentur.* Tredecim equitum turmæ cum ipſo rege per obluctantes undas vix eniſæ, priuſquam ſtabile certumque ſolum adtigiſſent, aut ordines inter tranſeundum luxatos inſtauraſſent; circumfuſo Perſarum equitatu urgebantur. Quippe quum repudiato Memnonis conſilio pugnare placuiſſet (nam Arſites Phrygiæ ſatrapa *ne unum quidem tugurium eorum qui ſibi ſubeſſent incendi ſe paſſurum* adfirmaverat, inque ejus ſententiam à ceteris itum erat) ad Granicum amnem cum centum peditum millibus, viginti equitum conſederant, flumine pro munimento uſuri, & viciſſim eam velut Aſiæ portam venienti Alexandro obſeraturi. Cujus adventu cognito, equitatum in quo robur erat virium, ita conlocant, ut contra dextrum Macedonum cornu, quod ipſe rex ducebat (nam ſiniſtrum Parmenioni commiſerat) Memnon cum filiis & Arſane Perſa conſiſterent: in eadem parte Arſites curabat cum Paphlagonum equitum auxiliis. in ſubſidiis Spithridates erat gener regis, Libyæ Ioniæque ſatrapa Rhœſace fratre, & Hyrcanis equitibus comitatus. In dextra acie Rheomithrem duo Medorum millia, totidemque Bactriani ſequebantur: Medium agmen Pharnaces regiæ frater, Arbupaleſque Artaxerxis ex Dario nepos, & Mithrobarzanes Cappadociæ prætor regebant: iis Niphates Peraneſque, cum Arſace & Atizye variarum gentium turmas adplicuerant. Ii tum multitudine & loco potiores graviter premebant hoſtem, acriſque pugna conſerebatur; maximo omnium regis periculo, quem armis manuque & imperiis conſpicuum plures petebant. Sed tragula quidem, quæ in promiſcuo pugnæ ardore definentis loricæ plicis inciderat, vulnus haud intulit: ceterum à Rhœſace & Spithridate fortiſſimis ducum ſimul impetitus, extremum diſcrimen adiit. Dum enim lancea in thoFront. ſtrateg. 1.11.14.

Plut. c.25.
Arrian. l.5.3.
Diod. 17.19.

2.4.24.
Arrian. l.4.20.

Diod. 17.19.
Iuſt. 11.6.10.
Plut. c. 24.

Diod. 17.19.
Arrian. l. 5.
15. Diodor. 17.20. & 21.
Arrian. l.4.
18. Diod. 17.
19. Arrian. l.
4.18.1.5.
25.2.2.37.
Diod. 17.21.

Arrian. l.5.
10. Plut. c.25.

Diod. 17.20.
Arrian. l.5.
20. Plut. c 25.

race Spithridatis confracta, conatumque destituente, gladium stringit; frater illius à latere adequitans acinacem incauto impingit, tanto nisu, ut cristam galeæ & pinnarum alteram decuteret, aciesque gladii summos regis capillos perstringeret. Iamque repetito ictu, qua discussa cassis nudum caput ostendebat, descendere parabat; Curt. 8. 41. quum illum Clitus occupat; qui animadverso regis periculo amenti simillis advolaverat, interceptumque barbari brachium cum ipso gladio dejicit. simul Alexandri ensis Spithridates occubuit. Nihilo tamen segnius repugnabant Persæ: donec interitu ducum quorum plerique jam ceciderant, consternati, & quia jam etiam phalanx Diod. 17. 21. Macedonum transierat amnem, equos in fugam averterunt. Neque pedestris acies diu restitit. equitatum suum ad obterendum hostem satis superque validum arbitrati, potius de præda quam de discrimine cogitabant. ita subito eventu deprehensorum cædes magis quam prælium Arrian. 1. 5. fuit. Mercenarii tamen, quibus Omares præerat, occupato quodam tumulo strenue se tuebantur: quia conditionibus in fidem venturos ille non receperat. Ergo Macedonum plures in eo conflictu desiderati sunt, quam equestri prælio ceciderant: ipse quoque rex, dum inter primos impetum in eos facit, tam propinquus discrimini fuit, ut equum cui tum insidebat, ictu gladii per latus adacto confossum amiserit. Quibus rebus vehementer iritatus, equitatu simul & phalange circumdatos occidione occidit, exceptis duobus fere millibus, qui in deditionem venerunt. Arrian. 1. 5. In universum cæsa sunt ex hostibus viginti peditum millia, duo equitum: captorum par ferme numerus fuit. Ex Diod. 16. 21. ducibus Memnon effugit, cum Arsace, Rheomithre & Plut. cap. 26. Atizye; ceteri honestis vulneribus occubuerunt. Arsites, Arrian. 2. 2. quum in Phrygiam se recepisset, pudore, & pœnitentia, Arrian. 1. 5. quod hujus cladis causa non immerito haberetur, sibi manus intulit. Alexander paucos quidem, sed promptissimos ea prælio perdidit. triginta admodum pedites, septuaginta quinque equites ceciderant. Igitur ut ostenderet omnibus in utraque fortuna apud se virtuti præmium Iust. 11. 6. 13. fore; superstites Persarum spoliis ditat: occisorum corDiod. 17. 21. pora cum armis ceteroque cultu magnifice sepelit: paArrian. 1, 5. rentibus eorum liberisque vacationem munerum concedit. vulneratorum etiam cura ambitiose acta est; quum ipse rex obeundo tentoria & inspiciendo singulos solicitudinem suam pro gregariis etiam militibus ostentaret; ac gravem cujusque casum munificentia laudibusque aut promissis solaretur. Quæ comitas in omnia deinceps pericula

ricula fidiſſimos ei præſtitit: nec quiſquam recuſavit ſpiritum pro eo rege profundere, qui neque vitam ſuorum inopem neque mortem inhonoratam pateretur. Inſignis præ ceteris honor fuit viginti quinque equitum ex turma amicorum; quos primo ſtatim congreſſu ex iniquo loco pugnantes multitudo Perſarum oppreſſerat. Nam Lyſippo, à quo uno, propter hominis peritiam, in ære fingi voluerat, imperavit, ut equeſtres ipſis ſtatuas faceret: quas apud Dion Macedoniæ oppidum conlocatas poſt longam ætatem abolito Macedonum regno, Q. Metellus Romam tranſtulit. Primum hujus victoriæ decus penes ipſum regem fuit. aciem optime inſtruxerat, obſervataque loci natura, obliquos per flumen ordines duxerat, ne ſtatim quum ex aqua evaſiſſent, à Perſis invaderentur. Turbatos deinde, territoſque excitavit, hortatus *ut ſaltem ſemel adhuc ſtrenue adorirentur hoſtes*. Neque minus manu fortiter uſus erat; multos lancea, alios enſe confecerat: primique ex hoſtibus fugam adripuerunt, qui contra ipſum conſtiterant. Conſilium quoque ipſius audaci ſpecie, plus tamen rationis quam temeritatis habuit. pugnaturos adverſus hoſtem novum, numeroque longe ſuperiorem, etiam deſperatione armare voluerat, ut præciſam objectu fluminis fugam conſpicati, omnem ſalutis ſpem in victoria conlocarent. Theſſalorum etiam, nam id robur equitatus erat, inſignis eo die opera exſtitit. neque ceteri officio ſuo defuerunt: præſertim equites, nam equeſtri potiſſimum prœlio tranſacta res eſt; pedites è veſtigio ceſſerunt. Ceterum Alexander Perſarum etiam nobiliſſimos ſepulturæ tradidit; & quotquot ex Græcis mercenariis hoſtibus merentes ceciderant: qui autem eorum vivi in poteſtatem redacti fuerant, *eos per Macedoniam in ergaſtula diſtribui* juſſit, *quod contra commune Græcorum decretum, pro barbarorum dominatione adverſus patriam pugnaviſſent*. Thebanos tamen dimiſit, qui exciſa urbe, ademptis agris neceſſitate magis quam ſponte peccaſſent. jam enim tot illorum calamitatibus expleta odia miſericordiæ locum fecerant. Poſthæc de manubiis trecentos clypeos ſelegit, qui Minervæ Athenienſi dedicarentur, ſuperbo cum titulo: *Alexandrum Philippi F. Græcoſque, exceptis Lacedæmoniis, de barbaris Aſiam incolentibus ſuſpendiſſe*. Id eo fecerat, ut communicata victoriæ laude Græcis ad ceteras belli neceſſitates obſequentioribus uteretur: ſimul Lacedæmoniorum contumaciam traducebat, qui ſeorſum initis conſiliis à cetero Græciæ corpore abrupti, tantique decoris expertes

Val. Max. 8. 11. 1. 2. 13. Plut. cap. 26. Arrian. l. 5. 26. Liv. 44. 7. 2. Velleï. 1. 11. 4. Plin. 34. 8. 20. Arrian. l. 5. 13. Polyæn. 4. 3. 16. Polyæn. 4. 3. 8. Diod. 17. 21. Diod. 17. 23. Liv. 9. 19. 4. Diod. 16. 4. 17. 21. Arrian. l. 5. 29. Plut. Apoph. cap. 40. Arrian. l. 5. 30. Plut. c. 26.

Curt. 10. 5. Plut. c. 26. manſiſſent. Neque matris quam eximia pietate ſemper coluit, oblitus, pocula, purpuram, aliaque id genus precioſa ſpolia, paucis demptis, ad illam tranſmiſit.

CAP. VI.

Strabo l. 3. POſt hoc prælium denuo ad Ilium profectus Alexander, deæ gratias egit, quæ graviſſimi belli diſcrimen aditurum, armis & omnibus juviſſet. Quippe ſuperiori 2. 4. 5. tempore quum ſtatim poſt tranſmiſſum Helleſpontum eo contendiſſet, uti ſupra retulimus, ante fanum Minervæ Diod. 17. 17. ſtatuam equeſtrem humi proſtratam vidit, Ariobarzanis ora referentem, qui Phrygiæ quondam ſatrapa fuerat. Idque omen interpretatus Ariſtander *inluſtrem ex equeſtri pugna victoriam* promiſerat Alexandro, *maxime, ſi haud procul Phrygia dimicaretur: ipſius etiam dextra nobilem hoſtium ducem cæſurum.* Neque fefellit ſpem vatis eventus prælii, ſtratuſque regis enſe Spithridates prædictionis fi- 2. 5. 16. dem implevit. Igitur & templum donariis exquiſite co- Strabo l. 13. luit; & Ilio, quod tum haud multum ſupra modici pagi ſpeciem emiuebat, nomen urbis addidit; utque id cum dignitate tueretur, reliquit qui inſtaurandæ ejus ampliandæque curam agerent: liberamque & immunem eſſe juſſit. Quumque delubrum Deæ pro religione loci nimis an- Diod. 18. 4. guſtum neglectumque videret, eximium illi templum exſtruere poſtea ſtatuit, ſed hoc aliaque magnifica meditantem, fatum occupavit; neque ſucceſſores exſequuti ſunt. 1. 10. 22. Ceterum illa victoria totam Aſiam cis Taurum & Eu- Strabo l. 13. phratem aperuit regi. Adtoniti inſperata clade, non copiis modo, ſed & ducibus amiſſis, nullam præterquam in clementia victoris ſpem habebant; eamque feſtinata deditione certatim promereri ſatagebant. Phrygiam Arſites voluntario exitu vacuam fecerat; ei Calas Theſ- Arrian. 1. 6. ſalorum ductor præponitur. Ex montanis quoque locis 1. 1. 5. 8. plerique deſcenderunt ſeque & ſua dedentes Alexandro. eos in fidem acceptos domum remiſit: Zelitiſque ignovit, quos à Perſis coactos adverſus ipſum militaſſe cognoverat. Tributum omnibus impoſitum eſt, quod Dario pendere conſuevilſent: idque poſtea conſtanter ſer- Curt. 6. 3. 10. vavit, quum ceteras Aſiæ regiones ſubigeret. OMNE peregrinum imperium invidiæ ſubjectum eſſe noverat; etiam quum domeſtico mitius eſt; at ſi vetera ſubditorum onera novis cumulentur, intolerandum haberi. Igi- Hippol. à Collibus tur monenti cuidam *longe plus tributorum vectigaliumque ex tanto imperio redigi poſſe*; reſpondit, *etiam olito-*

rem

rem ſe odiſſe, qui radicitus exſcinderet olera, quæ carpere debuiſſet. Daſcyleum præſidio Perſarum teneri audiverat. eo Parmenionem miſit, quem oppidani ſtatim receperunt: quum audito Macedonum adventu, Perſæ exceſſiſſent. ipſe Sardes proceſſit, caput omnium quæ præfectis oræ maritimæ Perſarum reges parere juſſerant. Iamque haud amplius ſeptuaginta ſtadiis ab urbe aberat; quum ad eum Mithreues venit, cui tutelam arcis Sardianæ Darius crediderat, cum principibus Sardianorum, urbem arcemque, & pecuniam quæ in ea cuſtodiebatur, tradituri. Quibus benigne exceptis ad Hermum fluvium progreditur, viginti fere ſtadiis ab urbe diſtantem. ibi caſtris poſitis Amyntam Andromenis filium ad recipiendam arcem præmittit. Ea præcelſo loco ſita, difficili undiquaque aditu, adverſus quamcumque vim teneri potuerat, etiamſi murus, qui triplici munimento illam circumibat, abfuiſſet. Ergo felicitati ſuæ gratulatus, quod ampliſſimas res animo volventem, arx munitiſſima longa obſidione non implicaſſet; Iovi Olympio templum ibi ponere decrevit. Quumque ſolicite circumſpiceret, quinam locus accipiendæ ædi maxime opportunus foret, confeſtim exorta vehemens tempeſtas multo imbre partem arcis perfudit, ubi vetus Lydorum regia fuerat. Eam itaque ſedem nutu deorum deſtinari credens, *templum ibi conſtitui* juſſit. Arei deinde Pauſaniam ex amicorum cohorte præponit; adtributis Argivorum auxiliis; ceteras ſociorum copias cum Cala & Alexandro Æropi filio in Memnonis præfecturam immittit. vectigalibus tributiſque conligendis Niciam quemdam præficit; Aſandrum Philotæ filium Lydiæ, quibus finibus Spithridates tenuiſſet. dati ad id equites cum expeditis cohortibus, quot in præſentia ſufficturi putabantur. Lydos omnes ſuis legibus libere uti permiſit; & quia Sardianos Dianæ quam *Coloënen* vocant, cultui deditos cognoverat, illius templo jus aſyli gratificatus eſt. Mithrenen honorifice ſecum habuit, ut ejus exemplo & alios ad proditionem inliceret: procedente tempore & Armeniam homini regendam commiſit. Ceterum repertis in arce libellis, in quibus inter cetera perſcriptæ erant largitiones, ob bellum Macedonibus in Græcia conflandum à ſatrapis factæ, cognovit Demoſthenem eam ob cauſam magnum auri pondus accepiſſe; cujus etiam epiſtolæ ibi ſervabantur. Sed quia pace cum Athenienſibus inita tranſacta res erat, nihil ea de re palam conqueſtus eſt; ceterum intentiore cura agitandum cenſuit, quomodo adverſus efficacem viri eloquen-

Princeps cap. 33. ex Maximo Tyrio.
Arrian. l. 6. 2.
Plut. c. 27.
Pauſan. lib. 3.
Arrian. l. 6. 3.
Diod. 17. 21.
Arrian. l. 6. 4.
Strabo l. 13.
Tac. 3. 63. 4.
Curt. 5. 8. 9.
Curt. 5. 1. 44.
Arrian. 3. 3.
17. Diod. 17. 64.
Plut. Demoſt. cap. 28.

tiam Athenæ in officio continerentur, ſua defectione univerſam Græciam in partes tracturæ. nemo occurrebat Phocione dignior, cujus mira innocentia, & ob conſtantiam virtutis honorata paupertas erat. Eum ergo, primum ob uſum, deinde ut hominis magnanimitatem multis experimentis cognovit, admiratione virtutis ita coluit, ut quum poſt everſum Darii imperium animo elatus, neminem jam ſalute dignaretur, ad quem ſcribebat; eximium eum honorem duobus tantum, Antipatro & Phocioni habuerit. Conſtat huic aliquando centum talenta dono miſiſſe regem: deinde optionem feciſſe inter quatuor haud ignobiles Aſiæ urbes unam eligendi. Cius, Elæa, Mylaſſaque & Gergetho fuere: quidam ultimo loco Patara nominant. At ille nihil horum accepit: ſed ne tanti regis amicitiam faſtidio ſe ſpreviſſe videretur, petiit, *ut Echecratides ſophiſta, & Athenodorus Imbrius, cum Demarato & Spartone Rhodiis*, qui in arce Sardiana captivi tenebantur, *cuſtodia liberarentur*. Sed hæc in ſequens tempus excurrere. tum ad Epheſum itum eſt, quam accepto cladis Perſicæ nuncio præſidiarii deſeruerant, duabus Epheſiorum triremibus avecti. Erat inter eos Amyntas Antiochi filius, qui ex Macedonia profugerat, nulla quidem injuria adfectus, ſed quod periclum à rege metueret: quem quia inviſum exoſumque habebat, illius animum ex ſuo metiebatur. Quarto poſtquam Sardibus moviſſet die, Epheſum introiit Alexander: reſtitutiſque exulibus, qui paucorum dominatione pulſi fuerant, rempublicam populo tradidit. Ille libertatis diu deſideratæ compos, eos qui Memnonem advocaviſſent, quique templum Dianæ ſpoliaſſent, inque eo Philippi ſtatuam dejeciſſent, aut Heropythi monumentum effodiſſent, quod liberatori civitatis in foro poſitum fuerat, ad ſupplicium poſcit. Ex quibus Pelagon cum fratre Syrphace & patruelibus, ex ipſa æde in quam confugerant, rapti ſunt, ſtatimque lapidibus obruti. Iamque in cædes injurias ibatur, quum Alexander inhibita vulgi licentia, ulterius eo de negotio inquiri, aut cuique moleſtiam exhiberi vetuit. id optimis quibuſque ſaluti fuit; quos per cauſam veri fictive criminis, ipſorum dignitas aut opulentia, furibundæ plebis odiis avaritiæque objeciſſet. Inter hæc Magnetes & Trallani legatos mittunt, imperium accepturi. eo *Parmenione cum quinque peditum millibus, equitibuſque ducentis ire* juſſo: Alcimalum cum paribus fere copiis circum Æolicas Ionicaſque Perſici juris urbes mittit. utrique injunctum, *ut abolito paucorum dominatu; popularem ubique ſtatum*

Plut. Phocione cap. 22. Ælian. hiſt. var. 1. 25. Plut. Phocione c. 23. Plut. Phocion. cap. 24. Ælian. hiſt. var. 1. 25. Arrian. 1. 6. 6. Curt. 3. 11. 18. Arrian. 1 6. 7. 2. 7. 9.

ſtatum introducerent. quippe multitudinem ſuis rebus ſtudere compererat: obque eam rem tyrannos à barbaris impoſitos, per quos coërceretur. Per eos dies, dum Epheſi commoratur Alexander, ut ex inſtantibus curis recrearet animum, frequenter in officinam Apellis ventitavit, à quo uno effigiem ſuam penicillo exprimi volebat: tanto favore complexus, ut dilectiſſimam pellicum, amore ejus deperire ſentiens artificem, dono dederit. Pancaſta vocabatur, ex Lariſſa nobili Theſſaliæ urbe genus ducens: amabatque eam rex ardenti adfectu, ob formæ pulchritudinem; & quoniâm adoleſcenti prima mulierum ad libidinem placuerat. Hoc ut magnanimitatem Alexandri non dedecet; ita non crediderim, *in officina imperite multa diſſerentem ab Apelle mordaci dicterio repreſſum fuiſſe*: ſam id neque majeſtati tanti regis, neque modeſtiæ pictoris, hominis non ſtupidi nec indocti, conveniſſet: & Alexander liberalibus ſtudiis ab extrema ætate imbutus, etiam de artibus quas non calleret, haud inepte judicare dicerat. Illud propius vero eſt, quod alii tradiderunt; *quemdam ex Epheſiæ Dianæ ſacerdotibus, quos* Megabyzos **appellari mos erat, reprehenſum*: quum quidem ei diceret Apelles, *quoad tacuiſti, aurum hoc atque purpura venerabilem te faciebant imperitis; at nunc de rebus quas non intelligis incipientem loqui, etiam pueri rident qui colores terunt*. In ea urbe longe celebertimam ædem, ut ſupra *relatum eſt, Heroſtratus incenderat. Ea tum ſumma Epheſiorum cura maximiſque impenſis inſtaurabatur. Quorum ſtudiis juvandis Alexander *tributa quæ Perſis dare conſueverant, Dianæ pendi* juſſit: confirmavitque jus aſyli, quod antiquitus etiam Liberum patrem Herculemque ſervaviſſe cognoverat; addito etiam ſpatio, ut quaquaverſum in unius ſtadii amplitudinem extenderetur. poſtea quoque, quum Aſiam perpacaſſet, ſcripſit Epheſiis, *ſe omnes ſumptus qui in id ædificium facti eſſent, reſtituturum; quique porro requirerentur, præbiturum de ſuo: ita tamen ut ipſius nomen inſtaurato operi inſcriberetur*. idque deprecati ſunt Epheſii. quo tempore, quia Alexandro petenti aliquid denegare arduum erat, legatus eorum ad adulationem confugit, qua maxime expugnabilem norat, dixitque *dedecere culmen ipſius, ſi diis aliquid conſecraret, quum ipſe deus eſſet. nam eum honorem ab hominibus haberi potiori naturæ*. Ea gloriæ contentio inter maximum regem, & unam civitatem fuit. obtinuerunt Epheſii; & maluerunt ingenti pecunia carere, quam inſtaurati templi titulo regi cedere. Nam quantos in id opus

Plin. 35.10. 25.1.2.13.

Ælian. hiſt. var. 12.34.

Plin. 35.10. 25. Ælian. hiſt. var. 2.3.

Plut. de animi tranquill. c.21. Ælian. hiſt. var. 2.2. *Strab. l.14. Quint. 5.12. Plin. 35.10. 34. & 35.11. 14. Laërt. in Xenoph. * 1.1.21. Arrian. 1.6.7.

Tac. 3.61.3. Pauſan. l. 7. Strabo, l.14.

opus ſumptus contulerint, vel ex una tabula æſtimare licet, quam ibi dedicaverunt, viginti talentis auri redemptam. Alexander erat, fulmen tenens, quem inimitabili dexteritate Apelles expreſſerat; quatuor tantum coloribus uſus, quo majus peritis miraculum eſſet.

Plin. 35. 10. 33.

CAP. VII.

Strabo l. 14. SVb idem tempus antiqui ſplendoris ſedem Smyrnæi receperunt, poſtquam Lydorum armis exciſâ vetere Smyrna, quadringentos per annos vicatim habitaviſſent. Reſtituit eam rex viginti ferme ſtadiis à ſolo antiquæ urbis, ſomnio monitus. Solebat Alexander, quum à majoribus negotiis vacaret, otium venando eximere. forte exercito corpore feſſus in Pago monte obdormiverat: ibi per quietem viſus eſt audire Nemeſes (quarum in proximo fanum erat) imperantes *ut eo ipſo loco urbem conderet, inque eam Smyrnæos deduceret*. Id inſomnium mox Clarii Apollinis oraculum confirmavit, Smyrnæis conſulentibus *proſpere ceſſuram migrationem* promittens. Ita fundamenta novæ urbis imperio regis jacta ſunt; abſolutæ gloriam Antigonus tulit, quum ipſum paulo poſt Alexander Lydiæ Phrygiæque, & vicinis regionibus præpoſuiſſet. In Smyrnæo ſinu Clazomenii habitant, qua anguſtiſſimum eſt ſolum; quod procurrentes in mare terras per ſexaginta ferme ſtadia continenti adnectens, peninſulæ ſpeciem efficit. Alterum iſthmi latus ex adverſo Clazomeniorum Teos occupat. in extremo peninſulæ cornu Erythræ ſunt; tum quoque fatidicis mulieribus inclytæ: juxta quas mons altiſſimus Mimas, inſulæ Chiorum oppoſitus mare proſpectat; deinde paulatim depreſſior, haud procul anguſtiis Clazomeniorum in æquales campos deſinit. Eam loci naturam contemplatus Alexander, faucibus interciſis auferre continenti decrevit, ut Erythris & Mimanti mare circumfunderet, ac ſuperiorem inferioremque ſinum conjungeret. Id unum regi ex ſententia ſucceſſiſſe negant, quum ceteros ejus conatus fortuna enixe juvaret. abiitque res in religionem, *nec fas eſſe mortalibus* exiſtimatum eſt, *mutare faciem, quam natura locis indiderit*: utique poſtquam alios ſimilia molitos ubique ſucceſſus deſtituit. Clazomenas tamen, mole duorum ſtadiorum adgeſta continenti junxit, quas olim metu Perſarum Clazomenii in inſulam tranſtulerant. Sed hæc quidem opera regiis præfectis commiſſa ſunt. Ipſe ſacrificiis Epheſi magnifice celebratis, in honorem deæ cum univerſo exercitu qui aderat,

Strabo l. 14. Curt. 4. 4. 35. Arrian. l. 1. 27. Plin. 5. 29. 21. Strabo l. 14. Pauſan. lib. 7. Ælian. hiſt. var. 5. 27. Plin. 5. 29. 21. Pauſan. lib. 2. Herod. l. 1. 174. Plin. 4. 4. 4. Plin. 5. 29. 22. Arrian. l. 6. 21.

in

in armis decucurrit; poſtero deinde die cum peditatu quem ſecum habebat, adſumptis Thracum equitibus, & quatuor amicorum turmis, inter quas & regia erat, Miletum contendit. Quippe Hegeſiſtratus præſidii præfectus literis ad eum miſſis, ſpem deditionis fecerat: ſed poſtquam Perſarum claſſem in propinquo verſari cognoverat, mutata ſententia oppidum Dario conſervare nitebatur. nam & commeatuum telorumque, & ſi qua alia ad tolerandam obſidionem requiruntur, magnam habebat copiam; & propugnatorum multitudine abundabat: quia Memnon quum ex prœlio Miletum perfugiſſet, multis ibi ſuorum relictis præſidium firmaverat. Igitur infeſto agmine ſuggreſſus, exteriorem urbem, ut ipſi vocabant, ex itinere cepit: nam oppidani militeſque, ne vires ſpargerent, in interiorem urbem conceſſerant, auxilium ſuorum, quod haud procul abeſſe rebantur, opperituri. Verum vanam exſpectationem fecit Macedonicæ claſſis adventus, quæ Nicanore duce Laden inſulam ſupra Miletum ſitam occupavit: deinde quum jam hoſtium claſſis ad Mycalen montem hæreret; ipſum Mileſiorum portum ingreſſa Perſici auxilii ſpem oppidanis ademit. Neque prohibebant barbari, quamquam numero navium longe præſtarent: quippe paulo minus quadringentis habebant, quum Nicanor tantum ſexaginta ſupra centum adduxiſſet. Interea Glaucippus princeps civitatis ad Alexandrum miſſus, petito, *ut urbem & portus Macedonibus Perſiſque communes eſſe pateretur*; triſte reſponſum retulerat: *Non ſe veniſſe in Aſiam, ut acciperet, quod alii concederent; ſed ut quiſque haberet, quod ipſe reliquiſſet. itaque ſcirent omnium fortunarum arbitrium meliori permittendum; aut in proximam lucem de eo certandum eſſe.* Sed qui in civitate erant, primum invadentium impetum fortiter retuderunt, cæſis inter alios duobus Hellanicæ filiis, quæ nutrix Alexandri fuerat, & Clitum, qui rege ſervato eximium decus meruit, fratrem habebat: Sed quum dolore iraque incenſi hoſtes machinis admotis magnam murorum partem dejeciſſent, jamque in oppidum inrupturi viderentur, conſpectiſque in portu Macedonum triremibus, novus terror ingrueret; pars ſcutis incubantes in parvam inſulam urbi objacentem enatave-runt, alii ſcaphis conſcenſis, quum idem molirentur, in ipſo portus aditu ab hoſtium navigiis intercepti ſunt. Alexander oppido in poteſtatem redacto; contra eos qui inſulam tenebant, naves expediri juſſit, quibus impoſitæ proris ſcalæ ferebantur, ut in abruptam inſulæ oram, velut

2. 6. 25.

Arria. 1. 6. 2.

Diod. 17. 22.

Arrian. 1. 6. 12.

Herod. 6. 7. Strabo l. 14. Arrian. 1. 6. 22.

Senec. epiſt. 83. 10.

Arrian. 1. 6. 20.

Curt. 8. 2. 8. Arria. 4. 2. 12.

2. 8. 4.

Arrian. 1. 6. 23.

lut in muros hostilis oppidi transcenderet miles. At quum mercenarios Græcos qui eo confugerant, quamvis haud plures trecentis essent, ultima pati paratos conspiceret, misertus virorum fortium, & qui pro fide in eos à quibus conducti erant, haud procul exitio abessent, iis pepercit, & *secum militare* jussit. Barbaros in urbe deprehensos in servitutem redegit; Milesiis qui superfuerant, libertatem restituit, ob veterem urbis gloriam. Tantum enim aliquando opibus gloriaque Miletus floruerat, ut per vicina maria supra septuaginta colonias deduxerit. multis quoque civibus nobilis, qui in sacris certaminibus palmam adepti, patriæ celebritatem auxerant; nam ejusmodi victoriæ, more quodam Græcorum inter prima virtutis decora censentur. In quem jocatus Alexander, magna multitudine statuarum conspecta; *ubi erant istorum lacerti*, inquit, *quum Persarum jugum recepistis?* quippe vir strenuus, & ad bellandi usum cuncta referens, ignominiosum ducebat, debitum seriis certaminibus robur, ad voluptatem inertis vulgi, inani ostentatione consumere. Interea milites, quia vi introitum erat, obvia quæque diripientes, ad fanum Cereris pervenerant; quod quum exspoliaturi quidam intrupissent, ignis ex penetralibus ædis repente emicans, sacrilegorum oculos exstinxit. Hic etiam progenitorum suorum monumenta Alexander reperit, inspecto fonte, cujus aqua ex ipso scaturigine labro hausta falsum saporem habet, eadem dulcissima, quum profluxit in rivulos. *Achilleum* Milesii nominant, inque eo lustratum heroëm rumor tenuit, quum Strambelum Telamonis filium Lesbiis auxilium ferentem oppressisset. Apud Milesios Didymei Apollinis oraculum erat, divitiis famaque celebre. Id tum Seleucus, cujus maximæ post Alexandrum opes fuere, de reditu in Macedoniam consuluisse dicitur, & responsum accepisse, *ut Europa valere jussa, Asiam complecteretur.* Aliud subinde miraculum adtentum habuit regem, cujus curiosum ingenium, & cognoscendi avidum, novitate rerum mire adficiebatur. *Amatum à delphine puerum ex Iasso*, quod haud procul Mileto in insula situm oppidum est, acceperat; *ejusque vocem agnovisse piscem, & quoties evocaretur, vehi cupientem excepisse dorso.* Igitur gratum acceptumque Neptuno hominem interpretatus rex, sacerdotio ejus dei illum præfecit.

Diod. 17. 22. Strabo l. 14. Plin. 5. 29. 15. Sen. consol. ad Helviam 6. 14. Lucian. de gymnasiis. Plut. Apoph. cap. 37.

1. 3. 29.

Strabo l. 14. Val. Max. 1. 1. 5. ext. Lactant. 2. 8.

Athenæus 2. 6.

Parthenius in Eroticis. Comment. in Curt. 5. 7. 28.

Appiani Syriaca sub fin.

Strabo l. 14. Plin. 9. 8. 10.

CAP.

CAP. VIII.

OCcupata hunc in modum Mileto, quum adhuc barbarorum numerosa classis in mari vagaretur, & fiducia multitudinis suæ, quodque peritia rei nauticæ Macedonas anteiret, hostem ad navale prœlium provocaret, obque ipsum urbis portum, in quem naves suas abduxerat rex, frequenter obversaretur; Alexander Philotam cum equitatu & tribus peditum cohortibus ad Mycalen montem mittit, ubi Persicarum navium statio erat, ut exscendere volentes submoveret, neque aquari lignarive, aut cetera necessaria è terra petere permitteret. Ea res barbaros in maximas angustias conjecit: obsessis similes hærebant in portu, neque terram ubi vellebant capere, aut necessariis rebus refici poterant. itaque consilio habito, Samum averterunt cursum, petitoque inde commeatu, Miletum revecti ante ostium portus instructa acie constiterunt. Inter hæc, quinque Persarum naves in portu quodam qui inter parvam illam insulam, de qua supra dictum est, & stationem Macedonicæ classis medius erat, multa hostium navigia conspicati, plenis velis eo ferebantur: nam maximam sociorum navalium partem ob varios usus abesse conjecerant; vacuarumque navium haud difficilem occupationem fore arbitrabantur. At rex iis qui aderant celeriter in decem triremes impositis, *obviam ire hostibus* jubet. illi tum numero navium, tum inopinata re perterriti, quum ultro se petitos conspicerent ab iis, quos imperatos oppressuri venerant, terga vertunt; una tamen navis, quæ Iasios vehebat, deprehensa est: ceteræ velociores ad suam classem effugerunt. ita nullo eorum quæ intenderant effecto, Mileto discessum est. Alexander, quum suam classem neque hostili parem, & ad alios usus supervacuam sibi cerneret, multique & graves ad eam sumptus requirerentur, dimittere eam statuit; paucis navium retentis, quibus ad obsidiones urbium machinæ tormentaque portarentur. Dissuaserat illud Parmenio, monueratque ut navali prœlio contenderetur. *Macedonibus enim victoribus magnum ad cetera emolumentum adcessurum esse: at victos nihil sane amissuros, nam imperium maris jam tum esse penes Persas; & litora facile tutaturos, qui pedestribus copiis plus possent.* quoque expeditius quod videbatur obtineret, idem qui consilium dederat, *exsequi illud paratum* ostendebat, *conscensisque navibus quam rex jussisset discri-*

Arrian. 1. 6. 25.

Diod. 17. 23. Arrian. 1. 6. 31.

2. 9. 1. Arrian. 1. 6. 16.

2. 7. 17.

discriminis partem capessere. Confirmabatur etiam augurio, quod superioribus diebus à tergo regiæ classis aquila in litore consistens adparuisset. Contra Alexander *falli Parmenionem* adseverabat, *qui paucas suorum naves tanta hostium multitudini, imperitosque remiges & rudes classiarios, exercitatissimis hominibus, reique nauticæ peritissimis objiciendos duceret. se quidem virtuti suorum non diffidere, ceterum scire illam in navalibus pugnis minimum conferre ad victoriam. multo enim plura ventorum fluctuumque ludibriis permitti, quæ gubernatorum atque remigum peritia vitaret, aut suis partibus opportuna redigeret. nec in ipsarum navium constructione nihil aut parum situm: ita Macedonum conatus vanos fore, quum eos barbari impune aut eludere; aut etiam, si casus daretur, opprimere possent. Neque vero exiguum id detrimentum futurum. totam Asiam adrecturam animos, si inter initia belli clades accepta foret. PLEROSQVE mortalium ita comparatos esse, ut eum rerum eventum exspectandum putent, quem ex principio successuum spe aut formidine præceperunt. Et ne de Asia dubitemus,* inquit, *quis mihi præstabit Græcos in fide mansuros, si felicitatem illam exspiravisse credant, quam, si verum amamus, unam in nobis reverentur? Plane ad fortunam meam pertinere arbitror, quod aquila pone classem conspecta est, idque boni successus omen accipio. sed hoc manifesto promittit augurium, nos hostium naves è continenti expugnaturos esse. nam præsaga victoria ales, non in navibus, sed in litore constitit; nec magis eventum, quam locum ostendit belli. Nam si, ut cœpimus, maritimas urbes nostri juris efficimus, Persarum classis ultro dilabetur. neque enim supplementum, aut commeatus, aut securæ etiam stationes in promptu erunt; & si hæc adimas, quo plus in mari habent virium, eo celerius consumentur. Atque sic implebimus fidem vaticinii, quod area tabula inscriptum nuper ex quodam in Lycia fonte ebulliviſſe comperimus, instare terminum Persici imperii.* Ita dissoluta classe, Pontum adjacentesque Ponto regiones prætoribus suis subjugandas reliquit; ipse institutum iter prosequutus, in Cariam movit: nam *eo magnam vim hostium confluxisse* cognoverat. Quippe Halicarnassus * natura loci munitissima, duplicique * arce tuta, spem præbebat Macedonem torrentis more ruentem, ea urbe tamquam crepidine opposita coërceri posse. Maxima in Memnone spes erat, qui omnia ad ferendam obsidionem opportuna summa cura præparabat. Nuper enim à Dario maritimæ oræ to-

2. 11. 1. Arrian. 1. 6. 31.

Plut. cap. 27.

Appian. de bel. Mithridatic.

Iust. 38. 7. 2. Curt. 6. 3. 3. & 10. 10. 3.

* Vitruv. 2. 8.

* Strab. l. 14.

Diod. 17. 23.

Arria. 1. 7. 2.

Digitized by Google

totiuſq; claſſis prætor creatus erat. Nam homo callidus temporumq; prudens, quum ſe omnes Perſicos duces bellicis artibus ſuperantem, unam ob cauſſam infra meritum honorari intelligeret, quod Græcus genere, & olim Macedonicæ regiæ hoſpes de proditione ſuſpectus haberi poterat; uxorem ſuam liberoſq; ad Darium miſit, quaſi de ſecuritate illorum ſolicitus, revera ut his velut obſidibus fiduciam regis obligaret. Ceterum Alexander Cariam introgreſſus, omnia inter Miletum & Halicarnaſſum oppida brevi in poteſtatem redegit. Pleraque enim Græcis incolis habitabantur, quibus immunitatem ſuaſque leges reſtituere conſueverat, *ob liberandos eos in Aſiam veniſſe* profeſſus. Neq; minorem mox à barbaris iniit gratiam, comiter excepta Ada, regii generis muliere, quæ iter per ea loca facientem convenerat, illiuſque fidem implorans *in regnum reſtitui* oraverat. Nam Hecatomnus Cariæ rex tres filios habuit, duas filias: ex quis maximus natu Mauſolus Artemiſiam duxerat. minor ex ſororibus Ada fratri Hidrico nupſit. Sed Mauſolo quidem ſoror eademq; conjunx ſucceſſit, more gentis, quo in matrimonium regnumque ſociari fas eſt, iiſdem parentibus genitos. at poſtquam Artemiſia deſiderio defuncti extabuit; Hidrieus regno potitus, & ſine ſubole mortuus, Adæ reliquit imperium. Hanc Pexodarus expulit, qui unus de Hecatomni filiis ſupererat: & quãquam is deceſſiſſet, excluſa manebat; quia Orontobaten nobilem Perſam Pexodarus generum adſciverat, ut in novo & vi parto imperio illius opibus & gratia protegeretur. atq; ille extincto ſocero, velut dotale regnum retinebat. Eam injuriã deplorans mulier, ſimul Alindis deditis (munitiſſimum id caſtellum erat) impetravit, ut nomen filii quod deferebat, lubens acciperet; ſtrenuamq; ei operam ad antiquę dignitatis decus mature recipiendum polliceretur. Neq; promiſſo fides defuit; expugnataque deinde Halicarnaſſo, totam illi Cariam parere juſſit. Interim fama benigne exceptę reginæ per omnẽ illum tractum diffuſa, multas civitates Alexandro conciliavit; nam pleræq; à neceſſariis aut familiaribus Adæ tenebantur: ii per legatos obtulerunt aureas coronas, *futuroſq; in fide ac poteſtate regis, & imperata facturos* promiſerunt. Dum hæc ita geruntur, exquiſitæ artis ſaporiſque cibos atque bellaria ſolicite confici curabat Ada, eaque cum ipſis coquis & cupediariis regi dono mittebat; tamquam benemerenti gratiam relatura, ſi muniis armorum feſſum fatigatumque Aſiatici luxus deliciis exciperet. At ille prudens INTEMPERANTIAM gulæ ſeria tractanti intempeſtivam eſſe, benivolentiæ quidem muliebri comiter gratias egit; ceterum *non adtinuiſſe* reſpondit, *ut pro ipſo ſolicita eſſet, meliores habente coquos, quibus ipſum olim pædagogus ſuus Leonidas inſtruxiſſet; ad prandium iter anteluciano, ad cœnam frugale prandium.*

Comment. in Curt. 3. 13. 4.

Arria. l. 7. 1.

Diod. 17. 23.

Strabo. l. 14.

Tacit. 2. 3. 50.

Strabo l. 14.

Arrian. l. 7. 26.

Plut. cap. 39.

Arrian. l. 7. 26.

Strabo l. 14.

Diod. 17. 24.

Plut. c. 38. & Apophth. c. 37. & in Non poſſe ſuaviter vivi ſecundum Epicurum, cap. 40.

CAP.

CAP. IX.

Diod.17.24. 2.8.6. IAm tota ferme Caria in ditionem Alexandri conceſſerat; ſed caput regni Halicarnaſſus firmo præſidio tenebatur. Itaque diuturnam obſidionẽ fore conjectans, *commeatum, & machinas quæ ad oppugnationem pertinerent, navibus eo deportari* jubet; ipſe cum pedeſtri exercitu quinto ab urbe ſtadio caſtra Arria. 1. 7.1. communit. Deinde muros adortum juxta portam qua Myaſſa iter eſt, improviſa oppidanorum eruptio excepit: ſed Macedonibus fortiter conſerentibus manum, quibuſdam ſuorum amiſſis haud magno negotio rejecti ſunt. Pauci deinde dies interceſſerant; quum Alexander objecta ſpe Myndenſium oppido per proditionem potiundi, nocte intempeſta cum parte copiarum proficiſcitur. Sed nihil quoquam movente, admota gravi armatura murum ſuffodi imperat: neque enim ſcalas aut machinas adtulerat, quum oppugnandi conſilio urbem non adceſſiſſet. Et illi quidem una turrium dejecta, nihil tamen aperuerunt loci, quo intra perrumperent. Nam forte ita prociderat turris, ut quam murorum partem ſtans protexerat, non minus ruina ſepiret. civeſq; ſumma ope reſiſtebant, & ab Halicarnaſſenſibus adjuvabantur, quos audito vicinæ civitatis periculo, maritimo itinere Memnon ſubmiſerat. Ita conatus Macedonum inritus fuit. Alexander ad obſidionẽ Halicarnaſſi reverſus, ante omnia foſſam triginta maxime cubitos latam, altam quindecim, quam hoſtes pro urbe duxerant, expleturus, tres teſtudines adparat, quibus protectus miles materiã terramq; ſine noxa congereret. Æquata Diod.17.24. foſſa, *turres machinaſq; quibus muri ſternuntur, admoveri* juſſit. Iamq; ſtrata mœniorum parte, qua ruinæ viam aperiebant, Vitruv. 10. 20. & 21. in urbem penetrare nitebantur; ſed hoſtes, quum ob multitudinem integri ſubinde feſſis ſuccederent, ducumq; præſentia ad omnia audenda confirmarentur, ſtrenue repugnabant. Luce per varia certamina conſumpta, quum diuruo labore fatigatos hoſtes Memnon ſegnius cuſtodias agere crederet, cũ valida manu prorumpit oppido, ignemq; operibus injicit. Sed Macedonibus ad incendiũ concurrentibus, quum hi exſtinguere flammas conarentur, illi augerent, & prohibentibus vim intentarent, acre prœlium coortum eſt. quippe Macedones robore virtutis & adſuetudine periculorum longe præſtantes hoſtibus, numero adparatuque Perſarum urgebantur: & quia haud procul muris res gerebatur, balliſtis catapultiſque per mœnia diſpoſitis eminus impetiti, inulta vulnera accipiebant. Atrox inter hæc utrimque clamor, hortantium ſuos, increpantium adverſos; tum ſauciorum & morientium gemitus, inter nocturnas tenebras omnia terrore tumultuque impleverant: augebantur hæc vocibus ceteræ multitudinis, quæ dum alii pugnant, operi intenDiod.17.25. ta, muris qui pulſu machinarum conruerant, reparandis occupabatur. Tandem acrius adniſi Macedones hoſtem intra mœnia redegerunt; centum ſeptuaginta interfectis, inter quos

& Neo-

& Neoptolemus, qui cum Amynta fratre ad Darium perfugerat, occubuit. Macedonum non quidem ultra sedecim perierunt, sed trecenti ferme vulnerati sunt, quia nocturna pugna fuerat, neque adversus cæcos ictus & incidentia temere tela quidquam satis provideri potuerat. Post aliquot deinde dies, levis & ludicra res ingenti certamini causſam præbuit, orto initio à duobus veteranis ex Perdiccæ agmine. Ii contubernales quum essent, unaque genio indulsissent, ut fit inter sermones familiares, jactantia militari sua fortia facta vicissim extollentes, altercari coperant, uter alteri anteferretur; quum alter eorum, *quid inani strepitu verborum fœdamus honestissimam contentionem?* inquit; *non cui lingua, sed cui dextra sit melior, hoc agitur. & adest occasio: ea optime de controversiis nostris judicabit. age si vir es, & exeuntem sequere.* Vino & ambitione incaluerant; itaque privato consilio arma capiunt, & ad muros juxta arcem quæ Mylasis obversa est, excurrunt. Horum temeritate animadversa, statim ex oppido globus hostium effunditur. Illi firmato gradu certamen conserunt. propius incurrentes gladiis excipiunt, in recedentes tela conjiciunt. sed adversus multos & ex superiore loco dimicantes haud diu impunita duorum audacia fuisset; nisi conspecto ipsorum periculo, commilitonum pauci primo, deinde alii atque alii laborantibus subvenissent: eodem modo & oppidanis subinde ad locum ubi pugnabatur confluentibus. Ita nunc hîs, nunc illis robore numeroque superioribus, varie pugnatum est: donec Alexander cum manu quæ circa ipsum erat progressus, metum hostibus incussit, statimque intra munimenta compulsi sunt: nec multum abfuit, quin hostes simul inrumperent. Forte enim intentis omnibus in ea quæ ante urbem gerebantur, mœnia negligenter servari contigerat: & duæ turres cum continenti murorum parte crebris arietum ictibus cesserant; tertia quoque laxata jam & concussa compage, fodientibus haud in longum resistere potuisset. At quia tumultuarium id prœlium, neque universus exercitus instructus fuerat, opportunitas ejus rei è manibus amissa est. Alexander, quamquam ea res opinione Græcorum de victoria concedentis videretur, corpora suorum, qui sub ipsis mœnibus oppetierant, induciis postulatis ab hoste repetere, quam inhumata dimittere maluit. At qui cum Persis erant, Ephialtes & Thrasybulus Athenienses, quum plus apud ipsos odium adversus Macedonas, quam humanitatis ratio valeret, negabant *indulgendum hoc esse infestissimis hostibus.*

Arrian. 1. 7. 9.
Arrian. 1. 7. 13.
Diod. 17. 25.
Cæsar, de bell. Gall. 5. 44.
Arrian. 1. 7. 10.
Diod. 17. 25.
Arrian. 1. 7. 13.
Justin. 6. 6. 9.
Diod. 17. 25.

bus. Non tamen permoverunt Memnonem, quin *Græcorum moribus indignum esse* diceret, *sepulturam invidere casis hostibus. ARMIS ET viribus in adversos & obsistentes utendum: neque contumeliis pugnandum in eos, quos bonis malisque nostris sua dies exemisset*. Sane præter alias Memnonis virtutes, etiam moderatio ejus insignis fuit. neque enim per vecordiam conviciis infectari hostem pulchrum ducebat; sed virtute & consiliis vires illius animosque contundere. Igitur quum aliquando in agmine quemdam ex mercenariis nonnulla contumelioſe & petulanter in Alexandrum jacientem audisset, conversa hasta hominem pulsans, *non te conduxi*, inquit, *ut malediceres Alexandro, sed ut adversus illum dimicares*.

Plutarch. apophth. cap. 12.

CAP. X.

Arrian. l. 7. 14. 2. 10. 4.

INterea obsessi summo studio securitati suæ providentes, pro diruto muro alium interiorem ex cocto latere eduxerunt, non recta regione, sed in nascentis lunæ figuram sinuatum. eaque res, quum inter multos distributum munus esset, celerrime confecta est. Hunc murum Alexander postero statim die machinis quassare cœpit, quo minore negotio recens adhuc opus labefactaret. in eo labore occupatis Macedonibus, iterum ex urbe valida eruptio facta est: cratiumque quibus opera tegebantur nonnihil, & unius turris ligneæ partem flamma comprehendit. ne ad cetera opera transiret incendium Philotas & Hellanicus obstiterunt, quibus in eam diem machinarum custodia cesserat: & Alexander mature conspectus, tantum trepidationis injecit hostium animis, ut omissis facibus quibus armati procurrerant, quidam etiam arma jacientes, effusa fuga oppidum repeterent. Inde vim facile propellebant, adjuti commoditate loci, quem multo æquiorem obtinebant; & quia murus, sicut diximus, ita constructus erat, ut quamcumque partem invasisset hostis, non à fronte tantum; sed ex utroque laterum missilibus adpeti posset. Posthæc Persarum duces, quum omnia sibi in dies arctiora esse viderent, constaretque non abscessurum Macedonem donec urbis potiretur; de summa rerum consilium habebant. ibi Ephialtes vir animi corporisque robore in paucis conspicuus, incommoda longa obsidionis disseruit: negabatque *exspectandum, donec paulatim adcisis viribus exhausti fractique cum ipsa urbe in victoris arbitrium concederent; sed dum aliquid virium supereſſet, cum robore con-*

* Arrian. l. 7. 14.

2. 10. 1.

Diod. 17. 26.

du-

ductitii militis erumpendum, & alacribus animis cum hoste confligendum esse. Consilium suum quo in speciem audacius esset, eo plus in exsequendo facilitatis habiturum. hostibus enim alia omnia exspectantibus, & adversus casum de quo nihil dubitarent imparatis, superfusum iri suos. Neque Memnon, quamquam cauta consilia speciosis præferre solitus, restitit. nam etiamsi nihil novaretur, nulla propinqua auxilii spe, tristem obsidionis exitum fore prospiciebat; &, ut in tanto discrimine, non inconsultum rebatur, experiri virum acrem, & qui velut instinctu quodam ad extrema audenda ageretur. Igitur Ephialtes duobus millibus ex omni mercenariorum numero delectis, *faces mille parare* jubet, *primaque luce adesse, & armatos exspectare imperium.* Cœpta die quum Alexander iterum muro lateritio machinas admovisset, instarentque Macedones operi; Ephialtes porta subito patefacta dimidium suorum immittit cum facibus; ipse cum ceteris denso agmine subsequitur, ut hostes incendium prohibituros submoveret. Alexander intellecto quid ageretur, aciem celeriter instruit, subsidia delecto milite firmat. *quumque alios ad exstinguendum ignem ire* jussisset, in eos qui cum Ephialte advenerant impetum facit. At ille insigni corporis robore, quotquot conferre pedem audebant, obtruncans, suos voce, nutu, & imprimis exemplo ad virtutem animabat. neque parum molestiæ è muris exhibebatur hosti. quippe turrem centum cubitorum obsessi erexerant, tormentisque commode dispositis hastas & saxa jaculabantur. Inter hæc ex diversa parte urbis (ipsi *Tripylon* vocabant) duce Memnone alius oppidanorum globus, qua minime exspectabatur, erupit. tantusque tumultus incessit castris, ut ipse etiam rex consilii incertus efficeretur. Sed animi magnitudine, & opportunis imperiis omnia pericula propulsabat; & fortuna in tempore subvenit. Igitur & qui machinas incenderant, à Macedonibus qui ibi curabant, quique à rege missi subsidio venerant, cum magna clade repulsi sunt; & Memnonem Ptolemæus excepit Philippi filius, regii corporis custos, præter propriam manum Addæi, Timandrique cohortibus stipatus. eaque parte egregie vicerunt Macedones, quamquam Ptolemæum Addæumque, & sagittariorum ducem Clearchum cum quadraginta ferme manipularibus amisissent; & hostes cum tanta trepidatione recesserunt, ut angustum pontem, quem ad fossam superandam construxerant, multitudo festinantium ruperit, iis qui superstiterant, in præceps devolutis. ex quibus nonnulli

Arrian. l. 7. 16.

Diod. 17. 26.

Arrian. l. 7. 16.

Diod. 17. 26.

Arrian. l. 3. 12. l. 7. 18.

bus. Non tamen permoverunt Memnonem, quin *Græcorum moribus indignum esse* diceret, *sepulturam invidere cæsis hostibus. ARMIS ET viribus in adversos & obsistentes utendum: neque contumeliis pugnandum in eos, quos bonis malisque nostris sua dies exemisset.* Sane præter alias Memnonis virtutes, etiam moderatio ejus insignis fuit. neque enim per vecordiam conviciis insectari hostem pulchrum ducebat; sed virtute & consiliis vires illius animosque contundere. Igitur quum aliquando in agmine quemdam ex mercenariis nonnulla contumelioſe & petulanter in Alexandrum jacientem audisset, conversa hasta hominem pulsans, *non te conduxi*, inquit, *ut malediceres Alexandro, sed ut adversus illum dimicares.*

Plutarch. apophth. cap. 12.

CAP. X.

Arrian. l. 7. 14. 2. 10. 4.

INterea obsessi summo studio securitati suæ providentes, pro diruto muro alium interiorem ex cocto latere eduxerunt, non recta regione, sed in nascentis lunæ figuram sinuatum. eaque res, quum inter multos distributum munus esset, celerrime confecta est. Hunc murum Alexander postero statim die machinis quassare cœpit, quo minore negotio recens adhuc opus labefactaret. in eo labore occupatis Macedonibus, iterum ex urbe valida eruptio facta est: cratiumque quibus opera tegebantur nonnihil, & unius turris ligneæ partem flamma comprehendit. ne ad cetera opera transiret incendium Philotas & Hellanicus obstiterunt, quibus in eam diem machinarum custodia cesserat: & Alexander mature conspectus, tantum trepidationis injecit hostium animis, ut omissis facibus quibus armati procurrerant, quidam etiam arma jacientes, effusa fuga oppidum repeterent. Inde vim facile propellebant, adjuti commoditate loci, quem multo æquiorem obtinebant; & quia murus, sicut diximus, ita constructus erat, ut quamcumque partem invasisset hostis, non à fronte tantum; sed ex utroque laterum missilibus adpeti posset. Posthæc Persarum duces, quum omnia sibi in dies arctiora esse viderent, constaretque non abscessurum Macedonem donec urbis potiretur; de summa rerum consilium habebant. ibi Ephialtes vir animi corporisque robore in paucis conspicuus, incommoda longa obsidionis disseruit: negabatque *exspectandum, donec paulatim adcisis viribus exhausti fractique cum ipsa urbe in victoris arbitrium concederent; sed dum aliquid virium supereſſet, cum robore con-*

Arrian. l. 7. 14.

2. 10. 1.

Diod. 17. 26.

du-

Digitized by Google

ductitii militis erumpendum, & alacribus animis cum hoſte conſligendum eſſe. Conſilium ſuum quo in ſpeciem audacius eſſet, eo plus in exſequendo facilitatis habiturum. hoſtibus enim alia omnia exſpectantibus, & adverſus caſum de quo nihil dubitarent imparatis, ſuperfuſum iri ſuos. Neque Memnon, quamquam cauta conſilia ſpecioſis præferre ſolitus, reſtitit. nam etiamſi nihil novaretur, nulla propinqua auxilii ſpe, triſtem obſidionis exitum fore proſpiciebat; &, ut in tanto diſcrimine, non inconſultum rebatur, experiri virum acrem, & qui velut inſtinctu quodam ad extrema audenda ageretur. Igitur Ephialtes duobus millibus ex omni mercenariorum numero delectis, *faces mille parare* jubet, *primaque luce adeſſe, & armatos exſpectare imperium.* Cœpta die quum Alexander iterum muro lateritio machinas admoviſſet, inſtarentque Macedones operi; Ephialtes porta ſubito patefacta dimidium ſuorum immittit cum facibus; ipſe cum ceteris denſo agmine ſubſequitur, ut hoſtes incendium prohibituros ſubmoveret. Alexander intellecto quid ageretur, aciem celeriter inſtruit, ſubſidia delecto milite firmat. *quumque alios ad exſtinguendum ignem ire* juſſiſſet, in eos qui cum Ephialte advenerant impetum facit. At ille inſigni corporis robore, quotquot conferre pedem audebant, obtruncans, ſuos voce, nutu, & imprimis exemplo ad virtutem animabat. neque parum moleſtiæ è muris exhibebatur hoſti. quippe turrem centum cubitorum obſeſſi erexerant, tormentiſque commode diſpoſitis haſtas & ſaxa jaculabantur. Inter hæc ex diverſa parte urbis (ipſi *Tripylon* vocabant) duce Memnone alius oppidanorum globus, qua minime exſpectabatur, erupit. tantuſque tumultus inceſſit caſtris, ut ipſe etiam rex conſilii incertus efficeretur. Sed animi magnitudine, & opportunis imperiis omnia pericula propulſabat; & fortuna in tempore ſubvenit. Igitur & qui machinas incenderant, à Macedonibus qui ibi curabant, quique à rege miſſi ſubſidio venerant, cum magna clade repulſi ſunt; & Memnonem Ptolemæus excepit Philippi filius, regii corporis cuſtos, præter propriam manum Addæi, Timandrique cohortibus ſtipatus. eaque parte egregie vicerunt Macedones, quamquam Ptolemæum Addæumque, & ſagittariorum ducem Clearchum cum quadraginta ferme manipularibus amiſiſſent; & hoſtes cum tanta trepidatione receſſerunt, ut anguſtum pontem, quem ad foſſam ſuperandam conſtruxerant, multitudo feſtinantium ruperit, iis qui ſuperſtiterant, in præceps devolutis. ex quibus non-

Arrian. 1. 7. 16.

Diod. 17. 26.

Arrian. 1. 7. 16.

Diod. 17. 26.

Arrian. 1. 5. 12. 1. 7. 18.

nulli à ſuis conculcati interierunt; alios Macedones ex ſuperiore loco telis confixere. multi quibus iſta calamitas pepercerat, ſub ipſa urbis porta necem invenerunt: quippe exterritis omnibus, metuentibuſque ne una Macedones inrumperent, porta præpropere occluſa, magnam oppidanorum partem ad exitium hoſti tradidit. Inter hæc Ephialtes non ſpe magis quam deſperatione formidabilis, cum regiis ferociter dimicabat: & ancipitem feciſſet victoriam, ni laborantibus ſuis ſeniores Macedonum
Diod. 17.27. mature ſuccurriſſent. Ii in caſtris habebantur immunes operum periculorumque, niſi ubi neceſſitas exigeret; quum ſtipendiis præmiiſque nihilominus perfruerentur, meruerant cum honore fortibus factis, & ſub ſuperioribus regibus ipſoque Alexandro bellicis laboribus ætate exacta. Ii quum ſuos periculis territos detrectare pugnam, &
Curt. 5.2 5. receptui locum circumſpicere intelligerent, Atharia quo-
8.1.36. dam duce, in primam aciem provolant; adcenſoque quod clanguerat prælio, juniores conviciis & pudore flagitii ad reſumendos animos compellunt. Ita ſimul acerrimo niſu incumbentibus omnibus, quum æmulationem ſuam hoſtium damnis exercerent, momento temporis inclinata fortuna; Ephialtes cum plurimis fortiſſimiſque ſuorum cæſus, reliqui in urbem repulſi ſunt.
Diod. 17.27. Introierant etiam Macedonum multi, & oppidum vi
Arrian. 1.7. capiebatur; quum receptui cani rex juſſit; ſive ut urbi
20. parceret; ſive præcipiti jam in veſperam die, noctem, & occultas ignotis locis inſidias metuebat. Hoc prælium præcipuas obſeſſorum vires conſumpſit. Igitur
2.8.21. Memnon re cum Orontobate qui urbem tenebat, ceteriſque ducibus deliberata, nocte intempeſta turrim ligneam
Arrian. 1.7. & porticus, ubi tela ſervabantur, incendunt, ædificiiſ-
21. que muro vicinis ignem ſupponunt: quo celeriter concepto, quum & ex porticibus turrique flamma vento agitata adcederet, late fuderunt incendium. Oppidanorum militumque validiſſima pars arcem in inſula ſitam occu-
Vitruvius, pavit; alii in Salmacidem ſe contulere: alterius arcis id no-
2.8. men, inditum à fonte, qui ibi eſt, vulgatiſſimæ famæ. Re-
Diod. 17.27. liquam multitudinem reſque preciosas duces avexerunt in
Arrian. 1.7. Con inſulam. Alexander indicio transfugarum, & objecta
23. oculis ſpecie, quæ in urbe geſta fuiſſent cognitis, quamquam media nocte, Macedonas *in urbem inruere, & quos incendium augentes deprehendiſſent, interficere; ſi qui domi ſe continerent, ab eorum cæde temperare* jubet. Luce oborta arces à Perſis & mercenariis inſeſſas contemplatus, quum obſidionem earum longi operis futuram ſuſpi-

carc-

caretur, neque pretium putaret capite gentis expugnato, duabus arcibus adsidentem, agendi tempus per otium & inertiam terere; urbem ipsam exscindit, arces muro fossaque circumseptas Ptolemæum observare jubet, quem cum tribus millibus peregrinorum militum, & equitibus ducentis ad Cariam tuendam relinquebat. Is non longo post tempore, copiis cum Asandro Lydiæ prætore conjunctis Orontobatem acie vicit: & Macedonibus ira rædioque diuturnioris moræ, oppugnationi acriter incumbentibus, arces in potestatem redactæ sunt. At rex Phrygiam continentesque provincias animo complexus, Parmenionem cum amicorum turmis & auxiliaribus equitibus, Thessalisque quibus Alexander Lyncestes præerat, Sardes mittit; *ut inde in Phrygiam inrueret, venturoque exercitui commeatum & pabulum ex hostico pararet.* data ad hoc plaustra, quæ simul ducerentur. Quum deinde multos Macedonum paulo ante eam expeditionem ductis uxoribus, desiderium earum impatienter ferre cognovisset; Ptolemæum Seleuci filium corporis custodem iis præfecit, *domumque deducere* jussit, *cum uxoribus hybernaturos.* duo quoque ex ducibus Cœnos atque Meleager ob eamdem causam una profecti sunt. Id regi magnæ apud milites commendationi fuit, promptioresque deinde eos ad longinquam militiam reddidit, quum sui rationem habitam viderent, sperarentque deinceps etiam ad suos visendos subinde commeatum impetraturos esse. Ducibus injunctum est, *ut interim, dum in Macedonia morarentur, strenue delectus agerent; quantasque maximas possent equitum peditumque copias, cum iis qui tum abibant, sub initium veris adducerent.* Animadverso autem exercitum Asiaticis moribus infici, magnamque vulgo per castra impudicorum multitudinem haberi, probrosos omnes conquiri jussit, & in parvam quamdam Ceramici sinus insulam sepositque infamia loco, & ob ejus rei memoriam Cinædopolis adpellatur.

Diod. 17. 27. Arrian. 1. 7. 25. Arrian. 1. 6. 5. Curt. 3. 7. 4. Arrian. 2. 1. 32. Strabo, lib. 14. Arrian. 1. 7. 29. 2. 11. 10. 2. 11. 15. Diod. 7. 27. Arrian. 1. 7. 29. Plin. 5. 31. 11.

CAP. XI.

His ita gestis insistens consilio suo, ut omni maritima ora sui juris effecta, classem hostium inutilem redderet, Hyparnis receptis, quæ arcem tenentes mercenarii dediderant, in Lyciam contendit. Ibi pacta cum Telmissensibus amicitia, Xanthoque flumine transmisso, cognominem amni urbem, Pinaraque & Patara, nobilia iis regionibus oppida, cum aliis minoribus circiter triginta, in

2. 2. 14. Arrian. 1. 7. 30.

fidem accipit : rebusque satis in præsens compositis, in
Diod. 17.27. Myliada procedit. Phrygiæ majoris portuo Mylas est ; sed
Arrian. 1.7. 31. Persarum regibus placuerat Lyciæ eam contribui. Eam dum recipit, adfuere Phaselitarum legati, amicitiam orantes, aureamque coronam hospitale donum adferebant : idem petebant multarum urbium oratores ex inferiore Lycia. Itaque rex præmissis, quibus oppida sua Phaselitæ Lyciique traderent ; paucis post diebus, Phaselin profectus est. oppugnabant illi tum maxime validum præsidium, quod in ipsorum ditione Pisidæ construxerant, multasque inde injurias intulerant adcolis. id adventu Alexandri brevi captum fuit. Apud Phaselitas plusculos dies, ut seque
Plut. cap. 28. Arrian. 1.7. 31. & exercitum reficeret, quieti dedit. invitabat etiam tempus anni ; quippe media jam hyems difficiles progre-
Plut. cap. 28. dienti vias effecerat. Ibi per hilaritatem & epulas laxato animo, quum statuam Theodecti à civibus suis in foro positam vidisset, ut à cœna temulentus surrexerat, saltabundus eo processit, frequentesque ei coronas injecit. Nam Theodectem, quum Aristotelem una audiret,
Suidas v. Θεοδέκτης. familiarem gratumque habuerat. Sed otiosos juvenilis animi lusus atrox à Parmenione nuncius cito discussit. Comprehenderat ille Persam quemdam Atisinem nomine, à rege Dario palam quidem ad Atyziem Phrygiæ
Arrian. 1.8. 4. satrapam missum ; sed cum occultis mandatis, *ut Alexandrum Lyncestem captata occasione secreto conveniret, eique si destinata effecisset, Macedoniæ regnum & mille insuper auri talenta polliceretur.* Nam is cum Amynta transfuga scelesto consilio mito, occidendi regis partes
Arrian. 1.8. 1. sibi sumpserat; Oderat eum tum aliis de causis ; tum quod Heromenem & Arrabæum, fratres hujus Alexandri, in-
1.9.18. ter paternæ necis conscios supplicio adfecisset. Et quamquam ipse pœna exemptus, multisque postea honoribus ornatus, non simplex beneficium regi deberet, insita animo ferocia & dominandi cupidine nihil nefas putabat, per
Arrian. 1.8. 4. quod ad regnum via sterneretur. Re in consilium deducta, *facilitatem regis* arguebant amici, *quod hominem in manifesto maleficio deprehensum, non modo punire non sustinuisset ; verum etiam præmiis & honoribus auctum optima equitatus parti præposuisset. Quem deinceps & fidum futurum, si præter impunitatem propior amicitiæ gradus, maxima dignitates, honorifica præfecturæ, parricidii merces essent ? Igitur mature emendandum, quod*
3.9.25. *nimia lenitate peccatum esset : priusquam ille, consilium emanasse sentiens, Thessalorum mobiles animos ad res novandas induceret. Non contemnendum esse periculum, quo*
3.7.31. *majus*

Digitized by Google

majus ne excogitari quidem posſit: neque ſpernenda deorum oſtenta, qui regem de cavendis inſidiis evidenter monuiſſent. Nuper enim, dum Halicarnaſſum obſidens, poſt longos magnoſque labores meridiatione reficitur, hirundo, nota auſpiciis avis, magno cum garritu, circum caput quieſcentis volitaverat, & modo in hoc, modo illud lectuli latus ſe demiſerat, turbulentiorem ſolito cantum exorſa. Et rex quidem defatigato corpore non penitus excuſſit ſomnum, ſed tamen avem continuo ſtrepitu moleſtam ſentiens, manu obiter repulit. Illa adeo non exterrita eſt, ut etiam in ipſius capite conſederit, neque prius ſtrepere deſierit, quam ab experrecto demum abacta eſt. Idque ſic interpretatus fuerat Ariſtander, ut *inſtare periculum* diceret *ab amico regis; ſed inſidias in occulto non manſuras. hoc enim monere naturam avis, quæ præ ceteris homini familiaris, eademque ſupra modum garrula eſſet.* His itaque diligenter expenſis, quum indicium Aſſinis cum vatis reſponſo convenire cerneret, meminiſſetque ſe matris literis anxie monitum, *ut ab hoc homine ſibi caveret*; nihil ultra differendum ratus, quid fieri vellet, Parmenioni ſignificat: nam, ut diximus, cum ipſo in Phrygiam iverat Lynceſtes Alexander. Sed ne quo caſu conſilium regis parum in tempore proderetur, literas ſcribi non placuit; ſed per hominem fidum atque honoratum mandata perferri. electus eſt Amphoterus Crateri frater, qui cum Macedonicum habitum Phrygio mutaſſet, adſumptis Pergenſibus aliquot itineris guaris, ad Parmenionem occultus penetrat. Ita Alexander comprehenditur: & quum ob veterem ſuam familiæque dignitatem & gratiam diu dilatus eſſet; tertio poſt anno, dum à Philotæ conſciis ſupplicium ſumitur, ſocietate criminis, & pœna ſontium in exitium abreptus periit. Regi ex Phaſelide moventi, ſupra detectas inſidias, propitius numinis favor alio ſtatim beneficio patuit. Parte exercitus ad Pergenſium urbem per montes præmiſſa; ceteros ipſe per litus ducebat, qua Climax mons Pamphylio mari imminens, anguſtam euntibus ſemitam relinquit, quoties mare tranquillum eſt; at quum æſtus incubuit, fluctibus operitur. idque hyeme frequens & prope perpetuum eſt. At Alexander nihil æque ac moram metuens exercitum per æqua, per iniqua, eodem ardore atque impetu rapiebat. Continui per eos dies Auſtri flaverant, qui mare in litus propellentes, omnia itineris veſtigia altis paludibus opplent: adſiduæ etiam magnæque pluviæ, ut ventis iſtis ſpirantibus ſolet, ruebant. ſed adventante Alexandro ſubito exortus Aquilo cœlum

Ælian. hiſt. anim. 10. 34. Arrian. 1. 8. 5.

Diod. 17. 32. 2. 9. 25.

Comment. in Curt. 7. 1. 8. Arrian. 1. 8. 8. Strab. lib. 14. Curt. 5. 3. 22. 6. 3. 16.

Artemon in Senecæ ſuaſor. 1.

Arrian. 1. 8. Euſtath. in Dionyſ. v. 855. & 865. Appian. 1. 2. de bell. civil.

Ioseph. antiquit. lib. 2. extremo. Plut. c. 27. & 28. * Strabo, lib. 14.

cœlum purgavit imbribus, undas rejecit in mare, & Macedonibus transitum aperuit. Sic quoque unius *diei itinere per incerta vada emergendum fuit; aqua ad umbilicum ferme pertingente. Tantam in periculis Alexandri fiduciam, ut ab ipsius ingenio profectam non dubitem; ita frequentibus prodigiis & ominibus auctam confirmatamque fuisse credideris: postquam decreto numinis, clarissimis maximisque rebus se destinari conjecit. Adhuc in Macedonia degenti species humana augustior adparuisse dicitur, monentis *ut ad evertendum imperium Persicum quamprimum in Asiam sequeretur.* atque in memoriam insomnii revocatum esse regem, quum in Phœnice res gereret; obvio Iudæorum sacerdote in quo recognovit ornatum, quem pridem in objecta imagine per quietem viderat. Nam inter obsidionem Tyri victus regibus populisque deditionem & delectus imperaverat. sed Iudæi, qui Hierosolyma famosam urbem tenebant, fœdus cum Dario causati, Macedonum amicitiam detrectabant. Eam gentis contumaciam puniturus, in Iudæam infesto agmine perrexit. At Hierosolymitæ ut regis iram lenirent, cum uxoribus liberisque supplices in occursum venientis effunduntur. Sacerdotes primi ibant tenuissima byssо amicti: hos deinde populus candido & ipse vestitu sequebatur. Agmen ducebat Iaddus summus sacrorum antistes cum solenni ornatu. Adpropinquantis pompæ venustatem speciemque miratus rex, equo desiliens, solus processit, adoratoque DEI nomine, quod aureæ laminæ insculptum cidaris pontificia præferebat, ipsum quoque reverenter salutavit. Improvisa res omnium qui cum eo advenerant animos in stuporem dedit. Iudæi ex propinqui exitii metu non in spem incolumitatis modo, sed inopinatæ gratiæ fiduciam erecti circumibant regem, laudes gratulationemque & vota miscentes. Contra Syrorum reguli, qui ob crebras acerbasque cum Iudæis simultates Alexandrum sequuti fuerant, inimicorum suppliciis, ut rebantur, infesti animi libidinem expleturi, stupebant; dubii verane essent quæ intuerentur, an aliquod oculorum ludibrium vana imagine sopitos sensus falleret. Neque minus Macedonas insolentia spectaculi suspensos habuit: donec propius accedens Parmenion interrogare ausus est, *quid ita externis ceremoniis honorem deferret, quem à tam fœda gente etiam recipere vix tanto rege dignum esset?* Atque ille insomnium suum retulit. Deinde urbem ingressus in pulcherrima æde ritu recepto sacrum DEO fecit, & dona templo intulit. Inspexit etiam sacros gentis codices, quibus continebantur

Zonaras, tom. 1. Tacit. H. 5. c. 1.

Ioseph. 11. 8. Εβραϊκ. κεφ. Α.

Ὁλυμπιακ. Cedrenus. Glycas. Sulpic. Sever. lib. 2. Iesaiæ 11. Daniel. 8. 21.

diu

diu ante præſcripta vaticinia, inter quæ Tyrum Macedonibus ceſſuram, & Perſas à Græco quodam debellatum iri clare ſignificabatur. eum ſe fore interpretatus. Iudæis conceſſit, *ut domi foriſque ſuis legibus ritibuſque libere uterentur; & quia ſeptimum quemque annum agriculturæ exſortem agunt, etiam tributorum iſtâ portione ſolverentur.* Naturam quoque regionis admiratus, quæ aliis fructibus inter præſtantiſſimas dives opobalſamum ſola producit, Andromachum iis regionibus præpoſuit: quem Samaritani, perpetui Iudæorum hoſtes, paulo poſt atrociter necaverunt. Sed hæc quidem poſt Tyrum Gazamque expugnatas geſta ſunt: nos per occaſionem præcepimus. Cedrenus. Plin. 12. 25. Curt. 4. 8. 9. Ioſephus. 11. 8.

CAP. XII.

CEterum anguſtiis ad mare Pamphylium ſuperatis, Alexander Pergis profectus in itinere obvios habuit Aſpendiorum legatos, ex principibus civitatis. ii petentes *ne præſidium recipere cogerentur, quinquaginta talenta in ſtipendium militum, & quantum equorum tributi nomine regi Perſarum alere conſueverant*, promiſerunt. Inde rex ad Sidetas qui Melanem amnem adcolunt, progreſſus eſt; Cumæorum ex Æolide genus, ſed ſermone barbaro: nam Græcus exoleverat, non diuturnitate temporis, ut accidit; verum *majores ſuos, ut in eas regiones venerunt, repente oblitos patriæ linguæ, novam & antea inauditam ſonuiſſe* memorabant. Side recepta, quæ Pamphyliæ metropolis erat, Syllium ibatur, turum natura ſitus oppidum, & tam peregrino milite, quam barbarorum adcolentium firma manu egregie munitum. Ea res, & quia *Aſpendios rebellare* nunciabatur, avertit iter; Aſpendumque ductus eſt exercitus. Illi ſubita Macedonum inruptione territi, deſertis quæ in plano erant ædificiis, in arcem conceſſere. Alexander vacua urbe potitus, ſub arce caſtra communit; & quum peritiſſimos architectos haberet, adparatu oppugnationis obſeſſos ad pacem prioribus conditionibus repetendam compulit. nihil ad majora properanti optatius adcidere potuiſſet, quam loci haud contemnendi longa obſidione non detineretur; ne tamen impunita defectorum temeritas eſſet, *potiſſimos civium obſides tradi, pecuniaque imperata nec exſoluta ſummam duplicari* præcepit: adjectum eſt, *ut ſatrapa quem Alexander præfeciſſet, obedirent, annua Macedonibus tributa ſolverent; & de agro*, unde vicinos vi ejeciſſe arguebantur, *judicio contenderent.* His ita geſtis re-

Arrian. 1. 8. 9. Strabo. 14. Arrian. 1. 8. 10. Suid. v. Σίδη. Arrian. 1. 8. 11. Vitruv. 10. 19. Arrian. 1. 8. 13.

menſus

Strabo.l.14. Arrian. l. 8. 15. mensus iter, quod ad Pergensium oppidum ferebat, inde perrexit in Phrygiam. Sed per ista loca ducenti superandæ erant angustiæ, quas juxta Telmissum urbem Pisidarum duo montes ex adverso concurrentes efficiunt; ita strictis faucibus ut portarum similitudinem referant: easque barbari armata manu utrimque insederant. Alexander in ipso aditu castra poni jubet, ratus, quod evenit, Telmissenses castris locatis periculum differri credentes non diu hæsturos in angustiis, sed modico in illis relicto præsidio ceteros in urbem recessuros esse. Igitur occasione haud seguiter usus, protinus sagittarios & funditores, quodque ex gravi armatura maxime expeditum erat, inducit; & præsidio barbarorum deturbato, ante ipsam urbem castra conlocat. Ibi legatos Selgensium audit, qui ob vetustas cum vicinis Telmissensibus simultates quamquam ejusdem nationis essent, amicitiam ac auxilia offerebant regi. Qubus perbenigne exceptis, ne in obsidione unius urbis tempus tereret, Sagalassum castra movit: validam urbem & juventutis robore firmatam. quum enim omnes Pisidæ bellicosi sint, Sagalassenses præ ceteris pugnaces habentur. Ii, quum à Telmisso fœderatæ sociæque copiæ venissent, viris magis quam mœnibus confisi, in vicino colle instruxerant aciem; & præmissos ab Alexandro velites opportunitate loci adjuti repulerant: sed Agriani resistebant, quis propinqua jam Macedonum phalanx, & ante prima signa rex conspectus audaciam addiderat. Maximus militi labor fuit per ardua conniti: postquam æquioribus paulo locis consistere datum est, semermum montanorum vulgus haud ægre disjecere. Ex Macedonum ducibus Cleander desideratus est, cum viginti ferme militibus; barbarorum ad quingentos cecidere: ceteros expedita fuga, & locorum notitia protexit. Fugientibus tamen institit rex contentione quanta poterat tam grave agmen: eodemque impetu urbs eorum capta est. Per cetera deinde Pisidiæ munita loca circumtulit bellum: quorum nonnulla pugnando cepit; alia conditionibus in fidem venerunt. Telmissum expugnatam, ob pertinaciam civium, solo æquavit; populo libertatem ademit; & paulo post cum aliis quibusdam Pisidiæ civitatibus, Celænarum præfecturæ contribuit. Pacatis hunc in modum asperrimis nationibus, in Phrygiam processit, qua Ascanius lacus est, cujus aqua sua sponte concrescens, necessitate salis è longinquo petendi solvit adcolas. Dum ea geruntur, Memnon suarum partium reliquiis undique conlectis, ut inhærentem Asiæ Alexandrum extorqueret, ad bellum Græciæ Macedoniæque

Strab. lib. 14. Arrian. l. 8. 19.

Strab. lib. 14. Arrian. l. 8. 24.

Strab. lib. 14. Plin. 5. 29. 6.

Arrian. l. 8. 25.

Arrian. 2. l. 1.

que inferendum cogitationes convertit. Quippe Darius in hoc uno ſpem reponens, qui victoris impetum ſua virtute ſuaque prudentia diutiſſime ad Halicarnaſſum moratus eſſet, ſummæ rerum præfecerat eum, maguamque pecuniæ vim tranſmiſerat. Itaque mercenariorum manu quanta poterat conducta, cum trecentarum navium claſſe libero mari vagabatur; & quæ tantis conatibus adverſa vel æqua futura eſſent, ſolerti æſtimatione penſabat. Interea locis quæ minus anxie cuſtodiebantur occupatis (inter quæ & Lampſacus fuerat) inſulas adgreſſus eſt, quibus Macedones, quamquam utrimque continenti potirentur, ob inopiam navium auxilium ferre non poterant. Iuvit conſilium ducis animorum mira ubique diſſenſio; quum aliis ad Alexandrum libertatis auctorem res trahentibus, non deeſſent qui Perſicis opibus aucti, propriam ſub veteribus dominis potentiam, quam liberata republica eamdem omnium æqualitatem mallent. Igitur Athenagoras & Apollonides ex Chiorum optimatibus; re cum Phiſino Megareoque & aliis ſuæ factionis hominibus communicata, Memnonem arceſſunt. Ita Chius proditione capitur, & præſidio ibi conlocato, urbanarum rerum adminiſtratio Apollonidi ſociiſque traditur. Inde Lesbum petens Antiſſam, Pyrrham & Ereſſum nullo negotio capit; Methymnæ Ariſtonicum tyrannum imponit; totamque inſulam excepta Mitylene nobiliſſima urbe, in poteſtatem redigit. Ea multis diebus obſidionem conſtanter pertulit: nec ab ipſo Memnone capta eſt. Ille enim quum jam magnis operibus urbem circumvallaſſet, & occluſo portu, naviumque ſtationibus per opportuna loca diſpoſitis, ne qua ſubſidio veñientibus aditus pateret, providiſſet; peſtilenti morbo conreptus præclaram Perſarum ſpem, inreparabili cum ipſorum damno, deſeruit. Sed quum ſe jam morti vicinum intelligeret, Pharnabazo ſororis ſuæ filio, quem Artabazo pepererat, imperium ſuum tradidit, donec Darius re comperta, aliter ſtatueret. Hic cum Autophradate claſſis præfecto munia partitus, eo tandem obſeſſos adegit; ut ſecuro præſidii diſceſſu pacto, columnas quîs fœderis cum Alexandro leges inſculptæ erant, ſubverterent; Darioque fidem polliciti, dimidiam exſulum ſuorum partem reciperent. At Perſæ non integra fide pactis ſtetere; ſed introductis in urbem militibus Lycomedem Rhodium præeſſe juſſerunt: Diogeni, qui ob ſtudia in Perſas exſulaverat, patriæ tyrannis tradita eſt. Pecunia deinceps privatim ab opulentiſſimo quoque per vim ablata: neque eo minus im-

2. 9. Diod. 17. 29.

Ariſt. oixov. lib. 2.

2. 6. 26.

Curt. 4. 5. 15. Arrian. 3. 1. 7. Arrian. 2. 1. 1.

Diod. 17. 29. Curt. 4. 5. 19.

Arrian. 2. 1. 3. contra Diod. 17. 29.

1. 2. 24. Arrian. 2. 1. 4.

imperatum tributum, quod commune Mitylenæorum penderet.

Supplementum in Curtii lib. 5. cap. 13. num. 25.

MIratusque confossa potius quam abacta esse, semivivi hominis gemitum percipit. Itaque more ingenii humani cupidus videndi quid rei vehiculo isto conderetur, dimotis pellibus, quibus obtectum erat, Darium multis vulneribus confossum reperit. regius enim cultus, & aureæ catenæ quis à parricidis vinctus fuerat, dubitationem eximebant. Non erat expers Græci sermonis Darius; gratiasque agebat diis, *qui post tanta mala, tamque gravia, hoc tamen indulsissent solatii, ne omnino in solitudine extremum spiritum effunderet. Itaque te,* inquit, *quisquis es mortalium, per communem hominum sortem, à qua nec maximos regum exemptos esse præsenti spectaculo moneris, rogo quæsoque, ut hæc ad Alexandrum mandata mea perferas; nihil eorum quæ longe tristissima perpessus sum, ne hunc quidem incomparabilis calamitatis exitum, ita gravem mihi adcidisse, ut hoc unum, quod post tanta in me meosque merita adversus clementissimum victorem inimico vivendum fuit, & nunc ingrato moriendum est. Sed si qua postremis miserorũ votis apud deos vis est, & cum ipso spiritu profusas preces mitius aliquod numen exaudit; ille quidem sospes & incolumis, longeque supra contagium meæ sortis & invidiam fortunæ positus, in solio Cyri gloriosam ætatem exigat: suæque virtutis memor, eum matri liberisque meis locum apud se esse patiatur, quem illi fide & obsequio meruerint. at parricidas promptum exitium consequatur, quod Alexander inrogabit, si non misericordia infelicis hostis, saltem odio facinorum. & ne impunita in aliorum etiam regum suumque ipsius exitium erumpant.* Posthæc, quum siti angeretur, adlata per Polystratum aqua recreatus, *ergo,* ait, *hanc etiam tantis calamitatibus extremam adcedere oportuit, ut benemerito gratiam referre non possim! at referet Alexander; Alexandro vero dii.* Dextram deinde protendit, *eamque Alexandro, fidei regiæ pignus, ferri* jubens, adprehensa Polystrati manu animam efflavit. Alexander an spiranti adhuc supervenerit, incertum est: illud constat, miserabili regis opulentissimi exitu comperto, copiosas lachrymas profudisse, statimque chlamyde sibi detracta corpus operuisse, & magno cum honore *ad suos deferri* jussisse, *ut regio Persarum more curatum monumentis ma-*

Iustin. 11. 15. 5.

Curt. 5. 12. 5. Iust. 12. 15. 6.

Plut. cap. 27. Zonaras.

Iust. 12. 15. 13. Arrian. 1. 5. 25.

Diod. 17. 73.

Iust. 12. 16. 14.

majorum inferretur. Ingratitudinem hominum, à quîs pro ſummis beneficiis crudele exitium Darius pertulit, quamquam ſuopte ingenio horrendam & exſecrabilem, inſigniore ad poſteritatem infamia damnavit canis cujuſdam mira fides, qui ab omnibus familiaribus derelicto ſolus adfuit, & quam in vivum præ ſe tulit benivolentiam, morienti quoque conſtanter præſtitit. Hunc vitæ finem ſortitus eſt ille, quem modo contumelia adfici putabant, niſi *regem regum*, & *deorum conſanguineum* ſalutarent: magnoque iterum experimento adprobatum eſt, NEMINEM magis patere fortunæ, quam qui pluribus ejuſdem blandiciis inretitus, jugum illius tota cervice receperit.

Plut. cap. 78. Zon. Ἐκλογ. 6. λόγ. A. Iuſt. 11. 15. 8. 2. 4. 26.

Supplementum in Curtii lib. 6. à principio.

DVm ea per Aſiam geruntur, ne in Græcia quidem Macedoniaque tranquillæ res fuere. Regnabat apud Lacedæmonios Agis Archidami filius, qui Tarentinis opem ferens ceciderat, eodem die quo Philippus Athenienſes ad Chæroneam vicit. Is Alexandri per virtutem æmulus, cives ſuos ſtimulabat, *ne Græciam ſervitute Macedonum diutius premi paterentur; niſi in tempore providerent, idem jugum ad ipſos tranſiturum eſſe. Adnitendum igitur, dum aliquæ adhuc Perſis ad reſiſtendum vires eſſent: illis oppreſſis, adverſus immanem potentiam fruſtra avitæ libertatis memores futuros.* Sic inſtinctis animis occaſionem belli ex commodo cœptandi circumſpiciebant. Igitur felicitate Memnonis invitati, conſilia cum ipſo miſcere adgreſſi ſunt, & poſtquam ille rerum lætarum initia, intempeſtiva morte deſtituit, nihilo remiſſius agebant. Sed ad Pharnabazum & Autophradaten profectus Agis, triginta argenti talenta, decemque triremes impetravit, quas Ageſilao fratri miſit; ut in Cretam navigaret, cujus inſulæ cultores inter Lacedæmonios & Macedonas diverſis ſtudiis diſtrahebantur. Legati quoque ad Darium miſſi ſunt, qui in uſum belli ampliorem vim pecuniæ, pluresque naves peterent. Atque hæc eorum cœpta clades ad Iſſum (nam ea intervenerat) adeo non interpellavit, ut etiam adjuverit. quippe fugientem inſequutus Alexander in longinqua loca magis magiſque rapiebatur; & ex ipſo prœlio mercenariorum ingens multitudo in Græciam fuga penetraverat. quorum octo millia Perſica pecunia conduxit Agis, eorumque opera pleraſque Cretenſium urbes recepit. Quum deinceps Memnon in Thraciam ab Alexandro miſſus,

Diod. 16. 89. Iuſt. 12. 1. 5. Diod. 17. 62. Diod. 17. 29. Arrian. 2. 3. 10. & 18. Curt. 4. 1. 39. Arrian. 2. 3. 21. 3. 5. 10.

missus, barbaros ad defectionem impulisset; adque eam
Curt 4.1.39. Diod 17. 48. comprimendam Antipater exercitum ex Macedonia in
Diod. 17. 62. Thraciam duxisset, opportunitate temporis strenue usi Lacedæmonii totam Peloponnesum, paucis urbibus exceptis, in partes traxerunt, confectoque exercitu viginti millium peditum, cum equitibus bis mille, Agidi
Iust. 12. 1. 8. Diod. 17. 63. summam imperii detulerunt. Antipater ea re comperta bellum in Thracia, quibus potest conditionibus componit; raptimque in Græciam regressus, ab amicis sociisque civitatibus auxilia cogit. Quibus convenientibus,
Frontin. 2. 11. 4. ad quadraginta pugnatorum millia recensuit. Advenerat & ex Peloponneso valida manus: sed quia dubiam ipsorum fidem resciverat, dissimulata suspicione gratias egit, *quod ad defendendam adversus Lacedæmonios Alexandri dignitatem adfuissent: scripturum se id regi, gratiam in tempore relaturo. in præsens nihil opus esse majoribus copiis: itaque domos redirent, fœderis necessitate expleta.*
Curt. 7. 4. 32. Nuncios deinde ad Alexandrum mittit, de motu Græciæ certiorem facturos. Atque illi regem apud Bactra demum consecuti sunt; quum interim Antipatri victoria, & nece Agidis in Arcadia transactum esset. Sane jam pridem tumultu Lacedæmoniorum cognito, quantum tot terrarum spatiis discretus potuit,
Arrian. 3. 1. 22. providerat: Amphoterum *cum Cypriis & Phœniciis navibus in Peloponnesum navigare*; Meneten *tria millia*
Arrian. 35. 3. 20. *talentum ad mare deferre* jusserat, *ut ex propinquo pecuniam Antipatro subministraret, quanta illum indigere cognovisset.* Probe enim perspexerat, quanti ad omnia momenti motus illius inclinatio futura esset, quamquam deinceps adepto victoriæ nuncio suis operibus id discrimen comparans, *murum eam pugnam fuisse* cavillatus
Plut. Agesilao, cap. 25. Æschines contra Ctesiphontem. est. Ceterum principia ejus belli haud improspera Lacedæmonius fuere. Iuxta Corrhagum Macedoniæ castellum cum Antipatri militibus congressi victores exstiterant: & rei bene gestæ fama etiam qui suspensis mentibus fortunam spectaverant, in societatem eorum pertracti sunt. Vna ex Elæis Achæisque urbibus Pellene fœdus aspernabatur; & in Arcadia Megalopolis, fida Macedonibus ob Philippi memoriam,
Polyb. 2. 48. Æschines. à quo beneficiis adfecta fuerat. Sed hæc arcte circumsessa haud procul deditione aberat, nisi tandem Antipater subvenisset. Is postquam castra castris contulit, seque numero militum alioque adparatu superiorem conspexit, quamprimum de summa rerum prælio contendere statuit: neque Lacedæmonii detrectavere certamen. Ita commissa est pugna, quæ rem Spartanam majorem in modum adflixit. Quum enim angustiis locorum, in quibus pugnaba-

tur

tut, confisi, ubi hosti nullum multitudinis usum futurum credebant, animose congressi essent, neque Macedones impigre resisterent, multum sanguinis fusum est. Sed postquam Antipater integram subinde manum laborantibus suis subsidio mittebat; impulsa Lacedæmoniorum acies gradum paulisper retulit. Quod conspicatus Agis, cum cohorte regia, quæ ex fortissimis constabat, se in medium pugnæ discrimen immisit, &c. Pausan. l. 1. Curt. 6. 1. 10.

Supplementum in Q. Curtii lib. 10. cap. 1. num. 45.

A Missa propemodum Thracia, ne Græcia quidem tumultibus inconcussa mansit. Nam Alexander, punita satraparum quorumdam insolentia, quam, dum in extremo orbe Indorum armis adtinetur, per summa scelera atque flagitia in provinciales exercuerant, ceterorum metum intenderat: qui in paribus delictis idem admissorum præmium exspectantes, in mercenariorum militum fidem confugiebant, illorum manibus, si ad supplicium poscerentur, salutem suam tutaturi; aut pecunia quanta poterat coacta, fugam inibant. Ea re cognita literæ ad omnes Asiæ prætores missæ sunt, quibus inspectis *è vestigio omnes peregrinos milites qui stipendia sub ipsis facerent, demittere* jubebantur. Erat inter eos Harpalus, quem Alexander, quod ob ipsius amicitiam olim à Philippo ejectus solum vertisset, inter fidissimos habebat, & post Mazæi mortem satrapia Babyloniæ donaverat, thesaurorumque custodiæ præfecerat. Is igitur quum fiduciam quam in propensissima regis gratia habere poterat, magnitudine flagitiorum consumpsisset, quinque talentorum millia ex gaza regia rapit, conductaque sex millium mercenariorum manu, in Europam evadit. Iampridem enim luxu & libidinibus in præceps tractus, desperataque apud regem venia, adversus iram ipsius in alienis opibus subsidium circumspicere cœperat; & Athenienses, quorum non contemnendam potentiam, & apud ceteros Græcos auctoritatem, tum occultum in Macedonas odium norat, sedulo coluerat. Itaque spem suis faciebat; *Athenienses adventu suo cognito, copiisque & pecuniis quas adduceret coram inspectis, protinus arma consiliaque sociaturos esse.* Nam apud populum imperitum & mobilem, per homines improbos * & avaritia venales, omnia se muneribus consequuturum existimabat. Curt. 10. 1. 8. Plut. c. 1. 17. Diod. 17. 106. Plut. cap. 16. Plut. cap. 74. Arrian. 3. 1. 24. 3. 8. 14. Diod. 17. 108. Athen. 13. 7. Diod. 17. 108. * Plut. Phoc. c. 28. & Demosth. c. 34. Iust. 13. 5. 7. Dinarch. contra Demosth.

rorum lingua utebantur. Inde Bagiſtamen ingreſſus eſt, regionem opulentam, & abundantem arborum amœno & fecundo fœtu, ceteriſque ad vitæ non uſum modo, verum etiam delectationem pertinentibus. Gravis inter hæc Eumeni cum Hephæſtione ſimultas inciderat. Nam ſervos Eumenis diverſorio quod pro hero ſuo anteceperant, Hephæſtio proturbavit, ut Evius tibicen eo reciperetur. neque diu poſt, quum jam ſopita odia viderentur, nova exorta contentione adeo recruduerunt, ut etiam in atrox jurgium, & acerba utrimque convicia, prorumperent. Sed Alexandri interventu imperioque inimicitiæ ſaltem in ſpeciem abolitæ ſunt: quum ille quidem Hephæſtioni etiam minatus eſſet, qui in flagrantiſſima regis gratia poſitus, quamquam cupidum reconciliationis Eumenem, pertinacius averſabatur. Perventum deinde eſt in Mediæ campos, ubi maxima equorum armenta paſcebantur. *Niſæos* adpellant, magnitudine & ſpecie inſignes. *Supra quinquaginta millia ibi reperta, quum Alexander ea tranſiret*, à comitibus illius adnotatum eſt: *olim triplo plures fuiſſe; ſed inter bellorum turbas maximam earum partem prædones abegiſſe*. Ad * triginta dies ibi ſubſtitit rex. eo Atropates Mediæ ſatrapa centum barbaras mulieres adduxit, equitandi peritas, peltiſque & ſecuribus armatas: unde quidem crediderunt *Amazonum ex gente reliquias fuiſſe*. Septimis deinde caſtris Ecbatana adtigit, Mediæ caput. Ibi ſolennia diis ſacrificia fecit; ludoſque edidit, & in convivia feſtoſque dies laxavit animum; ut mox in novorum operum curam atque miniſteria validor intenderetur. Sed iſta volventem velut injecta manu fatum alio traxit, vitamque cariſsimo amicorum ejus, neque multo poſt, ipſi quoque regi extorſit. Pueros in ſtadia certantes ſpectabat; quum nunciatur *deficere Hephæſtionem*, qui morbo ex crapula contracto, ſeptimum jam diem decumbebat. Exterritus amici periculo ſtatim conſurgit, & ad hoſpitium illius celeriter pergit: neque tamen prius eo pervenit, quam illum mors occupaſset. Id regi omnium quæ in vita pertulerat adverſorum luctuoſiſſimum adciditſe certum habetur: eumque magnitudine doloris in lachrymas & lamenta victum, multa animi de gradu dejecti argumenta ediditſe. Sed ea quidem varie traduntur; illud inter omnes conſtat, ut quam decentiſſimas exſequias ei duceret, non voluiſse Ecbatanis ſepeliri; ſed Babylonem, quo ipſe conceſsurus erat, à Perdicca deferri curaſse: ibique funus inaudito antehac exemplo duodecim talentum millibus locavif-

Arrian. 7. 3. 16. Plutarch. Eum. c. 12.

Arrian. 7. 3. 1.

Herod. 3. 106. 7. 40. 9. 129. Strabo, l. 11. Diod. 17. 110. Arrian. 7. 3. 1.

* Diod. 17. 110.

Arrian. 7. 3. 2.

Diodor. 17. 110.

Arrian. 7. 3. 7.

Arrian. 7. 3. 8.

Diodor. 17. 110.

Arrian. 7. 3. 8.

Plut. c. 123. Arrian. 7. 3. 2. Ælian. hiſt. var. 7. 8. Arrian. in Epictet. 2. 22.

Diod. 17. 110.

caviſſe. Per univerſum certe imperium lugeri eum juſſit: & ne memoria ejus in exercitu exoleſceret, equitibus quîs præfuerat, nullum præfecit ducem, ſed *Hephæſtionis alam* adpellari voluit, & quæ ille ſigna inſtituiſſet, ea non immutari. Funebria certamina ludoſque, quales nunquam editi fuiſſent, meditatus, tria artificum millia coëgit: qui non multo poſt in ipſius exſequiis certaſſe feruntur. Nec amici tam effuſo adfectu ad conciliandam ejus gratiam ſeguiter uſi, certatim reperere per quæ memoria defuncti clarior honoratiorque fieret. Igitur Eumenes, quum ſe ob ſimultatem cum Hephæſtione regis indignationem incurriſſe ſenſiſſet, multis auctor fuit, ſeque & arma ſua Hephæſtioni conſecrandi: pecuniâſque ad cohoneſtandum funus large contulit. Hoc exemplum imitati ſunt ceteri; eaque mox proceſſit adſentationum impudentia; ut regi mœrore & deſiderio defuncti inſanienti perſuaſum tandem fuerit, *deum eſſe Hephæſtionem*. Quo quidem tempore ex copiarum ducibus Agathocles Samius ad extremum periculi venit, quod illius tumulum præteriens inlachrymaſſe viſus eſſet. ac niſi Perdiccas *venanti ſibi Hephæſtionem adparuiſſe* mentitus, per *deos omnes*, *ipſumque Hephæſtionem* dejeraſſet, *ex ipſo ſe cognoviſſe*, *Agathoclem non ut mortuum*, *& vanæ divinitatis titulis fruſtra ornatum flevisſe*, *verum ob memoriam priſtinæ ſodalitatis lachrymas non tenuiſſe*; vir fortis & de rege bene meritus, pietatis in amicum graves pœnas innoxio capite pependiſſet. Ceterum ut pauliſper à luctu avocaret animum, in Goſſæorum gentem expeditionem ſuſcepit. Iuga Mediæ vicina Goſſæi tenent, aſperum & acre genus, & prædando vitam tolerare ſolitum. Ab his Perſarum reges annuo tributo pacem redimere conſueverant, ne in ſubjecta decurrentes infeſtam latrociniis regionem facerent. nam vim tentantes Perſas facile repulerant, aſperitate locorum defenſi, in quæ ſe recipiebant, quoties armis ſuperabantur. iidem muneribus quotannis placabantur, ut regi Ecbatanis, ubi * æſtiva ſolebat agere, Babylonem remigranti, tutus per ea loca tranſitus eſſet. Hos igitur Alexander bipartito agmine adgreſſus, intra quadraginta dies perdomuit. Nam ab ipſo rege, & Ptolemæo, qui partem exercitus ducebat, ſæpe cæſi, ut captivos ſuos reciperent, permiſere ſe victori. Ille *validas urbes opportunis locis exſtrui* juſſit; *ne abducto exercitu fera gens obedientiam exueret*. Motis inde caſtris, ut militem expeditione recenti feſſum reficeret, lento agmine Babylonem procedebat. Iamque vix triginta ab urbe ſta-

Iuſtin. 12. 12. 12. Plut. c. 124. Arrian. 7. 3. 15. Diodor. 17. 115. Arrian. 7. 3. 18. Plut. c. 124.

Arrian. 7. 3. 16. Plut. Eum. c. 4. Diod. 17. 115.

Luc. in lib. *Calumnia non temere credendum.*

Plut. c. 123. Polyænus 4. 3. 31. Strabo, l. 11.

Diodor. 17. 111. Arrian. 7. 3. 19. Strabo, l. 11. *Curt. 5. 8. 1.

Diodor. 17. 111. Arrian. 7. 3. 20. Diodor. 17. 111.

Ioseph. antiquit. lib. 2. extremo. Plut. c. 27. & 28. * Strabo, lib. 14.

cœlum purgavit imbribus, undas rejecit in mare, & Macedonibus transitum aperuit. Sic quoque unius * diei itinere per incerta vada emergendum fuit; aqua ad umbilicum ferme pertingente. Tantam in periculis Alexandri fiduciam, ut ab ipsius ingenio profectam non dubito; ita frequentibus prodigiis & omnibus auctam confirmatamque fuisse crediderim: postquam decreto numinis, clarissimis maximisque rebus se destinari conjecit. Adhuc in Macedonia degenti species humana augustior adparuisse dicitur, monentis *ut ad evertendum imperium Persicum quamprimum in Asiam sequeretur.* atque in memoriam insomnii revocatum esse regem, quum in Phœnice res gereret; obvio Iudæorum sacerdote in quo recognovit ornatum, quem pridem in objecta imagine per quietem viderat. Nam inter obsidionem Tyri victus regibus populisque deditionem & delectus imperaverat. sed Iudæi, qui Hierosolyma famosam urbem tenebant, fœdus cum Dario causati, Macedonum amicitiam detrectabant. Eam gentis contumaciam puniturus, in Iudæam infesto agmine perrexit. At Hierosolymitæ ut regis iram lenirent, cum uxoribus liberisque supplices in occursum venientis effunduntur. Sacerdotes primi ibant tenuissima byssо amicti: hos deinde populus candido & ipse vestitu sequebatur. Agmen ducebat Iaddus summus sacrorum antistes cum solenni ornatu. Adpropinquantis pompæ venustatem speciemque miratus rex, equo desiliens, solus processit, adoratoque DEI nomine, quod aureæ laminæ insculptum cidaris pontificia præferebat, ipsum quoque reverenter salutavit. Improvisa res omnium qui cum eo advenerant animos in stuporem dedit. Iudæi ex propinqui exitii metu non in spem incolumitatis modo, sed inopinatæ gratiæ fiduciam erecti circumibant regem, laudes gratulationemque & vota miscentes. Contra Syrorum reguli, qui ob crebras acerbasque cum Iudæis simultates Alexandrum sequuti fuerant, inimicorum supplicis, ut rebantur, infesti animi libidinem expleturi, stupebant; dubii verane essent quæ intuerentur, an aliquod oculorum ludibrium vana imagine sopitos sensus falleret. Neque minus Macedonas insolentia spectaculi suspensos habuit: donec propius accedens Parmenion interrogare ausus est, *quid ita externis caremoniis honorem deferret, quem à tam fœda gente etiam recipere vix tanto rege dignum esset?* Atque ille insomnium suum retulit. Deinde urbem ingressus in pulcherrima æde ritu recepto sacrum DEO fecit, & dona templo intulit. Inspexit etiam sacros gentis codices, quibus continebantur

Zonaras, tom. 1. Tacit. H. 5. 2. 1.

Ioseph. 11. 8. Εβραϊκ. λόγ. Α.

Ὀλυμπ. ϖίαζ. Cedrenus. Glycas. Sulpic. Sever. lib. 2. Iesaiæ 11. Daniel. 8. 21.

diu

diu ante præſcripta vaticinia, inter quæ Tyrum Macedonibus ceſſuram, & Perſas à Græco quodam debellatum iri clare ſignificabatur. eum ſe fore interpretatus. Iudæis conceſſit, *ut domi foriſque ſuis legibus ritibuſque libere uterentur; & quia ſeptimum quemque annum agriculturæ exſortem agunt, etiam tributorum iſta portione ſolverentur.* Naturam quoque regionis admiratus, quæ aliis fructibus inter præſtantiſſimas dives opobalſamum ſola producit, Andromachum iis regionibus præpoſuit: quem Samaritani, perpetui Iudæorum hoſtes, paulo poſt atrociter necaverunt. Sed hæc quidem poſt Tyrum Gazamque expugnatas geſta ſunt: nos per occaſionem præcepimus. Cedrenus. Plin. 12. 25. Curt. 4. 8. 9. Ioſephus. 11. 8.

CAP. XII.

CEterum anguſtiis ad mare Pamphylium ſuperatis, Alexander Pergis profectus in ituere obvios habuit Aſpendiorum legatos, ex principibus civitatis. ii petentes *ne præſidium recipere cogerentur, quinquaginta talenta in ſtipendium militum, & quantum equorum tributi nomine regi Perſarum alere conſueverant*, promiſerunt. Inde rex ad Sidetas qui Melanem amnem adcolunt, progreſſus eſt; Cumæorum ex Æolide genus, ſed ſermone barbaro: nam Græcus exoleverat, non diuturnitate temporis, ut accidit; verum *majores ſuos, ut in eas regiones venerunt, repente oblitos patriæ linguæ, novam & antea inauditam ſonuiſſe* memorabant. Side recepta, quæ Pamphyliæ metropolis erat, Syllium ibatur, turum natura ſitus oppidum, & tam peregrino milite, quam barbarorum adcolentium firma manu egregie munitum. Ea res, & quia *Aſpendios rebellare* nunciabatur, avertit iter; Aſpendumque ductus eſt exercitus. Illi ſubita Macedonum inruptione territi, deſertis quæ in plano erant ædificiis, in arcem conceſſere. Alexander vacua urbe potitus, ſub arce caſtra communit; & quum peritiſſimos architectos haberet, adparatu oppugnationis obſeſſos ad pacem prioribus conditionibus repetendam compulit. nihil ad majora properanti optatius adcidere potuiſſet, quam loci haud contemnendi longa obſidione non detineretur; ne tamen impunita defectorum temeritas eſſet, *potiſſimos civium obſides tradi, pecunieque imperatæ nec exſolutæ ſummam duplicari* præcepit: adjectum eſt, *ut ſatrapæ quem Alexander præfeciſſet, obedirent, annua Macedonibus tributa ſolverent; & de agro*, unde vicinos vi ejeciſſe arguebantur, *judicio contenderent*. His ita geſtis remenſus Arrian. 1. 8. 9. Pauſan. lib. 8. Arrian. 1. 8. 10. Suid. v. Σίδη. Arrian. 1. 8. 11. Vitruv. 10. 19. Arrian. 1. 8. 13.

Digitized by Google

Strabo.l.14. Arrian. l. 8. 15. mensus iter, quod ad Pergensium oppidum ferebat, inde perrexit in Phrygiam. Sed per ista loca ducenti superandæ erant angustiæ, quas juxta Telmissum urbem Pisidarum duo montes ex adverso concurrentes efficiunt; ita strictis faucibus ut portarum similitudinem referant: easque barbari armata manu utrimque insederant. Alexander in ipso aditu castra poni jubet, ratus, quod evenit, Telmissenses castris locatis periculum differri credentes non diu hæsturos in angustiis, sed modico in illis relicto præsidio ceteros in urbem recessuros esse. Igitur occasione haud seguiter usus, protinus sagittarios & funditores, quodque ex gravi armatura maxime expeditum erat, inducit; & præsidio barbarorum deturbato, ante ipsam urbem castra conlocat. Ibi legatos Selgensium audit, qui ob vetustas cum vicinis Telmissensibus simultates quamquam ejusdem nationis essent, amicitiam ac auxilia offerebant regi. Qubus perbenigne exceptis, ne in obsidione unius urbis tempus tereret, Sagalassum castra movit: validam urbem & juventutis robore firmatam. quum enim omnes Pisidæ bellicosi sint, Sagalassenses præ ceteris pugnaces habentur. Ii, quum à Telmisso fœderatæ sociæque copiæ venissent, viris magis quam mœnibus confisi, in vicino colle instruxerant aciem; & præmissos ab Alexandro velites opportunitate loci adjuti repulerant: sed Agriani resistebant, quis propinqua jam Macedonum phalanx, & ante prima signa rex conspectus audaciam addiderat. Maximus militi labor fuit per ardua conniti: postquam æquioribus paulo locis consistere datum est, semermum montanorum vulgus haud ægre disjecere. Ex Macedonum ducibus Cleander desideratus est, cum viginti ferme militibus; barbatorum ad quingentos cecidere: ceteros expedita fuga, & locorum notitia protexit. Fugientibus tamen institit rex contentione quanta poterat tam grave agmen: eodemque impetu urbs eorum capta est. Per cetera deinde Pisidiæ munita loca circumtulit bellum: quorum nonnulla pugnando cepit; alia conditionibus in fidem venerunt. Telmissum expugnatam, ob pertinaciam civium, solo æquavit; populo libertatem ademit; & paulo post cum aliis quibusdam Pisidiæ civitatibus, Celænarum præfecturæ contribuit. Pacatis hunc in modum asperrimis nationibus, in Phrygiam processit, qua Ascanius lacus est, cujus aqua sua sponte concrescens, necessitate salis è longinquo petendi solvit adcolas. Dum ea geruntur, Memnon suarum partium reliquiis undique conlectis, ut inhærentem Asiæ Alexandrum extorqueret, ad bellum Græciæ Macedoniæque

Strab. lib. 14. Arrian. l. 8. 24. Strab. lib. 14. Plin. 5. 29. 6. Arrian. l. 8. 25. Arrian. 2. 1. 1.

que inferendum cogitationes convertit. Quippe Darius in hoc uno ſpem reponens, qui victoris impetum ſua virtute ſuaque prudentia diutiſſime ad Halicarnaſſum moratus eſſet, ſummæ rerum præfecerat eum, magnamque pecuniæ vim tranſmiſerat. Itaque mercenariorum manu quanta poterat conducta, cum trecentarum navium claſſe libero mari vagabatur; & quæ tantis conatibus adverſa vel æqua futura eſſent, ſolerti æſtimatione penſabat. Interea locis quæ minus anxie cuſtodiebantur occupatis (inter quæ & Lampſacus fuerat) inſulas adgreſſus eſt, quibus Macedones, quamquam utrimque continenti potirentur, ob inopiam navium auxilium ferre non poterant. Iuvit conſilium ducis animorum mira ubique diſſenſio; quum aliis ad Alexandrum libertatis auctorem res trahentibus, non deeſſent qui Perſicis opibus aucti, propriam ſub veteribus dominis potentiam, quam liberata republica eamdem omnium æqualitatem mallent. Igitur Athenagoras & Apollonides ex Chiorum optimatibus, re cum Phiſino Megareoque & aliis ſuæ factionis hominibus communicata, Memnonem arceſſiunt. Ita Chius proditione capitur, & præſidio ibi conlocato, urbanarum rerum adminiſtratio Apollonidi ſociiſque traditur. Inde Lesbum petens Antiſſam, Pyrrham & Ereſſum nullo negotio capit; Methymnæ Ariſtonicum tyrannum imponit; totamque inſulam excepta Mitylene nobiliſſima urbe, in poteſtatem redigit. Ea multis diebus obſidionem conſtanter pertulit: nec ab ipſo Memnone capta eſt. Ille enim quum jam magnis operibus urbem circumvallaſſet, & occluſo portu, naviumque ſtationibus per opportuna loca diſpoſitis, ne qua ſubſidio venientibus aditus pateret, providiſſet; peſtilenti morbo conreptus præclaram Perſarum ſpem, inreparabili cum ipſorum damno, deſeruit. Sed quum ſe jam morti vicinum intelligeret, Pharnabazo ſororis ſuæ filio, quem Artabazo pepererat, imperium ſuum tradidit, donec Darius re comperta, aliter ſtatueret. Hic cum Autophradate claſſis præfecto munia partitus, eo tandem obſeſſos adegit; ut ſecuro præſidii diſceſſu pacto, columnas quis fœderis cum Alexandro leges inſculptæ erant, ſubverterent; Darioque fidem polliciti, dimidiam exſulum ſuorum partem reciperent. At Perſæ non integra fide pactis ſtetere; ſed introductis in urbem militibus Lycomedem Rhodium præeſſe juſſerunt: Diogeni, qui ob ſtudia in Perſas exſulaverat, patriæ tyrannis tradita eſt. Pecunia demceps privatim ab opulentiſſimo quoque per vim ablata: neque eo minus im-

2. 9. Diod. 17. 29.

Ariſt. οἰκον. lib. 2.

2. 6. 26.

Curt. 4. 5. 15. Arrian. 3. 1. 7. Arrian. 2. 1. 1.

Diod. 17. 29. Curt. 4. 5. 19.

Arrian. 2. 1. 3. contra Diod. 17. 29.

1. 2. 24. Arrian. 2. 1. 4?

Digitized by Google

imperatum tributum, quod commune Mitylenæorum penderet.

Supplementum in Curtii lib. 5. cap. 13. num. 25.

MIratusque confossa potius quam abacta esse, semivivi hominis gemitum percipit. Itaque more ingenii humani cupidus videndi quid rei vehiculo isto conderetur, dimotis pellibus, quibus obtectum erat, Darium multis vulneribus confossum reperit. regius enim cultus, & aureæ catenæ quîs à parricidis vinctus fuerat, dubitationem eximebant. Non erat expers Græci sermonis Darius; gratiasque agebat diis, *qui post tanta mala, tamque gravia, hoc tamen indulsissent solatii, ne omnino in solitudine extremum spiritum effunderet. Itaque te*, inquit, *quisquis es mortalium, per communem hominum sortem, à qua nec maximos regum exemptos esse præsenti spectaculo moneris, rogo quasoque, ut hæc ad Alexandrum mandata mea perferas; nihil eorum quæ longe tristissima perpessus sum, ne hunc quidem incomparabilis calamitatis exitum, sta gravem mihi adcidisse, ut hoc unum, quod post tanta in me meosque merita adversus clementissimum victorem inimico vivendum fuit, & nunc ingrato moriendum est. Sed si qua postremis miserorũ votis apud deos vis est, & cum ipso spiritu profusas preces mitius aliquod numen exaudit; ille quidem sospes & incolumis, longeque supra contagium meæ sortis & invidiam fortunæ positus, in solio Cyri gloriosam ætatem exigat: suæque virtutis memor, eum matri liberisque meis locum apud se esse patiatur, quem illi fide & obsequio meruerint. at parricidas promptum exitium consequatur, quod Alexander inrogabit, si non misericordia infelicis hostis, saltem odio facinorum. & ne impunita in aliorum etiam regum suumque ipsius exitium erumpant.* Posthæc, quum siti angeretur, adlata per Polystratum aqua recreatus, *ergo*, ait, *hanc etiam tantis calamitatibus extremam adcedere oportuit, ut benemerito gratiam referre non possim! at referet Alexander; Alexandro vero dii.* Dextram deinde protendit, *eamque Alexandro, fidei regiæ pignus, ferri* jubens, adprehensa Polystrati manu animam efflavit. Alexander an spiranti adhuc supervenerit, incertum est: illud constat, miserabili regis opulentissimi exitu comperto, copiosas lachrymas profudisse, statimque chlamyde sibi detracta corpus operuisse, & magno cum honore *ad suos deferri* jussisse, *ut regio Persarum more curatum monumentis ma-*

Iustin. 11. 15. 5.

Curt. 5. 11. 5. Iust. 11. 15, 6.

Plut. cap. 27. Zonaras.

Iust. 11. 15. 13. Arrian. l. 5. 25. Diod. 17. 73.

Iust. 11. 16. 14.

Digitized by Google

majorum inferretur. Ingratitudinem hominum, à quîs pro ſummis beneficiis crudele exitium Darius pertulit, quamquam ſuopte ingenio horrendam & exſecrabilem, inſigniore ad poſteritatem infamia damnavit canis cujuſdam mira fides, qui ab omnibus familiaribus derelicto ſolus adfuit, & quam in vivum præ ſe tulit benivolentiam, morienti quoque conſtanter præſtitit. Hunc vitæ finem ſortitus eſt ille, quem modo contumelia adfici putabant, niſi *regem regum, & deorum conſanguineum* ſalutarent: magnoque iterum experimento adprobatum eſt, NEMINEM magis patere fortunæ, quam qui pluribus ejuſdem blandiciis inretitus, jugum illius tota cervice receperit.

Plut. cap. 78. Zon. Ενσι 6. λόγ. A. Iuſt. 11. 15. 8.

2. 4. 26.

Supplementum in Curtii lib. 6. à principio.

DVm ea per Aſiam geruntur, ne in Græcia quidem Macedoniaque tranquillæ res fuere. Regnabat apud Lacedæmonios Agis Archidami filius, qui Tarentinis opem ferens ceciderat, eodem die quo Philippus Athenienſes ad Chæroneam vicit. Is Alexandri per virtutem æmulus, cives ſuos ſtimulabat, *ne Græciam ſervitute Macedonum diutius premi paterentur; niſi in tempore providerent, idem jugum ad ipſos tranſiturum eſſe. Adnitendum igitur, dum aliquæ adhuc Perſis ad reſiſtendum vires eſſent: illis oppreſſis, adverſus immanem potentiam fruſtra avitæ libertatis memores futuros.* Sic inſtinctis animis occaſionem belli ex commodo cœptandi circumſpiciebant. Igitur felicitate Memnonis iuvitati, conſilia cum ipſo miſcere adgreſſi ſunt, & poſtquam ille rerum lætarum initia, intempeſtiva morte deſtituit, nihilo remiſſius agebant. Sed ad Pharnabazum & Autophradaten profectus Agis, triginta argenti talenta, decemque triremes impetravit, quas Ageſilao fratri miſit; ut in Cretam navigaret, cujus inſulæ cultores inter Lacedæmonios & Macedonas diverſis ſtudiis diſtrahebantur. Legati quoque ad Darium miſſi ſunt, qui in uſum belli ampliorem vim pecuniæ, pluresque naves peterent. Atque hæc eorum cœpta clades ad Iſſum (nam ea intervenerat) adeo non interpellavit, ut etiam adjuverit. quippe fugientem inſequutus Alexander in longinqua loca magis magiſque rapiebatur; & ex ipſo prœlio mercenariorum ingens multitudo in Græciam fuga penetraverat. quorum octo millia Perſica pecunia conduxit Agis, eorumque opera pleraſque Cretenſium urbes recepit. Quum deinceps Memnon in Thraciam ab Alexandro miſſus,

Diod. 16. 89. Iuſt. 12. 1. 5. Diod. 17. 62. Diod. 17. 29. Arrian. 2. 3. 10. & 18. Curt. 4. 1. 39. Arrian. 2. 3. 21. 3. 5. 10.

missus, barbaros ad defectionem impulisset; adque eam
Curt 4.1.39. comprimendam Antipater exercitum ex Macedonia in
Diod 17. 48. Thraciam duxisset, opportunitate temporis strenue usi
Diod.17.62. Lacedæmonii totam Peloponnesum, paucis urbibus ex-
ceptis, in partes traxerunt, confectoque exercitu vigin-
Iust. 12. 1. 8. ti millium pedtum, cum equitibus bis mille, Agidi
Diod.17.63. summam imperii detulerunt. Antipater ea re comperta
bellum in Thracia, quibus potest conditionibus com-
ponit; raptimque in Græciam regressus, ab amicis so-
cisque civitatibus auxilia cogit. Quibus convenientibus,
Frontin. 2. ad quadraginta pugnatorum millia recensuit. Adve-
11. 4. nerat & ex Peloponneso valida manus: sed quia dubiam
ipsorum fidem reseiverat, dissimulata suspicione gratias
egit, *quod ad defendendam adversus Lacedæmonios Alexandri dignitatem adfuissent: scripturum se id regi, gratiam in tempore relaturo. in præsens nihil opus esse majoribus copiis: itaque domos redirent, fœderis necessitate expleta.* Curt.7.4.32. Nuncios deinde ad Alexandrum mittit, de motu Græciæ certiorem facturos. Atque illi regem apud Bactra demum consecuti sunt; quum interim Antipatri victoria, & nece Agidis in Arcadia transactum esset. Sane jam pridem tumultu Lacedæmoniorum cognito, quantum tot terrarum spatiis discretus potuit,
Arrian. 3. 1. 22. providerat: Amphoterum *cum Cyprijs & Phœnicijs navibus in Peloponnesum navigare*; Meneten *tria millia*
Arrian. 35.3. 20. *talentum ad mare deferre* jusserat, *ut ex propinquo pecuniam Antipatro subministraret, quanta illum indigere cognovisset.* Probe enim perspexerat, quanti ad omnia momenti motus istius inclinatio futura esset, quamquam deinceps adepto victoriæ nuncio suis operibus id discrimen comparans, *murium eam pugnam fuisse* cavillatus
Plut. Agesilao, cap. 25. est. Ceterum principia ejus belli haud improspera Lacedæmoniis fuere. Iuxta Corrhagum Macedoniæ castellum cum
Æschines contra Ctesiphontem. Antipatri militibus congressi victores exstiterant: & rei bene gestæ fama etiam qui suspensis mentibus fortunam spectaverant, in societatem eorum pertracti sunt. Vna ex Elæis Achæisque urbibus Pellene fœdus aspernabatur; & in Arcadia Megalopolis, fida Macedonibus ob Philippi memoriam,
Polyb. 2. 48. Æschines. à quo beneficiis adfecta fuerat. Sed hæc arcte circumsessa haud procul deditione aberat, nisi tandem Antipater subvenisset. Is postquam castra castris contulit, seque numero militum alioque adparatu superiorem conspexit, quamprimum de summa rerum prælio contendere statuit: neque Lacedæmonii detrectavere certamen. Ita commissa est pugna, quæ rem Spartanam majorem in modum adflixit. Quum enim angustiis locorum, in quibus pugnaba-

tur

tut, confisi, ubi hosti nullum multitudinis usum futurum credebant, animose congressi essent, neque Macedones impigre resisterent, multum sanguinis fusum est. Sed postquam Antipater integram subinde manum laborantibus suis subsidio mittebat; impulsa Lacedæmoniorum acies gradum paulisper retulit. Quod conspicatus Agis, cum cohorte regia, quæ ex fortissimis constabat, se in medium pugnæ discrimen immisit, &c. Pausan. l. 1. Curt. 6. 1. 10.

Supplementum in Q. Curtii lib. 10. cap. 1. num. 45.

A Missa propemodum Thracia, ne Græcia quidem tumultibus inconcussa mansit. Nam Alexander, punita satraparum quorumdam insolentia, quam, dum in extremo orbe Indorum armis adtinetur, per summa scelera atque flagitia in provinciales exercuerant, ceterorum metum intenderat: qui in paribus delictis idem admissorum præmium exspectantes, in mercenariorum militum fidem confugiebant, illorum manibus, si ad supplicium poscerentur, salutem suam tutaturi; aut pecunia quanta poterat coacta, fugam inibant. Ea re cognita literæ ad omnes Asiæ prætores missæ sunt, quibus inspectis *è vestigio omnes peregrinos milites qui stipendia sub ipsis facerent, demittere* jubebantur. Erat inter eos Harpalus, quem Alexander, quod ob ipsius amicitiam olim à Philippo ejectus solum vertisset, inter fidissimos habebat, & post Mazæi mortem satrapia Babyloniæ donaverat, thesaurorumque custodiæ præfecerat. Is igitur quum fiduciam quam in propensissima regis gratia habere poterat, magnitudine flagitiorum consumpsisset, quinque talentorum millia ex gaza regia rapit, conductaque sex millium mercenariorum manu, in Europam evadit. Iampridem enim luxu & libidinibus in præceps tractus, desperataque apud regem venia, adversus iram ipsius in alienis opibus subsidium circumspicere cœperat; & Athenienses, quorum non contemnendam potentiam, & apud ceteros Græcos auctoritatem, tum occultum in Macedonas odium norat, sedulo coluerat. Itaque spem suis faciebat; *Athenienses adventu suo cognito, copiisque & pecuniis quas adduceret coram inspectis, protinus arma consiliaque sociaturos esse.* Nam apud populum imperitum & mobilem, per homines improbos * & avaritia venales, omnia se muneribus consequuturum existimabat.

Curt. 10. 1. 8. Plut. c. 1. 17. Diod. 17. 106. Plut. cap. 16. Plut. cap. 74. Arrian. 3. 1. 24. 3. 8. 14. Diod. 17. 108. Athen. 13. 7. Diod. 17. 108. * Plut. Phoc. c. 28. & Demosth. c. 34. Iust. 13. 5. 7. Dinarch. contra Demosth.

Supplementum in Q. Curtii lib. 10. cap. 4. num. 46.

Arrian. 7. 2. 23. Plut. c. 122. Iuſt. 12. 12. 6. Diod. 17. 109. TAndem præ dolore vix mentis compotes univerſi, concurrunt ad regiam, armiſque ante fores projectis tunicati adſtantes, *nuda & obnoxia pœnis corpora admitti* flentes orabant. *non ſe deprecari quin ſuppliciis ſcelerum expiarentur, quæ per contumaciam deliquiſſent. regis iracundiam ſibi morte triſtiorem eſſe.* Quumque dies noctesque ante regiam perſiſtentes, miſerabili clamore habituque pœnitentiam ſuam adprobarent; biduum tamen adverſus humilimas ſuorum preces iracundia regis duravit. tertio die victus conſtantia ſupplicum, proceſſit; incuſataque leniter exercitus immodeſtia, non ſine multis utrimque lachrymis, *in gratiam ſe cum ipſis redire* profeſſus eſt. Digna tamen res viſa eſt, quæ majoribus hoſtiis expiaretur. Itaque ſacrificio magnifice perpetrato, Macedonum ſimul Perſarumque primores invitavit ad epulas. *Novem millia eo convivio excepiſſe*, proditum eſt memoriæ, *eosque omnes invitante rege ex eodem cratere libaviſſe, Græcis barbarisque vatibus tum alia fauſta vota præeuntibus, tum inprimis ut ea utriusque imperii in idem corpus coalita ſocietas perpetua foret.* Maturata deinde eſt miſſio, & infirmiſſimus quiſque exauctorati. amicorum quoque ſeniorum quibuſdam commeatum dedit. ex quîs Clitus cognomento Albus, Gorgiaſque & Polydamas, & Antigenes fuere. Abeuntibus non modo præteriti temporis ſtipendia cum fide perſolvit, verum etiam talentum adjecit in ſingulos milites, viatici nomine. *Filios ex Aſiaticis uxoribus ſuſceptos* (ad decem millia fuiſſe traditur) *apud ſe relinqui* juſſit, *ne in Macedoniam cum parentibus transgreſſi, & conjugibus liberisque prioribus permixti familias ſingulorum contentionibus & diſcordiis implerent: ſibi curæ fore pollicitus, ut patrio more inſtituti militiæ artes edocerentur.* Ita ſupra decem veteranorum millia dimiſſa ſunt; addituſque eſt Craterus, qui eos deduceret, ex præcipuis regis amicis: *iſti ſi quid humanitus contigiſſet. Polyperchonti parere* juſſi ſunt. Literis etiam ad Antipatrum ſcriptis, *honorem emeritis haberi* præcepit: *ut quoties ludi atque certamina ederentur, in primis ordinibus coronati ſpectarent: utque fato functorum liberi, etiam impuberes, in paterna ſtipendia ſuccederent. Craterum Macedoniæ continentibusque regionibus cum imperio præeſſe* placuit; *Antipatrum cum ſupplemento juniorum Macedonum*

Arrian. 7. 2. 27. Iuſtin. 12. 12. 8. Arrian. 7. 2. 28. Diod. 17. 110. Diod. 17. 110. Iuſt. 12. 12. 7. Diod. 17. 109. Arrian. 7. 2. 31. Iuſtin. 12. 12. 9. Plut. c. 122.

Digitized by Google

rum ad regem pergere. Verebatur enim ne per diſcordiam præfecti cum Olympiade gravis aliqua clades acciperetur. Nam multas ad Alexandrum epiſtolas mater, multas Antipater miſerat; viciſſimque alter alterum adroganter & acerbe pleraque facere criminabantur, quæ ad dedecus, aut detrimentum regiæ majeſtatis pertinerent. Poſtquam enim rumor occiſi regis temere vulgatus in Macedoniam penetraviſſet, mater ejus ſororque Cleopatra tumultuatæ fuerant; & hæc quidem paternum regnum, Olympias Epirum invaſerat. Forte dum ejuſmodi literæ redduntur, Hephæſtion adſuetus omnium arcanorum ſe participem haberi, reſignatas ab Alexandro ſimul inſpiciebat. Neque vetuit eum rex; ſed detractum digito annulum ori legentis admovit, nihil eorum quæ perſcripta eſſent, in alios efferendum ſignificans. Incuſaſſe autem ambos fertur, & matris inſolentia permotum exclamaſſe, *eam pro habitatione decem menſium, quam in utero ſibi præbuiſſet, gravem mercedem exigere:* Antipatrum vero ſuſpectum habuiſſe, quaſi parta ex Spartanis victoria tollentem animos, & imperio tot jam in annos prorogato ſupra præfecti modum elatum. Itaque quum ejus gravitas atque integritas à quibuſdam prædicaretur; ſubjecit, *exterius quidem album videri, ſed ſi penitus introſpiciatur, totum eſſe purpureum.* Preſſit tamen ſuſpicionem ſuam, neque ullum manifeſtius abalienati animi indicium prætulit. Credidere tamen plerique, *Antipatrum evocari ſe ſupplicii cauſſa ratum, impiis machinationibus, regiæ mortis*, quæ paulo poſt ſequuta eſt, *auctorem exſtitiſſe.* Interea rex ut imminuti exercitus detrimenta ſarciret, optimum quemque Perſarum in Macedonicos ordines adlegit: mille etiam præſtantiſſimos ſegregavit ad propiorem ſui corporis cuſtodiam: aliam *haſtatorum manum*, haud pauciores decem millibus, *circa regium tabernaculum excubias agere* juſſit. Hæc agenti Peuceſtes ſupervenit cum viginti ſagittariorum funditorumque millibus, quos ex ſua provincia coëgerat. his per exercitum diſtributis profectus eſt Suſis, Tigrique amne tranſmiſſo, apud Carthas caſtrametatus eſt; inde quatriduo per Sittacenem ductis copiis Sambana proceſſit; ubi per ſeptem dies quietum agmen tenuit. Tridui deinde itinere emenſo Celonas perventum eſt. oppidum hoc tenent Bœotia profecti, quos Xerxes ſedibus ſuis excitos in Orientem tranſtulit. ſervabantque argumentum originis peculiari ſermone, ex Græcis plerumque vocibus conſtante; ceterum ob commerciorum neceſſitatem finitimorum barba-

Plut. c. 117.

Plut. Apoph. cap. 39. & de fortuna Alex. 2. 17. Arrian. 2. 7. 33. Marcell. 14. 38.

Plut. Apoph. cap. 39.

Arrian. 7. 2. 34.

Diod. 17. 110.

Athen. 12. 9.

Diod. 17. 110. Arrian. 7. 4. 25.

rorum lingua utebantur. Inde Bagiſtamen ingreſſus eſt, regionem opulentam, & abundantem arborum amœno & fecundo fœtu, ceteriſque ad vitæ non uſum modo, verum etiam delectationem pertinentibus. Gravis inter hæc Eumeni cum Hephæſtione ſimultas inciderat. Nam ſervos Eumenis diverſorio quod pro hero ſuo anteceperant, Hephæſtio proturbavit, ut Evius tibicen eo reciperetur. neque diu poſt, quum jam ſopita odia viderentur, nova exorta contentione adeo recruduerunt, ut etiam in atrox jurgium, & acerba utrimque convicia, prorumperent. Sed Alexandri interventu imperioque inimicitiæ ſaltem in ſpeciem abolitæ ſunt: quum ille quidem Hephæſtioni etiam minatus eſſet, qui in flagrantiſſima regis gratia poſitus, quamquam cupidum reconciliationis Eumenem, pertinacius averſabatur. Perventum deinde eſt in Mediæ campos, ubi maxima equorum armenta paſcebantur. *Niſæos* adpellant, magnitudine & ſpecie inſignes. *Supra quinquaginta millia ibi reperta, quum Alexander ea tranſiret*, à comitibus illius adnotatum eſt: *olim triplo plures fuiſſe; ſed inter bellorum turbas maximam earum partem prædones abegiſſe*. Ad * triginta dies ibi ſubſtitit rex. eo Atropates Mediæ ſatrapa centum barbaras mulieres adduxit, equitandi peritas, peltiſque & ſecuribus armatas: unde quidem crediderunt *Amazonum ex gente reliquias fuiſſe*. Septimis deinde caſtris Ecbatana adtigit, Mediæ caput. Ibi ſolennia diis ſacrificia fecit; ludoſque edidit, & in convivia feſtoſque dies laxavit animum; ut mox in novorum operum curam atque miniſteria validor inteuderetur. Sed iſta volventem velut injecta manu fatum alio traxit, vitamque cariſsimo amicorum ejus, neque multo poſt, ipſi quoque regi extorſit. Pueros in ſtadia certantes ſpectabat; quum nunciatur *deficere Hephæſtionem*, qui morbo ex crapula contracto, ſeptimum jam diem decumbebat. Exterritus amici periculo ſtatim conſurgit, & ad hoſpitium illius celeriter pergit: neque tamen prius eo pervenit, quam illum mors occupaſset. Id regi omnium quæ in vita pertulerat adverſorum luctuoſiſſimum adcidiſse certum habetur: eumque magnitudine doloris in lachrymas & lamenta victum, multa animi de gradu dejecti argumenta edidiſse. Sed ea quidem varie traduntur; illud inter omnes conſtat, ut quam decentiſſimas exſequias ei duceret, non voluiſse Ecbatanis ſepeliri; ſed Babylonem, quo ipſe conceſſurus erat, à Perdicca deferri curaſse: ibique funus inaudito antehac exemplo duodecim talentum millibus locavil-

Arrian. 7. 3. 16. Plutarch. Eum. c. 12.

Arrian. 7. 3. 1.

Herod. 3. 106. 7. 40. 9. 120. Strabo, l. 11. Diod. 17. 110. Arrian. 7. 3. 1.

* Diod. 17. 110.

Arrian. 7. 3. 2.

Diodor. 17. 110.

Arrian. 7. 3. 7.

Arrian. 7. 3. 8.

Diodor. 17. 110.

Arrian. 7. 3. 8.

Plut. c. 123. Arrian. 7. 3. 2. Ælian. hiſt. var. 7. 8. Arrian. in Epictet. 2. 22.

Diod. 17. 110.

caviſſe. Per univerſum certe imperium lugeri eum juſſit: & ne memoria ejus in exercitu exoleſceret, equitibus quis præfuerat, nullum præfecit ducem, ſed *Hephæſtionis alam* adpellari voluit, & quæ ille ſigna inſtituiſſet, ea non immutari. Funebria certamina ludoſque, quales nunquam editi fuiſſent, meditatus, tria artificum millia coëgit: qui non multo poſt in ipſius exſequiis certaſſe feruntur. Nec amici tam effuſo adfectu ad conciliandam ejus gratiam ſeguiter uſi, certatim reperere per quæ memoria defuncti clarior honoratiorque fieret. Igitur Eumenes, quum ſe ob ſimultatem cum Hephæſtione regis indignationem incurriſſe ſenſiſſet, multis auctor fuit, ſeque & arma ſua Hephæſtioni conſecrandi: pecuniaſque ad cohoneſtandum funus large contulit. Hoc exemplum imitati ſunt ceteri; eaque mox proceſſit adſentationum impudentia; ut regi mœrore & deſiderio defuncti inſanienti perſuaſum tandem fuerit, *deum eſſe Hephæſtionem*. Quo quidem tempore ex copiarum ducibus Agathocles Samius ad extremum periculi venit, quod illius tumulum præteriens inlachrymaſſe viſus eſſet. ac niſi Perdiccas *venanti ſibi Hephæſtionem adparuiſſe* ementitus, [illegible] *deos omnes, ipſumque Hephæſtionem* dejeraſſet, *ex ipſo ſe cognoviſſe, Agathoclem non ut mortuum, & vanæ divinitatis titulis fruſtra ornatum fleviſſe, verum ob memoriam priſtinæ ſodalitatis lachrymas non tenuiſſe*; vir fortis & de rege bene meritus, pietatis in amicum graves pœnas innoxio capite pependiſſet. Ceterum ut pauliſper à luctu avocaret animum, in Goſſæorum gentem expeditionem ſuſcepit. Iuga Mediæ vicina Goſſæi tenent, aſperum & acre genus, & prædando viram tolerare ſolitum. Ab his Perſarum reges annuo tributo pacem redimere conſueverant, ne in ſubjecta decurrentes infeſtam latrociniis regionem facerent. nam vim tentantes Perſas facile repulerant, aſperitate locorum defenſi, in quæ ſe recipiebant, quoties armis ſuperabantur. iidem muneribus quotannis placabantur, ut regi Ecbatanis, ubi * æſtiva ſolebat agere, Babylonem remigranti, tutus per ea loca tranſitus eſſet. Hos igitur Alexander bipartito agmine adgreſſus, intra quadraginta dies perdomuit. Nam ab ipſo rege, & Ptolemæo, qui partem exercitus ducebat, ſæpe cæſi, ut captivos ſuos reciperent, permiſere ſe victori. Ille *validas urbes opportunis locis exſtrui* juſſit; *ne abducto exercitu ferà gens obedientiam exueret*. Motis inde caſtris, ut militem expeditione recenti feſſum reficeret, lento agmine Babylonem procedebat. Iamque vix triginta ab urbe ſta-

Iuſtin. 12. 12. 12. Plut. c. 124. Arrian. 7. 3. 15. Diodor. 17. 115. Arrian. 7. 3. 18. Plut. c. 124.

Arrian. 7. 3. 16. Plut. Eum. c. 4. Diod. 17. 115.

Luc. in lib. *Calumnia non temere credendum.*

Plut. c. 123. Polyænus 4. 3. 31. Strabo, l. 11.

Diodor. 17. 111. Arrian. 7. 3. 19. Strabo, l. 11. *Curt. 5. 8. 1.

Diodor. 17. 111. Arrian. 7. 3. 20. Diodor. 17. 111.

Digitized by Google

Curt. 10. 1. 16. Plut. c. 123. Arrian. 7. 3. 20. Diod. 17. 112.

diis aberat; quum Nearchus occurrit, quem per Oceanum & Euphratis oſtia Babylonem præmiſerat: orabatque, *ne fatalem ſibi urbem vellet ingredi. compertum id ſibi ex Chaldæis, qui multis jam prædictionum eventibus artis ſuæ certitudinem abunde probaviſſent.* Rex fama eorum hominum, conſtantique adſeveratione motus, dimiſſis in urbem amicorum pleriſque, alia via præter Babylonem ducit, ac ducentis inde ſtadiis ſtativa locat.

Iuſt. 12. 13. 5. Diod. 17. 112. Sen. ſuaſor. 4.

Sed ab Anaxarcho perſuaſus, contemptis Chaldæorum monitis, quorum diſciplinam inanem aut ſupervacuam arbitrabatur, urbem intrat. Legationes eo ex univerſo ferme orbe confluxerant.

Iuſt. 12. 13. 1. Arrian. 7. 3. 2. Diod. 17. 113. Diodor. 17. 114.

quibus per complures dies ſtudioſe auditis, deinceps ad Hephæſtionis exſequias adjecit animum. Quæ ſummo omnium ſtudio ita celebratæ ſunt, ut nullius ad id tempus regis feralia, magnitudine ſumptuum, adparatuſque celebritate non vicerint.

Arrian. 7. 4. 20.

Poſt hæc cupido inceſſit regi per Pellacopam amnem ad Arabum confinia navigandi: quo delatus urbi condendæ commoda ſede reperta, Græcorum ætate aut vulneribus invalidos, & ſi qui ſponte remanſerant, ibi conlocat.

Appian. de bell. civil. lib. 2.

Quibus ex ſententia perfectis jam futuri ſecurus, Chaldæos inridebat, *quod Babylonem non ingreſſus tantum eſſet incolumis, verum etiam exceſſiſſet.* Enimvero revertenti per paludes, quas Euphrates in Pallacopam effuſus efficit, fœdum omen oblatum eſt.

Diod. 17. 116. Gregorius Comment. in Curt. 10. 4. 14.

Quippe rami deſuper impendentes detractum capiti regio diadema projecerunt in fluctus. quum deinde alia ſuper alia prodigioſa & minacia nunciarentur, procurandis iis Græco ſimul barbaroque ritu continua ſacra facta ſunt. Neque tamen expiari præterquam morte regis potuere.

Plut. c. 127.

qui quum Nearchum excepiſſet convivio, jamque cubitum iturus eſſet, Medii Lariſſæi obnixis precibus dedit, ut ad eum commeſsatum veniret.

Arrian. 7. 5. 6. Iuſtin. 12. 15. 1. Arrian. 7. 5. 11.

Vbi poſtquam tota nocte perpotaſſet, male habere cœpit. Ingraveſcens deinde morbus adeo omnes vires intra ſextum diem exhauſit, ut ne vocis quidem poteſtas eſſet. Interea milites ſolicitudine deſiderioque ejus anxii, quamquam obteſtantibus ducibus, *ne valetudinem regis onerarent*, expreſſerunt, ut in conſpectum ejus admitterentur.

Supplementorum in Q. Curtium

FINIS.

Digitized by Google

IN OPVS CVRTIANVM
LOCVPLETISSIMVS
INDEX,
IN QVO

E duobus numeris primus Librum notat; ſecundus Caput Libri.

A.

A Defectione h. e. poſt defect. 6, 1. *à fronte, à tergo.* 3, 8. 4, 15. *à latere ipſius*, h. e. qui circa eum proximi: indeclinabile, *ut à manu*, pro *amanuenſis*. eadem vis particulæ huic apud noſtrum. 3, 1. *ut à tergo tuta relinqueret*. Notetur præpoſitio adpoſita urbis nomini. *ſic* 4, 7. *à Gaza copias moverat.* 4, 7. *à Memphi eodem flumine vectus.*

Ab eo. poſt eum. 5, 2. *ab Tanaï.* 7, 4.

Abarita. 9, 10. vide *Arabite.*

Abdere ſe in ſaltu. 8, 2. *abdita tecta*, occulta. 8, 4.

Abdicare patrem. 4, 10. nove & acute dictum; alias enim abdicantur liberi, non patres.

Abducere equites, 10, 7. *equos.* 7, 1. *jumenta.* 6, 6. quem *in regiam*, *capite velato.* 6, 8. ubi alii habent *adducere.*

Abeſt cui *cura, fortuna*, h. e. illis caret aut deſtituitur. 3, 2. *abeſſe ſpatium unius jugeris.* 5. 1. tot *ſtadia ab* aliquo loco. 3, 4. 5. 8. *inde* tot *ſtadia.* 3, 8. *haud amplius quam* tot *ſtadia.* 5, 13. tot *ſtadiis.* 4, 10. *haud procul caſtris.* 7, 5. *haud procul à fine mundi.* 9, 6. *procul mari.* 9, 9. *montibus longius.* 3, 9. *abſit invidia.* 10, 2. 10, 9. *abſens dicit cauſam.* 6, 9.

Abhorret animus à fuga. 5, 8. *à facinore procul.* 6, 7. *ingenia à luxu* 4, 6. *carmen auribus peregrinis.* hoc eſt, quod abhorreant aures non adſuetæ. *abhorrere*, pro diſcrepare, differre. ſic *abhorrere à more, ſermone.* 6, 9. *abhorret cultus à privato paululum.* 3, 6. gens *cultu vitæ à ceteris.* 5, 6. *mare colore à ceteris.* 8, 9. *vehiculum cultu à vilioribus.* 3. 1. *abhorrentia moribus.* 7. 8. *munia miniſteriis ſervilibus.* 8, 6.

Abii Scytha, aliis *Avii.* 7, 6.

Abigere equos. 7, 9. *abacta jumenta.* 5, 13.

Abjicere amiculum. 3, 12. *inſignia imperii indecore.* 3, 11. *magis quam ponere pocula.* 8, 1. *corpus humi.* 10, 5. *pronum corpus in humum.* 5, 12. *viſcera canis diſciſſa ab utraque parte* campi. 10, 9. *abjecti & infracti.* 6, 2. pro ſupplicibus & humilibus.

Abire domos. 8, 6. *è conſpectu.* 8, 3. *retro.* 3, 8. *abire* juſſus legatus. 7, 11. quia nimirum ipſius poſtulata valde diſplicuerant.

Abiſares. 8, 12. *legatos ad Alex. mittit*, 8, 13. *Poro belli ſocius.* 8, 14. *eo victo iterum legatos mittit.* 9, 1. *morbo interit.* 10, 1. *ſucceſſore filio.* 10, 1.

Abiſtamenes. 3, 4.

Abluere corpus. 3, 5. 4, 1. *corpus aqua* 3, 5. *abluitur* cui *ſqualor.* 4. 1.

Abnuere multa adfirmatione, animi conſtantia, vultu, ſibi quicquam cogitatum eſſe. 6, 11. *conſtanter, ſe dediſſe fidem.* 6, 7. *abnuens*, abſolute, pro negans. 5, 3.

(Quod abominor.) 7, 4.

Abripit beluam Neptunus. 4, 4. alii *arripit*, celeritatem ſimul, & violentiam indignantis, notat. ſic Macedones. 1, 5. queruntur regem ſuum *divelli à ſe & abripi*, ſcilicet ab iniquis infeſtiſque numinibus.

Abrumpere, divellere, ſeparare, *equites a cetero exercitu.* 10, 7. ſic *abrupti à ceteris.* 3, 11. *abrupta à ceteris agmina.* 4, 15. *partem viſcerum ſuorum.* 6, 9. cui

Digitized by Google

ſpem gratiæ, h. e. præcidere. 10, 8. *abrumpunt iter foſſæ*. 5, 5. *abrupta petra*, prærupta, ardua, abſciſſa, ut mox. 7. 11. *rupes*. 8, 11. *abrupta ſimulachrorum membra*, præciſa, præfracta. 5, 6.

Abſcindere lignum, præcidere. 9, 5. *abſciſſa undique petra*, abrupta. 7, 11. *abſciſſæ rupes*. 5, 3. *abſciſſa veſtis*, direpta, lacerata, in luctu. 3, 11. 10, 5. *abſciſſum caput*. 8, 3.

Abſcondit ſumus cælum, velut nube, tegit, occulit. 6, 6. *abſcondere miſerias*. 5, 5. *paucitatem*. 4, 14. *pedites*. 8, 13. *ſitus ſolerter*. 7, 4. *abſcondi in domo matru juvenes*, ne videlicet ad militiam pertraherentur, ibi verſari, ut Achilles in Scyro inſula. 7, 1. *abſcondi caligine*. 7, 4. *abſconditus in armamentario*. 6, 7. *abſcondiri curſus*. 7, 10.

Abſiſtere ſcil. obſidione. 8, 11. *bello*. 10, 7.

Abſolvere, liberare quem ab imputato crimine, *ſententia ſua*. 7, 2. *cognita cauſſa*. 6, 10. *abſolvi nemo poteſt, niſi qui dixerit cauſſam*. 7. 2.

Abſorbet mare quidquid ingeritur, haurit, & inglutit, ut non exſtet. 4. 2. *humorem ſiccitas*. 7, 5.

Abſtergentur remi, colliſis navibus. 9, 9. *abſterſis lachrymis*. 5, 5. *oculis amiculo*. 6, 9.

Abſtinere armis. 7, 6. *bello*. 10, 7. *cædibus*. 3, 12. *cibo*. 4, 10, *cibo & luce*, 10, 5. *conſilio*. 8, 3. *corporibus, & cultu feminarum*. 5, 6. *ne quidem equus*. 9, 10. *lachrymis*. 5, 4. *latratu*. 9, 1. *nominibus*, nomina reorum premere & reticere. 6, 9. *ne ſacris quidem*. 10, 1. *juſſit abſtineri cædibus*. 5, 1. 3, 8, 10.

Abſtrahi, vi abduci. 8, 1. *ad capitale ſupplicium*. 3, 7. *vix inde* (à corpore defuncti) *abſtractus eſt*. 10, 4.

Abſumpto, conſumpto, impenſo, collocato, *biduo in hac cogitationes*. 3, 6. *quatriduo*. 4, 7. tot *abſumpti ſunt dies in &c*. 6, 5. 8, 6. tot *millia in congiarium*. 6, 2.

Abulites. 5, 2. *Abuliti reſtituta ſatrapia Suſia*. *reg*. 5, 2.

Abundare, adfluere, largiter inſtructum eſſe, *auro*. 10, 1. *copia commeatuum*, 6, 4. *opificum*. 4, 2. *rerum*. 4, 10. *juventute*. 4, 4. *abundans copia rerum terra*. 5, 2. *frumento & pecoribus regio*. 9, 6. *multitudine* Mazæus. 4, 16. *abundantes omni copia rerum urbes*. 5, 1. *præda* miſites. 9, 2. *abunde*, ſatis ſuperque, *conſtantis animi*. 6, 7.

Abuti nomine regis in perniciem cujus, ſub invidia regii nominis exitium alteri moliri. 10, 9. *ſanguine* quorum. 8, 7. *abuſus libertate*. 8, 2.

Acadera. 8, 10. *Acadræ* populus Sinarum eſt.

Acarnan natione. 3, 6. *Acarnanes equites*. 3, 2.

Accipitres aurei. 3, 3.

Acer conſilio, acutus, & perſpicax. 7, 2. *acri impetu*, forti, valido. 3, 13. *acrior cupido*. 6, 5. *flatus*. 4, 2. *nemo acrior vindex*. 5, 12. exactior, & inexorabilior. *acrius cupere*, validius. 7, 8. *fugere*. 8, 14. *inire prælium*. 5, 3. *quam cautius dimicare*. 8, 11. *quam conſtantius*. hoc eſt, primo quidem impetu valido, ſed cito remittente ardore. 4, 6. *acrius*, acerbius, *quam vellet*. 4, 13.

Acerbitas inimicorum Philotæ, bonitatem regis vincit. 6, 8. tanta iis odiorum atrocitas fuit, ut non ante deſtiterint calumniari, quam regem, quamquam optimum & clementiſſimum, in Philotæ perniciem impellerent. *acerba mors*. 9, 6. immatura. deductum hoc à fructibus arborum, qui ante maturitatem acerbi ſunt.

Acervi ſtruesque. 8, 4. *ac. frumenti*. 4, 10.

Aceſines. 9, 3. Gangem *auget*. 8, 9. *Hydaſpi confunditur*. 9, 4.

Achæi in acie Alex. 4, 13. *Megalopolitanus pecuniam pendunt*. 6, 1.

Achaia. 4, 5.

Achilles cum captiva coit. 8, 4. *ab Achille genus duxit* Alex. 4, 6. 8, 4.

Acies (oculorum) *fallitur*. 7, 11. *acies* (bellica) *explicatur*, hoc eſt in patenti loco, idoneoque ſpatio diffunditur, occupatque formam, quam antea inopia loci efficere non potuerat. 4, 14. *in campo*. 4, 12. *ſtat*, nimirum inſtructa. 3, 9. *acies cohærent*, commiſſa utrimque pugna implicantur. 3, 11. *Laconum*. 6, 1. *Macedonum*. 3, 2. *Perſarum*. 3, 9. *acie ancipiti* (undique circumfuſa) *opprimi*. 3, 7. *acies aurea*. 3, 3. *clypeata*. 7, 9. *diſpar*. 3, 3. *equeſtris*. 7, 9. *exhauſta*. 4, 14. *fluctuans pavore*, inclinans, nutans. 3, 10. *fluens effuſe in* hoſtem, irruens, incumbens. 6, 1. *fulgens auro, purpu-*

purpura. 3, 10. *geſtans prædam, non arma.* 3, 10. *inculta.* 3, 2. *inſtructa.* 4, 13. *pedeſtris.* 3, 9. 4, 12. 5, 13. *ratior.* 4, 15. *ſimilis vallo.* 4, 15. *torva.* 3, 2. *turbata.* 4, 15. *vana.* 4, 14. *& exhauſta.* 4, 14. *verſatilis.* 4, 13. *ultima* h. e. extrema pars aciei. 4, 15. *acie* quem *vincere*, h. e. prœlio. 4, 1.

Acinaces. 10, 1. *acinacis vagina.* 3, 3. *acinacem ſtringere.* 7, 4. 8, 3. *acinacim. acinace ſtricto.* 4, 15. 5, 9.

Acuere gladios in aliquem. 6, 9. Dictum de auctore conjurationis. *acuit neceſſitas ignaviam.* 5, 4.

Aculeo amiſſo torpere. 4, 14.

Ad hoc, in hunc finem. 3, 11. & 3, 5. *ad hoc*, pro inſuper, præterea. 5, 13. 9, 10. *ad hoc accedere.* 7, 1. *ad quem modum*, quemadmodum. 8, 5. *ad Caucaſum proceſſit.* 7, 3. quidam omittunt *ad*, haud ſine exemplo. ut, 3, 4. *pervenerat regionem. ad noctem*, pro uſque ad n. 3, 2. *ad ultimum vitæ.* 3, 12. *ad ultimum*, pro denique, poſtremo. 3, 12. 5, 1.

Adaperta ad criminationem aures. 9, 7.

Adarchias. 5, 2.

Adcedere diſcrimen. 4, 14. *tribunal propius.* 9, 3. *ad fontem.* 5, 13. *adceſſit ad illa hoc quoque.* 10, 3. *adcedere propius.* 7, 5.

Adcendere (ab *ad* & *candere*) *acervos ſtruesque.* 8, 4. *arenas adcendit vapor ſolis*, torret & fervefacit. 4, 7. 7, 5. *iram* quam *calor æſtatis.* 3, 5. *faces.* 8, 11. *ignem flatu.* 4, 2. *lumina.* 10, 5. tranſfertur deinde ad alia, quibus quocumque modo calor igniſve tribui poteſt. ſic *adcendere alacritatem.* 4, 2. *amorem regis in ſe*, concitare & augere. 10, 1. *animum* (ad iram & cupidinem vindictæ.) 7, 11. *fiduciam* augere. 4, 2. *iram pertinacia.* 7, 6. *prælium*, ut magis exardeat. 4, 15. 5, 2. *ſitim.* 7, 5. *ſuos clamores.* 6, 1. *territos ad pugnam.* 4, 15. *adcenditur deſiderium.* 7, 5. *faſtidio præſentium penitus hærens amor* abſentis. 8, 3. *adcenſus cupidine.* 6, 5. 10, 1. *ira.* 4, 6. *adcenſa cupidine.* 6, 5. *adc. eſt concio*, irritata. 6, 11. *adcenſi cupiditate.* 5, 10. *felicitate ad ſpernendum periculum.* 8, 13. *ira.* 5, 13. *ſupplicio.* 10, 3.

Adceptat humus occultum opus. 4, 6. libenter cedit operi.

Adcerſere eſt adcire, advocare. 4, 13. 10, 8. *exercitum ab Tanaï.* 7, 4. *manum validiorem.* 3, 13. *adcerſi à* quo. 6, 11. *adcerſiti.* 7, 6. transfertur etiam ad inanima, ut *ægritudo adcerſit ſpecies imminentium rerum*, h. e. efficit ut dormientibus obverſentur. 3, 3. *adcerſere gloriam ex periculo*, efficere ut inde proveniat. 8, 13. ita *honores cæleſtes.* 10, 5.

Adcidit fremitus à litore, advenit. 4, 4.

Adcipere Auſtrum, h. e. ad meridiem ſpectare. 8, 9.

Adcipere (nanciſci) *à* quo *auctoritatem divinitatis*, ut deus credatur. 8, 5. *bellum*, illatum ſuſtinere. 7, 7. *conditionem deditionis.* 7, 11. *conditiones pacis.* 4, 11. *deditos in fidem*, recipere, 9, 7. *dona.* 4, 2. *epiſtolam à quo.* 7, 2. *fidem.* 4. *fidem in* aliquid. 4, 1. 6, 11. *gentem in deditionem.* 7, 6. *gloriam à majoribus*, quaſi hereditate tranſmiſſam. 4, 14. *imperium* cujus, recipere. 4, 2. *impetum fluminis* ſuſtinere. 5, 1. *injuriam.* 6, 8. *leges* 4, 5. *ab aliquo.* 8, 5. *literas.* 3, 6. 6, 4. *lumen.* 7. 3. *omen*, amplecti, & velle ut pro ejus ſignificatione res exitum ſortiatur. 5, 2. *poculum.* 3, 6. *regem convivio*, excipere. 8, 4. *regnum.* 4, 1. 10, 10. *regna.* 10, 10. *ſignum tubæ.* 3, 8. *ſocietatem* cujus, *recipere.* 4, 2. *vitam.* 6, 8. 7, 10. *urbes in fidem*, fidem ipſis dare, ſub imperio ſuo ſalvas & incolumes fore. 5, 6. 9, 1. *vulnus.* 4, 6. 7, 7. *vulnera.* 4, 6. *adcipiunt* fluvium *campi*, admittunt, excipiunt. 5, 3. *lucem aditus ſpecus.* 8, 2. *adcipere* quid *in contumeliam*, habere pro contumelia. 5, 2. quem *hoſpitaliter*, excipere. 8, 12. *in fidem urbes.* 8, 6. 9, 1. quos *in medium agmen.* 2, 9. *in ſinum.* 3, 11. *adcipere prædem.* 5, 4. *adcepiſſe* quid *fama*, inaudiviſſe. 9, 9. ſic, *adcepi ita ex Dario.* 10, 1. *adcipiendo operi obſtat ventus*, dictum ſicut ſupra *adceptare opus.* 4, 2. *ad adcipienda imperia convenire*, ad excipienda mandata. 4, 13. *adcipitur amnis rubro mari*, recipitur. 8, 9. *cladem.* 4, 12. *adcepto nuncio.* 3, 7. *adceptus in fidem.* 4, 1. *adcepta eſt a* quo *conditio.* 9, 7. *excuſatio.* 8, 1. *adcepta fide*, ſalvo conductu, ut nunc vocant. 6, 5. *adcepta facile eſt, ratio conſilii*, probata. 3, 7. *aliqua vox aſperior*, audita, excepta. 7, 1. *adceptum*,

ceptum, gratum, *animis regnantium arrentum*. 8, 12. *adceptum*, ſuſceptum, judicatum, *pro triſti omen*. 4, 8. *adcepti obſides*. 9, 1. *adceptis obſidibus*. 9, 1. *adcepti in fidem*. 8, 2. 9, 8. *adcepta in fidem urbes*. 3, 10. *adcepta in fidem oppida*. 9, 8. *adverſo corpore vulnera*. 9, 5. *adceptior*, gratior, *vulgo*. 7, 2. *adceptiſſimus* cui. 7, 2.

Adciri, arceſſiri, vocari. 3, 2. 5, 12. *adcita ex Gracia claſſis*. 4, 1. *adciti ex India elephanti*. 5, 2.

Adclamantes ſeditioſe. 10, 2. *adclamatio pertinax*. 10, 7. *adclamationes*. 7, 2. 9, 4.

Adcolæ vicini *Oceani*. 4, 5. 10, 10. *rubri maris*. 3, 2. 4, 12. *ſedes* Hammoniæ. 4, 7. *Tanais*. 6, 6. *graves*, moleſti. 6, 2.

Adcommodaverunt artifices diis imaginem talem. h. e. commodaverunt: & quaſi utendam dederunt, quum propria eorum imago non eſſet. 4, 7. ſic, *adc. dii* Alexandrum *rebus humanis*. 10, 6. *adcommodatus*, aptus, *animo & ingenio adſentantium*. 8, 8.

Adcuſatores. 10, 1.

Addere quos *imperio ſuo*, adjicere. 10, 3. *addito*, adhibito, *metu mortis*. 8, 3.

Addicere cui *credulitatem ſuam*, quaſi adjudicare, & propriam, ſive mancipio dare. 7, 7.

Addubitare, ſubdub. 10, 9.

Adducere auctores defectionis. 10, 1. *commeatus*. 4, 2. *equum*. 6, 5. *jumenta*. 8, 4. *Perſas*, ad defectionem ſcilicet. 5, 9. *adduc. præfectum*. 6, 4. *adduci ad* aliquem. 3, 3. *captivos in regiam*. 6, 2. *non poteſt fieri ut adducar*, nempe ad credendum. 10, 2. *adductus*, deductus, *ad periculum mortis*. 10, 8. *uſque ad mortis metum*. 6, 8. *moles nulla ope humana adducta*, admotæ. 8, 10.

Adeo. Ne viderant quidem Miletum, adeo non potuerant prodere. h. e. tantum abeſt, ut potuerint. 7, 5.

Adequitare in primos ordines. 7, 4. *per armotos*, pro, ad perarm. 4, 9.

Adeſt certamen, inſtat. 4, 11. *ſinus vitæ*. 7, 7. *adſunt ultores ſceleris dii*. 7, 5. *adeſſe coram*, præſentem eſſe. 8, 10. *funeri*. 6, 6. *partibus*. 4, 9. *pugnæ*. 9, 5. *ſermoni* cujus. 8, 5. *adſore præſto*. 7, 1. *hoſtem*. 4, 16.

Adfari quem, adloqui. 4, 11. ſic autem potius quam *affari*.

Adfectare (adfectu deſiderioque feri ad) *faſtigium regium*. 10, 10. *imperium*. 4, 14. *regnum*. 4, 6. 6, 10. 10, 1. 10, 7. *immortalitatem*. 4, 7. *adfectatum regnum*. 10. 4.

Adferre arcana & ſilend. 6, 7. *argumentum*. 6, 4. *caput*. 8, 3. *cibaria cæmelis*. 9, 10. *conſilium*. 5, 11. 7, 4. *contemptum* cui. 10, 7. *donum*. 4, 2. *dona*. 4, 7. *literas* quibus. 7, 2. *nuncium mortis*. 3, 12. *remedium*. 3, 6. *adfertur terror*, nunciatur. 7, 4. *vis corpori*, infertur. 10, 9. *adferuntur ei literæ*. 6, 6. *adferri ipſum juſſit, quia ingredi non poterat*. 6, 11.

Adficit frigus corpora horrore. 8, 10. *adficere* quem *ægritudine*. 9, 9. *cunctos deſiderio ſui*. 6, 6. *vario modo ſupplicio-rum*. 5, 5. *adfici clade*, 10, 6. *dolore*. 6, 3. *ſupplicio*. 4, 8. *verberibus*. 8, 6. *adfectus dolore*. 10, 4. *frigore*, *victuſque penuria exercitus*. 7, 3. *periculo majore, quam vulnere*. 9, 8. *ſupplicis jure*. 7, 1. *adfecti fatigatione*. 7, 11. *ſupplicio pirata*. 4, 5. *ſuppl. pari*. 5, 5. *verberibus*. 7, 11. *adfectio*, adfectus, *præſens movit*. 7, 1. *adfectus mentis inanis ac puerilis*. 4, 5. *ad omnes adfectus impetu rapimur*. 7, 1.

Adfigi cruci bus. 7, 11. *adfixus cruci*. 6, 3. 7, 5. *duo millia adfixi crucibus pependerunt*. 4, 4. vide infra *Generum permutatio*.

Adfinitas. 8, 1. *per adfinitatem firmata gratia*. 9, 3.

Adfirmare. 3, 1. *jurejurando*, ſe quid facturum, 6, 7. *adfirmatione* (adſeveratione) *multa abnuens*. 6, 11.

Adfligere imperium, dejicere; plus enim eſt quam *concutere*. 4, 14. *adfligi deſiderio* cujus. 4, 8. *diu à fortuna*. 5, 8. *adfligitur ſaxo crus*. 4, 6. *adflictus habitus*, mœſtus. 10, 4. *adflictus vulnere*. 9, 5.

Adfluit hoſtis. 9, 5. *adfluentiam rerum luxus & inertia ſequitur*. S. 2, 1.

Adger aquavit faſtigium terræ. 8, 10.

Adgerari arbores. 6, 6.

Adgerere arbores. 6, 6. *faces*, pro ingerere. 5, 7. *adgeritur humus*. 4, 3. *adgeſta humus*. 6, 5.

Adgravare dolorem. 8, 10. *adgravat fortuna ſortem* quarum. 3, 13.

Adgreditur hoſtis epulantes. 8, 10, *nihil niſi divina ope adgredi*. 3, 6. *adgr. ſopitum*. 8, 6. *adgreſſus*, incipiens, *ſolvere*. 3, 1. *adgreſſi cædere*. 9, 1. 9, 10. *adſternere*. 8, 4.

Adgregare, conjungere, *ſe* cui. 4, 5. *adgregari equitibus*. 4, 15.

Adhe-

Digitized by Google

Adharet, adnectitur, *terra continenti.* 3. 1. *adharere parti fortunæ* cujus. 10, 5. eam amplecti & retinendo velut ab ea pendere.

Adhibere, præbere, præstare, *mihi animos plenos alacritatis.* 9, 2. *adhibere blanditias.* 8, 3. *concilium frequens.* 8, 6. *consilium.* 4, 13. *curam summam.* 3, 12. *modum tormentis.* 6, 11. quibus *parentes*, h. e. deprecatores exhibere, sistere. 6, 10. quibus *remedia insanabilibus.* 10, 10. *solatia.* 4, 10. *vates.* 5, 4. *adhiberi convivio.* 8, 1. 8, 5. *consilio.* 6, 8. *consiliis.* 10, 6. *adhibito interprete.* 8, 12. 10, 3. *adhibiti, cum quibus consultaret.* 7. 11.

Adhortatio mutua. 7, 9. *adhortatione mutua firmati.* 3, 11. *adhortatus suos paucis ad prælium.* 3, 13. *alius alium adhortati.* 7, 9.

Adigitur, penitus infigitur, *telum.* 9, 5. *adacta per loricam sagitta.* 4, 6.

Adjicere, attribuere, *aggeri latitudinem.* 4, 3. *ditioni* cujus *regionem.* 4, 1. *finibus* cujus *regionem.* 4, 8. *magnitudini*, eam augere. 8, 14. *adjectus strage filiorum pater*, superadditus, 10, 5. *adjecta ad violentiam ira.* 8, 1. *adjecta mina.* 7, 1. *vestes.* 5, 5. *adjecta capiti insignia fortunæ.* 10, 10. *mandata.* 10, 5. *copiis* tot *millia Græcorum.* 3, 3. *adjecti laquei*, nimirum *saxis*, quibus prominentes eorum partes comprehenderentur. 7, 11.

Adjectiva, neutra pro substantivis ponuntur: ut 7, 3. *in cultiora perventum est.*

Adimit, aufert, tollit, *conspectum obscuritas.* 7, 11. *prospectum nubes pulveris.* 5, 13. *adimere* cui *opes.* 8, 6. *spiritum.* 6, 10. *vitam.* 6, 10. 10, 1. *ademptus rex.* 8, 8. *adempta sibi gloria.* 8, 1. *ademptum* quibus *imperium.* 4, 14.

Adire (ire ad) *Ægyptum* 4, 6. *Bactra.* 5, 8. *consilium mortalium.* 6, 11. *discrimen.* 3, 1. *fines.* 5, 2. *gentes.* 7, 8. *Græcos.* 3, 10. *Hispaniam.* 10, 1. *Hircaniam.* 6, 4. *Indiam.* 7, 1. *interiora regionis.* 6, 5. *Iovem.* 4, 7. *adeunt mare classes.* 4, 4. *adire Oceanum.* 7. 1. *Oc. navigiis.* 9, 3. *oraculum.* 4, 7. *periculum.* 4, 15. 4, 16. *qua natura mortalium oculis subduxit.* 9, 4. *regem.* 3, 7. 6, 7. 8, 13. 9, 7. 10, 8. *regionem.* 4, 9. *terminos mundi.* 9, 9. *termin. rerum humanarum.* 9, 2. *terras.* 4, 4. *tuguria.* 7, 3. *urbes.* 4, 7. *adire propius.* 4, 7. 10, 8. *adiri.* 4, 5. *quidquid poterat adiri.* 3, 9. *aditur Syria faucibus.* 3, 8. *adiri semita.* 7, 11. *aditurus fines.* 5, 2. *regionem*, 8, 4. *Susa.* 5, 2. *aditus Oceanus.* 10, 5. *adeundi* cujus *avidus.* 6, 5. *aditus*, ingressus, *domus clausus.* 6, 8. *finium primus.* 18, 13. *nemoru.* 7, 2. *specus.* 8, 2. *spei.* 5, 9. *aditus arctus.* 5, 3. *asper & præruptus.* 7, 11. domus *occultus.* 6, 8. *adit. patet*, permittitur. 6, 7. *adit. quo Ciliciam intramus.* 3, 4. *aperit Ciliciam.* 3, 4. *aditum moliri per saxa.* 6, 6. *unum habet Petra.* 7, 11. *aditu facilis.* 9, 8. *difficilis situs.* 6, 4. *aditus asperi, perangusti.* 3, 4. *ferentes ad cacumen.* 7, 11. *omnes.* 6, 8.

Adjungere sibi quam *matrimonio.* 8, 4. *sibi* cujus *filiam nuptiis.* 4, 5. *se* cui. 10, 7. *se* cui *socium & consciam.* 6, 9. *adjunctum mare*, vicinum. 5, 4. *adjuncti confinio regionum.* 8, 1.

Adjuvit tempestas effectum consilii. 8, 13. *adjuvare criminationem*, confirmare. 3, 6. *ictum hostis.* 7, 4. cujus *victoriam.* 7, 5. *adjutus opibus* cujus. 4. 1.

Adlevare, attollere, erigere, *animum à mœrore.* 4, 15. *oculos.* 3, 5. *prostratos.* 8, 4. quam *manu.* 3, 12. *se.* 4, 6. *se clypeo.* 9, 5. *adlevans oculos.* 8, 14. *semet bellua.* 4, 4. *adlevari.* 3, 12. 9, 10. *adlevantur æstu navigia.* 9, 9. *adlevatus.* 8, 2. *adlevata tabernaculi pellis.* 7, 8.

Adloqui duces, &c. 4, 13. *milites.* 6, 8. *milites oratione.* 3, 10. *regem.* 9, 3. *adlocutus hos benigne.* 7, 6. *legatos ben.* 4, 2. *benignius.* 8, 6. *comiter.* 9, 10.

Adluere, de aquis dictum. *quidquid adluit amnis.* 5, 4. *adluit Indus* arcem. 9, 4. *adluit Oceanus terras.* 4, 14. *adluitur Asia Hellesponto, Rubro mari.* 9, 6. *India mari.* 8, 9.

Admetiri frumentum. 8, 12.

Adminiculum. 8, 4. *corporis.* 7, 3. *sustinens* quem. ne scilicet cadat. 8. 12.

Administrare res. 10, 7.

Admirabilis ars. 7. 5. *admirari felicitatem suam.* 3, 4. *magnitudinem animi.* 4, 1. 7, 10. *non alium magis quam hunc.* 7, 6. *admiratio laudis.* 8, 14. *laudum.* 8, 5. *admirationi regis dediti.* 8, 6.

Admiscere. admixti funditoribus *sagittarii.* 3, 9.

Admittere, committere, *facinus in* quos. 7, 6. *facinora.* 10, 1. *multa, quæ regiam majest. non decent.* 10, 4. *admitti*, peccа-

Digitized by Google

peccari, 6, 7. *admittere* etiam significat conveniendi sui potestatem facere 12, 3. sic, *adm. deferentes.* 6, 8. *admitti.* 4, 1. 8, 3. *legatos.* 7, 6. *admissus.* 3, 12. *in sedem*, receptus. 6, 3. *admissis amicis, medicis.* 3, 5. *admissi milites.* 10, 3. *in tabernaculum.* 7, 7. 7, 8.

Admodum juvenis, omnino, plane, 7, 2. 7, 9. sic Iustinus.

Admolita est natura rupes praealtas, quasi ad urbem muniendam magno labore admovit. hoc enim est *admoliri*, à *mole* deductum. 8, 10.

Admonere fragilitatis humanae adfigendo. 4, 14. *recenti malo priorum admonita.* 4, 10. *admonuit nova praesidia necessitas.* 4, 3. *& admonere alieno exitio.* 8, 11. *admonere*, proprie, *communicata rei* quem. 6, 7. *matrem, &c.* 3, 6. *nominis.* 8, 11. *victoriae.* 3, 6. *admonens temporum.* 5, 9. *admoneri virtutis.* 3, 10. *animo amico.* 10, 4. *admonitus literis.* 7, 1.

Admoniti conjugum, patriae. 6, 9. *admonitu amicorum, uti munimento.* 4, 13.

Admovere, scil. exercitum, absolute positum. 9, 4. *adm. aciem.* 4, 13. *classem litori.* 4, 4. *& classem & machinas.* 4, 4. *copias.* 3, 7. *cop. oppido.* 9. 1. *equos.* 8, 6. *cui.* 5, 1. *exercitum.* 4, 6. *ex. ad petram.* 8, 2. *ex. ad urbem.* 3, 1. *filium collo.* 3, 12. *fomenta corpori.* 3, 6. *gladium jugulo.* 6, 7. *hastam pectori.* 8, 2. *juvenes dextra regis.* 6, 5. *liberos pectori.* 8, 3. *manus*, 9, 5. *manus lanae.* 5, 2. *man. operi.* 6, 7. *man. spiranti.* 10, 10. *man. infestas corporibus.* 7, 1. *naves.* 4, 2. *se stipitibus arborum.* 8, 4. *semetipsos lateri suo.* 7. 1. *tormenta muris.* 8, 10. *turres.* 5, 3. *admovetur acies.* 4, 14. *admoventur canes.* 9, 1. *admoveri equum.* 8, 10. *equos sibi jussit.* 6, 5. *machinas.* 8, 10. *naves.* 4, 4. *naves urbi.* 4, 3. *scalas.* 9, 4. *tormenta corpori.* 9, 7. *turres.* 6, 6. 8, 2. 8, 11. *tur. muris.* 4, 6. *adm. urbi.* 4, 2. *admotus filius genibus regis.* 8, 10. *ignis.* 8, 4. *admota ope.* 5, 12. *admoti arietes.* 8, 2. *folles.* 4, 2. *ordines equitum.* 7, 9. *admota copia.* 7, 11. *scala undique.* 9, 1. *admota aedificia muris.* 5, 1. *navigia.* 4, 2. *tormenta.* 6, 11. *admovere* etiam incorporea dicimur, ut *desiderium patriae* quibus. 6, 2. *diem lethi.* h. e. se interficere, velut advocata attractaque die mortis, quae sua sponte nondum veniret. 8, 9. *admovit praesidia necessitas.* 4, 3. sed rectius arbitror, *admonuit. admovere* quem *in fastigium*, extollere. 6, 9. *admoventur fatis gentis bella civilia.* 10, 9. *admovetur spes propius.* 9, 9. *admotus in propiorem amicitiae locum.* 9, 2. *admota est occasio rei.* 8, 6. *vis* (adhibita) *ut fluctus everberarentur.* 9, 4. *admota suppliciter preces.* 5, 10.

Adnexus stirpi regiae, sanguine junctus. 4. 1. *adnexa saxis arena*, adhaerentes. 5. 1.

Adnoscere. 7, 11. *amicos.* 3, 5. *amiculum.* 3, 12. *auram matu.* 9, 9. *circumstantes.* 9, 5. *herbam.* 9, 8. *vocem.* 5, 5. *adnosci cultu regio.* 5, 12. *adnoscere* etiam, habere pro eo quem se quisque fert. *ut liberi adnoscent patres ergastuli detrimenta?* 5, 5. *nomen* filii Iovis, *stirpem.* 6, 10. quem *filium.* 6, 11. *regem.* 6, 11. *omnia*, scil. ut vera. 6, 11. *quae.* 7, 1. *non adnosco vos milites, nec adnosci videor à vobis.* 9, 2. *adnoscor oraculo Iovis*, ut filius. 8, 8.

Adnuere (consentire in) *deditionem.* 3, 2. *donec adnueres ut considerem*, nutu significares. 5, 2.

Adnunciatur. 10, 8.

Adolescentia adultus tum primum. 8, 2. *adulti filii.* 9, 1. *liberi.* 5, 1. 5, 3. 8, 6. *adulta virgines.* 3, 11. 4, 10.

Adoptari à diis. 6, 11.

Adorantes praesidem nemoris deum. 8, 10.

Adoriri quos. 4, 15. 7, 6. *adortus*, adgressus, *expugnare.* 9, 4. *oppugnare.* 3, 1. *adorti fugientem.* 8, 12. *ex improviso.* 8, 12. quos *incompositos.* 4, 2. *regem ferocius*, clamore ic. & vocibus. 10, 2.

Adornant pallam accipitres. 3, 3. quos *virgae, vestes.* 3, 3. *adornare arma auro argentoque.* 8, 8. *loricas auro, arg.* 8, 5. *adornati armis.* 5, 9. *currus auro & arg.* 10, 1. *adornata tunica gemmis.* 3, 3. *adornata vehicula.* 9, 10.

Adparatur convivium. 8, 3. *adparatus belli.* 3, 7. 4, 2. *non belli, sed luxuriae.* 3, 11. *exsequendae rei.* 8, 6. *fortunae.* 3, 12. *funerum invidiosus.* 3. 12. *luxuriae.* 3, 11. 6, 6. *regia magnificentia.* 8, 13. *tanti exercitus.* 3, 2.

Adparet facile. 8, 2.

Adpellare (vocare) *confusis vocibus, regem, patrem, dominum.* 9, 3. *adpellatus est rex*, renuncianus, proclamatus. 3, 3. 10, 7. *adpellata est regina*, nimirum indulgentia victoris. 8, 10. *adpellatione debita fraudare aures* cujus. 10, 5.

Digitized by Google

Adpellare, adloqui, *comiter.* 10, 4.
Adpellere, admovere, adplicare, *classem ad Euphratem.* 10, 1. *navigia contis.* 9, 9. *nav. litori.* 4, 2. *scaphas.* 4, 2. *adpulsa est classis.* 9, 10. *litori.* 4, 3.
Adpetere, petere, *cervicem* cujus. 4, 6. *manus gladius.* 8, 14. *spoliantes.* 8, 14. *adpeti missilibus.* 6, 1. *scelere* cujus. 7, 2. *adpetit fatum*, admovetur, advenit. 10, 1. *lux.* 7, 8. 8, 6. 9, 4. *nox.* 3, 12. 5, 12. 6, 5. 9, 9.
Adplicare (adjungere, & velut adnectere) quos quibus. 4, 12. quos *lateri.* 4, 13. *corpus stipiti.* 9, 5. *corp. ad molem.* 4, 4. *se Graeus.* 6, 5. *se stipiti arboris.* 8, 2. *adplicuit fors captus solatium, conjuges.* 5, 5. *adplicant flumina undas munimento* (in munimentum) *arcus.* 9, 4. *adplicantur maenibus scala.* 4, 2. *adplicito captivo*, admoto. 5, 13. *adplicati truncu arborum.* 8, 4. *adplicare* quoties de nauticis rebus dicitur, idem fere est quod adpellere: sic, *appl. classem.* 9, 9. *navigia.* 9, 2. *nav. crepidini portus.* 4, 5. *adplicatur navis ripae.* 9, 4. *adplicantur rates.* 8, 13. *rat. terrae.* 7, 9.
Adposita Petrae regio, adjuncta, adsita. 4, 1. *adpositae Thraciae gentes.* 19, 10.
Adprobare consilium. 6, 11. 7, 6. *fidem suam regi saevitia*, probare, testari. 8, 8. *adprobantibus diis*, volentibus, bene juvantibus. 10, 6.
Adpropinquans victoria. 3, 6. *adpropinquantes.* 4, 15.
Adquiescere, dormire. 8, 6. *somno.* 9, 5. *sopore gravi.* 6, 10. *in lecto.* 9, 8. *adquiescentes.* 9, 4. *adquieturus*, somnum capturus. 4, 13. *adquiescere*, quiete & pace refoveri, *sub tutela Rom. mansuetudinis.* 4, 4. *adquiescit alieno supplicio, qui cruciatur suo.* 6, 10. *adquiescens in unico filio parens*, unicum hoc solatium habens. 6, 10.
Adquirenda praeda fatigari. 9, 2.
Adripere saxum, corripere, raptim comprehendere. 6, 9.
Adscendere verticem montis. 8, 10. *ad gradum amicitiae.* 7, 1. *adsc. in fortunam* regiam. 9, 8. *in jugum montis.* 3, 8. *in rates.* 8, 13.
Adsciscere est, meditato, velut ex decreto & scito mentis, adsumere. sic *adsc.* quem *in societatem.* 4, 13. 7, 5. *sceleris.* 8, 6. *adsciti milites.* 10, 3.
Adscribere sibi titulum regis, scripto attribuere. 4, 1. *Scytha adscribuntur Asiae.* 6, 2.
Adsentatio evertit opes regum. 8, 5.
Adsentire cui *vultu.* 5, 12. 8, 4. *adsentiri*, deponens. 10, 6. *adsensa* cui *est concio.* 7, 2. *adsensu excipere vocem.* 5, 9.
Adsequi quem, consequi, attingere. 3, 12. *regem.* 2, 8. *adsequitur agmen.* 4, 10. 5, 12. *adsequuti vehiculum.* 5, 13. *adsequi* quid *animo*, consequi & comprehendere. 4, 16. *vi, fraude.* 5, 10.
Adserere, vindicare, *sibi Iovem patrem.* 8, 1. *omnia.* 10, 10.
Adservare captivos diligenti custodia. 4, 1. *corpus.* 7, 5. *Adservari*, custodiri. 3, 13. 4, 13. *adservatur arx negligentius.* 9, 7. *adservantur captivi.* 4, 15. *adservari vinctos.* 8, 6. quem *vivum.* 5, 10. *adservati socordiae duces.* 9, 9. *adservandos tradere.* 10, 2.
Adsidere genibus. 10, 5. saucio. 9, 8. *morienti.* 10, 6. *corpori defuncto.* 4, 10. *adsidere uni urbi.* 4, 3. in unius urbis obsidione otiosum tempus terere.
Adsignare jumenta. 5, 5. *sedes priores.* 10, 4. *id quemque habiturum, quod adsignatura fortuna est.* 4, 11.
Adsilire. 9, 7.
Adsistere extra regiam. 10, 5.
Adspergere mensam sanguine. 8, 7. *quos adspersit rumor.* nempe suspicione, aut infamia criminis. 10, 10. *adspersus sanguine.* 8, 1. *sang. civili.* 10, 2. *adspersa cruore.* 8, 3.
Adspicere corpus, ante oculos habere. 6, 9. *virgines parentis animo.* 8, 4. *adspectus belluae laetus utrisque.* 4, 4. *belluarum, regis.* 8, 14. *lucis.* 5, 5. *adspectu* quorum *territi.* 3, 9.
Adspirat felicitas, tamquam prosper quidam & ferens ventus. 4, 14. *adspirante fortuna.* 3, 8.
Adstringit corpora vis frigoris. 7, 3. *imbrem vis frig.* 8, 4. *nives gelu v. frig.* 5, 6. *opus bitumen.* 5, 1. quem *liberalitas*, obligat. 8, 12. *adstricti crepidis pedes.* 4, 8. *adstricta vestes.* 3, 13. *adstrictus religione deum.* 6, 8. *adstricta series vinculorum.* 3, 1. *adstrictum jugum, vinculum.* 3, 1.
Adstruere falsis criminibus, pro instruere. 10, 1.
Adsuefacere quas *conficere*, h. e. ut conficiant. 5, 2. *adsuescere amiculo*, id cre-

crebro gestare. 10, 1. sic, *adsueverant insignibus equi.* 8, 12. *adsueverat peditibus*, frequenter eos juxta se habebat. 5, 4. *quibus.* 3, 12. *spadoni*, turpi consuetudine. 6, 5. *qui adsueverant talibus ministeriis.* 9, 1. *adsueverat castigare.* 4, 13. *gestare.* 7, 6. *adsuetus tepor.* 4, 7. *spadoni Darius*, notione qua modo. 6, 5. *non adsuetus adire regem.* 6, 7. *adsueta comitari ipsum cohors.* 8, 13. *latrocinii gens.* 6, 5. *rapto vivere gens.* 4, 6. *adsueti.* 8, 8. *custodiæ.* 5, 12. *cust. corporis pueri.* 10, 5. *cust. corporis equites.* 3, 9. *latrocinii.* 8, 2. *regi.* 10, 2. *regio imperio Macedones.* 4, 7. *pati muliebria.* 6, 6. *vivere rapto.* 3, 10. *viv. sub rege.* 10, 5. *adsueta vivere licentius.* 5, 7. *imperio ac nomine alterius gentes.* 6, 3.

Adsumere nihil ex fastu regio. 9, 8. *nomen regis.* 9, 7. *adsumpti juvenes.* 7, 5. *adsumpta Cappadocum juventute.* 4, 1. *adsumptis* illis *qui ex Maced. advenerant.* 3, 1.

Adteruntur, paulatim minuuntur, *copiæ præliis.* 4, 6. *adtritæ ungulæ.* 8, 2.

Adtinere, pertinere, *quod ad me adtinet.* 10, 1. 10, 8. *dici plura non adtinet.* 5, 11. non opus est.

Adtingere terram cujus. 7, 8.

Adtollere oculos. 6, 9. *mons adtollit se.* surgit, erigitur. 7, 3.

Adtonitus. 6, 9. 7, 7. *stupensque.* 6, 9. *mœstitia, desperatione.* 5, 9. *adtonito similis.* 6, 7. *adtonita mentis mulier.* 8, 6. *adtoniti.* 5, 6. 7, 6. 10, 3. *amici.* 8, 1. *animi.* 8, 2. *vigiles.* 8, 2. *malo improviso.* 9, 9. *metu.* 5, 12. 9, 3. *silentio.* 4, 13. *adtonitæ aures.* 8, 4.

Adtrectare aliquem. 10, 10.

Attribuere cui *agrum.* 5, 5. 8, 1. *colonias.* 9, 7. *præfectos* equitibus. 5, 2. cui *regionem* 8, 1. *regnum.* 10, 1. *satrapiam.* 6, 2. *sedem.* 5, 5. *supellectilem.* 4, 1. tot *talenta.* 3, 1. *urbes agrosque.* 8, 1.

Advectus in Asiam. 4, 3. *advecti ex Græcia.* 3, 9. *undique commeatus.* 6, 2.

Advena, aliunde adveniens, *rex.* 5, 8. *visus.* 7, 3. *advenæ.* 4, 8. 8. 2. 10, 10. *adventare.* 3, 8. 8, 4. 8, 2. 8, 12. 8, 14. 9, 8. *ex Macedonia.* 3, 7. *adventat tempus.* 3, 8. *adventant armati.* 5, 12. *adventus nunciatur.* 7, 2. *advent. hostium.* 3, 8. *host. recens.* 9, 6. *transfugarum gratus.* 5, 13. *adventum* cujus *opperiri.* 8, 12. *adventu cognito.* 6, 6. 7, 9. *adventu hostis comperto.* 7, 7. *satellitum nunciato.* 10, 8.

Adversari quem. 4, 7. *scelus.* 6, 7. *adversarius novus.* 3, 11. *adversantibus diis.* 6, 10.

Adversus alicui, iniquus, infensus. 6, 8. *adversam fortunam facilius est regere.* 10, 2.

Adversis diis pugnare. 4, 10. *rebus, usu necessaria sequenda.* 5, 1. *in adversis rebus alius in alium culpam refert.* 4, 3. *adverso amne subire*, contra decursum aquæ. 10, 1. hoc modo, *adversum flumen.* 9, 9. 9, 10. *in adversum*, oppositam partem, *evaserant alii.* 4, 8. *ex adverso.* 4, 16. *ingeruntur tela.* 9, 5. *adversa ora.* 4, 15. *advertere ei parti agmen suum.* 8, 13. *advertit oculos rex.* 5, 11.

Adulari regi. 10, 4. *singulis amicorum.* 4, 1. *adulatio perpetuum regum malum.* 8, 5. *in adulationem compositus.* 4, 7.

Adultus. vide *adolescere.*

Adumbrare mores cujus. 10, 3.

Advocare amicos in consilium. 7, 7. *concionem.* 9, 4. 9, 7. 10, 3. *consilium.* 4, 11. 5, 6. 6, 8. quos *in regiam.* 10, 6.

Advolant greges avium. 4, 8. *vigiles*, celeriter adcurrunt. 8, 2. *advolare citatis equis.* 5, 12.

Advolvi cujus *genibus*, ad genua procidere. 4, 6. 8, 1. *pedibus.* 3, 12.

Adurere manus. 3, 8. *omnia.* 4, 7. *papillam.* 6, 5. *proxima quæque.* 6, 6. *transfertur* etiam ad frigus, quia eo corrupta ustis tostisque similia videantur. ita, *nivis rigor adussit pedes.* 7, 3.

Ædes in singulari, pro domo. 8, 6.

Ædificare classem. 9, 3. *navigia.* 9, 1. *regiam cedro.* 5, 7. *urbem.* 4, 8. *ædificia non contigua, nec muris admota.* 5, 1.

Æger animi. 4, 3. *corpore.* 5, 13. *fuga.* 8, 3. *ex vulnere.* 7, 7. *æg. in tabernaculo miles.* 7, 1. *ægrum corpus.* 6, 3. 7, 9. *ægri relicti.* 9, 4. *ægre coërciti*, difficulter, 8, 7. quid *ferre*, moleste. 3, 6. 4, 6. 10, 2. *ægre ferens ignominiam.* 8, 6. *haud ægre*, facile. 4, 3. 5, 1. 10, 8. *ægritudo.* 9, 9. *animi.* 3, 3. 4, 10. 9, 10. *corporis urget animum.* 3, 5.

Ægypti prætor. 3, 7. *Sabaces.* 3, 11. 4, 1. *Ægyptum vult occupare Amyntas.* 4, 1. *in Ægypto Persarum præsidium.* 4, 1. *terra cæloque aquarum penuria.* 4, 7. *Ægyptii infensi prætoribus suis.* 4, 1. *Persarum opibus.* 4, 7. *Æg. vates.* 4, 10.

ex more patrio Ægyptiorum nihil mutat Alex. 4, 7.

Ælei. 6, 1.

Æmulari, imitari; cum desiderio victoriæ; *fastigium Persica regia.* 6, 6. *famam, gloriam.* 9, 10. *morem.* 6, 2. *quos.* 9, 4. *æmulatio dignitatis.* 6, 8. *æmulus regni.* 5, 7.

Ænei clypei. 4, 3.

Æolis. 4, 5. *servitio barb. exempt.* 6, 3.

Æqualis usus libertatis. 7, 6. *æqualis cui, ætate par.* 8, 13. *æquales mei.* ita Alex. juvenes appell. 7, 11. *æquat agger fastigium terræ.* 8, 10. *altitudo* fluminis *pectora.* 4, 9. *fortuna certamen.* 6, 1. *multitudo juniorum exercitus amissos.* 5, 10. *pondus argenti* tot *talenta.* 3, 13. *æquant humeri Scytharum, verticem Macedonum.* 7, 4. *stipites spatium* tot *cubitorum.* 5, 1. *æquare altitudinem mœnibus.* 4, 6. *cursum equorum.* 4, 1. *fastigium æquo.* 4, 2. *feminam gloria.* 9, 6. *se diis.* 10, 5. *turres.* 4, 6. *velocitatem equorum.* 1, 14. *gloria* quos. 9, 4. *luxuria.* 8, 9. *palma Herculem, &c.* 9, 2. *specie corporis.* 7, 9. *æquantes altitudinem murorum horti.* 5, 1. *corpora navium bellua.* 10, 9. *æquatur* quis cui. 10, 9. *æquantur campi, quæ eminent*, complanantur, 4, 9. *æquatum est fastigium.* 6, 6. *æquata solo sunt omnia.* 8, 10.

Æquor profundum. 4, 7. *vastum, prof.* 7, 5.

Æquo animo, quieto. 4, 6. 5, 9. 6, 8. *quo confiteri.* 8, 1. *servire.* 4, 14. *æq. Marte contendere.* 4, 1. *pugnare*, neutro inclinante victoria. 4, 15. *æquis auribus audire*, faventibus. 8, 5. *oculis videre.* 8, 2. *viribus dimicare.* 6, 1. *æq. utrimque viribus stat pugna.* 7, 4. *æquior locus*, commodior. 6, 1.

Æreus clypeus. 9, 7.

Æs, sc. alienum. 10, 2. *alienum grave contractum luxu.* 10, 2. *as ali. luere, solvere debita.* 10, 2. *as ad naves præbent reges Cypri.* 10, 1.

Æschylus Rhodius. 4, 8.

Æsculapius. 3, 7.

Æstimare quid *magni.* 5, 9. *pluris vitam honesta morte.* 5, 8. *amphoras singulas* tot *denariis.* 7, 4. *animum magnitudine corporis.* 7, 8. *vultu.* 6, 7. *famam simplicius in hoste.* 8, 14. *fidem* cujus. 3, 7. *fidem oraculi.* 4, 7. *numerum copiarum.* 4, 9. *pauciatem.* 7, 11. *regem juste*, 10, 5. *situm locorum.* 4, 6. *speciem corporum in libris.* 9, 1. quid *eodem animo, quo, &c.* 6, 5. quos *habitu corporis.* 5, 5. quid *precio quod libido constituit.* 8, 9. *vita.* 5, 5. quos *pro sociis.* 4, 1. *vere.* 4, 16. *vere & salubriter æstimanti fidem, oracula vana responsa videri potuissent.* 4, 7. *Quanti æstimandum est?* 7, 7. *Æstimatio anceps & cæca angurabatur.* 9, 9. *æstimatione eadem metiri munimenta.* 3, 1. *secreta pensare.* 3, 6. *sera* quid *perspicere.* 8, 2. *consilium perpendere.* 4, 12. *æstimator sui immodicus.* 8, 1.

Æstuans fretum. 8, 9. *æstus* maris *lenis.* 9, 9. *inundat campis.* 9, 9. *campos.* 9, 9. *refert mare.* 9, 9. *æstus* Indici maris describitur. 6, 4. *ejus causa.* 9, 9. *æstu secundo ferri.* 10, 1. *destituta navigia.* 4, 7. *æstus*, calor, *crescens.* 7, 5. *fervidior animalia extinguit.* 10, 10. *intolerabilis.* 4, 7. *intolerandus.* 8, 9. *levat umbræ.* 5, 4. *oritur cum luce.* 7, 5. *æstu fatigari.* 4, 7. 5, 13.

Ætas matura rebus, abunde sufficiens, honestat opera segnis, senectus. 8, 9. *ætatis excusatio.* 8, 1. *ætate illa*, tam senex. 6, 9. *ætas*, ævum, tempus, *nulla vidit amplius imperium.* 4, 14. *præsens.* 8, 5. 9, 10. *ætatis omnis clarissimus rex.* 3, 5. *ætatis suæ nulla*, quæ eo tempore vixerit. 3, 12. *ætate longa.* 5, 2. 5, 7. *tam longa.* 7, 6. *per ætates multas.* 8, 6.

Æterna constitutio, fatum. 5, 11. *æterna sordes.* 4, 1.

Æthiopes Hammonis adcolæ. 4, 7. *Æthiopia.* 4, 8.

Ætoli. 6, 1. *equites.* 3, 2.

Affari, affectare, &c. vide *adfari, adfectare, &c.*

Africa. 10, 1. *Ægypto juncta.* 4, 8.

Africæ elephanti. 8, 9. *Africus* ventus. 4, 2.

Agasones. 8, 6.

Agathon. 10, 1. *præfectus arci Babylonia.* 5, 1.

Agema est certum agmen delectorum hominum, equitum aut peditum de equitibus Curt. 4, 13.

Agenor Tyri & Sidonis condit. 4, 4.

Ager, agri, regio, *adtributus*, 5, 5. *Agri abundantes omni copia.* 5, 1. *opulenti.* 7, 8. *Persidis vastati.* 5, 6.

Agere cuncta consilio quorum. 4, 3. *negotia.* 5, 11. *petiora.* 8, 5. *acta per dueces.* 3, 2. *ag. me cum ingratissimis.* 10, 2.

Digitized by Google

ubi ſtudio aut ira agitur. 6, 9. *agere æſtiva*, habere & tranſigere. 5, 8. *annum X C.* 6, 5. *conventum orbis.* 10, 4. *agere arbitria victoriæ*, tractare. 6, 1. *bellum*, gerere. 4, 10. *curam puellarum.* 10, 5. *pudicitiæ* quarum. 4, 11. *ſui.* 6, 9. *agere cauſam exercitus*, orare, dicere. 9, 3. *lingua Græca.* 8, 9. *ag. gratiæ.* 6, 7. 7, 5. *benevolentiæ* quorum. 3, 8. *pro, &c.* 5. 13. *ago habeoque grates.* 9, 6. *pœnitentiam*, pœnitere. 8, 6. *reum*, accuſare. 10, 1. *vigilias*, vigilare. 4, 13. *noctem metu*, tranſigere. 4, 13. *nocl. perpetuis vigiliis.* 7, 5. *noctes inter pellices.* 8, 3. *actum eſt de dominis*, tranſactum eſt, perierunt. 3, 12. *de nobis, ſi, &c.* 6, 11. *agere*, propellere, trudere, volvere. ſic *agitur fluvius majori impetu.* 9, 9. *navis obliqua.* 9, 4. *aguntur cuncta hoſtium*, quod *agere ferre* dicunt. 4, 1. *præda.* 9, 10. *& volvuntur humana negotia.* 5, 11. *moles numine deorum.* 9, 4. *agit mare fluctus longe.* 6. 4. *flumen undas.* 3. 1. *levitas naturalis aves ad ſidera.* 4, 5. *qua quemque metus agit.* 5, 6. *agere agmen more pecudum.* 5, 13. *agmen raptim*, ducere. 5, 4. 9, 10. *belluas.* 8, 14. *præ ſe captivos.* 7, 6. *claſſem in partem diverſam.* 4, 4. *currus.* 8, 14. *elephantes.* 8, 4. *equum in hoſtem.* 7, 4. *jumenta.* 5, 12. *pecora per calles.* 7, 11. *quadriremes ad urbem.* 4, 3. *agi pecorum modo.* 3, 11. *pecudum more.* 5, 13. *ad nefas.* 8, 2. *in hoſtem imperio, in ſuos pavore.* 8, 14. *agere* etiam de opere dicitur pro facere, ſtruere. ſic, *ag. cuniculos.* 4, 6. *molem mari.* 4, 2. *longius à litore.* 4, 2

Aggerare, aggerere, &c. vide *adgerare, adgerere, &c.*

Aggrammes. 9, 2.

Agilitas rotarum. 4, 6.

Agis rex Laced. 4. 1. *Archidami filius egregie pugnans, interficitur.* 6, 1. *Agis quidam Argivus.* 8. 5.

Agitare, deliberare, *quonam modo uſurparet, &c.* 8, 5. *ut traderent.* 7, 5. *quod conſilium.* 10, 2. *conſ. fugæ.* 5, 8. *proditionis.* 4, 5. *hæc.* 5. 10. *quæ.* 8, 6. 10, 3. 10, 8. *rem in animo.* 9, 6. *ſcelus.* 5, 10. *demittere.* 4, 13. *tradere.* 6, 4. *de tranſitu.* 8, 13. *diverſa agitant animus.* 8, 3. *agitant* quos *furiæ*, vexant. 6, 10. *ſpecies imminentium rerum.* 3, 3. *agitare feras*, venando agere. 8, 1.

Agmen pro exercitu, præcipue cum in itinere eſt. 3, 8. 3, 10. 5, 12. 6, 8. 8, 13. *agmen armatorum medium.* 10, 2. *barbarorum inconditum.* 4, 14. *Caſpianorum.* 4, 12. *dimicantium.* 7, 9. *equitum*, copiæ. 3, 11. 4, 16. *exercitus.* 8, 12. *hoſtium.* 3, 8. 5, 6. *militum.* 8, 12. *peditum.* 8, 4. *ped. ſtabile.* 3, 2. *actum raptim*, 5, 4. 9, 10. *bacchabundum.* 9, 10. *compoſitum.* 4, 10. 6, 4. 8, 1. *diviſum in cornua.* 8, 14. *equeſtre.* 10, 9. *errabundum.* 8, 4. *expeditum.* 4, 14, 7, 5. *exp. ac leve.* 8, 14. *grave.* 3, 7. *adparatu luxuria.* 6, 6. *præda.* 4, 14. *ſpoliis.* 6, 6. *gravius exercitus.* 8, 12. *incompoſitum.* 7, 6. 8, 1. *inconditum.* 4, 14. *ſpernitur.* 9, 1. *inſtructum.* 3, 9. *intactum.* 5, 13. *medium.* 3, 9. 7, 3. *mobile.* 4, 14. *obliquum.* 4, 15. *paratum & ſtare, & ſequi, non pragrave.* 3, 3. *promiſſum.* 4, 12. *quadratum.* 5, 1. 5, 13. 6, 4. *rarius fiebat.* 8, 2. *ſilens.* 5, 4. *non ſpernendum.* 3, 13. *ſtupens.* 8, 4. *ultimum*, extrema pars agminis. 4, 13. 7, 3. ſic etiam dicitur *primum, qui primi agminis erant.* 7, 5. ſic *medium*, ut ſupra *agmen conſiſtit.* 3, 8. 4, 16. *penetrat in fauces.* 5, 3. *vix movetur.* 6, 6. *agmina fugientium univerſa*, ſunt omnes illæ copiæ, quæ catervatim fugiebant. 5, 13. *agmina abrupta.* 4, 15. *denſata.* 5, 3. armatorum *deſcripta.* 3, 2. *emiſſa.* 3, 2. *immenſa.* 4, 1. *imm. infuſa.* 5, 6. *juncta.* 4, 15. *agmen* (pro qualibet multitudine) *memorandum, miſerabile.* 5, 5. pellicum. 8, 9. *refugientium.* 4, 10. *agmina circumſtantium.* 4, 14. *ſpadonum.* 5, 1.

Agnoſcere. vide *adnoſcere.*

Agreſte genus, ferum & rude. 8, 9. *hominum.* 7, 3. *agreſtes pavones*, feri. 9, 1. *agreſtes*, pro ruſticis. 8, 12. *Arabum.* 4, 2. *duces itineris.* 3, 13. *pavidi.* 3, 8. *vagi.* 9, 9.

Agriani Alexandro militant duce Attalo. 4, 13. *Taurone.* 5, 3. *per ardua nituntur.* 8, 11. *jugum montis tenentibus oppoſiti.* 3, 9. *melior concurſatione, quam cominus miles.* 8, 14. *hoſtem eliciunt extra muros.* 9, 8. *equites.* 4, 15.

Agricola pigri. 9, 2. *agricultores.* 8, 12.

Allevare, alloqui, &c. vide *adlevare, adloqui, &c.*

Ala equeſtris *Meleagri.* 4, 13. *Theſſalorum, ipſo impetu proculcata.* 3, 11. *ala quam agema appellant.* 5, 4. *alis hærentibus corvus capitur.* 4, 6.

Alacer clamor. 9, 4. *rex.* 4, 13. *gaudio.* 9, 5. *ala-*

Digitized by Google

9, 5. alacritas Alexandri. 6, 2. animorum. 7, 1. militum. 4, 2. milit. ſumma. 6, 4. mil. tanta. 7, 8. ingens accendit ad pugnam. 4, 15. 9, 9. alacritatis index clamor. 8, 11.

Alba veſte indutus vates. 4, 15. album (ſubſtantive uſurpatum) medium intextum. 3, 3. albentes equi. 3, 3.

Alii amnis bellua. 8, 9. arbor fructus. 7, 4. fontes alunt ſylvas. 4, 7. mare ſerpentes. 6, 4. terra fruges. 8, 9. hominem, frugem. 7, 4. rhinocerotas. 8, 9. terra ſuas arbores. 5, 1. alere bellum vitando. 7. 7. flammam igni. 8, 10. ignem. 4, 3. liberos. 6, 5. 9; 1. otium. 6, 6. materiam belli. 6, 6. 8, 9.

Alexander maximas urbes cepit. 8, 10. vir audacia prompta. 8, 11. ſimplicius eſtimat famam in hoſte, quam cive. 8, 14. temerarius. 9, 8. temerarium animal. 4, 14. frendens. 4, 16. miſerabilis. 10, 7. rex. 4, 1. glaciem perfringit. 5, 6. pedibus iter facit. 6, 5. Perſis cuſtodiam corporis credit. 10, 3. venenum hauſit. 10, 4. plus fortunæ, quam virtuti debuit. 10, 5. cum Amazonum regina concumbit. 6, 5. illachrymatur defuncto hoſti. 5, 13. habitum Perſicum ſumit. 6, 6. militum opera magnus. 6, 9. inteſtino facinore petitur. 6, 7. ſemper ablectatur difficultatibus. 6, 6. ſua demptum gloriæ exiſtimat, quidquid ceſſiſſet aliena. 6, 1. deus credi vult. 6, 11. clemens. 5. 3. moderatus. ibid. vulneratur. 3, 11. 4, 6. 7, 6. 8, 10. 9, 5. moritur. 10, 5. Alexandri celeritas. 5, 8. corpus. 10, 10. convivium magnificum. 9, 7. diadema. 10, 6. elogium. 10, 9. ingenium nihil ſolidius habuit, quam admirationem veræ laudis. 8, 14. laudes. 10, 5. nomen & fama reges diffundit. 10, 9. nominis terror totum orbem invadit. 10, 4. operum fundamenta. 10, 2. oratio ad Amyntam. 7, 2. ad milites. 3, 10. 4, 14. 6. 3. 8, 9. ad Perſas. 10, 3. ad Polydamanta. 7, 2. ad Siſygambin. 5, 2. in Philotam. 6, 9. in Amyntam. 7, 1. in Hermolaüm. 8, 8. in univerſum exercitum. 10, 2. teſtamentum. 10, 10. veſtis. 10, 6. virtutes vinolentia fœdata. 5, 7. vitia. 3, 12. Alexandro gentes adſtantur. 10, 4. baſitanti fortuna conſilium ſubminiſtrat. 6, 6. ab Alex. domitæ gentes. 6, 3. in Alex. bona fuerunt naturæ ejus, vitia vel fortunæ, vel ætatis. 10, 1.

Alexandri filius. 10, 6. frater. 10, 7.

Alexander quidam dux. 7, 10. aliud fortaſſis. 8, 11. interficitur. 8, 11.

Alexander, Magni proavus. 6, 11.

Alexander Lynceſtes per biennium detinetur. 8, 8. occiditur. 7, 1.

Alexandria Ægypti. 4, 8. eo transfertur corpus Alexandri. 10, 10. ad Caſpaſum, 7, 3. Al. ad Tanaim. 7, 6. apud Sabracas. 9, 8.

Alias, alio tempore. 3, 2.

Alicarnaſſus. vide Halicarn.

Alienari à rege. 5, 9. alienatus à quo animus. 6, 9.

Alienigena. 5, 11. al. dominus. 7, 8. alienigenæ & externi. 6, 3.

Alieno Marte, adverſo. 7, 7. haud alienum fuit rebus quas agimus, retinere, &c. 8, 8. al. tempus, parum commodum. 1, 9. aliena virtute, non ſua, vincere. 4, 16. al. regnum. 7, 4. aliena nomina. non amplius convenientia. 3, 11.

Alimenta, commeatus. 4, 8. tridui. 5, 4. congeſta. 7, 11. conſumpta. 9, 10. ſumpta. 7, 11. deficiunt. 7, 4. 10, 8. ſufficiunt. 3, 8. alimenta igni dare, ſcil. concremanda. 6, 6. alim. portat miles leviter armatus. 5, 4.

Aliaqui, cereroquin; etſiſi quod dictum eſt, ſe non ita haberet. 8, 2. aliaquin. 4, 2.

Aliquantulum altitudinis. 6, 5. aliquantum veſtis lineæ. 9, 8.

Alius Liber pater, ſecundus, alter. 9, 8. alius alium adhortati. 7, 9. levantes. 5, 3. occurſantes. 10, 5. faſtidio. 5, 5. alia atque alia regione, diverſis regionibus. 4, 1. aliud atque aliud. 6, 6. conſilium. 5, 12.

Alpes. 10, 1.

Altaria argentea. 3, 3. 5, 1.

Altitudo arborum. 7, 8. montis. 4, 2. muri. 5, 1. murorum ſumma. 5, 1. petræ creſcit. 7, 11. turris. 3, 1. in altitudinem eximiam edita arbores. 9, 1. altior noſtro animo cogitatio. 9, 3. altiora petra. 8, 11. altiſſima quæque fortuna. 6, 6. altius repetitus ferme. 9, 6. altum etiam pro profundo ſumitur: ita flumini tribuitur altitudo. 4, 9. altus limus. 5, 1. ſomnus. 6, 10. 8, 3. ſopor. 7, 11. alta diſſimulatio. 10, 9. terra. 5, 1. ſabulum. 4, 7. in altum cavata cavernæ. 8, 10. alti receſſus. 7, 11.

alta nivei. 7, 3. *altum* ſcil. mare. 4, 4. *in altum præcipitare.* 4, 2. *ex alto*, mari. 4, 2. *altior ſomnus.* 4, 13. 9, 8. *altius conſilium.* 6, 11. *malum.* 10, 2. *altiſſima flumina.* 7, 4. *alte egeſta humus.* 7, 10. *altius iram ſupprimere.* 6, 7.

Alveolus fluvii. 6, 4. *alveus fl.* 3, 4. *angustior.* 9, 2. *clementior.* 5, 3. *medius.* 4, 9. *novus.* 6, 4. *præceps.* 9, 9. *preſſus in ſolum.* 5, 4. *alv. profundus.* 8, 13. *rectus.* 8, 9. *ſpatioſior.* 6, 4. *tenuis.* 7, 10. 9, 4.

Alumnus, quem quis à puero educavit. 3, 6.

Alys. vide *Halys.*

Amanica pyla. 3, 8.

Amantis animus in ſolicitudinem ſuſpitionemque revolvitur. 4, 10.

Amara aqua. 9, 9.

Amator. 6, 7. & *exoletus* correlata. 6, 7. & ſcortum. 6, 10.

Amazonum campi. 6, 4. *gens Hyrcaniæ finitima.* 6, 5. *veſtis.* 6, 5. *regina Thaleſtru.* 6, 5. *cum Alexandro conſuevit.* 6, 5.

Ambigere, dubitare. 3, 3. *ambigi poteſt, an.* 7, 2. *in ambiguo eſt, an.* 8, 6.

Ambiebat muros mare. 4, 2. *ambientes undique rami.* h. e. circumfuſi, circumcirca imminentes. 4, 7. *ambitus operis.* ſpatium quo ambiri poteſt. 5, 1. *ambitum, muris deſtinare.* 4, 8.

Ambraciotæ. 1, 11.

Amendes. 7, 3.

Amens & amare & metu. 6, 7. *conſcientia ſceleris.* 6, 9. *dolore.* 4, 10. *magnitudine periculi.* 6, 9. *amentia.* 8, 14. *ejuſdem amentiæ ceteri.* 6, 9.

Amicitia mihi fuit cum quo. 6, 10. *nulla eſt inter dominum & ſervum.* 7, 8. *firmiſſima inter pares.* 7, 8. *amicus animus.* 4, 11. 8, 12. 10, 4. *amicus* cui. 7, 1. *amiſſus.* 7, 7. *amici Philotæ.* 7, 1. *amici boni.* 7, 8. *impiorum inſontes.* 6, 10. *amici* etiam appellantur regum præcipui miniſtri. ſic *amicus ante omnes.* 7, 1. *amici Alexandri.* 4, 1. *circumfuſi.* 7, 5. *convocati.* 8, 4. *fideles, ſeduli.* 3, 6. *non tam gratiam, quam utilitatem regum in conſilio habere debent.* 2, 2. *amici pariter & medici.* 3, 5. *amicorum cohors.* 6, 2. *coh. prima.* 6, 7. *vetuſtiſſimus.* 5, 9.

Amiculum. 10, 1. *detractum.* 3, 12. *obſoletum.* 6, 9. *Dar. projectum.* 3, 6. *puniceum.* 9, 7. *amiculo abſterſi oculi.* 6, 9. *amicula punicia.* 3, 3. *ex purpura.* 10, 2.

Amiſſus. 10, 8. ſuſpectum nomen.

Amittere aciem. 4, 14. *conjugem.* 4, 14. *ducem.* 7, 4. *equos.* 7, 1. *exercitus.* 5, 10. *fortunam.* 3, 11. *impedimenta.* 4, 15. *imperium.* 5, 8. *multa.* 5, 11. *poculum.* 9, 7. *regem.* 6, 11. *ſpem obtinendi.* 4, 1. *Thraciam* 10, 1. *telum.* 9, 7. quid *è manibus.* 9, 2. *plus amiſſum victoria, quam bello quæſitum.* 6, 6. ponitur & pro *dimittere*, vel *omittere*, ut *amit. metum.* 3, 6.

Ammon. vide *Hammon.*

Amnis Araxes. 7, 3. *Granicus.* 3, 1. 4, 13. *Oxus.* 7, 4. *Pyramus.* 3, 8. *Sangarius.* 3, 1. *Tanais.* 7, 4. *coercitus angustioribus ripis.* 6, 4. *conceptus (ortus) ex fonte.* 6, 4. *conditus*, ſcil. ſub terram. *Ibid. conſtratus navigiis.* 9, 8. *difficilis tranſitu.* 9, 2. *frigidiſſimus.* 3, 4. *ignotus.* 8, 13. *impeditus ſaxis.* 9, 2. *inclutus.* 3, 1. *incorruptus.* 3, 4. *inumbratus riparum amœnitate.* Ibid. *junctus ponte.* 3, 7. *labens leni tractu è fontibus.* 3, 4. *minor.* 5, 4. *obumbratus.* 5, 4. *præterfluens.* 8, 11. *repercuſſus ſaxo.* 6, 4. *retentus.* 5, 1. *ſimilis ubique fontibus ſuis.* 3, 4. *ſpatioſior.* 6, 4. *torrens.* 8, 2. 8, 10. *univerſus.* 6, 4. *amnem hoſti velut murum objicere.* 7, 4. *amne adverſo ſubire.* 10, 1. *ſecundo.* 9, 6. 9, 8. 9, 9. *defluere.* 4, 8. *deſcendere.* 4, 7. *devehi.* 9, 8. *amne ſuperato.* 5, 3. 7, 4. 9, 4. *amnes ignobiles.* 8, 9. *incluti, orti mont.* 8, 9. *incl. Pyramus & Cydnus.* 3, 4. *ſuperati.* 7, 10. *amnium humor fertilitatis cauſa.* 5, 1. *amnis accipit* alium amnem. 5, 4. *adluit prata.* Ibid. *aperit itinera.* 6, 4. *vadum.* 4, 9. *cogit iter.* 6, 4. *uterque conliditur.* 8, 9. *diffunditur in latitudinem.* 6, 4. *dilabitur alveo.* 5, 4. *effunditur.* 6, 4. *erumpit.* 6, 4. *evehitur.* 5, 4. *evolvit aquas in, &c.* Ibid. *excipitur puro ſolo.* 3, 4. *fluit in longitudinem* tot *ſtadia.* 6, 4. *haurit* quid. 8, 11. *inliditur actus.* 5, 1. *intendit novum alveum.* 6, 4. *labitur conditus.* Ibid. *præterit mœnia.* 7, 4. *profluit ex monte.* 5, 1. *ſubit terram.* 6, 4. *vehit aquam.* 5, 2.

Amœnitas operis. 5, 1. *ripurum.* 3, 4. *amœni umbra & proceritate arborum horti.* 5, 1. *nemoribus receſſus.* 7, 2. *fontibus ſylva.* 8, 1.

Amoliri, removere, quos *ab oculis mortalium.* 8, 5.

INDEX.

Amor conjugii. 5, 1. *contubernii, liberorum.* 5, 5. *eorum quæ cogitaveris, naturalis.* 7, 4. *uxoris immodicus.* 8, 3. *hærens penitus.* 8, 3. *amore amnis* retinentur *Nymphæ.* 3, 1. *exoleti flagrare.* 6, 7.

Amovere poculum, Gallice. oſter. 9, 7. *amotu longius ceteris.* 7, 1.

Amphora ſingula ſucci, mellis, vini. 7, 4.

Amphoterus classi præficitur. 3, 1. *insulas invadit.* 4, 5. *Cretam liberare jussus.* 4, 8.

Amplecti quem. 5, 12. *cervicem* cujus *manibus.* 3, 12. *dextram.* 3, 6. 6, 10. *singulos familiarius.* 9, 6. *murus amplectitur* tot *stadia.* 7, 6. *spatium tot pedum in latitudinem.* 5, 1.

Amplior ceteris insula. 8, 13. *haud amplius quam mille.* 3, 11. & omiſſa particula, *haud ampl. tria millia.* 6, 1. *amplissimum intervallum.* 5, 1.

Amputare aures. 5, 5. *crus ferro.* 9, 1. *manum gladio.* 4, 6. 8, 1. *manus.* 3, 8. 5, 5. *membra.* 4, 15. *pedes.* 5, 5. *securibus.* 8, 14.

Amyntas missus in Maced. ad delectum militum. 4, 6. *multos adducit.* 5, 1. 7, 1. *conjurationis in regem arguitur.* 7, 1. *olim prætor Alex.* 3, 11. *ex ancipiti mutatione temporum pendens.* 4, 1. *ab Ægyptiis avide exceptus.* 4, 7. *occiditur.* 4, 1.

Amynt. regi *insidias struit.* 6, 9. 6, 10.

Amyntas, neſcio quis, dux copiarum in pugna ad Iſſum. 3, 9. ad *Arbela.* 4, 13. *præfectus equitum.* 14, 15. *expeditam manum habet.* 5, 4. 6, 4. *regis prætor.* 6, 9. *provinciam Clyti accipit.* 8, 12. *barbaros vincit.* 8, 12.

Anceps acies. 3, 7. *æstimatio.* 9, 9. *conjectura.* 6, 11. *crimen.* 7, 1. *fides* 3, 8. *genus auxilii.* 8, 14. *hostis.* 5, 12. *malum.* 4, 15 5, 3. 5, 4. *ma. utriusque.* 8, 14. *mutatio temporum.* 4, 1. *periculum.* 7, 7. 9, 4. *prælium.* 8, 2. *pugna.* 8, 14. *quæstio.* 6, 11.

Ancyra. 3, 1.

Andromachus Cœlæ Syriæ prætor. 4, 5. *occiditur.* 4, 8.

Andromenes. 5, 1. *Andronicus.* 7, 3.

Andrus insula. 4, 1.

Anfractus callium. 5, 4.

Angens Phelotæa. 5, 2.

Angit quem *dolor, pudor.* 5, 3.

Angustiæ aditus. 3, 4. *Ciliciæ.* 4, 13. 7, 11. *itineris.* 8, 12. *loci.* 3, 3. 6, 1. *locorum.* 4, 13. *saltus.* 3, 7. 3, 8. *quas Susidas Pylas vocant.* 5, 3. *munita situ.* 8, 2. *occupata.* 3, 7. *non capiunt multitudinem.* 3, 7. *angusta via.* 3, 4. *corona muri.* 9, 4. *angusti calles.* 4, 9. *angustiores ripæ.* 6, 4. *angustissimum spatium inter duo maria.* 3, 1.

Anima quem *defecit*, reſpiratio. 7, 7. *anima* pro vita. 5, 4.

Animal domitum ad mansuetudinem 9, 8. *pavidum, equus.* 8, 14. *rarum.* 9, 1. 9, 2. *tardum & pene immobile*, elephas 8, 14. *unum, idque temerarium & vecors, Alexand.* 4, 14. *animalia inclusa vivario.* 8, 9. *insuetata, invecta.* 8, 9. *quadam amisso aculeo torpent.* 4, 14.

Animus regis, rege dignus, regius. 5, 9. *abhorrens facinore.* 6, 7. *æquus.* 4, 6. *amicus.* 4, 11. 10, 4. *anxius.* 7, 1. *elatus super humanum fastigium.* 9, 10. *impotens.* 10, 8. *infractus.* 9, 2. *iniquus.* 10, 4. *invidens gloriæ alterius.* 6, 9. *iniquus.* 6, 9. 7, 9. 9, 5. *major.* 3, 2. *obluctans difficultatibus.* 6, 6. *par roboris corporis.* 8, 13. *pervicax.* 10, 3. *præsagiens.* 3, 3. *reconciliatus.* 6, 10. 7, 2. *scelestus.* 7, 1. *unus.* 6, 6. *animus* quibus *erat ad moriendum, ad fugam.* 5, 3. *ad parricidium.* 5, 13. *æstimatur vultu.* 6, 7. *linquit.* 8, 2. *subjicit aliud.* 6, 6. *sustentat corpus.* 8, 2. *animi constantis* homo. 6, 7. *divinatio.* 3, 3. *idem animi sibi & militibus esse*, eumdem animum. 9, 2. *nihilo plus his animi fuit*, roboris, audaciæ. 9, 8. *animum bonum habere.* 3, 12. 5, 5. *animum regis capere.* 4, 1. *animo liberi hominis loqui.* 7, 1. quid *contemnere.* 4, 16. *in animo est bellum.* 4, 11. *animi & corda.* 5, 9. *hostium labant.* 5, 3. *confirmati.* 4, 15. 5, 1. *impii.* 5, 10. *militares.* 4, 2. 5, 10. *pendentes.* 4, 5. *pleni alacritatis.* 9, 2. *præparati ad dimicandum.* 10, 9. *territi prælio.* 4, 1. *animis non perinde imperari potest, ut linguis.* 8, 5. *animis amicis coire.* 8, 12.

Annexus. vide *adnexus.*

Anniversarium sacrificium. 8, 2. *sacrum.* 4, 2. quotannis rediens.

Annuere. vide *adnuere.*

Annulus, quo Alex. obsignare solitus. 10, 6.

Annuli veteris gemma. 6, 6. *an. sigillum.*

lam. 3, 6. *an. ignoti fig.* 3, 7. *an. signum.* 7, 2. *annulo obsignata epistola.* 3, 7.

Annus Indicus. 8, 9.

Ante Iovem haberi, anteponi Iovi. 8, 7. *ante rationem esse.* 7, 7.

Antecedere agmen, præire. 3, 9. *celeritatem famæ*, prævenire. 7, 2. *fidem magnitudine rerum*, gerere creditis majora. 8, 1. *Alex. omnes reges antecessit indole.* 5, 7. *antecedere signa volatu.* 4, 7.

Anteire currum. 3, 3.

Antennæ. 4, 3.

Antesignani. 4, 6.

Ante vertere celeritatem famæ. 7, 2.

Anticles. 8, 6.

Antidamus. Ibid.

Antigenes virtutis causâ donatus. 5, 2.

Antigonus præter Alexandri Lydiæ Phrygiæque præsl. Persas vincit. 4, 1. *Lycaoniam capit.* 4, 5. *virtutis causa donatur.* 5, 2. *Lyciam, Pamphyliam, & Phrygiam obtinet.* 10, 10.

Antipater pecuniam accipit. 3, 1. *bellum cum Laced. gerit.* 4, 1. *eosque vincit.* 5, 6. *invidente Alexan.* 6, 1. *regi supplementum mittit.* 7, 10. *res Europæ curare jubetur.* 10, 7. *invadit Græciam.* 10, 10.

Antipater quidam conjurat in Alex. *& regnum Maced.* 3, 6.

Antiquissimi Mac. regum. 8, 8.

Antiquitas tradit. 7, 3.

Anulus. vide *annulus.*

Anus. mater Darii, contemptim ita dicta. 4, 11. *anus avia.* 3, 11.

Anxietas animi. 4, 13. *anxius animus.* 7, 1. *anx. dolore, pudore.* 9, 10. *solicitudine.* 9, 4. *tanto malo rex.* 7, 5. *anx. de instantibus curis.* 3, 3.

Aornus petra. 8, 11.

Aperit aditus Ciliciam. 3, 4. *alveus vada.* 8. 13. *amnis duo itinera.* 6, 4. *ap. os.* 6, 4. *ap. vadum.* 4, 9. *Arabia se euntibus à læva.* 5, 1. *aperuere se campi.* 4, 7. *sinus montium majus spatium.* 3, 9. In his *aperire* est ostendere, & patefacere. Affinis huic significationi est illa, cum homo dicitur *aperire* cui *Asiam.* 7, 1. *cælum.* 8, 5. *fines Orientis.* 9, 1. *iter novum mare.* 5, 3. *sibi aliam naturam, alium orbem.* 9, 6. cui *Oceanum sanguine suo.* 9, 4. *saltum.* 6, 5. *gentibus terras.* 9, 6. *aperire causam fugæ*, manifestare, aperte prodere. 7, 1. *consilium* 7, 4. *parricidium.* 5, 9. cui *quæ.* 6, 7. *quid pararetur.* 8, 6. *aperuit tandem Iupiter oculos.* proprie. 5, 5. *aperire literas.* 3, 13. *oculos ad* quid. 7, 5. *aperitur humus nive discussa.* 7, 3. *aperte fugere*, palam. 6, 1.

Apharias. 7, 1.

Aphœbetus. 7, 1.

Apollinis species per somnum oblata. 4, 3. *Apollinem Hercule retinere.* 4, 3.

Apollodorus. 5, 1.

Apollonides Chium obtinens. 4, 5. *vincitur.* 4, 5.

Apollonius. 4, 8.

Apparare, appellare, &c. vide *adparare. adpellare.*

Aptare, parare, *omnia ad transeundum.* 7, 8. *remos.* 9, 9. *sarcinas itineris.* 6, 2. *se pugnæ.* 7, 9. *apte regi*, commode. 8, 8. *aptum insidiis tegendis iter.* 7, 7. *alendo igni.* 4, 3. *ut cujusque animis aptum*, conveniens, *erat.* 3, 10. *aptior prælio locus.* 3, 7. *aptiores*, paratiores, *itineri quam prælio.* 3, 8.

Aqua calescit, exæstuat, sinit, manat. 4, 7. *aqua salsa. ibid. amara, quæ corrumpit dulcem.* 9, 9. *delicata.* 5, 2. *means.* 7, 10. *præalta.* 9, 9. *tepida manat, frigida sinit.* 4, 7. *aquæ abhorrentes à colore maris.* 8, 9. *ceuntes.* 8, 2. *dispensata.* 6, 4. *largæ manant ex fontibus.* 6, 6. 9, 1. *perennes.* 8, 1. *per. manant.* 8, 10. *recurrentes in fretum.* 9, 9. *repercussæ.* 8, 9. *segnes.* 8, 9. *late stagnantes.* 8, 13. *torrentes.* 9, 2. *torrentium.* 5, 4. *aquæ rubent.* 8, 9. *subeunt terram.* 6, 4.

Aquila aurea, extendens pinnas. 3, 3. *volans super caput regis.* 4, 15.

Aquilones deërant reliquæ regionis. 8, 9.

Ara Herculis. 4, 3. *posita pro numero fluminum.* 9, 4. *sacrata.* 3, 12. *duodecim ex quadrato saxo erecta.* 9, 3. *locantur*, statuuntur. 8, 11.

Arabia. 4, 3. *odorum fertilitate nobilis.* 5, 1. *Arabica vestis.* 7, 2. *Arabis cujusdam* audacia. 4, 6. *Arabes.* 4, 7. *Arabum agrestes in Libano.* 4, 2.

Arachosii Persis subditi. 4, 5. *Dario militant.* 4, 12. *subacti ab Alexandro.* 7, 3. *in coloniam deducti.* 9, 10. *rex expeditionem parat in Arachosios.* 7, 2.

Aradus. 4, 1.

Digitized by Google

Aratrum, donum Scyth. 7, 8.
Araxes. 4, 5. *amnis interfluit*. 5, 5.
Araxu amnis curſus. 5, 4. *Araxem amnem ſpectat Caucaſi dorſum*. 7, 3. *ad Ard. amn.* ſita Perſepolis. 5, 7.
Arbates. 10, 10.
Arbela. 4, 9. *vicus nobilis clade* Darii. 4, 9. *ejus* loci *campi oſſibus ſtrati*, 9, 2. *traduntur Alexandro*. 5, 1. *Arbela venit Darius*. 4, 16. 5, 1.
Arbiter arcanorum regis. 6, 8. *ſecretorum*. 3, 12. *arbitris remotis*. 5, 11. 5, 12. 6, 7. 6, 11. 7, 5. *ſubmotis*. 4, 10. *ſine arbitris*. 7, 8. *ſine arbitris eſſe*, nullo præſente. 10, 8. *ſine arb. loqui*. 7, 1. *arbiter victoriæ*, qui ſuo arbitrio judicioque ea utitur. 6, 1. hoc ſenſu & , *arbitrium vitæ agere*, &c, *arbitrium pacis ſuſcipere*, dixit: *arbitrio parentum*, ut parentibus viſum eſt. 9, 1. *ſcorti regna dare*. 10, 1. *arbitrium victoriæ*. 3, 12. 5, 8. *liberum*. 7, 5. *lub. mortis*. 4, 4. *arbitrio meo*, pro lubitu. 3. 4.
Arbor frequens, ſingul. pro plurali. 6, 4. *generata ex ſua radice*. 9, 1. *melifera*. 6, 4. *ſola gignitur*. 9, 10. *multa*. 7, 4. *truncæ*. 8, 11. *vetuſtæ*. 9, 5. *arbores denſæ conſitæ*. 6, 5. *inſitatæ*. 9, 1. *magnæ diu creſcunt, una hora exſtirpantur*. 7, 8. *præalta denſæque*. 6, 4. *proceræ*. 4, 2. 7, 9. *procæ & in altitudinem edita*. 9, 1. *tecta fronde*. 5, 4. *arborum libri*. 8, 9. *arbores* Indi *pro diis colunt*. *quas violare capitale eſt*. 8, 9.
Arbupales Artaxerxis ex Dario nepos. 2, 3.
Arcana & ſecreta. 6, 7. *& ſilenda*. 6, 7.
Arcanorum regis arbiter. 6, 8.
Arcana regum celant Perſæ. 4, 6.
Arcere hoſtem aditu, prohibere. 4, 9. *naves miſſilibus*. 4, 2.
Archepolis. 6, 7.
Archoſii, vide *Arach.*
Arctus aditus, anguſtus. 5, 3. *arctum os ſpecus*. 7, 11. *in arctius cogi*. 7, 3. *coire*. 5, 1. 8, 11. *arctiora omnia fiunt*. 3, 1. *tempora ſomni quam noctis*. 3, 2. *in arctiſſimum cogitur regio*. 8, 2.
Arctiſſimæ fauces. 3, 4. 5, 3.
Arctæ meat ſpiritus. 3, 6.
Arctius. 4, 2. *ſtare*. 4, 13.
Arcus intenti. 3, 4. *Scythici*. 10, 1.
Ardet ſaltus incendio. 8, 4. *ardent caſtra*. 3, 3. *omnia incendio*. 3, 8. *ardens amore*. 8, 6. *ardor animi*. 4, 16. *animorum*. 7, 11. 9, 9. *certaminis*. 8, 14. *cupiditatis*. 8, 4. *militum ingens*. 8, 10. *pugnæ*. 8, 2.
Ardua ſemita. 5, 4. *arduum & præceps iter*. 5, 4. *arduum* eſt *progredi* difficile. 6, 6. *videbatur perſequi*. 9, 2.
Arena fervens penetrat loricam. 4, 3. *fervida*. 4, 3. *ebruit quos*. 7, 4. *arenæ cumulata morantur amnem*. 5, 2. *ſteriles*. 7, 4. reperitur & *harena*, ſed minus recte. deducitur enim ab *arere*.
Aretes. 4, 15. *inflat Scythis*. 4, 15.
Argentum cumulatum. 5, 6. *ſignatum*. 8, 12. 10, 1. *non ſig. ſed rudi pondere*. 5, 2. *argentei lecti*. 8, 8. *argentea effigies avium*. 8, 9. *lamina ſcutis addita*. 8, 5. *patera*. 4, 7. *turibula*. 8, 9.
Arguere, incuſare, *judicem*. 6, 10. quem *avaritiæ, defectionis*. 10, 1. *arguebatur particeps ſceleris*, deferebatur pro participe. 6, 11.
Argyraſpides, argentea ſcuta geſtantes. 4, 13.
Ariani. 7, 3. vide mox, *Arii*.
Ariarathes. 10, 10.
Ariaſpi. 7, 3.
Aridæus Philippo genitus. 10, 7. *induitur veſtem regiam*. 10, 7.
Arida materia, fomentum ignis. 5, 7.
Arieti. 7, 3.
Arietes, machinæ murales, *admoti*. 8, 2. *arietum pulſus*. 4, 3. *arietare* (more arietis incurſu præcipitare) *in terram*. 9, 7.
Arimazes. 7, 11. ejus ſuperbia. 7, 11.
Ariobarzanes Darii dux. 4, 12. *Suſidas Pylas ſervat*. 5, 3. *erumpit per aciem Maced*. 5, 4.
Arioli & vates. 7, 7.
Arii. 7, 3. *Ariorum gens*. 7, 4. *ſatrapes*. 6, 6.
Ariſtander peritiſſimus vatum. 4, 2. *maxima fide*. 4, 6. *ad vota & preces vocatus*. 4, 13. *alba veſte indutus*. 4, 15. *extà nunciat Erigyio*. 7, 7. *regi*. 7, 7. *Ariſtandro plurimum credebatur ex vatibus*. 5, 4. *credulitatem ſuam adjuverat Alex*. 7, 7.
Ariſtogiton. 3, 13.
Ariſtomedes. 3, 9.
Ariſtomenes dux Darii. 4, 1.

Ariſton. 4, 9. *Methymnæorum tyrannus.* 4, 5. *necatur.*

Ariſtonus, graviter *ſauciatur.* 9, 5. patrem *Piſæum* habuit. patriam *Æliam.*

Arrian. 6, 5. *Ariſteni* ſententia de ſucceſſore Alex. 10. 6.

Arma armis conſerta. 3, 2. *armis pulſata.* 3, 11. *diſtincta auro & argento.* 8, 13. *gravioria.* 5, 13. *inſignia.* 4. 13. *intermittentia.* 4, 13. *juſta.* h. e. qualia mento habere debet miles. 4, 14. 9, 7. *levata ſuper capita.* 8, 13. *lubrica.* 4, 6. 8, 4. *ſudore.* 6, 1. *nova.* 9, 4. *vetera crematuntur.* 9, 3. *feruntur in ſarcinis.* 5, 11. *in arma procumbere moribundum.* 9, 4. *in armis eſſe.* 4, 13. 9, 8. *ſtare.* 4, 13. *arma* etiam ſumuntur pro bello; ſic *arma & acies.* 3, 6. *arma Græcia commota.* 4, 1.

Armamentarium. 6, 7.

Armatus ſit oportet quem oderim. 4, 11. *armata ſemper gens.* 7, 8. *armati audacia.* 8, 13. *bipennibus, ſcutis.* 3, 2. *lanceis.* 8, 13. *levius.* 7, 8. *bini armati.* hoc eſt: milites. 7, 7. *armatorum agmen.* 9, 2. *armatos omnia ſequuntur.* 5, 2. hoc eſt *omnia eſſe virorum fortium armatura pro* genere armorum, modoque perarmandi. 3, 2. *armatura levis*, leviter armati. 6, 4. 6, 6. 8, 10. 9, 10.

Armenia major. 4, 12. *Mithreni data.* 5, 1. *Armenii* in exercitu Darii. 3, 2. *Arm. minores.* 4, 12.

Armentum pretioſum, tauri. 8, 12. *armenta.* 8, 4-7, 4. *armenta, & pecora.* 9, 8. *armentorum greges.* 9, 2.

Armigeri Darii. 4, 15. *Leoniati.* 3, 2. *Alex.* 6, 8. *arm. corporiſque cuſtodes.* 8, 2.

Arpalus. 10, 2.

Arripere ſaxum. 6, 9.

Ars belli. 7, 7. *eximia.* 7, 5. *magica.* 7, 4. *artis eximia medicus.* 9, 5. *pretioſa vaſa.* 5, 6. *artes animi.* 3, 6. *belli.* 4, 13. *pacis.* 6, 11. *pacis, militiæ.* 9, 8. *ſtudiorum liberalium.* 8, 6.

Artabazes Cilicia prætor. 3, 4.

Artabazus præceptum puratorum. 3, 13. *vetuſtiſſimus amicorum Darii.* 5, 9. *eum mitigat.* 5, 9. *imperatoris officiis fungitur.* 5, 3. *a Dario digreſſus, Parthienem petit.* 5, 12. *occurrit Alexandro.* 6, 5. *ab eo geminato honore auctus.* 6, 5. *contra Satibarzanem mittitur.* 7, 3. *Babylonius præfectus.* 7, 5. *ætate ſe excuſat.* 8, 1.

Artacæna. 6, 6.

Artaxerxem adpellari jubet Beſſus. 6, 6

Articulus rerum, momentum ſtatus & conditionis.

Artifices. ſic adpellantur qui ſcenæ aut muſicæ dant operam. 7, 2. *Babylonienſium.* 5, 1.

Artoxerxes. vide *Artaxerxes.*

Artus rigent horrore. 3, 5.

Arva. 6, 4.

Aruſpices. 7, 7.

Arx Babylonis. 5, 1. *Perſepoleos.* 5, 6. *Bactriana occupata.* 9, 7.

Aſcendere, aſcidere, &c. vide *adſcendere, adſidere, &c.*

Aſclepiodotus. 7, 10. al. *conjurat in Alex.* 8, 6.

Aſia deficiens. 7, 9.

Aſiæ gentes. 3, 2. *Europæ idem regnum.* 10, 4. *ſpatium anguſtiſſimum.* 3, 1.

Aſiæ potiri. 3, 1. *Aſiæ adſcribuntur Scythæ.* 6, 2.

Aſiam poſſidet Alex. 9, 6. *ab Aſiæ regnatum fœmina.* 10, 1.

Aſpaſtes interfectus. 9, 10.

Aſpectus. vide *adſpectus.*

Aſper aditus. 7, 11. *aſpera cultu vitæ gens.* 6, 5. *aſperum ei*, ſaxis impeditus aditus. 8, 9. *aſpera ripa.* 8, 11. *aſpera ſaxorum.* 7, 11. *remedia.* 5, 9. *aſperitas locorum.* 7, 3.

Aſpergere. vide *adſpergere.*

Aſpernari imperium. 10, 2. *imp. novum.* 4, 1. 5, 7. 10, 5. *proditionem.* 5, 10. *aſpernantes.* 6, 6.

Aſpicere, aſpirare. vide *adſpicere, adſpir.*

Aſſacanus. 8, 10.

Aſſentiri, aſſequi. vide *adſentiri, adſequi.*

Aſſeres validi. 4, 3. *validi ligati.* 4, 3.

Aſſervare. aſſidere, &c. vide *adſervare, adſid. &c.*

Aſſurgere ſive *adſurg. inſtu ſupplex.* 4, 6. *adſurg.* conſurg. ſe erigere. 9, 5.

Adſtringere, aſtruere. vide *adſtring. &c.*

Athariates. 5, 2. *Philotam comprehendit.* 6, 8.

Athenagoras Chiorum princeps. 4, 5. *vinciſtur.* 8, 5.

Atizyes interficitur. 3, 11.
Atrocitas criminum. 10, 1. *gratiam meriti vincit.* 8, 3.
Attalus Alexandro inimicus gravissimus. 6, 9. *occiditur per Parmenionem.* 8, 7. *ea cades objicitur Alexandro.* 8, 1. *alius Agrianis praefectus.* 4, 13. *Alexandro similis.* 8, 13.
Attarat. vide *Atharias.*
Attentare, atterere. vide *adten. adter, &c.*
Attica terra. 10, 2.
Attinas. 8, 1.
Attinere, attingere, &c. vide *adtinere, &c.*
Atyxies. vide *Atizyes.*
Avaritia Macedonum. 10, 1. *in comparatione meliorum viliora contemnit.* 3, 11. *avaritia nihil nefas est.* 4, 10. *quae nihil moratur.* 3, 13. *avaritia gloriae*, nimia & insatiabilis cupido. 9, 2.
Auctor cujus opera, impulsu, consiliove quid gestum est, ut 7, 1. *auctor & nuncius idem.* 3, 7. *auctor belli.* 9, 1. *gentibus capessendi bellum.* 4, 9. conjurationis. 6, 8. *consternationis.* 7, 10. *deditionis.* 9, 7. *discordiae.* 10, 8. 10, 9. *generis*, conditor. 4, 7. *repetendi sacrum.* 4, 3. *sceleris*, 4. 8. 6, 9. 8, 6. *vulneris.* 7, 7. *levis.* 4, 3. 6, 7. id est nullius fidei index. *sine auctore rumor*, sine capite. 6, 2. *auctores*, pro historicis. 10, 10. *auctoritas regum.* 6, 8. *criminantis gravior.* 10, 1. *principum.* 10, 7. *inveterata apud milites.* 6, 8. *major senioribus.* 9, 3. *eminet in Poro.* 8, 12. *auctoritatis modica.* 6, 7. *auctoritatem divinitatis accipere.* ut videlicet alius ejus rei auctor videatur. 8, 5. *auctor. habuere litera.* 6, 10. *auctor.* quorum *sequi.* 7, 6.
Audacia prompta vir. 8, 11. *prompta esse.* 9, 6. *aud. ratio minuitur*, 4, 9.
Audere facinus tantum. 6, 8. *experiri.* 3, 5. *hiscere.* 6, 9. *quiescere.* 5, 12. *vincere.* 4, 14. *ausus nihil frustra.* 5, 3. *quod pudet quaerere.* 4, 10. *rem incredibilem.* 9, 5. *ausi congredi.* 9, 5. *repugnare.* 10, 2.
Audire homines per interpretem. 6, 11. *legatos* 4, 8. *vocem liberam.* 8, 7. *animo iniquo.* 6, 11. *auribus aequis.* 8, 5. *audita benigne legatio.* 8, 1. *audito*, quum audisset. 5, 13. *auditu*, fama, celeber. 8, 9. *auditu comperta quae habere.* 5, 4.
Avellere crus tamus, abscindere. 9, 1. *avellerat* (pro avulserat) *membra*, 5, 6. *avelli inhaerentem jubet*, abstrahi. 5, 12. *avulsa tabula*, abruptae. 9, 9.
Aversari adfectantem immortalitatem. 4, 7. *facinus.* 8, 3. *Iovem.* 8, 8. *neptem nepotemque.* 10, 5. *scelus.* 6, 7. *dii aversantur domum* cujus. 8, 6.
Avertit me contemplatio, & ab *ordine.* 10, 9. *avertere hostem inde.* 4, 9. *omnes à* quo. 10, 2. quem *à sensu* rei. 4, 6. *in fugam.* 3, 11. 5, 4. *aversa ab hoste porta.* 4, 10. *aversum ab urbe iter.* 5, 3. *aversi*, tergum obvertentes. 4, 15. *aversi animi.* 9, 2. *dii.* 5, 9. *aversos* quos *locare*, tergum obvertentes. 4, 14. aversae *à munere, &c. ad statum, &c. cura.* 10, 10.
Aufert fuga quos *in latus*, abripit, abducit. 3, 11. *longius.* 3, 11. *nubes prospectum.* 4, 15. quem *terror alienus.* 7, 2. *auferre faciem rei.* 4, 12. *iter fugientibus*, submovere, subripere. 4, 16. *usum oculorum, aurium.* 9, 9. *auferri impetu amnis.* 8, 13. *onere in gurgites*, 4, 9.
Augere causas supplicii. 8, 7. scil. novis ex temerario sermone delictis. *famam rerum gestarum.* 4, 7. *formidinem.* 8, 10. *incendium.* 9, 4. *numerum*, exaggerare. 9, 3. *speciem multitudinis.* 9, 4. *speciem omnium.* 9, 3. *spem, metum.* 6, 1. *terrorem.* 10, 5. *auctus copiis* rex. 5, 7.
Augurari. 3, 3. *mentibus bella civilia.* 10, 5. *falsa.* 4, 10. *spem victoriae.* 4, 13. *aestimatio* quid *auguratur.* 9, 9.
Avia annis. 3, 11.
Avide haustus humor. 7, 5. *avidius intueri.* 3, 6. *sequentes.* 6, 1. *aviditas animi.* 7, 8. *avidus certaminis*, 4, 16. *cognoscendae vetustatis.* 4, 8. *explendi supplicii.* 7, 5. *avida cognoscendi regem pars Babyloniorum.* 5, 1. *avida spei*, 6, 9. *avidi gloriae.* 4, 7. *avidi & pecuniae & gloriae milites.* 9, 1. *avidior quam patientior.* 5, 7. *avidissima gens.* 5, 1.
Avii. 7, 6. vide *Abii.*
Avis victoriae auspicium. 4, 15. *aves dociles ad imitandum vocis humanae sonum.* 8, 9. *dictae cantu serius rebus obstrepere.* 8, 9. *minimae.* 7, 8.
Avia lacuna. 4, 16. *avii montes.* 8, 10. 9, 4.
Aulaea. 8, 5. & *aulaeum.* sic *aulaea*

purpura aureque fulgentia. 9, 7.

Aura matu. 9, 9. *perflat.* 9, 4. *auram incerta fama captare.* 4, 5.

Auratum navigium. 4, 7. *aurata columna.* 8, 9.

Aureus baculus. 9, 1. *aurea lectica.* 8, 9. *aureum poculum.* 9, 7. *solium.* 10, 10. *frani.* 3, 13. *frani quorum.* 8, 5. *lecti.* 9, 7. *torques.* 3, 3. *aurea corona.* 8, 12. *lectica.* 8, 9. *patera.* 8, 10. *solea.* 9, 1. *aurea vasa.* 10, 1.

Aurum, *pro poculis aureis.* 8, 8. *aurum captivum*, ex hoste captum. 8, 7. *cumulatum.* 5, 6. *egestum ex sepulchro.* 10, 1. *aurum vehunt flumina.* 8, 9. *auro celata vehicula.* 3, 3. *exculta India.* 8, 5. *distincta vestis.* 3, 3. *intexta vestes.* 9, 7. *auro nitere.* 3, 2.

Auster. 8, 9.

Autariata. 1, 12. *cohibiti.* 1, 12.

Autor vide *auctor.*

Auxilium inconditum. 9, 1. *ingens.* 4. 7. *majus obsessis solatium quam auxil.* 4. 3. *mutuum.* 7, 10. *opportunum.* 8, 13. *præcipuum.* 4, 3. *ultimum.* 8, 14. *unicum.* 4, 9. *auxilia Bactriana.* 9, 2. *gentium.* 9, 4. *quærenda.* 3, 2. *valida.* 7, 4. *conquirunt.* 7, 4.

B.

Babylon. 10, 1. *urbs opulentissima.* 5, 1. *Alexandro dedita.* 5, 1. *Babylonem duces vocat.* 4, 6. *& auxilia contrahit Darius.* 4, 9. *Bab. revertit* Alex. 10, 4. *ad Bab. posita castra.* 3, 2. *Babyloni* (regio circa Babylonem urbem) *Dedizameni subjecta.* 8, 3. *Babylonii.* 4, 12. corruptissimi. 5, 1. *Babyloniorum fines.* 5, 1. *Babylonii muri bitumine interliti.* 5, 1.

Bacchabundum agmen. 9, 10. ita se gerens, ut solebant orgia Bacchi celebrantes, qui tamquam furore acti, cum ululatu discurrebant. *bacchantes.* 8, 10. *bacchantium lusus.* 9, 10.

Bactra. 3, 10. 4, 5. 5, 8. 10. 10. pars regni Pers. 4, 5. *intacta.* 5, 9. *tutissimum receptaculum.* 5, 9. *Asia ultima.* 7, 7. *Bactriana arx.* 9, 7. *regio.* 6, 6. *reg.* amplissima. 9, 7. *terra.* 7, 4. *Bactriani armati.* 5, 12. *equites.* 4, 12. 5, 8. 7, 4. *hostes paulo ante, nunc milites* Alex. 9, 2. *Bactrianorum facies terribilis.* 4, 13. *ipsorum.* 4, 6. *regio Artabazo tradita.* 7, 5. *Bactriana auxilia.* 9, 2. *Bactrus amnis.* 7, 4.

Bagoas spado Alexandro donatur. 6, 5. *ab eo adamatur.* 10, 1.

Bagophanes. 5, 1. Alexandrum *sequi jussus.* 5, 1.

Bagystbenes. 5, 13.

Balacrus Miletum capit. 5, 5. *speculatum præmissus.* 8, 11. *Balacri.* 4, 13.

Barbaria impotens. 6, 3. barbari enim asperiores, & quum potentiam nacti sunt, superbiores habentur ceteris. *barbarus*, Arabs. 4, 6. Persa. 3. 7. Saribarzanes. 7, 4. *barbar. ululatus.* 3, 12. *barbara.* 8, 3. *barb. feritas.* 3, 8. *opulentia.* 3, 3. 8, 1. 8, 4. ubi scilicet omnia materia potius & mole, quam artificum (quorum apud Græcos maximum precium) operibus censentur. *barbari*, Persæ. 3, 11. 5, 10. 8, 5. *fugati.* 3, 4. *immanes.* 4, 1. *quieti.* 5, 3. *rudes militarium operum.* 9, 8. *spreti.* 4, 11. *trepidantes.* 5, 4. *profugerunt.* 9, 4. *barbarorum* (in commune) *rudis sensus.* 7, 8. *barbaris omnibus in corporum majestate veneratio est.* 6, 5. *inter barbaros quantiscunque prudentia.* 7, 4. *barbara*, Amazones. 6, 5.

Barcani. 3, 2.

Barsine. 10, 6.

Barzentes. 8, 13. & Bazaentes. 6, 6.

Batu vide *Betu.*

Bazaria. 8, 1.

Belita. 4. 12.

Bellare. 6, 8. *cum regibus.* 8, 12. *inter se.* 9, 4. *bellator promptissimus.* 9, 8. *bellicosa gens.* 6, 4. *natio.* 6, 6. *bellicosissima gens.* 5, 6.

Bellum cum amni. 9, 4. *civile.* 10, 7. *decretum.* 4, 2. *diutinum.* 4, 14. *domesticum.* 4, 3. *finitum.* 3, 1. *imminens.* 4, 8. *impium*, oppositum justo. 5, 6. *indictum.* 8, 5. *inlatum.* 4, 14. *integrum.* 9, 4. *justum.* 4, 10. *ortum*, *finitum.* 6, 1. *non provisum.* 7, 7. *est in animo.* 4, 11. *regit terminos regni.* 4, 11. *raro permittit tempora eligere.* 7, 7. *vitando altitur.* 7, 7. *ingenia efferat.* 8, 2. *etiam natura jura in contrarium mutat.* 9, 4. *ex victoria nascitur.* 7, 8. *belli Martisque discrimen.* 9, 6. *causa* sunt *urbes opulentæ.* 5, 1. *jura.* 4, 1. 5, 12. 7, 8. 8, 7. *peritus.* 3, 2. *bellum molimur.* 4, 1.

Digitized by Google

4, 1. *Macedonum.* 10, 9. *bello vicerimus ſi vincimus pralio.* 4, 14. *de bello conſultatum inter epulas.* 7, 4. *bella civilia.* 10, 5. 10, 9. *impia.* 4, 1. *juſta ac pia.* 5, 8. *obſcura.* 9, 6. *pia.* 6, 3. *ferro geruntur, non auro.* 5, 1. *fama ſtant.* 3, 8. *fama conſtant.* 8, 8. *admoventur fatis.* 10, 9. *bella in Europa.* 3, 10. *in Gracia geſta.* 8, 1.

Belon. 6, 11.

Belus. 5, 1. *Beli regia.* 5, 1.

Beneficium fortuna, virtutis. 8, 10. *regis.* 5, 5. *beneficio cujus vivere.* 7, 10. *meo exuiſtu ſtatum.* 10, 2. *beneficia quadam odimus.* 6, 8. *beneficiorum gratia ſempiterna.* 8, 8. *beneficia tribuere.* 7, 8.

Benignitas, pro liberalitate, *eximia in regem.* 10, 1. *benig. in amicos.* 10, 5. *in te.* 10, 1. *cauſa mortis.* 10, 1.

Berdes. 8, 1.

Beſſus. 4, 12. *Bactrianorum dux.* 4, 6. 5, 8. 5, 9. *perfidiæ ſuſpectus.* 4, 6. Darii cædem agitat. 5, 10. Græce neſcit. 5, 11. fugiens *Bactra petit.* 5, 13. *parricida.* 6, 3. *Artaxerxes appellatur.* 6, 6. *ferox.* 7, 4. *ferox verbis.* 7, 4. *Ecbatana ductus.* 7, 10.

Betis. 4, 6. *ovat.* 4, 6. *deſertus à ſuis.* 4, 6. *capitur.* 4, 6. *ejus ſupplicium.* 4, 6.

Bezira. 8, 10.

Bibere aquam. 8, 13. *medicamentum.* 6, 10.

Biblos. 4, 1.

Bicon. 9, 7. *necatus.* 9, 7.

Bilingues. 7, 5.

Bion. 4, 13.

Boryſthenes. 6, 2.

Boſphorus Cimmerius, *ſuper quem Scythæ.* 6, 2. 7, 6. 8, 1.

Boxus. 9, 7. *interfectus.* 9, 7.

Brachium haſta ictum. 4, 16. *brachia auro culta.* 8, 9. *ornata margaritis.* 9, 1. *brachia terræ concurrunt.* 6, 4.

Branchidæ. 7, 5.

Brocubelus. 5, 13.

Bubaces. 5, 11. *vocatur* ad Darium. 5, 12.

Bubacene. 8, 5.

Buccina datur ſignum. 3, 3.

Bucephalos urbs. 9, 3.

Bumadus amnis. 4, 9.

Buſtum, de ſepulchro Cyri. 10, 1.

C.

CAdaver Dymni. 6, 8. *cadaverum odor morbos vulgat.* 5, 1.

Cadere arbores. 8, 2. *lucos.* 7, 5. *materiam.* 5, 3. 9, 1. 10, 1. *multum mat.* 6, 6. *ſylvam.* 8, 11. *ſylvas.* 6, 5. 8, 10. *cadendo aperire ſaltum*, h. e. excifis arboribus pervium facere. 6, 5. *cadere vaſa dolabris*, concidere, diſcindere. 5, 6. *cadere*, mactare, *jumenta.* 7, 4. *victimas.* 8, 2. *victim. Soli.* 9, 1. *cadere*, etiam ſignificat occidere, ut *cad. Indos*, 9, 5. quem *ferro.* 9, 1. *ipſos ad unum.* 7, 5. *præſidium.* 4, 5. *cadi inultum.* 5, 3. inde

Cades amicorum. 3, 12. *Attali.* 8, 1. *Calliſthenis.* 8, 8. *ducum.* 4, 16. *hoſtium.* 7, 7. *Lacedæmoniorum.* 6, 1. *Perſarum.* 4, 16. *Philippi.* 7, 1. *Spitamenis.* 8, 3. *cognita.* 7, 2. *commiſſa inter vinum.* 8, 2. *comperta.* 8, 3. *grata regi.* 20, 1. *impia.* 8, 8. *ingens.* 3, 11. 4, 15. *multiplex.* 4, 16. *nefanda.* 8, 2. *cade varia conſumpti.* 6, 6.

Calata auro vitis. 8, 2. *auro & argento arma.* 9, 3. *vehicula.* 3, 3.

Cæremoniarum conſors. 10, 7.

Calas præponitur Paphlagoniæ. 3, 1. 4, 5.

Calent ſpe animi. 4, 1. *caleſcit aqua.* 4, 7.

Calis. 6, 11.

Calliſthenes. vide *Calliſth.*

Calles. 3, 4. 3, 10. *Cilicia anguſti.* 4, 9. *ignoti.* 4, 19. *invii.* 4, 13. 5, 6. *ſylveſtres, pervii.* 5, 4.

Callicrates. 5, 2.

Callicratides. 3, 13.

Calliſthenes contumacia ſuſpectus. 8, 6. *vinctus.* 8, 6. *Olynthius.* 8, 8. *tortus interit.* 8, 8. *Calliſthenis cades.* 8, 8. *gravitas & libertas invisa regi.* 8, 5.

Calor æſtatis. 3, 5. *nocturnus.* 4, 7. *vehementiſſimus.* ibid. *vitalis motus.* 7, 3. *vital. receptus.* 8, 5. *relinquit corpus.* 3, 5. *linquit immobiles.* 8, 4. *calor commovet membra.* 8, 4.

Cameli. 5, 6. 8, 4. *dromades.* 5, 2. *utribus aquam devehunt.* 4, 7. *vehunt pecuniam.* 3, 3. *Camelis cibaria afferre.* 9, 10. *quo pervenire.* 7, 2.

Candida veſtis. 4, 13. *candidum ferrum.* 9, 8. *candida vela.* 7, 11. 9, 10.

Canere carmen. 3, 3. 4, 7. 5, 1. 6, 2. 7, 10. *laudes regum.* 5, 1. *ſuo ritu.* 6, 2.

Canis diſciſſa. 10, 9. *inhærens leoni.* 9, 1. *timidus vehementius latrat, quam mordet.* 7, 4. *canes nobiles ad venandum.* 9, 1.

Capeſſere, aggredi, *bellum.* 3, 2. 3, 10. 4, 9. *fugam.* 3. 13. 7, 9, *prælium.* 4, 6. *præl. fortiter.* 4, 14.

Capitale foret illis quid. 8, 4. *apud Indos arbores violare, capitale eſt.* 8, 9. *cap. ſupplicium.* 3, 2. *de rebus capitalibus apud Maced. inquirit exercitus.* 6, 8.

Cappadocia. 3, 1. *Eumeni cedit.* 10, 10. *Cappadocia præpoſitus Abiſtamenes.* 3, 4. *Cappadoces.* 4, 12. *Cappadocum juventus.* 4, 1.

Capſaca. 10, 1.

Captivus ſervorum ſuorum Darius. 5, 12. capt. habitus, h. e. eorum qui victi. 6, 6. *captivo adplicito.* 5, 13. *captiva.* 8, 4. 10, 3. *pecunia* ex hoſte capta. 5. 6. ſic *captivum aurum.* 8, 7. *captivi venumdati.* 9, 8. *plures quam qui caperent.* 5, 13. *captivæ feminarum*, ex feminis. 6, 2.

Carabaſtra. 9, 7.

Caranus. 7, 3. 7, 4.

Carere bonis militibus. 10, 2. *regno.* 7, 4.

Caria Caſſandro traditur. 10, 10. *Cariæ præfectus Arſames.* 8, 3.

Carinæ navium. 10. 1.

Carmania. 9, 10.

Carnifex. 9, 10. *tibi ſpiritum adimet.* 6, 10. *carnificu deteſtabile miniſterium.* 8, 2.

Cartaſis. 7, 7.

Carthago Tyriorum colonia. 4, 2. 4, 4. *Carthaginiſi inſeſtus Alex.* 10, 1. *Carthaginenſium legati.* 4, 2.

Caſpiani. 4, 12.

Caſpium fretum. 7, 3. *mare deſcribitur.* 6, 4. *Caſpii maris adcola Dario militant.* 3, 2.

Caſſander Antipatri fil. 10. 4. *in Cariam miſſus.* 10, 10. vide ſupra *Aſander. frater Iollæ.* 10, 10.

Caſtabalum oppidum. 3, 7.

Caſte ſanctæque habita. 4, 10.

Caſtigare, verbis increpare. 4. 13. *morantes.* 4, 13. *obſtinatos.* 9, 3. *ſuos quiſque caſtigat.* 4, 2. *caſt. meritos.* 4, 5. 5, 6. *caſtigatus diu.* 8, 5. *caſtigati.* 10, 8. *caſtigatio præfectorum.* 10, 2. *caſtigare verberibus.* 8, 6.

Caſtor cum Polluce. 8, 5.

Caſtra Alexandri, Ægypti regio. 4, 7. *Cyri, regio.* 3, 4. caſtrorum nomen multis regionibus urbibuſque inditum eſt. *caſtra Darii direpta.* 3, 11. *hoſtium.* 3, 3. *Macedonum.* 3, 3. 3, 8. *capta.* 3, 12. *ditia.* 3, 11. *mota.* 3, 7. 3. 8. 5, 3. 7, 6. 9, 1. *poſita.* 3, 2. 4, 1. 6, 5. 8, 10. *poſita loco aperto.* 5, 4. *repleta planctu.* 3, 11. *tota.* 6, 6. *viſa inluſtria.* 3, 3. *fulgent ignibus.* 4, 13. *tranſeunt terminum datum.* 4, 11. *caſtra metari.* 3, 8. *caſtris alteris pervenit ad.* 3, 7. hoc eſt altero die, ſive altera *manſione*, ut Iuſtinus diceret. quo *pervenire caſtris quartis.* 5, 1. 5, 3. *nonis.* 9, 10. *undecimis.* 4, 9. *ſextiſdecimis.* 8, 12.

Caſus, fors. 4, 7. *diſcriminis.* 4, 10. *alienus.* 7, 11. *multorum miſerabilis.* 8, 11. *tam multiplex unius diei.* 6, 1. *in caſum*, fortunæ incertæ periculum, *quos trahere.* 9, 6.

Cataones. 4, 12.

Catena aurea. 4. 3. *inſerta collo.* 7, 5. *catena injecta.* 4, 5.

Catenes. 7, 5. bonus ſagittarius. 7, 5. *Bactrianos ad defectionem concitans.* 7, 8. *in prælio occiditur.* 8, 5.

Cavata concurſu torrentium vorago. 5, 4. *cavata in altum caverna & voragines.* 8, 10.

Caucaſus. 4. 5. *mons.* 5, 4. 6, 5. *deſcribitur.* 7, 3. *Caucaſo monte orti amnes*, 8, 9. Paropamiſus ibi intelligitur. Comment.

Cavea, in quibus *leones, pardales.* 5, 1.

Caverna. 5, 1. 6, 4. *accipit torrentem.* 7, 10. *caverna & voragines cavatæ.* 8, 10. *ingentes, preſſa in altitudinem.* 5, 1.

Caumii. 3, 7.

Cauſa belli. 5, 1. *cadis.* 7, 2. *conſilii.* 5, 11. *fugæ.* 7. 1. *lætitiæ.* 7, 10. *malorum omnium ille nobis fuit.* 6, 11. *metus.* 7, 1. *mœſtitiæ.* 5, 2. *morbi.* 10, 4. *mortis* cui *ſint benignitas.* 10, 1. *opulentiæ.* 8, 9. *periculi multus.* 6, 10. *per. nobis eſt.* 7, 1. *regis occidendi.* 6, 11. *triſtitiæ.* 5, 5. *victoriæ.* 4, 14. *probabilis.* 7. 1. 10. 9. *cauſa ignoratur.* 7. 2. *ſubeſt.* 4, 12. *cauſa cer-*

certaminum ſublata. 10, 10. *formidinis vana, inanes, juſta.* 4, 13. *ſollicitudinis.* 7, 7. *cauſarum latentium nexus,* fatum providentiæ. 5, 11. Quum autem in judiciis id præſertim quæratur, qua *de cauſa* quodque factum ſit, evenit ut omne negotium de quo cognoſcendum eſſet, *cauſa* vocaretur. hoc ſenſu occurrit, *cauſa cognita.* 6, 10. 10, 1. *incognita.* 10, 4. *indicta.* 3, 12. 8, 7. 8, 8. *pro cauſa meliore dii ſtant.* 4, 1. *Ab* eadem ratione *cauſari* uſurpatur pro prætexere, prætendere, allegare aliquid. ut 4, 16. 6, 5. 6, 7.

Cautes invia. 6, 6.

Cebalinus. 6, 7.

Cedere malo, ſuccumbere, vinci. 8, 4. *mare ceſſit claſſicu.* 4, 3. *cedere regi & pluribus.* 10, 7. *novo nomini,* locum facere. 8, 5. *fabulum cedit veſtigio.* 4, 7. *nulli charitate in regem cedere,* concedere. 7, 10. *finibus imperii alieni,* excedere. 4, 1. *ex concione.* 10, 7. *cedit dorſum introrſum mari.* 3, 4. *Cedere* pro ſuccedere, evenire, *utcunque ceſſerit.* 7, 4. *utcunque ceſſura res eſt.* 7, 1. *temeritas in gloriam ceſſerat.* 3, 6. *Cedere quo,* ſignificat etiam in alium tranferre, alii permittere. 4, 11. ſic *ced. titulo capta urbis.* 6, 6. *Cedere* eſt etiam obvenire, fieri. e. g. *reliqui in prædam ceſſere victoris.* h. e. facti ſunt præda. 7, 6. ſic *cedit* quibus *pramium.* 6, 11. *fortitudini præmia ceſſerant cohortes.* 5, 2. ſic *ceſſit Ægyptus Ptolemæo.* 10, 10. cui *Paphlagonia.* 10, 10. quid *aliena gloria.* 6, 1. *cedunt cetera pabulo armentorum.* 7, 4.

Cedroſia, 9, 10.

Cedruſii. 9, 10. vide *Gedroſ.*

Celana obſidentur. 3, 1.

Celeber auditu amnis. 8, 9. quis *profeſſione artis, ſcientia.* 7, 4. *celebris uſus ſagittandi,* tam creber, ut exterorum quoque fama celebretur. 7, 5. *celebris fama.* 5, 1. *celeberrimum nomen.* 9, 6. *celeberrima urbes.* 5, 1. *celebrare convivium comitate.* 8, 4. cui *ludi.* 3, 7. *mortem carminibus, lætitia.* 7, 10. *ſuprema officia.* 3, 12. *celebratur funus omni adparatu atque honore.* 8, 2. *ludicrum conventu.* 4, 5. *celebrandum ſacrum.* 4, 2. *celebrata regia.* 4, 8. *celebrata opes.* 9, 1.

Cerceta. 6, 4.

Cernere monſtra, indicia. 9, 9. *pauciſtatem.* 5, 13. *cernent cuncta.* 8, 13.

Certe peculiari uſu. 7, 4. 7, 6. *certum eſt adgredi,* decretum. 4, 13. *penetrare.* 9, 3. *certum habeo.* 7, 11. *certior factus.* 8, 3. *certiores neceſſitatis ſuæ* quos *facere.* 9, 10. *certiora oraculu tormenta.* 6, 10.

Cervix graviter icta. 9, 5. *icta ſaxo,* 7, 6. *cervicem cujus ampleCti.* 3, 12. *in quorum cervicibus ſtamus.* 8, 7.

Ceſſare. 3, 11. *paulum.* 7, 7. *in excolenda gloria.* 9, 6. *quid ceſſatis?* 4, 16. *quid ceſſ. occidere?* 6, 11. *nunquam ceſſans.* 7, 2. *nec ceſſatum eſt ab hu.* 9, 10. *ceſſat uſus oculorum.* 10, 5.

Chaldæi vates. 3, 3. *Alexandro Babylone occurrunt.* 5, 1. *ei mortem præcurrent.* 10, 4.

Chalybes. 6, 4.

Charidemus expulſus Athenis. 3, 2. *jugulatur.* 3, 2.

Charitas mutua. 6, 7. *priſtina.* 6, 9. *in regem.* 7, 10. *charitate eximia diligere.* 3, 6. *regis flagrare.* 3, 6. *charus in paucis.* 6, 8. *principibus,* 7, 2. *cha. pariter ac venerandus.* 3, 6. *charior regi ab popularibus, dubium.* 9, 8. *nihil patria charius.* 5, 5. *nihil ſpiritu.* 6, 4. *chariſſimus amicorum.* 6, 7. *chariſſima ſui pars,* liberi & uxores. 4, 3. *chariſſimi amicorum.* 7, 1.

Charus. 8, 11.

Chius inſula præſidiis Perſicis tenetur. 3, 1. *occupatur à Pharnabazo.* 4, 5. *in Chium urbem præſidium introducitur.* 4, 1. *Chii legati de præſidio Alex. querentur,* 4, 8.

Chlamyde ſibi dempta Darii corpus contegit Alex. 5, 13.

Choaſpes amnis delicatam vehit aquam 5, 2. alius. 8, 10.

Choraſmii. 7, 4.

Chryſolaus. 4, 8.

Cicatrix infirma. nondum ſatis coalita. 7, 7. *obducta.* 9, 6. *obducta eſt.* 9, 8. *cervices obd.* 7, 9. *vulneris obd.* 4, 6. *vulneri obducta.* 8, 10. *cicatrices gratiuta.* vulnera (pro his enim cicatrices eo loco ponuntur) ſine digna mercede accepta. 8, 7. *horribiles,* 5, 5. *veteres.* 10, 5. *quot cicatrices, totidem corporis decora.* 4, 14.

Ciere, excitare, *fluctus.* 4, 3. *ſi. tantos,* 10, 7. *pugnam acerrimæ.* propugnare. 8, 14.

Cilicia. 3, 4. *vaſtatur.* 3, 4. *tribus aſperis aditibus intranda.* 3, 4. *calore aſtatis accenditur.* 3, 5. *Secrati tradita.* 4, 5. *Philota deſtinata.* 10, 10. *inundata cruore Perſarum.* 9, 2. *Cilicia* ſitus. 3, 4. *angustiæ.* 4, 13. *calles anguſti.* 4, 9. *fauces.* 7, 4. *Cilicia praeſt Arſanes,* 3, 4. *ex Cilicia profugi Graeci.* 4, 1. *Cilicium mare.* 3, 1.

Cingere agmen valida manu. 4, 13. *undique domum.* 6, 8. *cingitur urbs amne.* 8, 10. *arx muro.* 7, 6. *nemora muris.* 8, 1. *cingi fluctibus.* 3, 1. *cinctus ferro.* 6, 10. *gladio.* 6, 7. 9, 7. *zona muliebriter.* 3, 3.

Circuire. vid. *circumire.*

Circumagere equos, convertere. 3, 11. *ſigna.* 4, 6. *in frontem circumagi.* 4, 13.

Circumduci. 3, 8.

Circumductus, circumdatus, incluſus, *undique telis.* 4, 6.

Circumferre clypeum ad ictus. 9, 5. *oculos manuſque ad, &c.* 4, 14. *merum.* 7, 4. *circ. ſanguinem, circumferri ad nutum licentium.* 5, 12. *circumferens oculos.* 6, 11. 10, 6. *ſpolia profunda ventre.* 10, 2. *arma.* 6, 1.

Circumfundere, ſicut & *circumdare,* duplicem ſignificationem habet. nam & id quod circumdat, & cingit, & quod circumdatur vel cingitur, *circumfundi* recte dicitur. Priori ſignificatu *circumfunditur à lateribus equitatus.* 3, 9. *paucioribus multitudo.* 4, 13. *circumfuſi.* 8, 14. *circ. amici.* 7, 5. cui *barbari,* 4, 15. *vehiculis ab utroque latere.* 9, 1. Poſteriore, *circumfuſi undique.* 3, 11.

Circumibat rex agmen pedes. 7, 3. *circumire agmina.* 4, 13. *currus.* 4, 15. *hoſtem.* 3, 8. *locum.* 4, 15. *mulites.* 8, 4. *mœnia.* 7, 5. *circumibat mœnia claſſis.* 4, 3. *circumire opus navigiis.* 4, 2. *pratergreſſos.* 3, 9. *ſaltum.* 6, 5. 7, 7. *tabernacula.* 5, 9. *tergum occulte.* 3, 11. *ultimos hoſtium.* 3, 8. *circumit urbem claſſis.* 4, 1. *circumiri.* 3, 7. 9, 5. *circumitur corpus.* 3, 11. *circumiri brevi ſpacio.* 5, 4. *a multitudine.* 4, 13. *circumitus rupis comprehendit* tot *ſtadia.* 6, 6. *major, tutior.* 4, 16. *circumitu* quid *petere,* non recta, ſed per ambages. 9, 3. *ſic circumitu rupes petere.* 3, 11.

Circumquaque amnem. 7, 3.

Circumſiſtere eum. 7, 5.

Circumſtare. 5, 9. *circumſtans exercitus.* 9, 3. *circumſtantes.* 8, 2. *amici.* 3, 5. *lectum.* 10, 5. *regem ſpadones.* 5, 12. *circumſtantium turba.* 6, 10.

Circumveniunt magnitudinem operum caverna. 5, 1. *circumvenire aciem.* 4. 13. *circumveniri.* 4, 13. 9, 1. *malo ancipiti.* 4, 15.

Clamantes, inclamantes, invocantes, *Darium regem.* 4, 16. *clamitare.* 6, 7. *clamitantes.* 9, 8. *clamor exercitus.* 7, 11. *alacritatis index.* 8, 11. 5, 2. *hoſtium.* 7, 9. *militum.* 9, 8. *natantium mutuus.* 4, 9. *præliantium.* 4, 6. 8, 10. *clamor alacer.* 9, 4. *auditus.* 4, 4. *diſſonus.* 5, 12. *inconditus & trux.* 3, 10. *cl. gemituſque inconditus.* 4, 15. *cla. ingens.* 4, 12. *lugubris.* 3, 12. 10, 3. *ortus cum ploratu.* 9, 3. *ſublatus.* 4, 15. *tumultuoſus.* 10, 2. *varius ac diſſonus.* 5, 12. *implet valles.* 4, 12. *oritur.* 9, 3. *perfertur ad* quem. 5, 12. *refertur totis caſtris,* redditur. 5, 12. *tollitur, redditur.* 3, 10. *clamore ſuos invicem accendere.* 6, 1.

Clava pro tela. 9, 4.

Cleander cum Graecis militibus in Aſiam advectus. 4, 3. *prater regius.* 7, 2. Parmenionem occidit. 7, 2. 10, 1. *Cleandri furor.* 10, 1.

Clementer. 4, 11. *clementia* Alex. *regis.* 5, 3. 9, 1. *in captivos.* 5, 7. *in deditos.* 7, 6. 8, 14. *in devictos.* 7, 9. 10, 5. *clem. regum ducumque non in illorum modo, ſed & ipſorum qui parent, ingenio ſita eſt.* 8, 8. *clem. commendanda.* 8, 8. *clementior alveus,* lenior, non ita præceps. 5, 3.

Cleomenes. 4, 8.

Cleophes. 8, 10.

Clitus praeſt equitibus. 4, 13. Alexandri jactationem reprimit. 8, 1. *eumque ſibi iraſci cogit.* 8, 8. *Clito deſtinata provincia Artabazi.* 8, 1. *Clitum jure interfectum Macedones decernunt.* 8, 2.

Clivi modici ac molles. 8, 11.

Cobares. 7, 4.

Cœle Syria. 4, 5.

Cœnos ſui agminis dux. 3, 9. *in ſubſidio.* 4, 13. *vulneratus.* 4, 16. *expeditam habens manum.* 5, 4. *ex amicis Alex.* 6, 8. *Philotæ ſororius.* 7, 9. *tertiæ partis exercitus dux.* 8, 1. *Bezyram obſidet.* 8, 10. *gravius agmen ducit.* 8, 12. *in lævum*

Peri

Feri cornu invehitur. 8, 14. exercitus cauſam agit. 9, 3, morbo extinctus. 9, 3.
Canum decoctum. 4, 3.
Cærulea faſcia. 3, 3.
Cogitare facinus. 6, 11. fac. tantum in quem. 8, 6. nefas in quem. 6, 7. tem pulcherrimam. 8, 7. de periculo ſuo. 6, 8. cogitavi, volui. confeſſio de parricidio. 6, 11. cogitatum parricidium, & conſummatum, opponuntur. 6, 10. cog. ſcelus. 5, 10. 6, 11. abnuens, quodquam ſibi in regem cogitatum eſſe. 6, 11. cogitatis omnibus, expenſis & conſideratis. 5, 10. cogitatio periculi. 7, 8. digna animo tuo, ſed altior noſtro. 9, 3. cog. ſubit. 7, 1. cogitationes ſecretæ. 10, 8. vanæ. 4, 10. variæ. 8, 3. commovent animum. 8, 3.
Cognomen eſt Troglodytis. 4, 7.
Cohæret navis navi. 4. 4. muris turris. 4, 4. cohærent aciei. 3, 11. prora. 4, 3. res inter ſe, connectuntur. 5, 1. nobiſcum gentes ſacris, moribus, commercio linguæ, h. eſt. conjunctæ. 6, 3. cohærentia ſerie juga. 7, 3.
Cohors amicorum Alex. 6. 2. qui corporis cuſtodes. 6, 2. vocantur. hi enim erant ex cohorte amicorum prima, ut adpellatur. 6, 7. cohors regia. 9, 10. puerorum nobilium. 8, 6. 10, 7. cohortes quingenariæ. 5, 2.
Cohortanus. 8, 4.
Coire, convenire. 10, 6. coit agmen utrumque. 10, 8. coibant agmina. 10, 9. armati. 6, 8. arm. ad nemus. 7, 2. armati ad regiam. 8, 1. frequentes. 10, 3. ad quem. 7, 2. ad præſtanda juſta. 10, 8. ad ſonum notæ vocis, ut ad ſignum. 4, 15. in regiam. 6, 8. 10, 8. amicis animis. 8, 12. coeuntes aqua e faſtigio in vallem. 8, 2. coituri, conventuri. 4, 13. cortus, conventus, annorum. 9, 4. coit ſtructura in modum carinæ. conjungitur, & ex latiore ſpatio in anguſtius contrahitur. 7, 3. ſic in arctius coire. 8, 11. amnes in arctius coeunt. 5. 1. coeuntes rami. 5, 4. in arctum ripæ. 8, 13. coire, jungi, connubio cum qua. 8, 1. nuptiis, 9, 1. ſtupro cum quo. 5, 1. ſtu. cum liberis. 8, 2. cum captiva. ſcilicet matrimonio. 8, 4. ita eeuntes, matrimonium contrahentes. 8. 4.
Colere, ſervare, & tamquam numen aliquod reverenter habere, amicitiam cum fide. 8, 2. fidem. 7, 8. fortitudinem, fidem. 10, 3. arbores tanquam numina. 8, 9. nomen. 10, 7. nom. cujus inter deos. 10, 3. regem divinis honoribus. 4, 7. quem eximia religione. 4, 3. loco parentis. 8, 8. impenſius. 6, 10. cols inter deos, 8, 5. colere quos, ornare, augere, donis. 8, 5. brachia & lacertos auro. 8, 9. colere pro habitare. 7, 8. ſic Æthiopes colunt. 4, 7. gentes. 9, 9. Scytha ſuper Boſphorum. 6, 2. ultra Tanaim. 7, 4. regionem. 7, 7. ripam. 9, 2. urbem. 4, 8. agros. 5, 5. 9, 1. ſine tributo. 5, 3. hortum ſtipe. 4, 1.
Collis editus. 4, 12. 4, 13. colles editi. 7, 10. magni. 7, 4. nudi, gelu rigentes. 3, 10. frondibus lati imminent. 5, 4.
Collo quem admovere. 3, 12.
Coloniæ conditrix, major patriæ dicta. 4, 3. colonia Græcorum Ionia. 4, 1. adtributa. 9, 7. diffuſa. 4, 4. in colonias deducti Græci milites. 9, 7.
Columen ac ſydus Macedoniæ Alex. 9, 6.
Coma prominent hirta. 5, 6. hirſuta, intonſa. 9, 10.
Comeſſabundus, comeſſando tempus terens, exercitus. 9, 10. rex. 5, 7. comeſſantes. 8, 10. 9, 10.
Comitari fugientes. 5, 6. parricidas. 5, 13. patrem. 3, 8. 6, 5. regem. 8, 2. venantem. 5, 1. 8, 6. uxorem. 4, 10. comitante manu. 6, 5. hos duo millia comitata ſunt. 3, 2. comitatus paſſive. pueris. 10, 8. comitata CCC feminarum Thaleſtris, 6, 5. comitatus gravior, pro comitibus onerofis. 4, 12.
Commeant quadrigæ. 5, 1. commeare mari libero. 4, 4. commeatus largus. 7, 3. exercitui ſuppetit. 3, 3. commeatu omni abundans terra. 5, 2. commeatus in plurali. vivres. 4, 2. 6, 4. 9, 10. undique advecti. 6, 2. promiſſi. 8, 10. commeatuum penuria. 6, 6.
Commendare poſteritati nomen ſanguine noſtro. 9, 3.
Commercium aliarum gentium. 6, 10. linguæ. 5, 5. 6, 3. 7, 5. vitiorum. 8, 9. commercio nullo mutuos uſus velle. 7, 3.
Commilito idem & rex. 3, 5. commilitones. 6, 10. ſimul. 7, 6.
Commovit membra calor. [illegible] 4. varia cogitationes animum. 8, 3. vis maritima 9, 2. com-

9, 2. *commovere arma Cretæ.* 4, 1. *concionem oratione.* 6, 9. *lachrymas.* 5, 5. *saxa.* 5, 3. *commotus exspectatione.* 4, 10. *indignitate dedecoris.* 9, 5. *interitu militum.* 8. 11. *non odio, sed miseratione.* 8, 14. *nece,* iratus. 4, 2. *periculo.* 6, 9.

Communire castra. 5, 5. 6, 4.

Comparare exercitum. 4, 14. *insidias* cui. 9, 7. *inf. capiti* cujus 6, 9. *arma summa cura.* 4, 9. *comparata ad usum, ad ostentationem supellex.* 5, 6. *comparata in caput ejus insidiæ.* 6, 2. cui *insidiæ in diem tertium.* 6, 7. *comparari,* conferri, *stirpi regiæ.* 8, 4. *in comparatione meliorum vitiora contemnuntur.* 3, 11. *ex compar. regis novi desiderium excitabatur amissi.* 10, 8.

Compellatus nomine. 4, 13.

Compensare facinora ministerio. 10, 1.

Complectitur, comprehendit, continet, *ambitus operis* tot *stadia,* 5, 1. *urbem murus.* 8, 10. *complecti circumitu* tot *stadia.* 7, 11. *arx ambitu* tot *stadia complexa.* 5, 1. *complexum* (opere) *quidquid loci.* 4, 8. *complecti armatos,* complexu occupare. 5, 4. quem *medium.* 8, 1. *dextram.* 6, 7. *hastam manu.* 7, 4. *ramos.* 9, 5. *saxa.* 5, 3. *saxa manibus.* 7, 11. *complecti provincias.* imperio. 6, 3. quid *oratione.* 4, 16. *imperium mente,* destinare. 9, 2. *animo infinita.* 10, 1.

Complures dies. 3, 7.

Compos mentis. 3, 5. 3, 6. 6, 3. 7, 6. 8, 4. *vix comp. m.* 8, 14. *voti.* qui obtinuit quod volebat. 9, 9. *compotes sui.* 4, 12. idem quod *c. mentis.* 10, 8.

Comprimitur, reprimitur, coercetur, *indignatio, seditio.* 7, 2. *compressa licentia, violentia.* 10, 3.

Concedunt gloriam dii. 7, 7. *concedere reverentiam pristini status.* 5, 13. *victoriam.* 5, 5. *concessa* quibus *dignitas.* 5, 13. *concedere,* recedere, *in arcem.* 5, 3. *retro.* 3, 4.

Conchæ fructa tuguria. 9, 10.

Concilium Græcorum. 6, 1. *mortalium.* 6, 11. *advocatum.* 5, 8. *frequens.* 8, 6. *habitum.* 9, 10. *concilio plebis habito.* 10, 2. *concilio dimisso.* 6, 11.

Concipere ignem, haurire flammam. inardescere. sic *concepto igne.* 4, 3. 5, 7, 6, 6. 8, 10. *vela concipiunt vim ventis,* quum inflantur. 4, 3. *medicamentum concipitur venis,* quum in venas penetrat. 3, 6. *conc. dolorem animis.* 10, 4. *impetum occidendi regis.* 5, 12. *iram.* 8, 1. *tantum iræ.* 8, 1. *quidquid irarum.* 7, 1. *metum ex hoste.* 8, 14. quid *animis.* 3, 2. 5, 10. *quid prava mente.* 8, 5. *spem ex votis.* 10, 2. *spem falso nuncio.* 9, 6. *humana mente concipi,* cogitari. 4, 13. *concipi ex vultu, conject.* 5, 11. *conceptus ex fonte amnis.* 6, 4. *concepta altiore consilio.* 6, 11. *Concipere* proprie feminarum est, ut, *conceptus est mas,* in utero. 10, 6.

Conclamant, quasi una voce exclamant, *omnes, paratos ipsos.* 5, 13. *remulenti.* 7, 4. *universi.* 8, 11. *pariter.* 10, 7. *concl. duceret.* 4, 1.

Concreta, frigore condensata, *glacies.* 5, 6. *concretum gelu.* 8, 4.

Concupiscis quæ non capis. 7, 8. *concupiscens talia.* 8, 5. *concupiscentia ingentes.* 8, 6.

Concussit quos *pavor.* 8, 2. *concutit Asiam strepitus armorum.* 4, 1. *concutere imperium magno motu.* 4, 14. *arietibus munimenta.* 8, 2. *concutientes rami,* pro invicem concussis, sed rectius *concurrentes.* 5, 4.

Conditio deditionis. 7, 11. *accepta est.* 9, 7. *de conditione deditionis legati.* 9, 8. *conditiones pacis.* 4, 11. *pacis novæ.* 4, 11. *conditio,* fors, fortuna, *misera.* 7, 1. est ubi *conditio* pro matrimonio sumitur, ut, *regnum occupari posse conditione.* 4, 11. si nempe Darii filiam ducat Alexander.

Condonare cui *decus capitis.* ex gratia concedere. 5, 8.

Conferre in quos magna, dare quibus magna. 6, 9. *conferre se,* abire, *se transporter, in regiam.* 10, 4. *se quo.* 8, 3. *conferre,* congerere, *farcinas in medium.* 6, 6. *conlato pede,* juncto. 3, 11. *conlatæ è fontibus aquæ.* 7, 11.

Confestim. 4, 12.

Confidere felicitati suæ. 7, 7. *fortunæ.* 7, 9. *turbæ.* 9, 2. *confisus benevolentiæ ac fidei.* 4, 10. *felicitati.* 3, 13. *fortunæ suæ.* 7, 11.

Confinis Hyrcaniæ gens. 6, 5. *Scythiæ regio.* 8, 2. *confinium regionum.* 8, 1.

Confiteri crimen. 6, 11. *facinus.* 6, 11. *verum.* 3, 2. *de se.* 6, 10. *æquo animo.* 8, 1. con-

3. *confessus* Nicomacho. 6, 10. *facinus.* 8, 8. *dixisse.* 3, 2. *confiteor me famulam.* 3, 12. *confiteri* aliquem *deum.* 8, 5.

Confluunt undique legati Babylonem. 10, 4.

Confugere ad arma & manus militum. 6, 9. *in arcem.* 3, 1. 9, 8. *in montes.* 8, 10. *in templum.* 10, 9. *in templa.* 4, 4. *in urbem.* 10, 8.

Congerere frondem. 8, 10. *opes in* urbem. 5, 6. *saxa.* 8, 2. *tela in* quem. 8, 14. *congesta in illam sedem opes.* 5, 1. *congesta alimenta.* 7, 11.

Congredi & fugere opposita. 9, 5. *congr. armato nudum.* 9, 7. *totis viribus.* 6, 1. *cominus.* 6, 1.

Conjectare è. 7, 8. quid *ex eo.* 9, 9. *conjectans.* 3, 11. *conjectari.* 4, 10. *quantum procul conjectari poterat.* 4, 9. *conjectura anceps.* 6, 11.

Conjungere amicitiam. 4, 7. quam *secum matrimonio.* 6, 9. *se* cui. 8, 13. *conjunguntur res opere ipso*, junctim traduntur. 5, 1. *primi ultimis.* ultimis sc. primos consequentibus. 5, 13. *conjunctus* cui *intima familiaritate.* 7, 2. *sanguine.* 9, 8. *conjuncti sanguine*, propinqui. 6, 11. *conjuncta pretio*, quæ statim post illud acciderunt. 5, 1. *conjuncta genere ac nobilitate nuptia.* 9, 1. hinc dicitur *conjunx*, ut *Artabazi.* 3, 13. *Darii captiva.* 3, 11. *Darii pulchritudine venerabilis.* 3, 11. *Memnonis.* 3, 13. *conjuges amicorum, propinquorum* 3, 3. *prætorum.* 3, 13. *amicum solatium.* 5, 5.

Conlabi, deficere. 7, 6. *inter quorum manus.* 4, 10. *conlapsus.* 8, 2. *inter manus.* 8, 2.

Conlaudare fidem. 10, 9. *conlaudatus.* 7, 2. *multum.* 7, 5. *conlaudati.* 8, 6.

Conligere dispersos. 8, 14. *mentem*, recipere, animum. 8, 6.

Conlucent castra fulgore. 3, 3. *ignes totis hostris.* 3, 8. *conlucentes faces.* 3, 8.

Connexa inter se serie lamina. 4, 9. vinculis *quadriremes.* 4, 3.

Connubio coire cum qua. 8, 1.

Conquirere duces. 9, 9.

Conruit pronus. 8, 5. *accipitres rostris inter se conruunt.* 3, 3. *ruere* enim est cum impetu ferri.

Consalutare quem. 7, 8. *consalutatus rex.* 10, 7.

Conscendere currum. 5, 10. *equum.* 5, 13. *equos.* 10, 8. *navigium.* 4, 8. *navigia.* 4, 4.

Consecrare quem immortalitati, deam facere. 10, 5. *consecrari immortalitati.* 9, 6. *consecrata immortalitas*, 8, 5. *deo sedes.* 4, 7.

Consequi qui non poterant, sequi. 7, 3. *fugientem*, adsequi. 4, 9. *hostes strenue.* 5, 4. *Scythas.* 7, 8. *spolia.* 4, 9. *timidissimum quemque mors consequitur.* 4, 14. *consequendi cupiditas.* 5, 13. *pœnitentia consequuta*, sequuta *est crudelitatem.* 8, 8.

Conserere pugnam, miscere, *cominus.* 3, 11. *nexa alium* truncum *alii.* 6, 5. *conseritur sermo.* 8, 12. *prælia.* 8, 13. *conserti.* 3, 11. *conserta sunt armis arma, vir viro.* 3, 2. *navigia.* 4, 3. *robora virorum.* 3, 2. *scuta super capita.* 5, 3. *vinculis erant vehicula*; conligata. 9, 1. *conseri*, seri, *frumento.* 7, 4. *consita arboret.* 6, 5. *consita palmetis insula.* 10, 1. *manus nemora.* 7, 2.

Considere, *subsidere.* 8, 10. ita de navigiis destitutis in sicco. 9, 9. *consedit pulvis.* 5, 13. *considere*, sedere, *jussi amici.* 7, 7. 9, 6. *legati.* 7, 6. *filium in conspectu* parentum, *nefas* Persis. 5, 2. *in sede.* 8, 4. *consid. in sella.* 5, 2. 8, 4. *cons. occultum.* 7, 7. *in novam urbem.* 7, 3. *in* campo. 6, 6. *colle.* 4, 12. *in ripa.* 8, 13. *in rupe.* 3, 1. *in sylva.* 8, 1. *haud procul.* 4, 12. *consedit avis in turre*, eo se dimisit, ibi requievit. 4, 6.

Consilium, pro consiliariis, *advocatum.* 4, 11. *amicorum advoc.* 6, 8. *consilium adhibere.* 4, 13. *ad cons. referre.* 4, 11. *in cons. vocari.* 3, 8. *in consilio fortunam meam habuit*, inquit Alex. de Dario. 3, 5. *fortunam suam quisque in consilio habet, quum de aliena deliberat.* 5. 5. h. e. suam fortunam considerant, & secundum illam adversus alios se gerunt. *consilium Perdiccæ.* 10, 7. *desertionis.* 7, 6. *fugæ.* 5. 8. *insidiarum.* 5, 12. *proditionis agitatum.* 4, 5. *sceleris dilatum.* 5, 12. *occidendi.* 8, 7. *revertendi, fugiendique.* 7, 2. *trajiciendi.* 10, 2. *aliud atque aliud.* 5, 12. *subjicit animus.* 6, 6. *altius.* 6, 11. *adprobatum.* 6, 11. *commune.* 10, 9. *felix eventu.* 4, 1. *fidele.*

fidele. 6, 4. *gravius*, de conjuratione. 6, 9. *initum.* 8, 8. *magnum.* 4, 16. *muliebre præceps magis quam neceſſarium.* 8, 2. *novum initum.* 6, 8. *par magnitudini animi.* 10, 5. *præceps.* 7, 7. *non ratione audentius, quam eventu felicius.* 4, 1. 7, 7. *conſilii ſalubris ratio adcepta eſt.* 3, 7. *veri periculoſa libertas.* 6, 10. *conſilium fuga agitare.* 5, 8. *à præſenti neceſſitate repetunt in lubrico ſtantes.* 6, 4.

Conſors, particeps, *ſacrorum cæremoniarumque.* 10, 7.

Conſternatio, trepidatio, tumultus, 5. 10. 7, 2. 7, 10. 10, 8. *conſt. furioſa.* 10, 2. *repens.* 10, 2.

Conſtituerant, decreverant. 6, 5. *conſtituit daturum* tot *talenta.* 8, 11. hoc eſt, promiſit, pactus eſt. *conſtituit pretium libido.* 8, 9. *famam pretiumque rebus fortuna.* 9, 10. *conſtitutio* (decretum) *æterna, nexuſque cauſarum.* 5, 11.

Conſummatum parricidium. 6, 10.

Contabulatum (quaſi tabulis junctum) *molibus mare.* 3, 7.

Contegunt ripas platani. 5, 4. *contegere corpus chlamyde.* 5, 13. *ſtipites hedera.* 7, 9. *contegumtur oſſa tumulo.* 7, 9. 5, 4. *contecta ramis ſedes.* 4, 7. *contectum pellibus vehiculum.* 5, 12. 5, 13.

Contemplatio felicitatis. 10, 9.

Contentus cultu levi, parabili. 3. 5. *non laceſſi.* 4, 12. *contenti detuliſſe.* 8, 11.

Conti. 9, 9.

Contingunt aves corpus. 7, 5. *pedes imum gradum.* 5, 2. *contingere Bactra.* 7, 8. *hamum mento.* 8, 5. *orientem manu.* 7, 8. quem *cognatione*, cognatum ei eſſe. 5, 3. 6, 11. 10, 10. *propiore amicitiæ gradu*, conjunctum eſſe. 6, 7. quos *ſanguine.* 8, 6. *contigit potiri*, accidit ut potiretur. 5, 10.

Contorquere telum in quem. 8, 14.

Contrahere, conligere, *adcolas.* 6, 6. *copias.* 7, 4. *præfectos in prætorium.* 6, 2.

Contubernales. 6, 2. 9, 10. *contubernium* adpellatur, non conjugium, quod inter captivos coiit. 5, 5.

Contumacia, perverſa contra regis voluntatem reluctatio. 10, 2. *contumacia ſuſpectus Calliſthenes.* 8, 6. *Philotas.* 6, 8. *contumax vultus.* 4, 6.

Convenit, pacti ſunt. 10, 9. *ita convenerat.* 8, 14. *præſenti fortunæ ſententia.* 5, 9. *conventus*, concilium, *univerſi orbis.* 10, 4. *Græciæ.* 4, 5.

Convertunt venti ſabulum. 7, 4.

Convertere ſe ad curam. 4, 2. *agmen:* circumagere. 5, 4. *conſilia omnia in bellum.* 4, 11.

Convivales ludi. 5, 1. 6, 2. 8, 4. 8, 6. *convivalia vaſa.* 8, 12. *convivium Alexandri regis.* 6, 9. *ſolenne & tempeſtivum.* 8, 1. *ſolvitur.* 8, 6. *convivia intempeſtiva.* 6, 2. *convivia incuntes feminæ.* 5, 1. *de die inire*, turpe. 5, 7.

Convulnerare jumenta. 5, 13.

Copbes. 7, 11. *Artabazi filius.* 7, 11.

Copides gladii leviter curvati. 8, 14.

Cornu jungi, extremitas, finis. 3, 4. *dextrum.* 3, 9. *effuſum in fugam.* 4, 15. *lævum.* 3, 9. 4, 12. 4, 16. *tegitur.* 3, 8. *cornu lævum tuebatur Darius.* 4, 15.

Corpus raræ magnitudinis. 8, 13. *ſemivivi hominis.* 5, 13. *deditum uni* alicui, de exoleto amaſio. 6, 7. *exceptum poplitibus*, 9, 5. *corporis obſequium.* 10, 1. *corporis agri vitia ſentire.* 8, 10. *corpus adplicare ſtipiti.* 9, 5. *levatum dorſo imponere.* 8, 14. *levare in cubitum.* 3, 6. *offerre quæſtioni.* 4, 10. *corpore adverſo accepta vulnera.* 3, 11. *in corp. regis poſita victoria.* 5, 13. *mutilata ſecuribus.* 9, 2. *patria cicatricibus.* 9, 3. *corpora deficiunt.* 7, 5. *levantur rore.* 7, 5. *corporum electa ſpecie, nuptiis coeunt* Indi. 9, 11. *corpora offerre iræ.* 10, 4. *ſolvit ſenectus.* 8, 9. Ponitur & pro cadavere *corpus.* 4, 8. ſic *corpus Alexand.* 10, 10. *amici.* 8, 1. *Darii.* 3, 12. *demortui.* 5, 13. *ablatum.* 7, 1. Cyri *conditum.* 10, 1. *cruentum.* 8, 2. *defunctum.* 4, 10. *Alexand. tranſlatum Memphin.* [redacted], 10. *corp. ſine ſpiritu.* 10, 6. *ex equo deſilit in terram.* 7, 7. *corpora* ſcilicet defuncta. 8, 9.

Corycium nemus. 3, 4.

Coſſæorum montes. 4, 12.

Crapula ſeptem dierum. 9, 10.

Cratera ex auro dicata Herculi Tyrio. 4, 8. *cratera aurea.* 9, 10. *crateres vino repleti.* 9, 10.

Digitized by Google

Craterus Parmenioni parere jussus. 3, 9. *operi* ad Tyrum *praficitur.* 4, 3. *Peloponnensium equites ducit.* 4, 13. *ad custodiam castrorum relictus.* 5, 4. *parti exercitus, & impedimentis praficitur.* 5, 6. *Parthienem tuetur.* 6, 4. occurrit Alexandro. 6, 4. *Artacacnam obsidet.* 7, 6. *charus regi, Philota adversus.* 6, 8. *ex amicis Alexand.* 6, 8. *Cyropolin obsidet.* 7, 6. *majorem partem exercitus* ducit. 7, 9. *ad regem pervenit.* 7, 9. *Dahas opprimit.* 8, 1. item *Haustanem & Catenem.* 8, 5. *cum phalange sequitur* regem. 8, 10. *amicorum preces perfert ad eum.* 9, 6. *copias* pedestres *ducit.* 9, 8. veteranis in patriam redeuntibus *praepositus in Europa res administrare jussus.* 10, 7. *ad interficiendum Antipatrum missus.* 10, 10.

Crates, plutei. 5, 3. *ex cratibus scuta.* 10, 2.

Credo, &c. 4, 4. per antiphrasin, pro non credo. 3, 2. *crederes*, existimare *quis posset.* 4, 10.

Crepido portus. 4, 5. *crepidines magnae molis.* 4, 1.

Crescit quibus *animus.* 4, 6. *fama.* 7, 4. *opus aliquantulum altitudinis.* 6, 5. *petra in sublime fastigium elatis modicis* exsurgit attollitur. 8, 11. *crescens malum.* 8, 4.

ad Cretam liberandam missus Amphoterus. 4, 8. *nunc Spartanorum, nunc Macedon. praesidiis occupatam.* 4, 1. *Cretensis miles.* 3, 7. in exercitu Alex. 3, 9. *Cretenses sagittarii occidunt Sisenem.* 3, 7.

Crines lacerati. 3, 11.

Critobulus. 9, 5.

Crocum. 3, 4.

Croesus. 3, 4.

Crudelitas Alexandri. 3, 11. *victoris grassata est in urbe.* 5, 6. *aliena.* 6, 10. *justa.* 6, 11. *luxuriae non obstat.* 9, 10. *crudelitati non plus liceat, quam clementia.* 6, 10.

Crudo (non cocto) *latere structa.* 8, 10.

Crus adfligitur saxo. 4, 6. *saucium pendet.* 8, 10. 7, 6.

Crystallo inclusa Solis imago. 3, 3.

Cultores, incolae Tyri. 4, 4. *cultores*, agricolae. 4, 14. *cultus*, ornatus, *donis & omni honore.* 3, 7. *honoribus deorum.* 5, 12. *culta muliebriter turba.* 3, 3. *cultum solum*, laboratum. 4, 7. *cultu*, honorati, *loco parentum.* 4, 2. *cultiora* loca. 6, 4. sic & *tempora, ingenia.* 7, 8. *cultus humanus*, ubi homines colunt exercentque agros. 7, 7. 7, 8. *cultus humani solitudo.* 7, 3. *vestigium.* 5, 6. *vestigia.* 5, 6. *cultus deum.* 8. 11. *in regem.* 8, 5. *cultus* de armis & vestibus. 10, 2. *cultus habitusque à privato abhorrens.* 3, 6. *ornatusque regalis.* 3, 3. *corporis levis ac parabilis.* 3, 5. *equorum exactus ad luxuriam.* 5, 1. *feminarum* vestis ornatusque. 5, 6. *regis.* 3, 3. vehiculi. 3. 1. *virorum nobilium, feminarum illustrium.* 3, 13. *modicus civilisque.* 9, 8. *regius.* 5, 12. 5, 13. quem *honestat.* 3, 3. *ad cultum pristinum refecta arma.* 9, 10. *cultu prodi.* 3, 12. *cultu vitae abhorrens à ceteris gens.* 5, 6. *vita aspera gens.* 6, 5.

Cunctanter. 6, 10. *cunctans surgere.* 8, 1. *cunctantes.* 6, 5. *nec cunctatus, dixit.* 8, 6. *nihil cunctatus.* 5, 6. *cunctatio.* 9, 4. *hostium.* 4, 6.

Cuniculus perpetuus iter praebet. 8, 2. *cuniculo capere urbem.* 9, 8. *suffossi muros.* 7, 6. *cuniculos agi jussit.* 4, 6. *cuniculis plurimis subrui muros.* 4, 6.

Cupere quae acrius. 7, 8. *cupiditas.* 7, 4. *consequendi.* 5, 13. *regni.* 5, 12. *regni nimia.* 4, 1. *vini haud tolerabilis.* 5, 7. *ad venandum.* 9, 1. *cupiditates immodicae.* 10, 5. *adversus cupid. immod. nunquam terminus stat.* 10, 10. *cupidi auri & argenti.* 8, 8. *cupido cognoscendi plura.* 10, 1. *demendae ignominiae.* 7, 2. *famae insatiabilis.* 9, 2. *fatigandi naturam.* 7, 11. *gloriae laudisque.* 10, 5. *imperii, revertendi in patriam.* 9, 7. *potiundi loci.* 7, 11. *sortis explendae incessit animo.* 3, 1. *vini.* 10, 5. *visendi.* 6, 5. *ingens ademndi.* 4, 7. *injusta, intempestiva.* 4, 8. *justo major.* 10, 5. *pervicax incessit visendi.* 9, 9. *femina ad Venerem acrior perpulit.* 6, 5. *visit rationem.* 9, 2.

Currere ad. 6, 8. *ad complectendum.* 7, 2. *currimus quisque in suos ordines.* 7, 1. *cursuri per saxa.* 8, 11.

Curricula. h. e. currus. 8, 14. *currus regis.* 3, 3. *pregravit.* 9, 10. *sacratus Jovi.* 3, 3. *currus sublimis.* 3, 11. *currus adornati auro, &c.* 10, 1. *dissipati.* 8, 14. *falcati.* 4, 12. 4, 15. *graves, immobiles.* 8, 14. *in curribus*

sum-

ſumma virium Poro. 8, 14. *curſus Lunæ.* 8, 9. *rerum.* 3, 5. *ſiderum.* 7. 4. *abſconditus.* 7, 10. *brevis ex Italia in Epirum, curſu inhibito.* 4, 16. *curſus* fluminis *ſegnior.* 9, 2. navigii *reverberatur æſtu.* 9, 9. *curſum victoris morari, curſu effuſo.* 9, 13. *libero meat amnis.* 5, 1.

Cuſtodia caſtrorum. 5, 4. *corporis.* 3, 9. 5, 1. 5, 11. 10, 3. *contra fas juſque peregrino militi tradita.* 6, 4. *ſine cuſtode relictum regnum.* 6, 5. *cuſtodes,* qui clauſtra portus ſervant, vigiles. 4, 5. *cuſtodes,* de excubiis in ſaltu & aditu poſitis. 5, 4. *cuſtodes,* qui captivos adſervabant, *caſi.* 4, 15. *Aſia, Europæ.* 7, 8. *corporis.* 4, 13. *corp. excitati.* 8, 6. diſtinguuntur ab *armigeris.* 8, 2. *cuſtodes impedimentorum luxæ.* 5, 8. pecuniæ. 6, 2. *erilis.* 5, 4.

Cydaris. 3, 3.

Cydnus amnis. 3, 4. *Tarſon interfluit.* 3, 5.

Cyprus. 4, 1. *Cypro claſſis advenit.* 4, 3. *Cyprius regibus honos habetur* ab Alex. 4, 8. *imperat* Alex. *as ſtupamque & vela* ad naves. 10, 1.

Cyrenenſes. 4, 7.

Cyropolis. 7, 6. *obſeſſa à Cratero.* 7, 6.

Cyrus nobiliſſimus rex. 4, 12. *imperium primus in Perſidem intulit.* 4, 14. *condidit urbem Perſagadum.* 5, 6. *deceſſit.* 7, 6. *quondam rex Perſ.* 10, 1. *Cyri caſtra, regia.* 3, 4. *exercitum juvant Agriaſpæ.* 7, 3. *ſedes.* 6, 3. *ſepulchrum Alex. aperit.* 10, 1.

D.

Dædala, regia. 8, 10.

Dahæ. 4, 12. *equis bini inſident.* 7, 7. *oppreſſi à Cratero.* 8, 1. *& Maſſagetæ* confines. 8, 1. *Spitamenen* recipiunt. 8, 3. Alexand. militant. 8, 14. 9, 2.

Damaſcus. 3, 8. *ubi regis* Perſarum *gaza.* 3, 12. *Damaſci præfectus.* 3, 13.

Darius ſtatuit ipſe decernere. 3, 2. *veritatis impatiens.* 3, 2. *vaginam acinacis jubet mutari.* 3, 3. *ſanctus & mitis.* 3, 2. 3, 8. *inermem ſuis ad ſe tuendum.* 3, 11. *mitis & ſimplex.* 5, 10. *haud rudis Græcæ linguæ.* 5, 11. *capitur.* 5, 12. *compedibus aureis vincitur.* 5, 12. *movit ab Ecbatanis.* 5, 13. *telis confoditur.* 5, 13. *moritur.* 5, 13. *vindicatur.* 7, 5. *Darii amiculum.* 3, 12. *conjux.* 3, 3. *corpus repertum.* 5, 13. *exercitus.* 4, 9. *fuga.* 4, 16. *liberi.* 3, 3. *literæ.* 3, 5. *mater.* 3, 3. *pecunia.* 3, 3. *ſepultura.* 5, 13. *ſomnium.* 3, 3. *tabernaculum.* 3, 11. *bellum infert Græcia.* 4, 1. *Europæ.* 5, 6. *ejus inſolentia.* 3, 10.

Dataphernes. 7, 5. *vinctus Alexandro traditur.* 8, 3.

Debellari fame atque inopia. 3, 5. *inopia.* 4, 9. *debellaturus ſuper menſam Alexandrum Beſſus.* 7, 4.

Decerpere ſolia hederæ. 8, 10.

Decor habitus in barbaris ratus. 8, 4. *decorant currum ſimulachra.* 3, 3. *decorus habitus.* 9, 7. *multa præter ipſius decorum gerere.* 10, 4. aliter quam deceret. *decus,* honor, gloria, *belli opimum.* 7, 4. *capitis,* diadema. 5, 8. *caſi regis.* 4, 15.

Deditamenes. 8, 3.

Defectio Bactriana. 7, 7. *equitum.* 10, 8. *Lacenum.* 7, 4. *regionis finita.* 8, 1. *Sogdianorum nunciata.* 6, 7. *tranſfugarum comperta.* 7, 6. *defectio Lunæ.* 4, 10. *defenſus religione loci.* 10, 9.

Defodere muricem in terram. 4, 13.

Degere in urbibus, publicis (non peculiaribus) *moribus.* 8, 9. *degentes inter feras.* 9, 3.

Delectus juniorum. 10, 3. *principum.* 8, 1.

Delere urbes. 5, 7. *ruinis & ignibus templa.* 3, 10. *delenda præſidia.* 4, 1.

Delicata aqua. 5, 2.

Deligatis antennis aſſeribuſque, utroque capite alligatis. 4, 3.

Dyardenes fl. delphines alit. 8, 9.

Demetrius. 6, 7.

Democrates. 6, 5.

Demophoon. 9, 4.

Dependentes unci. 4, 3.

Derbices. 3, 2.

Deſcendere (κάτω, mare verſus) 4, 6. *deſcendit in campos ſuperfuſum mare.* 9, 9. *deſcendere in ſinum.* 3, 5. *in Phœnicen.* 4, 1. *ſecundo amne.* 4, 7.

Deſcribere, definire, diſtribuere, *menſes in* 15 *dies.* 8, 9. *deſcribuntur equites in ſuam quiſque gentem.* 5, 2. *deſcriptus eſt annus in dies* tot. 3, 3.

De-

Deſtinare, definire, ſtatuere, deſignare. 8, 4. Deſtinaſſet *ambitum muris.* 4, 8. *huic ſacro diem.* 10, 8. *fidem imperio.* 4, 11. cui *imperium fatis.* 4, 7. *deſtinata* cui *Cilicia.* 10, 10. *polenta muris.* 4, 8.

Devincire ſimulachrum catena. 4, 3.

Devolvere clypeos è muris. 4, 3. *ſaxa per prona montium.* 5, 3. *fluvius inter ſaxa devolvitur præcipi.* 5, 3. *devolvi ex præcipiti.* 7, 11. *devoluti* ſcalis. 9, 4.

Deiirunt qua *Aquilones.* 8, 9.

Dextra pignus reconciliatæ gratiæ. 6, 7. *pig. reconcil. anim.* 6, 10. *ſua cuique dextra pariet ultionem.* 5, 8. *dextræ pignus.* 5, 13. *dextra regis* quos *admovere.* 6, 5. *dextram exoleti complexus.* 6, 7. *dextra lævaque.* 3, 3. 3, 9. *in dextris veſtris geritis libertatem, opem, &c.* 4, 14.

Dicare cui *crateram.* 4, 8. *urbem nomini.* 4, 3. *dicati dii.* 8, 5.

Diducit ſeditio vulgum in diverſa conſilia. 9, 1.

Dies hic (decretoriæ pugnæ.) 8, 14. *conſtituet aut finiet imperium.* 4, 14. *dies fati.* 8, 9. *letbi.* 8, 9. *feſtus.* 8, 5. *dies ſolennes.* 10, 4.

Diffuſa toto orbe colonia. 4, 4.

Dimicant inter ſe ſinguli. 3, 11. *de imperio. pro ſalute.* 4, 3, *de regno.* 9, 6. *acrius quam cautius.* 8, 11. *ferociter.* 5, 6. *fortiter.* 4, 15. *promptius.* 4, 7. *viritim.* 7, 4. *ante ſigna.* 4, 14. *inter promptiſſimos.* 7, 6. *nudo capite.* 8, 1. *cum hoſte cominus.* 8, 2. *æquis viribus.* 6, 1. *à tergo dimicantis.* 4, 15. *dimicatur ferro inter, &c.* 5, 6. *dimicandum cum hoſte, cum loco.* 5, 3.

Dimittere alios in patriam. 10, 2. *animos*, remittere, 5, 2. ſic *dimittere milit. inſepultos.* 5, 4. *dimitt. amicos.* non amplius retinere. 9, 6. *concilium.* 8, 8. *pleroſque.* 4, 1. *dimitti ad.* 4, 11. *dimiſſus*, cui ignotum eſt. 6, 10. *diem. ab hoc ſermone.* 6, 7. *vulgus.* 10, 5. *dimiſſa concio.* 7, 2. 10, 8. *opportunitas*, emiſſa è manibus. 4, 4. *dimiſſum concilium.* 6, 11. *dimiſſi ceteri.* 6, 7. *domos legati.* 9, 8. *cum bona ſpe milites.* 9, 1. *quecunque dimiſſa eſſent in cavernam.* 6, 4.

Diogenes conjurans in Alex. 6, 7.

Dioxippus. 9, 7.

Dirigere curſum Gadis. 10, 1. *gladius è jugo*, arripere. 4, 9. *haſtam in os.* 7, 4. *iter ad curſum ſiderum.* 7, 4. *molem in adverſum ventum.* ita jacere, ut ventro adverſa ſit. 4, 3. *mucrones in ora.* 3, 11. *ſpatium menſium ad modum lunæ.* 8, 9.

Direptum ex capite inſigne regni, rapide *detractum.* 7, 5.

Dira ſuperſtitio. 4, 3.

Diſcere linguam peregrinam. 6, 10. *literas.* 4, 4. *quæ ex magiſtro.* 8, 7. *malis.* 8, 7. *didiciſſe uſu.* 5, 1. *didici eſſe infelix.* 4, 10.

Diſciplina militaris. 6, 6. *paupertate magiſtra ſtetit.* 3, 2. *militaris*, 5, 1. *militaris rei.* 5, 2. *regum vetus.* 4, 6.

Diſcuſſit fortuna deſtinata, diſſolvit, disjecit. 3, 8. *diſcutere tempeſtatem ſerenitate.* 10, 9. *negotia vitia.* 7, 1. *diſcuſſus*, excuſſus, *ſopor.* 6, 8. 8, 6. *diſcuſſa caligo*, diſſipata. 4, 12. *ebrietas.* 8, 2. *nix.* 7, 3.

Diſpenſatis aquis. 6, 4. diſtributis, & velut cum cura, æqua ſorte diviſis. contrarium huic eſt *profundere.*

Diſſentit vultus ab animo. 6, 1.

Diſtant puppes intervallo. 4, 3. *inter ſe ſpatiis modicis.* 7, 10. *diſtans mari urbs pari intervallo.* 3, 1.

Diſtringere curam. 3, 3.

Ditio & imperium, ſynonyma. 6, 9. *ditionis aliena eſſe.* 5, 5. *ſuæ* 8, 2. *ſua facere mare.* ſibi ſubjicere. 4, 4. *ſua facta.* 3, 7. *ditionis adjicere regionem*, poteſtati ſubjicere, manifeſto diſcrimine *ditionis* & *regionis*, quæ vulgo confundunt. 4, 1. *ditionis* cujus *permittere libertatem.* 9, 7. *ejus omnia permittere.* 8, 13. cujus *ſe perm.* 6, 5. *in ditionem redigere* Aſiam. 4, 1. *inſulas.* 4, 5. *urbem.* 3, 1. *redacta petra.* 8, 1. *redacti fines.* 9, 8. *in ditione* cujus eſſe. 6, 3. *in ditione erant gentes Ægypti.* 10, 10.

Diverberati fluctus. 4, 4.

Dives gaza. 5, 1. *regio.* 8, 5. *eadem & imbellis regio.* 9, 2. *dites campi.* 3, 10. *caſtra omni opulentia ditia.* 3, 11. *ditiſſimus quiſque.* 4, 1. *ditiſſimæ gentes.* 10, 2.

Divinare. 6, 10. *divinat marem esse conceptum.* 10, 6. *divinatio animi præsagientis.* 3, 3. *divinitas*, ut quis deus censeatur. 8, 5. *consequitur hominem aliquando, nunquam comitatur.* 8, 5. *divinus instinctus.* 8, 10. *vix divina ope.* 4, 2.

Divortium aquarum magnum. 5, 1.

Dium. vide *Dion.*

Diuturnum nihil esse potest, cui non subest ratio. 4, 14.

Dociles ad imitandum sonum aves. 8, 9.

Dolabra perfringens glaciem. 5, 6. *dolabris cædere vasa.* 5, 6. *cæsa sylva.* 8, 4. *perfringere murum.* 9, 5. *sternere sylvas.* 8, 4.

Domicilia. 3, 13.

Domi nobiles. 3, 15. hoc est, *clari inter suos*, ut loquitur. 4, 1.

Domus, ædes, *satraparum.* 10, 1. *domos ire*, in patriam. 7, 10. *redire.* 6, 2. *reverti.* 5, 5. 6, 10.

Dormire non possunt scelerati, conscientia obstrepente. 6, 10.

Doryphori. 3, 3.

Draco ferens ore herbam. 9, 8.

Dropides. 3, 13.

Dubitare. 8, 5. *accipere.* 4, 5. *nec dubitavit dare fidem.* 6, 4.

Duceni denarii. 5, 1. *duceni quadrageni denarii.* 7, 4.

Dulces aquæ. 4, 7. *dulcius ceteris mare.* 6, 4.

Durat, indurat, *ingenia hominum asperitas locorum.* 7, 3. *nodi duraverant stipites.* 6, 5. *lignum igni durare.* 3, 2. *durati sole pisces.* 9, 10. *durata igni hasta.* 3, 2. *duriora restant.* 7, 11.

Dux, scil. vix. 3, 13. *fidus.* 5, 4. 5, 7. *itineris sibi quisque.* 5, 4. *duce* quo *pervenire ad.* 5, 2. *sine duce ingredi iter.* 3, 13. *duces itineris.* Ibid. 8, 11. *itin. dati.* 5, 4. *itinerum.* 5, 3. *periti amnis, sumpti.* 9, 8. *socordius adservati profugiunt.* 6, 9. *dux copiarum.* 8, 14. *equitatus.* 9, 9. *Scytharum.* 4, 15. *Thracum.* 10, 1. *militum turba sine duce, corpus sine spiritu.* 6, 11. *duces principesque militum.* 4, 10. *copiarum.* 4, 6. *copiarum convocati.* 5, 6. *sua laude non fraudandi.* 4, 16. *exercituum.* 8, 5. *duces clari.* 8, 2. *convocati.* 5, 13. *dati.* 8, 11. *egregii.* 4, 5. *nobilissimi.* 3, 11. *seniores.* 9, 3. *spectati virtute bellica.* 9, 8. ducum Darii *pluribus cura, omnibus fortuna abfuit.* 3, 2.

Dyardenes. 8, 9.

Dymnus. 6, 7. *comprehenditur.* 6, 7. *gladio se vulnerat.* 6, 7. *moritur.* 6, 7.

E.

Ebore clypei fulgent. 8, 5.

Ecbatana. 4, 5. 7, 10. *Media.* 10, 4. *caput Media.* 5, 8.

Ecbolima. 8, 12.

Effigies dei. 4, 7. *effigiem pacis, belli, gerere.* 3, 3. *effigies avium argentea.* 8, 9.

Effundit fons vim bituminis. 5, 1. *fumus caliginem.* 4, 9. *procella imbrem.* 8, 13. *procella nivem.* 3, 13. *effundunt montes caliginem.* 4, 12. *effundere* consilia, effutire. 6, 11. *currus falcatos in hostem.* cum impetu permittere. 4, 15.

Egelochus. vide. *Heg.*

Egestus limus. 5, 1. *egesta alte humus.* 7, 10. *egestum inde aurum.* 10, 1.

Elaptonius. 8, 6.

Elementum dicitur mare. 9, 9.

Eleutherius. 3, 13.

Emere percussorem in quem. 4, 1. *tuo capite innobilem vicum emi.* 9, 6.

Epimenes. 8, 6. insidias in Alex. detegit. 8, 6.

Epistola intercepta. 6, 9. *obsignata.* 3, 7. *Alexandri ad Darium.* 4, 1. *Parmenionis.* 6, 9. *Philotæ.* 7, 2. *epistola ad Parmen.* 7, 2.

Eques confusus. 4, 16. *mercenarius.* 4, 12. *missus.* 3, 11. *peregrinus.* 5, 1. *præmissus.* 8, 2. *equitem edocere periculum.* 4, 13. *equites* & *milites* distinguuntur, ut *miles* proprie intelligatur de pedite. sic, *equites, cumque his principes militum.* 6, 6. *ad omnes aditus dispositi milites, equites quoque itinera obsidere jussi.* 6, 8. *equites Agriani.* 4, 15. *Babylonii.* 5, 1. *Bactriani.* 7, 4. *Hyrcani Medique.* 3, 9. *Macedones* plus stipendii accipiunt quam peregrini. 5, 1. *Pæones.* 4, 9. *Peloponnensium, Thessal.* 4, 13. *Persarum.* 3, 11. *Scythæ.* 4, 12. *Thessal.* 3, 11. 4, 16. *gentis ejusdem.* 6, 6. *equites*

Digitized by Google

equites conturbati. 7, 2. *delecti.* 3, 9. *diſpoſiti.* 6, 8. *occurrentes.* 4, 16. *ſagittarii.* 5, 4. *equeſtres copiæ.* 6, 6. *equitabile planicies.* 4, 9. *equitare.* 6, 9. *equitatus*, *optima exercitus pars.* 6, 9. *conſtans ex nobiliſſimis juvenum.* 10, 7. *duodecim gentium.* 3, 3. *equitatu circumdato.* 4, 9. *equus ſolis*, *eximiæ magnitudinis.* 3, 3. *concitus.* 7, 4. *confoſſus vulneribus*, *deficienſque*, *procubuit.* 8, 14. *mutatus.* 4, 15. *nobilis umbra virga regitur*, *ignavus ne calcaribus quidem.* 7, 4. *pravalens.* 7, 7. *ſubmittens genua.* 6, 5. *equo vectus.* 3, 3. *equi albentes.* 3, 3. *circumactis.* 3, 11. *concitati.* 4, 9. *confoſſi.* 3, 11. *deficientes.* 4, 1. *frenati.* 4, 13. 7, 9. *infignes.* 8, 12. *nantes.* 7, 9. *pavidi.* 4, 13. *quadrijugi.* 9, 8. *recipientes.* 7, 9. *ſinguli ſingulo talentu empti.* 10, 1. *territi.* 7, 9. *traditi.* 7, 1. *turbati.* 8, 14. *equi regii quadringenti.* 3, 3. *Perſarum.* 3, 11. Daharum *bini armatos vehunt.* 7, 7. *equorum domiti greges.* 10, 1. *equos ſuos qui amiſiſſent*, *in more ſolito dati alii.* 7, 1. *equis citatis advolare.* 5, 12.

In equuleum (tormenti genus) *impoſiti.* 6, 10. *impoſiti duces.* 8, 7.

Ergaſtuli detrimenta. 5, 5. *plana terrarum non erigunt umbras*, *erigitur pons.* 7, 5. *ara.* 9, 3. *navigia everſa.* 9, 9. *terpentes ad ſpem.* 4, 10. *turres.* 8, 10. *erecta in modum metæ petra.* 8, 11. *erecta turres.* 4, 3.

Erigonus. 6, 4.

Erigyius impedimenta ducit. 6, 4. *ex amicis Alex.* 6, 8. *adverſus Satibarzanem miſſus.* 7, 3. *cum ſingulari certamine proſternit.* 7, 4. diſſuadet Alexandro bellum Scythicum. 7, 7. *exſtinctus.* 8, 2.

Erythræum mare. 2, 4. nomen ei dedit *Erythras rex.* 8, 9. 10, 1.

Eryx. 8, 12. *interimitur.* 8, 12.

Euboica gentes. 4, 2.

Euclemon. 5, 5.

Eudamon. 10, 1.

Eudemus. 3, 2. Charid.

Evergeta cognomen Agriaſparum. 7, 3.

Eumenes partem copiarum duſit. 9, 1. *poſt Alexandri mortem plures provincias accepit.* 10, 10.

Euphrates magnum munimentum regni Perſici. 4, 5. 4, 14. *interfluit Babylonem.* 5, 1. *altum limum vehit.* 5, 1. *Euphratis* ortus curſuſque. 5, 1. *Euphratem pontibus junctum cum copiis tranſit Alex.* 4, 9. *Darius.* 3, 1. 4, 9. *ad Euphrat. caſtra movet Dar.* 3, 3. *contendit.* 3, 7.

Euripides. 8, 1.

Europa inundata exercitu. 5, 7. *Europæi Scythæ.* 7, 7.

Eurylochus. 8, 6.

Euthymon. 5, 5.

F.

Falcati currus. 4, 12. 4, 13. *falcatorum curruum* impetus. 4, 15. *falcata quadriga.* 4, 9. *falces.* 4, 3. 9, 2. *demiſſa ab utroque latere.* 4, 15. *dependentes.* 4, 3.

Faſcia cærulea, *albo diſtincta.* 3, 3. *faſciis ſolutis.* 7, 6.

Faſtigium Hyrcaniæ perpetuo valle ſubmittitur. 6, 4. 9, 10. *par deorum potentiæ.* 6, 6. 10, 10.

Fatum pro morte, quem *præcepit.* 9, 6. *eſt inevitabile.* 4, 6. *adpetit.* 10, 1. *fati dies*, mortis. 8, 9. *lex* mortis. 5, 12. *fors inevitabilis.* 10, 1. *fata deorum ita ordinaverunt.* 4, 14. *exſpectaverunt Alexandrum*, *dum implevet*, *&c.* 10, 5. *fatu*, fatali diſpoſitione, *admoventur bella genti.* 10, 9.

Fauces Ciliciæ. 5, 3. 9, 2. *Ciliciæ jugi.* 3, 4. *regionis.* 8, 2. *quibus Syria additur.* 3, 8. *angustiſſima.* 7, 4. *artæ.* 3, 1. *arctiſſimæ.* 3, 4. 5, 3.

Favonius. 6, 6.

Felicitas Alexandri. 3, 4. 3, 13. 7, 2. eum *protexit.* 8, 10. Alex. *perpetua.* 9, 9. 10, 5. *perpetua in rebus dubiis.* 4, 16. *deprehenſa hæſitat.* 5, 3. *partium perpetua.* 8, 13. *rerum continua.* 7, 7. *regia.* 3, 13.

Fertilitas odorum. 5, 1. *fertilitatis Arabiæ cauſa.* 5, 1.

Fibræ peculium. 7, 7. 9, 4.

Filius Alexandri è Barſine. 10. 6. *Artabazi.* 3, 13. *Darii.* 3, 11. 3, 12. *Memnonis*, *Pharnabazi.* 3, 13. *parvus.* 3, 8. 8, 10. *filium in conſpectu* parentum *conſidere nefas* Perſis. 5, 2. *filii adulti.* 9, 1. *filia Oxatbris.* 3, 13. *Mentoris.*

3, 13. *Och.* 3, 13. *filia virgines.* 4, 11.
Fodere puteos. 7, 10. 9, 10. *ſpecus in montibus.* 5, 6.
Fœtus ſacrum, conjuglum. 10, 3. *fœdera humani divinique juris violata.* 3, 10.
Folia arborum melle tinguntur. 6, 4. *hedera ac vittum.* 8, 10.
Fomenta admovere corpori. 3, 6.
Fortuita accidentia. 8, 10. *fortuitum incendium.* 5, 7. *fortuita.* 5, 5. *femina.* 8, 10. *fortuna Alexandri.* 10, 6. *Alex. tranſit in quem.* 10, 6. *regia ſtirpe genita.* 6, 2. *fort. præterita.* 3, 12. *priſtina.* 3, 12. 5, 1. 8, 10. *corrumpit naturam.* 3, 2. *fortuna inſignia.* 10, 10. *fortunam*, ſtatum, conditionem, dignitatem, *amittere.* 3, 11. *fortuna*, felicitas, *Alexandri.* 8, 6. 10, 6. *regis* Alex. *vicit.* 4, 16. *regis* Alex. *perpetua avertit hoſtem.* 4, 9. *excedens fidem & incredibilis.* 3, 13. Alexandro *ubique præſto erat.* 3, 16. ei *providet.* 9, 5. *indulgendo nunquam fatigata.* 8, 3. *haſitanti* ei *conſilia ſubminiſtrat.* 6, 6. *in pericula vectum perpetua felicitate prosexit.* 10, 5. *à morte revocavit.* Ibid. *fortuna ſua* confidit. Alex. 7, 9. 7, 11. *fortunam Alexander ſolus mortalium in poteſtate habuit.* 10, 5. *fortuna*, caſus, eventus, *belli.* 5, 8. 6, 1. *Darii.* 3, 12. *diſcriminis quæ fuiſſet.* 3, 11. *ducis.* 6, 9. Felicitati *locus proxima.* 4, 11. *partium.* 4, 16. *partium eadem.* 4, 1. *rerum placebat.* 6, 1. *regis* adverſa, *etiam humillimis in ipſum licentiam facit.* 3, 13. *ſingulorum multiplex variaque.* 5, 5. *adſpirans.* 3, 8. *adverſa*, *ſecunda.* 10, 2. *altiſſima.* 6, 6. *iniquiſſima.* 6, 10. *lubrica eſt*, nec invita teneri poteſt. 7, 8. *melior.* 7, 4. *miſericors in nos.* 9, 6. *mutabilis.* 3, 8. *nova.* 4, 6. *pertinax.* 5, 9. *potentior omni ratione.* 3, 8. *præſens.* 3, 12. 7, 7. *priſtina.* 3, 12. *priſtina*, *adverſa.* 5, 10. *varia.* 5, 5. *verſabilis eſt.* 5, 8. *prout cuique fortuna erat.* 3, 11. *illa ipſa*, *quæ adſpirante res proſpere geruntur*, *vetanda.* 3, 8. *inſudit ſe ejus animo.* 3, 12. *nunquam diu ſtat eodem veſtigio.* 4, 5. *quos ubi ſibi credere cœpit*, *avidos gloriæ magis quam capaces facit.* 4, 7. *nunquam ſimpliciter indulget.* 4, 14. *invitatur præcoci gaudio.* 4, 15. *victi opes ad victorem tranſfert.* 5, 2. *ſubinde de nova ludibria excogitat.* 5, 12. *ſervitus excuſſit omnem ſenſum.* 5, 13. *æquat certamen inter fortiſſimos viros.* 6, 1. *belli artem victus quoque docet.* 7, 7. *fugam eo compulerat.* 5, 1. *ſine pedibus eſt*, *pennas habet.* 7, 8. *vertit incommoda quoque ad bonos eventus.* 8, 13. *probrum in gloriam.* 9, 10. *rebus famam preciumque conſtituit.* 9, 10. *abfuit ducibus* Darii. 3, 3. *ſeculi res in unam diem cumulavit.* 4, 16. *ſubit animos.* 6, 9. *primas ſpes deſtituit.* 4, 1. *finem vitæ ſtatuit.* 10, 5. *fortuna impotentis ſpecies.* 3, 11. *fort. varietate jactamur invicem.* 4, 14. *fortuna quoties ſe permiſerint homines*, *naturam dediſcunt.* 3, 2. *fortunam belli ſpectare.* 6, 1. *pugna vertere.* 4, 15. cujus *in conſilio habere.* 3, 5. vide *conſ. Adverſam quam ſecundam regere facilius.* 10, 2. *eandem ubique eſſe credebant.* 4, 15. *quam ipſe dediſſet*, *habituros venire jubet* Alex. 6, 5. *orientem moderate tulit* Alexander, *magnitudinem ejus non cepit.* 3, 12. magnam *capere difficile.* 4, 5. *ſuam quiſque in conſilio habet dum de aliena deliberat.* 5, 5. *ſuam quiſque habet in communi calamitate.* 6, 4. *Beſſi*, adverſam ſcil., *non ſcelus oderant amici ejus.* 7, 5. *exſpectare quam movere*, *tutius eſt.* 10, 9. *contra fort. non ſatis cauta eſt mortalitas.* 8, 4. *ſua majus facinus auſus.* 4, 6. *à fort. diu adflicti*, *mitiores ejus vices non immerito exſpectant.* 5, 8. *fortunati ſemper pacem quærunt.* 5, 5. vide & *felicitas.*
Fovea. in fovea deprehenſi cadebantur. 5, 2. & *velut in foveas delati hauriebantur.* 5, 4.
Frani aurei. 3, 13. *aurei equis additi.* 8, 5. *fren. domitarum gentium*, colonia. 7, 10. *frenare equos.* 3, 8. *frenati equi.* 3, 8. 4, 13. 7, 9.
Frater Alexandri. 10, 7. *Taxilis.* 8, 14. *implacabilis.* 7, 2.
Fremitus agminum. 4, 13. *bacchantium ululantiumque.* 8, 10. *hominum.* 4, 12. 4, 13. 8, 10. *hoſtium.* 5, 13. *indignantium obſtrepit.* 6, 9. *multitudinis.* ibid. *tumultuantium.* 5, 2. 8, 13. *exaudituſ.* 9, 7. *inlatus in.* 5, 4. *adcidit à litore.* 4, 4. *implet aures.* 4, 12. *ortus.* 9, 3. *fremitus* plural. 10, 5. *frendens.* 10, 2. *frendens tripi.* 4, 16.

Fretum. 6, 4. *æſtuant.* 8, 9. *anguſtum.* 4, 2. *Caſpium.* 7, 3. *immiſſum eſt in ſpecus.* 5, 7. *repletum immanium beluarum gregibus.* 9, 4. *vaſtum, procelloſum.* 10, 7. *fr.* IV. *ſtadiorum urbem (Tyrum) à continenti dividit.* 4, 2. *exæſtuat, furit, volutatur.* 4, 2. *freti,* maxis, *natura.* 9, 9.

Frigeſcens vulnus. 8, 10. *frigidiſſimus* amnis. 3, 4. *frigus India.* 7, 11. *matutinum.* 7, 5. *nocturnum adficit corpora horrore.* 8, 10. *frigoris remedium.* 8, 4.

Funda librare ſaxa. 4, 14. *vincire frontem.* 5, 6. *funda.* 3, 2. *fundis excuſſi lapides.* 5, 3. *ſagittiſque invadere pugnam.* 7, 6.

Fundere. fuſum latius flumen. 9, 2. *eſt multum ſanguinis.* 3, 11. *fuſi fugatique hoſtes.* 8, 1.

Funditores. 3, 9. *& ſagittarii.* 5, 8. *funditorum manus.* 3, 9. *adſpectu territi* Perſæ. 3, 9.

Funebres ludi. 10. 5.

G.

Gabaza. 8, 4.

Gadis. 10, 1. *ad Oceanum, colonia Tyri.* 4, 4.

Gamaxus. 8, 13.

Gangabas quos *vocant Perſæ.* 3, 13.

Gangarida. 9, 2.

Ganges fl. deſcribitur. 8, 9. *maximus fluminum India.* 9, 2. *Acceſinem intercipit.* 8, 9. 4, 6. *præcedio manant lachryma.* 7, 8.

Gaza. 5, 1. Perſepolitana quanta. 5. 6. *regis.* 3, 12. *gazam Perſæ vocant pecuniam regiam.* 3, 13. *gaza diti.* 5, 1. ad *Gazam cum copiis venit Alex.* 4, 5. eamque *obſidet.* 4, 6. *à Gaza copias movet.* 4, 7.

Gedroſiæ fines. 9, 10. long. 10, 7. *Gedroſiorum regio.* 9, 10.

Gelidior amnis. 8, 9. *Gelidiſſimus axis.* 7, 3. *gelu & riger.* 7, 3. *concretum.* 8, 4. *perpetuo rigentes gelu,* 3, 10. *gelu rigere* 3, 13.

Gemma annuli. 6, 6. *vagina ex gemmis.* 3, 3. *gemmæ.* 4, 7. *margaritaque.* 9, 1. *margarita India.* 8, 9. *gemma aureis foliis inſerta.* 9, 1. *internitentes.* 3, 3. alii *inter venientes. nobiles.* 10, 1. *pendentes ex auribus.* 9, 1. *gemmis adornatæ tunicæ.* 3, 3. *exculta India.* 8, 5.

Gerere bellum. 7, 7. *cum captivis & feminis.* 4, 11. *cum feris.* 7, 8. *effigiem Beli, Nini.* 3, 3.

Globus armatorum frequens circa quem. 10, 7.

Gobares. 5, 6.

Gordianorum terra. 5, 1.

Gordium urbs 3. 1. cui nomen dedit *Gordius Midæ pater.* 3. 1.

Gordyæi montes. 4, 10.

Gorgatæ. 7, 1.

Gorgias. 7. 1.

Gortuæ. 4, 12.

Græcia totius conventu celebrata Iſthmia. 4, 5. *Græci milites.* 3, 8. *mores.* 9, 4. *pedites mercede conducti.* 3, 9. *abrupti à ceteris.* 3, 11. *captivi.* 5, 5. *decernunt Alexandro coronam auream.* 4, 5. *Græcorum temporaria ſunt ingenia.* 4, 5. *fabulæ,* 5. 1. *fabuloſa carmina.* 3, 1. *mercenarii* in caſtris Alex. 5, 3. *fides* erga Darium. 5, 10. 5, 11. *militum fides.* 5, 11. *mores & mitia ingenia.* 8, 3. *mores mali.* 8. 5. *mentiendi licentia.* 8, 10. *triginta millia.* Dario militant. 3, 2. *quinquaginta M.* 5, 11. *Græcos qui Helleſponti oram tenent, vaſtat Darius.* 4, 1. *Græcæ urbes.* 3, 1. *Græcarum urbium legatos* Damaſci reliquit Darius. 3, 13.

Granicum ſuperat Alex. 4, 9.

Gregarius miles. 7, 2. 8, 4.

H.

Habitare diſperſis tuguriis. 4, 7. *ſparſis turguriis.* 5, 6. *habitatur regio pluribus vicis.* 8, 2. *habitus veſtis.* 3, 3. *veſtitus civilis.* 6, 6. 6, 11. *externus.* 10, 5. *Perſicus & vulgaris.* 3, 2. *habitus ſuperbiam animi inſolentia ſequebatur.* 6, 6. *habitus* cui reddatur. & mox ſequitur, *lanceam armigeri datam.* 7, 1. *hab. in quo te comitari ſolemus.* de armigeris. 7, 1. *ſimilis umbilico, gemmis coagmentatus.* 4, 7.

Hagæ. 8, 14.

Halys amnis. 4, 5. *Lydiam terminat.* 4, 11.

Hammon Libycus conſulitur in occultum ſcelus. 6, 10. *Hammonis ne-*

sum. 4, 7. *ad Hammonem corpus suum ferri jubet Alexand.* 10, 5. *Hammonii.* 4, 7.
Harpagones. manus ferrea. 4, 2.
Harpalus. 9, 3. *ei infestus Alex.* 10, 2.
Hasta igne durata. 3, 2. *argento exornata.* 3, 3.
Haustanes: 8, 5.
Hecataeus. 7, 1.
Hecatompylos. 6, 2.
Hector. 6, 9. *Parmenionis filius.* 4, 8. *ejus mors.* 4, 8.
Hedera gignitur in monte Mero. 8, 10.
Hegelochus copiis praficitur. 3, 1. *insulas in ditionem Alex. redigit.* 4, 5. *Chion occupat.* 4, 5. familiaris Parmenioni. 6, 11.
Hellanica educatrix Alexand. 8, 1.
Hellanicus virtutis causa donatur. 5, 2.
Hellesponti ora. 3, 1. 4, 1. *Hellespontum penetrare.* 2, 5.
Hephastion, charissimus Alexandro. 3, 12. *Phœnicem classe praetervehi jussus.* 4, 5. *ex amicis Alex.* 6, 8. *parti exercitus praponitur.* 8, 1. *missus in regionem Bactrianam.* 8, 2. *ad flumen Indum procedit.* 8, 10. *benigne excipitur ab Omphi.* 8, 12. *& regionem India subigit.* 9, 1. *majorem exercitus partem ducit.* 9, 10. *febricitans moritur.* 10, 4. *brachium ejus vulneratum.* 4, 16. pulchritudo & *lepor.* 7, 9. *Hephastioni ut heroi sacrificatur.* 10, 4. *nupsit filiæ Darii.* 10. 5.
Heracon. 10, 1.
Hercules. 8, 5. *dicatus deus.* 1, 5. *Jove genitus ad Indos venit.* 8, 10. *Herculis columnæ.* 10, 1. *decima.* 4, 3. *exercitus.* 9, 4. *metus* apud Hostes Indos *in religionem venerationemque conversus.* 8, 14. *scyphus.* 10, 4. *simulachrum agmini præferunt Indi.* 8, 14. *termini.* 3, 10. 9, 4. *Herculi sacrata ara.* 3, 12. *Tyrio crateram dicat Alex.* 4, 8. *Herculem aquaturus* Alex. 9, 2. *Tyri præcipue colunt.* 4, 2.
Hereditarium imperium. 6, 3. 10, 7. *heres Alexandri Aridæus.* 10. 7. *opum populus.* 10, 6. *regis certus, heres regni.* 10, 5. *heredes regni.* 6, 5.
Hermolaüs. 8, 6.
Hipsides. 7, 7.
Hircania. vide *Hyrc.*
Hirsuta coma. 9, 10. *hirta coma.* 5, 6. *hirta ora.* 4, 13.
Histaspes. 6, 2.
Horita. 9, 10.
Horratas. 2, 7.
Hospes Philippi Artabazus. 6, 5. 5, 9. *hospitales dii.* 5, 2. *hospitaliter.* 4, 2. 8, 12. *excepti.* 7, 6. *hospitii pignora.* 6, 5.
Humare suos, solenne munus militiæ. 5, 4.
Hydaspes. 4, 5. *amnis.* 8, 12. *Acesini committitur.* 9, 4.
Hypasis. 9, 1.
Hyrcania. 8, 3. *pars regni Pers.* 4, 5. *ad Hyrcania fines penetrat* Alex. 6, 4. *Hyrcania urbs.* 6, 5. *Hyrcaniam petit Bessus.* 5, 13. *Hyrcani egregii.* 3, 2. *Hyrcanium mare,* aliis *Caspium.* 6, 4.

I.

Iberia ab Ibero fl. vocata Hispania. 10, 1.
Illinc, hinc. 4, 14. vide & *hinc.*
Illyris rapto vivere adsueti. 3, 10. in exercitu Alex. 4, 13. *Illyriorum praerupta petra.* 3, 10. *Illyrios subegit* Alex. 9, 6.
Imago solis crystallo inclusa. 3, 3.
Imber vix sub tectis tolerabilis. 8, 13. *imbrem vis frigoris concreto gelu adstringit.* 8, 4.
Imbrus. 4, 5.
Imitari arma. 3, 3. *exemplum.* 5, 6. *genium natura.* 5, 1. *mores.* 10, 5. *imitatus Achillem.* 4, 6.
Immobiles clypeis hastisque cunei. 3, 2. *currus.* 8, 14. *unda.* 9, 4.
Immolatur Saturno puer. 4, 3.
Imperitatum cui *esse avare & superbe.* 4, 7. *imperium totius orbis.* 4, 7. *mente complexus* Alexand. 9, 2. *imper. maxima partis terrarum.* 10, 2. *Persarum.* 3, 3. 4, 14. *nationis unius.* 5, 8.
Imp. populi, regum, democratia, & monarchia. 9, 8. *imperium,* pro jussu. 10, 2.

Imperio regis ſpreto. 8, 14. *imp. terrarum omnium.* 5, 13. *aternum.* 8, 8. *alienum.* 4, 1. 10, 10. *amplius.* 9, 8. *fiduciarium.* 5, 9. *hereditarium.* 6, 3. 10, 7. *novum.* 4, 1. *nov. nuper ſubacti aſpernantur.* 5, 7. *novum, precarium.* 6, 3. *patrium.* 4, 1. *peregrinum invidiæ ſubjectum.* 2, 6. *pragrave, periculoſum eſt.* 4, 11. *precarium.* 4, 7. 10, 6. *reditum.* 8, 4. *regium.* 4, 7. 9, 1. 10, 2. *ſtabile, aternum.* 8, 8. *ſummum ora maritima*, præfectura. 3, 13. *imperium quod ſub uno ſtare potuiſſet, dum à pluribus ſuſtinetur, ruit.* 10, 9.

Inauditum facinus. 5, 9.

Incedere, incedit agmen lentius. 4, 7. *agmen obliquum.* 4, 15. *incedere pluribus ordinibus.* 3, 9. *quadrato agmine.* 5, 13.

Inclutus carminibus amnis. 3, 1. *inclyta vetuſtate famaque urbs.* 4, 1. *incluti anones.* 3, 4. *incluti armis.* 4, 2.

Incolæ. 3, 1. *nemoris.* 4, 7. *oppidi.* 7, 5. *urbis trucidati.* 8, 10. *urbium.* 7, 11. *dati urbi captivi.* 7, 6. *ſuper Boſphorum Scythæ incolunt.* 7, 6. *incolere campos.* 6, 5. *Europam.* 7, 6. *inſulam.* 4, 2. *montes.* 4, 12. *terras.* 4, 12.

Incurrere. 9, 5. *amnis per ſaxa incurrit*, decurrit. 6, 4. *incurrit leo regem invaſurus.* 8, 1.

India. 10, 10. deſcribitur. 8, 5. *ſpectat Orientem.* 8, 9. Indos *vis frigoris.* 7, 11. *Indus flumen.* 8, 10. *amnis.* 8, 11. *gelidior.* 8, 9. *ad Indum fl. venit* Alex. 8, 12. *Indus*, h. e. magiſter elephant. 8, 14. *rex Indus.* 9, 1. *Indi.* 3, 2. *Macedonum futuri.* 3, 10. *conveniunt* ad Darium. 4, 9. *adcola rubri maris.* 4, 12. *Oceani.* 4, 5. *in poteſtate* Darii. 5, 9. Beſſi auxiliares. 7, 4. *maritimi.* 9, 10. *vinoſi.* 8, 9. Indicæ *merces.* 8, 9.

Induciæ LX *dierum.* 3, 11.

Indulgentia, benignitas, Alexandri in matrem Darii. 10, 5. *victoris.* 5, 3. *indulgere* quibus. 7, 1. *indulget fortuna.* 4, 14. *indulgens luxuria.* 8, 8. *ſpei ſuæ.* 8, 14. *fortuna indulgendo ei non defatigata.* 8, 3.

Inevitabilis ſors fati. 10, 1. *inevitabile fatum.* 4, 6.

Inexplicabile vinculum. 3, 1.

Infamia inſidiarum. 10, 4.

Infenſus Carthagini Alexand. 10, 1. *ſuperbia.* 7, 11. *infenſi Alexandro.* 9, 7. *opibus* cujus. 4, 7. *præturibus Ægyptus* 4, 1.

Inlata Græcia bella. 3, 10.

Inſuenti fluvio *aſperum os objicit* alter. fl. 8, 9.

Inſuderat ſe fortuna animo ejus. 3, 12. *mare litoribus gemmas margaritaſque.* 8, 9.

Ingeneravit natura cupiditatem venandi. 9, 1. *ingenita genti veneratio.* 3, 6. *ingenium adſentantium.* 8, 8. *humanum.* 8, 14. *mite ac tractabile.* 3, 2. *cultiora.* 7, 8. *ferocia.* 8, 2. *horrida.* 4, 6. *humana.* 8, 2. *immitia.* 9, 10. *mitia.* 8, 3. *mitiora.* 6, 3. *molliora.* 5, 6. *præcipitia. ing. hominum format ſitus locorum.* 8, 9. *ingeniis humanis ſemper parata ſimulatio eſt.* 5, 10.

Inligare aſſeribus corvos, &c. 4, 3.

Inſalubris potu Oxus. fl. 7, 10.

Inſidere jugum montis. 3, 9. *in dorſo.* 6, 5. *inſidiæ domeſticorum.* 9, 6. *Parmenionis in regem.* 7, 2. *comparatæ.* 8, 6. *comp.* cui. 6, 7. *comp. in caput.* 6, 2. *impia.* 6, 9. *præparata in caput.* 6, 7. *inſidiæ in regem etiam cum perjurio detegendæ.* 6, 7. *inſidiari auctoribus ſalutis ſuæ.* 9, 7. *capiti* cujus. 6, 11. cui. 5, 11. *ci.* 7, 5. *bene meritis.* 6, 10. *regi.* 6, 10. *ſtirpi* cujus. 6, 10.

Inſiſtunt cuneis gradus. 7, 11.

Inſolens gaudium. 4, 6. *inſolentia animi.* 6, 6. *barbari.* 7, 11. *Darii, Xerxis.* 3, 10. *inſolitus rigor.* 7, 3. *ſtridor.* 8, 14. *inſolitum genus pugnæ.* 9, 1.

Inſtruere aciem. 4, 16. *convivium.* 8, 4. *inſtructus miles.* 4, 10. quis *copia commeatuum.* 4, 10. *ad obtinendum hoſtem.* 3, 2. *inſtructa acies.* 4, 13. *inſtructum agmen.* 3, 9. *omni luxu & opulentia tabernaculum.* 3, 11. *inſtructi militer.* 3, 8. *inſtructæ quadriremes.* 4, 3, *inſtrumenta belli.* 9, 3. *crudelitatis.* 6, 11.

Intacta Baltra. 5, 9. *ſunt ultima regni.* 5, 1.

Integere vehiculum pellibus. 5, 12.

Intemperantia lingua. 8, 1. *intempe-*

rantius. 7, 5. *intemperies cœli.* 7, 4. *ebrietatis.* 10, 4. *intempeſta nox.* 4, 13. 7, 6. *intempeſtiva cupido.* 4, 8. *res.* 6, 11. *ſolicitudo.* 3, 6. *intempeſtiva convivia.* 6, 2. *ſacrificia.* 5, 4.

Inter dominum & ſervum nulla amicitia. 7, 8.

Interpres Græcus. 5, 11. *per interpretem audire homines lingua ſua.* 6, 11. *per interpretem pronunciare.* 6, 5. *interpretatio varia.* 3, 3.

Interrogare Iovem, conſulere. 6, 11.

Intima familiaritas. 7, 2. *diverſorii pars.* 6, 11.

Intonſum mentum. 8, 9. *intonſa coma.* 4, 13. 9, 10.

Inviſere Æthiopiam. 4, 8. *finem terrarum, mare.* 9, 1.

Inundata eſt Europa claſſe & *exercitibus.* 5, 7. *cruore Perſarum Cilicia,* 9, 2.

Inuſti notis literarum pedes, manus, aures. 5, 5.

Iollas frater Caſſandri. 10, 4. *inter miniſtros* Alexandri. 10, 10.

Ionæ ſervitio barbaria eximit Alexand. 6, 3. *Ionia.* 4, 5. *Ionia colonia.* 4, 1.

Iſſos urbs. 3, 7. *capta à Maced.* 3, 8. *ad Iſſon prælium.* 4, 1.

Iſter. 7, 7. *inter Iſtrum & Euphratem.* 4, 11.

Iſthmus inter Ponticum & Cilicium maria. 3, 1. *Iſthmiorum ludicrum.* 4, 5.

Italia. 8, 1. *Italiæ ora.* 10, 1.

Iudæorum ſacerdos. 2, 11.

Ingalium vis ingens. 9, 10.

Iupiter. 4, 13. *Gracia ultor aperuit oculos.* 5, 5. *Iovis Hammonis oraculum.* 4, 7. *filius dici credique vult* Alexand. 8, 5. *Iovis templum.* 3, 1. *Iovi ſacrata ara.* 3, 12. *Iovem ſui generis auctorem credi vult* Alexand. 4, 7. *propitiat* Alexand. 4, 13. *Iove genitus* Alexand. 8, 10.

Ius gentium. 4, 2. *gent. commune.* 10, 7. *imperii.* 10, 8. 10, 10. *jus libertatis.* 3, 12. *juris humani divinique fœdera.* 3, 10. *jura belli.* 4, 1. 7, 8. *gentium.* 6, 11. *gent. violata.* 4, 2. *naturæ.* 9, 5.

Iuſſu Alexandri. 7, 5. *Darii.* 5, 2. *regis.* 3, 7. *Xerxis.* 7, 5.

Iuſtitia Alexandri. 4, 11. *juſti illi reges Darius & Xerxes.* 10, 6. *juſtiſſimi barbarorum Scythæ.* 7, 6. *juſta* funebria, *perſolvere* cui. 4, 12. *præſtare regi.* 10, 8. *ſoluta corporibus defunctorum* 3, 12.

Iuvenis, Alexander, *elatus inſolenti gaudio.* 4, 6. *impiger.* 3, 3. *nobilis.* 6, 7. *pubeſcens.* 7, 2. *juvenes fortiſſimi.* 7, 2. *fort. adſumpti.* 7, 5. *geniti eadem matre, novem.* 6, 5. *integri.* 7, 1. *nobiles.* 8, 2. *pares numero totius anni diebus.* 7, 3. *perniciſſimi.* 7, 11. *promptiſſimi.* 8, 11. *juventa inritat iracundiam & cupidinem vini.* 10. 5. *juventæ flos.* 3, 5. *juventus.* juvenes viri. 4. 4. *egregia,* 3, 2. *nobiliſſima.* 6, 9. *Cappadocum juventute adſumpta.* 4, 1.

L.

Lacedæmonii, gens bello nobiliſſima. 6, 1. *ſocietatis* cum Alex. *fidem violant.* 3, 3. *fidem dari* ab Alex. poſtulant Græci. 6, 5. *inter Lacedæmonios rex eminebat.* 6, 1.

Lacones. 6, 1. *Laconum defectio.* 7, 4. Vide ſupra Lacedæmonii.

Lamina argentea clypeorum. 8, 5. *ferrea, connexa.* 4, 9. *laminarum ſerie gravei.* 3, 11.

Laomedon. 10, 10.

Lateri vinculum ſunt lapides. 8, 10. *latere crudo ſtructa. ib. laterculus.* 7, 3. *cœtilis.* 5, 1.

Latro dicitur qui conjuravit in principem. 8, 8. *omnium gentium*, Alexand. 7, 8. *ſervatorum ſuorum*, Alexand. 8, 2. *latronum* XX. *millia.* 7, 6. *latrocinia.* 8, 2. *latrocinis adſueta gens.* 6, 5. *latrunculorum ſolertia.* 4, 13.

Laxata compages arietibus. 4, 4. *vis morbi*, remiſſa. 3, 5. *laxati funes.* 4, 3. *ordines.* 4, 13. 4, 15. *laxatis habenis.* 4, 15. *l. hab. invehi.* 4, 9. *laxius ſtare.* 3, 7. *tendere.* 3, 8.

Legati Abiorum Scytharum ad Alexand. 7, 6. *Abiſara.* 8, 13. *Abiſ. ad Alex.* 9, 1. *Athenienſium.* 3, 1. *Ath. Chiorum, Rhodiorum*, ad Alexand. 4, 8. *bar-*

E. barbarorum. 7, 6. *Carthaginenſium* ad Tyrios. 4, 2. *Cyrenenſium dona adferunt* Alex. 4, 7. *gentium.* 10, 8. *gentium duarum centum adeunt Alex.* 9, 7. *miſſi domos.* 9, 8. *Lacedæmoniorum ad Darium.* 6, 5. *Omphis ad Alex.* 8, 12. *Sacarum,* 7, 9. *Sac. benigne excepti.* 7, 9. *Scytharum ad Alexand.* 7, 8. 8, 1. *undique Babylonem confluunt.* 10, 4. *ſuperveniunt.* 4, 3. *introducti.* 4, 1. Duodec. *legatis Carthaginenſium parcit* Alex. in excidio Tyri. 4, 4. *legatio benigne audita.* 8, 1.

Lembi piratici. 4, 5.

Leonidas Parmenioni amicus. 7, 2.

Leonnatus ex purpuratis Alexand. 3, 12. *armiger.* 6, 8. *lanceam aufert* Alexand. 8, 1. *ad cubiculi* regii *limen excubat.* 8, 6. copiis præeſt in prœlio adverſus Porum. 8, 14. Alexand. periclitanti ſubvenit. 9, 5. *ſemianimis procubuit.* 9, 5. *præmiſſus.* 9, 10. *levis armaturæ partem ducit.* 9, 10. *ſtirpe regia genitus.* 10, 7. *Leonnati litteræ* ad regem. 9, 1. *Leonnato data provincia poſt mortem Alexand.* 10, 10.

Lesbus. 3, 1.

Leucoſyri. 6, 4.

Levis armatura. 6, 6. 8, 10.

Libanus mons. 4, 2. 10, 1. *in Libano egreſſus Arabum.* 4, 2.

Liber Pater. 8, 2. 8, 5. 9, 2. 9, 4. *dicatus deus.* 8, 5. *Jove genitus ad Indos venit.* 8, 10. *celatus Jovis femine. ib. celebre Indis nomen.* 9, 8. *Liberi Patris gloriam & famam æmulatur* Alexand. 5, 10. *lucus.* 1, 11. *termini.* 3, 10. *triumphus.* 3, 12. *a Lib. patre condita Nyſa.* 8, 10.

Lignum haſtæ infixum corpori. 9, 5. *lignum igne durare.* 3, 2.

Linea veſtis. 9, 8. *lineæ veſtes.* 9, 7.

Lirneſſus. 3, 4.

Lixæ caloneſque. 8, 4. *lixæ mercatoreſque.* 10, 1. *lixarum & calonum greges.* 3, 3.

Loecus. 6, 7.

Locrenſes. 4, 13.

Lorica. 9, 3. *lorica indutus remex.* 7, 9. *lorica auro & argento adornata.* 8, 5. *lora rupta.* 3, 1. *trajecta per talos.* 4, 6.

Luctus, ob demortuum, *in caſtris Alexandri.* 3, 5. *continetur muris.* 10, 5.

Ludicrum Iſthmiorum ſolenne. 4, 5. *ſpectaculum.* 3, 7. *ludificari.* 6, 11. *per ludum.* 8, 6. *ludi.* 6, 2. *convivales.* 5, 1. 6, 2. 8, 4. 8, 6. *funebres magni.* 10, 5.

Lycaonia. 4, 5.

Lycia. 7, 10. *Lyciæ res compoſita.* 3, 1. *Lyciam obtinet Antigonus.* 10, 10. *Lycius civis.* 5, 4. *dux itineris.* 5, 7.

Lycus. 3, 1. *Lycum amnem ponte jungit* Darius. 4, 9. *trajicit Darius.* 4, 16.

Lydia doti datur Alexand. 4, 5. *Lydiæ præfectus Antigonus.* 4, 1. *Lydiam recuperare tentant prætores Darii.* 4, 1. *terminat Halys.* 4, 11. *in Lyd. ducit Cyrus,* 3, 4. *mittitur Menander.* 10, 10.

Lynceſtes. 4, 13. *Alexander.* 7, 1. 8, 8. 10, 1. *lanceis confoditur.* 7, 1. *Amyntæ.* 5, 2.

Lyræ ſonus. 9, 10.

Lyſimachus dux Alex. 8, 1. *Lyſimachi* provinciæ poſt mortem Alexandri. 10, 10.

M.

Macedo pro Macedonibus, ſing. pro plurali. 3, 11. *Macedo gregarius miles.* 8, 4. *imperio regio adſueti.* 4, 7. *toto orbe* noti. 4, 14. *tali rege digniſſimi.* 4, 16. *gens bello nobiliſſima.* 6, 1. *moris patrii tenaces.* 8, 5. *circa Alexand.* 3, 11. *cohibiti intra caſtra.* 10, 3. *in acie ſenes facti.* 9, 2. *incompoſiti.* 4, 2. *infeſti.* 7, 6. *invicti ceteris.* 8, 8. *liberatores orbis.* 3, 10. *mœſti.* 7, 6. *obtriti.* 4, 15. *Macedonum acies.* 3, 2. 3, 3. *regum genus.* 4, 2. *genti ingenita erga reges ſuos veneratio.* 3, 6. fortitudo. 3, 10. *celebrata.* 9, 7. *nomen* terribile. 4, 14. *barbaris inviſum facit avaritia ac libido eorum.* 10, 1. *lex* de propinquis conjuratorum necandis. 6, 11. *bella civilia.* 10, 9. *caſtra.* 3, 3. *promptiſſimi caſi.* 3, 11. *turba circa regem.* 3, 1. *trecenti deſiderati.* 4, 16. *veneratio erga reges.* 3. 6. *armis nulla gens par.* 7, 9. *more pereunt propinqui inſidiantium regi.* 6, 11. 8, 6. *robur invictum.* 9, 2. *Macedonica nomina barbaris impoſita.* 10, 4.

Digitized by Google

Macerianus. 9, 7.
Machina, tormenta bellica. 8, 10.
Madathes, 5, 3. *Sisygambis sororis filiam in matrimonio habet.* 5, 3.
Mœotis palus. 6, 4.
Magi Babylonii obviam eunt Alex. 5, 1. *magica ars.* 7, 4.
Maleon turma. 4, 13.
Mallorum regio. 9, 4.
Mallos urbs. 3, 7.
Manicata tunica. 3, 3.
Manus prædantium amputatæ. 3, 8. 5, 5. *ferreæ*, 4, 2. *fer. & cervi.* 4, 3. *harpagones. infestæ.* 7, 1.
Maracanda. 8, 1. 8, 2. *urbs.* 7, 6. 7, 9.
Marathos urbs. 4, 1.
Mardus. 3, 13. *Mardi.* 3, 13. 4, 12. 8, 3. *Mardorum gens bellicosissima.* 5, 6.
Mareotis palus. 4, 7. *haud procul insula Pharo sita.* 4, 8.
Margiana. 7, 10.
Marsyas amnis. 3, 1.
Massagetæ. 4, 12. 8, 1. *Daha* confines. 8, 1.
Mater eademque conjux. 8, 2. ita *Syssambres ex matre sua duos filios genuit.* 8, 2.
Mazaces. 4, 1.
Mazæus. 4, 15. 4, 16. *Alexandrum transitu Euphratis prohibere non audet.* 4, 9. *prætor.* 4, 9. *regionem urit ut hostis.* 4, 9. *præmissus ad itinera occupanda*, 4, 12. *præsidet itineri.* 4, 14. *fugit.* 4. 16. *Babylonem seque dedit* Alex. 5, 1. *Mazæi precarium regnum.* 5, 8. *Mazæo propositus gener* Alex. 4, 11. *Mazæum transfugam satrapia Babylonia donat* Alex. 5, 1.
Mazaga. 8, 10.
Media. 10, 10. *Mediæ caput Ecbatana.* 5, 8. *fines ingressus Darius.* 5, 1. *satrapia.* 6, 2. *Mediæ præest Parmenio.* 6, 8. *Media nulla opulentior regio.* 6, 9. *Medus fluvius* describitur. 4, 5. *Medi.* 3, 2. pro Persis, & contra. 4, 12. *Medis imperitat* Alex. 9, 6.
Megalopolitani obsessi. 6, 1.
Mellis amphora. 7, 4. *folia multo melle tinguntur.* 6, 4.
Meleager dux agminis. 3, 9. *copias duxit*, 5, 4. *Cyropolin obsidet.* 7, 6. *libertatem Alexandri* fugillat. 8, 12. *infestus Perdiccæ.* 10, 7. *irrumpit regiam.* 10, 7. *novi regis satellet.* 10, 7. *princeps satellitum.* 10, 7. *occiditur.* 10, 9. *Meleagri ala.* 4, 13. *Meleagri* oratio de successore Alexandri. 10, 6.
Melon. 5, 13.
Memaceni. 7, 6.
Membra simulachrorum abrupta. 5, 6.
Memnon Rhodius nobilissimus dux. 3, 13. *pugnat ad Granicum.* 2, 5. *vita excedit.* 3, 1. alius *prætor Arachosiorum.* 7, 3. *moritur.* 9, 10. alius *ex Thracia supplementum adducit*, 9, 3. *Memnonis* (Tithoni F.) *regia.* 4, 8. *Memnona* Syriæ præficit Alex. 4, 8.
Memorandum inter exempla fortunæ agmen. 5, 5. *memoria Alexandri.* 7, 6. *calamitatis.* 8, 2. *charitatis pristinæ.* 6, 9. *Cyri æterna.* 4, 14. *majestatis exolevit.* 3, 13. *meriti invisa.* 8, 1.
Memphis. 4, 1. *Memphim petit* Alexand. 4, 8. *translatum corpus Alexandri.* 10, 10. *Memphi* potitus Alex. 4, 7.
Menander. 10, 10.
Menapis. 6, 4.
Menedemus. 7, 6. *missus ad obsidendum Spitamenem.* 7, 7. *exditur.* 7, 9.
Menidas explorare jussus. 4, 12. vulneratus. 4, 16. *adducit mercede militaturos.* 7, 10.
Ad Mennin urbem pervenit Alex. 5, 1.
Mensis Indorum *descripti in* XV. *dies.* 8, 9. *exacti.* 10, 6. *mensum est stipendium ducenis denarius.* 5, 1.
Mentoris filia. 3, 13.
Merita Alexandri. 7, 4. *maxima.* 5. 13.
Meros mons, 8, 10.
Mesopotamia unde sic dicta. 5, 1. *Mesop. fervida.* 10, 10. *Mesopotamiæ campi.* 3, 2. 4, 9. *spatiosi.* 3, 8. *prateres.* 10, 1.
Methymnæorum tyrannus Aristonicus. 4, 5. *& Chrysolaus.* 4, 8.
Metron, armamentario præfectus. 6, 7.
Mydæ regia. 3, 1. *pater Gordius.* 3, 1.
Milesii. 7, 5. *Miletum cepit Balacrus.* 4, 5. *apud Miletum* pugna. 8, 2. *Miletæ transierant Branchida.* 7, 5. *à Milesiis*

Miletus pecuniam exigit Pharnabazus. 4. 1.
Minerva ara. 2, 3. *ludi* celebrati. 3, 7. *ſacrata* ara. 3, 12. *locantur* ara. 8, 11. *caſa victima*. 8, 2. *Minervam propitiat* Alexand. 4, 13.
Mirabilia opera Orientis. 5, 1. *miraculum fallax*. 9, 3. *ingens*. 7, 5. *vulgatum fabulis*. 5, 1.
Mithren invocat Dar. 4, 13.
Mithrenes Sardeis prodidit. 3, 12. *Mithrenis precarium regnum*. 5, 8. *Mithreni Armenia data*. 5, 1.
Mitylenen Chares tenet cum præſidio Perſar. 4, 5.
Mobile agmen. 4, 14. *mobiles turres*. 8, 10.
Mœris. 9, 8.
Monimus. 3, 13.
Mons Caucaſus. 7, 3. *editus*. 3, 8. *deſicit*. 5, 4. *dividit Aſiam, ſpectat deſerta*. 7, 3. *percurrit in longitudinem*. 5, 4. *montes Armeniæ*. 5, 1. 7, 3. *Ciliciæ*. 4, 14. *Uxiorum*. 5, 3. *Gordyæi*. 4, 10. *perfoſſi*. 5, 7.
Mos Ægyptiorum patrius. 3, 3. 8, 5. *moris eſt Perſis*. 10, 1. *more gentis*. 7, 8. *Macedonum*. 6, 11. *majorum ſervato*. 3, 8. *more patrio ſacrificium dis facit* Alexand. 3, 8. *mores Græci*. 9, 4. *Græcorum*. 8, 3. *Græc. mali*. 8, 5. *optimi*. 8, 8. *patrii*. 6, 6. *perditi*. 8, 9. *peregrini*. 6, 6. *publici*. 8, 9.
Moſyni. 6, 4.
Mullinus. 8, 11.
Murices ferrei. 4, 13.
Muſicam. 9, 8. *deficiunt*. 9, 8. *Muſſines*. 9, 8.
Myndii. 3, 7.
Mythracenes quidam libri pro *Mithrac*. 5, 13.

N.

Nabarzanes. 3, 9. *prætor Darii*. 3. 7. *conjurat in Darium*. 5, 9. Dar. eidem agitat. 5, 10. *Hyrcaniam petit* fuga. 5, 13. *eam occupat*. 6, 3. *occurrit Alexandro*. 6, 5. *regioni quam antea obtinuerat præficitur*. 6, 6. *Drangarum ſatrapes*. 6, 6. *Nabarzanis litera* ad Alexand. 6, 4.
Naſamones. 4, 7.
Naura. 8, 2.
Nearchus. 9, 10. *longius in Oceanum procedere juſſus*. 10, 1. *Nearchi* ſententia de ſucceſſore Alexandri. 10, 6.
Neptis Ochi. 6, 2.
Nicæa. 9, 3.
Nicanor Parmenionis filius. 3, 9. *præfi Argyraſpidibus*. 4, 13. *præmiſſus* ab Alexand. *ad inhibendam fugam*. 5, 13. moritur. 6. 6. alius conjurat in Alexand. 6, 7. alius *temerarius & audax*. 8, 13.
Nicarchides. 5, 6.
Nicomachus. 6, 7.
Nicoſtratus. 8, 6.
Nilus crocodilos alit. 8, 9. *Nili fluminis claustra*. 4, 8. *Nilo amne vectus* Alexander. 4, 7.
Nodus Gordius. 3, 1.
Nora. 8, 11.
Numidia ſolitudines. 10, 1.
Nyſa. 8, 10. *à Libero patre condita*. 8, 10.

O.

Oceanus. 9, 3. *aditus*. 10, 5. *exæſtuant*. 9, 9. *adluit terras*. 4, 14.
Ochus amnis. 7, 10. *Ochus Dar. fil. in ſpem imperii* Perſici *genitus*. 4, 14. *Ochum filium* Darius *obſidem* offert Alexandro. 4. 11. *Perſarum ſæviſſimus regum*. 10, 5. *ejus Ochi, qui ante Darium regnaverat, filia*. 3, 13. *neptis* ejus. 6, 2. *uxor*. 3, 12.
Olympias mater Alex. 9, 6. *Olympiadis & Antipatri ſimultates*. 10, 4. *Olympiada immortalitati conſecrare decrevit Alex*. 10, 5.
Omphis. 8, 12. *rex patris nomen ſumit*. 8, 12.
Oneſicritus. 9, 10. *longius in Oceanum procedere juſſus*. 10, 1.
Onomaſtorides. 3, 13.
Opes Alexandri. 5, 12. *exercitus*, divitiæ. 5, 1. *Macedonum*. 6, 5. *Perſidis*. 5, 6. *regum*. 8, 5.
Optimo relinquit regnum Alex. 10, 5. 10, 6.
Ora Ciliciæ. 3, 5. *Helleſponti*. 3, 1. 4, 1. & 4, 5. *Italiæ*. 10, 1. *Orientis ultimi*. 4, 5.

4, 5. *Phœnices.* 4, 5. *maritima.* 4, 1. *ora maritima imperium.* 3, 13.

Orbis totus luna. 6, 4. *orbem implet ſidus* lunæ. 8, 9.

Oreſtes. 4, 13.

Oriens perdomitus. 10, 5. *ultimus.* 4, 5. *Orientis ſpolia.* 3, 10. *totius ſedibus ſuis excita moles.* 3, 2. *origo Venetorum.* 3, 1. *vera.* 8, 10.

Orius amnis. 4, 7.

Orobates. 4, 12.

Orſillos. 5, 13.

Orſines. 10, 1. *à ſeptem Perſis oriundus.* 4, 12. *ſatrapes Perſagadum.* 10, 1. *Orſinis ſupplicium.* 10, 1.

Oxathres frater Darii. 3, 13. *cuſtos corporis* Alexand. 7, 5. alius *prætor Bactrianorum.* 9, 8. ejus *filiam ducit* Alexander. 10, 3.

Oxidates. vide *Oxyd.*

Oxus amnis. 7, 4. *ſuperatur* à Beſſo. 7, 4. ab Alex. 7, 5. 7, 10. *turbidus ſemper & inſalubris eſt potu.* 7, 10.

Oxycanus. 9, 8.

Oxydates. 8, 3. *nobilis Perſes.* 6, 2.

Oxydracarum oppidum. 9, 4. *regio.* 9, 4.

Oxines. 9, 10.

P.

Pæones equites. 4, 9. *Pæonia.* 4, 12.

Palætyros. 4, 2.

Pamphilia. 3, 1. *Antigono datur.* 10, 10.

Paphlagones adpellati ruſtici homines. 6, 11. *Paphlagonia cedit Eumeni.* 10, 10. *eam intrat Alex.* 3, 1. *capit Calas.* 4, 5.

Paratacene. 5, 13.

Parapamiſada. 7, 3. *Parapamiſadarum ſatrapa Terioltes.* 9, 8.

Parmenio Iſſum *præmittitur.* 3, 4. eam *capit.* 3, 7. *fidiſſimus purpuratorum.* 3, 6. *in læve cornu* cuſtat. 3, 9. *præmiſſus Damaſcum.* 3, 12. *tradit Antiochacho Cœlen Syriam.* 4, 5. *periſſimus artium belli.* 4, 13. *deterret* regem, Darii literas palam recitaturum. 4, 10. *tuetur lævum cornu.* 4, 13. *parti exercitus præficitur.* 5, 6. *Media præſt.* 6, 9. *proximus Alexandro,* 7, 1. occiſus à Cleandro. 7, 2. *indicta cauſa.* 8, 7. *Parmenionis criminatio.* 3, 6. *exitus.* 7, 2. *literæ.* 3, 6. *ſententia* de reddendis captivis. 4, 11. in Alexandrum merita. 7, 1. virtutes. 7, 2. *Parmenionem Syria præfecit Alexand.* 4, 1. *defendit Clitum.* 8, 1.

Paropamiſſus. 7, 4.

Parthi Scythin profecti. 4, 12. *habent urbes, quas habuere Macedonum reges.* 5, 7. *Ecbatana tenent.* 5, 8.

Parthiene. 6, 2. *à Cratero* defenſa. 6, 4. *Parthienen petit Artabazus.* 5, 12.

Parthinorum ſatrapa Phrataphernes. 9, 10.

Paſargadæ captæ. 5, 6.

Paſergadum urbs à Cyro condita. 5, 6. vide *Perſagadæ.*

Paſas. 10, 8.

Paſitigris. 5, 3.

Patera, donum Scytharum. 7, 8.

Pathalia. 9, 8.

Patron. 5, 9. *dux Græcorum militum.* 5, 11. *parricidii index.* 5, 11.

Pellices. 5, 1. *Alexandri* CCCXL. 6, 6. *regiæ* (Darii) 3, 3. *licentius vivere adſuetæ.* 5, 7. *pellicum greges.* 6, 2. *ordo longus.* 8, 9. *ſuarum concubini.* 10, 2.

Peloponnenſes. 3, 9. *Peloponnenſium defectio.* 7, 4. *equites.* 4, 13.

Pelta. 3, 2. Cetræ.

Peluſium. 4, 7. *Peluſii oſtium.* 4, 1.

Penidas. 7, 6.

Penſiles horti. 5, 1.

Perdicca rex Maced. inultus occiditur. 6, 11. alius inter præcipuos Alexandri *duces.* 3, 9. *operi* ad Tyrum *præficitur.* 4, 3. vulneratus. 4, 16. *armiger.* 6, 8. *Cyropolin obſidet.* 7, 6. *genibus Alexand. advolutus.* 8, 1. *cum copiarum parte præmittitur.* 8, 10. *cum equitibus in dextrum cornu* Pori *mittitur.* 1, 14. *regionem* Indorum *vaſtat.* 9, 1. *annulum à rege traditum in ſella ponit.* 10, 6. *ſtirpe regia genitus.* 10, 7. *Meleagrum* it perditum. 10, 9. *vanus, infidus, novator, &c.* 10, 9. *Perdiccæ oratio.* 10, 6. *cunctatio in accipiendo regno.* 10, 6. *Perdiccæ tradidit annulum Alexander,* 10, 5.

Digitized by Google

Perisippus. 3, 13.

Perſæ. 3, 1. *debiles, non omittunt arma.* 4, 15. *ſuſi tribus præliis.* 4, 1. *recentes.* 3, 7. *ſuperati.* 3, 7. *detondent comas.* 10, 5. *fugiunt.* 3, 8. *urgebant Theſſalos equites.* 3, 11. *ſeptem Perſæ.* 4, 12. *Perſarum acies.* 3, 9. *agminis ordo.* 3, 3. *campi.* 3, 10. *centum millia.* 3, 2. *femineis lanificium contumelioſum.* 5, 2. *filii non conſident in conſpectu matris, niſi quum illa permiſit.* 5, 2. *imperium.* 3, 3. *imperii præſides dii.* 4, 13. *millia multa caſa.* 4, 16. *opibus* cur *infenſi Ægyptii.* 4, 7. *Perſis capitale in ſella regis conſedisſe.* 8, 4. *Perſica veſtis.* 8, 12. *Perſica regia faſtigium par deorum potentiæ.* 6, 6. *Perſico imperio nullum amplius vidit ætas.* 4, 14.

Perſepolis caput regni. 2, 5. *urbis, caput regionis.* 5, 4. *Perſepolis arx.* 5, 6. *gaza.* 5, 6.

Perſis. 3, 12. *opulenta.* 9, 10. *prima*, anterior Perſidis pars. 5, 3. *Perſidis fines.* 5, 2. *reges.* 4, 10. 5, 6. ſitus. 5, 4. *Perſidem intrat* Alexand. 5, 3. *in Perſ. primus imperium intulit Cyrus.* 4, 14.

Perungere artus ſucco, oleo. 7, 4.

Peſtiferum virus. 10, 10.

Peſtilentia acrior, ſequitur famem. 9, 10.

Petra quam Arimazes Sogdianus obtinuit. 7, 11. *undique abſciſſa & abrupta.* 7, 11. *Aornus.* 8, 11. *deſerta.* 8, 11. *pervia.* 8, 2. *ſubjecta.* 3, 1. *petra.* 3, 10. 6, 6. *eminentes.* 6, 4. *præruptæ.* 3, 10. *ſubjacentes.* 5, 3.

Peuceſtes ſubvenit Alex. periclitanti. 9, 5. *tribus jaculis confoſſus.* 9, 5. *vulneribus fatigatus.* 9, 5. *Peuceſtem Macedonem Ægypto præficit* Alexand. 4, 8.

Peucolaïis. 7, 10.

Pharnabazus. 3, 8. Artabazi filius. Arrian. 2, 1. *præfectus Perſicæ claſſis.* 4, 1. *prætor Darii.* 4, 5. *pr. D. Chion ſervat.* 4, 5. *vinctus traditur.* 4, 5. *Pharnabazi uxor & filius.* 3, 13. *Pharnabazo imperium oræ maritimæ traditur à Dario.* 3, 3.

Pharos. 4, 8.

Pharraſii. 9. 2.

Phaſis. 6, 5.

Phegelas. 9, 1.

Philagus. 4, 13.

Philippus Athenienſium victor. 3, 10. *Bœotia.* 3, 10. *parens Alexand.* à quibus *interfectus.* 4, 1. *in acie tutior quam in theatro fuit.* 9, 6. *Philippi hoſpes, Artabazus.* 5, 9. 6, 5. *victoria de Athenienſibus.* 8, 1. *in Philippi cædem conjurat Lynceſtes Alexander.* 7, 1. *ad Philipp. venit exſul Menapis.* 6, 4. *Philippo genitus Ptolemæus.* 9, 8. alius *Philippus Alexandri medicus evellit* Alexand. *ſagittam.* 4, 6. *venenum regi paraſſe* infimulatus. 6, 10. alius *Lyſimachi frater.* 8, 2. *Philippus* alius *frater Caſſandri.* 10, 4.

Philonicus. S. 1, 4.

Philotas. 6, 11. *juſſus præſidere regioni circa Tyrum.* 4, 5. *menſam Darii pedibus* Alexand. *ſubduci diſſuadet.* 5, 2. *relinquitur cum expedita manu.* 5, 4. *diverſum iter ingredi juſſus.* 5, 4. *Iuſſa ſolvit fratri.* 6, 6. *Parmenionis filius.* 6, 7. conjurat in Alexand. 8, 6. *confitetur ſcelus.* 6, 11. alius *Philotas Angens.* 5, 2. cui forte *Cilicia deſtinata.* 10, 10.

Phœnice. 4, 1. *Macedonum eſt.* 4, 2. *Laomedonti datur.* 10, 10. *Phœnices ora.* 4, 5.

Phradates. 6, 5. *Caſpianorum agmen* ducit. 4, 12. *præfectus gentis Taporum.* 6, 4. *in cuſtodiam mittitur.* 3, 3. *occiditur.* 10, 1. *Phradati reddita gens Taporum.* 6, 4. *Autophradatem* vocat Arrian. 3, 5.

Phrataphernes. 8. 1. *occurrit* Alexandro. 6, 4. *Phradatem in cuſtodiam mittit.* 8, 3. *ſatrapa.* 9, 10.

Phrygia major Antigono cedit. 10, 10. *minor.* 10, 10. *Phryges.* 4. 12. ſic *adpellati homines ruſtici.* 6, 11. *Phrygum turba.* 3, 1.

Pinarus. 3, 8.

Piratici lembi. 4, 5.

Piſces ſole durati. 9, 10. *piſcium color* in mari Caſp. *diverſus ab aliis.* 6, 4.

Pithon. 9, 8. *Mediam obtinere juſſus.* 10, 10.

Pythagoras. 4, 3.

Pœni, hoc eſt, Carthaginenſes. 4, 2.

Polemon. 4, 8. *alius.* 7, 2. *profugit.* 7, 1.
Polydamas. 7, 2. *missus ad Alexand.* 4, 15. *acceptissimus Parmenioni.* 7, 2.
Polymenes. 4, 8.
Polypercon. 4, 13. *dux peregrini militis.* 4, 13. *cum expedita manu relinquitur.* 5, 4. *Bubacenen in ditionem redigit.* 8, 5. *Persam* regem venerantem *ludibrio habet.* 8, 5. *Noranes vincit.* 8, 11.
Cum Polluce Castor. 8, 5.
Polystratus. 5, 13. *Dario fert aquam.* 5, 13.
Polytimetus. 7, 10.
Pons lapideus inter mirabilia Orientis. 5, 1. *recisus.* 4, 16. *erigitur.* 7, 5. *jungit urbem.* 5, 1. *pontes strati.* 4, 3. *pontibus junctus Euphrates.* 3, 7.
Ponticum mare. 3, 1. 7, 3. *Pontica gentes.* 10, 10.
Porticanus. 9, 8.
Porus. 8, 12. ad deditionem solicitatur. 8, 13. *Pori littera* ad Alexand. 10, 1. *magnitudo.* 8, 14. *Porum consequitur Alexander.* 8, 14. *& Taxilem* reconciliat invicem Alex. 9, 3.
Practius. 2, 4.
Prasii. 9, 8.
Provincia plures testamento distributa. 10, 10.
Ptolemaus qui postea regnavit. 9, 5. *copias ducit in praelio ad Issum.* 3, 9. *adducit mercede militaturos.* 7, 10. regem in Clitum irruentem *moratur.* 8, 1. *ad cubiculi limen excubat.* 8, 6. *plurimas capit urbes.* 8, 10. *Porum* ludificatur. 8, 13. *saucius.* 9, 8. *Philippo* rege *genitus* creditur, *ibidem levus armaturae partem ducit.* 9, 10. *satrapes Aegypti, &c.* 10, 10.
Punica classis, Carthag. 4, 12.
Pylae quid. 3, 4. *fauces jugi.* 3, 4.
Pylae Amanicae. 3, 8. *Susides.* 5, 3.
Pyramus. 3, 4. *ponte junctus.* 3, 7.

R.

REx Scytharum. 7, 7. *Scythae, Persarum, Medorum.* 7, 8. *Syriae.* 5, 1. *Erythraei.* 8, 9. *Indus.* 9, 1.
Rhidagus. 6, 4.
Rhinocerotes, animal rarum. 9, 1. *rhinocerotas alit India.* 8, 9.
Rhodum se dedunt Alex. 4, 5. *queruntur de praesidio* Alex. 4, 8.
Rhaesaces imminet gladio Alexand. 9, 1.
Ripa Tanais. 7, 6.
Roxane filia Cohortani. 8, 4. *pregnans.* 10, 6.
Rubrum mare. 3, 2. 6, 2. 10, 10.

S.

SAbaces *prator Aegypti.* 3, 11.
Sabraca. 9, 8.
Sabus. 9, 8.
Saca. 5, 9.
Sacerdos Jovis Hammonii. 4, 7. *sacri luci.* 7, 5. *sacrare aquilam.* 3, 3. *sacratus Jovi currus.* 3, 3. *sacrata* diis *ara.* 3, 12. *sacrificare Herculi.* 4, 2. cui *ut Heroi.* 10, 4. *sacrificium anniversarium redditum.* 8, 2. *sacrificia intempestiva damnata.* 5, 4. *sacrilegium verius quam sacrum.* 4, 3.
Samothracum initia. 8, 1.
Sami regnum. 9, 8.
Sangarius. 3, 1.
Sardium praetor Mithrenes. 5, 1.
Sardeis prodidit Mith. 3, 12.
Sarmatae. 7, 7.
Satibarzanes. 6, 6. *defecit ab Alex. ad Bessum.* 6, 6. 7, 3. *Bactra perfugit.* 6, 6. *transfuga.* 7, 4.
Satrapes Aegypti Ptolemaus. 10, 10. *Arianorum constitutus.* 7, 3. *Darii.* 3, 13. *Darii factus,* Alexand. 6, 6. *gentis.* 9, 10. *Hyrcaniae Menapis.* 6, 4. *satraparum voluptas.* 7, 2. *satrapia Babyloniae.* 5, 1. *Mediae.* 6, 2. *regionis Susiae.* 5, 2. *Susianorum.* 5, 3.
Satrapene. 5, 2.
Satropaces. 4, 9. *hasta transfixus.* 4, 9.
Saturno immolati pueri. 4, 3.
Scythae ad Dar. *conveniunt.* 4, 9. *adcolae Tanaïs.* 6, 6. *colentes ultra Tanaim.* 7, 4. *Abii.* 7, 6. *qui super Bosphoro incolunt.* 7, 6. 8, 11. *qui Europam inc.* 7, 6. *Europaei.* 7, 2. *invicti.* 7, 9. *devicti.* 7, 9. militant Alexandro. 8, 14. 9, 2. *hostes paulo ante, nunc milites* Alexand. 9, 2. *Scytharum*

rum facies terribiles. 4, 13. *gens bellicosissima.* 4, 6. *haud procul Thracia sita.* 7, 7. *impetus.* 4, 15. *legati.* 7, 8. procerites. 7, 4. *rex.* 7, 7. sedes quæ. 6, 2. solertia præ aliis barbaris. 7, 8. *solitudines.* 7. 8. *Scythia deserta.* 7, 3. *Scythici arcus.* 10, 1.

Semiramin & Cyrum Alexander maxime admiratur. 7, 6.

Seuthes. 10, 1.

Sibyrtius. 9, 10.

Sidon. 4, 1. *Sidones,* ipsi Sidonis incox. 4, 1. *Sidonii in præsidio Macedonum.* 4, 4.

Simmias. 7, 1.

Sinus Adriaticus lunæ similis. 6, 4.

Sisenes occiditur. 3, 7.

Sisocostus. 8, 11.

Sisygambis mater Darii. 3, 3. *advoluta pedibus Alexand.* 3, 12. non fidit victoriæ suorum. 4, 15. *asperuatur munus* Alexand. 5, 2. *mater* appellatur ab Alexand. 5, 2. *Alexandrum deprecatur pro necessario suo.* 5, 3. *inedia extinguitur.* 10, 5. ejus ad Alexand. oratio. 3, 12. *ad Sisygambin Darii corpus mittit Alex.* 5, 15.

Sitalces. 10, 1.

Sobii. 9, 4.

Socrates Ciliciam tradit Alexand. 4, 5.

Sogdiana regio. 8, 1. qualis. 7, 10. pars regni Persici. 4, 5. Dario militant. 4, 12. *bellare cœperunt.* 7, 8. *subacti:* 8, 1: *inter* Macedonas *militant.* 9, 2. post Alexandri mortem veteres præfectos retinent. 10, 10. *in Sogdianos,* h. e. regionem eorum, *recedit Bessus.* 7, 4. ibique *novas copias contrahit.* 7, 4.

Sol est Græcorum. 4, 10. *solis equus.* 3, 3.

Solea aurea. 9, 1.

Soli. 3, 7.

Solitudines Scytharum. 7, 8.

Sophitis regnum. 9, 1.

Sopolis. 8, 7.

Sostratus. 8, 6.

Spado qui Darii fuerat. 5, 2. *specie singulari.* 6, 5. *spadones captivi.* 3, 12. *circumstantes.* 5, 12. *qui circa reginam erant.* 4, 10. *spadonum agmina.* 5, 1.

Spartani fregit victoria Macedon. 6, 1. *Spartana victoria.* τὸ ἦθος *Spartani pleraque Cretensis insulæ obsident.* 4, 8.

Species Apollinis per somnum oblata. 4, 3.

Spithamenes. 7, 6. *præcipuus Bessi amicus.* 7, 5. *transfuga.* 7, 6. *Bactrianæ defectionis auctor.* 7, 7. *Bactra perfugit.* 7, 9. apud *Dahas est.* 8, 3.

Stasanor. 8, 3.

Strato rex Aradi. 4, 1. *Sidonis.* 4, 1.

Styx. 10, 10.

Sulphure inlita navis. 4, 3. *turris.* 4, 6.

Superstitio detegitur, de extispicina. 7, 7. *animi.* 5, 4. *dira humanitatem vincit.* 4, 3. *ludibria mentium humana.* 7, 7. *regit multitudinem.* 4, 10. *superstitionis potens non erat Alex.* 7, 7. *superstitione captus vates.* 9, 4. *mentis non intactæ.* 4, 6.

Susa urbs inter ornamenta regni Persici. 5, 1. *urbs Arthelas traditur* ab Alex. 5, 2. *Susa* urbem *adit Alex.* 5, 2. *Susæ regionis satrapia.* 5, 2. *Susianis contributa Uxii.* 5, 3. *Susides pylæ.* 5, 3. *Susis* 4, 12.

Susitani. 7, 5.

Symmachus. 8, 13.

Syphnus. 4, 1.

Syracusa. 4, 3. *Syracusani Africani urunt.* 4, 3.

Syri. 4, 1. Dario militant. 4, 12. *Syria.* 3, 8. *Macedonum est.* 4, 2. *Laomedonti data.* 10, 10. *Syria prætor Brocubelus.* 5, 13. *rex Babylone regnans.* 5, 1. *Syria præficitur Andromachus.* 4, 8. *è Syria milites* ad Alex. *adducti.* 7, 10. *Africam petere statuerat* Alex. 10, 1. *Syria Cœle Andromacho tradita.* 4, 5. *Syria quam Cœlen vocant, præficitur Parmenio.* 4, 1.

Syrtica gens, in Syrtibus habitans. 4, 7.

Syssimithres. 8, 4. *satrapa.* 8, 2.

T.

Tabæ. 5, 13.

Tanais. 4, 5. *Europam & Asiam medius interfluit.* 6, 2. *dividit Scythas à Bactrianis.* 7, 7. *ad Tanaim amnem processit* Alexand. 7, 5: *redit Alexand.* 7, 6. *ultra Tan. colentes Scythæ.* 7, 4.

Cum *infuſſis regis tranſire* vetantur. 7, 6.
Tapuri. 8, 3. *Tapurorum gens.* 6, 4.
Tarſos. 3, 4.
Tauron. 5, 3. *præfectus.* 5, 3. *partem copiarum ducit.* 8, 14.
Tauri duo præcipitati in Zioberim. 6, 4. *pretioſum armentum.* 8, 12.
Taxiles. 8, 14. *pater Omphis*, qui mox in regnum *nomenque patris ſucceſſit.* 8, 12. *rex Indorum.* 8, 14. *Taxilis litera ad* Alex. 10, 1.
Tenedon receptum. 4, 8.
Terioltes. 9, 8.
Terra Attica. 10, 2. *Bactriana.* 7, 8. 8, 10.
Teſtudo ſcutorum. 7, 9.
Thais. 5, 7.
Thaleſtris. 6, 5.
Theætetus. 5, 54
Thebe. 3, 4.
Thebæ in Bœotia, colonia Tyri. 4, 4. *ſapius captæ eſſe* adfirmat Plin. 10, 24.
Thebarum excidium. 8, 1.
Themiſcyræ campi. 6, 54
Theodotus. 5, 2.
Thermodoon. 6, 5.
Theriippus. 4, 1.
Theſauri, pro loco ubi repoſiti ſunt. (*ut gaza.*) 5, 2.
Theſſalus Medius. 10, 4. *Theſſ. equites.* 3, 2. *Parmenioni conjungi* jubentur. 3, 11. *urgentur à Perſis.* 3, 11. *Philippum ducem* habent. 4, 13. *à Parm. incitantur.* 4, 16.
Thraces. 3, 9. *leuiter armati.* 3, 4. *rapto vivere adſueti.* 3, 10. *Thracum Dux Eudamon.* 10, 1. *Thracia.* 10, 10. *haud procul Scytharum gente.* 7, 7.

V.

Vates captus ſuperſtitione. 9, 4. *compoſitus in adulationem.* 4, 7. *monet* Alex. de periculo. 9, 4. *vates* ſomnia interpretantur. 3, 3. *vates & aruſpices.* 7, 7. *Ægyptii.* 4, 10. *Babyloniorum.* 5, 1. *Chaldæi.* 10, 4. *peritiſſimi.* 4, 10. *conſuluntur.* 4, 6. *vatum peritiſſimus Ariſtander.* 4, 2. *melius vatibus quam ducibus ſuis pareret multitudo.* 8, 14.
Vehiculum Gordii. 3, 1. *ſordidum, contectum pellibus.* 3, 12. 5, 13. *vehicula adornata.* 9, 10. *calata auro.* 3, 3. *conſtrata.* 9, 10. *juncta inter ſe.* 9, 1. *onuſta.* 6, 6. *on. auro.* 5, 11. *plena opulentiæ.* 3, 13.
Velum. vela, ſignum capti verticis. 7, 11. *candida.* 7, 11. 9, 10.
Veneris uſus intra naturale deſiderium. 10, 5. *ad Venerem acrior fœmine cupido, quam regis.* 6, 5.
Veneti. 3, 1.
Veſtis Alexandri; *donum & opus ſororum ejus.* 5, 2. *Amazonium.* 6, 5. *abſciſſa.* 3, 11. 10, 5. *Arabica, depoſita.* 7, 2. *candida.* 4, 13. *cruenta.* 8, 3. *depoſita.* 3, 5. *diſcolor.* 3, 3. *diſtincta auro.* 3, 3. *auro purpuraque.* 9, 1. *purp. auroque.* 4, 1. *lacerata.* 4, 10. 7, 5. *regalis.* 3, 3. *regia.* 4, 1. 8, 13. *reg. depoſita.* 3, 3. *pelles ferarum pro veſte.* 9, 4. *veſtes adſtrictæ.* 3, 13. *alba.* 3, 3. *dena.* 5, 5. *inſignes auro.* 3, 13. *intexta auro.* 9, 7. *Lacerata.* 5, 12. *linea, in texta auro, diſtincta purpura.* 9, 7. *Macedonica.* 5, 2. *Perſica.* 6, 6. 8, 12. *pretioſæ.* 5, 1. *purpureæ.* 10, 1. *regiæ.* 5, 6. *ex lino.* 8, 9. *veſtium pretioſiſſima.* 5, 9.
Victima civis, hoſtis. 6, 9. *victimæ cæſæ.* 9, 1. *cæſæ Minervæ, Victoriæ.* 8, 2.
Victoriæ ſatisfacere ſacrificiis, locare aras. 8, 11. *cedere victimas.* 8, 2. *Victoriam propitiat* Alex. 4, 13.
Vncha. 4, 1.
Vſia Acadera. 8, 10.
Vxiorum gens. 5, 3. *mores.* 5, 3. *regio.* 5, 3.

X.

Xenippa. 8, 2.
Xenophilus. 5, 2.
Xerxes. 10, 6. Græciam oppugnat. 4, 1. *Europæ bellum infert.* 5, 6. *ex Græcia redit.* 7, 5. *Xerxis inſolentia.* 3, 10. inventum numerandis copiis. 3, 2. *ſolium, regia.* 5, 7.

Z.

Zariaſpes. 9, 10.
Zioberis. 6, 4.
Zoilus. 6, 6.
Zopyrio. 10, 1.

FINIS.

SUP-

Digitized by Google

Digitized by Google

rantius. 7, 5. *intemperies cœli.* 7, 4. *ebrietatis.* 10, 4. *intempeſta nox.* 4, 13. 7, 6. *intempeſtiva cupido.* 4, 8. *res.* 6, 11. *ſolicitudo.* 3, 6. *intempeſtiva convivia.* 6, 2. *ſacrificia.* 5, 4.

Inter dominum & ſervum nulla amicitia. 7, 8.

Interpres Græcus. 5, 11. *per interpretem audire homines linguæ ſuæ.* 6, 11. *per interpretem pronunciare.* 6, 5. *interpretatio varia.* 3, 3.

Interrogare Iovem, conſulere. 6, 11.

Intima familiaritas. 7, 2. *diverſorii pars.* 6, 11.

Intonſum mentum. 8, 9. *intonſa coma.* 4, 13. 9, 10.

Inviſere Æthiopiam. 4, 8. *finem terrarum, mare.* 9, 1.

Inundata eſt Europa claſſe & *exercitibus.* 5, 7. *cruore Perſarum Cilicia,* 9, 2.

Inuſti notis literarum pedes, manus, aures. 5, 5.

Iollæ frater Caſſandri. 10, 4. *inter miniſtros* Alexandri. 10, 10.

Ionæ ſervitio barbaria eximit Alexand. 6, 3. *Ionia.* 4, 5. *Ioniæ colonia.* 4, 1.

Iſſos urbs. 3, 7. *capta à Maced.* 3, 8. *ad Iſſon prælium.* 4, 1.

Iſter. 7, 7. *inter Iſtrum & Euphratem.* 4, 11.

Iſthmus inter Ponticum & Ciliciam maria. 3, 1. *Iſthmiorum ludicrum.* 4, 5.

Italia. 8, 1. *Italiæ ora.* 10, 1.

Iudæorum ſacerdos. 2, 11.

Ingalium vis ingens. 9, 10.

Iupiter. 4, 13. *Gracia ultor aperuit oculos.* 5, 5. *Iovis Hammonis oraculum.* 4, 7. *filius dici credique vult* Alexand. 8, 5. *Iovis templum.* 3, 1. *Iovi ſacrata ara.* 3, 12. *Iovem ſui generis auctorem credi vult* Alexand. 4, 7. *propitiat* Alexand. 4, 13. *Iove genitus* Alexand. 8, 10.

Ius gentium. 4, 2. *gent. commune.* 10, 7. *imperii.* 10, 8. 10, 10. *jus libertatis.* 3, 12. *juris humani divinique fœdera.* 3, 10. *jura belli.* 4, 1. 7, 8. *gentium.* 6, 11. *gent. violata.* 4, 2. *naturæ.* 9, 5.

Iuſſa Alexandri. 7, 5. *Darii.* 5, 2. *regis.* 3, 7. *Xerxis.* 7, 5.

Iuſtitia Alexandri. 4, 11. *juſti illi reges Darius & Xerxes.* 10, 6. *juſtiſſimi barbarorum Scythæ.* 7, 6. *juſta* funebria, *perſolvere* cui. 4, 12. *præſtare regi.* 10, 8. *ſoluta corporibus defunctorum* 3, 12.

Iuvenis, Alexander, *elatus inſolenti gaudio.* 4, 6. *impiger.* 3, 3. *nobilis.* 6, 7. *pubeſcens.* 7, 2. *juvenes fortiſſimi.* 7, 2. *fort. adſumpti.* 7, 5. *geniti eadem matre, novem.* 6, 5. *integri.* 7, 1. *nobiles.* 8, 2. *pares numero totius anni diebus.* 7, 3. *perniciſſimi.* 7, 11. *promptiſſimi.* 8, 11. *juventa invitat iracundiam & cupidinem vini.* 10. 5. *juventæ flos.* 3, 5. *juventus.* juvenes viri. 4. 4. *egregia,* 3, 2. *nobiliſſima.* 6, 9. *Cappadocum juventute adſumpta.* 4, 1.

L.

Lacedæmonii, gens bello nobiliſſima. 6, 1. *ſocietatis* cum Alex. *fidem violant.* 3, 3. *fidem dari* ab Alex. poſtulant Græci. 6, 5. *inter Lacedæmonios rex eminebat.* 6, 1.

Lacones. 6, 1. *Laconum defectio.* 7, 4. Vide ſupra Lacedæmonii.

Lamina argentea clypeorum. 8, 5. *ferrea, connexa.* 4, 9. *laminarum ſerie gravis.* 3, 11.

Laomedon. 10, 10.

Lateri vinculum ſunt lapides. 8, 10. *latere crudo ſtructa. ib. laterculus.* 7, 3. *coctilis.* 5, 1.

Latro dicitur qui conjuravit in principem. 8, 8. *omnium gentium*, Alexand. 7, 8. *ſervatorum ſuorum*, Alexand. 8, 2. *latronum* XX. *millia.* 7, 6. *latrocinia.* 8, 2. *latrociniis adſueta gens.* 6, 5. *latrunculorum ſolertia.* 4, 13.

Laxata compages arietibus. 4, 4. *vis morbi*, remiſſa. 3, 5. *laxati funes.* 4, 3. *ordines.* 4, 13. 4, 15. *laxatis habenis.* 4, 15. *l. hab. invehi.* 4, 9. *laxius ſtare.* 3, 7. *tendere.* 3, 8.

Legati Abiorum Scytharum ad Alexand. 7, 6. *Abiſara.* 8, 13. *Abiſ. ad Alex.* 9, 1. *Athenienſium.* 3, 1. *Ath. Chiorum, Rhodiorum*, ad Alexand. 4, 8. *bar-*

f. barbarorum. 7, 6. *Carthaginenſium* ad Tyrios. 4, 2. *Cyrenenſium dona adferunt* Alex. 4, 7. *gentium.* 10, 8. *gentium duarum centum adeunt Alex.* 9, 7. *miſſi domos.* 9, 8. *Lacedæmoniorum ad Darium.* 6, 5. *Omphis ad Alex.* 8, 12. *Sacarum,* 7, 9. *Sac. benigne excepti.* 7, 9. *Scytharum ad Alexand.* 7, 8. 8, 1. *undique Babylonem confluunt.* 10, 4. *ſuperveniunt.* 4, 3. *introducti.* 4, 1. Duodec. *legatis Carthaginenſium parcit* Alex. in excidio Tyri. 4, 4. *legatio benigne audita.* 8, 1.

Lembi piratici. 4, 5.

Leonidas Parmenioni amicus. 7, 2.

Leonnatus ex purpuratis Alexand. 3, 12. *armiger.* 6, 8. *lanceam aufert* Alexand. 8, 1. *ad cubiculi* regii *limen excubat.* 8, 6. copiis præeſt in prælio adverſus Porum. 8, 14. Alexand. periclitanti ſubvenit. 9, 5. *ſemianimis procubuit.* 9, 5. *præmiſſus.* 9, 10. *levis armaturæ partem ducit.* 9, 10. *ſtirpe regia genitus.* 10, 7. *Leonnati litera* ad regem. 9, 1. *Leonnato data provincia poſt mortem Alexand.* 10, 10.

Lesbus. 3, 1.

Leucoſyri. 6, 4.

Levis armatura. 6, 6. 8, 10.

Libanus mons. 4, 2. 10, 1. *in Libano agreſtes Arabum.* 4, 2.

Liber Pater. 8, 2. 8, 5. 9, 2. 9, 4. *dicatus deus.* 8, 5. *Jove genitus ad Indos venit.* 8, 10. *celatus Jovis femine. ib. celebre Indis nomen.* 9, 8. *Liberi Patris gloriam & famam æmulatur* Alexand. 5, 10. *lucus.* 1, 11. *termini.* 3, 10. *triumphus.* 3, 12. *à Lib. patre condita Nyſa.* 8, 10.

Lignum haſtæ infixum corpori. 9, 5. *lignum igne durare.* 3, 2.

Linea veſtis. 9, 8. *lineæ veſtes.* 9, 7.

Lirneſſus. 3, 4.

Lixæ caloneſque. 8, 4. *lixæ mercatoreſque.* 10, 1. *lixarum & calonum greges.* 3, 3.

Loceus. 6, 7.

Locrenſes. 4, 13.

Lorica. 9, 3. *lorica indutus remex.* 7, 9. *lorica auro & argento adornata.* 8, 5. *lora rupta.* 3, 1. *trajecta per talos.* 4, 6.

Luctus, ob demortuum, *in caſtris Alexandri.* 3, 5. *continetur muris.* 10, 5.

Ludicrum Iſthmiorum ſolenne. 4, 5. *ſpectaculum.* 3, 7. *ludificari.* 6, 11. *per ludum.* 8, 6. *ludi.* 6, 2. *convivales.* 5, 1. 6, 2. 8, 4. 8, 6. *funebres magni.* 10, 5.

Lycaonia. 4, 5.

Lycia. 7, 10. *Lyciæ res compoſita.* 3, 1. *Lyciam obtinet Antigonus.* 10, 10. *Lycius civis.* 5, 4. *dux itineris.* 5, 7.

Lycus. 3, 1. *Lycum amnem ponte jungit* Darius. 4, 9. *trajicit Darius.* 4, 16.

Lydia doti datur Alexand. 4, 5. *Lydiæ præfectus Antigonus.* 4, 1. *Lydiam recuperare tentant prætores Darii.* 4, 1. *terminat Halys.* 4, 11. *in Lyd. ducit Cyrus.* 3, 4. *mittitur Menander.* 10, 10.

Lynceſtes. 4, 13. *Alexander.* 7, 1. 8, 8. 10, 1. *lanceis confoditur.* 7, 1. *Amyntæ.* 5, 2.

Lyræ ſonus. 9, 10.

Lyſimachus dux Alex. 8, 1. *Lyſimachi* provinciæ poſt mortem Alexandri. 10, 10.

M.

Macedo pro Macedonibus, ſing. pro plurali. 3, 11. *Macedo gregarius miles.* 8, 4. *imperio regio aſſueti.* 4, 7. *toto orbe* noti. 4, 14. *tali rege digniſſimi.* 4, 16. *gens bello nobiliſſima.* 6, 1. *moris patrii tenaces.* 8, 5. *circa Alexand.* 3, 11. *cohibiti intra caſtra.* 10, 3. *in acie ſenes facti.* 9, 2. *incompoſiti.* 4, 2. *infeſti.* 7, 6. *invicti ceteris.* 8, 8. *liberatores orbis.* 3, 10. *mœſti.* 7, 6. *obtriti.* 4, 15. *Macedonum acies.* 3, 2. 3, 3. *regum genus.* 4, 2. *genti ingenita erga reges ſuos veneratio.* 3, 6. fortitudo. 3, 10. *celebrata.* 9, 7. *nomen* terribile. 4, 14. *barbaris invisum facit avaritia ac libido eorum.* 10, 1. *lex* de propinquis conjuratorum necandis. 6, 11. *bella civilia.* 10, 9. *caſtra.* 3, 3. *promptiſſimi caſi.* 3, 11. *turba circa regem.* 3, 1. *trecenti deſiderati.* 4, 16. *veneratio erga reges.* 3. 6. *armis nulla gens par.* 7, 9. *more pereunt propinqui inſidiantium regi.* 6, 11. 8, 6. *robur invictum.* 9, 2. *Macedonica nomina barbaris impoſita.* 10, 4.

Ma-

Macerianus. 9, 7.
Machina, tormenta bellica. 8, 10.
Madathes, 5, 3. *Sisygambis sororis filiam in matrimonio habet.* 5, 3.
Maotu palus. 6, 4.
Magi Babylonii obviam eunt Alex. 5, 1. *magica ars.* 7, 4.
Maleon turma. 4, 13.
Mallorum regio. 9, 4.
Mallos urbs. 3, 7.
Manicata tunica. 3, 3.
Manus prædantium amputata. 3, 8. 5, 5. *ferrea*, 4, 2. *fer. & corvi.* 4, 3. *harpagones. infestæ.* 7, 1.
Maracanda. 8, 1. 8, 2. *urbs.* 7, 6. 7, 9.
Marathos urbs. 4, 1.
Mardus. 3, 13. *Mardi.* 3, 13. 4, 12. 8, 3. *Mardorum gens bellicosissima.* 5, 6.
Mareotis palus. 4, 7. *haud procul insula Pharo sita.* 4, 8.
Marginia. 7, 10.
Marsyas amnis. 3, 1.
Massageta. 4, 12. 8, 1. *Daha* confines. 8, 1.
Mater eademque conjux. 8, 2. ita *Symmathres ex matre sua duos filios genuit.* 8, 2.
Mazaces. 4, 1.
Mazæus. 4, 15. 4, 16. *Alexandrum transitu Euphratis prohibere non audet.* 4, 9. *prætor.* 4, 9. *regionem urit ut hostis.* 4, 9. *præmissus ad itinera occupanda*, 4, 12. *præsidet itineri.* 4, 14. *fugit.* 4, 16. *Babylonem seque dedit* Alex. 5, 1. *Mazæi precarium regnum.* 5, 8. *Mazæo propositus gener* Alex. 4, 11. *Mazæum transfugam satrapia Babylonia donat* Alex. 5, 1.
Mazaga. 8, 10.
Media. 10, 10. *Mediæ caput Ecbatana.* 5, 8. *fines ingressus Darius.* 5, 1. *satrapia.* 6, 2. *Mediæ præest Parmenio.* 6, 8. *Media nulla opulentior regio.* 6, 9. *Medus fluvius* describitur. 4, 5. *Medi.* 3, 2. pro Persis, & contra. 4, 12. *Medis imperitat* Alex. 9, 6.
Megalopolitani obsessi. 6, 1.
Mellis amphora. 7, 4. *folia multo melle tinguntur.* 6, 4.
Meleager dux agminis. 3, 9. *copias ducit*, 5, 4. *Cyropolin obsidet.* 7, 6. *liberalitatem Alexandri* fugillat. 8, 12. *infestus Perdiccæ.* 10, 7. *irrumpit regiam.* 10, 7. *novi regis satellet.* 10, 7. *princeps satellitum.* 10, 7. *occiditur.* 10, 9. *Meleagri ala.* 4, 13. *Meleagri* oratio de successore Alexandri. 10, 6.
Melon. 5, 13.
Memaceni. 7, 6.
Membra simulachrorum abrupta. 5, 6.
Memnon Rhodius nobilissimus dux. 3, 13. *pugnat ad Granicum.* 2, 5. *vita excedit.* 3, 1. alius *prater Arachosiorum.* 7, 3. *moritur.* 9, 10. alius *ex Thracia supplementum adducit*, 9, 3. *Memnonis* (Tithoni F.) *regia.* 4, 8. *Memnona* Syriæ præficit Alex. 4, 8.
Memorandum inter exempla fortunæ agmen. 5, 5. *memoria Alexandri.* 7, 6. *calamitatis.* 8, 2. *charitatis pristinæ.* 6, 9. *Cyri æterna.* 4, 14. *majestatis exolevit.* 3, 13. *meriti invisa.* 8, 1.
Memphis. 4, 1. *Memphim petit* Alexand. 4, 8. *translatum corpus Alexandri.* 10, 10. *Memphi* potitus Alex. 4, 7.
Menander. 10, 10.
Menapis. 6, 4.
Menedemus. 7, 6. *missus ad obsidendam Spitamenem.* 7, 7. exditur. 7, 9.
Menidas explorare jussus. 4, 12. vulneratus. 4, 16. *adducit mercede milites.* 7, 10.
Ad Mennin urbem pervenit Alex. 5, 1.
Menses Indorum *descripti in* XV. *dies.* 8, 9. *exacti.* 10, 6. *mensium est stipendium ducenis denariis.* 5, 1.
Mentoris filia. 3, 13.
Merita Alexandri. 7, 4. *maxima.* 5. 13.
Meros mons, 8, 10.
Mesopotamia unde sic dicta. 5, 1. *Mesop. fervida.* 10, 10. *Mesopotamiæ campi.* 3, 2. 4, 9. *spatiosi.* 3, 8. *prateres.* 10, 1.
Methymnæorum tyrannus Aristonicus. 4, 5. *& Chrysolaus.* 4, 8.
Metron, armamentario præfectus. 6, 7.
Mydæ regia. 3, 1. *pater Gordius.* 3, 1.
Milesii. 7, 5. *Miletum cepit Balacrus.* 4, 5. *apud Miletum* pugna. 8, 2. *Mileto transierant Branchidæ.* 7, 5. *à Milesiis*

Digitized by Google

Milesii pecuniam exigit Pharnabazus. 4. 1.

Minerva ara. 2, 3. *ludi* celebrati. 3,7. *ſacrata* ara. 3, 12. *locantur* ara. 8, 11. *caſa victima.* 8, 2. *Minervam propitiat* Alexand. 4,13.

Mirabilia opera Orientis. 5, 1. *miraculum fallax.* 9, 3. *ingens.* 7,5. *vulgatum fabulis.* 5, 1.

Mithren invocat Dar. 4, 13.

Mithrenes Sardeis prodidit. 3, 12. *Mithrenis precarium regnum.* 5, 8. *Mithreni Armenia data.* 5, 1.

Mitylenen Chares tenet cum praſidio Perſar. 4, 5.

Mobile agmen. 4, 14. *mobiles turres.* 8, 10.

Maris. 9, 8.

Monimus. 3, 13.

Mons Caucaſus. 7, 3. *editus.* 3,8. *deſicit.* 5, 4. *dividit Aſiam, ſpectat deſerta.* 7, 3. *percurrit in longitudinem.* 5, 4. *montes Armeniæ.* 5, 1. 7, 3. *Ciliciæ.* 4, 14. *Uxiorum.* 5, 3. *Gordyæi.* 4, 10. *perfoſſi.* 5, 7.

Mos Ægyptiorum patrius. 3, 3. 8, 5. *moris eſt Perſis.* 10, 1. *more gentis.* 7, 8. *Macedonum.* 6, 11. *majorum ſervato.* 3, 8. *more patrio ſacrificium dis facit* Alexand. 3, 8. *mores Græci.* 9, 4. *Græcorum.* 8, 3. *Græc. mali.* 8, 5. *optimi.* 8, 8. *patrii.* 6, 6. *perditi.* 8, 9. *peregrini.* 6, 6. *publici.* 8, 9.

Moſyni. 6, 4.

Mullinus. 8, 11.

Murices ferrei. 4, 13.

Muſicani. 9, 8. *deſiciunt.* 9, 8. *Muſſines.* 9, 8.

Myndii. 3, 7.

Mythracenes quidam libri pro *Mithrac.* 5, 13,

N.

Nabarzanes. 3,9. *prætor Darii.* 3.7. *conjurat in Darium.* 5, 9. Dar. cædem agitat. 5, 10. *Hyrcaniam petit* fuga. 5, 13. *eam occupat.* 6, 3. *occurrit Alexandro.* 6, 5. *regioni quam antea obtinuerat præficitur.* 6, 6. *Drangarum ſatrapes.* 6, 6. *Nabarzanis littera* ad Alexand. 6, 4.

Naſamones. 4, 7.

Neura. 8, 2.

Nearchus. 9, 10. *longius in Oceanum procedere juſſus.* 10, 1. *Nearchi* ſententia de ſucceſſore Alexandri. 10, 6.

Neptis Ochi. 6, 2.

Nicæa. 9, 3.

Nicanor Parmenionis filius. 3, 9. *præeſt Argyraſpidibus.* 4, 13. *præmiſſus* ab Alexand. *ad inhibendam fugam.* 5, 13. moritur. 6. 6. alius conjurat in Alexand. 6, 7. alius *temerarius & audax.* 8, 13.

Nicarthides. 5, 6.

Nicomachus. 6, 5.

Nicoſtratus. 8, 6.

Nilus crocodilos alit. 8, 9. *Nili fluminis claustra.* 4, 8. *Nilo amne vectus* Alexander. 4, 7.

Nodus Gordius. 3, 1.

Nora. 8, 11.

Numidiæ ſolitudines. 10, 1.

Nyſa. 8, 10. *à Libero patre condita.* 8, 10.

O.

Oceanus. 9,3. *aditus.* 10,5. *exæſtuant.* 9, 9. *adluit terras.* 4, 14.

Ochus amnis. 7, 10. *Ochus Dar. fil. in* [illegible] *imperii* Perſici *genitus.* 4, 14. *Ochum filium* Darius *obſidem* offert Alexandro. 4. 11. *Perſarum ſaviſſimus regum.* 10, 5. *ejus Ochi, qui ante Darium regnaverat, filia.* 3, 13. *neptis ejus.* 6, 2. *uxor.* 3, 12.

Olympias mater Alex. 9, 6. *Olympiadis & Antipatri ſimultates.* 10,4. *Olympiada immortalitati conſecrare decrevit Alex.* 10, 5.

Omphis. 8, 12. *rex patris nomen ſumit.* 8, 12.

Oneſicritus. 9, 10. *longius in Oceanum procedere juſſus.* 10, 1.

Onomaſtorides. 3, 13.

Opes Alexandri. 5, 12. *exercitus*, divitiæ. 5, 1. *Macedonum.* 6, 5. *Perſidis.* 5, 6. *regum.* 8, 5.

Optimo relinquit regnum Alex. 10, 5. 10, 6.

Ora Ciliciæ. 3, 5. *Helleſponti.* 3, 1. 4, 1. & 4, 5. *Italiæ.* 10, 1. *Orientis ultimi.* 4, 5.

4, 5. *Phœnices.* 4, 5. *maritima.* 4, 1. *ora maritima imperium.* 3, 13.

Orbis totus luna. 6, 4. *orbem implet sidus* lunæ. 8, 9.

Oreſtes. 4, 13.

Orient perdomitus. 10, 5. *ultimus.* 4, 5. *Orientis ſpolia.* 3, 10. *totius ſedibus ſuis excita moles.* 3, 2. *origo Venetorum.* 3, 1. *vera.* 8, 10.

Orius amnis. 4, 7.

Orobates. 4, 12.

Orſillos. 5, 13.

Orſines. 10, 1. *à ſeptem Perſis oriundus.* 4, 12. *ſatrapes Perſagadum.* 10, 1. *Orſinis ſupplicium.* 10, 1.

Oxathres frater Darii. 3, 13. *cuſtos corporis* Alexand. 7, 5. alius *prætor Bactrianorum.* 9, 8. ejus *filiam ducit* Alexander. 10, 3.

Oxidates. vide *Oxyd.*

Oxus amnis. 7, 4. *ſuperatur* à Beſſo. 7, 4. ab Alex. 7, 5. 7, 10. *turbidus ſemper & inſalubris eſt potu.* 7, 10.

Oxycanus. 9, 8.

Oxydates. 8, 3. *nobilis Perſes.* 6, 2.

Oxydracarum oppidum. 9, 4. *regio.* 9, 4.

Oxines. 9, 10.

P.

Pæones equites. 4, 9. *Paonia.* 4, 12. *Palatyros.* 4, 2.

Pamphilia. 3, 1. *Antigono datur.* 10, 10.

Paphlagones adpellati ruſtici homines. 6, 11. *Paphlagonia cedit Eumeni.* 10, 10. *eam intrat Alex.* 3, 1. *capit Calas.* 4, 5.

Paratacene. 5, 13.

Parapamiſada. 7, 3. *Parapamiſadarum ſatrapa Terioltes.* 9, 8.

Parmenio Iſſum *præmittitur.* 3, 4. eam *capit.* 3, 7. *fidiſſimus purpuratorum.* 3, 6. *in læva cornu* cuſat. 3, 9. *præmiſſus Damaſcum.* 3, 12. *tradit Andromachæ Cœlem Syriam.* 4, 5. *peritiſſimus artium belli.* 4, 13. *deterret* regem, Darii literas palam recitaturum. 4, 10. *tuetur lævum cornu.* 4, 13. *parti exercitus præficitur.* 5, 6. *Media præſt.* 6, 9. *proximus Alexandro,* 7, 1. occiſus à Cleandro. 7, 2. *indicta cauſa.* 8, 7. *Parmenionis criminatio.* 3, 6. *exitus.* 7, 2. *literæ.* 3, 6. *ſententia* de reddendis captivis. 4, 11. in Alexandrum merita. 7, 1. virtutes. 7, 2. *Parmenionem Syria præficit Alexand.* 4, 1. *defendit Clitus.* 8, 1.

Paropamiſſus. 7, 4.

Parthi Scythis profecti. 4, 12. *habent urbes, quas habuere Macedonum reges.* 5, 7. *Ecbatana tenent.* 5, 8.

Parthiene. 6, 2. *à Cratero* defenſa. 6, 4. *Parthienen petit Artabazus.* 5, 12.

Parthinorum ſatrapa Phrataphernes. 9, 10.

Paſargadæ captæ. 5, 6.

Paſergadum urbs à Cyro condita. 5, 6. vide *Perſagadæ.*

Paſas. 10, 8.

Paſitigris. 5, 3.

Patera, donum Scytharum. 7, 8.

Pathalia. 9, 8.

Patron. 5, 9. *dux Græcorum militum.* 5, 11. *parricidii index.* 5, 11.

Pellices. 5, 1. *Alexandri* CCCXL. 6, 6. *regiæ* (Darii) 3, 3. *licentius vivere adſuetæ.* 5, 7. *pellicum greges.* 6, 2. *ordo longus.* 8, 9. *ſuarum concubini.* 10, 2.

Peloponnenſes. 3, 9. *Peloponnenſium defectio.* 7, 4. *equites.* 4, 13.

Pelta. 3, 2. Cetræ.

Peluſium. 4, 7. *Peluſii oſtium.* 4, 1.

Penidæ. 7, 6.

Penſiles horti. 5, 1.

Perdicca rex Maced. inultus occiditur. 6, 11. alius inter præcipuos Alexandri *duces.* 3, 9. *operi* ad Tyrum *præficitur.* 4, 3. vulneratus. 4, 16. *armiger.* 6, 8. *Cyropolin obſidet.* 7, 6. *genibus Alexand. advolutus.* 8, 1. *cum copiarum parte præmittitur.* 8, 10. *cum equitibus in dextrum cornu* Poris *mittitur.* 1, 14. *regionem* Indorum *vaſtat.* 9, 1. *annulum à rege traditum in ſella ponit.* 10, 6. *ſtirpe regia genitus.* 10, 7. *Meleagrum* it perditum. 10, 9. *vanus, infidus, novator, &c.* 10, 9. *Perdiccæ oratio.* 10, 6. *cunctatio in accipiendo regno.* 10, 6. *Perdicca tradidit annulum Alexander,* 10, 5.

Perisippus. 3, 13.

Persa. 3, 1. *debiles, non omittunt arma.* 4, 15. *fusi tribus praliis.* 4, 1. *recentes.* 3, 7. *superati.* 3, 7. *detondent comas.* 10, 5. *fugiunt.* 3, 8. *urgebant Thessalos equites.* 3, 11. *septem Persa.* 4, 12. *Persarum acies.* 3, 9. *agminis ordo.* 3, 3. *campi.* 3, 10. *centum millia.* 3, 2. *feminis lanificium contumeliosum.* 5, 2. *filii non considebant in conspectu matris, nisi quum illa permisit.* 5, 2. *imperium.* 3, 3. *imperii præsides dii.* 4, 13. *millia multa cæsa.* 4, 16. *opibus* cur *infensi Ægyptii.* 4, 7. *Persis capitale in sella regis consedisse.* 8, 4. *Persica vestis.* 8, 12. *Persica regia fastigium par deorum potentiæ.* 6, 6. *Persico imperio nullum amplius vidit æther.* 4, 14.

Persepolis caput regni. 2, 5. *urbs, caput regionis.* 5, 4. *Persepolis arx.* 5, 6. *gaza.* 5, 6.

Persis. 3, 11. *opulenta.* 9, 10. *prima*, anterior Persidis pars. 5, 3. *Persidis fines.* 5, 2. *reges.* 4, 10. 5, 6. *situs.* 5, 4. *Persidem intrat* Alexand. 5, 3. *in Pers. primus imperium intulit Cyrus.* 4, 14.

Perungere artus succo, oleo. 7, 4.

Pestiferum virus. 10, 10.

Pestilentia acrior, sequitur famem. 9, 10.

Petra quam Arimazes Sogdianus obtinuit. 7, 11. *undique abscissa & abrupta.* 7, 11. *Aornus.* 8, 11. *deserta.* 8, 11. *pervia.* 8, 2. *subjecta.* 3, 1. *petra.* 3, 10. 6, 6. *eminentes.* 6, 4. *præruptæ.* 3, 10. *subjacentes.* 5, 3.

Peucestes subvenit Alex. periclitanti. 9, 5. *tribus jaculis confossus.* 9, 5. *vulneribus fatigatus.* 9, 5. *Peucestem Macedonem Ægypto præficit* Alexand. 4, 8.

Peucolaïs. 7, 10.

Pharnabazus. 3, 8. Artabazi filius. Arrian. 2, 1. *præfectus Persica classis.* 4, 1. *prætor Darii.* 4, 5. *pr. D. Chion servat.* 4, 5. *vinctus traditur.* 4, 5. *Pharnabazi uxor & filius.* 3, 13. *Pharnabazo imperium ora maritima traditur à Dario.* 3, 3.

Pharos. 4, 8.

Pharrasii. 9. 2.

Phasis. 6, 5.

Phegelas. 9, 1.

Philagus. 4, 13.

Philippus Athenienſium victor. 3, 10. *Bœotia.* 3, 10. *parens Alexand.* à quibus *interfectus.* 4, 1. *in acie tutior quam in theatro fuit.* 5, 6. *Philippi hospes, Artabazus.* 5, 9. 6, 5. *victoria de Athenienſibus.* 8, 1. *in Philippi cædem conjurat Lyncestes Alexander.* 7, 1. *ad Philipp. venit exsul Menapis.* 6, 4. *Philippo genitus Ptolemæus.* 9, 8. alius *Philippus Alexandri medicus evellit* Alexand. *sagittam.* 4, 6. *venenum regi paravisse* insimulatus. 6, 10. alius *Lysimachi frater.* 8, 2. *Philippus* alius *frater Cassandri.* 10, 4.

Philonicus. S. 1, 4.

Philotas. 6, 11. *jussus præsidere regioni circa Tyrum.* 4, 5. *mensam Darii pedibus* Alexand. *subduci dissuadet.* 5, 2. *relinquitur cum expedita manu.* 5, 4. *diversum iter ingredi jussus.* 5, 4. *Iussa solvit fratri.* 6, 6. *Parmenionis filius.* 6, 7. conjurat in Alexand. 8, 6. *confitetur scelus.* 6, 11. alius *Philotas Angelus.* 5, 2. cui forte *Cilicia destinata.* 10, 10.

Phœnice. 4, 1. *Macedonum est.* 4, 2. *Laomedonti datur.* 10, 10. *Phœnices ora.* 4, 5.

Phradates. 6, 5. *Caspianorum agmen* ducit. 4, 12. *præfectus gentis Tapurorum.* 6, 4. *in custodiam mittitur.* 3, 3. *occiditur.* 10, 1. *Phradati reddita gens Tapurorum.* 6, 4. *Autophradatem* vocat Arrian. 3, 5.

Phrataphernes. 8. 1. *occurrit* Alexandro. 6, 4. *Phradatem in custodiam mittit.* 8, 3. *satrapa.* 9, 10.

Phrygia major Antigono cedit. 10, 10. *minor.* 10, 10. *Phryges.* 4. 12. sic *adpellati homines rustici.* 6, 11. *Phrygum turba.* 3, 1.

Pinarus. 3, 8.

Piratici lembi. 4, 5.

Pisces sole durati. 9, 10. *piscium color* in mari Casp. *diversus ab aliis.* 6, 4.

Pithon. 9, 8. *Mediam obtinere jussus.* 10, 10.

Pythagoras. 4, 3.

Pœni, hoc est, Carthaginenses. 4, 2.

Polemon. 4, 8. *alius.* 7, 2. *profugit.* 7, 1.
Polydamas. 7, 2. *missus ad Alexand.* 4, 15. *acceptissimus Parmenioni.* 7, 2.
Polymenes. 4, 8.
Polyperchon. 4, 13. *dux peregrini militis.* 4, 13. *cum expedita manu relinquitur.* 5, 4. *Bubacenen in ditionem redigit.* 8, 5. *Persam* regem venerantem *ludibrio habet.* 8, 5. *Noranes vincit.* 8, 11.
Cum Pollnce Castor. 8, 5.
Polystratus. 5, 13. *Dario fert aquam.* 5, 13.
Polytimetus. 7, 10.
Pons lapideus inter mirabilia Orientis. 5, 1. *recisus.* 4, 16. *erigitur.* 7, 5. *jungit urbem.* 5, 1. *pontes strati.* 4, 3. *pontibus junctus Euphrates.* 3, 7.
Ponticum mare. 3, 1. 7, 3. *Pontica gentes.* 10, 10.
Porticanus. 9, 8.
Porus. 8, 12. ad deditionem solicitatur. 8, 13. *Pori litera* ad Alexand. 10, 1. *magnitudo.* 8, 14. *Porum consequitur Alexander.* 8, 14. *& Taxilem* reconciliat invicem Alex. 9, 3.
Practius. 2, 4.
Prasti. 9, 8.
Provincia plures testamento distributa. 10, 10.
Ptolemaus qui postea regnavit. 9, 5. *copias ducit in prælio ad Isson.* 3, 9. *adducit mercede militaturos.* 7, 10. regem in Clitum irruentem *moratur.* 8, 1. *ad cubiculi limen excubat.* 8, 6. *plurimas capit urbes.* 8, 10. *Porum* ludificatur. 8, 13. *saucius.* 9, 8. *Philippo* rege *genitus* creditur, *ibidem levis armaturæ partem ducit.* 9, 10. *satrapes Ægypti, &c.* 10, 10.
Punica classis, Carthag. 4, 12.
Pylæ quid. 3, 4. *fauces jugi.* 3, 4.
Pylæ Amanicæ. 3, 8. *Susides.* 5, 3.
Pyramus. 3, 4. *ponte junctus.* 3, 7.

R.

REx Scytharum. 7, 7. *Scytha, Persarum, Medorum.* 7, 8. *Syriæ.* 5, 1. *Erythræi.* 8, 9. *Indus.* 9, 1.
Rhidagus. 6, 4.
Rhinocerotes, animal rarum. 9, 1. *rhinocerotas alit India.* 8, 9.
Rhoda se dedunt Alex. 4, 5. *queruntur de præsidio* Alex. 4, 8.
Rhæsaces imminet gladio Alexand. 9, 1.
Ripa Tanaïs. 7, 6.
Roxane filia Cohortani. 8, 4. *pregnans.* 10, 6.
Rubrum mare. 3, 2. 6, 2. 10, 10.

S.

SAbaces prætor Ægypti. 3, 11.
Sabraca. 9, 8.
Sabus. 9, 8.
Saca. 5, 9.
Sacerdos Jovis Hammonii. 4, 7. *sacri luci.* 7, 5. *sacrare aquilam.* 3, 3. *sacratus Jovi currus.* 3, 3. *sacrata* diis *ara.* 3, 12. *sacrificare Herculi.* 4, 2. cui *ut Heroi.* 10, 4. *sacrificium anniversarium redditum.* 8, 2. *sacrificia intempestiva damnata.* 5, 4. *sacrilegium verius quam sacrum.* 4, 3.
Samothracum initia. 8, 1.
Sami regnum. 9, 8.
Sangarius. 3, 1.
Sardium proditor Mithrenes. 5, 1.
Sardeis prodidit Mith. 3, 12.
Sarmatæ. 7, 7.
Satibarzanes. 6, 6. *defecit ab Alex. ad Bessum.* 6, 6. 7, 8. *Bactra perfugit.* 6, 6. *transfuga.* 7, 4.
Satrapes Ægypti Ptolemæus. 10, 10. *Arianorum constitutus.* 7, 3. *Darii.* 3, 13. *Darii factus,* Alexand. 6, 6. *gentis.* 9, 10. *Hyrcaniæ Menapis.* 6, 4. *satraparum voluptas.* 7, 2. *satrapia Babyloniæ.* 5, 1. *Mediæ.* 6, 2. *regionis Susiæ.* 5, 2. *Susianorum.* 5, 3.
Satrapene. 5, 2.
Satropaces. 4, 9. *hasta transfixus.* 4, 9.
Saturno immolati pueri. 4, 3.
Scythæ ad Dar. *conveniunt.* 4, 9. *adcolæ Tanaïs.* 6, 6. *colentes ultra Tanaim.* 7, 4. *Abii.* 7, 6. *qui super Bosphoro incolunt.* 7, 6. 8, 1. *qui Europam inc.* 7, 6. *Europæi.* 7, 2. *invicti.* 7, 9. *devicti.* 7, 9. militant Alexandro. 8, 14. 9, 2. *hostes paulo ante, nunc milites* Alexand. 9, 2. *Scytharum*

rum facies terribiles. 4, 13. *gens bellicosissima.* 4, 6. *haud procul Thraciâ sita.* 7, 7. *impetus.* 4, 15. *legati.* 7, 8. proceritas. 7, 4. *rex.* 7, 7. sedes quæ. 6, 2. solertia præ aliis barbaris. 7, 8. *solitudines.* 7. 8. *Scythia deserta.* 7, 3. *Scythici arcus.* 10, 1.

Semiramin & Cyrum Alexander maxime admiratur. 7, 6.

Seuthes. 10, 1.

Sibyrtius. 9, 10.

Sidon. 4, 1. *Sidonei,* ipsi Sidonis incolæ. 4, 1. *Sidonii in præsidio Macedonum.* 4, 4.

Simmias. 7, 1.

Sinus Adriaticus lunæ similis. 6, 4.

Sisenes occiditur. 3, 7.

Sisocostus. 8, 11.

Sisygambis mater Darii. 3, 3. *advoluta pedibus Alexand.* 3, 12. non fidit victoriæ suorum. 4, 15. *aspernatur munus* Alexand. 5, 2. *mater* appellatur ab Alexand. 5, 2. *Alexandrum deprecatur pro necessario suo.* 5, 3. *inedia exstinguitur.* 10, 5. ejus ad Alexand. oratio. 3, 12. *ad Sisygambin Darii corpus mittit Alex.* 5, 13.

Sitalces. 10, 1.

Sobis. 9, 4.

Socrates Ciliciam tradit Alexand. 4, 5.

Sogdiana regio. 8, 1. qualis. 7, 10. pars regni Persici. 4, 5. Dario militant. 4, 12. *bellare cæperunt.* 7, 8. *subacti.* 8, 1. *inter* Macedonas *militant.* 9, 2. post Alexandri mortem veteres præfectos retinent. 10, 10. *in Sogdianos,* h. e. regionem eorum, *recedit Bessus.* 7, 4. ibique *novas copias contrahit.* 7, 4.

Sol est Græcorum. 4, 10. *solis equus.* 3, 3.

Solea aurea. 9, 1.

Soli. 3, 7.

Solitudines Scytharum. 7, 8.

Sophitis regnum. 9, 1.

Sopolis. 8, 7.

Sostratus. 8, 6.

Spado qui Darii fuerat. 5, 2. *specie singulari.* 6, 5. *spadones captivi.* 3, 12. *circumstantes.* 5, 12. *qui circa reginam erant.* 4, 10. *spadonum agmina.* 5, 1.

Spartam regit victoria Macedon. 6, 1. *Spartana victoria.* 10, 10. *Spartani pleraque Cretensis insulæ obsident.* 4, 8.

Species Apollinis per somnum oblata. 4, 3.

Spithamenes. 7, 6. *præcipuus Bessi amicus.* 7, 5. *transfuga.* 7, 6. *Bactrianæ defectionis auctor.* 7, 7. *Bactra perfugit.* 7, 9. apud *Dahas est.* 8, 3.

Stasanor. 8, 3.

Strato rex Aradi. 4, 1. *Sidonis.* 4, 1.

Styx. 10, 10.

Sulphure inlita navis. 4, 3. *turris.* 4, 6.

Superstitio delegitur, de extispicina. 7, 7. *animi.* 5, 4. *dira humanitatem vincit.* 4, 3. *ludibria mentium humana.* 7, 7. *regit multitudinem.* 4, 10. *superstitionis potens non erat Alex.* 7, 7. *superstitione captus vates.* 9, 4. *mentis non intactus.* 4, 6.

Susa urbs inter ornamenta regni Persici. 5, 1. *urbs Arthelas traditur* ab Alex. 5, 2. *Susa* urbem *adit Alex.* 5, 2. *Susa regionis satrapia.* 5, 2. *Susianis contributa Uxii.* 5, 3. *Susides pyla.* 5, 3. *Susii* 4, 12.

Susitani. 7, 5.

Symmachus. 8, 13.

Syphnus. 4, 1.

Syracusa. 4, 3. *Syracusani Africam urunt.* 4, 3.

Syri. 4, 1. Dario militant. 4, 12. *Syria.* 3, 8. *Macedonum est.* 4, 2. *Laomedonti data.* 10, 10. *Syria præter Brecubelus.* 5, 13. *rex Babylone regnans.* 5, 1. *Syria præficitur Andromachus.* 4, 8. *Syria milites* ad Alex. *adducti.* 7, 10. *Africam petere statuerat* Alex. 10, 1. *Syria Cœle Andromacho tradita.* 4, 5. *Syria quam Cœlen vocant, præficitur Parmenio.* 4, 1.

Syrtica gens, in Syrtibus habitans. 4, 7.

Syssimithres. 8, 4. *satrapa.* 8, 2.

T.

Tabæ. 5, 13.

Tanais. 4, 5. *Europam & Asiam medius interfluit.* 6, 2. *dividit Scythas à Bactrianis.* 7, 7. *ad Tanaim amnem processit* Alexand. 7, 5. *redit Alexand.* 7, 6. *ultra Tan. colegia Scytha.* 7, 4.

Gum infuſu regis tranſire vetantur. 7, 6.
Tapuri. 8, 3. *Tapurorum gens.* 6, 4.
Tarſus. 3, 4.
Tauron. 5, 3. *præfectus.* 5, 3. *partem copiarum ducit.* 8, 14.
Tauri duo præcipitati in Zioberim. 6, 4. *pretioſum armentum.* 8, 12.
Taxiles. 8, 14. *pater Omphis*, qui mox in regnum *nomenque patris ſucceſſit.* 8, 12. *rex Indorum.* 8, 14. *Taxilis litera ad* Alex. 10, 1.
Tenedon receptum. 4, 8.
Teriolites. 9, 8.
Terra Attica. 10, 2. *Bactriana.* 7, 8. 8, 10.
Teſtudo ſcutorum. 7, 9.
Thais. 5, 7.
Thaleſtris. 6, 5.
Theætetus. 5, 5.
Thebe. 3, 4.
Thebæ in Bœotia, colonia Tyri. 4, 4. *ſapius captæ eſſe* adfirmat Plin. 10, 24.
Thebarum excidium. 8, 1.
Themiſcyræ campi. 6, 5.
Theodotus. 5, 2.
Thermodoon. 6, 5.
Theſippus. 4, 1.
Theſauri, pro loco ubi repoſiti ſunt. (*ut gaza.*) 5, 2.
Theſſalus Medius. 10, 4. *Theſſ. equites.* 3, 2. *Parmenioni conjungi* jubentur. 3, 11. *urgentur à Perſis.* 3, 11. *Philippum ducem* habent. 4, 13. *à Parm. incitantur.* 4, 16.
Thraces. 3, 9. *leviter armati.* 3, 4. *rapto vivere aſſueti.* 3, 10. *Thracum Dux Eudamon.* 10, 1. *Thracia.* 10, 10. *haud procul Scytharum gente.* 7, 7.

V.

Vates captus ſuperſtitione. 9, 4. *compoſitus in adulationem.* 4, 7. *monet* Alex. de periculo. 9, 4. *vates* ſomnia interpretantur. 3, 3. *vates & ariola.* 7, 7. *Ægyptii.* 4, 10. *Babyloniorum.* 5, 1. *Chaldæi.* 10, 4. *peritiſſimi.* 4, 10. *conſuluntur.* 4, 6. *vatum peritiſſimus Ariſtander.* 4, 2. *melius vatibus quam ducibus ſuis paret multitudo.* 8, 14.
Vehiculum Gordii. 3, 1. *ſordidum, contectum pellibus.* 3, 12. 5, 13. *vehicula adornata.* 9, 10. *celata auro.* 3, 3. *conſtrata.* 9, 10. *juncta inter ſe.* 9, 1. *onuſta.* 6, 6. *on. auro.* 5, 11. *plena opulentiæ.* 3, 13.
Velum. vela, *ſignum capti verticis.* 7, 11. *candida.* 7, 11. 9, 10.
Veneris uſus intra naturale deſiderium. 10, 5. *ad Venerem acrior feminæ cupido, quam regis.* 6, 5.
Veneti. 3, 1.
Veſtis Alexandri; *donum & opus ſororum* ejus. 5, 2. *Amazonum.* 6, 5. *abſciſſa.* 3, 11. 10, 5. *Arabica, depoſita.* 7, 2. *candida.* 4, 13. *cruenta.* 8, 3. *depoſita.* 3, 5. *diſcolor.* 3, 3. *diſtincta auro.* 3, 3. *auro purpuraque.* 9, 1. *purp. auroque.* 4, 1. *lacerata.* 4, 10. 7, 5. *regalis.* 3, 3. *regia.* 4, 1. 8, 13. *reg. depoſita.* 3, 3. *pelles ſeparum pro veſte.* 9, 4. *veſtes adſtrictæ.* 3, 13. *albæ.* 3, 3. *denæ.* 5, 5. *inſignes auro.* 3, 13. *intexta auro.* 9, 7. *Lacerata.* 5, 12. *linea*, *in texta auro*, *diſtincta purpura.* 9, 7. *Macedonica.* 5, 2. *Perſica.* 6, 6. 8, 12. *pretioſa.* 5, 1. *purpurea.* 10, 1. *regia.* 5, 6. *ex lino.* 8, 9. *veſtium pretioſiſſima.* 5, 9.
Victima civis, hoſtis. 6, 9. *victimæ caſæ.* 9, 1. *caſæ Minervæ, Victoriæ.* 8, 2.
Victoriæ ſatisfacere ſacrificiis, *locare aras.* 8, 11. *cedere victimas.* 8, 2. *Victoriam propitiat* Alex. 4, 13.
Vnchæ. 4, 1.
Vſia Academa. 8, 10.
Vxiorum gens. 5, 3. *montes.* 5, 3. *regio.* 5, 3.

X.

Xenippa. 8, 2.
Xenophilus. 5, 2.
Xerxes. 10, 6. *Græciam* oppugnat. 4, 1. *Europæ bellum infert.* 5, 6. *ex Græcia redit.* 7, 5. *Xerxis inſolentia.* 3, 10. inventum numerandis copiis. 3, 2. *ſolium, regis.* 5, 7.

Z.

Ariaſpes. 9, 10.
Zioberis. 6, 4.
Zoilus. 6, 6.
Zopyrio. 10, 1.

FINIS.

SUP-

Digitized by Google

SVPPLEMENTI IN Q. CVRTIVM, DE REBVS GESTIS ALEXANDRI MAGNI,

LIBER PRIMVS.

PHILIPPVS MACEDO (*qui primus omnium regum ejus gentis, Macedoniæ regnum, ſubacta tota Græcia, ad ſummam potentiam evexit*) *Amyntæ, viri prudentiſſimi, omnibuſque imperatoriis virtutibus inſtructi, filius fuit. Is Amyntas ex Eurydice uxore tres filios ſuſceperat; Alexandrum, Perdiccam, & Philippum Alexandri Magni patrem; atque filiam, Euryonem. Inſidiis autem Eurydices uxoris, quæ nuptias generi, mariti morte pacta, occidendum virum, regnumque adultero trademdum ſuſceperat, oppreſſus fuiſſet, ni filia pellicatum matris, & ſceleris conſilia prodidiſſet. Poſt mortem Amyntæ, Alexander, major natu filius, regno potitus eſt. Qui inter initia regni, cogente fame duriſſimo neceſſitatis telo, bellum ab Illyriis, pacta mercede, datoque Philippo fratre obſide, redemit. Interjecto quoque tempore, per eundem obſidem cum Thebanis gratiam pacis reconciliat. Quæ res Philippo ad maxima egregiæ indolis incrementa profuit. Siquidem tota cuſtodiendi pueri cura, Epaminondæ, ſtrenuiſſimo Thebanorum*

Digitized by Google

duci, atque philoſopho præſtantiſſimo, hac conditione demandata eſt, ut commiſſum ſibi puerum diligenter ſervaret, & ſummo ſtudio in id juxta incumberet, ut moribus principe dignis atque honeſtis diſciplinis quam optime inbueretur. Fovebat ea tempeſtate laudatiſſimus princeps domi filio ſuo Epaminondæ præceptorem Pythagoricum, ſub quo Philippus multum profecit. Interea temporis Alexander, inſidiis matris Eurydices adpetitus, occubuit: cui tamen antea Amyntas, in ſcelere deprehenſæ propter communes liberos, ignarus iiſdem quandoque exitioſam fore, pepercerat. Frater quoque ejus Perdiccas, ſimili inſidiarum fraude, relicto parvulo filio decipitur. Sub idem tempus, Philippus commodum è cuſtodia elapſus, diu, non regem, ſed tutorem pupilli egit. At ubi graviora bella imminebant, ſeruumque auxilium in expectatione infantis erat, compulſus à populo, regnum Macedonicum male affectum, cum bellicis artibus, tum philoſophiæ præceptis præmunitus, adprehendit, anno CCCC *ab urbe condita, Olympiade* CV. *Circa prima itaque regni primordia, rerum infinita multitudine in diverſas trahente partes, finitimis undique in Macedoniam irruentibus populis, belliſque veluti conſpiratione quadam ad opprimendam Macedoniam, multarum gentium ex diverſis locis, uno tempore confluentibus, rex Philippus cautius omnino agendum eſſe conſideraus, (omnibus enim par eſſe non poterat) alia interpoſita pactione compoſuit, alia redemit, facillimis aggreſſis, ut militum trepidos firmaret animos, & ſibi hoſtium contemptum demeret. Primum illi cum Athenienſibus certamen fuit, quibus per inſidias victis, metu gravioris belli cum interficere poſſet, omnes incolumes ſine pretio dimiſit: quæ res illi magnam & gratiam & auctoritatem conciliavit. Captis deinde Pæonibus, bellum in Illyrios tranſtulit: ibi multis hoſtium millibus cæſis, Lariſſæam urbem nobiliſſimam cepit.*

Hinc Theſſalos, non cupiditate prædæ, ſed quod exercitui ſuo robur Theſſalorum equitum adjungere geſtiebat, nihil minus

quam

Digitized by

quam bellum metuentes, adoritur. Quibus ex improviſo præoccupatis, atque in poteſtatem redactis, jungendo equitum peditumque fortiſſimas turmas & copias, invictiſſimum fecit exercitum. Quibus rebus feliciter geſtis, Olympiada, Neoptolemi regis Moloſſorum filiam, uxorem ducit, conciliante nuptias altore virginis Arisba rege Moloſſorum, quæ ſororem Olympiadis, Troadam, in matrimonio habebat: quæ cauſa illi exitii malorumque omnium fuit. Nam, dum regni incrementa affinitate Philippi ſe acquiſiturum ſperat, proprio regno ab eodem privatus, in exilio conſennit. Poſt nuptias autem Philippus per quietem viſus eſt conjugis alvo inſignem affixiſſe bullam, cujus ſculptura, quemadmodum is exiſtimaverat, leonis haberet imaginem. Quod vates ita ſunt interpretati: Ipſam quidem eſſe gravidam, animoſum quoque & leonis natura præditum infantem parituram. Deinde, cum Philippus urbem Methonem expugnaret, jactu ſagittæ dextrum amiſit oculum. Nihilominus tamen pacem deprecantibus dedit, mitiſque etiam adverſus victos fuit. Pagas etiam capiens, imperio ſuo adjecit. Triballorum quoque gentem, & quicquid præterea terrarum in proximo erat, invadens omnia, uno velut impetu devicit. Debellatis finitimis, atque confirmato jam Macedoniæ regno, cum domum rediiſſet, natus eſt ipſi Alexander filius ex Olympiade uxore, VIII *idus Aprilis, dicit Plutarchus: ab eo autem qui illum in Latinum convertit, ſcribitur, circa idus Auguſti: quod ſane, cujus ſit error, dubium eſt. Porro Philippus, veluti è ſpecula quadam, libertati omnium inſidiatus, Græcorum civitates, qua dominandi libidine ſingulæ imperare cogitaverant, omnes in ſuam redegit poteſtatem. Inferioribus enim contra ſuperiores ſuadens certamina, omnibus ad invicem callide incitatis, à Thebanis etiam (qui tamen antea eum, tanquam hoſtem, repellere conabantur) contra Lacedæmonios & Phocenſes, qui templo Apollinis ſpoliato, milites conduxerant, neceſſitate urgente, dux electus, oppreſſis ſacrilegis, magnamque inde apud omnes nationes gloriam adeptus,*

Digitized by Google

omnium ad ultimum efficitur dominus ac princeps, & victos pariter atque victores ſervitutem ſubire coëgit. Inde in Cappadociam trajiciens, captis & occiſis finitimis regibus, univerſam provinciam imperio Macedoniæ adjecit. Olyntho quoque expugnata Thraciam invaſit. Nam, cum eum fratres duo Thraciæ reges, de terminis regni ambigentes, diſceptationum ſuarum judicem eligerent, Philippus ad judicium velut ad bellum, inopinantibus fratribus, inſtructo exercitu venit, & utrumque regno, de quo diſceptabant, ſpoliavit. Omnes ſane principes docens, concordiam maximum ad conſervanda imperia atque principatus ſtabiliendos adminiculum eſſe.

Alexander autem factus annorum duodecim, rebus bellicis admodum delectari, & excelſæ indolis manifeſtiſſima proferre indicia cœpit. Cumque ex æqualibus nonnulli ex eo percunctarentur, ad Olympicum nunquid ſtadium libens decertaret (plurimum enim pedum celeritate pollebat?) Libens equidem, inquit, ſi decertaturos mecum reges ſim habiturus. Olim cum forte abſente Philippo legati a Perſarum rege veniſſent, eos cum hoſpitio, tum conſuetudine captos, jucundiſſima ſibi familiaritate conjunxit: admirantes quod is nihil aut humile aut puerile ſciſcitaretur, ſed aut viarum longitudinem, aut ſuperiorum itinerum modos perquirebat, multa ſuper rege qualis in hoſtes eſſet, nunc ſuper Perſis, quæ vires, aut quæ eſſet potentia, rogitabat. Quas res admirati legati, late diffuſam Philippi gravitatem, nihil præ hujus pueri indole, & majore quam ætas pateretur, animi magnitudine duxerunt. Quoties à Philippo aut nobile quoddam captum oppidum, aut memorabili prælio parta victoria nunciabatur, haud magnopere lætabatur, ceterum ad ſuos aiebat æquales, Omnia, ô pueri, genitor occupabit, ita ut ne vobiſcum grande ullum ac inſigne facinus oſtentare mihi ſit reliquum. Non enim ipſum ulla illecebrarum, aut pecuniæ, ſed ſola virtutis ac gloriæ cupido tenebat: quoque majores à patre facultates acciperet, eo ſe mimora gerere poſſe

posse existimabat. Quocirca, crescente dominio, gerendis præclaris rebus materiam magna ex parte exhaustum iri ratus, non opes, non deliciarum usus, verum certamina & pugnas ardebat, & principatum, unde sibi virtutum gloriam, nominisque immortalitatem (quæ spes nec Alexandrum, nec quenquam alium bonum, unquam fefellit) compararet, affectabat. Quamobrem ipsius cura, compluribus (uti par erat) nutritoribus, pædagogis, ac præceptoribus est demandata: in primis tamen Aristoteli, ex cujus disciplina decem forme annis informatus est. Eodem fere tempore Philippus Delphos misit consulens de successore; responsumque tale accepisse ferunt: Is demum tuo imperio omnique orbe potietur, quemcunque Bucephalus sessorem passus fuerit. Erat autem Bucephalus equus forma spectabilis atque ferocissimus, quem Philonicus Thessalus Philippo XIII *talentis emerat. Hunc diu Philippus sub claustris præferratis asservari jussit: mansit tamen ita ferus, ut plane nullus eum ne tangere quidem ausus fuerit. Quare factum est, ut cum Philippus removeri atque abjici jusserit. Alexander vero dum forte adesset: Qualem, inquit, isti equum perdunt, dum eo per imperitiam ac mollitiem uti nesciunt? Cumque mira arte sine verberibus tractasset equum, tandemque conscensum ad cursum admisisset, tum calcibus usus est, ac molliter flexis habenis, quum equum reduxit, descendentis caput exosculatus pater, emissis lacrymis, Alind, inquit, ô fili, tibi par regnum quære, quando te jam Macedonia non capit. Præsagit vir prudens tam excelsæ indoli non sufficturam paternam ditionem. Post hæc Philippus toti Græciæ bellum inferre statuit. ad quod percommodum ratus, si Byzantium, nobilem & maritimam urbem, in potestatem redegisset; eandem sibi resistentem obsidione cinxit: relicto domi ad regni curam filio Alexandro, tum* XVI *annos nato. Hæc urbs à Pausania Spartanorum rege condita, à Constantino postmodum gloria opibusque aucta, atque renovata, & à nomine suo Constantinopolis dicta, circiter* MCL *annos sacratissimi Imperii sedes totiusque Orientis*

caput fuit. Nunc tamen (proh dolor) fœdiſſimæ atque impiiſſimæ Turcarum gentis imperio ſubjacet. Sed, ut ad Philippum redeam; Exhauſtis in obſidione opibus, piraticam aggreditur, centumque ſeptuaginta navium ſpolia rapuit, atque militibus ſuis diſtribuit. Ne autem in unius urbis obſidione tantus exercitus teneretur, profectus cum fortiſſimis, multas Cherſoneſi urbes expugnavit; filium deinde Alexandrum XVIII *annos natum, virtutis & promptitudinis in rebus agendis manifeſtiſſimæ, ut ſub patris militia tirocinii rudimenta deponeret, ad ſe accerſivit. Cum quo in Scythiam prædandi cauſa, more negotiantium, impenſas belli alio bello refecturus, eſt profectus. Eaque expugnata, viginti millia puerorum ac fœminarum capta, pecoris magna vis, auri argentique nihil,* XX *millia nobilium equarum ad genus faciendum in Macedoniam miſſa ſunt. Sed revertenti à Scythia Philippo Triballi occurrunt, negantes ſe tranſitum daturos, ni portionem accipiant prædæ. Hinc jurgium, mox & prælium, in quo ita in femore vulneratus eſt Philippus, ut per corpus ejus equus interficeretur. Cum omnes occiſum putarent, præda amiſſa eſt. Quam primum ex vulnere convaluit, diu diſſimulatum bellum Athenienſibus infert. Cujus cauſa Thebani ſe junxere, metuentes, ne victis Athenienſibus, veluti vicinum belli incendium, ad ſe tranſiret. Inita ſocietate inter civitates paulo ante infeſtiſſimas, legationibus totam ſatigant Græciam, communem hoſtem communibus viribus ſummovendum putantes. Quædam civitates motæ, Athenienſibus ſeſe jungunt: quaſdam autem belli metus ad Philippum traxit. In hac pugna Philippus Alexandrum filium alteri cornu præfecit. Ubi laudatiſſimi heroïs virtus clariſſime emicuit. Talem enim in eadem pugna ſe præſtitit, ut non inferior patre, imo etiam nulli ſecundus extiterit: poſtea quoque eam victoriam ſibi invidia ac fraude patris præreptam fuiſſe conqueſtus ſit. Commiſſo itaque apud Chæroneam prælio, etſi Athenienſes numero militum longe præſtarent, à Macedonibus tamen, continuo ac diuturno bellandi uſu*

exer-

exercitatiſſimis, vincuntur. Non autem immemores priſtinæ gloriæ cecidere. Hic dies univerſæ Græciæ & gloriam dominationis, & vetuſtiſſimam libertatem finiit. Ceterum cum Philippus ſemper erga Alexandrum optime affectus fuiſſet, tandem ex Cleopatra noverca, Olympiadi ſuperinducta, diſcordia orta eſt. Cauſam adhibuit Attalus avunculus Cleopatræ: qui cum in nuptiis Macedones exhortaretur, deos orarent, ut ad regni ſucceſſionem, legitimus ex Philippo & Cleopatra crearetur heres; excandeſcens Alexander: O improbum caput! inquit, nos vero tibi nothi videmur? ſimulque in eum conjecit poculum. Inſurgens inde pater contra Alexandrum, ſtricto eum petiit ferro, ictus tamen, inclinatione corporis ab Alexandro evitatus, inanis excidit. Tunc Alexander convitiis patrem adortus, receptam Olympiadem matrem ſecum in Epirum duxit. Eum tamen Philippus, exprobrata ſibi à Demarato Corinthio hac eorum diſcordia, paulo poſt multis precibus agre revocavit. Inter hæc nuptias Cleopatræ filiæ, & Alexandri fratris Olympiadis, quem pulſo Arisba regem Epiri fecerat; Philippus celebrat. Dies erat pro magnificentia duorum regum, & collocantis filiam, & uxorem ducentis, inſignis. Sed nec ludorum celebritas deerat. ad quorum ſpectaculum Philippus, cum ſine cuſtodibus medius inter duos Alexandros, filium generumque, procederet, Pauſanias, nobilis ex Macedonibus nemini ſuſpectus adoleſcens, occupatum anguſtiis Philippum in tranſitu obtruncavit, diemque latitiæ deſtinatum fœdum luctu funeris fecit. Hic puer ſtuprum per injuriam paſſus ab Attalo fuerat, qui eum etiam poſtea, tanquam vile ſcortum, libidini convivarum ſubjecit. De quo, Philippo conqueſtus, qui multum quidem ex rei turpitudine eſt motus, ſed Attalo, ob magnam familiaritatem, & quod ejus opera tunc uteretur, ut noceret induci haud potuit. Erat etiam Attalus, ob Cleopatram, proxime à rege in matrimonium acceptam, arctiſſima ei junctus cognatione, copiarumque in Aſiam præmiſſarum dux fuerat delectus; vir in rebus bellicis egregiæ fortitudinis. Idcirco rex potius; ut Pauſaniæ

Digitized by Google

animum juſtiſſimo dolore incenſum mulceret, eſt conatus: datiſque ei magnis muneribus, loco inſuper honeſtiori, inter corporis ſui cuſtodes, honoravit. Sed ille implacabili ardens ira, decrevit, non tantum de eo qui ſibi injuriam intuliſſet, ſed & qui ulciſci illatam noluiſſet, pœnam ſumere. Vixit Philippus annos XLIII, *regnavit* XXV, *Macedonum rex* XXIII: *cui maxima opes erant inſtrumenta bellorum; divitiarum quæſtu quam cuſtodia ſolertior: Itaque inter quotidianas rapinas ſemper inops erat. Miſericordia in eo & perfidia pari jure dilecta. Nulla apud eum turpis ratio vincendi: blandus pariter & inſidioſus alloquio: qui plura promitteret, quam præſtaret: in ſeria & jocos artifex. Amicitias utilitate non fide colebat. Gratiam fingere in odio, inſtruere inter concordantes odia, apud utrumque gratiam quærere, ſolennis illi conſuetudo. Inter hæc eloquentia, & inſignis oratio, acuminis & ſolertiæ plena, ut nec ornatui facilitas, nec facilitati inventionum deeſſet ornatus.*

LIBER SECUNDUS.

ANno ab urbe condita CCCCXXVI *mortuo Philippo, Alexander filius (ob magnitudinem rerum geſtarum Magnus appellatus,) vigeſimâ ætatis anno plenum invidia, & graviſſimis odiis ac periculis undique circumſeptum aſſequutus eſt imperium. Nec enim vicinæ barbarorum provincie & nationes modeſte ſervitutem ferebant, avita vero dominia patrioſque principatus affectabant. Primo omnium autem quotquot paterna cædis cauſa fuerant, gravibus affecit pœnis. Deinde ſepultura ejuſdem maximam impendit curam. Principatum vero multo melius, quam quiſquam exiſtimaſſet, confirmavit. Juvenis enim, atque ob ætatem adhuc tenoram ab aliquibus contemptui habitus, vulgus ipſum hæmia-*

Digitized by Google

humanißimis ſermonibus ita in ſui benevolentiam traxit, ut & ſpem maximam omnibus faceret, & metum ſimul atque contemptum ſui univerſis demeret. Macedonibus immunitatem cunctarum rerum, prater militiæ vacationem, dedit. Quo facto tantum ſibi conciliavit favorem, ut alii corpus, non virtutem, alii vero nomen regis ſolum immutatum eſſe dicerent. Et quum initio tumultus undique contra ipſum exorti eſſent, audacia & animi conſtantia incredibili citißime motus omnes compreßit. Profectus deinde Corinthum in Peloponneſum, generali totius Græciæ concilio, contra Perſas (quorum erat eo tempore ſummum in terris imperium, quique Græciam ſæpe multis cladibus afflixerant) Imperator eſt deſignatus. Siquidem pater ejus idem bellum inchoaverat, morte tamen præventus, conſummare haud potuerat. In hujus belli apparatu nunciatur, Athenienſes, Thebanos, & Lacedæmonios, ab eo ad Perſas defeciſſe, auctoremque ejus defectionis, magno auri pondere a Perſis corruptum, Demoſthenem oratorem extitiſſe. Quibus motibus occurſurus, tanta celeritate, inſtructo paratoque exercitu, Græciam oppreßit, ut quem venire non ſenſerant, videre ſe vix crederent. In tranſitu hortatus Theſſalos, beneficiorum patris commonefaciens, commemorata etiam veteri cognatione, qua ſibi cum illis per Herculem eſſet, ſermonibuſque humanißimis, ut magna à ſe ſperarent, perſuaſos induxit, ut, communi totius Theſſaliæ decreto, univerſæ gentis dux crearetur, omniaque vectigalia atque reditus ſuos ei traderent. Tanta autem in juvene celeritas, tamque efficax in rebus agendis diligentia, omnes qui per contemptum ab eo erant alienati, perterrefecit. Athenienſes itaque ſicuti primi defecerunt, ita etiam primi pœnitere cœperunt; pueritiam Alexandri antea ſpretam, ſupra virtutem veterum ducum extollentes: miſißque legatis, bellum deprecabantur. Quibus auditis & graviter increpatis, bellum remiſit. In ea legatione Demoſthenem quoque fuiſſe ferunt, ſed cum ceteris ad Alexandrum non pervenit: ſiquidem à Cytherone Athe-

nas reversus est : sive correptus timore, quod frequenter Philippum cum suis vituperasset, atque in sua republica contra Macedones verba fecisset; sive ut regi Persarum (a quo magnam auri summam, ut Macedonum causam oppugnaret, accepisse dicebatur) omnem de se suspicionem eximeret. Hoc quoque ipsi ab Æschine exprobratum aiunt; qui in oratione quadam de acceptis muneribus ita dicit: In præsens sane regium aurum sumptus huic suppeditat. Sed hoc deinceps haud sufficiet, cum nullæ opes moribus improbis satis esse possint. Alexander sedatis motibus qui in Græcia erant exorti, antequam in Asiam cum exercitu trajiceret, per Thraciam iter faciens, Pæones, Triballos, Illyrios, aliosque finitimos petere instituit, quos novis rebus studere acceperat. Nam quod regno ejus tum finitimi, tum maxime infidi erant, minime negligendos censuit, præsertim cum in tam longinquas à domo regiones cum exercitu profecturus esset. Ex Amphipoli igitur cum copiis profectus in Thraces (quos Græci Autonomos vocant, nullius imperio, nullius legibus obnoxios) decem dierum itinere ad Hæmum montem pervenit: ibi, circa aditus angustias, negotiatorum atque Thracum ingentem manum collectam obviam habuit. Insederant montis verticem, curribusque pro vallo, qua patebat aditus, utebantur: inde pugnaturi, si necessitas postulasset. Sin autem ex adversa montis parte peterentur, currus in Alexandri phalangem magno impetu erant immissuri. quod & fecerunt. Sed milites ab Alexandro edocti, alii laxatis ordinibus, alii corpora humi strata scutis contegentes, periculum omne devitarunt. Hinc alacriores facti, ingenti clamore in hostes feruntur, eosque uno impetu superavere. Alexander, protinus superato jugo, per Hæmum montem in Triballos ad flumen Lygium profectus est. Syrmus Triballorum rex erat: is cognito Alexandri adventu, uxores ac pueros, ceteramque imbellem turbam, ad Danubium in insulam Peucam confestim misit. quo & Thraces Triballis finitimi se receperant. Nec multo post & ipse Syrmus eodem fugit. Reliqua Triballorum multitudo ad alteram insulam se contulerat,

Digitized by Google

lerat, eo in loco, ex quo pridie Alexander moverat, ſitam. Alexander Triballos repetens, hoſtes ex ſylvis in aperta provocatos ſuperat, tribus millibus cæſis, reliquis in fugam conjectis, pauciſque captis. Poſt hanc pugnam Alexander ad Danubium profectus, ad inſulam in quam Triballi ac Thraces confugerant, contendit: cui tamen barbari ſumma vi reſtiterunt; quod erat iis facilius, quoniam & naves paucæ erant, & inſulæ maxima pars prærupta ac præceps, & fluminis curſus, utpote in anguſto concluſus, concitatior. Quapropter Alexander abductis inde navibus, trajecto noctu flumine, MCCCCC *equitibus, peditibuſque* IV *millibus, Getas (quorum circiter* IV *millia equitum, peditumque ſupra* X *millia prohibendi animo in adverſa ripa armatos viderat) petiit. Quo facto territi Getæ, ne primum quidem impetum ſuſtinuere. Res prorſus ingentis audaciæ iis viſa, Alexandrum tam facile unica nocte Danubium, omnium Europæ fluminum ampliſſimum atque altiſſimum, nullo ponte injecto, tranſiſſe. Confugientibus igitur illis in ſylvarum ſolitudines atque latebras, Rex urbem vacuam nactus, cæpit, ſoloque æquavit. Huc loci venere legati à ceteris Danubii accolis, à Syrmo Triballorum rege, atque Germanis, ad Alexandrum, ut cum eo amicitiæ fœdus inirent. Quibus in fidem & amicitiam acceptis, è Germanis quæſivit, Quidnam in humanis rebus præ ceteris extimeſcerent? ratus nominis ſui magnitudinem ante omnia ipſis formidoloſam videri. Illi hoc ſe in primis timere reſpondernnt, ne forte in ſeſe aliquando calum rueret. Alexander nihil motus reſponſi ſuperbia, tantum adjecit, Germanos ſuperbos eſſe, eoſque domum remiſit. Inde in Agrianos & Pæonas iter perſequenti nunciatum eſt, Clytum Bardiles ab eo defeciſſe, Glauciamque Taulantiorum regem ſe ei conjunxiſſe. Erant & qui nunciarent fore, ut Autariatæ ipſum in itinere adorirentur. Proinde negotio de Autariatis Lagaro, Agrianorum regi (qui patri Philippo admodum carus, Alexandro quoque perquam familiaris erat) commiſſo, inſuper Cyna ſorore, ubi Pellam revertiſſet, ultro in uxorem*

pro-

promissa, ipse ad Clytum Glauciamque magna celeritate contendit, eosque vario prælio vicit atque prostravit. Hac agenti, supervenium nuncii, multos in Græcia res novas moliri, civitatesque non paucas, & in primis Thebanos, ab eo defeciſſe. Qua re motus Alexander, in Macedoniam est reversus, ut factum in Græcia tumultum reprimeret. Thebanis autem, conantibus præsidium Macedonicum ex arce Thebana (quam Cadmeam vocant) depellere, ipsamque præaltis fossis, & munitissimo vallo cinctam, obsidentibus, rex cum exercitu magnis itineribus profectus, non longe à Thebis cum omnibus copiis insedit. Itaque Thebanorum duces, quoniam Alexander præter spem omnium advenerat, ac incertum erat, utrum auxilia, sicuti a nonnullis civitatibus petierant, illis adventura essent, de belli ratione consultare cœperunt. Omnibus tandem consentientibus belli discrimen subire constituerunt. Sed rex suos continuit, illis spatium pœnitendi mutandique consilii exhibens, nullo pacto futurum existimans, ut una civitas contra tantas copias esset pugnatura. Habebat enim ultra XXX mill. peditum, equitumque ad III millia, omnes laboribus bellicis exercitatissimos. Quorum virtuti confisus, Persicum bellum susceperat. Sane si Thebani temporum fortuna cedentes, pacem petissent, rex eorum postulatis libentissime annuisset. Nam tum mirifico studio ad Persas in Asiam transire properabat. Cum tamen armis non precibus uti decrevissent, Alexander Macedones ad prælium instruxit. A Thebanis, contra hostes numero longe superiores, summis viribus atque impigre decertatum est. Interim Macedonibus, qui custodiæ Cadmeæ arcis præerant, à tergo invadentibus, circumventi Thebani, in ipsa pugna ceciderunt. Capta civitas & direpta, urbs eversa funditus est. Qua quidem in re ea spes idque consilium extitit Alexandro, ut hujusmodi casu ac terrore compressi Græci, quietius, dum abesset, agerent: cum alioqui incusantibus Thebanos sociis Phocensibus ac Plataensibus morem gerere gratificarique concupisceret. Plures sex millibus oppetiere. Triginta millia vendidit, ex quibus quadringen-

dringentorum quadraginta talentorum argenti ſummam coëgit. Pindari vatis tamen ſtirpi pepercit; ſummum in doctos favorem manifeſtiſſimo exemplo teſtatus. Non omittendum videtur, quod hic rerum geſtarum Alexandri ſcriptores de Timoclea referunt, quam inſignem Thebanam fœminam Thracius quidam dux conſtupraſſe dicitur. Quumque poſt id eam poſceret pecuniam, ſolus a muliere ad puteum ſeductus fuiſſe, in quo diceret pretioſiora rerum ſuarum occultari. Ducem igitur ſuper os putei, ſpectandi cauſa inclinatum, illa in profundum detruſit; ſuperneque injectis lapidibus oppreſſit. Ob id facinus adductam ad ſe in vinculis fœminam, percunctatus eſt Alexander, quænam eſſet? Ea imperterrita, Theagenis, inquit, ſum ſoror, qui contra Philippum electus imperator fortiter pugnans pro Græcia libertate occubuit. Magnanimitatem mulieris & conſtantiam admiratus rex, liberam eam cum filiis dimiſit. Athenienſes Thebarum caſum moleſte & cum ſumma commiſeratione ferentes, profugis portas contra regis edictum aperuerunt. Quam remiſſa graviter tulit Alexander, ut ſecunda legatione, denuo bellum deprecantibus, ita demum remiſerit, ut oratores & duces, quorum fiducia toties rebellent, ſibi dedantur. Eo tamen demum res eſt deducta, ut retentis oratoribus, duces in exilium agerentur. qui confeſtim ad Darium regem Perſarum profecti ſunt. Ceterum coactis in Iſthmo Græcis, & expeditionem in Perſas decernentibus, Alexandro plures Philoſophi & oratores occurrunt, præter Diogenem Cynicum, qui tum verſabatur Corinthi, & Alexandrum parvi faciens, in cranio habitabat: miratus Alexander, ad eum in ſole apricantem venit, rogans, reine cujuſquam indigeat? at ille, Vt paulum, inquit, a ſole diſcedas. Quo reſponſo Alexandrum adeo delectatum ferunt, ut ad ſuos converſus dixerit, ſe Diogenem eſſe velle, ſi Alexander non eſſet.

Rebus Græciæ compoſitis, adventante vere, ipſaque Græcia cum Macedonia Antipatro (cui ex amicis maxime fidebat) commiſſis, ad Helleſpontum cum exercitu profectus, in Aſiam incredibili

dibili ardore mentis accenſus trajecit. Cum autem delati in continentem eſſent, primus Alexander jaculum, velut in hoſtilem terram, conjecit, armatuſque, de navi, tripudianti ſimilis, proſiluit, atque ita hoſtias cædit, precatus, ne ſe regem illa terra invita accipiant. Inde hoſtem petens, milites a populatione Aſiæ prohibuit; parcendum ſuis rebus præfatus, nec perdenda ea quæ poſſeſſuri venerint. In exercitu ejus fuerunt XXXII *millia peditum, non ſupra* V *millia equitum, naveſque* CLXXX. *Hac tam parva manu univerſum terrarum orbem, utrum ſit admirabilius quod vicerit, an quod aggredi auſus fuerit, incertum eſt: cum ad tam periculoſum bellum, non juvenes robuſtos, nec primo ætatis flore, ſed veteranos, pleroſque etiam emeritæ militiæ, qui cum patre patruiſque militaverant, elegit; ut non tam milites, quam militiæ magiſtros, electos putares. Ordines quoque nemo niſi ſexagenarius duxit, ut ſi principia caſtrorum cerneres, ſenatum te alicujus priſcæ Reipubl. videre diceres. Itaque nemo in prælio fugam, ſed omnes victoriam animis conceperant, nec in pedibus cuiquam ſpes, ſed in lacertis fuit. Alexander deinde paſſim peractis ſacrificiis, maxime apud Troiam ad Achillis tumulum, in quem genus ſuum ex materna linea referebat, eum ob id felicißimum adoleſcentem prædicans, quod ſuarum virtutum præconem Homerum inveniſſet, ad interiora Darii regis Perſarum contendit. Hunc Darium Arſani filium, qui decimuſquartus à Cyro, totius orientis monarchiam tenebat, hac potiſſimum cauſa aggredi voluit, quod à patre ſuo Philippo tributum requiſierat. Darius autem, miſſa prius ſuperba, contumelioſa, atque imperioſiſſima legatione, ſe regem regum, ac conſanguineum Deorum, Alexandrum vero famulum ſuum, appellans, Satrapis ſuis id negotii dederat, ut inſanientem iſtum Philippi adoleſcentulum (ſic enim eum per contemptum appellabat) verberibus puerilibus graviter cæſum, indutumque poſt veſte purpurea, ſibi vinctum traderent, navibuſque una cum nautis ſubmerſis, omnes ejus milites ad ulteriora maris rubri tranſportarent.*

Digitized by Google

tarent. Qui mandatum regis exequi volentes, ad Granicum amnem (qui Troadem à Propontide disterminat) magna manu, videlicet viginti millibus peditum, & pari equitum numero, confluxerunt, & præruptam fluminis ripam, qua Alexandro omnino trajiciendum erat, obsederunt. Alexander, etiamsi præsentissimum periculum instare cerneret: quippe cum suis ex inferiore atque instabili loco (erat enim cum udus, tum cœno lubricus) utpote ex flumine adversus hostes in eminenti ripa stantes, dimicandum foret: sua tamen fortunæ ac virtuti, simulque fortitudini militum confisus, amnem trajecit. Et primo quidem non spernenda difficultate pressus, tandem tamen hostes, non tam sua arte, quam virtute Macedonum, vicit atque prostravit. in eo conflictu Persarum viginti millia peditum, & CCL equites, cæsa; Macedonum non plus XXXIX interfecti sunt. Ea pugna magnum ad res Alexandri momentum peperit. Sardeis enim maritimi barbarorum imperii propugnaculum cepit, iisque ac ceteris Lydiæ populis, ut legibus uterentur suis, concessit. Ephesum, quarto post pugnam die, lapso inde præ metu præsidio, occupavit. Interim ex Magnesia & Trallibus legati venerunt, urbium suarum deditionem pollicentes; ad quas in fidem recipiendas Parmenionem cum duobus millibus & quingentis mercenariis, parique Macedonum numero, equitibus ex amicis circiter ducentis misit. Miletum deinde sibi resistentem oppugnavit: eaque potitus, versus Halicarnassum iter ingreditur. Omnibus interjacentibus oppidis primo impetu captis, Halicarnassum urbem permunitam obsedit, eamque non sine labore expugnatam, solo æquavit. Ingressus Cariam, Ada Cariæ regina (quæ regno ab Orontobate, quem Darius miserat, pulsa, nihil quicquam in tota Caria, præter Alinda, ejus provinciæ urbem munitissimam, tenebat) Alexandro obviam profecta, Alindis urbe tradita, eum in filium adoptavit. Rex nec liberalitatem fœminæ, nec filii nomen aspernatus, urbem eidem custodiendam reliquit. Tota deinde Caria subacta, memor accepti beneficii, eam universam Adæ imperio

perio ſubjecit. Hinc in Lyciam & Pamphyliam tendit, eo conſilio, ut ora maritima ad Phœniciam & Ciliciam uſque in poteſtatem redacta, navales copias hoſtibus inutiles redderet. Devictiſque rebellibus Piſidiæ populis, ſummo mentis ardore, nec minore alacritate, adverſus Darium, quem cum multis militantium millibus adventare conſtabat, contendens, Phrygiam, per quam exercitus traducendus erat, eſt ingreſſus.

Digitized by Google

Q. CVRTII RVFI, DE REBVS GESTIS ALEXANDRI REGIS MACEDONVM,

LIBER III.

CAP. I.

Celenarum urbe & arce recepta, primariam Phrygiæ urbem Alexander ingreditur: in qua fatalem Gordii nodum solvit: ac deinde obviam Dario ire statuit.

INTER hæc Alexander, ad conducendum ex Peloponneso militem, Cleandro cum pecunia misso, Lyciæ Pamphyliæque rebus 1

NOTÆ.

1 *Inter hæc*] præcesserunt, opinor, proxime Memnonis molitiones & obitus, quæ Græcis, qui supersunt, modice delibata, hic forte plenius exposuerat. De Alexandri quidem rebus modo non fuisse dictum, tota loquendi ratio transitionis manifesta, coarguit. *Freinsh.*

Alexander] Arabes eum, Golio teste, ذو القرنين Bicornem vocant, non tam ob partum Orientis & Occidentis Imperium, quam à cornuta Alexandri effigie, nummis exhibita, ut Iovis Ammonis filius agnosceretur. *Blanckardus.*

Ad conducendum] *Namque prælio etiam fecundo atterebantur copiæ, devictarumque gentium militi minor quam domestico fides habebatur.* Infra 4.6,31. Et necesse quidem erat, *tot acies, ut hostium exercitus delesserent, sic victoris etiam copias parte aliqua minuisse:* ut apud Livium 23.12,1. Mago Carthaginensibus suis inculcat. Scilicet hoc ipsum est, quod evenire solet in alieno orbe bellantibus, ut, ejusdem Livii 9.19,6. verbo, propter inopiam supplementi *consenescat exercitus.* Freinsh.

Peloponneso] Peninsula est, totius Græciæ velut arx ac munimentum, angustis faucibus adhæret continenti, ubi Isthmus est: folio platani similis, æque fere patet in longum atque latum, stadiis 1400. Hæc itaque Isthmo, seu tenui quasi cervice terræ, divortium facit inter mare Ægæum & Ionium, quatuor non amplius millibus passuum utrumque mare dispescens. *Raderus.*

Cleandro] Scelerato latrone, qui jussu Alexandri, Parmenionis latus hausit, sacra profanavit, fanda infanda fecit. Demum ab Alexandro occisus. Plura lib. 7. & 10. cognosces. *Rad.*

Lyciæ, Pamphyliæque] Lycia, Pamphylia, Caria, Lydia, &c. sunt provinciæ minoris Asiæ, ab Alexandro post Granicum prælium occupatæ. Vide Arrianum libr. 1. Pamphylium mare

rebus compositis, ad urbem Celænas exercitum admovit. Mediam illa tempestate interfluebat Marsyas amnis, fabulosis Græcorum carminibus inclutus. Fons

NOTÆ.

Alexandro cessit; sicut rubrum Israëlitis, ut Flavius autumat. Plutarchus tamen supra veri fidem ait à scriptoribus relatum. Arrianus non sine divino numine illud iter superatum narrat. Tacitus Etesiarum flatibus assignat, à quibus littora nudantur. *Idem.* Strabo libr. XIV. testatur, maris Pamphylii littora, observato æstu, temerario quidem, sed felici ausu, immissis umbilico tenus militibus, oblique legisse & superasse.

Rebus compositis] Nova enim à Duce non tentanda sunt, nisi veteribus firmatis, & tutis à tergo relictis. Sic paulo infra noster: *Cum Darium occupare statuisset, ut à tergo tuta relinqueret.* Et libr. 9: *Ne quid à tergo, quod destinata impedire posset, moveretur.* Tacit. 12. Annal.: *Orta apud Brigantes discordia retraxere ducem destinationis certum, neuve moliretur, nisi prioribus firmatis.* Inde Fabius apud Livium suadet, Annibalem Italia prius expelli, quam bellum in Africam transferatur. Natura enim prius est, tua cum defenderis, aliena ire oppugnatum. *Pax*, inquit, *ante in Italia, quam bellum in Africa sit; & nobis prius decedat timor, quam ultrò aliis inferatur.* Hic ergo Princeps aut Dux bifrontem aget, ut non modo quæ ante ipsum, sed etiam quæ post tergum sunt, intueatur, dirigat, ac constituat, ne domesticum magis aut in propinquo, quam externum ac remotum hostem timere necesse habeat: & non solum procedendi, sed & recedendi, quoties necessum est, spatium inoffensum & expeditum ipsi relinquatur. *Leccenius.*

Celænæ] Celænæ urbs, caput quondam Phrygiæ fuit; migratum inde haud procul veteribus Celænis: novæque urbi Apameæ nomen inditum ab Apamea, sorore Seleuci regis. Et Marsyas amnis haud procul à Mæandri fontibus oriens, in Mæandrum cadit; famaque ita tenet, Celænis Marsyam cum Apolline tibiarum cantu certasse. *Livius lib.* 38. vide Salmas. ad Solin. cap. 40. pag. 831.

2 *Mediam illa tempestate*] Tempore, inquit, illo, quo Alexander Celænarum arcem exercitu obsedit, mediam urbem interfluxit amnis Marsyas. Nam postea, &c. Recte, *media illa tempestate*, quia postea delenis veteribus Celænis, migratum est Apameam. Curtii ævo jam Celænæ veteres nullæ erant. Igitur videtur medium tempus vocasse, quod est ab U. C. usque ad Alexandrum, & ab Alexandro usque ad suam ætatem, quadringentorum ferè ante, totidemque post, annorum spatio interjecto. Sed verius leges, *media mœnia interfluebat*, & conjungatur cum voce *mœnia*, non cum *tempestate*, hoc sensu; Marsyas media mœnia Celænarum interfluebat. *Raderus.*

Freinshemius legendum censet: *Mediam illa tempestate interfluebat*, &c. quippe Palatini codices non habent *mœnia*. & ipsius etiam Curtii auctoritate firmatur hæc lectio: sic enim mox 3.5,1. de Tarso: *Mediam Cydnus amnis interfluit.* Porro ista verba, *illa tempestate*, ideo inserit, quod diruta Celænæ, postmodo alia sede propinquo loco instauratæ sunt, quæ urbs *Apamea* dicta est.

Marsyas amnis, fabulosis Græcorum carminibus inclutus] Laudarunt Marsyam non Græci tantum Poëtæ, sed & Latini. Neque Poëtæ tantum, sed & Geographi, ac Historiarum scriptores. Marsyas autem Hyagnidis tibicinis filius, tibias à Minerva projectas invenit: & non procul à Celænis lacus est, ex quo Marsyas & Mæander flumina extant, ubi cum Apolline in certamen musicum descendit Marsyas, victusque, ac exuviis corporis exutus, in fluvium sui nominis est mutatus. *Raderus.*

3 Fons

Fons ejus ex summo montis cacumine excurrens, in 3
subjectam petram magno strepitu aquarum cadit: inde
diffusus, circumjectos rigat campos, liquidus, & suas
duntaxat undas trahens. Itaque color ejus placido mari 4
similis, [a]locum Poëtarum mendacio fecit: quippe tradi-
tum est, *Nymphas amore amnis resentas, in illa rupe consi-
dere.* Ceterum, quamdiu intra muros fluit, nomen suum 5
retinet: at quum extra munimenta se evolvit, [b]majore vi
ac mole agentem undas *Lycum* appellant. Alexander 6
quidem urbem [c]destitutam à suis intrat: arcem vero, in
quam confugerant, oppugnare adortus, caduceatorem

præ-

INTERPRETATIO.

a *Occasionem dedit fabulis poëtarum.*
b *Majore impetu atque copia volventem undas.*
c *A civibus desertam urbem ingreditur.*

NOTÆ.

3 *Fons ejus ex summo, &c.*] Hoc est quod ait Herodotus, cum fluvium καταίμακτον ἀναπλέειν ἐς ἄκρας τὰς Κολωνίδας.

Undas trahens] Sic lib. 10. Suas tantum aquas vehens: ut Tibull. lib. 1. eleg. 4. dist. 33. *dum vehet amnis aquas.*

4 *Nymphas*] Ad ejusmodi fabulam respiciunt illa Ovidii Met. 6. v. 396. de Marsya:

Illum ruricolæ, sylvarum numina, Fauni,
Et Satyri fratres, & tunc quoque clarus Olympus,
Et Nymphæ fierunt. ——

Amore amnis] Ut qui ex illarum lacrymis creverit.

5 *Quamdiu intra muros fluit, nomen suum retinet, &c.*] Non dubium est ergo, hallucinatum esse Curtium, qui Marsyan cum Lyco eundem putavit, quod uterque in Mæandrum cadat. Sic Organ alium fluvium, quem recipit Marsyas, priusquam in Mæandrum influat, confundit cum eodem Marsya. Sic enim scribit: *Inde diffusus circumjectos rigat campos, liquidus & suas duntaxat undas vehens.* Hæc Orgæ conveniunt. Lyci meminit Strabo inter amnes, qui Mæandrum reddunt auctiorem & ampliorem; quem alium facit à Marsya, eumque ex monte Cadmo exoriri dicit, qui Laodiceæ superimminet. Negatur igitur Curtius, qui Lycum & Marsyan confundit, quum Marsyas Apameam adluat, vel interfluat; Lycus Laodiceam. utraque urbs Phrygiæ, quas fere semper jungit Strabo. *Salmasius.*

6 *Arcem*] Hanc mille Cares cum mercenariis Græcis centum defenderunt. *Arrianus.*

Adortus] Raderus mavult legere *adorsus*, ut habent antiquiores codices: ab *adorsior*, non *adorior*. Rarius tamen est *adorsus*, quam *adortus*; sed habet & alia quædam rara Curtius, ut suo loco moner.

Caduceatorem] Legatum, conciliandæ pacis missum; à *caduceo*, quem manu gestabat; sicut Fœcialis erat, qui bellum denunciabat. *Caduceus* ergo seu *caduceum*, Mercurii virga fuisse fertur, qua ille ad dissidia & discordias tollendas utebatur. Non immerito itaque Mercurio, qui orationis Deus, & Deorum nuncius habebatur, assignatum est *caduceum*, quod dissidentium

præmisit, qui denunciaret, *ni dederent, ipsos ultima esse passuros.* Illi caduceatorem in turrim, & situ & opere multum editam, perductum; *quanta esset altitudo, intueri* jubent, *ac nunciare Alexandro,* [a] *non eadem ipsum & incolas æstimatione munimenta metiri: se scire inexpugnabiles esse.* 8 *ad ultimum, pro fide morituros.* Ceterum ut circumsideri arcem, & [b] omnia sibi indies arctiora viderunt esse: *sexaginta dierum inducias* pacti, *ut nisi intra eos auxilium Darius ipsis misisset, dederent urbem:* postquam nihil inde præsidii mittebatur, ad præstitutam diem permisere se 9 regi. Superveniunt deinde legati Athenienſium, petentes,

INTERPRETATIO.

a *Diversis judiciis ipsum ac cives æstimare* arcis *munitiones.*
b *Omnes commeatus ipsis quotidie magis ac magis deficere.*

NOTÆ.

animi oratione præcipue sedentur. *Caduceum* Ægyptii in speciem duorum draconum maris & fœminæ figuraverunt, qui parte media sui voluminis, nodo, quem *Herculeum* vocant, sibi alligantur, primisque partibus reflexi, in modum circuli oscula jungunt. Hanc virgam Apollo dicitur invenisse & Mercurio donavisse, lyra vicissim ab illo accepta.

Ni dederent] Simile quid in Memacenis, in Nautensibus libr. VII. & aliis tentavit. Licet autem inferre bellum, quam minari gloriosius esse videatur; tamen est minus difficile, & magis humanum, ab ipso quoque Deo præceptum, tentare prius spontaneam deditionem, quam vim adhibere. Unde hæc ducum solent esse tentamenta in obsidione urbis; primo blandis promissis, deinde minis & ostentatione periculorum, obsessos ad deditionem compellere. Hoc est, secundum proverbium, *altera manu caduceum, altera hastam præferre.* Si ille rejiciatur, hæc succedit. Vide Gell. l. 10. c. 27. *Loccen.*

7 *In turrim perductum*] Sicut in rebus bellicis, magnæ prudentiæ habetur, si inopiam atque infirmitatem tuam celes; ita contra quibus fidis, ostentanda sunt ad terrorem atque desperationem hostium. quo consilio apud Tacitum H. 3. 54. *duces* Flaviani *agenda fama* non *deerant, captos Vitellii exploratores, circumductosque ut robora victoris exercitus noscerent, remittendo.*

Sexaginta dierum, &c.] Solent sæpe se dedere obsessi ita, si intra tantum temporis auxilia ipsis non advenerint: ut observat Gentilis de jure belli 2. 17. ubi plura ejus rei exempla.

8 *Darius*] Semel monendum, in plerisque manuscriptis legi *Darens*: quam lectionem, eruditorum plerique probant: nec tamen altera ideo in vitio est, nisi breviter pronuncietur media, qui error vulgo in aliis etiam talibus, verbi gratia, *Alexandria*, obtinet; nam & illius penultima longa est: cum diphthongo enim scribuntur, Ἀλεξάνδρεια, Δαρεῖος. *Freinsh.*

Dederent urbem] Est qui legendum credit, *arcem*, quod jam antecessisset, urbem occupatam fuisse. recipi posset, si qui codices adsentirentur.

9 *Superveniunt legati*] Arrianus refert, quod legati Gordiis Alexandrum convenerint.

Capti] In acie pro Dario contra Alexandrum pugnantes arma tulerant. *Arrianus.* Gra-

tes; *ut capti apud Granicum amnem redderentur sibi.* Ille *non hos modo, sed etiam ceteros Græcos restitui suis jussurum* respondit, *finito Persico bello.* Ceterum, Dario immi- 10
nens, quem nondum Euphratem superasse cognoverat; undique omnes copias contrahit: totis viribus tanti belli discrimen aditurus. Phrygia erat, per quam du- 11
cebatur exercitus; pluribus vicis, quam urbibus frequens. Tunc habebat quondam nobilem Midæ re- 12
giam; *Gordium* nomen est urbi, quam Sangarius amnis interfluit,

NOTÆ.

Granicum] Asiæ minoris fluvius, exIda monte profluens. *Granicus* Ptolem. 5.

Ille non hos modo, &c.] Quos *vinctos in Macedoniam ad ergastula miserat, quod contra communem Græcorum sententiam, Græci quum essent, in Græcos pro barbaris arma tepissent.* Arrianus 1. 5, 29. quem non intellexit, qui *communem Græcorum sententiam* interpretatus est. Nam apud Arrianum τὰ κοινῇ δεδογμένα τοῖς Ἕλλησιν, nihil aliud signant, quam commune Græcorum decretum de bello Persis inferendo, quod factum est Corinthi in solemni totius Græciæ concilio; ut cum multis aliis ipse Arrianus statim ab initio historiæ suæ tradidit. Ceterum, captivos eos omnes liberavit Alexander, infra 4. 8, 12. Arrian. fine libr. 1. Eaque Arrian. 3. 5. 7. τὰ δόγματα τὰ Ἑλλήνων vocans: δόγμα est scitum, sententia lege sancita: inde *Senatusconsulta* semper appellantur δόγματα apud Græcos jurisprudentes. *Freinsh.*

Finito Persico bello] Fecit hoc Alexander, ut Græcos in metu & officio contineret, quoad Persicum bellum conficeret, hisce velut obsidibus retentis. *Rader.*

10 *Nondum Euphratem*] Euphrates in Assyria Babylonem interfluit; & Darius copias ad Babylonem colligit; ut occurreret Alexandro ad Ilum, trajiciendus erat Euphrates, ultra quem Darius cum exercitu versabatur. *Rad.*

12 *Midæ regiam*] Hic ille Midas est omnium poëtarum fabulis decantatus, cui omnia tacta in aurum versa, &c. Huic etiam Epitaphium conscripsit Homerus, quod Gordii cippo inscriptum fuisse ut videre est apud Raderum, Vide & Reineccii tom. 1. in quo de regno & regibus Phrygum, quæ apud alios auctores sparsim extant, ordine digesta reperies.

Gordium nomen, &c.] Pretium est subjicere Gordii oppidi descriptionem ex Livio, 38. 18. 13. *Id haud magnum quidem oppidum est, sed plus quam mediterraneum, celebre & frequens emporium. Tria maria pari fere distantia intervalla habet: Hellespontum, Pontum ad Sinopen* (ita legit Freinshemius) *& alterius oræ littora, quæ Cilices maritimi colunt: multarum magnarumque præterea gentium fines contingit, quarum commercium in eum maxime locum mutuo usu contraxere.* Tria hic maria nominat, Curtius duo: bene uterque proposito suo serviens. quippe Livius, cum celebre emporium dixisset, nihil præterisit eorum, quæ fidem ei dicto facerent; atque ita non omnia tantum maria vicina, sed & gentes advocavit; Curtio, qui præter situm nihil hic indicaturus erat, sufficit duo ista maria nominare, quæ ab utroque latere stringentia Asiam, recto fere itinere, medium habent hoc oppidum, quod utique non ad montem Sipylum, sed in Phrygia collocandum esse contra Herwartum recte disputat Raderus. *Freinsh.*

Sangarius] Ex Adoreo monte per

interfluit, pari intervallo Pontico & Cilicio mari distan-
13 tem. Inter hæc maria angustissimum Asiæ spatium esse comperimus, [a] utroque in arctas fauces compellente terram. Quæ quia continenti adhæret, sed magna ex parte cingitur fluctibus, speciem insulæ præbet; ac [b] nisi tenue discrimen objiceret, maria, quæ nunc dividit,
14 committeret. Alexander, urbe in suam ditionem redacta, Jovis templum intrat. Vehiculum, quo Gordium

INTERPRETATIO.

a *Utroque* mari *coarctante terram in angustum Isthmum.*
b *Nisi breve* terrarum *spatium interponeret.*

NOTÆ.

Phrygiam fluens miscetur ad Bithyniam Tymbreti fluvio, inde major jam geminatis aquis per Bithyniam fertur, & in Propontidem se effundit. *Livius.* De hoc amne multa collegit Stuckius in Periplum Arriani p. 125.

Interfluit] Freinshemius assentitur Radero, malenti hanc lectionem, quam aliam *præterfluit*: quum & Mss. auctoritate, & testimonio Strabonis juvetur.

Pari intervallo] Minus recte Herwartus posuit Gordium ad montem Sipylum, haud procul Sardibus & Magnesia. Verius collocabimus Gordium supra Matsyam, & intelligemus esse Gordiucomen seu Gordii castrum, quod Livius Gordiutichos appellat, & a Cleone munitum est, & Iuliopolis appellata in Phrygia minore, & Asia proprie dicta. Nam occupatis Celænis Alexander recta contendit Gordium, non regressus ad Sipylum vel Sangarium. Porro τὸ μέσον κεῖται medio intervallo abest a tribus maribus, Hellespontico, Euxino & Cilicio. *Raderus.*

Pontico & Cilicio] Recte duo maria nominat; si Hellespontum, unde profectus Alexander, non respexeris. *Raderus.*

14 *Intrat*] Si legas *intrans*, quomodo certe infra 3. 12, 15. pro *intrat* B. legit *intrans*, rectius omnia cohærerent: sed quia nullus Mss. hic additus pulari proditur, sine auctoritate nihil, nisi evidentissima ratione persuasi, mutabimus, præsertim quum & hæc lectio ferri possit. *Freinsh.*

Gordium] Lucem dabit Arrianus, qui notat, Gordium fuisse quendam ex veteribus Phrygibus, hominem tenuis fortunæ, exiguum agrum colentem, & juga boum duo; quorum altero ad arationem, altero ad vecturam uteretur. Eo aliquando aranti, aquilam in jugo consedisse; ibique in id tempus, usque quo bobus juga demuntur, constitisse. Gordium spectaculo attonitum, Telmissenses vates communicandæ rei causa adiisse (esse enim Telmissenses peritissimos prodigiorum interpretes & vaticinandi scientiam ipsis pariter atque uxoribus & liberis ab ortu insitam esse), quumque ad vicum quendam venisset, juvenculæ cuiquam ad fontem eunti obviam venisse, eique quid sibi evenisset narrasse. Hanc vero quod & ipsa ex vatum progenie esset, ut ipsorum oppidum repetens Iovi regi sacrificaret, jussisse. Gordium contra ut ipsum comitaretur, & sacrificii modum rationemque doceret, eam rogasse. Illum a puella edoctum, conjugem sibi coepisse, puerumque ex iis procreatum, Midam nomine. Qui quum jam in virum forma virtutisque præstantem evasisset; Phrygas interea gravi inter se seditione laborasse, eosque oraculo monitos fuisse, currum iis regem allaturum esse, qui

dium Midæ patrem vectum esse constabat, adspexit, cultu haud sane à vilioribus, vulgatisque usu abhorrens. Notabile erat jugum adstrictum compluribus nodis in semetipsos implicatis, & celantibus nexus. Incolis deinde adfirmantibus, *editam esse oraculo sortem; Asiæ potiturum, qui inexplicabile vinculum solvisset:* cupido incessit animo sortis ejus implendæ. Circa regem erat & Phrygum turba, & Macedonum: illa exspectatione suspensa, hæc solicita ex temeraria regis fiducia. Quippe serie vinculorum ita adstricta, ut unde nexus inciperet, quove se conderet, nec ratione, nec visu percipi posset, solvere adgressus; injecerat curam, ne

15 16 17

INTERPRETATIO.

a *Forma & ornatu non discrepans à vulgaribus* plaustris.

b *Cepit* ejus *summum desiderium implendi oraculi.*

c *Metum attulerat* Macedonibus *ne conatus* ejus, si *irritus* esset, *in præsagium* infaustum *acciperetur.*

NOTÆ.

qui seditionem tolleret. his vero adhuc hisce de rebus inter se consultantibus, venisse Midam, ipsumque currui insidentem concilium Telmissensium adisse. Illos, vaticinium interpretatos, hunc nimirum esse illum, quem Deus monuerat curru advehendum esse, extemplo Midam regem creasse. Hunc itaque seditionem sedasse, paternumque currum Iovi, pro aquila missa, gratiarum loco in arce suspensum consecrasse. Hactenus Arrianus; cum quo in partibus historiæ hujus non convenit Iustinus, quem vide lib. XI. cap. VII.

Midæ patrem] Raderus *patrem* in omnibus codicibus editis legisse dicit; *Midæ*, in quibusdam desiderari. mavult itaque vel utrumque tollere, vel *patrem* retinere, omisso *Midæ*.

Vulgatisque usu] Recte meo judicio Ratgerius scribit, *vulgatique usu*.

15 *Iugum*] Alii *vinculum*, quod non damnem: nisi illud potius videatur. nam & Ausonius epist. 23. 48. sic appellat:

Ocius illa jugi fatalia solvere lora

Pellaum potuisse ducem regi, abdita operta

Principii, & utraque caput celantia nodo.

Sed & in præfatione Bissulæ, quod est Eidyll. 27, iisdem verbis *fatalia jugi lora* vocat. *Iugum* nominavit & Iustinus 11. 7. & sane cum mox *vinculi* vocabulo utatur Curtius, verisimile est, ad evitandum repetitionis tædium, alio verbo supra uti maluisse, præsertim, cum ad ipsius rei accuratam descriptionem significantior sit, quam generalis illa vox *vinculi*. Arrianus, 2. 1, 17. ἦν ζυγὸς ἁμάξης ἐπὶ δαμάλοιν, *jugi quod in curru erat nexum*, appellat. *Freinsh.*

17 *Quippe series vinculorum*] Mire turbant hic libri & interpretes: sed ipsam Curtii scripturam esse quam exhibemus, haud difficulter consentiet qui formam orationis ejus familiariter habet cognitam. Iuvat infra 3. 5, 14. *Ingentem omnibus incussit curam tam præceps temeritas ejus.* Ficipshemius.

18 ne in omen verteretur inritum inceptum. Ille nequaquam diu luctatus cum latentibus nodis; *nihil*, inquit, *interest quomodo solvatur*: gladioque ruptis omnibus loris, oraculi sortem vel elusit, vel im-
19 plevit. Cum deinde Darium, ubicumque esset, occupare statuisset; ut à tergo tuta relinqueret, Amphoterum classi ad oram Hellespontî, copiis autem

INTERPRETATIO.

a *Prior aggredi decrevisset.*

NOTÆ.

18 *Nequaquam diu*] Ita malui, quam *nequidquam* recentium editionum; quod libris, & ingenio Alexandri non æque convenit. *Freinsh.*

Gladioque ruptis] Si Aristobulo credendum, non *elusit*, sed solvit, & *implevit*. Major auctorum numerus resectum gladio vinculum & elusum oraculum affirmavit. Arrianus in medio relinquit, fa isfactum tamen oraculo dicit: *Quod quidem & tonitrua & fulgura*, inquit, *& nocte excitata satis declararunt; eaque de causa postero die diu sacrificavit; tum ob prodigia edita, tum ob rationem solvendi nodi ostensam.* Curtii sententia communis est. quæ & in Proverbium abiit, quo præter alios Ausonius etiam locis paulo ante citatis usus est. Vide paræmiographos. *Aristobulus vero auctor est, Alexandrum exempto paxillo temonis (erat is clavus lignus per medium temonem trajectus, cui vinculum adstrictum erat) jugum temoni detraxisse*, inquit Arrianus 2. 1. & Plutarchus in vita cap. 28. *Freinsh.*

19 *A tergo*] A tergo reliquit Hellespontum & Græcum mare cum minori Asia, à fronte habebat Armeniam, Euphratem & Darium, à latere sinistro Paphlagoniam & Cappadociam, à dextro Ciliciam & Babylonem. *Rad.*

Tuta relinqueret] Inter præcipuas militiæ cautiones hanc quoque observarunt peritissimi duces. Qua mente Antiochus apud Livium 35. 13. Pisidas oppugnaturus, *Antiochum filium misit in Syriam, ad custodiam ultimarum partium regni, ne quid absente se à tergo moveretur.* Vespasianus apud Iosephum de bello Iudaico, caput gentis Hierosolymam aggredi tutum non censet, nisi perdomitis à tergo urbibus. Quam belli gerendi rationem qui spernunt, sæpissime quidem in difficultatem commeatuum incidunt, interdum autem & *eo procedunt, unde invito hoste regredi nequeant*, ut verbis Livii 44. 6. utar; nec raro à ceteris rebus gerendis alienissimo suo tempore revocantur. cui rei providens Alexander apud nostrum 8. 5, 1. *Indiam & inde Oceanum petiturus, ne quid à tergo*, quod destinata impedire posset, *moveretur, ex omnibus provinciis triginta millia juniorum legi jussit*, &c. Sed an non jubentur imperatores protinus occupare caput hostium? Verum est, si hostes incuria vel imperitia sua casum insidiantibus aperiant: vel aliquis hostium imbecillitati viribusve suis ita fidat, ut certam sibi victoriam polliceri audeat. Alioquin enim si res non cesserit, non in præsens modo damnum cum ignominia feret; sed ad reliquas etiam res gerendas impedimentum non vulgare sentiet: cum, ex mente Agricolæ apud Tacitum nostrum, nemo fere dubitare soleat, *prout prima cessissent, fore universa.* Freinsh.

Amphoterum] Vix est, ut credam Radero, hunc esse, in quem cum fra-

tre

tem præfecit Hegelochum; Lesbum, & Chium, & Con præſidiis hoſtium liberaturos. His talen- 20
ta ad belli uſum quingenta adtributa: ad Antipa-
trum, & eos qui Græcas urbes tuebantur, ſexcenta miſſa: ex fœdere naves ſociis imperatæ; quæ
Helleſponto præſiderent. Nondum enim Memno- 21
nem vita exceſſiſſe cognoverat: in quem omnes inten-
derat

NOTÆ.

tre Hecatæo comparatum, dictum illud Plutarcho in apophth. relatum Philippus jecerit: *Hecaterum* (hoc eſt alterutrum) *quidem amphoterum* (notat utrumque) *eſſe. Amphoterum autem udeterum* (hoc eſt neutrum), quod nimirum hebes & ignavus eſſet; frater ejus ingenio vivido, & ad res gerendas apto. Præterquam enim quod de noſtri Amphoteri fratre nihil, quod ſciam, legitur: etiam ingenium illud fatuum, quod exprobrat Philippus, in hoc noſtro minime repertum fuiſſe, evidens argumentum eſt, quod Alexander optimus fortium virorum æſtimator, inter tot egregios duces hunc idoneum duxerit, cui non minimi momenti negotia committeret: quæ prudentia virtuteque ſua haud ſegnius judicio ſpeque Alexandri ſuſtinuit. *Freinsh.*

Lesbum, & Chium, &c.] Alexander enim poſt victoriam ad Granicum, omnem oram maritimam occupaverat; inſulaſque Lesbum, Chium & Coum in poteſtate habuerat. Memnon vero Rhodius, à Dario imperator declaratus, bellum decrevit Macedoniæ & Græciæ inferre, adeoque ex Aſia in Europam transferre, inſulaſque prædictas occupare; & per mare Ægæum terrorem claſſe circumtulit. In hoc conatu Memnon cum verſaretur, decedit, & cum illo, quia parem non habebat, Darii regnum ruere cœpit. Igitur ne Memno quicquam moveret, Amphoterum claſſi ad oram Helleſponti præfecit, & copiis Hegelochum, qui inſulas occupatas reciperent, & in Aſiam expeditionem præſtarent. De Macedonia propter Antiochum, non erat ſollicitus. *Raderus.*

20 *His*] His, Amphotero ſcil. & Hegelocho. *Talenta*] Talentum commune accipio, quod ſexcentis eſt Philippæis; quingenta reſpondent trecentis millibus Philipporum: uti ſexcenta, trecentis ſexaginta millibus.

Ad belli uſum] Nervum belli pecuniam eſſe non ambigitur. qua de re multa multorum pulchre dicta factaque.

Sociis] Socii ſunt Græci, Athenienſes, Argivi, Ætoli, Phocenſes, Bœoti, Elæi, Theſſali, Platæenſes, Theſpienſes, Orchomenii.

Imperata, quæ, &c.] Sic diſtinxi atque ſcripſi, volentibus membranis. nam editio MScripto Pithœi collata præfert, *imperat eque*. quomodo & Cl. Faucheti MS.: Bongarſianorum alter, *imperat aque*: alter exſerte, *imperata quæ*. de cujus ſcripturæ ſinceritate non fuit quod dubitaremus. *Freinsh.*

21 *Memnonem*] Rhodium illum Darii ducum præſtantiſſimum, quem ob induſtriam & peritiam rei bellicæ ſolum verebatur Alexander. Ejus res geſtas lege apud Diodorum libr. 17. cap. 7. Arrian. 2. 1. & ſequentib. Brevem vitæ ejus epitomen contexuit Reineccius tom. 3. ubi de ducibus Rhodiis agit. *Freinsh.*

Vita exceſſiſſe] Ad Mytilenam morbo exſtinctum.

Omnes intenderat curas] Modius ſine cura, *curas* in crucem ablegat, corrigitque, *omnis intenderat*: ſed omnes codices veteres & recentes, etiam MSS. retinent,

derat curas; satis gnarus, cuncta in [a] expedito fore, si
22 nihil ab eo moveretur. Jamque ad urbem Ancyram ventum erat, ubi numero copiarum inito, Paphlagoniam intrat: huic juncti erant Eneti, unde quidam Ve-
23 netos trahere originem credunt. omnisque hæc regio paruit regi: datisque obsidibus, *tributum*, [b] *quod ne Persis quidem tulissent, pendere ne cogerentur*, impetravit.
24 runt. Calas huic regioni præpositus est: ipse, adsumptis qui ex Macedonia nuper advenerant, Cappadociam petiit.

CAP.

INTERPRETATIO.

a *Omnia facilia fore, modo nihil ab ipso tentaretur.*
b *Quod ne* ipsis *quidem Persis solverant.*

NOTÆ.

nent, *omnes intenderat curas*; nec scio cur explodatur, quum non minus Latine ac alterum dicatur. Livius, 37. 36, 9. *omissa in præsentia pacis mentione, totam curam in belli apparatum intendit.* Cura de Memnone liberatus, quem acceperat occupatis insulis Chio, Lesbo, Mitylene, cum trecentarum navium classe, & ingenti peditum numero, in Macedoniam velle transire. Vide Indicem, *intendere curas*. Raderus.

Satis gnarus, &c.] Quæ proclivia sunt, si cum ignavo aut imprudenti Duce hostili nobis res sit, ea, virtus illius ac prudentia, sæpe ardua ac difficilia reddit. Non abs re dictum Floro; *tanto esse exercitum, quanto est imperator.* Loccenius.

22 *Ancyram*] Calabriæ urbem. Eo venerunt Paphlagonum proceres & legilli, qui gentem suam dediderunt; quam ille Calæ Phrygum Satrapæ jussit parere. *Raderus.*

Eneti] De his Livius libr. 1. 2. & Strabo lib. 5. & Plinius 6. 2. qui omnes stant à Q. Curtio, Henetorum gentem ex Paphlagonia, duce Antenore, in Italiam profectam, ibi sedes posuisse, & mutata prima litera, pro Henetis Venetos appellatos. Homerus & Maandrius, Henetos à Leucosyris profectos Trojanis suppetiatum, iisse tradunt; indeque cum Thracibus avectos, sedes posuisse in intimo sinu Adriæ, reliquos qui cum Pylemene erant profecti, resedisse in Cappadocia. Quare omnino in eam sententiam descendo, illa verba, quæ in Curtio sequuntur, non esse ex glossemate adjecta, sed legitima & genuina Curtii, cui subscribunt omnes quos codices vidi. Strabo libr. 4. pag. 134. sentit, Venetos Adriatici maris accolas ortos à Venetis Gallis, Cæsaremque reprehendit, qui horum originem ab illis repetit. Porro, si ab *Enetis* deducantur *Veneti*, vox efficta est ad eum modum quo ex οἶνος vinum, ex ἔαρ ver, &c. deducta sunt: idque more antiquitus Græco, ut observat Dionysius histor. 1. 20. *Solebant enim*, inquit, *prisci Græci nominibus à vocali incipientibus præponere syllabam ου scriptam uno charactere: is erat similis Γ duplici, ad rectam lineam duabus obliquis additis*, sic Ἑλλὴν, Ἕλληξ, Ἕλλην, Ἕλληξ, *& multa similia.* Rennecius tamen, in regno Paphlagonico, Enetos seu Henetos deducit ab indigena voce *Henati*, quod sit *discurrere*: Venetos à nostro *wenden*, à vertendo, nempe sedes, id est, vagando, ut in utraque lingua veniant *vagari* &c. Quæ sane notio non spernenda; multoque mihi potior est, ea quam Iornandes de

de rebus Geticis comminiſcitur, cui Heneti dicuntur quaſi *ἐυετοὶ laudabiles*. Freinsh.

24 *Calas*] Theſſolorum equitum ductor, Harpali filius, *Arrian.* 1. 5. poſtea Phrygiæ & Paphlagonum Satrapa. *Idem* 2. 1. Diodoro 17. 17. eſt *Καλας*.

Qui ex Macedonia, &c.] Supplementum exercitus pedites mille, equites ſexcenti quinquaginta, ut Arrianus: ut Calliſthenes, peditum millia quinque, equites octingenti. *Raderus.*

Cappadociam] Quam totam cis Halyn, partem etiam trans flumen occupavit, quibus præfecit Sabictam Satrapam. *Arrianus.*

CAP. II.

Exercitus Perſici luſtratio. de quo quum Darii juſſu Charidemus Athenienſis verum liberumque protuliſſet judicium, capite multatus eſt.

AT Darius, nunciata Memnonis morte haud 1
ſecus quam par erat, motus; omiſſa omni
alia ſpe, ſtatuit [a] ipſe decernere: quippe quæ
per duces ſuos acta erant, cuncta damnabat;
ratus, pluribus curam, omnibus abfuiſſe fortunam. Igi-

INTERPRETATIO.

a *Bellum per ſe gerere.*

NOTÆ.

1 *Haud ſecus quam par erat, motus*] Nobiliſſimum enim ducem (ſic appellatur infra 3. 13, 14.) amiſerat; & quem, ut modo, 3. 1, 21. dictum eſt, ſolum verebatur Alexander. *Freinsh.*

Omiſſa omni alia ſpe] Non reponendum *amiſſa*. Sic enim uſurpant hoc verbi principes Latini fori, *omittere triſtitiam, ſpem &c.* quamvis diſerte Juſtinus 11. 12, 5. *tam ſpe pacis amiſſa*. ſed vere ibi legitur *amiſſa*, quod ſpem illi pacis Alexander negarat. *Rad.*

Statuit ipſe decernere] Quæritur apud ſtudioſos rei bellicæ, utrum conducat, ut ſummus Imperator ipſe in diſcrimen belli deſcendat, an per duces ſuos id adminiſtret? In hanc omnino diſtinctionem concludendum videtur, quam Alexandri noſtri duces infra 9. 6, 14. proponunt: *Obſcura bella & ignobiles pugnas nobis depoſcimus; tumetipſum ad ea ſerva, quæ magnitudinem tuam capiunt vel expoſcunt.* Sic *decernere* hoc loco, certare ſignificat, dimicare, bellum gerere.

Damnabat] Variam vim hujus verbi Nonius exprimit. Hic idem quod *reprehendere* valet.

Ratus pluribus curam, &c.] Quamquam ut eſt in rebus humanis nihil certi; ſed omnia imperſcrutabili Dei judicio reguntur: tamen cura opus eſt Duci in rebus fideliter & caute aggrediendis: fortuna in iiſdem ad exitum bene perducendis. Sic de Inguiomero Tacitus 2. Annal. *Tota vacillantem acie, fortuna magis, quam virtus deſerebat.* Ita hodieque nonnulli, quantum in ipſis, non deſunt in bello ſibi ſuiſque; ſed fortuna deeſt illis. forte quod ſucceſſum à ſua prudentia & induſtria, non à Dei favore exſpectant. *Loccenius.*

Fortunam] Quæ nec ipſi Dario adfuit: oportebat enim Aſiæ imperium Perſis à Macedonibus adimi, quemadmodum Perſæ Medis, ac prius Medi Aſſyriis ademerant. *Arrianus.*

2 Igitur castris ad Babylonem positis, quo majore animo capesserent bellum, universas vires in conspectum dedit: & [a] circumdato vallo, quod decem millium armatorum multitudinem caperet, Xerxis exemplo, 3 numerum copiarum iniit. Orto sole ad noctem agmina, [b] sicut descripta erant, intravere vallum. inde occupaverunt emissa Mesopotamiæ campos: equitum peditumque propemodum innumerabilis tur-

INTERPRETATIO.

a *Planitie vallo clausa.*
b *Eo ordine quo distributa erant.*

NOTÆ.

2 *Babylonem*] Campos Babylonios intellige.

Et circumdato vallo, quod decem millium, &c.] Cum in vetustis & impressis codicibus optime sic legeretur, non defuere tamen, qui pro decem millium, *decies centenum millium*, non recte reposuerunt. Ad quid enim tam capax vallum; cum summa totius exercitus fuerit quadringenta, aut summum, ut Arrianus & Plutarchus referunt, sexcenta millia armatorum? Deinde Xerxes, cujus exemplo numerum copiarum Darius iniit, cum decies centenum millium multitudinem haberet, in loco Doriseo, qui decem mille hominum capax erat, circumdato vallo, quod decem millium armatorum multitudinem caperet, recensuit copias. Plin. 4. 11, 1. *Tum locus Doriscus X. M. hominum capax. ita Xerxes ibi dinumeravit exercitum.* Aristides tom. 1. Orat. 13. *Quum autem conaretur insolens iste rex, exercitus sui numerum recensere; metiri potius eum quodammodo, quam numerare coactus est; ita ut muro, cujus ambitus decies mille viros caperet, exstructo, suos ad mensuram numeraret.* Darius ergo exemplo Xerxis recensuit suas copias circumdato vallo, quod decem millia caperet armatorum. *Freinshemius.*

3 *Orto Sole*] Persæ enim nunquam ante ortum solem exercitum moverunt. Ubi sol exortus est, ex amphiala Xerxes libans in mare apud solem vota concepit, ne quid sibi adversi contingeret, &c. *Rader.* Rationem instituti non absurde credas fuisse, quod deum, quem præcipua religione colebant, itinerum actionumque suarum ducem habere vellent. Eo forte tendebat Germanarum matrum familias opinio, apud Cæsar. Gall. 1, 50. *non esse fas Germanos superare, si ante novam Lunam prælio contendissent.* Ceterum, non videtur satis consistere locutio ista, *Orto sole ad noctem*, nisi scribas; *Ab orto sole.* magnitudo enim exercitus, etiam duratione tractuque temporis, quod dinumerando impensum est, exprimitur. *Freinsh.*

Vallum] Non castrorum munimenta, sed vallum Doriscí, nulli rei nisi copiis numerandis, vel potius dimetiendis, effectum.

Mesopotamia] Sic appellatur regio, quæ duobus amnibus Tigri & Euphrate clauditur: prope Babylonem rursum coëunt, ac in mare Persicum evolvuntur. Ejus incolæ vocantur Arriano, 3. 7, 21. οἱ ἐν τῇ μέσῃ τῶν ποταμῶν. *Terras interamnas* Mesopotamiam interpretatur Alexander Imp. apud Lampid. *Freinsh.*

Majo-

turba, [a] majorem quam pro numero speciem gerens. Persarum erant centum millia: in quis eques 4
triginta millia implebat. Medi decem equitum, quinquaginta millia peditum habebant. Barcanorum equitum duo millia fuere; armati bipennibus, levibusque scutis [b] cetræ maxime speciem reddentibus: peditum 5 8
decem millia pari armatu sequebantur. Armenii quadraginta millia miserant peditum; additis septem mil- 6
libus

INTERPRETATIO.

a *Major* adhuc *apparent quam reipsa erat.*

b *Cetra prope formam referentibus.*

NOTÆ.

Majorem quam pro numero] Ut plures viderentur, quam essent, licet revelata essent permutti.

4 *Persarum &c.*] Sequitur syllabus nationum variarum, quæ in exercitu Darii militarunt. Et observant hoc historici & poëtæ bella descripturi, ut numerum, & gentes, & populos describant. Summam ex partibus collectam accipe: Peditum ducenta quinquaginta millia; equitum mille centum supra sexaginta millia. Arrianus tamen & Plutarchus, sexcenta millia universe tribuit Dario. Est autem non prætereunda observatio descriptionis, ordinis ac seriei, quæ difficultatem parit narranti, nisi modum variandæ orationis teneat. *Raderus.* Persas à Medis distinguit, non quia Medi à Persis diversi, sed quod alio indigitentur nomine. Tota quippe Medorum gens in Persarum potestatem transiit, unde apud Græcos Medi pro Persis, & econtra ponuntur. *Blanck.*

5 *Barcanorum*] Sunt qui legant *Bactrianorum*, male; & refutat ipse Curtius, num. 9. *Bactrianos* (quam tamen ipsam vocem in *Arachosios* mutarunt eadem temeritate) *festinatio prohibebat accire.* non igitur hi in hac expeditione; sed Barcani *gens Hyrcanis vicina.* Steph. Βαρκάνιοι ἔθνος τῆς Ὑρκανίδος ἔμοιγε. *Freinsh.*

Bipennibus] Bipennis, Nonius id dici ait, quod ex utraque parte sit acutum. Est forma eadem cum Romana seu Amazonia securi, nisi quod hodie hastilia imitentur longitudine manubrii, & mucrone ultra securim procurrente. *Raderus.*

Levibusque scutis, cetræ maxime speciem reddentibus:] Freinshemius scribendum censet *brevibus.* Scutum autem ἀπὸ τοῦ σκύτους, id est, à loro, è quo factum, recte contra Varronem & Isidorum, deducit Lipsius. Differt à clypeis, quia hi ἀσπίδες, at scuta longa, ut idem ex Marcellino aliisque probat. Cetras *ἡμικυκλίδας* putant optimi scriptores; & si vera dicunt, falsi sint, oportet, Varro & Nonius Marcellus, qui cetris circularem figuram assignant; nisi dicamus, cetrarum formam pro nationum diversitate variam fuisse, sicut in peltis, quæ cetris haud dissimiles, contingit. Levia dicuntur scuta, quia gestari solita è loro ex collo propendula; contra ictus aut tela incidentia: ac ut ad motus concursusque milites essent promptiores. Barcanis equitibus ac peditibus tribuit auctor. Non tamen iis tantum in usu fuere, sed & Afris, Persis, Gallis, Hispanis, imo & Britannis, Tacito teste. Pelta pro eodem genere scutorum variis in locis habetur à Livio. Peltarum forma ex marmore ab interna parte ita se habet. Vide Lipsi. in analectis ad Milit. Rom. lib. 3. Dial. 1. *Blanck.*

6 *Armenii*] Admodum populosi: Tauro

libus equitum. Hyrcani egregii, ut inter illas gen-
7 tes, ſex millia expleverant, equis militatura. Derbi-
ces quadraginta millia peditum armaverant; pluribus
hærebant ferro præfixæ haſtæ, quidam lignum igni
duraverant. hos quoque duo millia equitum ex eadem
8 gente comitata ſunt. A Caſpio mari octo millium pe-
deſter exercitus venerat; ducenti equites. Cum his
erant ignobiles Aſiæ gentes; duo millia peditum; equi-
tum

INTERPRETATIO.

a *Strenui, quantum in illis nationibus* eſſe poſſunt.

b *A pleriſque gerebantur haſtæ ferro armatæ: quidam contos igne* indurates attulerant.

NOTÆ.

Tauro monte à Meſopotamia dividuntur.

Hyrcani egregii] Valent, equitatu. Xenophon libr. 1. παιδείας. *Hyrcani ſunt Aſſyriis finitimi, natio non illa quidam magna: qua etiam de cauſſa impe-*
rio Aſſyriorum ſubjecti erant: ſed equeſtris tamen & tunc fuit habita, & adhuc habetur.

7 *Derbices*] In Aſia ad Orum flumen, qua in mare Hyrcanum exoneratur, ſiti. Derecbii aliis vocantur.

Lignum igni duraverant.] Uſitatum teli genus apud gentes quibus ferri uſus incognitus, aut copia rarior. Sic majores noſtri apud Tacit. 2. 14. *primam utcunque aſtem haſtatam* habebant, ceteris *prauſta aut brevia tela* erant. Ideo autem oburebant ſudes, quod ea res extracto humore, reſtringit lignum & indurat; unde non minima vis ſudibus præuſtis: ideo præſertim in obſidiis urbium frequens earum fuit uſus propugnantibus. *Freinshemius.*

8 *A Caſpio mari*] Recte Raderus contra Ortelium hoc mare diverſum putat à Ponticо, cum nihil verius.

Ignobiles Aſiæ] Quamvis pleraque edita volumina hanc ſcripturam præferant, veteres tamen codices (ſi Modio creditur; nam mei omnes *Aſia* legunt, non *alia*.) *alia* pro *Aſiæ* habent, & vere, meo judicio, quum omnes, quas hactenus indigitavit Curtius, fuerint Aſiæ gentes, & facilis eſt unius in alteram literæ migratio. *Raderus.* Tum recte meo judicio interpungit hunc locum Modius: *A Caſpio mari*

tum duplicem paraverant numerum. His copiis triginta millia Græcorum mercede conducta, egregiæ juventutis, adjecta sunt. Nam Bactrianos, & Sogdianos, & Indos, ceterosque rubri maris accolas, ignota etiam ipsi gentium nomina, festinatio prohibebat accire. Nec quidquam illi minus, quam multitudo militum defuit. cujus tum universæ adspectu admodum lætus, purpuratis solita vanitate spem ejus inflantibus; conversus ad Charidemum Atheniensem belli peritum, & ob exilium infestum Alexandro (quippe Athenis jubente eo fuerat expulsus) percontari cœpit: satisne

9 10

NOTÆ.

mari acto millium pedestrem exercitum venerat: ducenti equites cum his erant. Ignobiles, &c.

9 *Mercede conducta*] Quos Græci μισθοφόρους appellant. Ergo Persæ & reliquæ Asiæ gentes, regibus Persarum subjectæ, nulla mercede aut stipendio militabant, sicut Romani. unde ergo vivebant? Ex præda. Sed audiamus Florum, qui, ubi de bello cum Etruscis, Falisciis, &c. agens, dicere dicit: *Tunc primum hiematum sub pellibus: tacta stipendio hiberna.* Ergo æra in stipendium militibus constituta, qui antea suo ære militabant. Stipendium primo peditibus constitutum est ann. U.C. CCCLVII. Equitibus CCCL. cum ad Veios infeliciter pugnatum esset. *Blanck.* Vide de Mercenariis multa cognitu non injucunda Alexand. Genial. 6. 22. ibique doctiss. commentatores.

Nam Bactrianos] Bactriana regio, mille urbibus inclyta.

Rubri maris] In hoc mari aquis coeuntibus periit Pharao. Sed ultimus, ut spectato prius suorum interitu cruciaretur.

Ignota etiam ipsi gentium nomina,] Sic Xenophon 1. παιδείας princip.: ὧν οὐδ' ὰν τὰ ὀνόματα ἴσχοι τις εἰπεῖν. *quarum ne nomina quidem referre quis possit.* simile est infra, 7. 3, 5. *gentesque finitimis quidem satis nota.*

10 *Nec quicquam illi minus, &c.*] Justinus de Xerxis apparatu loquens, 2. 10, 21. subjungit: *Huic tanto agmini duo defuit.* Idem lib. 11. refert, Alexandrum viros, Darium homines in exercitu suo habuisse. Sed ut Vegetius libr. 3. cap. 1. indicat: *præstat eruditos armis, quam numero, os exercitus habere.* cap. 26. *Amplius juvat virtus, quam multitudo.* Non enim turba, sed animi faciunt viros & victores. *Loccenius.*

Purpuratis] Satrapis: sic enim, qui Romanis provinciarum præsides, prætores, proconsules; regni & imperii proceres, duces, principes appellantur. *Rod.*

Spem ejus inflantibus] Hic morbus plerosque Regum cum regnis perdidit, quum sibi lethale, multum ab adulatoribus propinatum avidi hauriunt. *Rod.*

Ad Charidemum] De hoc Arrianus, 1. 3, 29. *Alexander humaniter ad eorum* (Athenienium) *legationem respondens, epistolam ad populum Athenienſem scripsit, qua Demosthenem, Lycurgum, Hyperidem, Charetem,* Charidemum, &c. *sibi dari postulabat.* Athenienses missa rursus legatione petiverunt, ut ignosceret iis, quos sibi ad supplicium dedi postularat. Ignovit Alexander; solum *Charidemum* voluit eximium esse; quem jussit exulare; qui mox ad Darium se contulit. Male quidam editi *Eudemum* vocant.

Satisne

11 *satisne ei videretur instructus ad obterendum hostem?* At ille & suæ sortis, & regiæ superbiæ oblitus; *Verum*, inquit, *& tu forsan audire nolis; & ego, nisi nunc dixero,* 12 *alias nequidquam* [a] *confitebor. Hic tanti apparatus exercitus, hæc tot gentium, & totius Orientis excita sedibus suis moles, finitimis potest esse terribilis: nitet purpura auroque, fulget armis & opulentia, quantam qui oculis non subjecere, ani-*

INTERPRETATIO.

[a] *Frustra aperiam.*

NOTÆ.

Satisne videretur instructus, &c.] Huic affinis est inanis Antiochi regis Syriæ fastus: qui exercitum in Romanos paratum, atque auro argentoque fulgentem, Annibali ostendit, percontatus, *an satis instructus videretur?* cui Annibal Punice pro ingenio: *Satis*, inquit, *ô Rex, quamvis hostes avarissimi sint.* Raderus.

11 *Suæ sortis*] Quod exul esset, inque Regis superbissimi fide & patrocinio degeret. Itaque Diodorus 17. 30. hanc Charidemi libertatem ἀκαιρίαν παῤῥησίας vocat. Non oblitus hoc est Pompeius, sed, velut instantem exitium prævideret, in regiam naviculam transcendens, recitavit Sophocleum istud:

Etenim tyranni quisquis intrat in domum
Servus sit illi, liber esse venerit.

Auctor Plutarch. in vita, c. 129. *Freinsh.*

Verum, inquit, &c.] Hæc prima oratio est Q. Curtii; de qua, ut aliis omnibus quæ sequuntur, ita sentio, ut existimem, nullum esse Curtio parem, aut certe neminem illi superiorem. Livius unus est, qui orationis majestate Curtium post se reliquit; acumine ingenii & sententiarum nervis Curtius illi vel par est, vel etiam superior. *Raderus.*

Audire nolis] More *Principum*, quorum *aures ita formata sunt, ut aspera quæ utilia, nec quicquam, nisi jocundum & lætum, accipiant*, ut ait Tacitus H. 3. 56. 6. quo sensu Iuvenalis sat. 4. 86. *quid violentius aure tyranni?* Quo respexisse putem Aristotelem, cum *Callisthenem auditorem suum ad Alexandrum dimittens monuit, ut cum eo aut rarissime, aut quam jucundissime loqueretur.* Freinsh. Licet veritas sit odiosa principibus illis, qui magis cupiditati quam rationi obsequuntur: boni tamen veritatem, ut consiliorum & actionum decus optimum admittunt; adulationem ut venenum fugiunt. Agesilaüs rex Spartanorum, nemini illorum, qui libertate in dicendo utebantur, infensus erat: ab iis vero tanquam ipsis insidiis sibi cavebat, qui mentem astute premerent. ut Xenophon in ejus vita. *Locenius.*

Nequidquam] Freinshem. legit *nequaquam*. hoc sensu: Monita ista, quæ nunc usui esse possunt, nisi jam proferantur, post acceptam. quæ, nisi provideretur, imminet, cladem, nihil esse profutura. Sic infra, 3. 4. 3. *Arsanes quondam salubre consilium sero exequi statuit.* Ea enim est occasionis vis, ut prudentissimorum hominum consultis pondus & effectum, sola, si negligatur, eripiat. *Freinsh.*

12 *Nitet purpura, &c.*] Mallm sic cum Modio legere: etiam Raderus auctoritate cod. S. Udalrici hunc locum ita interpunxit: Sed Blanckardus legit: *nitet purpura, aurumque fulget, armis & opulentia, &c.* & sic vulgatam lectionem retinendam censet, cum nulla plane ratio sit, quare loco suo deberi removeri. Non enim errat auctor, dum dicit, *aurum, armis & opulentia fulgere*, cum Samnitum & Antiochi regis more Persis quoque aurea arma fuerint, cete-

animis concipere non possunt. Sed Macedonum acies a *torva* 13
sane & inculta, clypeis hastisque immobiles cuneos, & con-
serta robora virorum tegit. Ipsi phalangem *vocant peditum*
stabile agmen. vir viro, armis arma conserta sunt: ad
nutum monentis intenti, sequi signa, ordines servare di-
dicere.

INTERPRETATIO.

a *Macedonum exercitus feroci* vultu, veste *aspera, teget sarissis &* 13 *clypeis agmma* sua *immota, & robustissimos viros* inter se *cohærentes.*

NOTÆ.

ceterarumque rerum tantus splendor ac apparatus, ut nemo, nisi qui oculis subjiceret, animo concipere posset. Neque verendum est, ut male Freinshemius putat, vocem *aurum* in casu recto positam, ad aciem non posse referri, cum hic de acie sermo sit, ut apparet ex antitheti periodi sequentis.

Armis] Ita constanter omnes editiones; nec de sinceritate scripturæ quisquam dubitat. Non placet tamen ista vox hoc loco, eo quod luxum armorũ taxet hic Charidemus, non ipsa. Fulgor enim armorum non laudatus modo in militibus bonis, sed jussus etiam & exactus. hinc Onosander c. 28. *Videat etiam imperator, ut exercitus armis splendentibus fulgeat.* Et hinc adeo aciem Macedonum commendat ipse hic auctor mox, 3, 3. ab *equis virisque, non auro, non discolori veste, sed ferro atque ære fulgentibus.* Præterea hic recensentur *aurum, purpura, opulentia*, quorum in censu quid *arma* faciant, non intelligo. Suspicor itaque, pro *armis* legendum aut *gemmis*, aut aliud non absimile. Firmat noster infra. 3, 3. *vestem auro distinctam habebant, manicatasque tunicas, gemmis etiam adornatas.* Freinsh.

Animis concipere, &c.] Splendorem exercitus Persici tantum, tantumq; apparatum fuisse; nemo nisi oculatus testis, & qui oculis suis obierit, sibi persuadere poterit. Ergo Darii copiæ laudantur, aut potius vituperantur, tantum à numero, & cultu corporis & equorum. Macedonum vero phalanx, à corporum robore & horrido cultu, ab armis, usu, & scientia rei militaris, quum dicit tot esse duces, quot milites. Laudat eandem à contemptu optim, vitâ dura, & aspera. Docetque tandem auro & argento Persarum, conducendum peregrinum militem ex Græcia, qui Macedonum phalangi objectus, pari robore posset obsistere. *Raderus.*

13 *Clypeis*] Clypeus optimus Macedonicus censetur ex ære, non admodum cavus, diametrum habens octo palmorum. tum clypeus rotundus, scuta oblonga.

Hastisque] Hasta contus est cum ferro; contus, sine ferro; unde contati, hastati. Hic sarissas (quæ fiebant ex fraxino, & non breviores erant 14 cubitis) pro hastis accipe, quibus phalangitæ usi. Sarissis stataria phalanx, hastis (quæ non breviores 8 cubitis) equites instruebantur. *Raderus.*

Immobiles cuneos] Cum scilicet densantur; ita ut non possit vir in acie se convertere, nisi tota acies & phalanx simul moveatur, unde *conserta robora* vocat. Sensus ergo horum verborum est: Macedonum acies, quam *phalangem* nominat, torva & formidabilis, teget clypeis & hastis robustissimos viros in phalange confertim firmiterque constantes, quia loco & gradu moveri non possunt.

Ad nutum] Signa, quibus miles in acie se jubetur movere, sunt vel ὁρατὰ, quæ possunt videri, ut vexilla, alites, vestes à contis suspensæ, ducum nutus, qui manibus fiunt, &c. vel φθεγκτὰ, ut classica, tubæ, cornua. Hoc vero loco nutus nihil est aliud, quàm quodlibet leve voluntatis indicium. In hoc quoque sensu vox *nutus* est apud Florum 4. 3, 6. *unius præsidis nutu,*

14 *dicere. Quod imperatur, omnes exaudiunt:* [a] *obsistere, circumire, discurrere in cornu, mutare pugnam,*
15 *non duces magis, quam milites callent. Et ne auri argentique studio teneri putes,* [b] *adhuc illa disciplina paupertate magistra*

INTERPRETATIO.

a *Milites non minus quam duces sciunt gradum sistere, circumvenire* hostem, *ad* alterum *cornu transire*, situm *pugnandi mutare.*

b *Illa* militaris *vitæ forma hactenus viguit paupertatis studio.*

NOTÆ.

gnasi animâ & mente regi.

Ordines servare] Non hoc est, quod Raderus autumat, cui opponitur *deserere stationem in præsidio, vel locum in acie, aut profugere*; in quorum criminum reos, fustis pœna constituta erat. Ordines itaque servare hoc loco est, compositos incedere. iisque qui hoc didicerunt, non opponuntur, qui per metum aut perfidiam stationem suam deserunt; sed qui nondum ad hoc exerciti, per *imperitiam, vagis incursibus* aut disjectas per catervas acies dirigunt: quales plurimi barbarorum.

14 *Exaudiunt*] Hoc est, attento & obedienti animo accipiunt. Ἀκούειν apud Græcos eandem vim habet.

Obsistere] Raderus exponit, densata clypeis phalange simul in hostem velut una mole incumbere. Sed melius Freinshemius, qui *obsistere* interpretatur *consistere*, ut obhærere, obtegere, obtorpescere, occanere, quandoque idem valent, quod simplicia à quibus deducuntur. Infra lib. 4. 12. *Alexander cognito pavore exercitus, signum ut consisterent dari jubet.*

Circumire] A primo statu ordinis ad clypeum, sive sinistram; & totidem conversionibus se obvertere ad hastam, sive dextram. *Circuire* etiam pro circumvenire tota Phalange hostem. *Raderus.*

Discurrere in cornu] Codices veteres, quos vidi, omnes hunc locum ita interpungunt: *obsistere, circuire, discurrere, in cornu mutare pugnam.* Tum *discurrere* accipiendum de conversionibus duabus in dextrum latus & sinistrum, seriatim, non viritim. Cæterum, cornua erant duo, dextrum, quod & princeps, sinistrum alterum: constabat utrumque è lectissimo milite, eratque robur totius phalangis, adeoque exercitus universi. Cornua firmabantur, cum ex inferioribus ordinibus series aliquot jubebantur transire ad cornua, quorum numerus tum duplicabatur; & hoc duplici fiebat nomine, vel ut hostes circumvenirentur, &c.

Mutare pugnam] Mutatio fit, cum vel singuli viritim à tergo in faciem vertuntur; vel tota acies simul circumagitur; ita tamen ut habitus exercitus sit idem qui ante. Omnis mutatio duplicem habet conversionem; vel cum series ad latus dextrum vel sinistrum vertitur, vel cum à latere in tergum circumagitur. Vtraque rursum duplex; vel ab hoste, vel ad hostem. Cum viritim mutantur, appellatur μεταβολή. cum tota acies flectitur, ἀντιστροφή. Mutatur autem necessario pugna, cum hostis vel à latere, vel à tergo, vel ex obliquo occurrit, tum enim fit phalanx transversa, recta, vel obliqua. *Raderus.*

Non duces magis quam, &c.] Non abit à Curtio Iustin. 11. 6, 4. qui militi Alexandri hoc elogium condidit: *Cum ad tam periculosum bellum exercitum legeret, non juvenes robustos, sed veteranos; pleroſque etiam emeritæ militiæ, qui cum patre patruisque militaverant, elegit: ut non tam milites, quam magistros militiæ electos putares.*

15 *Disciplina paupertate*] tantum virtutis; paupertas adversus insolentes divitias habet. Iustin. 20. 5, 3. Vnde Iuvenal. Sat. 6. vers. 292.

Nul-

Digitized by Google

giſtra ſtetit. ſatigatis humus cubile eſt: a cibus quem occupant ſatiat: tempora ſomni arctiora, quam noctis ſunt. Iam Theſ- 16
ſali equites, & Arcarnanes, Ætolique, invicta bello manus, fundis credo, & haſtis igne duratis repellentur?

pars

INTERPRETATIO.

a *Cibo, quem* fortè *nanciſcuntur, contenti ſunt.*

NOTÆ.

Nullum crimen abeſt, facinuſque libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit.

Et Florus 3. 12, 7. *Opes atque divitiæ afflixere ſæculi mores.*

Humus cubile eſt] Quemadmodum & Romanis. Talis enim lectus decet fortem & generoſum militem, vel humus, vel gramen collis, vel pellis tauri. *Ælian.* var. hiſt. 9. 24. Seneca ad Helviam 10. 3. *majores noſtri, qui ſibi manu ſua parabant cibum, quibus terra cubile erat.* Id vergente diſciplina mutaſſe queritur Marcellinus 22. 6. *non ſaxum erat ut antehac armato cubile, ſed pluma, & flexiles lectuli.* Sed idem iſte Macedonum exercitus quantum à dura hac virtute receſſit poſt Perſica ſpolia, oſtendit ipſe Alexander infra, 8. 8, 9. *Totum exercitum adſpicite, qui paulo ante nihil præter arma habebat, nunc argenteis cubat lectis.* Freinsh.

Cibus quem occupant, ſatiat] Nec milites tantum, ſed & ipſum Alexandrum. Vnde & regina Cariæ Ada fercula exquiſite confecta ad eum aliquando mittente: *meliores*, inquit, *obſoniorum ſtructores habeo, ad prandium anteluccanam expeditionem, ad cænam frugale prandium.* Plutarch. in Apophth. Hæc tamen continentia poſtea nimis ſoluta eſt deliciis. *Loccenius.* Iactatur & altera lectio: *cibus quem occupati parant*, longius à ſenſu & dictione Curtii. Nam *quem occupant*, id eſt, quem primum inveniunt, in quem incidunt. Nihil enim ita firmat exercitum ac diſciplina ſobriæ vitæ, nihil adeo exhaurit robur militis atque luxus & voluptates.

Tempora ſomni] Idem de Taprobanæ incolis Plinius 6. 22. *Nulli in diem, aut interdiu ſomnus.*

16 *Iam Theſſali equites*] Sequitur elegans Ironia, qua irridet Charidemus funditores & contatos barbarorum; extollitque equitatum Theſſalonicum, Acarnanum, & Ætolorum, atque illos his impares eſſe armis & viribus. Quod Theſſali equites magni æſtimati fuerint, ex actione callidi iſtius Philippi, indicat Iuſtinus, 9. 6, 8. *Theſſaliam non præda cupiditate, ſed quod exercitui ſuo robur Theſſalorum equitum adjungere geſtiebat; nihil minus quam bellum metuentem, improviſus expugnat. unumque corpus equitum pedeſtriumque copiarum invicti exercitus fecit.* Adde Livium 9. 14, 9. Cæterum, equitatus Theſſalicus omnibus ſæculis fuit laudatus. Virtutem Theſſalorum infra 3. 11, 14. collaudat Curtius, uti & Plutarch. in Alex. cap. 40. ubi prælium ad Iſſum deſcripſit. Theſſalia, regio Græciæ, ex una parte Bœotiam, ex altera Macedoniam habens, ad mare inter Peneum amnem & Thermopylas extenſa. Inde Theſſali.

Acarnanes] Acarnania regiuncula pars Epiri eſt, merſa medio ſinu Ambracio. Hinc Acarnanes; quam bellicoſi fuerint, vide Liv. 26. 25, 7.

Ætolique] Ex Ætolia orti, quæ eſt Achaiæ regio, Epiro, Acarnaniæ & Locris finitima.

Fundis] Funda dicta, quod ex ea fundantur lapides. De *inventione* variant. Communiter *Balearibus* tribuitur. *Materies* fundæ triplex. Prima Melanchræna, quod eſt ſpartum, cujus copia in Hiſpania, eſtque junci acuti ſpecies, atq; eo nomine linum & cannabin etiam comprehendimus. Altera, pili vel ſetæ. Tertia, nervi. *Forma* talis: Funiculus in medio latior ovali forma,

pari robore opus eſt. in illa terra, quæ hos genuit, auxilia quærenda ſunt: argentum iſtud atque aurum ad conducendum militem mitte. Erat Dario mite ac tra-
17 ctabile ingenium, NISI ſuam naturam plerumque fortuna corrumperet. Itaque, veritatis impatiens, hoſpitem ac ſupplicem, tunc maxime uti-
18 lia ſuadentem, *abſtrahi* juſſit *ad capitale ſupplicium.* Ille ne tum quidem libertatis oblitus, *habeo*, inquit, *paratum mortis meæ ultorem: expetet pœnas mei con-*

ma. & paulatim in ſtrictius abit. At medium & fundum, ut ſic dicam, fundæ circinat. Rotabant enim circum caput, & vires ita dabant. Duo fundis miſſa, Lapides & Glandes. Ad hos lapides, & ut frequentare poſſent ictum, ſaeculos pelliceos ferebant iis implendos: Telum alterum *Glandes*, atque ex è plumbo. Funda *variis gentibus in uſu*, quia prompta, iteratu facilis; tum etiam, quia longe & fortiter feritet.

NOTÆ.

Nam ſæpe adverſim bellatores caſſidibus, cataphractis, loricaque munitos, teretes lapides de funda vel fuſtibalo deſtinati, ſagittis ſunt omnibus graviores: cum membris integris lethale tamen vulnus importent, & ſine invidia ſanguinis, hoſtis lapidis ictu intereat. Ergo per ipſa arma interfecit, etſi ſine ſanguine: quia contuſio plerumque & confractio ex ictu lapidis. Glans tamen profecto penetrabat. Quod cum ita ſit, telum tamen hoc parum honeſtum habitum, & junioribus aut vilioribus aſſignatum. Itaque ipſi Romani rare uſi, inter Auxilia habebant. *Lipſius.* Funditorem Balearem ex Stewechio hic exhibemus.

Pari robore] Paribus armis, viris, animis, arte militari.

Argentum iſtud] Quod in pompam, cultum corporum, armorum ſplendorem, &c. impendere ſoles; in mercenarium militem è Græcia evocandum confer.

17 *Erat Dario mite ac tr. ing. niſi ſuam natur.*] Faber legend. credit: *niſi etiam bonam naturam*, &c.

Niſi ſuam naturam, &c. Naturam ſuam fortuna corrumpit; quamcunque naturam nacta depravat: in quodcunque, quantumvis ſanum ſanctumque ac mite ingenium inciderit, violat ac vitiat. Modius pro *ſuam* legit *etiam*, alii *ſuam etiam nat.* Acidal.

Fortuna corrumperet] Suppetunt multa Regum & Imperatorum documenta, qui ex bonis naturæ ſeminibus, in prava declinarunt. Potentia enim impoten-

consilii spreti is ipse, contra quem tibi suasi. Tu [a] *quidem licentia regni tam subito mutatus, documentum eris posteris, HOMINES, cum se permisere fortunæ, etiam naturam dediscere.* Hæc vociferantem, quibus erat imperatum, jugulant. Sera deinde pœnitentia subiit regem, ac *vera dixisse* confessus, *eum sepeliri* jussit. 19

CAP.

INTERPRETATIO.

a *Tu quem Regia potestas tam citò mutavit, exemplo tuo posteros docebis, homines etiam suæ indolis oblivisci, cùm se* prospera *fortuna efferri passi sunt.*

NOTÆ.

potentiam gignit: ut in Tiberio, Nerone, & aliis videre est.

Veritatis impatiens] Obsequium enim amicos, veritas odium parit.

Hospitem ac supplicem] Emphatica verba: Nam hospitii jus inviolábile habebatur, & in supplicem sævire inhumanum. *Freinsh.* Nota præmium salutaria suadentium, non solum tyrannis, sed etiam affectuum impotentibus, & veritatis imparientibus: ut, pro qua re beneficium reportare fas erat consulentes; pro ea non solum odium, sed & vitæ discrimen incurrant. Exemplo sint præter Charidemum, Prexaspes apud Cambysem, Ioh. Baptista apud Herodem, aliique. Cæterum, ut hos præsens vitæ discrimen à vera dicendo non deterruit; ita nec alios absterrebit, cogitantes, melius esse, ut Augustinus dicebat, pro veritate supplicium pati, quam pro adulatione beneficium recipere. tanti enim constare debuit veritas. *Leccenius.*

Abstrahi jussit ad capitale supplicium] Zona seu baltheo comprehensum, quod est moris Persarum, apparitoribus interficiendum tradidit.

18 *Licentia regni*] Ejusmodi documenta multi dedere, effusius quam ut aut sibi expediret, aut suis: sic Arruntio apud Tacit. 6. 48, 3. *Tiberius post tantam rerum experientiam, vi principatus convulsus & mutatus* dicitur. *Freinsh.* Cum tamen in maxima fortuna sit minima licentia, si Salustio credimus: & non minus affectuum atque fortunæ, quam subditorum regem esse oporteat Principem. *Leccenius.*

Naturam dediscere] E priscis codicibus legi posse credunt: *à natura desciscere* minime profecto inepte, ac nescio, an non vulgato, non dicam equidem aptius, seu fortius, imo vero & venustius: si rem quidem ipsam, & simul phrasin spectes. A se quippe desciscit, qui se totum alteri permittit. Exit è sua, qui transit in alterius potestatem. Naturam suam exuit, qui induit alienam. Sed hæc eadem confiunt interpretatione commoda etiam è vulgato. Nec ausim ipse, nec alii suaserim mutare. *Acidalius.*

19 *Sera deinde pœnitentia*] Quæ ut stolida, ita nocens & exitiosa est: idcoque viris prudentibus diligentissime præcavenda. Vnde Tacitus 4, 11. *Quis enim mediocri prudentia, nedum Tiberius tantis rebus exercitus, inaudito filio exitium efferret, idque sua manu, & nullo ad pœnitendum regressu?*

Sepeliri jussit] Hinc colligas, moris fuisse Persis, ut cadavera punitorum fere insepulta abjicerentur. Sed tamen ea cognatis petentibus non negasse; Augustus l. 10. de vita sua scripsit, ut refert Vlpianus in leg. 1. de cadav. punit. Seneca de Tranquil. animi 14. 4. *Freinsh.*

CAP. III.

Thymodes Pharnabazo; hic Memnoni succedit. Darii somnium. ejusque varia interpretatio. Pompa Persarum regum, orto Sole demum procedentium. tum copiarum Alexandri descriptio.

1 THYMODES erat, Mentoris filius, impiger juvenis; cui præceptum est à rege; *ut omnes peregrinos milites*, in quîs plurimum habebat spei *à Pharnabazo acciperet*; opera eorum usurus in bello; ipsi Pharnabazo tradit imperium,
2 quod ante Memnoni dederat. [a] Anxium de instantibus curis, agitabant etiam per somnum species imminentium rerum; sive illas ægritudo, sive divinatio ani-
3 mi præsagientis accersit. Castra Alexandri magno ignis fulgore conlucere ei visa sunt: & paulo post Alexander adduci ad ipsum in eo vestis habitu, quo ipse fuisset: equo

INTERPRETATIO.

a *Darium sollicitum curis præsentium* rerum, *etiam futuræ cladis imagines in somnis turbabant: sive sollicitudo, sive vaticinatio mentis præsentientis* futura, *illas excitat.*

NOTÆ.

1 *Thymodes*] De hoc Thymode seu Thymonda, ejusque patre Mentore, nobilissimo duce, vide Reineccii tom. tert. ubi de ducibus Rhodiis agit: & de hac historia Arrianum 2. 1, 7.

Omnes peregrinos] Græcos mercede conductos, robur exercitus Darii: sic & infra Curtius: *Iamque Graci milites, quos Thymodes à Pharnabazo acceperat, præcipua spes & propemodum unica ad Darium pervenerat.* Raderus.

Imperium] Maritimæ nimirum oræ, cujus Satrapam Sardibus morari consuevisse Pausanias docet in Laconicis: *Sardes divitiis & apparatu excellebant: nam & ei qui imperium maris obtinebat, ea sedes erat constituta; quemadmodum ipsi regi Susiorum urbs.*

2 *Sive illas, &c.*] Somnia alia divina sunt, alia naturalia. Divina, alia vera, alia falsa; vera à Deo vel bonis mentibus suggeruntur; falsa & mala à malis geniis excitantur. possunt & à spiritibus impuris subinde vera offerri. Auctor eodem modo species in somno objectas, vel ad naturam, vel ad divinitatem refert. cum dicit: *sive illas ægritudo, sive divinatio animi præsagientis accersit.* Raderus. Multa autem de somniis, eorumque opinione apud Romanos veteres, collegit Dempsterus ad Rosini antiquitates. Rom. 22.

3 *Vestis habitu*] Vestis fuit servi regii, cursoris nempe publici, seu veredarii, qualis erat Darius, Arsis & Ochi regum. Is autem veredarius dicebatur Persis Angarus & Astandes. Suidas: Ἀστάνδαι οἱ ἐν διαδοχῇ γραμματοφόροι, οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ Ἄγγαροι. τὰ δὲ ὀνόματα Περσικά. *Astanda sunt tabellarii sibi jure succedentes, qui & Angari dicuntur. Sunt autem nomina Persica.* Ab An-

equo deinde per Babylonem vectus, subito cum ipso equo oculis esse subductus. Ad hæc vates varia inter- 4
pretatione curam distrinxerant: alii *latum id regi somnium esse* dicebant; *quod castra hostium arsissent, quod Alexandrum, deposita regia veste, in Persico & vulgari habitu perductum esse vidisset.* Quidam contra augurabantur: *quippe inlustria* [a] *Macedonum castra visa, fulgorem Alexandro portendere: quem regnum Asiæ occupaturum esse, haud ambigere; quoniam in eodem habitu Darius fuisset, quum appellatus est rex.* Vetera quoque omina, ut fit, sol- 5

INTERPRETATIO.

2 *Quæ igne fulgentia apparuerant.*

NOTÆ.

Angaris deducunt *angarias*, quæ sunt impositæ onerum vehendorum necessitates. Vnde *angariare*, vi cogere ad onus subeundum. *Raderus.*

4 *Curam distrinxerant*] Contrariis enim & diversis interpretationibus, regis animum in diversa traxerant, ut ex eo curæ Dario augerentur.

Alii latum id regi, &c.] Vel adulatores; vel etiam quibus probabilis ratio occurrebat. Somnia enim quisque pro ingenio suo explicat: quia ante eventum obscura & abdita. Poterat enim videri felix somnium, quod castra hostium ardere visa; ac proinde hostes perituros, & bello tanquam incendio depastos, exhaustum iri. Sic eodem modo de veste. *Raderus.*

5 *Fulgorem Alexandro portendere*] Operæ pretium est adnotare locum Dion. 5. 45. *Ex pilis Rom. circa summa verucula emicabant flamma, tali, que castris fulgorem, non aliter ac facula, ad multam noctem reddebant. ex hoc ostento colligebant (ut & talium portentorum interpretes affirmabant, & facile quivis conjicere poterat) citam sibi & splendidam à Deo portendi victoriam: quandoquidem igni cedunt omnia, & nihil est quod non igni absumatur.* Florus de Servio Rege 1. 6. *clarum fore, visa circa caput flamma promiserat.* Sic apud Virg. Æn. 7. 79. cum Laviniæ caput arsisset, sequitur:

Fore illustrem famæ fatisque canebant.

Occupaturum esse, haud ambigere] Plerique Mss. cum editione Aldina scribunt, *occupare habuisse haud ambigua rei:* unde Acidalius ἀναμφισβήτως scribere ait, *occupaturum haud ambigue.* quæ lectio quamvis ratione non careat, mihi tamen cum Radero vulgata præplacet. *Freinsh.*

6 *Vetera quoque omina*] Sunt qui legant: *omnia*: male.

Vaginam acinacis] Ὀκινάκην Herodoto dicitur; quod ὀκεῖαν ἴσχει δῆλωσιν, quod aciem habeat celeriter ferientem & penetrantem; Forsan Turcico gladio persimilis fuit, à fine modice reflexus versus aciem, non falcis instar, sed in tergum recurvus. Non longum fuisse ostendit Ioseph. antiq. 20. 7. cum latronum sicas cum acinace Persarum componit. Turcæ acinacem sua lingua *Kilitsch* vocant. *Radetus.* Sed quomodo figura acinacis mutata fuit in eam formam, qua Græci utebantur. an si vaginam mutavit, & gladium mutatum oportuit? cum sequatur vaginam. Sed si gladium mutasset Darius, non dixisset Curtius, vaginam, sed gladium mutatum, cum potior sit gladius theca & vagina. Videtur tamen modum vaginæ cum gladio Persicæ in Græcam mutasse.

ſollicitudo [a] revocaverat: *Darium enim in principio imperii vaginam acinacis Perſicam juſſiſſe mutari in eam formam, qua Græci uterentur; protinuſque Chaldæos interpretatos, imperium Perſarum ad eos tranſiturum, quorum arma*
7 *eſſet imitatus.* Ceterum ipſe & vatum reſponſo quod edebatur in vulgus, & ſpecie quæ per ſomnum oblata erat, admodum lætus; caſtra ad Euphratem moveri
8 jubet. Patrio more Perſarum traditum eſt, orte Sole demum procedere. die [b] jam inluſtri, ſignum è tabernaculo

INTERPRETATIO.

a *In mentem reduxerat.*
b *Luce jam aperta.*

NOTÆ.

Chaldæos] Sectæ nomen fuit, quæ in gentem excrevit poſtea, Marcellino teſte. Arabes, ut Cl. Golius indicat, peculiariter الصابين الخلق vocant, qui ſtellas venerabantur & colebant, vocati etiam الصابة والحرانيين fueruntSabę &Haranı, quoniam primarium templum ſuum in Haran ſive Carris habuere.

Ad eos tranſiturum] Simile eſt quod de Andronico Duca narrat Gregoras lib. 2. in fine. *De capitis tegumento apud ſuperiores Imperatores moris erat, ut ætate provectiores aulici proceres pileis turbinatis uterentur, ſerico tectis, pro dignitate cujusque: adoleſcentes vero omnes prorſus nudis eſſent capitibus. Illo vero Imperatore, is mos uſque adeo obſolevit, ut omnes ſimul & adoleſcentes & ſenes pileis uterentur, non minus in palatio quam in agris: iisque multiformibus & peregrinis, & quales cuique probabantur: alii Latinis, alii Myſiis & Triballicis, alii Syriis & Phœniciis, ſuo quisque arbitratu. Eodem more in veſtibus etiam uſi ſunt, ut prudentiores novitatem aliquam & deſtructionem Imperii, & finem inſtituterum ac morum illis divinarent.* Reſpexit huc Curtius 6. 6. de Alexandro: *veſtem Perſicam ſumpſit, ne omen quidem veritus, quod à victoris inſignibus in devicti tranſiret habitum.*

7 *Vatum reſponſo*] Intellige Sophiſtas, Philoſophos, Magos, γοητας incantatores, φαρμακους veneficos, augures & aruſpices. *Raderus.*

Edebatur in vulgus] Nota hæc arte lætos ſpargendi rumores, & triſtiſſima quæque premendi; ne vulgi animi mutabiles ſubitis terreantur aut mutentur; ſed potius bona ſpe pleni, prompte atque alacriter juſſa obeant. *Freinsh.*

Euphratem] Meſopotamiam & Syriam à Cilicia diſtinguit.

8 *Patrio more Perſarum*] In vulgatis inſertum reperias *quod*: unde ſuſpicatur Acidalius, ſic potius hoc orationis filum texendum eſſe. *Caſtra ad Euphratem movere jubet, patrio more Perſarum, quo traditum eſt, orte Sole demum procedere, die jam illuſtri. Signum è tabernaculo regis buccina dabatur: ſuper tabernaculum*, &c.

Signum è tabernaculo regis buccina dabatur.] Hoc ſignum fuit profectionis, quod è tabernaculo regis ſeu prætorio buccina dabatur. *Buccina* non eadem cum tuba; etſi nonnunquam permiſceantur. *Tuba*, quæ directa eſt, appellatur; *Buccina*, quæ in ſemet æreo circulo flectitur, Vegetio teſte. Germani quoque & Græci diverſis nominibus exprimunt. *Buccina* etiam pro

claſſico

naculo regis buccina dabatur. Super tabernaculum, unde ab omnibus conſpici poſſet, imago Solis cryſtallo incluſa fulgebat. Ordo autem agminis erat ta- 9
lis. Ignis, quem ipſi *ſacrum* & *aternum* vocabant, argen-

NOTÆ.

claſſico ponitur; & eſt lituus, genus buccinæ. Inter cornu & buccinam, olim nullum diſcrimen; fuit enim bubulum cornu, unde & nomen accepit. Eſt enim inſtrumentum, quod *bubus* canit, aut quod *boves* canit & vocat. Varro tamen *buccinatorem* à vocis ſimilitudine & cantu dictum mavult, quod *bou bou* canat. *Raderus.*

Super tabernaculum] In caſtris Tabernacula oportuno loco collocabantur, tentoriaque figebantur; quibus Duces, militeſque, hiberno & æſtivo tempore continerentur. Quemadmodum autem & his qui ad victum neceſſaria parabant, ita in caſtrorum ambitu & cancellis ſua ac certa tam equitatui, quam peditatui, loca adtributa erant, in quæ equitum peditumque quiſque ſeſe reciperet ac conferret. Habuerunt etiam Tabernacula veſtibula ſua ac receſſus, ut ex hoc libro patet, quorum magnificentiam Regii Satrapæ æmulabantur.

Imago Solis cryſtallo incluſa fulgebat.] Sol à Perſis pro Solis auctore & numine cultus. Addunt hoſtiam Solis *equum*, propter celeritatem. *Ovid.* lib. 1. Faſtor. diſt. 193.

Placat equo Perſis radiis Hyperiona cinctum,
Ne detur celeri victima tarda Deo.

Sed quo metallo fuit imago Solis expreſſa, aut qua gemma lapideve pretioſo? Tertullianus in Apolog. ſuis temporibus in linteo depictum & adoratum ait à Perſis. Crediderim, ab regibus in cryſtallo circumlatum, ex puro auro fuiſſe expreſſum, cælatum, elaboratum, & expolitum, cryſtalloque veluti ſacello clauſum, ut oriente vero Sole, & in cryſtallum aurumque incidente, accenderetur, & ex repercuſſu Solis per anaclaſim incenſus, alter Sol videretur, oculoſque intuentium perſtringeret. Aurum enim maxime Solem æmulatur & ignem. Solis imaginem inſigni artificio fabrefactam coluit Choſroës Gazaci, quam cum templo ejus, aliiſque inſignibus ornamentis delevit Heraclius imperator, ut auctor eſt Cedrenus. Porro, hanc imaginem, de qua Curtius, non alio fini ſuper Tabernaculum regis collocatam fuiſſe arbitror, quam ut ſignum eſſet vel profectionis, vel pugnæ. quamquam enim, ut ait noſter, *ſignum buccina dabatur*, exaudiri ab univerſo exercitu non poterat, præſertim in tanta hominum multitudine. Vt vel hinc mutuatus videri poſſit Alexander inſtitutum ſuum, quod narrat Curtius, 5. 2: *Tuba, cum caſtra movere vellet, ſignum dabat, cujus ſonus plerumque tumultuantium fremitu exoriente haud ſatis exaudiebatur. Ergo perticam, que undique conſpici poſſet, ſupra prætorium ſtatuit, ex qua ſignum eminebat pariter omnibus conſpicuum. obſervabatur ignis noctu, fumus interdiu.* Sed & aliis gentibus haud diſpar conſuetudo. Romanis erat *tunica coccinea, qua ſupra prætorium* itidem *expandebatur*, ſi Plutarcho credimus in Fabio cap. 26. de qua multa Lipſius ad Tacit. 1. 39. & de Militia Rom. 4. 12. *Freinsh.*

9 *Ordo autem agminis*] Confer cum hac deſcriptione Herodotum Xerxis iter depingentem lib. 7. cap. 40, &c.

Ignis, quem ipſi ſacrum & aternum vocabant] Sacer ille æternuſque ignis in focis pro Lare familiari adorabatur, ac Rege vita functo extinguebatur. *Diod. Sic.* 17. Huic dicata Sacraria quædam, quæ πυρεῖα & πυραθεῖα vocantur: quorum cuſtodia Magorum fidei, curæ ac vigilantiæ credebatur. *Strabo* 15. Suidas πυρεῖον interpretatur θυμιατήριον. Vſque adeo autem ignem coluerunt, ut eo nomine quælibet πυ-

genteis altaribus præferebatur. Magi proximi patrium
10 carmen canebant. Magos trecenti & sexaginta quinque juvenes sequebantur, puniceis amiculis velati, diebus totius anni pares numero: quippe Persis quo-
11 que in totidem dies descriptus est annus. Currum deinde

NOTÆ.

gentis venerarentur. Hinc factum, quod pyropo, ceu flammas imitanti, honorem exhibuerint. *Strabo* 15. Ab hoc Persarum cultu fluxit mos apud posteriores Imperatores, ut iis ignis præferretur. Huic similis fuit Vestalium ignis apud Romanos, de quibus eximia habet Cl. Lipsius. vide & Brisson. de regno Persar. à princ. lib. 2.

Argenteis altaribus] Altaris bases planæ fuerunt, in medio tamen fortasse cavæ, ubi ignis aleretur. Putatem etiam, à lateribus tribus tabulas argenteas creviſſe, ſuperne velut in tholum ritu xdiculæ coeuntes, sed ab una parte apertas. *Raderus.*

Magi] Magi vox à barbaris profecta: Erant enim sacrorum antistites, regum moderatores, & sapientiæ divinæ & humanæ periti habebantur. Inde sensim cœpit in infamiam vergere, pessimisque artibus assignari. Ita cuncti venefici, incantatores, Thessali, Arioli, Aruspices, Chaldæi, Genethliaci, necromantici, præstigiatores, lamiæ, sagæ, & hoc genus alii, aliæque pestes generis humani, Magis accensi, & execrati, *Magorum triplex genus* erat. *Primi* fuere sapientiæ magistri, doctissimi juxta ac plane sobrii siccique, ut qui præter farinam & olera nihil ad mensam adhiberent. *Alii* Antistites & Sacerdotes, qui in Perside suam sectam perseverarunt, quos Persæ *Magos* vocarunt. *Extremi*, qui malorum geniorum ope & opera variis præstigiis animos mortalium suspenderunt, luserunt, sæpius etiam anteverterunt; quorum magia malas artes continet. *Inventionem Magiæ* Zoroastro Bactrianorum regi certatim adscribunt. *Rad.*

10 *Trecenti & sexaginta*, &c.] Ad numerum dierum per annum recurrentium. Nec mirum id eos potuisse, quum essent in siderum disciplina accuratissime versati. Hodie annus describitur in dies 365, horas sex, quæ quarto quoque anno diem integrant, qui intercalaris est: momenta vero quæ supersunt, certis annorum sæculis etiam horas & dies conficiunt. Vnde tot fastorum & temporum emendationes natæ, nascunturque hodie. *Rad.*

In totidem dies, &c.] Chaldæi, Persæ, Armenii, Hebræi, Ægyptii, annum trecentis sexaginta quinque diebus circumscriptum habebant; nisi quod in illis quinque extremis variarent, quos alii aliis temporibus addebant. Persæ veteres hodieque annum NEVRVZ nuncupant, quod solenne veris tempus significat. Et hodie illud nomen NEVRVZ non solum apud Persas plurimum est in ore; sed etiam apud alias nationes: adeo ut Turcæ annum solarem *Neuruz* vocent: & quum ætatem alicujus indicare volunt, tot *Neuruz* dicunt eum habere, quot annos natus est. Romani sero admodum ad Persarum & reliquorum in Oriente populorum, rationem temporum accesserunt; quum ab usque Romuli & Numæ ævo perturbata annorum, mensium, dierumque via progrederentur. *Rad.*

11 *Currum*] Persarum Imp. nunquam progrediebantur in publicum, sive ad bellum proficiscerentur, sive ad sacrificium irent, quin currus Solis & Iovis præmitterent; & hoc ex Cyri institutione. *Xenophon.* De his aliisque ad Persas pertinentibus, quæ ad auctoris nostri explicationem facere videbuntur; non est ut quisquam post summum virum BRISSONIVM quicquam dicat, qui hæc omnia accuratissime simul doctissimeque tribus de regio

inde Iovi ſacratum albentes vehebant equi: hos eximiæ magnitudinis *equus*, quem *Solis* appellabant, ſequebatur. aureæ virgæ, & albæ veſtes, regentes equos adornabant. Haud procul erant vehicula decem, mul- 12
to auro argentoque cælata. Sequebatur hæc equitatus duodecim gentium, variis armis & moribus. Proxi- 13
mi ibant quos Perſæ *Immortales* vocant, ad decem millia. cultus opulentiæ barbaræ non alios magis honeſtabat: illi aureos torques, illi veſtem auro diſtinctam habebant, manicataſque tunicas, gemmis etiam adornatas.

NOTÆ.

gio Perſarum principatu completus eſt libris; quem ideo cuivis hiſtoriæ Perſicæ vel etiam Curtianæ ſtudioſo, diligenter evolvendum eſſe cenſeo.

Albentes vehebant equi] Erant albi equi in deliciis antiquitati: quem ſingulari honore mactare volebant, albis quadrigis excipiebant. unde & reges maxime hac ambitione capti. Platoni ſapientiæ *antiſtiti*, inquit Plinius, *Dionyſius tyrannus, alias ſuperbiæ ſævitiæque natus, vittatam navem miſit obviam: ipſe quadrigis albis egredientem in littore excepit*. Apud priſcos Romanos non niſi Deorum cultui nivei equi transſcripti. quæ cauſa fuit, ut Camilli albis equis triumphantis gloria clarior quam gratior P. Romano fuerit. *Raderus*. Vide Florum de Tarquinio Priſco.

12 *Duodecim gentium*] Supra hos cenſuit cum armis; ſed tantum ſeptem exerte poſuit; reliquos in turbam ignobilium gentium conjecit. Perſas, Medos, Barcanos, Armenios, Hyrcanos, Derbices, Caſpios, Græcos expreſſit. Bactrianos vero & Sogdianos, Indos, alioſque prætexiit. Plinius, 4.10. duodecim gentes numerat ab Alexandro devictas, Aſiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Ægyptum, Taurum, Caucaſum, Bactrianos, Medos, Perſas.

13 *Immortales*] Hos immortales per duces ſuos mori docuit Theodoſius, Theodoſii magni nepos: *Hi erant*, inquit Herodotus, *Imperatores omnium pedeſtrium copiarum, præter illa delecta Perſarum decem millia, quibus præerat Hydarnis filius, qui vocabantur* immortales *ob hoc, quod ſi quis eorum aut necé aut morbo numerum imminueret, alius ſufficiebatur: nec unquam plures pauciores ve erant decem millibus*. Auctor horum videtur fuiſſe Cyrus. Erant robur exercitus Perſici ſelecti ex nobiliſſimis & fortiſſimis Perſarum. *Raderus*. Alii ſunt apud Herodotum, 4.93. immortales, τοὶ νιμιτὰμ, νιμιτὰμ, *ei ἀθανατίζοντες*, ideo ſic vocati, *quod mori ſe non putent: ſed eum qui defunctus eſt, meare ad Zamolxin*. Freinsh.

Cultus opulentiæ, &c.] De his potiſſimum illa Curtii accipienda ſunt ſupra: *nitet purpura auroque, fulget armis & opulentia*, &c.

Manicataſque tunicas] Vt molſitiem Perſarum notaret. Militaribus enim viris parum conveniebant manuleatæ tunicæ. Eas apud Romanos veteres habere, flagitium erat, Auguſtino teſte. Tunica proprie eſt veſtimentum ſine manicis. eſt tamen aliud genus cum manicis, cujus ſpecies ſunt μαχαλιοι, ἀμφιμαχάλιοι καὶ ὑπερμαχάλιοι. Amphimaſchalus eſt tunica manicata ingennorum, ut Plato docet, duas manicas habens, quas hodie *Maſchulas* vocant. Lege & more Perſarum quicunque in oculos regum incurrebant, manicis manus inſerebant, quo rex tutus illos tranſiret, aut in conſpectum illorum prodiret. Quod

uſque

14 natas. Exiguo intervallo, quos *cognatos regis* appellant, decem & quinque millia hominum. Hæc vero turba [a] muliebriter propemodum culta, luxu magis
15 quam decoris armis conſpicua erat. *Doryphori* vocabantur proximum his agmen, ſoliti veſtem excipere regalem. hi currum regis anteibant; quo ipſe

INTERPRETATIO.

a *Veſtita fere mulierum more.*

NOTÆ.

uſque adeo ſevere cuſtodiebatur, ut morte plecteretur, ſi quis contra feciſſet. Eodem modo debebant & equites manus intra candyas & veſtes continere. *Raderus.*

14 *Cognatos regis appellant*] Revera enim non fuerunt, ſed honoris cauſſa ita dicti. Vide Briſſon. l. 1. pag. 132. Cui pag. 71. ubi de convivio cognatorum, quod συγγενικὸν δεῖπνον Athenæus appellat, addendus eſt locus ejuſdem, dipnoſophiſtæ 3. 28. Φιλήτας δ' ἐν τοῖς Ἀτάκτοις, σπονδὰς ἀγαλείδας τινὰ ἄρτον, ὃν ἐσθίουσι τῶν συγγενῶν μόνον κατακαλίσκιδας. *Philetæ in Ataclis ſpolea vocari panem tradit, quo ſoli cognati veſcuntur.* quomodo & ſupra l. 1. γάμβρειον σόλωι nominat, quæ ſecundum Caſaubonum c. 23. ſolis Magni Regis generis proprie competebat. Idem ad Athenæum animadverſ. 2. 9. falſum putat, appellationem cognatorum honorariam tantum fuiſſe, ſine ulla rei veritate. De qua re ita ſentio, fuiſſe qui revera regis cognati & eſſent, & dicerentur: indeque etiam præcipuis honoribus & emolumentis gauderent; at in horum poſtea nomen & veluti gradum, honoris & virtutis cauſſa adſcitum eſſe magnum aliorum numerum, qui dicerentur cognati Regis, non eſſent, atque ita prout quæq; occurrunt, vel de his, vel de illis accipienda eſſe: inter quæ & convivium, & imprimis panem cognatorum ad priores pertinere arbitror. hanc differentiam inculcare videtur ipſe Curtius: cum enim hic *cognatos*, honorario vocabulo uſurpaſſet, mox num. 21. ſubjicit: *dextra lævaque regem ducenti ferme nobiliſſimi propinquorum comitabantur*: ex quibus etiam fuiſſe puto *decem* illos *legatos*, quos *cognatorum principes* appellat infra, 4. 11, 1. *Freinsh.*

15 *Doryphori*] Ex his, qui in *Immortalium* numeros relati erant, Doryphori, ſeu haſtati legebantur, qui, quod aurea mala, haſtis præfixa, ferrent, Μηλοφόροι vocabantur: Non temere autem, aut ſorte, conſcriptos fuiſſe, verum ἀριστίνδην, Athenæus ait. Hoc quid valeat, explicat Moſchopulus παρὰ χοδὸν· Ἀριστίνδην ἐκλέγῃ, ὅταν χρὴ τὰς ἀρίστας ποιεῖσθαι ἢ ἐκλογήν. Hi in aula Regis excubabant. Perſarum porro Reges, latus tam ab externis quam domeſticis hoſtibus, magno ſtipatorum ſatellitumq; agmine muniebant, qui Δορυφόροι & Αἰχμοφόροι vocabantur. Hujuſmodi cohortes ex Perſarum potiſſimum gente conſcribebantur. His cuſtodibus etiam Præfectus dabatur. Porro, honori non modico ducebatur, in hujuſmodi ſpiculatorum numeros referri. Ex illis Δορυφόροις unus, ſellæ aureæ pedibus Regis, è curru deſcendentis, ſubjiciendæ cauſa, regium currum ſequi ſolitus, ut Athenæus lib. 12. docet. Regii autem ſtipatores, as non merebant, ſed à Rege annonas capiebant, eiſque ex Regalis menſæ reliquiis cibaria præſtabantur. *Briſſonius.*

Proximum his agmen, &c.] Totumne agmen in regia veſte portanda occupatum? Certe enim, cum nec ornatu cultus fuerit, qui 12 millibus talentorum æſtimaretur, quæ ſummam implet ſeptingenties bis centenûm millium Philippæorum. *Raderus.*

Currum regis] Auguſtin. quæſt. ex utroque teſtam. cap. 115. *Regibus Iu-*

dæ-

ipſe eminens vehebatur. Vtrumque currus latus deo- 16
rum ſimulacra ex auro argentoque expreſſa decora-
bant: diſtinguebant internitentes gemmæ jugum; ex
quo eminebant duo aurea ſimulacra cubitalia, quo-
rum alterum Nini, alterum Beli gerebat effigiem. in-
ter hæc auream aquilam pinnas extendenti ſimilem ſa-
cra-

NOTÆ.

darum mula placuerunt ad ſeſſum: Romanorum autem non mula, ſed equi: Perſarum vero reges vehiculis feruntur. Nam veteres reges Perſarum nec videbantur à populis.

Ipſe eminens] Triumphantis ritu magis quam belligerantis, idque veteri Perſarum more.

16 *Deorum ſimulacra*] Iovem haud dubie innuit, & Mithram ſeu Solem (qui à Perſis in antro colebatur,) Oromagdam, Arimanum ſeu Plutonem, qui patrii dii erant Perſarum, ut ex Græcis Latiniſque ſcriptoribus liquet. *Blanckardus.*

Jugum] In curru nullum jugum agnoſcere licet, cum ea equorum jumentorumque collis imponantur, ac juxta extremum temonem impoſita alligentur.

Cubitalia] Quæ intus cava fuerunt, ne præ nimio pondere equos gravarent. Cubitus vero ſeſquipedem explet.

Alterum Nini, alterum Beli] Cum veteres plerique habeant *alterum in, alterum belli* (ex quo correctores fecerunt, *alterum pacis, alt. b*), & in auctorem noſtrum, & in magnum Scaligerum injurium me fore credebam, ſi certiſſimam ejus emendationem non reciperem. Quamquam, ne quid diſſimulem, moveriquis poſſit eo, quod Arrianus 3. 3, & 7. 3. ſcribit, Alexandrum, Babylonem ingreſſum, inſtauraſſe templum Beli, quod Xerxes diruiſſet. unde ſuſpicari poſſis, Perſas haud magnopere honoraſſe Belum iſtum, neque perinde Darium ejus effigie currum ſuum exornari voluiſſe. Sed dici poſſit, etiamſi pro Deo forte non habuerit, habuiſſe tamen pro viro magni & excelſi animi, adeoque pro fundatore imperii, in quod ipſi ſucceſſerint. Poteſt & videri Xerxes, etiamſi pro Deo eum coluiſſet, ira atque indignatione infelicis expeditionis, deſertorum conatuum à Deo ſuo pœnas exegiſſe, evertit enim eandem, ut Arrianus ait, cum ex Græcia rediiſſet. Per Ninum ergo Aſſyriæ, per Belum Babyloniæ imperium conjunctum innuebant. *Scaliger.* Belus antiquiſſimus Rex vocatur à Sulpitio Severo, cui conſentiunt Hieronymus & Lactantius. Belum arbitror Nimrodum fuiſſe, quia huic regni principium in terra Senoar Babylon fuit, ut eſt Geneſ. 10, 10. De Beli hujus cultu inſignis eſt locus Claudiani in primo de laudibus Stiliconis:

—— *Rex ipſe micantem*
Inclinat dextra pateram, ſecretaque Beli,
Et vaga teſtatur volventem ſidera Mithram.

Vbi de Mithra ſive Sole conjungit, quia Belus cum Sole cultus.

Auream aquilam] Signorum militarium, & inſignium regibus primum, & antiquiſſimum, reor aquilam avium reginam fuiſſe. Iovem imaginis auctorem ferunt, cum illam adhibuit in bello contra Titanas, inde ad Getes, ab his ad Trojanos, à Trojanis in Latium demum ab Ænea deportatam. Aldrovandus Lipſium ſecutus, Romanos inventores hujus imaginis & uſus conſtituit. Delrius à Perſis Romanos aquilarum uſum ſumſiſſe cenſet, quod nec Lipſius inficiatur. Quod mihi vero non procul videtur, cum Perſæ multis ante Romanos annis aquila ſint uſi. Xenophon in Cyro minore:

craverant. [a] Cultus regis inter omnia luxuria notabatur. purpureæ tunicæ medium album intextum erat: pallam auro distinctam aurei accipitres, [b] velut rostris inter se conruerent, adornabant, & zona aurea muliebriter cinctus acinacem suspenderat, cui ex gemma erat vigina. *Cidarim* Persæ regium capitis vocabant

INTERPRETATIO.

a *Luxu notabilis erat super cætera ornatus Darii.*
b *Quasi rostro se invicem appeterent.*

NOTÆ.

nore: καὶ τὸ βασίλειον σημεῖον ἐφῆν ἑκάστου ἀετὸν πτερὰ χρυσᾶν ἔχοντα πίλους, ἐξ ὑάλου ἀναπεπαμένους. *Raderus.*

Cultus regis] Cum Artaxerxis cultus fuerit 12. millium talentorum, credibile Darii luxum non fuisse minorem. Hunc si componas cum Romanorum magnifico apparatu, paupertas potius fuit ac quædam quasi parsimonia. Integræ civitates, provinciæ, regiones, vectigales erant mundo muliebri Persicarum reginarum. Sic una civitas redimiculum præbebat, alia in collum, alia in crines quædam suppeditabat. Ita populos habebant universos non solum conscios libidinis, sed etiam administros. *Raderus.*

Purpurea tunica] Auctor totius ornatus traditur Cyrus, qui conditor Imperii Persici princeps induit χιτῶνα πορφυροῦν. quem ubique deinceps reges secuti, & ipse quoque Alexander. Fuit hæc tunica regibus in Oriente passim usitata. Hanc tunicam *candyn* vocabant, etsi certo discrimine Regis & Procerum fuerit distinctus. Quod vero Alexander tunicam induerit Persicam, & tamen Candyn respuerit, ostendi, diversum fuisse Candyn & tunicam. Lucianus tamen & Suidas pro eodem habent. *Raderus.*

Medium albo, &c.] Hoc est, πορφυροῦς χιτὼν μεσόλευκος διῶ. *Sparsas albo pelles*, apud poëtam legere est. Vt igitur in veste τὸ μεσόλευκον dicitur, quum media ejus area albo colore intexta est: ita quoque in lapidibus & quibuscumque aliis rebus. *Salmasius.*

Pallam auro distinctam] Hac extima veste totum voluit regem, imo etiam proceres tegi Cyrus, ut vitia corporis, si quæ essent, tegerentur. Quidam pallæ repertricem Semiramidem faciunt, licet alii Medeam. Auro distincta fuit, gemmata item ac belluata, ut nihil augustius videri potuerit. Quadratam format Dionysius, cujus formæ erat pallium Græcorum. Pallii extrinsecus habitus, & ipse quadrangulus, ab utroque laterum regestus, & cervicibus circumstructus, in fibulæ morsu humeris acquiescens. Auctores alii hanc vestem, non pallam, sed Persicam, Barbaricam, Medicam vocant, & muliebrem stolam potius, quam virilem affirmant. *Raderus.*

Accipitres] Quia Darius prior omen imperii ex accipitribus accepit. *Herodotus. 3. 76.*

Adornabant] Adde auro, & signis, etiam gemmas, & nobilissimos lapides.

19 *Cidarim Persa*] Non reges tantum cidarim gestabant, sed & proceres, imo etiam milites Persæ, hoc discrimine, ut regis apex esset acutus instar metæ, aut inversi turbinis, reliquorum in frontem flexus curvabatur. Figuram habet crinium in acutum desinentium. Cidari probe munitum fuit caput Persarum, adeo ut & tempora cingerentur. Erant quippe eorum capita admodum debilia, eoque bene munita, & quia bene tecta, fortassis debilia. ex pannis, non lanis & villis coactæ. *Raderus.*

Hos

bant insigne; hoc cærulea fascia albo distincta circumibat. Currum decem millia hastatorum sequebantur: hastas argento exornatas; spicula auro præfixa gestabant. Dextra lævaque regem ducenti ferme nobilissimi propinquorum comitabantur. Horum agmen claudebatur triginta millibus peditum, quos equi regis quadringenti sequebantur. Intervallo deinde unius stadii, matrem Darii Sysigambim currus vehebat: & in alio erat conjunx. turba feminarum reginas comitantium equis vectabatur. Quindecim inde, quas armatius à cognatis propinquos, ut supra monui.

Quos equi regis, &c.] Ad omnem usum regis parati, in prælio & fuga.

22 *Intervallo deinde, &c.*] Ne Veneris turba cum horrido Martis satellite misceretur. *Raderus.*

Sysigambim] Sequitur totum Darii Gynæceum, mater Regis & uxor, cum aulico famulatu: & nec pellices quidem 360 desunt, genus ad colum natum. Cetera Sysigambis feminarum præstantissima, utramque fortunam virili animo tulit. quod infra victo Dario, captiva te docebit. *Rad.*

Conjunx] Eademque soror.

Turba feminarum] Darius tanta cum pompa, tantoque feminarum agmine processit, quasi ad nuptias, non bellum; thalamum, non campum cum suis profecturus esset. Ridiculum est, ut dixit Plutarch. in Crasso, cap. 64. quum priora omnia in exercitu terribilia sint, equi, hastæ, arcus, scuta, viri: posteriora desinere in meretrices. Quin hoc turpe & pernicioſum: quum iste sexus cultu a luxu ac libidine, bellum formidine sæpe moretur, ut ex Tacito scimus. *Loccenius.*

Reginas] Matrem & uxorem opinor tantum reginas appellat. Quamvis enim legibus Persarum Regi, proceribus etiam, fas fuerit, non solum quot vellent pellices legere, sed legitimas uxores ducere (uti Cicero in Verrem lib. 5. confirmat, & Herodotus lib. 3. cap.

NOTÆ.

Hoc cæruleum fascia, &c.] Omnia, quæ vidi exemplaria, etiam Mss. habent, *hoc cærulea fascia albo distincta circuibat*. Modius errorem silentio transmisit vel dissimulavit. Acidalius, ex *cærulea*, facit *erubea*. alii conjiciunt legend. *hocce rubea*: nam quid est *erubea*, an vox in Latio cognita? cum nec *rubeum* Latina civitate sit donatum. Lipsius ad Tacit. 6. 26, 2. vel *coccinea* pro *cærulea*, vel *caruleum*, ut referatur ad cidaris insigne, scribi posse existimat. & sic insigne regium tribus coloribus illustre magis eminebat; albo, inquam, rubro, & cæruleo. Iam de Diadematis origine pauca addamus, quod à διαδέω, *revincio, cingo, redimio*. Forma diadematis non fuit nisi fascia candida & tenuis, qua regum frontes cingebantur, qualis in priscorum regum iconibus visitur. Lucian. Ταινίαν λευκὴν, *candidam taniam* seu *fasciam* dicit. Silius, *vittam albentem*. Ammianus, *fasciolam candidam*. Tacit. Livius, *Regium insigne ac decus*. Freinsh.

20 *Hastatorum*] Herodotus videtur pedites fecisse αἰχμοφόρους.

Hastas argento exornatas] Monuerat olim Philippum Apollo:

Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχῃ, καὶ πάντα κρατήσεις.

Hastis argento munitis omnia vinces.

Sed aliorsum duxit hoc oraculum, ut argento corrumperet hostium ministros, & futurum ut vinceret. *Raderus.*

21 *Propinquorum*] Distinxit Cur-

armamaxas appellant, ſequebantur. in his erant liberi regis, & qui educabant eos, ſpadonumque grex,
24 haud ſane illis gentibus vilis. Tum regiæ pellices tre-

NOTÆ.

cap. 88. Dario quatuor uxores fuiſſe narrat); Dario tamen huic ultimo, non niſi unicam fuiſſe intelligo. *Raderus.*

21 *Armamaxas*] Perſicæ mulieres & lecticis, & carruchis, quas proprio ac ſpeciali nomine Harmamaxas vocant, vehebantur. Maximus Tyrius ſermone 34. Θαυμάζεις τιάραν Μηδικὴν, καὶ τράπεζαν βαρβαρικὴν, καὶ Ἁρμάμαξαν Περσικήν. *miraris tiaram Medicam, & menſam Barbaricam, & harmamaxam Perſicam.* Xenophon lib. 3. παιδ. ἀναβάντες ἐπὶ τὰς Ἁρμαμάξας σὺν ταῖς γυναιξίν. *adſcendentes in harmamaxas cum uxoribus.* Cujuſmodi harmamaxas mulis jungi ſolitas, ex Cteſiæ fragmentis colligimus. *Briſſon.* lib. 2. pag. 239. Operis autem, non patentibus lecticis, geſtatas, ita ut haud ullas corporis partes conſpiciendas præberent, Diod. 16. ſignificat. Idem tradit, pretioſis tapetibus veliſque ornatas & conſtratas fuiſſe. Cetenum curruum hoc genus ad mulieres, alioſque molles proprie pertinuiſſe, exinde apparet, quod in omnibus Xenophontis locis, ubi harmamaxarum, ibidem & mulierum eſt mentio. Harmamaxam ſane apparet ita fuiſſe comparatam, ut molliter in ea vehi liceret. *Freinsh.*

Liberi] Duæ filiæ, Saptina & Dryperis, cum Ocho puero.

Qui educabant eos] Mulieres & ſpadones. Quamquam illas removeat Plato in Alcib. 1. *Puer* (regius) *educatur, non à muliercula quadam nutrice vili & obſcura, ſed ab eunuchis iis, qui in aula regia optimi cenſeantur; quibus, præter reliquam educationis curam, hoc etiam demandatur, ut dent omnem operam, omnique ratione provideant, quo puer quam pulcherrimus evadat, atque adeo componunt atque dirigunt pueri membra: iſtisque officiis in magno ſunt pretio.* Dio Chryſoſtomus Orat. 31. Perſas ait μέχρι πολλοῦ πρίασθαι ὑπό τε γυναικῶν καὶ δίνεσθαι τὸ πρεσβυτέρων, *diu* (ad ſeptimum uſque annum, ut auctor eſt Plato in Alcibiade I.) *educari à mulieribus & eunuchis.* Et pro *educabant*, alii leg. *educebant.*

Haud ſane illis gentibus vilis] Tacitus, 6. 31. *non deſpectum id* (ſpadonem eſſe) *apud barbaros, altroque potentiam habet.* Cum enim haberentur pro fidelibus, non tantum cuſtodia regis, educatio liberorum, ſed exercitus & præfecturæ ipſis mandabantur. quod & poſterioribus temporibus apud Chriſtianos etiam principes factitatum eſt, clariſſimo omnium Narſetis exemplo. De Spadonibus vide Briſſonium, lib. 2. pag. 224. Herodotus, 8. 105. *apud quosdam barbarorum in majori pretio ſunt eunuchi, quam integri, propter fidem.* Ratio videtur hæc fuiſſe, quod uxoribus atque liberis carentes, nec in præſens ita magnos ſumptus facere ſoleant, nec, ut patres, teſte Apoſtolo 2 Cor. 12. 14. Συναγείζειν τοῖς τέκνοις, *theſauros colligere liberis* ſtudeant. Quo inter alia conſilio hodieque eos, qui ex voto cælibatum ſectantur, magnis rebus admoveri cernimus. Cauſa caſtrandi Medis fuit τρυφὴ, quo lævitas vultus proferretur, formoſioreſque diutius permanerent. licet Seneca putet id fieri, ut ad longiorem patientiam impudicitiæ idonei eſſent. à qua ſententia non abit Petronius. *Raderus. Freinsh.*

24 *Regia pellices*] Gr. παλλακὴ. *ſuccuba, pellex.* παλλαξ *pupa, pupulus,* ſeu juvenculus & juvencula. Gloſſ. Cyr. Euſtath. interprete, παλλαξ eſt νέος & νία. & dicit, apud veteres non fuiſſe ἐφύβριστον ὄνομα, contumelioſam vocem. Si hæc vera ſunt: ab ætate vox ad conditionem eſt tranſlata, quod tali ætate παλλακαὶ & παλλακοὶ eſſe ſolerent. Antiqui ergo, eam pro-

prie

trecentæ ſexaginta vehebantur, & ipſæ regali cultu ornatuque. poſt quas pecuniam regis ſexcenti muli, & trecenti cameli vehebant; præſidio ſagittariorum proſequente. Propinquorum amicorumque conjuges huic agmini proximæ; lixarumque & calonum greges vehebantur. Vltimi erant cum ſuis quiſque ducibus qui cogerent agmen, leviter armati. Contra ſi quis aciem Macedonum intueretur, diſpar acies erat: equis viriſque non auro, non diſcolori veſte; ſed ferro, atque

INTERPRETATIO.

2 *Poſtremi ibant levis armaturæ* milites, *ut agmen urgerent, ac dilabi prohiberent.*

NOTÆ.

prie pellicem nominabant, quæ uxorem habenti nubebat, cui generi mulierum etiam pœna conſtituta eſt à Numa Pompilio, hac lege: PELLEX ARAM IVNONIS NE TANGITO. SI TANGET, IVNONI CRINIBVS DEMISSIS AGNVM FEMINAM CÆDITO. A pellicio *pellex*, quia blandiendo virum ab uxore ſeducit: eſt enim pellex quæ cum eo corpus miſcet, qui habet uxorem: ſicut concubina, quæ cum cælibe viro ſine nuptiis locum tenet uxoris. Nam & hodie gentibus orientalibus illis multæ ſunt pellices, non procenibus tantum, ſed privatis quibuſque. quod ipſum veteres apud Perſas ita obtinuiſſe probat Briſſonius, lib. 2. pag. 238.

Trecenta ſexaginta] Et Plutarchus tradit in Artaxerxe, c. 43. Artaxerxem Perſarum regem, quamvis haberet Atoſſam filiam, quam contra leges duxerat uxorem, aliiſſe inſuper trecentas & ſexaginta præcellentiſſima forma pellices. Dicæarchus, lib. 3. vitarum Græciæ, apud Athenæum, 13. 1. refert trecentas ac quinquaginta pellices Darium in omnia bella traducere conſueviſſe. quæ etiam, quoties venatum exibat, cum eo proficiſcebantur. Cauſam autem hanc in rebus Perſicis refert Dion, cur regina apud Perſas muliarum pellicum copiam perpetitur, quod Rex velut dominus imperat uxori; & idcirco etiam, quia pellices ſerviunt Reginæ, eamque adorant.

Regali cultu] Nec honoris fuere expertes, quin antequam ex Ionia aut aliunde apportarentur, 12 prius menſibus clam in gynæceo poliebantur, ungebantur, atque ornabantur. Nullum fere diſcrimen inter παλλακίδας regias, & reginas uxores, niſi quod illæ diademate caterent. *Raderus.*

25 *Lixarumque*] Lixa veteribus aqua dicebatur. Lixæ militum ſervi, qui aquam militibus vehebant ad caſtra, vel ad tentoria. A calonibus differunt, quia lixæ quæſtus ſui gratia caſtra ſequebantur.

Calonum greges] Xenophon libr. 4. παιδείας. *Hyrcani quod ultimo loco iter facturi erant, etiam currus ſuos, & domeſticos, ultimos habebant. Nam pleraque nationes Aſiatica in expeditionibus, eos quos habent in familia, ſecum ducunt.* & mox: *Aſiatici cum expeditiones inſtituunt, ſic eas hodieque ſuſcipiunt, ut res maximi pretii ſecum ſumant.* Illis ergo cuſtodiendis neceſſarii calonum greges. Κάλαι Græcis ligna; calones ſervi qui militibus ligna ſubminiſtrant. *Rad.*

26 *Non auro*] Ita rectius cum melioribus libris; nam alii præferebant *non aurea.* Quintilian. inſtitut. cap. 1. poſt pr.: *Neque ego arma ſqualere ſitu*

que ære fulgentibus. Agmen & ſtare paratum, & ſequi: nec turba, nec ſarcinis prægrave: intentum ducis, non ſignum modo; ſed etiam nutum. & caſtris locus, & exercitui commeatus ſuppetebant. 28 Ergo Alexandro in acie miles non defuit. Darius tantæ multitudinis rex, loci, in quo pugnavit, anguſtiis redactus eſt ad paucitatem, quam in hoſte contemplerat.

NOTÆ.

ac rubigine velim, ſed fulgorem his ineſſe, qui terreat, qualis eſt ferri; quo mens ſimul viſusque perſtringatur: non qualis auri argentique imbellis, & potius habenti periculoſus. Sic Livius, lib. 9. *Horridum militem eſſe debere, non auro argentoque, ſed ferro & animis fretum.* Ferrum enim & animum fortis adverſus hoſtem; aurum & argentum pro hoſte miles gerit, ſi ſit ignavus. *Lucen.*

27 *Nec turba nec ſarcinis prægrave*] Turbam hoc loco capio non de alia quam militum. nam calones, & lixæ, & hujuſmodi alia in impedimentis ſunt: utriuſque igitur exceſſus ineffícax, incommodus; obnoxius confuſioni & inſidiis hoſtium. vide auctores, quos collegit in Politicis ſuis Lipſius, lib. 5. cap. 8. & inprimis Vegetium de re militari, 3. 1. Hinc, ut ait Saluſt. Catil. cap. 7. *Multis in locis maximas hoſtium copias populus Rom. parva manu fudit*; Cauſſas ei rei aſſignare promptum eſt: omnium autem ſufficientiſſima magni illius Dei exercituum voluntas & arbitrium, *cui non eſt difficile ſalvare vel in multis, vel in paucis.*

28 *Alexandro in acie miles*] Sequitur Epiphonema capitis hujus, & utriuſque exercitus comparatio.

Non defuit] Pro loci natura Alexander ſatis magnum exercitum; Darius nimis magnum, quo propter faucium anguſtias uti non potuit, eoque ad paucos redactus. Quod primum Darii fuit peccatum, quum etiam ex de re monitus, non didicit parere. *Raderus.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. IV.

Defertas ab Arſane Darii præfecto Ciliciæ fauces; Alexander opportune occupat.

INTEREA Alexander Abiſtamene Cappadociæ præpoſito, Ciliciam petens cum omnibus copiis, regionem, quę *caſtra Cyri* appellatur pervenerat. ſtativa ibi habuerat Cyrus, quum adverſum

NOTÆ.

1 *Abiſtamene Cappadocia*] Eam enim quæ cis Halym fluvium eſt, omnem, & partem ulterioris, occupaverat. nondum tamen perdomita gente, quippe quam in duabus Darii pugnis poſtea à Perſis ſtetiſſe legimus apud Arrianum 3. 2. & noſtrum 4. 12. quin & poſt prælium Iſſicum Lydiam recuperare tentavit, infra 4. 1. Et ſane non diu in fide atque di ione Alexandri manſiſſe oſtendemus, Deo volente, infra 10. 10. Porro, qui hic *Abiſtamenes* legitur Cappadociæ Satrapa, cum Arrianus citato loco Σαβίσταν appellat. in quibuſdam Mſſ. Curtii, diviſa voce eſt, *ab Hiſtamene*. Aldi editio habet, *Ariſtamene*. Ex qua variatione colligas, locum non omnino ſanum eſſe, ut vel Arriano potius accedas, cujus de ſcriptura non ambigitur. Cappadocia, à Cappadoce amne nominata, occaſu minorem Armeniam claudit; à ſeptentrione longo littore in Euxinum expanditur: à meridie anguſto excurſu Ciliciam attingit, ut ab occaſu rurſus Galatiam & reliquam Paphlagoniam finit; ab oriente magnam habet Armeniam, juxta Euphratem. *Geographi. Freinsh.*

Ciliciam] Ab Cilice Phœnice, Agenoris filio, dicta. Ab occaſu habet Pamphyliam, ab ortu Syriam, à meridie Iſſicum ſinum, à ſeptentrione Cappadociam, qua venit Alexander. *Geographi*

Caſtra Cyri] Noſter Curtius hic abit à mente Arriani, 2. 1, 21. qui caſtra Cyri à Cyro minore dicta ait: Curtius à majore, qui Crœſum cepit. Modius negat ſibi liquere, uter recte ſentiat. Ego haud dubius pro Arriano ſteterim, cui Xenophon favet. Nam de Cyri majoris, contra Crœſum cuntis, caſtris hiſce, vix ulla mentio, niſi cum in Pteriam venit, regionem Cappadociæ, non procul Sinope ad Pontum Euxinum ſita; qui locus erat munitiſsimus. Eodemque loco ſita Cyrus major caſtra metatus eſt. Sed enim cum Pteria recedat ad Pontum Euxinum, & juxta Sinopen, quæ procul abeſt ab aditu Ciliciæ, ſita ſit, hæc Cyri majoris caſtra huc non pertinebunt, cum hæc à Pylis Ciliciæ non amplius quinquaginta ſtadiis abſint, quæ paulo amplius ſeſquimilliari effi iunt. Nec lego uſquam hic habuiſſe Cyrum majorem ſta iva: ſed de Cyro minore ex Xenophonte, *ἀναβάσ.* lib. 1. res certa eſt, ut omnino concedam in Arriani partes. Ad hunc plane locum, & caſtra Cyri minoris, venit, ut Arrianus docet, Alexander, antequam Pylas ſeu anguſtias exploraret & ingrederetur. Aberant caſtra Cyri à portis Ciliciæ, quinquaginta ſtadia in campo ſita, ut monui. Strabo, l. 12. emendandus videtur ab operarum macula, cum ita ſcribitur, *καὶ Κυρίου στρατοπέδου διὰ Τυάνων*, Et Cyrini (*Cyri* legendum) *caſtra per Tyana*. Raderus.

Quum adverſum Crœſum] De Crœſo, Lydorum rege opulentiſsimo, à Cyro majore capto, copioſe Herodotus, Xenophon, Iuſtinus, & alii tradidere.

2 ſum Crœſum in Lydiam duceret. Aberat ea regio quinquaginta ſtadia ab aditu quo Ciliciam intramus: *Pylas* incolæ dicunt; arctiſſimas fauces, munimenta, 3 quæ manu ponimus, naturali ſitu imitante. Igitur Arſanes, qui Ciliciæ præerat, reputans quid initio belli Memnon ſuaſiſſet; quondam ſalubre conſilium ſero exſequi ſtatuit: igni ferroque Ciliciam vaſtat, ut hoſti ſolitudinem faciat: quidquid uſui eſſe poteſt, corrumpit; ſterile ac nudum ſolum, quod tueri nequi- 4 bat, relicturus. Sed longe utilius fuit anguſtias aditus, qui Ciliciam aperit, [a] validó occupare præſidio, jugumque opportune itineri imminens obtinere; unde inultus ſubeuntem aut prohibere aut opprimere hoſtem

INTERPRETATIO.

a *Occupare impendentem viæ montem, ex quo impunè hoſtem arcere, aut obruere potuiſſet aſcendentem.*

NOTÆ.

In Lydiam duceret] Ita ſcripſi, expuncta voce *exercitum*, ut ſupervacua: quam nec Danielis MS. nec duo Palatini agnoſcunt. *Freinshemius.*

3 *Quinquaginta ſtadia*] Paulo plus quam ſeſquimilliare.

Pylas] Cilicia tres memorabiles anguſtias habet. Quarum prima adeo arcta, ut formam portarum referat; unde Græcorum Πύλας. Secunda non procul diſtat ab Iſſo, qua per Amani montis portas, unde Amanicæ dictæ, aditur in Syriam. Tertia circa ſinum Iſſicum eſt. *Geographi.*

3 *Memnon*] De hoc, ejuſque molitionibus, & morte, prolixe narratum ſupr. cap. 3. & apud Arrianum, 1. 5, 19.

Quondam ſalubre] Occaſio præterita fruſtra revocatur. Arſanes enim ſero exſecutus eſt conſilium, hoſte ſuper caput illorum imminente, ut Arrianus teſtatur. *Radenus.*

Sero exſequi] Sic ſero ſapiunt Phryges,

Quicquid uſui eſſe poteſt] Non ſolum hoſtium, ſed & propria ſata, ſi defendi nequeant, ad famam ſubiti adventus, aut obſeſſionis hoſtilis, comburi ſolent. vel, ſi tempus permittit, ante irruptionem, quicquid in pecore, frugibus, vino, & aliis rebus uſui eſſe queat obſeſſis, ex agris in caſtella aut urbem transfertur: ut commeatus penuria, vires hoſti accidantur: ejuſdem copiæ noſtræ ſtabiliantur. Vegetius, libr. 4. de re milit. cap. 7. *Nihil, quod uſui proficiat, hoſtibus relinquendum.* Loccenius.

4 *Sed longe utilius*] Eventum magiſtrum eſſe ſtultorum, Arſanes ſenſit; qui ſibi plus quam hoſti nocuit. *Radenus.*

Anguſtias aditus] Quas ſi cuſtodiſſet Arſanes, ſaxis obruere ſubeuntem Alexandri militem, ipſo Alexandro teſte, poterat.

Jugumque] Tauri montis, quo Cilicia clauditur.

Vnde inultus] Nempe à loco ſuperiore, & montis jugo, pugnantes.

5 *Tunc*

Digitized by Google

ſtem potuiſſet. Nunc paucis, qui callibus præſiderent, relictis, retro ipſe conceſſit populator terræ, quam à populationibus vindicare debuerat. Ergo, qui relicti erant, proditos ſe rati, ne conſpectum quidem hoſtis ſuſtinere voluerunt; cum vel pauciores locum obtinere potuiſſent. Namque perpetuo jugo montis aſperi ac prærupti Cilicia includitur: quod quum à mari ſurgat, veluti ſinu quodam flexuque curvatum, [a] rurſus altero cornu in diverſum littus excurrit. Per hoc dorſum, [b] qua maxime introrſum mari cedit; aſperi tres aditus, & perangusti ſunt: quorum uno Cilicia intranda eſt. campeſtris eadem qua vergit ad mare, planiciem ejus crebris diſtinguentibus rivis: Pyramus & Cydnus inclyti amnes fluunt. Cydnus non [a] ſpa-

5 6 7

INTERPRETATIO.

a *Altero extremo* partem *ejuſdem littoris* longè *diſtantem attingit:*
b *Qua longius intra* terras *à mari recedit.*

NOTÆ.

5 *Tunc paucis*] Validum præſidium agnoſcit Arrian. 2. 1. nempe loci naturam reſpiciens, *quem*, ut noſter ait, *vel pauciores obtinere potuiſſent*. Curtius paucos intellexit, collatos ad numerum eorum, qui cum Arſace diſceſſerant.

Callibus] Viarum anguſtiis.

Retro ipſe conceſſit] Tarſum verſus, ad interiorem Ciliciam.

6 *Namque perpetuo jugo*] Deſcriptio Ciliciæ.

7 *Tres aditus*] Per Ciliciæ portas, qua caſtra Cyri fuere à Septentrione, ut dictum; & Amani pylas, quibus exitur in Armeniam. Tertium ad Syriæ portas.

Quorum uno] Ex Cappadocia à Septentrione; nam à Syria & oriu per pylas Amanicas aditur, qua nempe venit Darius. *Raderus.*

Campeſtris] Xenophon: *Hinc deſcendit in campum ingentem, amœnum, & irriguum, omnique genere arborum & vitium plenum.* Planities hæc Pyramo, Savo, & Cydno, fluviis irrigatur.

Pyramus] Strabo lib. 12. *per Cataoniam Pyramus navigabile flumen decurrit, mediis in campis ſtaturiens.* & ſubjicit Strabo: *eſt autem foſſa memorabilis, per quam aqua pura longo ſpatio infra terram fertur, ac deinde in ſuperficiem erumpit. ſi quis jaculum in foſſam contorqueat, adeo reſiſtit vis aquæ, ut agre mergatur.* Multa dein Strabo memoranda refert, & concludit: *Per montes elapſus Pyramus tantum ſecum arenæ affert à Cataonia, partim à Ciliciæ campis, ut eraculum quoque ferat.*

Iſthac evenient, vaſtis quæ Pyramus undis
Tempore profuſo continget littora Cypri.

Cydnus] Strabo libr. 14. *Tarſon*, inquit, *Cydnus mediam perfluit juxtà Gymnaſium Iuniorum. Ejus ortus non procul eſt, alveus vero per profundam vallem illatus, recta in urbem ingreditur. Aqua eſt rapidiſſima & frigida,*

[a] ſpatio aquarum, ſed liquore memorabilis: quippe [b] leni tractu è fontibus labens, puro ſolo excipitur. nec torrentes incurrunt, qui placide manantis alveum 9 turbent. Itaque incorruptus, idemque frigidiſſimus, quippe [c] multa riparum amœnitate inumbratus, ubique fontibus ſuis ſimilis in mare evadit. 10 Multa in ea regione monumenta, vulgata carminibus, vetuſtas exederat. Monſtrabantur urbium ſedes, Lyrneſſi & Thebes; Typhonis quoque ſpecus, &

INTERPRETATIO.

a *Non latitudine alvei, ſed limpitudine* aquarum *inſignis.*
b *Placido curſu.*
c *Vmbrâ* arborum *ripis* imminentium *ad amœnitatem tectus.*

NOTÆ.

quapropter hominibus ac beſtiis auxiliatur, qua nervos craſſiores habent. Arrianus, 2. 1. *Cydnus autem cum ex Tauro monte oriatur, & puro ſolo excipiatur, fit, ut unda ejus incorruptiſſima, ſimulque frigidiſſima ſit.* Vitruvius, 8. 3. Cydnum podagræ mederi docet, cruribus eo merſis. Solinus, cap. 38. *Hunc Cydnum*, inquit, *alii præcipitari Tauro, alii derivari ex alveo Choaſpis. Qui Choaſpes ita dulcis eſt, &c. Ex illo igitur parente Cydnus miram trahit ſuavitatem. Quidquid candidum eſt, Cydnum gentili lingua Syri dicunt.* Dionyſius Alexandrinus de ſitu orbis: *Atque huic* (mari Iſſico) *multorum fluminum miſcetur unda, è longinquo orientium, Pyramique & Pinari Cydnique flexuoſi mediam per Tarſum euntis.* Ex his emendes licet, qui duorum fluminum nomina per ignorantiam miſcent, Pyramum & Pinarum, cum diverſi fuerint, ut hic diſcis. Stephanus Cydnon Bithyniæ flumen facit. *Raderus.*

10 *Monumenta*] Quæ ſint illa monumenta, ipſe ſubjecit, quum urbes, & ſylvas, & ſpecus indigitat.

Lyrneſſi & Thebes] Iam pridem delectarum urbium nuda loca, neque veſtigia ulla præter nomina extantia. [Turnebus adverſar. 19. 25.] Curtius ſecutus eſt Dionyſium Periegetem, qui in Cilicia quoque Lyrneſſum ponit, uti Strabo, lib. 13. Lyrneſſum & Theben in Pamphylia extra Taurum juxta Ciliciam. nec credo, de aliis quam Homericis urbibus hic eſſe ſermonem. quod & apparet ex illis: *vulgata carminibus.* Quæ verba efficiunt, ut nec Salmaſio plenam adhibere fidem audeam. quamquam ille ad hunc Solini locum conetur oſtendere, Curtium has urbes, non ex Troica regione Ciliciam, ſed ex Pamphylia in Ciliciam ſuam tranſtuliſſe. Nam & in Pamphylia, eo nomine urbes fuiſſe, ab iis, quos Achilles ex antiquis Lyrneſſo Thebaque ejecerat, conditas, auctoritate Strabonis aſſerit. Ceterum hoc loco vetuſtiores edd. habent, *Lyrneſi & Tebeſti, ſpecus quoque.* Mſſ. fere omnes, *Lirneſi & Thebeſthi pontis quoque ſpecus.* manifeſtis veræ lectionis veſtigiis. quam qui primus reſtituerit, non reperio. *Freinsh.*

Typhonis quoque ſpecus] Typho Græcis eſt procella turbinis. Plinium lege. Iam ex hoc poëtæ gigantem ædificarunt, quem aiunt e terra natum, ἐκατονταμάτορον, centicipitem, ab Apolline interfectum, Ætnæ à Iove ſubjectum expirare ignes. Alii fabulas rurſum ad naturam referunt, & fabularum

& Corycium nemus, ubi crocum gignitur: ceteraque in quibus nihil præter famam duraverat. Alexander 11 fau-

Notæ.

rum ænigmata exponunt, quod in plerisque locis ex terræ spiritibus terræmotus gignantur, igneſque erumpant, quibus montes franguntur; & hos esse Encelados Ætnæos, hos Briareos, hos Typhœos, hos Typhonas. quæ poetis & Mythologis relinquo. Strabo, lib. 16. specum Typhonis apud Antiochiam quoque ostendi scribit. Est & aliud antrum Corycium in Phocide juxta Parnassum, apud Herodotum, 8. 36. Quin *& Erythræi Coryeum montem & in eo antrum ostendunt, in quo natam* Herophilen (Sibyllam) *dicunt*, apud Paus. lib. 10. Apuleius princ. libri de Mundo ostendit, id antrum à multis curiose descriptum fuisse. ipse *penetralia Coryci* vocat. *Freinsh.*

Corycium] Mela: *Non longe hinc Corycos oppidum portu salsoque incingitur, angusto tergore continenti adnexum. Supra specus est nomine Corycius, singulari ingenio, ac supra, quam ut describi facile possit, eximius. Grandi namque hiatu patens, montem littori appositum, & decem stadiorum clivo satis arduum, ex summo statim vertice aperit.* Confundit Mela Corycium specum cum Coryco promontorio, quod mari adpositum erat. Vult quippe summum illius promontorii verticem cavatum fuisse in specum, qui & *Corycius* dicebatur. Aliter Strabo, qui Κώρυκον ἄκρας, & Κορύκιον ἄντρον aperte distinguit, his verbis: Καὶ Κοράκησιον τοῦτο καὶ Κώρυκος ἄκρα, ὑπὲρ ἣς ἐν εἴκοσι σταδίοις ἐστὶ τὸ Κορύκιον ἄντρον. Ergo Κώρυκος ἄκρα ad mare: supra eam, id est, à mari introrsum recedens viginti stadiûm spatio distat antrum Corycium. Non aliter capere licet hæc verba, ὑπὲρ ἣς ἐν εἴκοσι σταδίοις ἄντρον Κορύκιον. Eum specum ibi seorsim describens, ait esse, πολλῶν κυκλοτερῆ, ἔχοντα εἴσοδον ἀμφιλαβῆ ὀρθιαῖ πετρώδη, τὸ μὲν μῆκος ἐχούσης ὑπὲρ πλέθρου. Quod ut scias esse verissimum, addit ibidem Strabo, in eo specu Corycio, specum alterum inferius patere, qui fontem habeat, unde fluvius effunditur, puram & perspicuam aquam vehens. Hunc fluvium statim in caniculum mergi; ubi aliquantisper subterraneo meatu iverit, in mare exire. Longiuscule igitur à mari submotum oportet fuisse specum istum Corycium, unde amnis ille erumpit. Corycius ergo mons, ἄκρα est, promontorium scilicet vel prominentia mari incumbens. At, Corycius specus, convallis est, in rotunditatem satis alte assurgente supercilio cincta undique. Tum viri docti, in verbis illis Melæ, *clivum*, male interpretantur descensum: imo ascensus est. Glossæ: *clivus*, ἀνάβασις. Inde proverbium, *adversus clivum equum agitare*, id est, contra ascensum, in quo laborant equi. Ovid.

In clivo noster sæpe laborat equus.

De re ardua ac difficili, quæ enitenda est. Non itaque in ipso monte Coryco, qui in mare prominet, crocum nascitur; sed in illa valle, vel specu, quæ viginti stadiis ab eo monte abest. Curtius vocat *Corycium nemus*, in quo crocum gignitur. Corycos ergo mons ad mare: at Corycia vallis viginti supra eam stadiis introrsum à mari recedit, & Seleuciam accedit. *Salmas.*

Crocum] Vide auctores modo citatos, & Salmasium ad Solini cap. 38. De Corycio croco etiam Martialis epigram. 22. 65. 11. Sallust. H. 1. 4. *Iter vertit ad Corycum urbem ineultam, pastuſque nemora, in quo crocum gignitur.* Freinsh.

Ceteraque] *Arati* nempe *poëtæ monumentum. Id eo referendum*, inquit Mela, 1. 13. *quia ignotum, quam ob causſam jacta in id saxa dissiliant.* Atque alia.

Nihil præter famam] Pulche Strabo, lib. 2. *Naturales quidem oporet referre locorum conditiones; cum permaneant, mutationi obnoxiis iis, quæ sunt adscititia: quanquam harum quoque plerasque non*

fauces jugi, quæ *Pylæ* appellantur, intravit. Contemplatus locorum ſitus, non alias magis dicitur admiratus eſſe *felicitatem ſuam, obrui potuiſſe vel ſaxis* confitebatur, *ſi fuiſſent, qui in ſubeuntes propellerent.*
12 Iter vix quaternos capiebat armatos: dorſum montis imminebat viæ, non anguſtæ modo, ſed plerumque præruptæ, crebris oberrantibus rivis, qui ex radici-
13 bus montium manant. Thracas tamen leviter armatos *præcedere* juſſerat, *ſcrutarique calles, ne occultus hoſtis in ſubeuntes erumperet.* ſagittariorum quoque manus occupaverat jugum; intentos arcus habebant,
14 moniti, *non iter ipſos inire, ſed prælium.* Hoc modo agmen pervenit ad urbem Tarſon, cui tum maxime Perſæ ſubjiciebant ignem; ne opulentum oppidum hoſtis

NOTÆ.

ſunt præterunda, quæ aliquanto ſaltem tempore permanſuræ ſunt, ac quibus aliquid fama & nobilitatis adhæret, &c. Tali itaque ſtudio cognoſcendæ antiquitatis Alexander tenebatur; ut patet etiam infra, 4. 8. quemadmodum & æmulus ejus Germanicus apud Tacitum, 2. 54. teſtatur; *ardebat cupidine veteres locos & fama celebratos noſcendi.*

11 *Locorum ſitus*] Quem locorum ſitum, paulo ante ex Xenophonte, Strabone, & aliis deſcripſimus.

12 *Imminebat viæ*] Supra, *jugumque opportune itineri imminens*, &c.

Præruptæ] Præcipites, arduæ, & ſæpe interlabentibus rivis abraſæ.

13 *Thracas tamen*] Caute incedendum eſt militibus in locis infeſtis aut ſuſpectis, & præmitti expedit levis armaturæ milites, ad ſcrutandum, in progreſſu, & à tergo, dextra lævaque vias; & præcavendum hoſtiles inſidias. *Veget.* lib. 3. cap. 6.

Leviter armatos] Illyrii enim & Thraces rapto vivere aſſueti, ad fugam & curſum debebant eſſe expediti; ad quem uſum gravis armatura non ſerviebat.

Scrutarique calles] Sic Germanicus apud Tacit. 1. 61. *præmiſſo Cæcina, ut occulta ſaltuum ſcrutaretur.* Levis autem armatura ad explorandum ejuſmodi loca, ſemper viſa fuit aptiſſima, cum & impeditis locis facilius ſe reciperet, &, ſi interciperetur, ad ſummam rei minus damni eſſet.

Intentos arcus habebant] Ita Cæſar apud Suetonium in Iulio, cap. 65. & Corbulo apud Tacit. 13. Annal. *via pariter & pugna componunt exercitum.* Et hoc è re militiæ eſt, ut, ſi qua vis hoſtium ex inſidiis erumpat; miles, tam prælio quam itineri accinctus, ad repellendam vim promptus ſit, nec ſubito hoſtium aſſultu opprimatur. *Loccen.*

14 *Tarſon*] Tarſus caput Ciliciæ, omnium fere literis monumentiſq; celebrata, ſed hoc uno feliciſſima, quod orbis doctorem nobis S. Paulum in lucem protulerit, vel potius educarit, Actor. 21. 39. facta parens tanti alumni. De qua Solinus: *Matrem urbium habet Tarſon, quam Danaës proles nobiliſſima Perſeus locavit.* Ammianus, 14. 25. *Ciliciam vero, qua Cydno amne exultat, Tarſus nobilitat, urbs perſpicabilis.* (Salmaſ. ad Solin. legit, *perſpicua, nobilis.*) *hanc condidiſſe Perſeus memoratur, Iovis filius, & Danaës, vel certe ex Æthiopia*

hostis invaderet. At ille Parmenione ad inhibendum 15
incendium cum expedita manu præmisso, postquam
barbaros adventu suorum fugatos esse cognovit, ur-
bem à se conservatam intrat.

NOTÆ.

thiopia profectus, Sandan quidam nomine, vir opulentus & nobilis.

15 *Parmenione*] Hic prima est mentio Parmenionis; primis tamen libris celebratum fuisse, non sinunt dubitare bella Alexandri cum Græcis, Thracibus, Illyriis, Triballis & aliis gesta, ut fit ab aliis Historicis. Laudabitur frequenter infra. Fuit proximus à rege dux, & major ipso rege. Nam hoc elogium est de illo infra, 7. 2, 33. *Multa sine rege prospere, rex sine illo nihil magna rei gesserat.* Rhenanus.

CAP. V.

Cum in Cydnum Alexander abluendi corporis gratia intempestive descendisset, gravissimo morbo corripitur Rex ipse.

MEDIAM Cydnus amnis, de quo paulo an- 1
te dictum est, interfluit, & tunc æstas erat,
cujus calor non aliam magis quam Ciliciæ
oram vapore solis accendit: & diei fervidissimum
tempus cœperat. pulvere ac sudore simul perfusum 2
regem invitavit liquor fluminis, ut calidum adhuc
cor-

NOTÆ.

1 *Mediam Cydnus*] Omnes scriptores & Geographi testantur, Cydno mediam dividi Tarsum. Rhemnius Palæmon.

Flexilis & Cydnus, dirimit qui flumine Tarsum.

Et Dionysius, interprete Avieno:

Cydnus idem media discernit mœnia Tarsi.

Cydnum supra descripsimus, ejusque egelidos liquores, hoc est, frigidissimos esse monuimus. undam tamen affectis & podagricis salutarem, infestam Alexandro τῷ συμβεβηκότι, ut philosophi loquuntur, quod madens, & toto corpore incensus, in gelidissimum amnem insiliret. De Cydni frigore, & quomodo Alexandro nocuerit, adi medice disputantem Mercurialem Var. Lect. 4. 2.

Ciliciæ oram] Aperiuntur causæ, ob quas inæstuant Alexander, regionis ingenium, tempus anni, & itineris labor. amplius enim quindecim milliaria nostratia nonnunquam intermisso cursu confecit, ut Tarsum incensam occuparet & servaret. De æstu Ciliciæ Solinus, cap. 38. *à Ciliciæ finibus, Asiaticum limitem despicit* (Taurus), *quantus meridiem videt, sole æstuat.* Properat Alexander à septentrione ad meridiem. Iam, si tota illa pars meridiana calet, quis æstus erit æstate? & quis ipso meridie diei? Quæ omnia conjungit Curtius, cum scribit: *tunc æstas erat, cujus calor, &c. & diei fervidissimum tempus* (quæ vox non placet Modio. Aldus tamen, & Florentinus, & reliqui etiam vetustissimi codices omnes eam servant) *exceperat.* Palatinus primus habet *tempus caperat*, reliqui Mss. *tempus exceperat.* ego illam lectionem meliorem arbitror.

corpus ablueret. Itaque veſte depoſita in conſpectu agminis; decorum quoque futurum ratus, ſi oſtendiſſet ſuis levi [a] ac parabili cultu corporis ſe eſſe con-
3 tentum; deſcendit in flumen. vixque ingreſſi ſubito horrore artus rigere cœperunt: pallor deinde ſuffuſus eſt, & totum propemodum corpus vitalis calor
4 reliquit. Exſpiranti ſimilem miniſtri manu excipiunt, nec ſatis compotem mentis in tabernaculum deferunt. Ingens ſolicitudo, & pene jam luctus, in caſtris erat.
5 Flentes querebantur *in* [b] *tanto impetu curſuque rerum, omnis ætatis ac memoriæ clariſſimum regem, non in acie ſaltem, non ab hoſte dejectum; ſed abluentem aqua cor-*
6 *pus, ereptum eſſe & extinctum. Inſtare Darium, victorem antequam vidiſſet hoſtem. ſibi eaſdem terras, quas victo-*

INTERPRETATIO.

a *Exigua & vulgari cura corporis.*

b *In tam præcipiti rerum* ſecundarum *curſu.*

NOTÆ.

2 *Levi ac parabili cultu corporis*] Raderus hæc accepit de veſtitu. quod ego ſecus puto. nec enim, ſi talis fuiſſet cultus, ad eum oſtendendum opus eſſet *veſte depoſita. cultus corporis* hic intelligitur, quod alias *cura & curare corpus* dicitur. *Freinsh.* Principis eſt magis animum, quam corpus curare, ut prudentiam ac fortitudinem, quarum cuſtos eſt temperantia, ad res arduas excogitandas & exſequendas afferat. Cato ſolitus eſt dicere: *Non poſſe hujuſmodi corpus publico fructuoſum eſſe, cujus inter guttur & inguen cuncta ſub ditione ventris poſita eſſent.* Loccenius.

Deſcendit in flumen] Negant tamen natare ſciviſſe, memoraturque apophthegma ejus, quod, cum flumine oppoſito prohiberetur hoſtem aggredi, exclamaverit, *ô me peſſimum, qui natare non didicerim!*

3 *Subito horrore &c.*] Plutarch. in præcept. ſanit. & Hier. Mercurialis, lib. 4. Var. Lect. cap. 2. monent, ne quis, dum magnopere calet, frigida lavetur: quia tunc corporis meatus, vel pori magis aperti, ingreſſum facilem noxio humoris frigori permittunt, quo nervi calorve nativus non parum offenduntur. *Loccenius.*

4 *In tabernaculum*] Caſtra intellige, non urbem, licet poſtea in eam ſit relatus, Val. Maximo teſte.

Ingens ſolicitudo] Signum amoris. Coluerunt ſuos maxime reges, Ægyptii, Lydi, Parthi, Medi, Macedones, & imprimis Perſæ.

5 *In tanto impetu*] Vere M. Tullius de Orat. lib. 3. cap. 2. *O fallacem hominum ſpem, fragilemque fortunam, & inanes noſtras contentiones, quæ in medio ſæpe ſpatio franguntur & corruunt, & ante in ipſo curſu obruuntur, quam portum conſpicere potuerunt!*

Non in acie ſaltem] Quæ mors viro & rege digna, præ illa *obſcura & ignobili*, ut vocatur mox, 3. 5, 10. Senſerunt idem Numantini à Scipione circumſeſſi, *orantes pralium, ut tanquam viros occideret.* Florus, 2. 18, 13.

6 *Eaſdem terras*] Ciliciam, Cappado-

victores peragrassent, repetendas. omnia, aut ipsos, aut hostes populatos. per vastas solitudines, etiamsi nemo insequi velit, euntes, fame atque inopia debellari posse. Quem 7
signum daturum fugientibus? quem ausurum Alexandro succedere? a Iam ut ad Hellespontum fuga penetrarent; classem, qua transeant, quem præparaturum? b Rursus in 8
ipsum regem misericordia versa; *illum florem juventæ, illam vim animi, eumdem regem & commilitonem, divelli à se & abripi*, immemores sui querebantur. In- 9
ter hæc liberius c meare spiritus cœperat: adlevabat rex oculos, & paulatim redeunte animo circumstantes amicos agnoverat laxataque vis morbi ob hoc solum vide-

INTERPRETATIO.

a *Deinde quamvis ad Hellespontum fugiendo pervenirent.*
b *Oblivi sui* ipsorum.
c *Respiratio liberior esse cœperat.*

NOTÆ.

padociam, Paphlagoniam, Lyciam, Pamphyliam, Lydiam, Phrygiam, totam denique Asiam minorem cum Hellesponto. *Raderus.*

7 *Fugientibus*] Adeo omnium salus ab uno Alexandri spiritu pendebat, ut illo ægro se omnes victos putarent, ut nihil aliud spectare, quam fugam, viderentur.

Classem qua transeant] Quam victis ad Granicum Persis, remisit in Græciam, ficta causa, quod res magnorum esset sumptuum; revera ut suis omnem ex acie & prælio fugiendi spem adimeret. [alias causas assignat Arrianus, 1. 6, 31.] Addit Diodorus, 17. 23. hoc Alexandri consilium etiam posteros esse secutos. Alexander autem ipse secutus videtur exemplum Corcyræorum apud Thucydidem 3. 13.

8 *Commilitonem*] Sic ipse se vocat infra, 9. 2. & revera erat. quare ipse mox 4. 14. *nec postulare se, ut fortiter expeditionem præstarent, ni ipse ceteris fortitudinis fuisset exemplum.* Suetonius in Iulio cap. 67. *Nec milites eos pro consueto, sed blandiendi nomine* commilitones *appellabat.*

Et abripi] Raderus legendum censet, *abrumpi*, quod non spernam, si auctoritate libri alicujus nitatur. *Freinshemius.*

Immemores sui] Obliti suæ infelicitatis & futurarum, quæ morituro Alexandro augurabantur, æruminarum, ipsius dolebant & deplorabant vicem regis. *Raderus.*

9 *Liberius meare*] Intercepta anima sensim eluctari, & ægroto redire mens & sensus cœpit. *Raderus.*

Ob hoc solum] Alii, *ad hoc solum*: Modius utramque illam particulam eliminans, *hoc solum*; sicut & infra, 4. 1, 30. *hoc ipsum* concurrunt. Mens Curtii est: scilicet ex hoc solo visum esse Alexandrum commodius se habere, quod vim morbi sentiret. Ipsum autem sensum hujus dicti explicare est ex verbis Senecæ Epist. 6. 1. *Hoc ipsum argumentum est in melius translati animi, quod vitia sua, quæ adhuc ignorabat, videt. Quibusdam ægris gratulatio fit, cum se ipsi agros esse senserunt.*

10 *Ani-*

10 videbatur, quia magnitudinem mali ſentiebat. [a] Animum autem ægritudo corporis urgebat; quippe *Darium quinto die in Ciliciam fore* nunciabatur. *vinctum ergo ſe tradi, & tantam victoriam eripi ſibi è manibus; obſcuraque & ignobili morte in tabernaculo ſuo extingui ſe*
11 querebatur. Admiſſiſque amicis pariter & medicis, [b] *in quo me*, inquit, *articulo rerum mearum fortuna deprehenderit, cernitis. Strepitum hoſtilium armorum exaudire mihi videor,* [c] *& qui ultro intuli bellum, jam pro-*
12 *vocor. Darius ergo quum tam ſuperbas literas ſcriberet, fortunam meam* [d] *in conſilio habuit: ſed nequidquam, ſi mihi*

INTERPRETATIO.

a *Mentis anxietas* ipſi *corpori nocebat.*
b *In quo rerum mearum ſtatu adverſa fortuna me interceperit.*
c *Ego qui prior ſum aggreſſus* Darium, *nunc* ab eo *laceſſor.*
d *Sociam & adjutricem conſiliorum habuit.*

NOTÆ.

10 *Animum autem ægritudo corporis*] Alii, *animi autem ægritudo corpus.* inter utramque lectionem non multum refert primo aſpectu cum Radero putes; ſed, ſi ſolertius expendas, melior eſt, quam retinuimus. nam, quæ Alexandri erat conditio, corpus ejus animum affecit, non viciſſim: hic enim nullam ante moleſtiam ſenſerat, quam corpus affligeretur: accepit ergo ægritudinem, non dedit quomodo apud Livium, 1. 31. Hoſtilio regi longinquo morbo implicito *fractis ſimul cum corpore ſunt ſpiritus illi feroces.* Alias enim tam animi mœſtitia corpus, quam hujus incommodis animum affici poſſe in confeſſo eſt.

In Ciliciam fore] Sic Cicero: *Cum veſtros portus, atque eos portus, quibus vitam ac ſpiritus ducitis, in prædonum fuiſſe poteſtatem ſciatis.* Sic Plaut. in Amphit. & Bacchid. *Ecquid in mentem eſt tibi?* Et Terent. in Eunuch. *ubi videt, me eſſe in tantum honorem.*

Obſcuraque & ignobili] Fortes & præclari duces, obſcuram & ignobilem fere mortem duxerunt, quam alibi quam in acie & inter arma, ubi clarus virtuti campus, opperetur. Cimbri & Celtiberi in acie exultabant, tamquâ glorioſe & feliciter vita exceſſuri: lamentabantur in morbo, quaſi turpiter & miſerabiliter periturus. Valer. Max. 2. 6, 11. *Lac.*

11 *Amicis*] Cratero, Perdicca, Ptolomæo, & aliis.

Medicis] Quorum princeps fuit Philippus Acarnan.

In quo me, inquit, *articulo* &c.] In ſtatu & conditione miſerabili verſantem. Amo certe Curtii orationes; ſuperant meo animo omnes omnium auctorum, ſive ſpectes verum, ſive acumen; nec interim linguæ candor & mundities, ſine ulla comparatione, aut cura deeſt. *Raderus.*

12 *Tam ſuperbas literas*] Puto intelligi, quas ad Satrapas ſuos ſcripſerat, jubens, ut *inſanientem ipſum Philippi adoleſcentulum* (ſic enim eum per contemptum vocabat) *verberibus puerilibus graviter caſum, indutumque poſt veſte purpurea ſibi vinctum traderent, navibusque una cum nautis ſubmerſis, omnes ejus milites ad ulteriora Martis rubri tranſportarent.* Freinsh.

Fortunam meam &c.] Infra: *Ita ſuam*

mihi arbitrio meo curari licet. Lenta remedia & ſegnes me- 13
dicos non expetunt [a] *tempora mea. vel mori ſtrenue, quam*
tarde convaleſcere mihi melius eſt. Proinde, ſi quid opis, ſi
quid artis in medicis eſt; ſciant, me non [b] *tam mortis, quam*
belli remedium quærere. Ingentem omnibus incuſſerat 14
curam tam præceps temeritas ejus. ergo pro ſe quiſque
precari cœpere; *ne feſtinatione periculum augeret, ſed eſ-* 15
ſet in poteſtate medentium. inexperta remedia haud injuria
ipſis eſſe ſuſpecta, quum ad perniciem ejus etiam à latere [c] *ipſius*
pecunia ſolicitaret hoſtis (quippe Darius *mille talenta inter-* 16
fectori Alexandri daturum ſe pronunciari juſſerat): *ita-*
que ne auſurum quidem quemquam arbitrabatur *experiri*
remedium, quod propter novitatem poſſet eſſe ſuſpectum.

CAP.

INTERPRETATIO.

a *Non patitur præſens rerum mearum ſtatus.*

b *Non tam ad* vitandam *mortem*, *quam ad bellum* conficiendum, *medicinam optare.*

c *Ipſius familiares.*

NOTÆ.

ſuam quisque fortunam in conſilio habet, cum de aliena deliberat. Ex ſtatu infelici rerum mearum, & morbi, Darius conſilium ſibi cepit, & quæ antea decreverat, mutavit. Statuerat me operiri in Syriæ campis: nunc, ubi ægrum à corpore & animo cognoſcit, inſequitur & contemnit.

Sed nequicquam] Sed fruſtra ſpem aliquam ex meo morbo concipiet, modo mihi arbitrio meo curari licet.

13 *Expetunt*] Raderus legendum cenſet, *exſpectant.*

Belli remedium] Non quod pacem optet, aut conditiones pacis; ſed ut quàprimum convaleſcat, quod decernere cum Dario poſſit. Belli ego ſtatim ineundi & committendi vias quæro per valetudinem; aut, ſi abſumpta ſalus, quamprimum moriendi. *Raderus.*

14 *Præceps temeritas*] Viſa amicis temeritas, & præceps conſilium; quod tamen eventus docuit fuiſſe & neceſſarium, & felix, ac ſalutare. nempe etiam in morbis curandis, tam ægros, quam medentes ſæpe audaciores fortuna juvat, quæ ſæpe omnibus conſiliis eſt potentior. *Raderus.*

In poteſtate medentium] *Nam ea una artium imperatoribus quoq; imperat*, verbis Plin. 24. 1. Ergo totum hoc Medicorum curæ ac diligentiæ committeret.

15 *Etiam à latere ipſius*] Familiares, medicos, ſtipatores, & quicunque latus regis cingunt, vel à latere ejus nunquam diſcedunt.

16 *Mille talenta*] Sexcenta millia Philippæorum ſeu coronatorum, vel octingenta millia florenorum. Unum talentum eſt ſexcentis Philippæis, ſive octingentis florenis.

Arbitrabatur] Rectius alii, *arbitrabantur*. Ego, ſi quiſquam librorum aſtipularetur, & hoc eliminaſſem. *Freinsh.*

Propter novitatem] Nec enim ita liberum eſt Medicis, regum periculo, ut vilium capitum, *experimenta per mortes agere*, ut loquitur Plinius, 29. 1. quin ſæpius, etiam eum abunde expleverunt officium, ab iratis & ſuperbis regibus, naturæ imperia ſuo exitio luunt. vide infr. 10. 4. 12. *Freinsh.*

CAP. VI.

Rex à fido ſapientique medico Philippo, cui à toto exercitu ingentes gratia habentur, priſtinæ valetudini mox reſtituitur.

1 ERAT inter nobiles medicos è Macedonia regem ſequutus Philippus, natione Acarnan, fidus admodum regi: puero comes & [a] cuſtos ſalutis datus, non ut regem modo, ſed etiam ut alum-
2 num, eximia caritate diligebat. Is [b] *non præceps ſe, ſed ſtrenuum remedium afferre, tantamque vim morbi potione medicata levaturum eſſe* promiſit. Nulli promiſſum ejus placebat, præter ipſum, cujus periculo pollicebatur. Omnia quippe facilius, quam moram, per-
3 peti poterat: arma & acies in oculis erant; & victo-

INTERPRETATIO.

a *Curator valetudinis* ejus *adjunctus.*
b *Non violentius, ſed efficax.*

NOTÆ.

2 *CVſtos ſalutis*] Non qui armis illum defenderet, ſed qui ſanitatis ejus curam ageret, & verbis Taciti, 6. 50, 5. *Valetudines ejus regeret.* Quales antiquitus, hodieque magnates alere conſueverunt. *Freinsh.*

Vt alumnum] Quem ut nutricius educarat. Virgil. Æneid. 11. verſ. 33. *Alumnum* dominum.

——— *caro datus ibat alumno.*

2 *Præceps ſe*] Sed cura confectum, efficaciſſimum, præſentaneum, ac quod confeſtim juvet.

3 *Omnia quippe facilius*, &c.] Non uno loco noſter laudat miram Alexandri celeritatem, quæ ex igneo animi vigore. Magna enim & heroica ingenia quod volunt, hoc valde & cito volunt. De Ænea Virgil. Æneid. 12. verſ. 430.

Ille avidus pugnæ, ſuras incluſerat auro
Hinc atque hinc; editque moras, haſtamque coruſcat.

Poſt maturam quidem deliberationem in pacis bellique negotiis multum poteſt celeritas, quæ longe diſſita quaſi conjungit, vel propius admovet, arduaque ſuperat. quæ, quo minus exſpectatur, eo magis terret hoſtem, eique aufert animum & ſpatium firmandi tuendique ſua; nobis virtutem & opportunitatem urgendi noſtra ſuppeditat. Hic tamen providentia Ducis opus eſt, cavendumque ne, ut inutili mora, rerum agendarum occaſio negligitur, ita nimia ac temeraria feſtinatione præcipitetur ac corrumpatur. Vide Lipſii Politic. 5. 15, 15. &c. *Lectonius.*

Arma & acies in oculis] Quum Antiochus Scipionis filium captum ad patrem ægrotum ultro remiſiſſet, Scipio ad illos, qui adduxerant, *Renunciate*, inquit, *gratias regi me agere, referre gratiam aliam nunc non poſſe, quam ut ſuadeam, ne ante in aciem deſcendat, quam ut in caſtra rediſſe me audierit.* quod etiam feciſſe Antiochum, auctoritate viri motum, ſcribit Livius, lib. 37. Equidem magnanimorum Du-

victoriam in eo positam esse arbitrabatur, si tantum ante signa stare potuisset: id ipsum, *quod post diem tertium medicamentum sumpturus esset* (ita enim medicus prædixerat) ægre ferens. Inter hæc à Parmenione, fidissimo purpuratorum, literas accipit, quibus ei denunciabat, *ne salutem suam Philippo committeret. mille talentis à Dario, & spe nuptiarum sororis ejus esse corruptum.* Ingentem animo solicitudinem literæ incusserant; & quidquid in utramque partem aut metus, aut spes subjecerat, secreta æstimatione pensabat, " *Bibere perseverem? ut, si venenum datum fuerit, ne*

INTERPRETATIO.

a *An*, inquiebat, *in bibendæ potionis consilio permaneam?*

NOTÆ.

Ducum, corpore ægrorum, animis nihil ægrius est, & nihil minus illis vacat quam diu in morbo decumbere: quibus glorioſum est, & ad animos militum erigendos fortunamque belli, validum in acie stare; imo stantes potius mori, quam decumbentes. *Locenus.*

Victoriam in eo positam] Quamquam nec manu, ut solebat, exemplum facere militi, nec voce accendere posset, sola præsentia animaturus. quæ in duce magno, & qui multa virtutis suæ documenta dederit, tantum valet, ut, cum eum modo vident milites hostesque, non ex præsenti eum æstiment, sed totum adesse credant, quantus unquam animo, vigore, consilio, manu fuit. Exemplo sit apud Livium, 6. 8, 2. *Camillus jam ad munera corporis senecta invalidus*, quo invadente hostes, *nec vis tantum militum movebat excitata præsentia ducis, sed quod Volscorum animos* (quippe admiratione & terrore viri, ex antecedentibus ejus gestis, plenis) *nihil terribilius erat, quam ipsius Camilli forte oblata species.* Altera causa est in eo, quod alacrius pugnant milites, inspiciente, qui & præmia meritis, & ignavis pœnas irrogare potest, & verbis Annibalis apud Livium, 21. 44. *virtutu spectator ac testis.* ideoque pericula minus pavent. *nam*, ut ait noster infra, 4. 15. *ante oculos suos quisque Regis mortem occumbere ducunt egregium.* præsertim, cum & infamia ita vulet, ducem in periculo relinquendi. *Freinsh.*

4 *A Parmenione*] Seneca de ira, 2. 23. epistolam eam ab Olympiade matre fuisse scriptam prodit. quo loco Lipsius. Plerique omnes *Parmenionis* epistolam, non *matris* produnt. Arrianus, 2. 1. Diodorus in hac re silet: at sub idem tempus accusatum à matre Alexandrum Lynceſtis facit.

Sororis ejus] Plutarchus filiæ, θυγατρὸς, scripsit. Sufficiebat Medico & proditori empto soror. *Raderus.*

5 *In utramque partem*] Eleganter infra, 6. 6, 27. similem sensum expressit: *Versabat se ad omnes cogitationes, aliud atque aliud* (*ut solet, ubi prima quæque damnamus*) *subjiciente animo.*

Secreta æstimatione pensabat] Elegans fluctuantis animi descriptio, apud Virgil. Æneid. 4. vers. 285.

Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,
In partesque rapit varias, perque omnia versat.

6 *Bibere perseverem*] Quid? nondum cœperat bibere. Perseverare ergo hoc in loco nihil aliud, quam in proposito seu decreto permanere.

Ne

ne immerito quidem, quidquid acciderit, eveniſſe videatur? Damnem medici fidem? in tabernaculo ergo me opprimi patiar? At ſatius eſt alieno me mori ſcelere, quam
7 *metu meo.* Diu animo in diverſa verſato, nulli, quid ſcriptum eſſet, enunciat: epiſtolamque, ſigillo annuli ſui impreſſam, pulvino, cui incumbebat, ſub-
8 jecit. Inter has cogitationes biduo abſumpto, inluxit à medico deſtinatus dies. & ille cum poculo, in
9 quo [a] medicamentum diluerat, intravit. Quo viſo Alexander levato corpore in cubitum, epiſtolam, à Parmenione miſſam, ſiniſtra manu tenens, accipit poculum, & haurit interritus; tum *epiſtolam* Philippum *legere* jubet: nec à vultu legentis movit oculos, ratus, aliquas conſcientiæ notas in ipſo ore poſ-
10 ſe deprehendere. Ille, epiſtola perlecta, plus indignationis

INTERPRETATIO.

a *In quo pharmacum miſcuerat.*

NOTÆ.

Ne immerito] Meritas me pertinaciæ & temeritatis pœnas dediſſe dicent, qui fideliter monentibus non obſequutus fuerim.

In tabernaculo] Val. Maximus Tarſi ægrum jacuiſſe ſcribit.

At ſatius eſt] Vide inf. l. 5. 11, 11.

9 *Levato corpore in cubitum*] Qui repente erant ex ſomnio quodam turbulento excitati, erigebantur in cubitum. Homer. Iliad. ν. verſ. 80. ἀρθεὶς δ' ἐξ ὤϊε κάρηνον. Æmil. Prob. in Attic. *hos ut veniſſe vidit, in cubitum nixus.* Sic Hercules depingi ſolitus. Lucian. Lapithis, κείσομαι ἐπ' ἀγκῶνος, οἵαν τὸν Ἡρακλέα γράφουσιν· *incumbam cubito, qualem Herculem depingunt.* Val. Max. de hoc ipſo Alex. 5. 1, 1. ext.: *quanquam violentia morbi dilabebatur, in cubitum tamen erectus.*

Tum epiſtolam] Valer. Max. 3. 8. diſcedit à narratione aliorum, & ab Alexandro, hauſto demum poculo, ait, Philippo Parmenionis literas porrectas. *Quas cum* (Alexander) *legiſſet, ſine ulla cunctatione medicamentum hauſit, ac tunc legendas Philippo tradidit.* Arrianus, 2. 1, 26. contra legendas ait tradidiſſe Philippo, & ipſum interea, dum alter legeret, hauſiſſe. Plutarchus, in Alex. cap. 30. cum Arriano facit ſimul & lectam Philippo epiſtolam, & hauſtum ab Alexandro poculum.

Conſcientiæ notas] Ovid. lib. 2. Met. verſ. 447.

Heu quam difficile eſt crimen non prodere vultu!

Iuvenalis, 1. verſ. 167.

— *rubet auditor, cui frigida mens eſt, Criminibus, tacita ſudant præcordia culpa.*

Et Terent. Adelph. 4. 5. 9. *Erubuit: ſalvares eſt.* Fallor in pleriſque ſequitur majorum ſcelerum conſciis. Horatius Epiſt. 1. 1.

——— *hic murus aheneus eſto,*
Nil conſcire ſibi, nulla pallescere culpa.

Raderus. Cicero de Orat. 3. cap. 59. *imago animi vultus eſt, indices oculi.*

10 *Plus indignationis*] Indignantur in-

tionis quam pavoris oſtendit: projectiſque amiculo & literis ante lectum; *Rex*, inquit, [a] *ſemper quidem ſpiritus meus ex te pependit, ſed nunc vere, arbitror, ſacro ac venerabili ore trahitur. Crimen parricidii, quod* 11
mihi objectum eſt, tua ſalus diluet. ſervatus à me vitam mihi dederis, oro, quaſoque; amiſſoque metu patere medicamentum [b] *concipi venis. laxa pauliſper animum, quem intempeſtiva ſolicitudine amici ſane fideles, ſed moleſte ſeduli turbant.* Non ſecurum modo hæc vox, ſed etiam lætum regem, ac plenum bonæ ſpei fecit. Itaque, 12

[a] *ſi*

INTERPRETATIO.

a *Semper quidem vita mea ex tua ſalute pependit; ſed nunc maxime, ut ſpero, &c.*

b *Diffundi in venas pharmacum.*

NOTÆ.

inſontes, pavent nocentes. Plautus Amphitruone, act. 2. Scen. 2. verſ. 251.

——— *qua non deliquit, decet*
Audacem eſſe, & confidenter pro ſe & proterve loqui.

Mala conſcientia timidiſſimum facit, ut nescio quis apud Stobæum loquitur: *Sibi conſcium, licet virum audaciſſimum, timidiſſimum facit ipſa conſcientia.* Raderus.

Nunc vero arbitror] Placet Acidalii emendatio: *nunc vere ab iſto ſacro, &c.* Primum enim rectius ſcribitur *vere*; quam, ut habent alii, *vero*. Id enim dicit, ſemper quidem ſuam incolumitatem annexam fuiſſe regiæ: Iam autem demum *vere*, id eſt, unice, & proprie; ita ut iſto ſacro ore, non magis regis, quam ipſius Philippi, ſpiritus atque vita trahatur; quem, ſi rex periſſet, ne quadrigis quidem albis Iupiter ſupplicio eripere potuiſſet. *Trahendi* enim verbum hic ad ſpiritum, ſeu animam, vel ſi mavis, aërem, qui hauriendo reciprocatur, pertinet: non, ut Raderus interpretatur, ad hauſtum medicamenti. hoc enim ineptum fuiſſet dicere: os tuum perinde ſpiritum meum trahit, quomodo hanc potionem, quam abſorbes. Sed hæc eſt ſententia elegantiſſimi ſenſus: Vita mea in tua ſalute poſita eſt, nec os tuum, quo vitalem ſpiritum trahis, tibi magis quam mihi vitam prorogat: quo clauſo, tam mihi, quam tibi neceſſario moriendum erit. *Freinsh.*

11 *Crimen parricidii*] Parricidium Iſid. lib. 5. Etymol. cap. 26. dici putat, quaſi parentis cædium. Cicero primo parricidam vocat, qui *parentem* occidit: deinde, lege Pompeia qui *propinquum quem vir*: poſtremo, ex Numæ Pompilii lege, qui *liberum hominem* morti ſciens dederit. *Patria* etiam [imo *& principum*] oppreſſor parricida jure vocatur: quia patria parens uniuſcujuſque eſt.

Patere medicamentum] Curæ, præſertim graves, avocant calorem à ſtomacho in caput, ut ſuum munus fungi ſtomachus non poſſit; nec cibum, aut potionem, pharmacumve ullum digerere, & in venas ſpargere; adeoque ἀχρεῶν redditur medicamentum, & plus nocet quam prodeſt. *Raderus.*

Amici ſane fideles] Hoc dicit, ne odium in ſe Parmenionis concitet, viri principis, & ab Alexandro ſecundi. poterat alioqui retorquere criminatio-

[a] *ſi dii*, inquit, *Philippe, tibi permiſiſſent, quo maxime modo animum velles experiri meum; alio profecto voluiſſes: ſed certiorem quam expertus es, ne optaſſes quidem. hac epiſtola accepta, tamen,* [b] *quod dilueras, bibi. & nunc credo, te non minus pro tua fide, quam pro mea ſalute eſſe ſolicitum.* Hæc eloquutus dextram Philippo offert. Ceterum, tanta vis medicaminis fuit, ut quæ ſequuta ſunt, [c] criminationem Parmenionis adjuverint. intercluſus [d] ſpiritus arcte meabat. Nec Philippus [e] quidquam inexpertum omiſit. ille fomenta corpori admovit; ille torpentem, nunc cibi, nunc vini odore excitavit. Atque, ut primum mentis compotem eſſe

INTERPRETATIO.

a *Si Dii tibi facultatem dediſſent* eligendi *quâ ratione potiſſimùm velles meum* in te *animum explorare; utique alia* ratione experiri *maluiſſes*, quam qua expertus es.

b Pharmacum *quod paraveras, hauſi.*

c *Accuſationem credibiliorem fecerint.*

d *Intercluſus halitus agrè commeabat* per reſpirationem.

e *Nihil intentatum reliquit.*

NOTÆ.

nem in ipſum Parmenionem, qui mortem forte Alexandri optet, ut ipſe in locum ſuccedere poſſet.

12 *Si dii, inquit, Philippe, tibi permiſiſſent, quo maxime,* &c.] Hoc eſt: ſi tibi ſuperi feciſſent copiam explorandi meum erga te animum, qua tu potiſsimum ratione velles, voluiſſes meo animo hac tam periculoſa & dubia via ſalutis, ad animi mei ſenſa penetrare: Sed profecto modus hic, quo meum erga te animi ſenſum deprehendiſti, unus omnium certiſsimus fuit, uti nec optare quidem potueris certiorem; cum ſalutem meam tuæ fidei poſthabui, maluique me ultimo periculo offerre, quam tibi me vitamque meam non credere.

13 *Dextram*] Quæ ut in deditos ſupplices, aut fœdus jungentes, fidei, ſic alias favoris & benevolentiæ eſt teſſera. ea enim tantum ad eos, qui in fidem, hoc eſt patrocinium, recipiuntur, attinet. Sic hoſpites inter ſe jungunt dextras, ut ex Cicerone pro Dejotaro cap. 3. eſt colligere.

14 *Arcte meabat*] Vt ſolet animam agentium.

Nunc cibi, &c.] Exſpirat enim & exhalat id quod in cibo vinoque præſtantiſsimum & ſubtiliſsimum eſt: unde eſt, quod coquos aiunt odore pasci. Certe Democritus, è philoſophorum ſenatu non poſtremus, recens cocti panis odore, toto triduo fugientem animam retinuit. Megaſthenes apud Plinium, 7, 2. ponit, *ad extremos fines Indiæ ab Oriente circa fontem Gangis, Aſtomorum* (id eſt, ore carentium) *gentem ſine ore, corpore toto hirtam: veſtiri frondium lanugine, halitu tantum viventem, & odore, quem naribus trahant. Nullum illis cibum, nullumque potum: tantum radicum florumque varios odores & ſylveſtrium malorum, quæ ſecum portant longiore itinere, ne deſit* olfa-

Digitized by Google

esse sensit; modo *matris sororumque*; modo *tantæ victoriæ adpropinquantis* admonere non destitit. Vt vero 16
medicamentum se diffudit in venas, & sensim toto
[a] corpore salubritas percipi potuit; primo animus vigorem suum, deinde corpus quoque expectatione maturius recuperavit: quippe post tertium diem, quam in hoc statu fuerat, in conspectum militum venit. Nec avidius ipsum regem, quam Philippum 17
intuebatur exercitus: pro se quisque dextram ejus amplexi grates habebant velut præsenti deo. Namque haud facile dictu est, præter ingenitam illi genti erga reges suos venerationem, quantum hujus quoque regis vel admirationi dediti fuerint, vel caritate

INTERPRETATIO.

a *Et per totum corpus salubris virtus* pharmaci *diffundi potuit.*

NOTÆ.

olfactus: graviore paulo edere haud difficulter exanimari.

15 *Matris, sororumque*] Quas ille impense amabat. nam infra, 10.5, 30. *Olympiada immortalitati consecrare decreverat.* sed in sorores, Cleopatram imprimis, tantum nimia indulgentia fuerat, recte ideo reprehensus à Plutarcho in præceptis Reipublicæ gerendæ, cap. 57. *Freinsh.*

17 *Velut præsenti Deo*] Veteres omnino medicinæ repertores excultoresq; divorum numero accensuerunt, divinisq; honoribus mactarunt, Apollinem, inquam, Mercurium, Arabum, Dioscuros, Cadmum, Chironem, Apim, Æsculapium, Podalirium, Machaonem, qui & Homero, Il. δ. 212. ἰοὶ πᾶσι φάος laudatur, & alios; quod crederent, tam excellentem disciplinam non potuisse humanis ingeniis excogitari. proinde à Luciano Abdicato appellatur *Deorum doctrinâ.* Rad.

Præter ingenitam &c.] Ingenuis subditis erga reges suos ingenua veneratio, ut apibus erga suum regem; gregi erga suum ducem est naturalis amor. Alibi eruditus Politicus Arnisæus: *Proprium accidens regis, & quantum est ex natura res inseparabile, amari à suis subditis.* Loccenius.

Erga reges suos] Tales fuerunt Cappadoces, qui libertate à Romanis donati, negarunt, *vivere gentem sine rege posse*, referente Iustino, 38.2.8. Tales omnes ad Orientem populi. unde *suetus regibus oriens*, Tacito H. 4.17. immo *omnibus gentibus*, ut M. Tullius pro L. Manilia, c. 9. ait, *regale nomen magnum & sanctum videtur.* Sed omnes fere gentes superabant Persæ, quibus nomen regis pro numine erat. Apud Brissonium, l. 1. latæ leges, quomodo Deorum honoribus colebantur, eos adeuntes humi prosternebantur, aliaque in hunc modum. Longe autem maximum ejus venerationis argumentum legitur apud Herodotum, 8.118. Cum Xerxes navi, in qua erat, ob multitudinem vectorum laborante, de vita periclitaretur, magnum Persarum, qui cum eo erant, numerum sponte se in mare precipitasse, ut sua morte vitam regis emerent. *quippe in illis gentibus Regum eximia majestas est.* infra, 5.10. *Freinsh.*

Venerationem] Hæc veneratio nasci-

18 te flagraverint. Iam primum nihil nisi divina ope ad-
gredi videbatur. nam, quum esset præsto ubique for-
19 tuna, [a] temeritas in gloriam cesserat. Ætas quoque
vix tantis matura rebus, sed abunde sufficiens, omnia
[b] etiam ejus opera honestabat. Et quæ leviora haberi
solent, plerumque in re militari gratiora vulgo sunt:
exercitatio corporis inter ipsos; cultus habitusque
20 paululum [c] à privato abhorrens; militaris vigor:
[a] queis

INTERPRETATIO.

a *Temeritas in gloria* materiam *versa erat.*
b *Omnia ejus facta commendabat.*
c *Non multùm á privatorum habitu discrepans.*

NOTÆ.

tur ex auctoritate, auctoritas ex metu & admiratione. Erga Alexandrum accessit etiam caritas militum, firmissimum regni præsidium. Nec Macedones tantum, sed omnes gentes, bello etiam subactæ, colebant amabantque Alexandrum, nec vivum tantum, sed mortuum etiam, adeoque sorores propter Alexandrum. *Raderus.*

18 *Nisi divina ope*] Alii, *sine divina ope*. quod probem, quamquam utrobique idem sensus est.

Præsto ubique fortuna] *Quam solus mortalium in potestate habuit*, infr. 10. 5, 35. Sed ex vulgi mente. Vulgo rectius judicat Livius, l. 27. *Nihil iniquius quam ex eventu famam habere.* Nam illa vulgi fama sæpe vanitate nititur, fluxa ac fugax est. at sapientum, qui facta non ex eventu, sed virtute, proposito, & consiliis æstimant, fama ac judicium plus ex solido trahit. *Locenius.*

Temeritas in gloriam cesserat] Plautus Pseudolo, act. 2. sc. 3. vers. 23.

——— *ut quisque fortuna utitur,*
Ita præcellit, atque exinde sapere eum
omnes dicimus.
Bene ubi quod consilium discimus accidisse, hominem catum
Eum esse declaramus: stultum autem illum, cui vertit male.

Simili fortuna Marii, *omnia non bene consulta modo, verum & casu data, in virtutem trahebantur*, teste Sallustio Iug. & Ceriali apud Tacitum, H. 5. 21. *subito consiliis, sed eventu claro, aderat fortuna, etiam ubi artes defuissent.* Curio apud Cæsar. de bello civ. 2. 31. *quasi non & felicitas rerum gestarum exercitus benevolentiam imperatoribus, & res adversa odia conciliet.*

19 *Plerumque in re* &c.] Bene se habet hoc, & tot Mss. fide nititur; contra quos hic nec Modii, nec Acidalii conjecturis faveam. Modius omittit duas illas voculas, *in re*: Acidalius illas mutat *in rege*.

Gratiora vulgo sunt] Cujus favor merito quærendus, quantum bonis artibus potest. Impense tamen prospiciendum est, ut prudentia, quæ sola actiones distinguit, adsit. nam qui absque ea humanitati studere voluerunt, pro charitate popularium contemptum invenere. Hanc Alexandri humanitatem perperam carpi, eique conjurationes, seditionesque, quæ postea extiterunt, frustra adscribi puto. nam ipsa res id evincit. donec enim humanum atque facilem se præbuit, *ut pariter carus ac venerandus esset, effecerat*: postquam in superbiam lapsus est, *immortalitatem affectantem contumacius quam aut ipsis expediebat, aut regi, aversati sunt.* infra, 4, 5. *Freinsh.*

Exercitatio corporis inter ipsos] Pompeius apud Sallust. Hist. fragm. incert. 4. 46. *cum alacribus saltu, cum velocibus*

[a] queis ille vel ingenii dotibus, vel animi artibus, ut pariter carus ac venerandus esset, effecerat.

INTERPRETATIO.

a *His ille seu* veris *animi dotibus, seu fictis arte* virtutibus *effecerat, ut, &c.*

NOTÆ.

bus cursu, cum validis velle certabat. Sic de M. Valerio Corvo Livius, 7,33. *Non alias militi familiarior dux fuit, omnia inter infimos munitum haud gravate munia obeundo. in ludo praterea militari, quum velocitatis virimque inter se aquales certamina ineunt, comiter facilis: vincere ac vinci vultu eodem, nec quemquam aspernari parem qui se offerret.*

20 *Vel animi artibus*] Explicet hunc locum ille Livii, 26. 19. *Fuit enim Scipio non veris tantum virtutibus mirabilis, sed arte quoque quadam ab juventa in ostentationem earum compositus.* &c quæ sequuntur.

CAP. VII.

Vegetior factus, Darium aggredi cogitat. Sisinemque Persarum imprudentia delinquentem, occidi jubet.

AT Darius, nuncio de adversa valetudine 1 accepto, celeritate, quantam capere tam grave agmen poterat, ad Euphratem contendit: junctoque eo pontibus, quinque tamen

NOTÆ.

1 *Celeritate quanta, &c.*] Non exspectandum, donec hostis viribus & incrementis potens in venas ac viscera alienæ reipubl. penetret; nam tunc sero & difficulter ejicitur: sed celeritate prævertendus, transitus ac progressus ei intercludendus est: ut ipsi, tanquam flumini ab ostio tenuius mananti quam in progressu, ita in principio facilius occurritur, quam si viribus ac successu creverit; aut commoditate loci nobis potior sit. *Loccenius.* Sed Freinshemius consensu Mss. tam Bongarsii, quam Modianorum edd. legendum censet, *quantam capere tam grave, &c.*

Junctoque eo pontibus] Cyrus minor cum ex Cilicia Babylonem proficisceretur, ubi ad Euphratem pervenit, reperit latum stadia tria. Non improbabile est, à Dario in Ciliciam movente haud procul ab eo loco, pontibus stratum fuisse. *Raderus.* Xenephon, *Anab.* 1. Cyrum transisse Euphratem dicit ad Thapsacum: *Cyrus ad Euphratem fluvium procedit, cujus erat quatuor stadiorum latitudo. Ibidem urbs ampla & locuples erat, cui nomen Thapsacus.* quod oppidum suo tempore, *Amphipolin* vocatum fuisse, Plinius scribit, 5. 21. appellatione haud dubie inde ducta, quod ab utraque fluminis ripa habitaretur. Eodem loci Darius pontem struxit, ut ex Arriano, 2. 3. liquet: *ad Thapsacum urbem & Euphratem* (nimirum per pontem suum regressurus) *cum equitatu contendit, ut, quam citissime posset, Euphratem inter se atque Alexandrum medium relinqueret.* Nisi tamen iste pons non ad tempus à Dario structus, sed perpetuo ibi fuit. quod innuere videtur Strabo lib. 16. *juxta Thapsacum antiquus Euphratis pons erat ad Tigris transitum: ubi Alexand. cum exercitu trajecit.* Porro, Arrianus Romanos etiam *per Euphratem quoties necesse fuit, pontem duxisse* asserit, 5, 1. ubi & rationem illorum

men

struen-

men diebus trajecit exercitum, Ciliciam occupare
2 festinans. Iamque Alexander viribus corporis receptis, ad urbem Solos pervenerat: cujus potitus, ducentis talentis nomine mulctæ exactis, arci præsidium
3 militum imposuit. * Vota deinde pro salute suscepta per ludum atque ocium reddens, ostendit, quanta fiducia Barbaros sperneret. Æsculapio & Minervæ ludos

INTERPRETATIO.

a *Vota quæ pro* recuperanda *valetudine fecerat.*

NOTÆ.

struendis pontibus explicat. addit autem, *quoties necesse sit* alias enim ad Zeugma trantire sunt soliti, ut Crassus apud Apian. de bell. Parth. *Freinsh.*

Ciliciam occupare] Vt Alexandrum aditu Syriæ prohiberet, angustus Ciliciæ veluti cavea ineluctum & captum.

2 *Ad urbem Solos*] De Solis urbe passim scriptores, & antiquior omnibus Herodotus. [apud quem tamen non reperio Solos, præter urbem Cypriam, hoc nomine.] Ego ex Laertio in *Solone*, ipsius natalem aperiam: *inde Solon* (à Crœso) *dimissus venit in Ciliciam, & urbem condidit, a se Solos appellatam.* Addit Laërtius, paucos ibi Athenienses collocatos, eosque sensim patriæ linguæ inter barbaros oblitos cœpisse σολοικίζειν. Alii ab aliis barbaris affirmant Atticam linguam ibi depravatam, indeque natum Solœcismum, qui colonias in omnes propegentes & posteritatem scholasque deduxit. Solinus & Mela *Sola* non *Soli* scribunt, Sed nusquam legi Solas, sed Solos. Servo itaque cum Curtio *Solos*, à Soli Solorum. Alexander autem, præmisso ad aditus Ciliciæ extremæ occupandos Parmenione, ipse Tarso profectus primo die Anchialon oppidum à Sardanapalo intra unum diem una cum civitate Tarso conditum pervenit, inde Solos. Ita fere. *Arrianus.*

Nomine mulctæ] Quia Dario Persisque plus faviisse videbantur. Captis vero Solis, & præsidio firmatis, circumtulit bellum in montana Ciliciæ, quæ omnia intra 7 diem occupavit, Solosque rediit. *Arrianus.*

3 *Vota deinde pro salute*] A milite, vel Alexandro, vel utrisque. & hoc pro more, ut in Romana quoque Imperatorum, & Græca historia passim cognosces. Votorum antiquissima est origo, ut ex historia sacra patet. eaque in omni necessitate & desiderio concipiebantur.

Quanta fiducia Barbaros sperneret] In hoc videri possit imitatus Cleomenem, in cujus vita Plutarch. cap. 15. *Populabundus fines Megalopolitanos ingressus, &c. exhibitisque quadraginta minarum sumptu ludis, sedit illic ad eos spectandos unum diem: non quo duceretur ea spectaculo, sed ut hostibus quasi insultaret, & quam longe illis esset superior, cumulate illorum demonstraret despicientia.*

Æsculapio, & Minervæ] illi, quod Numen peculiare salutis crederetur, eoque nomine à Romanis, pestilentia laborantibus, Epidauro accitus est, ut apud Livium fine lib. 10. Val. Max. 1. 8. & alios. Minervam autem præcipue semper Alexander coluit. cui & ante ad Ilium sacrificavit, 1. 4. eique arma sua suspendit: & pollicitus est, templum se illustrissimum conditurum. Strabo lib. 13. Et infra, 3. 12. aram sacrat: quam & 4. 13. propitiat: & 8. 2. victimis cæsis honorat. quod & Arrianus notat 4. 4. *Freinsh.*

Ludos celebravit] Æsculapio ludos celebravit, quo vota Tarsi suscepta redderet. Erant hi ludi Gymnici & Musici,

ludos celebravit. Spectanti nuncius lætus adfertur 4
ex Halicarnasso; *Persas acie à suis esse superatos: Myndios quoque, & Caunios, & pleraque tractus ejus sue facta ditionis.* Igitur edito spectaculo ludicro, castrisque motis, & Pyramo amne ponte juncto, ad urbem Mallon pervenit: inde alteris castris ad oppidum Castabalum. Ibi Parmenio regi occurrit, quem 6
præ-

NOTÆ.

sici, Arriano teste. Inter Gymnicos, sive qui nudi se exercebant, erant Pentathli seu quinquertiones & Pancratiastæ: hi pugilatu, & lucta; illi omni genere Gymnico, cursu, saltu, disco, lucta, pugilatu nobiles. Musici continent theatra, ludos, scenas, comœdias & tragœdias, satyras, divortia seu exodia, & quidquid denique ad theatrum pertinet. Minervæ ludos theatrales & gymnicos instituit velut bellorũ ac sapientiæ simul antistiri. dein quod illa Græcis singulari cultu sacrosancta, semper eisdem favisse canatur ab Homero contra Trojanos. *Raderus.*

5 *Spectanti nuncius lætus adfertur Halicarnasso, Persas acie à suis esse superatos*] Halicarnassus caput Cariæ, Mausolæi opus. Herodoto, Dionysio, & aliis inclyta miraculis, præsertim Salmacis fonte. Sed quomodo ex Halicarnasso nuncium accepit Alexander, cum urbem multo labore captam à fundamentis exciderit? Vrbem evertit, sed non arces, in quas profugerant hostes: quas tamen ipsas postmodum recepit. *Raderus.* Sed audiamus Arrianum. *Hic Orontobaten Persem (qui Halicarnassi arcem, & Myndum, & Caunum, ac Theram & Calliopolim tenebat) à Ptolomæo & Asandro victum cognovit. Accesserat ad victoriam & Cos & Triopium. Hunc* (Orontobatem) *magno prælio victum perscribebant, cæsis peditum circiter 700, equitum 50, vivis non infra 1000 captis.*

Myndios] Ἐστὶ δὲ πόλις Καρίας. Diogenes, Εἰς Μύνδον ἐλθὼν, δὲ πατάξας μεγάλας τὰς πύλας, μηδεμίαν ἧπε πόλιν, Ἄνδρες Μυνδίοι, ἔφη, κλείσατε τὰς πύλας, μὴ ἡ πόλις ὑμῶν ἐξέλθῃ. Laërtius. Quorum oppidum ipse spe proditionis tentaverat, sed irrito successu.

vide Arrian. 1. 7.

Caunios] Caunus oppidum Cariæ. *Dicta à Cauno, à Biblide sorore dilecto, sed aversante illam & fugiente, unde nata Paræmia, Caunius amor.* Stephan. Porro, hoc oppidum tam aliis pomis, quam præcipue ficubus nobile fuit. vide Ath. 3. 3. *Qua conscendenti navim adversus Parthos omen fecêre M. Crasso, venales prædicantis voce Caunea.* Plin. 15. 19. Vbi forte legend. *Caneas*, ut exprimatur omen *cave ne eas.* Caunum imprimis nobilitavit Protogenes, celeberrimus pictor, qui originem inde duxit. Plin. 35. 10. Ceterum, plerique libri hoc loco *Canyndios* legunt, unde mihi suspicio est scripsisse Curtium *Cnidios.* Freinsh.

Pleraque tractus ejus] Theram, Calliopolim, Con, Triopium. *Arrian.*

5 *Mallon*] Vbi *Amphilochus ut heros parentavit: quumque cives seditione laborantes offendisset, ea sedata, tributa, quæ Dario regi pendere solita erant, iis remisit, quod Malli Argivorum coloni essent, ipseque ab Heraclidis Argivis oriundum se perhiberet.* Arrian. 2. 1.

Inde alteris castris] Vsitatus historicis loquendi modus, primis, alteris, tertiis, quartis, &c. castris, hoc est, diebus, etsi non continuis semper intelligendum, quum sæpe in castris unum, duos, tres, plureve dies morarentur. Græci σταθμὸς appellant. *Raderus.*

Castabalum] *Castabala* numero multitudinis scribunt Geographus [Strabo lib. 12.] & Plinius 5. 27. Stephan. Κασταβάλα πόλις Κιλικίας, δὲ Φοινίκης, ἡ δὲ Περασία ἐκαλεῖτο. *Castabala urbs est Cilicia, & Phœnices, quæ & Perasia vocabatur.* Hic aiunt gesta, quæ de Oreste & Pylade feruntur.

6 *Ibi*] Arrianus, 2. 1. leviter dissentit,

præmiserat ad explorandum iter saltus, per quem ad
7 urbem *Isson* nomine penetrandum erat. Atque ille angustiis ejus occupatis, & præsidio modico relicto, Issum quoque desertam à Barbaris ceperat. Inde progressus, deturbatis, qui interiora montium obsidebant, præsidiis cuncta firmavit: occupatoque itinere, sicut paulo ante dictum est, [a] idem & auctor &
8 nuncius venit. Issum inde rex copias admovit: ubi consilio habito, *utrumne ultra progrediendum foret; an ibi opperiendi essent milites novi, quos ex Macedonia adventare constabat:* Parmenio *non alium locum prælio aptiorem esse*
9 censebat. *quippe illic utriusque regis copias numero futuras pares, quum angustiæ multitudinem non caperent. planitiem ipsis camposque esse vitandos, ubi circumiri, ubi ancipiti [b] acie opprimi possent. Timere, ne non virtute hostium, sed lassitudine sua vincerentur. Persas*
10 *recentes subinde successuros, si laxius [c] stare potuissent.* Facile ratio tam salubris consilii accepta est. itaque *inter angustias saltus hostem opperiri* statuit. Erat in exercitu

INTERPRETATIO.

a *Idem qui rem gesserat*, illius gestæ *nuncium attulit.*
b *Undique circumfuso exercitu* hostium.
c *Si copiæ extendere possent.*

NOTÆ.

sentit, *quum adhuc apud Mallos esset.*

Issum] Mirum dictu; Xenophon l. 1. ἀναβάσ. Diod. Siculus, 17. 32. & Mela, 1. 13. Issum *ingentem urbem.* Strabo, lib. 14. πολίχνιον *oppidulum cum statione* appellat. Stephan. autem, *Issus*, inquit, *urbs inter Syriam & Ciliciam, ad quam Alexander Darium vicit, eoque dicta est Nicopolis ab illo.* Ptolomæus tamen Nicopolim diversam facit ab Isso, ut revera est. *Raderus.* Hic Cicero postea castra habuit, se teste. Sic epist. ad Atticum, 5. 20. *Castra paucos post dies habuimus ea ipsa, quæ contra Darium habuerat apud Issum Alexander.* quem & aras ibidem collocasse discimus ex eodem Cicerone ep. fam. 15. Alexander ergo ingressus Issum, occupatam à Parmenione, cœpit de summa rerum consilia in medium ponere; utrumne Syria adeunda, & Dario in apertis occurrendum campis, an potius in Cilicia ad Issum, & in angustiis hostis exspectandus. Vbi in sententiam Parmenionis descensum est, hostem in angustiis exspectandum.

8 *Ex Macedonia adventare*] Alexandro Ciliciam intranti advenerunt ex Macedonia supplementi loco pedium 5000, equites 800. *Callisthenes apud Polybium.*

Parmenio non alium locum] Livius, lib. 35. *In eo victoriam verti, si & loca opportuna & fœcii præoccupentur.* præsertim

citu regis Siſines Perſes: quondam à prætore Ægypti miſſus ad Philippum, doniſque & omni honore cultus; exilium patria ſede mutaverat: ſequutus deinde in Aſiam Alexandrum, inter fideles ſocios habebatur. Huic epiſtolam Cretenſis miles, obſigna- 12
tam annulo, cujus ſignum haud ſane notum erat, tradidit. Nabarzanes prætor Darii miſerat eam, hortaturque Siſinem; *ut dignum aliquid nobilitate ac moribus ſuis ederet: magno id ei apud regem honori fore.* Has literas Siſines, utpote innoxius, ad Alexandrum 13
ſæpe deferre tentavit: ſed quum tot curis apparatuque belli regem videret urgeri; aptius ſubinde tempus exſpectans, ſuſpicionem iniit ſceleſti conſilii præbuit. Namque epiſtola, priuſquam ei redderetur, in 14
manus Alexandri pervenerat, lectamque eam, ignoti annuli ſigillo impreſſo, *Siſini dari* juſſerat, ad [a] æſtimandam fidem Barbari. Qui quia per complures dies 15
non

INTERPRETATIO.

a *Ad explorandam Siſinis fidelitatem.*

NOTÆ.

tim ſi hoſtis multitudine & viribus ſit ſuperior, ut hic Darius erat. Vnde Onoſander, cap. 31 Strategici: *Imperator ſi hoſtium copias multitudine* (imprimis equitum) *ſuis fore potiores animadvertat, ſeligat, ſi poſſit, loca arduа & anguſta, & montibus adjacentia: aut pugnam, quantum poterit, ſubterfugiat, donec in opportuna ſuis rebus loca pervenerit.* Vegetius de re milit. 3. 26. *Sæpe locus amplius prodeſt, quam virtus.* Locc.

11 *Siſines Perſes*] Apud Arrian. 1. 8. memoratur Aſiſines Perſa, de quo quidem aliqua diſſimilia narrantur: ſunt tamen quæ perſuadeant, eundem videri debere, quem Curtius hic nominat.

Exilium patria ſede] Id eſt, patriam exilio mutavit, vel exilium patriæ prætulit. Sic Horat. lib. 3. Od. 1. duobus ultimis verſibus: *Cur valle permutem Sabina Divitias operoſiores?*

12 *Cretenſis miles*] Aptus ſane ad fallendum & mentiendum; ut tota gens; quid enim eſt Græcis κρητίζειν, quam mentiri & fallere? Nota eſt paræmia πρὸς Κρῆτα κρητίζειν adverſus Cretenſem cretizare, ſeu mentiri. Hic obſerva, epiſtolam non ab Nabarzane miſſam Siſini per Cretenſem militem; ſed ab Alexandro per Cretenſem Siſini redditam. Alexander enim prior epiſtolam acceperat, & ſignatam rurſus ignoto ſigno, reddi per Cretenſem Siſini curarat. *Raderus.*

Nabarzanes Prætor Darii] Chiliarcha Darii & Dranganum Satrapes, Beſſo parricidii adverſus regem Darium particeps, donatus tamen vita ab Alexandro, propter Bagoam pueri, quem munus Alexandro attulerat. Diffiſus tamen ei propter conſcientiam malefactorum in Indiam profugit. *Raderus.*

Ac moribus] Et hic variant Codices. Theocrenus ſcribit, *majoribus ſuis*; & Aci-

non adierat regem; ſceleſto conſilio eam viſus eſt ſuppreſſiſſe, & in agmine à Cretenſibus, haud dubie juſſu regis, occiſus eſt.

NOTÆ.

& Acidalius, ſuſpicione ductus, ita ſcribendum conjecerat. Verum eſt, *majoribus* apte jungi *nobilitate*, ut aliquid dignum ſua nobilitate, dignum majoribus ſuis deſignet, interficiendo Alexandro, *moribus ſuis* generoſis, audacibus, & facinoribus & factis olim haud imparibus perpetratis. Ego etiam ſubdubitarem de vocula *ederet*, num magis *auderet* ſcripſerit noſter. vox ea familiaris, ſi qua alia, Tacito noſtro. Iuvenal. Sat. 1. verſ. 73.

Aude aliquid brevibus Gyaris & carcere dignum.

Raderus. Freinsh.

15 *A Cretenſibus*] Quibus Sitalces præfuit. Cretenſes ſagittarios in exercitu hoc laudat *Arrianus*.

CAP. VIII.

Darii ante pugnam conſilia: tum exercitus Perſici conſternatio, proximæ internecionis præſagium.

1 IAM Græci milites, quos Thymodes à Pharnabazo acceperat, præcipua ſpes & prope-
2 modum unica, ad Darium pervenerant. Hi magnopere ſuadebant, *ut retro abiret, ſpatioſoſque Meſopotamiæ campos repeteret. Si id conſilium damnaret; at ille divideret ſaltem copias innumerabiles, neu ſub [a] unum fortunæ ictum totas vires regni cadere pateretur.* Minus hoc
3 conſilium regi, quam purpuratis ejus diſplicebat: [a] anci-

INTERPRETATIO.

a *Vnius pugnæ diſcrimini expoſui ſineret.*

NOTÆ.

1 IAmque Græci milites] Triginta millia, ut infra Curtius numerat: robur exercitus Darii.

Thymodes] Mentoris filius, impiger juvenis, Græcus erat, & transfuga ab Alexandro, in Ægypto periit. *Arrian.*

Præcipua ſpes] Conducendos hoſce & his pares, antea Charidemus ſuaſerat: *Parit robore*, inquit, *opus eſt: in illa terra, quæ hos genuit, auxilia quærenda ſunt.*

2 *Vt retro abiret*] Iam Amyntas apud Arrianum monuerat Darium, ut in Meſopotamiæ campis exſpectaret Alexandrum. Et perſuaſerat; ſed cunctante in Cilicia Alexandro propter morbum, abductus à ſana mente, promovit exercitum Ciliciam verſus, ratus, Alexandrum timore perculſum non audere progredi. *Raderus.*

Neu ſub unum fortunæ ictum] Tacitus: *Dare in diſcrimen legiones, haud Imperatorium.* Vnde Ludovicus XI, rex Galliæ, nolebat totis viribus dimicare; ne ſuas Galliæque fortunas in dubium vocaret, ut eſt apud Cominæum, lib. 1.

Ho-

Digitized by Google

[a] ancipitem fidem, & mercede venalem proditionem immi-
nere; & dividi non ob aliud copias velle, quam [b] ut ipsi in
diversa digressi, si quid commissum esset, traderent Alexan-
dro. Nihil tutius esse, quam circumdatos eos exercitu to- 4
to obrui telis, [c] documentum non inulte perfidiæ futuros. At 5
Darius, [d] ut erat sanctus & mitis, *se vero tantum fa-*
cinus negat *esse facturum, ut suam [e] sequutos fidem, suos*
milites jubeat trucidari. Quem deinde amplius nationum ex-
terarum salutem suam creditum sibi, si tot militum san-
guine imbuisset manus? Neminem stolidum [f] consilium ca- 6
pite

INTERPRETATIO.

a *Perfidiam* Græcorum & *proditionem, pecunia emptam ab* Alexandro, *brevi erupturam.*

b *Ut postquam à ceteris divisi essent, si quid ipsorum* custodiæ *creditum esset, dederent Alexandro.*

c *Ut vindicatæ proditionis exemplo essent.*

d *Cum esset religiosus ac mansuetus.*

e *Qui ipsius fide* freti *venerant.*

f *Minus prudentis consilii pœnas morte solvere.*

NOTÆ.

Horum exemplo præstat in subitam necessitatem & ad tutiorem receptum plura subsidia reservare, quam, ut solent prodigi aleatores, uno jactu totius fortunæ summam periclitari, & cum universo simul exercitu, ancipiti discrimine pugnare. *Sub unum fortunæ ictum*, exponendo nempe totum simul exercitum alex dubiæ Martis, & ferali fortunæ nutui; ut loquitur Apuleius. *Loccenius.*

3 *Ancipitem fidem*] Acidalius legendum censet: *Ancipitem fidem, mercede venalem proditionem: dividi non ob aliud,* &c. Modius legit, *imminui & dividi,* &c. Vel hoc sensu, *Fidem ancipitem* (Græcorum) *mercede venalem proditionem* dividi velle copias Darii; non aliam ob causam, quam ut ipsi à toto exercitu disjuncti, & cum parte copiarum duntaxat conjuncti, si quid sibi creditum aut commissum esset, illud possint tradere Alexandro. *Reil.*

4 *Documentum*] Exemplum aut admonitio, quemadmodum Cæsar & Cicero hoc sensu usurpant.

5 *Ut erat sanctus*] Id est, innocens, integer, æquus, bonus, & justus. Alia significatione sumitur in Digestis Justinianeis.

Suam sequutos fidem] Haud minus memorabili exemplo Zuleman rex Arabum in Hispania, quodam suadente, ut auxilia Christiana deleri pateretur, respondit: *In securitate mea fidei advenerunt, & ideo nunquam hoc facinus perpetrabo.* Roderic. Tolet. hist. Arab. c. 15.

Tot militum] Alii, *tot militum.*

6 *Neminem stolidum consilium*] Thucyd. 3. 7. Cicero ad Attic. 16. 8. *Quid debet, qui consilium dat, præstare, præter fidem?* Dion, lib. 52. ubi egregie Mæcenas ad Augustum: *Liberam dandi tibi ex animi sui sententia consilii omnibus potestatem facies, proposita securitate. nam & si cujus tibi sermo probabitur, multum inde utilitatis ad te, & si non placebit, nihil incommodi redibit. quorum omnium* se-

pite luere debere; [a] *defuturos enim, qui ſuaderent, ſi ſuaſiſſe periculum eſſet. Denique, ipſos quotidie ad ſe vocari in conſilium, variaſque ſententias dicere; nec* [b] *tamen meliori fidei haberi, qui prudentius ſuaſerint.* Itaque *Gracis nunciari* jubet; *ipſum quidem benevolentiæ illorum gratias agere; ceterum, ſi retro ire pergat, haud dubie regnum hoſtibus traditurum. fama* [c] *bella ſtare, & eum, qui*

INTERPRETATIO.

a *Nullos fore qui conſilium darent, ſi dare periculoſum eſſet.*

b *Nec tamen eos* ab ipſo *fideliores exiſtimari, qui utilius conſilium attulerint.*

c *Ex fama pendere bellorum* ſucceſſus.

NOTÆ.

ſequendum exiſtimaris, eos tollauda ac honora. (nam illorum inventis gloriam tibi paries.) quorum vero rejicies, nequaquam eos aut ignominia afficiet, aut culpabis, quum ad eorum tibi voluntatem, non ſucceſſum ejus, ſit reſpiciendum. Auctor aulici inculpati c. 26. monet politicum, ut caveat ancipitium conſiliorum eſſe auctor; quorum adverſus exitus, culpæ ſuaſoris; proſper, fortunæ principis imputatur. Sed ſi fidelis rectique conſilii conſcientiæ ſit certus, ejus, quod anceps fuiſſe demum eventus indicavit, aut fortuna fecit, non jure culpam præſtat. Vt enim Demades dicebat, æquum eſt, eum, qui conſilium dat, perinde ut Medicum, non de morbo accuſare, ſed de ſanatione ei referre gratiam. *Loccenius.*

Defuturos] Quis enim cum capitis periculo, ut ille Charidemus, id faciat? Vere ergo M. Tullius præcipit conſilia dantibus: *In omnibus conſultationibus neque gratiam ſpectandam, neque odia, exiſtimo, ſed eam unamquemque dicere ſententiam debere, quam ipſe optimam cenſeat.*

Ipſos quotidie ad ſe vocari] Attende, Princeps, Perſarum in conſultando aſſiduitatem, & imitare. Atque utinam tam felices ſint reges, ut ex multis, quod optimum eſt, poſſint eligere.

Variaſque ſententias dicere] Ut βασιλεῦ, μὴ λιχθεσίαν μὲν γνώμων ἀντῶν ἀλλ' ἄριστα, ἃ ἴσῃ τὰ ἀμείνω πρόβουλον ἐλέσθαι, ἀλλὰ δεῖ τὰ εἰρημένα χρῆσθαι λιχθεσίαν ἢ ἴσῃ ἄκαιρα τὰ χρυσὸν τὰ ἀκήρατον. αὐτὸν μὲν ἐωυτῷ τὰ διαγνώσκομεν, ἐπεὶ δ' παραχρῆμα μὲν ἄλλο χρυσὸ, διαγνώσκομεν τὸν ἀμείνω. *Rex, niſi diverſa inter ſe ſententia dicantur, non poteſt quis eligere meliorem, ſed neceſſe habet ea, qua dicta eſt, uti: at, cum plures dicta ſunt, licet tanquam aurum purum deligere; quod per ſe diſcerni cum nequeat, comparatum cum altero, diſcerni poteſt.* Artabanus apud *Herodot.* lib. 7. non longe ab initio.

7 *Si retro ire pergat*] Turpe ſibi Datius, tantus rex, putabat futurum, ſi, unde venerat, rediret, quod ipſe fugam interpretabatur. (& habebat ſpeciem fugæ.) hoſtem inde animum ſumpturum, ſuos poſituros; ſe timoris, quod in rege turpiſſimum eſt, ipſaque morte dirius, inſimulatum iri. Itaque multis aut mutatio caſtrorum, aut abitus, aut regreſſus parum feliciter ceſſit, ut Livius, lib. 22. 23 & 44 narrat. De Pyrrho Iuſtinus, 23. *Raderus.*

Fama bella ſtare] Famæ ſerviendum eſt ſtudioſiſſime, eademque ſæpe negligenda & contemnenda, ne vanis rumoribus turberis. prius affirmat noſter, & hic, & aliis locis. Livius accedat, 27. 47. *Famam bellum conficere, & parva momenta in ſpem metumque impellere animos.* Nec Tacitus diſſentit, 13.

8 *fama*

qui recedat, fugere credi. Trahendi vero belli vix ullam 8
esse rationem. tanta enim multitudini, utique quum jam
hyems instaret, in [a] *regione vasta, & invicem à suis atque*
hoste vexata, non suffectura alimenta. Ne dividi quidem 9
copias posse servato more majorum, qui universas vires sem-
per discrimini bellorum obtulerint. Et hercule terribilem an- 10
tea regem, & [b] *absentia sua ad vanam fiduciam elatum, po-*
steaquam adventare se senserit, cautum pro temerario fa-
ctum,

INTERPRETATIO.

a *In Provincia deserta, & à Persis atque Macedonibus alternatim directa.*

b Alexandrum *propter ipsius* Darii *absentiam inani spe inflatum, ex quo istum appropinquare cognovit, prudentem ex temerario redditum, &c.*

NOTÆ.

8. *fama in novis cœptis validissima est*, & Agr. 18. 5. *instandum famæ, ac prout prima cessissent, fore universa.* Contra tamen sæpe animus adversus rumores firmandus. Livius, 22. 39. *adversus famam rumoresque hostium si satis firmus steteris.* Fama vero consiliis, virtute & successu adquiritur.

Qui recedat, fugere credi] Facit huc sententia Curionis apud Cæs. de Bel. Civ. 2. 31. *Castrorum mutatio quid habet nisi turpem fugam, & desperationem omnium, & alienationem exercitus?* Herod. 1. 14. *Bellum relinquere inchoatum; præterquam quod indecorum videtur etiam periculosum est. Quippe audaciam Barbaris injiciemus: neque enim remeandi cupiditate decessisse nos, sed aufugisse metu perculsos arbitrabuntur.* Quamvis, ut Fabius apud Livium, lib. 10. monet, non semper utile sit, uno loco diu sedere exercitum; sed itineribus ac mutatione locorum nobiliorem ac salubriorem esse: tamen famæ interest, ne castrorum & loci mutatio fugæ speciem habere videatur; nec famę solum, sed etiam fortunæ interest. Qui enim ante congressum ex acie recedit, & suis fiduciam minuit, & inimicis addit audaciam; ut ait Vegetius de re mil. 3. 22. Itaque consilium & causa abitus, militi in tempore significanda, ne quid per errorem committatur. Tum etiam expedit postremum agmen firmius effici, si forte sit insecuturus hostis; ut & pontes, per quos iter fit, rescindantur; aut via reddatur impedita, ut insequendi facultas hosti adimatur. *Loccenius.*

9 *Hyems instaret*] Erant Persæ impatientes frigoris, & ob id hiberno tempore bello abstinebant. Quamquam ista huc proprie non pertineant, ubi saltem de annonæ difficultate, quæ per hyemem multo gravior esse solet, agitur; ut ostendunt sequentia. *Freinshemius.*

Non suffectura alimenta] Summa cura Reges Persarum in expeditionem parabant commeatum, cui ἐπιμέλειαν præficiebant, & pro ratione temporis, quod in bello posituri erant, alimenta parabant. de quo Herodotus & Xenophon copiosi testes tradiderunt, veriti Cambysis casum & imprudentiam ab Herodoto reprehensam, & à Seneca exagitatam. *Raderus.*

9 *Servato more majorum*] Sic enim Cyrus, Darius, Xerxes, maximis copiis collectis, ipsi præsentes neminem abire patiebantur, & universas vires in præliis adhibuerunt. *Herodot. Xenophon, & alii.*

10 *In-*

ctum, delituiſſe inter anguſtias ſaltus ritu ignobilium ferarum, quæ ſtrepitu prætereuntium audito, ſylvarum latebris
11 *ſe occuluerunt. Iam etiam* [a] *valetudinis ſimulatione fruſtrari ſuos milites. ſed non amplius ipſum eſſe paſſarum detrectare certamen. in illo ſpecu, in quem pavidi receſſiſſent,*
12 *oppreſſurum eſſe cunctantes.* Hæc magnificentius jactata quam verius. Ceterum, pecunia omni rebuſque pretioſiſſimis Damaſcum Syriæ cum modico præſidio militum miſſis, reliquas copias in Ciliciam duxit, inſequentibus more patrio agmen conjuge & matre. virgines quoque cum parvo filio comitabantur patrem. Forte

INTERPRETATIO.

a *Simulato morbo fallere* ac morari *ſuos milites.*

NOTÆ.

10 *Inter anguſtias*] Montis Amani & portarum Syriæ ad Iſſum: de quibus mox copioſius.

Ritu ignobilium ferarum] Tacitus Agric. *Quomodo ſylvas ſaltuſque penetrantibus, fortiſſimum quodque animal robore: pavida & inertia ipſo agminis ſono pelluntur.*

Se occuluerunt] Cum Modius legat *occulerent*. Acidal. *occulerint*. Bongarſ. *occuluerint*. adhærendum putavi Aldo, quum certe nulli aliarum ſit poſthabenda. *Freinsh.*

11 *In illo ſpecu*] Ita vocat anguſtias montium, in quas more ferarum ſe abdidiſſe ſupra dixit.

Cunctantes] In Cilicia morantes, & Darium exſpectantes.

Hæc magnificentius jactata] Ejuſmodi ſuſpicionem amovet ab ſe Scipio, Livii 21.41. *Non vereor, ne quis me hoc veſtri adhortandi cauſſa magnifice loqui exiſtimet, ipſum aliter animo affectum eſſe.* Solent enim quandoque duces confirmandi militis cauſſa, premere metus ſuos, & de ſuis viribus magnifice prædicare. Sic Æneas apud Virgil. 1. 212.

Talia voce refert, curiſque ingentibus æger
Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem.

Idque eſt, verbis Senecæ ad Polyb. 24. 5. *quod duces magni faciunt, rebus affectis, ut hilaritatem de induſtria ſimulent, & adverſas res adumbrata lætitia abſcondant, ne militum animi, ſi fractam ducis ſui mentem viderint, & ipſi collabantur.* Freinsh.

12 *Pecunia omni*] Arrian. 2. 2. verisimilius ſcribit, *majorem pecuniæ partem.*

Damaſcum] Vide infra 3. 12. 27.

In Ciliciam] Cilicia ab occaſu habet Pamphyliam, ab ortu Syriam, à meridie Iſſicum ſinum, à Septentrione Cappadociam, qua venit Alexander.

More patrio] Perſæ in exercitum proficiſcentes, Conjuges, Liberos, Matres, Pellices, ducere conſueverunt, ut hic, quod eorum conſpectus animos illis adderet: ſimulque quod pro rerum cariſſimarum tutela acrius & ardentius dimicarent, Xenophon, Diodorus, Herodotus, obſervarunt. Neque ab hoc more Germani alieni, Hiſtorico teſte in Germania. Apud Romanos primitus ita conſtitutum erat, ne uxores maritos, vel ad bellum vel ad adminiſtrationem provinciæ abeuntes, comitarentur, niſi mariti vellent teneri ex delictis uxorum. Vide Briſſon. lib. 3. pag. 312.

13 *Ad*

Digitized by Google

›rte eadem nocte & Alexander ad fauces, quibus 13
ria aditur, & Darius ad eum locum, quem *Ama-*
:as Pylas vocant, pervenit. Nec dubitavere Perſæ, 14
ıin Iſſo relicta, quam ceperant, Macedones fuge-
nt. Nam etiam ſaucii quidam & invalidi, qui a-
ıen non poterant perſequi, excepti erant. Quos 15
ınes, [a] inſtinctu purpuratorum, barbara ferita-
ſævientium, *præciſis aduſtiſque manibus circumduci,*
ut

INTERPRETATIO.

1 *Suaſione procerum.*

NOTÆ.

3 *Ad fauces*] Cilicia tres habet
tus peranguſtos. Primus, quo ex
ppadocia Tarſum verſus tenditur,
tam arctus eſt, ut ſimilitudinem
tarum referat. Et de his faucibus
ngreſſu in Ciliciam ſupra 3. 4, 2.
no eſt. Alter eſt, quo ex Cilicia per
tas Amani montis in Syriam exi-
haud procul Iſſo. Tertius, ad portas
iæ eſt. Media, poſt aditum eſt cam-
tris, per quam Pyramus & Cydnus
it. Ternæ pylæ ſunt auctoribus no-
natæ: pylæ ſeu portæ Ciliciæ à Se-
ntrione, quibus per anguſtias veni-
in campeſtrem Ciliciam: alteræ ad
ıani montis radices, quibus in Sy-
n aditur, & Cilicia finitur: tértiæ
ıtæ Syriæ ſeu Ciliciæ ſunt extremæ
ſinum Iſſicum, quem attingunt
ta mare. Ciliciæ ergo portæ, quas
:xander ingreſſus, ſuam felicitatem
hoſtium ſtultitiam admiratus eſt,
t, quibus ex Cappadocia, ut dixi,
tur campeſtris Cilicia. Amanicæ,
bus exitur in Syriam. Syriæ ſeu Ci-
æ ſunt tertiæ, quibus finitur Cilicia
ſus orientem, diverſæ ab Amani-
Raderus.

4 *Nec dubitavere Perſæ*] Quin &
iſtarum partium omnes. De Sana-
lete Ioſephus, 11. 8. *Perſuaſum erat,*
ipſi tantum, ſed & omnibus Aſiati-
, ne primum quidem congreſſum ex-
ſaturos Macedonas. de Cilicibus
od. 17. 32. *ſuis præjudiciis victo-*
n Barbaris deſpondent. Sed fefellit
hoc loco Perſas converſio Macedonum.

Quam ceperant] Dubia oratio in verbis, *quam ceperant*: ceperunt Macedones, & ceperunt Perſæ: illi prius; hi poſterius.

Non poterant] Leve eſt, ſed ſinceritatis tamen intereſt, ut *potuerant* ſcribatur. In eadem voce ſæpe deinceps itidem erratum: quod indicaſſe hic ſemel ſufficerit, ne ubique ſemper iteremus. *Acidal.*

15 *Præciſis adustiſque manibus*] Curt. 5. 5. 6. *Captivi erant Graci ad 4 millia fere, quos Perſæ vario ſuppliciorum modo affecerant*, &c. Porro Perſæ pro delictorum modo, pœnas ſtatuebant. Sontibus autem, morti addictis, vita non uno modo adimebatur. Itaque ſumma ſupplicia erant hæc; Decollatio, Crux, Crematio, vivi hominis ſepultura, Pellis detractio, lapidatio. Mediocribus autem delictis leviores pœnæ irrogabantur. Nam vel exiliis ſontes multabant, vel aliqua corporis parte mutilabant. Quanta autem hæc ſit feritas, expreſſit Florus, 3. 4. ubi de bello Thracio: *Nec aliter cruentiſſimi hoſtium quam ſuis moribus domiti. quippe in captivos igne ferroque ſæviturn eſt. Sed nihil Barbaris atrocius viſum eſt, quam quod abſciſſis manibus relicti, vivere ſuperſtites pœna ſua jubebantur.* Ex Carthaginenſis autem ſpeculatoris ſupplicio apud Livium, 22. 23. non abſurde colligas, hanc ordinariam fuiſſe exploratorum pœnam.

VI

ut copias ſuas noſcerent; ſatisque omnibus ſpectatis, nuncia-
16 *re quæ vidiſſent regi ſuo*, juſſit. Motis ergo caſtris, ſuperat Pinarum amnem, [a] in tergis, ut credebat, fugientium hæſurus. At illi, quorum amputaverat manus, ad caſtra Macedonum penetrant, *Darium quam*
17 *maximo curſu poſſet, ſequi* nunciantes. Vix fides habebatur. itaque ſpeculatores in maritimas regiones præmiſſos *explorare* jubet, *ipſene adeſſet, an præfectorum*
18 *aliquis ſpeciem præbuiſſet univerſi venientis exercitus.* Sed quum ſpeculatores reverterentur, procul ingens multitudo conſpecta eſt. ignes deinde totis campis conlucere cœperunt, omniaque velut continenti incendio ardere viſa: [b] quum incondita multitudo, maxi-
19 me propter jumenta laxius tenderet. Itaque *eo ipſo loco metari ſuos caſtra* juſſerat; lætus, quod omni expetiverat

INTERPRETATIO.

a Macedonum, *ut putabat, fugientium terga* inſequendo *preſſurus.*
b *Quia male diſpoſitus barbarorum exercitus, latius ſpatium tentoriis occupabat.*

NOTÆ.

Vt copias ſuas noſcerent] Ita Valerius Lævinus Cos. cum intra caſtra ſua exploratorem hoſtium deprehendiſſet, magnamque copiarum ſuarum fiduciam haberet, circumduci eum juſſit, terrendique hoſtis cauſſa exercitus ſuos viſendos ſpeculatoribus eorum, quoties voluiſſent, patere. Idem olim fecerat Xerxes Græcis exploratoribus in caſtris deprehenſis, ut Herodotus, lib. 7. cap. 146. refert. *Raderus.* Vide & ſupra, 3. 1. Pertinet huc Plutarchi Demetrius, cap. 26. qui Lyſimacho, ex omnibus regibus ſibi infeſtiſſimo, quique contra ſe, ad ſolvendam Solorum obſidionem, in Ciliciam venerat, oranti, ut machinas ſuas & claſſem oſtenderet, conceſſit.

16 *Pinarum amnem*] Locum ita depingit Raderus: Secundum Iſſum ex monte Pinarus cadebat inter Ægeas & Iſſum, mareque Cilicium recto curſu petebat. Darius ultra Pinarum conſtitit, cis Alexander, qui & mare habebat à ſiniſtro latere, ut Darius à dextro, montem Alexander à dextris, à ſiniſtris Darius. Pinarus medium utriuſque exercitum dividebat.

17 *Speciem præbuiſſet*] Curio apud Cæſar. de bell. Civ. 2. 38, errorem cum ſuo legionumque exitio luit, quod Saburam tantum, Iubæ præfectum, non ipſum etiam Iubam adeſſe crediderat. Apud Livium circa fin. lib. 27, deceptus hoc modo Annibal, cum Neronem conſulem in oppoſitis ſibi caſtris adhuc agere perſuaſum haberet, ſero fatum Carthaginis agnovit.

18 *Sed cum ſpeculatores reverterentur*] Acidalius alibi ſe vidiſſe dicit, *ſed quam ſpecul.* Et à librario forte omiſſa eſt, particula *ante.* ut valeat, priuſquam reverterentur. Vel *reverterentur* ſumatur, pro, cum in reditu eſſent, nondum reverſi.

19 *Latus, quod*, &c.] Apud Arrianum

rerat voto, in illis potiſſimum anguſtiis decernendum eſſe. Ceterum: ut ſolet fieri, quum ultimi diſcriminis tempus adventat; in ſolicitudinem verſa fiducia eſt. Illam ipſam fortunam, qua adſpirante res tam proſpere geſſerat, verebatur; nec injuria, ex his quæ tribuiſſet ſibi, quam mutabilis eſſet, reputabat. *unam ſupereſſe noctem, quæ tanti diſcriminis moraretur eventum.* rurſus occurrebat, *majora periculis præmia: & ſicut dubium eſſet, an vinceret; ita illud utique certum eſſe, honeſte, & cum magna laude moriturum.* Itaque [a] *corpora milites curare* juſſit, *ac deinde tertia vigilia inſtructos*

INTERPRETATIO.

a *Milites juſſit corpora cibo & quiete reficere.*

NOTÆ.

num Alexander ſuos cohortatus, ait: Deum pro ipſis pugnare, qui Darium impulerit, ut & exercitum ex ſpacioſiſſimo campo, in illas anguſtias adduceret: ut Macedonibus commodus ad explicandam phalangem locus eſſet; hoſtibus vero tanta multitudo ad pugnandum inutilis. Plutarchus addit, Darium ſero intellexiſſe, Amyntam vera monuiſſe, & mox voluiſſe errorem corrigere, & exercitum in Meſopotamiæ campos reducere. *Raderus.*

20 *Ut ſolet fieri*] Illud *fieri*, juxta cum Modio exiſtimo eſſe gloſſema. Pulchre Veget. 3. 12. *Animis pene omnium hominum hoc naturaliter evenit, ut trepident, cum ad conflictum venerint.*

Ultimi diſcriminis tempus] Onoſander Strat. c. 36. Φύσει δὲ καιρὸς ἀσφάλεια ἀμυθήτου, καταφρόνησις δὲ καιροῦ σύντονος ἀλλότριον τόλμα. *Tempeſtivus metus eſt prudens ſecuritas, & intempeſtivus contemptus eſt temeritas inſidiis patens.* Vegetius, l. 3. c. 11, monet, quando inſtat publicus conflictus, hoc tempus eſſe, quo tanto magis duces debeant eſſe ſolicii, quanto major ſperatur diligentibus gloria, & majus periculum comitatur ignavos: in quo momento peritiæ uſus, pugnandi doctrina, & conſilium dominatur. Quamvis autem Dux ſecum multa metuat, tamen coram milite plenus omni fiducia apparebit. *Loce.*

Illam ipſam fortunam] Nimia fortuna ſuſpecta haberi ſolet. Florus, l. 4. 2. 79, de Cæſare: *Ante aciem mœſtior, non ex more, ſive reſpectu fragilitatis humanæ, ſive nimiam proſperorum ſuſpectam habens continuationem: vel eadem timens, poſſquam idem eſſe cœperat quod Pompeius.* Quem etiam in ſenſum eleganter Plin. 7. 40. *Quippe ut alia non ſint, certa ne laſſeſcat fortuna, metus eſt.* Loccenius.

21 *Honeſte & cum*, &c.] Eadem Dario mens infra, 5. 8, 15. Ita Saxones à Francis oppreſſi, *in eo convenitur atq; perſiſtunt univerſi, eſſe potiorem mortem dedecore; internecionem ſervitute.* Eodem tendunt illa Cottæ apud Sal. *Cui miſero, ſenecta jam ætate, ne mortem quidem honeſtam ſperare licet.* Pertinet etiam huc querela militum Alexandri ſup. 3, 5, 5. ubi vide.

22 *Corpora milites curare juſſit*] Non educendus in hoſtem exercitus, niſi auxilio divino votis advocato, & corporibus militum modico cibo curatis; ut felicius ac expeditius pugnent, viteſque corporis longiori conflictui ſufficiant. Sic Martius ad milites apud Livium, lib. 25. *Ite, Diis bene juvantibus; corpora curate, ut integri vigenteſque eodem animo in caſtra hoſtium irrumpatis, quo veſtra tutati eſtis.* Loccenius.

Tertia vigilia] Nox in quatuor vigi-

ſtructos & armatos eſſe. ipſe in jugum editi montis aſcendit, multiſque conlucentibus facibus patrio more ſacrificium diis præſidibus loci fecit. Iamque tertium, ſicut præceptum erat, ſignum tuba miles acceperat, itineri ſimul paratus & prælio: *ſtrenueque* juſſi *procedere*, oriente luce pervenerunt ad anguſtias, quas occupare decreverant. *Darium triginta inde ſtadia abeſſe* præmiſſi indicabant. tunc *conſiſtere agmen* jubet; armiſque ipſe ſumptis, aciem ordinabat. Dario adventum hoſtium pavidi agreſtes nunciaverunt, vix credenti occurrere etiam, quos ut fugientes ſequebatur. Ergo non mediocris omnium animos formido inceſſerat: quippe itineri quam prælio aptiores erant, raptimque

INTERPRETATIO.

2 *Ingens timor omnium mentes occupaverat.*

NOTÆ.

ſias militiæ dividebatur; ſingulæ vigiliæ tribus horis ad clepſydram emenſis definiebantur. Vegetius 3. 8. *In quatuor partes ad clepſydram ſunt diviſæ vigiliæ, ut non amplius quam tribus horis nocturnis neceſſe ſit vigilare.* Singulis vigiliis è ſingulis centuriis quaterni equites & quaterni pedites excubabant. Nox incipiebat cum ſole occidente, uti cum eodem naſcente dies, & in horas 12, uti dies, dividebatur, longiores ac breviores, pro ratione anni, ſive hyemis & æſtatis. Tuba vocabat vigiles, cornu ſeu buccina dimittebat.

Diis præſidibus loci fecit] Genium loci vocabant, ex Pythagoræ diſciplina, qui ſingulis locis genium præeſſe docuit. eo factum eſt, ut qui novam regionem ingrederentur, præſidem & genium loci adorarent.

23 *Tertium ſignum*] Tertium ſignum initium dabat tertiæ vigiliæ, ad quam omnes inſtructos & armatos eſſe præceperat. Ergo ex caſtris exercitus omnis media nocte proceſſit, & Dario ad Pinarum amnem occurrit. *Raderus.*

Ad anguſtias] Sinus montium & valles intelligit, ex quibus in planum campum, ubi prælium eſt commiſſum, deſcendebatur. Illæ tamen anguſtiæ tam ſpatioſæ erant & laxæ, ut tricenos binos armatorum, uno verſu per latum incedentes, caperent; mox plures, ut infra audies. *Raderus.*

Occupare] Ne hoſtis anteverteret: locus enim in bellis, maximum ſæpe momentum adfert victoriæ.

24 *Triginta inde ſtadia*] Stadium continet paſſus centum viginti quinque: triginta ergo ſtadia paſſus efficient ter mille ſexcentos quinquaginta.

Pavidi agreſtes] Vt ſolet improviſo hoſtis adventu. nam & illi haud dubie cum ceteris perſuaſum habebant, Macedones fugere; ideoque ſine metu in agris variabantur. Sic apud Livium, 3. 3. *Nec opinata etiam res plus trepidationis fecit, quod nihil minus quam ne victus ac prope in caſtris obſeſſus hoſtis, memor populationis eſſet, timeri poterat. agreſtes ſq; pavidi nuncidentes portis, non populationem, nec prædonum paruas manus, ſed omnia vano augentes timore, exercitus & legiones adeſſe hoſtium, & infeſto agmine ruere ad urbem clamabant.* Freinsh.

Occurrere etiam] Id quidem & ante affir-

sue arma capiebant. sed ipsa festinatio discurrentium, vocisque ad arma vocantium, majorem metum incussit. Alii in jugum montis evaserant, ut hostium agmen 26
inde prospicerent: equos plerique frænabant. discors exercitus, nec ad [a] unum intentus imperium, vario tumultu cuncta turbaverat. Darius initio montis ju- 27
gum cum parte copiarum occupare statuit, & à fronte & à tergo circumiturus hostem: à mari quoque, quo dextrum ejus cornu tegebatur, alios objecturus, ut

INTERPRETATIO.

a *Nec ad unius* ducis *signum* accipiendum *intentus.*

NOTÆ.

affirmaverat Amyntas transfuga. *Alexandrum, ubicunque is Darium esse audivit, vecutum:* sed nolnec at credere Darius, purpuratis solita vanitate spem ejus inflantibus. Vide Arrian. 2. 2.

25 *Sed ipsa festinatio, &c.*] Hujus festinationis & trepidationis exemplum habes apud Cæsarem; qui in Nervios proficiscens, ex itinere quoque fuit oppressus. *Cæsari,* inquit, *uno tempore omnia erant agenda: vexillum proponendum, signum tuba dandum, ab opere revocandi milites, qui paullo longius processerant, arcessendi, acies instruendæ, milites cohortandi, signum dandum: quarum rerum magnam partem temporis brevitas, & succedens & instans hostium impediebat.* Raderus.

26 *Discors exercitus, nec*] Tacitus hist. 3. *Furens miles, ullo duce, sibi quisque auctor.* Idem ibid. *In rebus perditis omnes præcipere, nemo exsequi.*

27 *Darius initio*] Ex Herodiano, lib. 3. cap. 12. colligi potest, fuisse planitiem ad mare Cilicium instar stadii cursorii porrectam, in qua utrimque steterit equitatus; trans Pinarum Darii; eis, versus Syriam, Alexandri; locumque totum monte Tauro velut theatro clausum. Testatur dicto loco Herodianus, suo tempore adhuc stetisse tropæum, seu urbem Alexandriam, in colle sitam, & æneum Alexandri simulacrum. Addit quædam distinctius Callisthenes, spatium illud, in quo decertatum est inter Alexandrum & Darium, à mari usque ad montem, patuisse quatuordecim stadia in latitudinem, & inter castra Alexandri & Darii Pinarum amnem interfluxisse, alta crepidine, spinisque sepum. Hæc Callisthenes, comes Alexandri, & spectator loci, quem de intervallo spatii redarguit Polybius, 12. 3. non potuisse accurate explicari eo numero, quem ipse posuisset Callisthenes; & hoc geometrica & tactica ratione ostendit. Mare autem sinistrum Alexandri cornu, dextrum Darii tegebat: ita ut collecta ex dictis summa, mons cinxerit utramque fere aciem, è cujus regione erat sinus Issicus, & porrectum planumque littus, ubi maxime eques depugnabat. Pinarus amnis medius utramque aciem à montibus usque ad mare distinguebat, quem primus cum suis ingressus Alexander Darium est aggressus. *Raderus.*

A mari quoque] Per classem, quam habebat in Issico sinu, ut inde latus sinistrum Alexandri incesseret. quod tametsi plerique historici tacent, tamen & Curtius hic docet, & Justinus, 11. 10, 4. signate post victoriam ait, *Parmenionem ad occupandam Persicam classem missum.* Raderus. Classem autem istam haud valde magnam fuisse, tum aliis ex notis apparet, tum maxi-

28 ut undique urgeret. Præter hæc viginti millia præmissa cum sagittariorum manu, *Pinarum amnem*, qui duo agmina interfluebat, *transire, & objicere sese Macedonum copiis* jusserat; *si id præstare non possent, retrocedere*
29 *in montes, & occulte circumire ultimos hostium.* Cæterum, [a] destinata salubriter OMNI ratione potentior fortuna discussit: quippe alii præ metu imperium exsequi non audebant; alii frustra exsequebantur:
30 quia, UBI [b] partes labant, summa turbatur.

CAP.

INTERPRETATIO.

a *Sed fors, omni consilio efficacior, irrita reddidit* quæ *utiliter à* Dario *constituta* fuerant.

b *Cum partes* aliquæ *deficiunt, totum perturbatur.*

NOTÆ.

me inde, quod Tyrum obsessurus Alexander *procul habuit classem.* infra, 4. 2. Denique, in tota illa obsidione, nulla classis mentio est, nisi Cypriæ, & navium, quibus Cleander supplementum advexit.

28 *Viginti millia,* &c.] Transisse dicit Arrianus, & quidem plures ante adventum Alexandri ad Pinarum, ut posset secure aciem ordinare; tramisossque postea revocavit. Sic enim Arrianus: *Darius, postquam ei nunciatum est, Alexandrum instructa acie adventare* 30 *millibus equitum, &* 20 *millibus expeditorum, Pinarum flumen transit, ut reliquum exercitum securius instruat.*

Præstare] Spuria & subjecta vox præter genium Curtii videtur.

29 *Cæterum, destinata salubriter*] Et hinc est, quod consiliis fere ex eventu laus est, aut infamia. Nam, ut ait Thucydides, 1. 20, 13. *Multa male consuluta feliciter evenerunt; & plura, quæ recte instituta videbantur, turpiter in contrarium eventum relapsa sunt.* Freinsh.

30 *Ubi partes labant*] Et hoc effatum Curtii ut oraculum Delphicum notandum. In instrumento musico si una vel altera chorda sit dissona, tota turbatur harmonia: ita in statu militari ac civili, si potiores partes inclinent, totus tandem ordo turbatur, nisi tempestiva compositione prævertatur. Hinc prisci dixere, rempubl. constare harmonia, qua dissoluta & illam dissolvi. Et harmonia est consensus membrorum cum capite, partium cum corpore. *Lectenius.*

1 *Dextrum*

CAP. IX.

Vtriusque exercitus membra præcipua & collatio.

ACIES autem hoc modo ſtetit. Nabarzanes 1
equitatu dextrum cornu tuebatur; additis
runditorum ſagittariorumque viginti fere
millibus. In eodem Thymodes erat Græcis peditibus 2
mercede conductis triginta millibus præpoſitus. hoc
erat haud dubium robur exercitus, par Macedonicæ
phalangi acies. In lævo cornu Ariſtomedes Theſſalus 3
viginti millia Barbarorum peditum habebat. In ſubſi-
diis pugnaciſſimas locaverat gentes. Ipſum regem in 4
eodem cornu dimicaturum tria millia delectorum
equi-

NOTÆ.

1 *Extrum cornu*] Peſſime & ſapienter aciem diſpoſuit Darius, modo tam exercitatum habuiſſet militem, quam habuit numeroſum.

2 *In eodem*] Reſcriberem *in medio*; ſic enim alii locant: niſi putem, ab ipſo Curtio ſic eſſe, quando nulli codices diſcrepant: quem ego certe in acierum deſcriptione haud accuratum fuiſſe cerno; atque id omnino accidiſſe ei crediderim; quod hujuſcemodi rerum haud magnopere peritus eſſet. Niſi forte dicamus, eum ita deſcripſiſſe ex aliquo Græculo, qui hoc modo tradiderit; quod non abludit à ratione. *Freinsh.*

Thymodes] Sic malim quam Thymondes: qui ſupra ſuaſerat Dario, ut rediret in latos Meſopotamiæ campos. *Rader.*

Par Macedonica, &c.] Quod accipiendum de virtute militum Græcorum; quum dicit, robur fuiſſe totius exercitus.

Ariſtomedes] Phæreus patria, &, ut Arrian. auctor eſt, & tranſfuga.

In ſubſidiis] Optima ratio eſt, & ad victoriam plurimum confert, ut lectiſſimos de peditibus & equitibus, cum vicariis, comitibus, tribuniſque vacantibus, habeat poſt aciem in ſubſidiis præparatos, alios circa cornua, alios circa medium, ut, ſicubi hoſtis vehementius inſiſtit, ne rumpatur acies, provolent ſubito, & ſuppleant loca, additaque virtute, inimicorum audaciam frangant. *Vegetius.* Addit Lacedæmonios inventores, alios populos imitatores, docetque, ad omnem uſum prælii neceſſaria eſſe ſubſidia.

4 *Ipſum regem*] Hunc locum Briſſon. ita citat: *Ipſum Regem dimicaturum*; omiſſis verbis intermediis *in eodem cornu*. quod forte fecerit, quia propoſito, cui advocabatur locus, non ſerviebant. forte etiam vitium iis ineſſe credidit. certe enim, cum in neutro cornuum, ſed in media acie pugnare conſueverint Perſæ reges, Darius hic, antiqui moris obſervantiſſimus, ut ſupra 3. 8, 9. vidimus, non alibi collocandus erat. Dici tamen poſſit, non ſemper mediam aciem expreſſe nominari, ſed totam in duas partes, ſeu cornua quandoque dividi. Tamen ob exercitus hujus magnitudinem, & moris inculcandi cauſſa, diſtinctius hæc erant proponenda. Atque ita fecit Arrian. 2. 2, 23. qui & morem eum, & narratorem ejus inculcat: *Darius medium aciei*

equitum, adsueta corporis custodiæ; & pedestris acies
5 quadraginta millia sequebantur. Hyrcani deinde, Medique equites: his proximi cæterarum gentium, dextra lævaque dispositi. Hoc agmen, sicut dictum est, instructum, sex millia jaculatorum funditorumque
6 antecedebant. Quidquid in illis angustiis adiri poterat, impleverant copiæ; cornuaque hinc à jugo, illinc à mari stabant; uxorem matremque regis, & alium feminarum gregem in medium agmen accepe-
7 rant. Alexander phalangem, qua nihil apud Macedonas validius erat, in fronte constituit. dextrum cornu Nicanor Parmenionis filius tuebatur: huic proximi stabant Cœnos, & Perdiccas, & Meleager, & Ptolemæus,
8 & Amyntas, sui quisque agminis duces. in lævo, quod ad mare [a] pertinebat, Craterus & Parmenio erant; sed Craterus Parmenioni parere jussus. Equites ab utroque cornu locati: dextrum Macedones Thessalis adjunctis; lævum Peloponnenses tuebantur.
9 Ante hanc aciem posuerat funditorum manum, sagittariis

INTERPRETATIO.

a *Quod versus mare collocatum erat.*

NOTÆ.

renebat, Persarum regum in exercitus ordinatione veteri more observato. Eam itaque consuetudinem non attendisse Curtium, aut alios auctores scitum esse credam. quamquam, ut eum conformare reliquis, aliquando tentarim legere *eadem cura*, nempe quo supra vectum scripserat: in ea pugna *quippe Darius curru sublimis eminebat*, ut dicet noster infr. 3. 11, 12. sed tamen in posteriori pugna iteram lævum cornu tenuisse Darium, Curt. 4. 14, 8. scribit: hic quoque contradicente Arrian. 3, 2. qui ex ipsa acici descriptione post pugnam reperta, tradit in medio stetisse. *Freinsh.* Vel *in medi cornu*, sc. lævo, quod dextro Alexandri erat objectum: ita ut rex contra regem esset dimicaturus.

Adsueta corporis custodiæ] De hac regum Persarum custodia, copiose Bustonius de regno Persarum.

7 *Alexander phalangem*] Ex Appiani libro de bellis Syriacis optime cognosci potest phalangis Macedonicæ in campo stantis ordo & facies. sic enim ille de Antiochi phalange contra Cn. Domitium: *Robur erat phalanx xvi m Macedonum ornata ex instituto regum priscorum Alexandri Philippique. Hæc media acies fuit in decem partes divisa. earum singula in fronte quinquagenos armatos habebant: a fronte introrsus, in duos & triginta ordines patebant acies (in singularum partium latericibus duo & viginti). phalanx muri speciem præ se ferebat. elephantis inter partes eminentibus, tanquam turribus.* Raderus.

1 *Equites ab utroque*] Idem noster lib.

tariis admixtis. Thraces quoque & Cretenſes ante agmen ibant, & ipſi leviter armati. At iis, qui præ- 10
miſſi à Dario jugum montis inſederant, Agrianos oppoſuit ex Græcia nuper advectos. Parmenioni autem præcepterat, *ut quantum poſſet, agmen ad mare extenderet; quo longius abeſſet montibus quos occupaverant barbari.* At illi neque obſtare venientibus, nec cir- 11
cumire prætergreſſos auſi; funditorum maxime adſpectu profugerant territi: eaque res tutum Alexandro agminis latus, quod ne [a] ſuperne inceſſeretur timuerat, præſtitit. Triginta & duo armatorum or- 12
dines ibant; neque enim latius extendi aciem patiebantur anguſtiæ. paulatim deinde ſe laxare ſinus montium, & majus ſpatium aperire cœperant; ita ut non pedes ſolum pluribus ordinibus incedere, ſed etiam à lateribus circumfundi poſſet equitatus.

CAP.

INTERPRETATIO.

a *Eaque res Alexandro reddidit ſecurum latus* dextrum *aciei, quod metuerat ne* ab hoſtibus *ex ſuperiore loco* montis *impeteretur.*

NOTÆ.

lib. 4. *Duo cornua diviſa erant peditum, in utrumque latus equite circumdato.* De aciei equeſtris ordinatione, fuſius Herman. Hugo. lib. 4. de militia equeſtri cap. 5. & 6.

10 *Agrianos*] Geas Pæoniæ inter Hæmum & Rhodopen.

12 *Triginta & duo armatorum*] Arrian. 2, 2. *Quandiu magna erat viarum anguſtia, anguſtum etiam aciem ducebat: ubi vero laxare ſe ſinus montium cœperant,* (ſic appoſite verbis Curtianis utitur eruditiſſimus interpres, ſed ſequentia potius ita vertam) *explicuit ſubinde cornu, alium atque alium ordinem armatorum in phalangem adducens.* Porro *ordines* hoc loco intelligendi ſunt à fronte ad tergum. ſeries enim quælibet, in quantamcumque longitudinem porrigatur, *ordo* dicitur: atque ita triginta duo ordines capiendi ſunt, totidem viri, qui in prima fronte aciei ſimul progrediebantur: quos deinde cæteri ſeriatim ita ſubſequebantur, ut ordines in profundum conſtarent ex quingentis militibus, ſiquidem phalangem 16000 computemus. Vide Lipſii Milit. Rom. 4, 2. Cæterum, Glareanus hoc loco legit: *Duo & triginta* ob rationem quam promſimus infra, 3. 11, 29. ad verba *triginta omnino & duo.*

Equitatus] Qui jam ante ab utroque cornu locatus, propter anguſtias locum nondum occupaverat.

CAP. X.

Alexandri oratio ad milites.

1 IAM in conſpectu, ſed extra teli jactum, utra-
que acies erat; quum priores Perſæ incon-
2 ditum & trucem ſuſtulere clamorem. Red-
ditur & à Macedonibus major, [a] exercitus impar nu-
mero, ſed jugis montium vaſtiſque ſaltibus reper-
cuſſus: quippe ſemper circumjecta nemora petræque,
quantamcumque accepere vocem, multiplicato ſono re-

INTERPRETATIO.

2 *Ne propter velociorem curſum vehementius incitato anhelitu ad prælium languidiores accederent.*

NOTÆ.

1 *Clamorem*] Hic edebatur in ipſa imminente jam conjunctione & conflictu, incitatio pariter animi & virium, atque hoſtilis terror. Nam hos habebat fines. Itaque ante, & cum eminus, ſilentium vaſtum erat; incurſus & impetus duntaxat cum clamore factus. Vetus hercle hoc inſtitutum, & Romuli ævo uſitatum. clamor eſt, qui ipſo fervore certaminum à tenui ſuſurro exoriens, paulatimque adoleſcens, ritu extollitur fluctuum cautibus illiſorum. Nec ſolum clamore uſi Romani, ſed ſtrepitu etiam & concuſſione armorum. Quod ipſum uſurpabant etiam nondum vicino hoſte, & dum duci in eum vellent. Hic clamor tanti apud eos æſtimatus, ut ex eo dijudicarent de eventu pugnæ; nam momentum habet ea res etiam à naturalibus cauſis. Quippe duo ſenſus in nobis, per quos timor maxime in animum penetrat, Oculi & Aures: alterutrum igitur illorum qui turbat, næ ille victoriæ ſuæ multum confert. Clamore jam olim & aliæ uſæ gentes, idque Pane inventore, unde, *Terrores Panici*, proverbium fecerunt. Græcis τὸ ἀλαλάζειν paſſim tribuitur, aut τὸ παιανίζειν. Duos enim Pæanas norunt Græci: Vnum ante prælium, Marti; Alterum poſt prælium, Apollini. Illum ἐμβατήριον παιᾶνα, *Congreſſorium Pæana.* hunc νικητήριον παιᾶνα, *Victorialem Pæana dixerunt.* Videntur cum cantu aut rhythmo quodam fuiſſe, atque ideo Pæanes dicti. *Lipſius.* De hoc more vide prolixe differentem Camerar. ſubſeciv. cap. 77. cent. 1. Grut. in Tacit. cap. 12. Briſſon. lib. 3.

2 *A Macedonibus major*] Diodorus, 17, 33. aliter, nec ſine ratione: quippe cuncta invertit, & Macedonas prius exclamaſſe tradit; Perſas, ob numerum, validius. Noſter autem echus auxilio ſe tuetur, cujus naturam eleganter deſcribunt Radero citati. Lucretius lib. 4. verſ. 572:

Pars ſolidis adliſa locis, rejecta ſonorem
Reddit: & interdum fruſtratur imagine verbi.

Virgil. 4. Georg. verſ. 48.

——— *Vbi cava pulſu*
Saxa ſonant, vocique offenſa reſultat imago.

Idem Georg. 3, 45.

Et vox aſſenſu nemorum ingeminata remugit.

Oſtendit & Ariſtoteles, de anima l. 2, cap. 8, quo pacto fiat Echo.

3 *Manu*

referunt. Alexander ante prima ſigna ibat, idemti- 3
dem manu ſuos inhibens; ne [a] ſuſpenſi, acrius ob
nimiam feſtinationem concitato ſpiritu, capeſſerent
bellum. Cumque agmen obequitaret, varia oratio- 4
ne, ut cujuſque animis aptum erat, milites adlo-
quebatur. Macedones, *tot bellorum in Europa victo-*
res, ad ſubigendam Aſiam atque ultima Orientis, non
ipſius magis, quam ſuo ductu profecti, inveteratæ virtu-
tis admonebantur. *Illos terrarum orbis liberatores, emen-* 5
ſoſque olim Herculis & Liberi patris terminos, non Per-
ſis modo, ſed etiam omnibus gentibus impoſituros jugum:
Ma-

INTERPRETATIO.

a *Poſtquam Herculis & Bacchi limites aliquando prætergreſſi forent.*

NOTÆ.

3 *Manu ſuos inhibens*] Senſus eſt, non placuiſſe Alexandro, properare militem, dum adhuc extra teli jactum erat, ne, antequam cominus fieret, ſpiritus eum deficeret. non quod eum, cum in manibus eſſet pugna, acri impetu curſuque in hoſtem irruere nollet. Hoc igitur eſt quod Alexander cavit: ſimul, ut Arrianus 2, 2. *ne nimia contentione feſtinationeque inceſſus, fluctuans phalanx diſſiparetur.* impetum autem illum committendi cominus prælii adeo non inhibuit, ut etiam præciperet. Sic Clearchus, dux Spartanorum (teſte Diodoro) ſuos milites primo ſilentio & ſenſim incedere ordinavit antequam appropinquarent hoſti: ut ſic integras vires ad prælium adferrent: propinquantes vero, hoſtem concitatiore invadere gradu; ut ſagittarum & miſſilium ictibus minus ſubjecti eſſent, & acrius hoſtem peterent. Ita ob quatuor cauſas citato curſu milites inferebant ſe hoſtibus: ut terrorem iis incuterent: ut procurſu tela concitarentur: ut ab hoſtium telis minus eſſet periculi: ut denique citius ad gladios deveniretur. *Freinsh. Loccenius.*

4 *Varia oratione, ut cujuſque, &c.*] Neceſſarium id Duci; nam in exercitu ex variis gentibus compoſito, quemque *propria cauſſa ſtimulant.* Tacit. 2, 46. Itaque eo loco *Arminius equo conluſtrans cuncta, ut quoſque advectus erat, recuperatam libertatem,* &c. ingerebat. Ita Antonius *alios pudore & probris; multos laude & hortatu, omnes ſpe promiſſisque accendere,* &c. *ut quoſque acceſſerat,* deſcribitur Tacito H. 3, 24. Ita Iugurtha apud Saluſtium, pro cujuſque ingenio, pollicendo, minitando, obteſtando, alium alio modo excitando.

Non ipſius magis, quam ſuo ductu] Ambiguam orationem declinavit in vocibus *ipſius* & *ſuo*, ita ut *ipſius* referatur ad Alexandrum, *ſuo* ad ipſos milites; hoc intellectu: Macedones tam prompte ad expeditionem Aſiaticam & Perſicam profectos, ut ſua & ipſorum potius voluntate profecti ſint, quam Alexandri impulſu. quo ipſo declarat ſtudium Macedonum bellandi, & jam uſitatam notamque virtutem: qua re ſibi conciliavit benevolentiam exercitus. adjungit acta & agenda ab eiſdem. *Radenius.*

5 *Orbis liberatores*] Mox tamen ſubjicit; *omnibus gentibus impoſituros ju-*

nis & ignibus esse deleta: urbes eorum expugnatas: fœdera humani divinique juris violata referebat. Illyrios vero & Thracas, rapto vivere adsuetos, *aciem hostium auro purpuraque fulgentem intueri* jubebat, *prædam, non arma gestantem. Irent, & imbellibus feminis aurum viri eriperent. aspera montium suorum juga, nudosque calles, & perpetuo rigentes gelu, ditibus Persarum campis agrisque mutarent.*

NOTÆ.

adisset, incensa fuisse scribit, præter Ephesium Dianæ: quibus addunt alii & Delium. *Freinshemius.* Contra fas belli credebant etiam ethnici cultiores, militem manus sacris & delubris haud abstinere. Et Florus lib. 3. cap. 5. *Tum quidem domus, templa & ara, humana omnia atque divina jura violata sunt.* quid hic, qui Christiani esse volunt, cogitabunt? Sed Persas templa deleviisse, vult Asconius Ded. ad 3. Verrin. Cic. quia non solum hostes erant, utpote barbari, verum etiam more gentis suæ nulla diis in terris templa condenda esse credebant; præsertim quum uni Soli, quem venerarentur, vix mundus ipse sufficeret. *Loccenius.*

Esse deleta] Modius ex vestigiis membranarum suarum edidit, *Dedita deis templa.* legendum *dedicata.* Rutg.

Fœdera humani divinique] Divini autem juris fœdera violarunt, cum templa diripuerunt. *Raderus.*

Rapto vivere adsuetos] Idem affirmat Strabo lib. 7. διὰ τὸν ἀγρίους ὄντας ἀνθρώπους, καὶ τὸ λῃστρικὸν ἔθνος, *quod eare homines sævi, & latrocinio dediti tenebant.* De Illyriorum rapinis, & bello inde cum Romanis exorto, Florus 2, 5. & late Polyb. à princ. l. 2. In Strabonis loco legam, καὶ τὸ λῃστρικὸν τῶν ἐθνῶν.

Prædam, non arma gestantem] Livius 9, 17. de hoc Alexandro: Darium *mulierum ac spadonum agmen trahentem inter purpuram atque aurum, enervatum fortunæ suæ apparatibus, prædam verius quam hostem, nihil aliud quam bene dives vana contemnere, incruentus devicit.* De aureis atque argenteis armis, vide, si tanti sunt, quæ notavi ad Florum, 1, 16. 7.

10 *Nudosque calles*] Sic malui cum aliquot libris; quam cum aliis *colles*, cum modo de montibus præcesserit; & hoc vocabulum aptissimum sit huic loco. *Freinsh.*

Ditibus] *Mitibus* scriptum se Acidalius reperisse affirmat, quod asperis jugum montibus non male respondet. Sed nec alterum respuendum. *ditibus* ergo pro divitibus. *Raderus.*

CAP. XI.

Pugna cruenta, in qua 100000 *peditum ac* 10000 *equitum Persarum occumbunt: reliquis fusis fugatisque.*

1 IAM ad teli jactum pervenerant; quum Persarum equites ferociter in lævum cornu hostium invecti sunt. Quippe Darius eque-

NOTÆ.

1 *Jam ad teli jactum*] Tam prope utraque acies accesserat, & tantillo intervallo ab se mutuo aberat, ut alteram altera sagittis, plumbeis glandibus & missilibus posset contingere ac impetere. Vegetium, 2, 23. judi: *Se-*

equestri prælio decernere optabat, phalangem Macedonici exercitus robur esse conjectans. jamque etiam dextrum Alexandri cornu circumibatur. Quod 2 ubi Macedo conspexit: duabus alis equitum *ad jugum montis* jussis *subsistere*, ceteros in medium belli discrimen strenue transfert. Subductis deinde ex acie 3 Thessalis equitibus, præfectum eorum *occulte circumire tergum suorum* jubet *Parmenionique conjungi, & quod is imperasset, impigre exsequi*. Iamque ipsi in * medium 4 Persarum undique circumfusi egregie se tuebantur; sed

INTERPRETATIO.

a *In medio Persarum ex omni parte* cingentium *inclusi*.

NOTÆ.

Sagittarii & funditores stupas, hoc est, fruticum vel graminum fasces, pro signo proponebant, ita ut sexcentos pedes removerentur a signo; ut sagittis vel certe lapidibus ex fustibalo destinatis signum tangerent.

Equestri prælio] Qua parte virium maxime fidebat. Persæ enim, ut & successores ipsorum Parthi, rei equestris peritissimi semper sunt habiti. nec mirum: nam pene à pueritia, in equos ascendere, in equis sedere, equos flectere, iis vehi, ex equis pugnare, jaculari, sagittasque mittere, discebant. *Brisson.* lib. 2. pagg. 99.

Conjectans] Non quod nesciret robur phalangis, sed quod phalangem in dextro cornu cum Alexandro esse, ut erat, conjectaret. equitatus enim præmissus prospectum impediebat. Nec enim ipse adhuc expertus erat. scire quidem ex aliorum relatu potuit. Vnde Acidalius tentabat legere, *robur detrectans*. sed ipse Acidalius vidit hanc conjecturâ suam non nimis fido tibicine niti. *Freinsh.*

Iamque etiam dextrum Alexandri cornu] Satis confuse prælia sua narrat Curtius, adeoque in hac re longe præstulerim Arrianum, quem non intelligo quomodo nostro hic conciliet Raderus. Et si quis putat injuriam fieri Curtio, interpretetur mihi, quid sibi velit, quod dextro Alexandri cornu ab hostibus fere circumvento, duabus alis equitum ad jugum montis jussis consistere, ceteros in medium belli discrimen transfert. Iam primum Alexandri dextrum cornu montibus tegebatur, ergo ab eo latere circumiri non potuit: superest, ut factum sit ab altero. sed nec id quidem potuit, nisi Parmenione, qui agmen ad mare extendere ob hoc ipsum jussus erat, jam circumdato. nihil autem tale hic legitur. Reliqua latius exequitur Freinshemius, quæ brevitatis ergo omisi.

2 *Duabus alis*] Socii dicebantur *Alæ*, seu *Cornua*, quia plurimum ut alæ in avibus, corpus illud legionum tegebant socii: hinc *Ala dextra, & sinistra*. Habebat Ala Equites & Pedites; *Equites* numero duplo: quia late socii per oppida & agros sparsi, eoque facilius habere iis equos & tolerare: at Romani, nec censu, multi nimis equites tunc erant, & in una urbe haud tam commode habebant. Erant ergo 600. *Lipsius*.

Ceteros] Equites Thessalos & alios.

4 *Iamque ipsi in medium*] Video Curtium hic voluisse dicere non de Thessalis equitibus, nec enim ii missilibus pugnaverunt, sed de ipso Alexandro. clarum hoc ex hoc capite: *Macedones, ut circa Regem erant. Iamque*, dum ad Parmenonem abeunt equites, *ipse*, Alexander, *in medium Pers. und. circumfusus, egr. se tuebatur*.

Cæ-

ſtructos & armatos eſſe. ipſe in jugum editi montis adſcendit, multiſque conlucentibus facibus patrio more ſacrificium diis præſidibus loci fecit. Iamque tertium, ſicut præceptum erat, ſignum tuba miles acceperat, itineri ſimul paratus & prælio: *ſtrenuequę* juſſi *procedere*, oriente luce pervenerunt ad anguſtias, quas occupare decreverant. *Darium triginta inde ſtadia abeſſe* præmiſſi indicabant. tunc *conſiſtere agmen* jubet; armiſque ipſe ſumptis, aciem ordinabat. Dario adventum hoſtium pavidi agreſtes nunciaverunt, vix credenti occurrere etiam, quos ut fugientes ſequebatur. Ergo non mediocris omnium animos formido inceſſerat: quippe itineri quam prælio aptiores erant, raptimque

INTERPRETATIO.

2 *Ingens timor omnium mentes occupaverat.*

NOTÆ.

ſias militiæ dividebatur; ſingulæ vigiliæ tribus horis ad clepſydram emenſis definiebantur. Vegetius 3. 8. *In quatuor partes ad clepſydram ſunt diviſæ vigilia, ut non amplius quam tribus horis nocturnis neceſſe ſit vigilare.* Singulis vigiliis è ſingulis centuriis quaterni equites & quaterni pedites excubabant. Nox incipiebat cum ſole occidente, uti cum eodem naſcente dies, & in horas 12, uti dies, dividebatur, longiores ac breviores, pro ratione anni, ſive hyemis & æſtatis. Tuba vocabat vigiles, cornu ſeu buccina dimittebat.

Diis præſidibus loci fecit] Genium loci vocabant, ex Pythagoræ diſciplina, qui ſingulis locis genium præeſſe docuit. eo factum eſt, ut qui novam regionem ingrederentur, præſidem & genium loci adorarent.

23 *Tertium ſignum*] Tertium ſignum initium dabat tertiæ vigiliæ, ad quam omnes inſtructos & armatos eſſe præceperat. Ergo ex caſtris exercitus omnis media nocte proceſſit, & Dario ad Pinarum amnem occurrit. *Raderus.*

Ad anguſtias] Sinus montium & valles intelligit, ex quibus in planum campum, ubi prælium eſt commiſſum, deſcendebatur. Illæ tamen anguſtiæ tam ſpatioſæ erant & laxæ, ut trecenos binos armatorum, uno verſu per latum incedentes, caperent; mox plures, ut infra audies. *Raderus.*

Occupare] Ne hoſtis anteverteret: locus enim in bellis, maximum ſæpe momentum adfert victoriæ.

24 *Triginta inde ſtadia*] Stadium continet paſſus centum viginti quinque: triginta ergo ſtadia paſſus efficient ter mille ſexcentos quinquaginta.

Pavidi agreſtes] Vt ſolet improviſo hoſtis adventu. nam & illi haud dubie cum ceteris perſuaſum habebant, Macedones fugere; ideoque ſine metu in agris venabantur. Sic apud Livium, 3. 3. *Nec opinata etiam res plus trepidationis fecit, quod nihil minus quam ne victus ac prope in caſtris obſeſſus: hoſtis, memor populationis eſſet, timeri poterat. agreſteſq; pavidi incidentes portis, non populationem, nec prædonum paucas manus, ſed omnia vano augentes timore, exercitus & legiones adeſſe hoſtium, & infeſto agmine ruere ad urbem clamabant.* Freinsh.

Occurrere etiam] Id quidem & ante affir-

quæ arma capiebant. sed ipsa festinatio discurrentium; 25
suosque ad arma vocantium, majorem metum incussit. Alii in jugum montis evaserant, ut hostium agmen 26
inde prospicerent: equos plerique frænabant. discors exercitus, nec ad [a] unum intentus imperium, vario tumultu cuncta turbaverat. Darius initio montis ju- 27
gum cum parte copiarum occupare statuit, & à fronte & à tergo circumiturus hostem: à mari quoque, quo dextrum ejus cornu tegebatur, alios objecturus, ut

INTERPRETATIO.

a *Nec ad unius ducis signum* accipiendum *intentus.*

NOTÆ.

affirmaverat Amyntas transfuga, *Alexandrum, ubicunque is Darium esse audisset, ocyus futurum:* sed nolnerat credere Darius, pueritiæ solita vanitate spem ejus inflantibus. Vide Arrian. 2. 2.

25 *Sed ipsa festinatio, &c.*] Hujus festinationis & trepidationis exemplum habes apud Cæsarem, qui in Nervios profectus, ex itinere quoque fuit oppressus. *Cæsari,* inquit, *uno tempore omnia erant agenda: vexillum proponendum, signum tuba dandum, ab opere revocandi milites, qui paullo longius processerant, arcessendi, ordines instruendi, milites cohortandi, signum dandum: quarum rerum magnam partem temporis brevitas, & succesus & incursus hostium impediebat.* Raderus.

26 *Discors exercitus, nec*] Tacitus hist. 3. *Furere similes, ubi duce, sibi quisque auctor.* Idem ibid. *In rebus perditis omnes præcipere, nemo exsequi.*

27 *Darius initio*] Ex Herodiano, lib. 3. cap. 12. colligi potest, fuisse planitiem ad mare Cilicium instar stadii cursorii porrectam, in qua utrimque stetit equitatus; trans Pinarum Darii; eis, versus Syriam, Alexandri; locumque totum monte Tauro velut theatro clausum. Testatur dicto loco Herodianus, suo tempore adhuc stetisse tropæum, seu urbem Alexandriam, in colle sitam, & æneum Alexandri simulacrum. Addit quædam distinctius Callisthenes, spatium illud, in quo decertatum est inter Alexandrum & Darium, à mari usque ad montem, patuisse quatuordecim stadia in latitudinem, & inter castra Alexandri & Darii Pinarum amnem interfluxisse, alta crepidine, spinisque septum. Hæc Callisthenes, comes Alexandri, & spectator loci, quem de intervallo spatii redarguit Polybius, 12. 8. non potuisse aciem explicari eo numero, quem ipse posuisset Callisthenes; & hoc geometrica & tactica ratione ostendit. Mare autem sinistrum Alexandri cornu, dextrum Darii tegebat: ita ut collecta ex dictis summa, mons cinxerit utramque fere aciem, è cujus regione erat sinus Issicus, & porrectum planumque littus, ubi maxime eques depugnabat. Pinarus amnis medius utramque aciem à montibus usque ad mare distinguebat, quem primus cum suis ingressus Alexander Darium est aggressus. *Raderus.*

A mari quoque] Perclassem, quam habebat in Issico sinu, ut inde latus sinistrum Alexandri incesserent. quod tametsi plerique historici tacent, tamen & Curtius hic docet, & Justinus, 11. 10. 4. signare post victoriam ait, *Parmenionem ad occupandam Persicam classem missum.* Raderus. Classem autem istam haud valde magnam fuisse, tum aliis ex notis apparet, tum maxi-

28 ut undique urgeret. Præter hæc viginti millia præmissa cum sagittariorum manu, *Pinarum amnem*, qui duo agmina interfluebat, *transire*, & *objicere sese Macedonum copiis* jusserat; *si id præstare non possent, retrocedere*
29 *in montes*, & *occulte circumire ultimos hostium*. Cæterum, [a] destinata salubriter OMNI ratione potentior fortuna discussit: quippe alii præ metu imperium exsequi non audebant; alii frustra exsequebantur:
30 quia, VBI [b] partes labant, summa turbatur.

CAP.

INTERPRETATIO.

a *Sed sors, omni consilio efficacior, irrita reddidit* quæ *utiliter à* Dario *constituta* fuerant.

b *Cum partes* aliquæ *deficiunt, totum perturbatur.*

NOTÆ.

me inde, quod Tyrum obsessurus Alexander *procul habuit classem*. infra, 4. 2. Denique, in tota illa obsidione, nulla classis mentio est, nisi Cypriæ, & navium, quibus Cleander supplementum advexit.

28 *Viginti millia*, &c.] Transisse dicit Arrianus, & quidem plures ante adventum Alexandri ad Pinarum, ut posset secure aciem ordinare; tramisissosque postea revocavit. Sic enim Arrianus: *Darius, postquam ei nunciatum est, Alexandrum instructa acie adventare 30 millibus equitum, & 20 millibus expeditorum, Pinarum flumen transit, ut reliquum exercitum securius instruat.*

Præstare] Spuria & subjecta vox præter genium Curtii videtur.

29 *Cæterum, destinata salubriter*] Et hinc est, quod consiliis fere ex eventu laus est, aut infamia. Nam, ut ait Thucydides, 1. 20, 13. *Multa male consuliata feliciter evenerunt; & plura, quæ recte instituta videbantur, turpiter in contrarium eventum relapsa sunt.* Freinsh.

30 *Vbi partes labant*] Et hoc effatum Curtii ut oraculum Delphicum notandum. In instrumento musico si una vel altera chorda sit dissona, tota turbatur harmonia: ita in statu militari ac civili, si potiores partes inclinent, totus tandem ordo turbatur, nisi tempestiva compositione prævertatur. Hinc prisci dixere, rempubl. constare harmonia, qua dissoluta & illam dissolvi. Et harmonia est consensus membrorum cum capite, partium cum corpore. *Leoninus.*

1 *Dextrum*

Digitized by Google

CAP. IX.

Vtriusque exercitus membra præcipua & collatio.

ACIES autem hoc modo stetit. Nabarzanes 1
equitatu dextrum cornu tuebatur; additis
funditorum sagittariorumque viginti fere
millibus. In eodem Thymodes erat Græcis peditibus 2
mercede conductis triginta millibus præpositus. hoc
erat haud dubium robur exercitus, par Macedonicæ
phalangi acies. In lævo cornu Aristomedes Thessalus 3
viginti millia Barbarorum peditum habebat. In subsi-
diis pugnacissimas locaverat gentes. Ipsum regem in 4
eodem cornu dimicaturum tria millia delectorum
equi-

NOTÆ.

1 *Dextrum cornu*] Perite & sapienter aciem disposuit Darius, modo tam exercitatum habuisset militem, quam habuit numerosum.

2 *In eodem*] Rescriberem *in medio*; sic enim alii locant: nisi putem, ab ipso Curtio sic esse, quando nulli codices discrepant: quem ego certe in acierum descriptione haud accuratum fuisse cerno; atque id omnino accidisse ei crediderim; quod hujuscemodi rerum haud magnopere peritus esset. Nisi forte dicamus, eum ita descripsisse ex aliquo Græculo, qui hoc modo tradiderit; quod non absludit à ratione. *Freinsh.*

Thymodes] Sic malim quam Thymondes: qui supra suaserat Dario, ut rediret in latos Mesopotamiæ campos. *Raderus.*

Par Macedonica, &c.] Quod accipiendum de virtute militum Græcorum; quum dicit, robur fuisse totius exercitus.

Aristomedes] Phæreus patria, &c, ut Arrian. auctor est, & transfuga.

In subsidiis] Optima ratio est, & ad victoriam plurimum confert, ut lectissimos de peditibus & equitibus, cum vicatiis, comitibus, tribunisque vacantibus, habeat post aciem in subsidiis præparatos, alios circa cornua, alios circa medium, ut, sicubi hostis vehementius insistit, ne rumpatur acies, provolent subito, & suppleant loca, additaque virtute, inimicorum audaciam frangant. *Vegetius.* Addit Lacedæmonios inventores, alios populos imitatores, docetque, ad omnem usum prælii necessaria esse subsidia.

4 *Ipsum regem*] Hunc locum Brisson. ita citat: *Ipsum Regem dimicaturum*; omissis verbis intermediis *in eodem cornu*. quod forte fecerit, quia propositi, cui advocabatur locus, non serviebant. forte etiam vitium iis inesse credidit. certe enim, cum in neutro cornuum, sed in media acie pugnare consueverint Persæ reges, Darius hic, antiqui moris observantissimus, ut supra 3. 8, 9. vidimus, non alibi collocandus erat. Dici tamen possit, non semper mediam aciem expresse nominari, sed totam in duas partes, seu cornua quandoque dividi. Tamen ob exercitus hujus magnitudinem, & moris inculcandi caussa, distinctius hæc erant proponenda. Atque ita fecit Arrian. 2. 2, 23. qui & morem eum, & narratotem ejus inculcat; *Darius medium aciei*

equitum, adsueta corporis custodiæ; & pedestris acies
5 quadraginta millia sequebantur. Hyrcani deinde, Medique equites: his proximi cæterarum gentium, dextra lævaque dispositi. Hoc agmen, sicut dictum est, instructum, sex millia jaculatorum funditorumque
6 antecedebant. Quidquid in illis angustiis adiri poterat, impleverant copiæ; cornuaque hinc à jugo, illinc à mari stabant; uxorem matremque regis, & alium feminarum gregem in medium agmen accepe-
7 rant. Alexander phalangem, qua nihil apud Macedonas validius erat, in fronte constituit. dextrum cornu Nicanor Parmenionis filius tuebatur: huic proximi stabant Cœnos, & Perdiccas, & Meleager, & Ptolemæus,
8 & Amyntas, sui quisque agminis duces. in lævo, quod ad mare [a] pertinebat, Craterus & Parmenio erant; sed Craterus Parmenioni parere jussus. Equites ab utroque cornu locati: dextrum Macedones Thessalis adjunctis; lævum Peloponnenses tuebantur.
9 Ante hanc aciem posuerat funditorum manum, sagittariis

INTERPRETATIO.

a *Quod versus mare collocatum erat.*

NOTÆ.

tenebat, *Persarum regum in exercitus ordinatione veteri more observato.* Eam itaque consuetudinem non attendisse Curtium, aut alios auctores secutum esse credam. quamquam, ut eum conformare reliquis, aliquando tentarim legere *eodem cuntu*, nempe quo supra vectum scripserat: in ea pugna *quippe Darius curru sublimis eminebat*, ut dicet noster infr. 3. 11, 12. sed tamen in posteriori pugna iterum lævum cornu tenuisse Darium, Curt. 4. 14, 8. scribit: hic quoque contradicente Arrian. 3, 2. qui ex ipsa acici descriptione post pugnam reperta, tradit in medio stetisse. *Freinsh.* Vel *in eodē cornu*, sc. lævo, quod dextro Alexandri erat objectum: ita ut tex contra regem esset dimicaturus.

Adjectis corporis custodiæ] De hac regum Persarum custodia, copiose Brissonius de regno Persarum.

7 *Alexander phalangem*] Ex Appiani libro de bellis Syriacis optime cognosci potest phalangis Macedonicæ in campo stantis ordo & facies. sic enim ille de Antiochi phalange contra Cn. Domitium: *Robur erat phalangis* XVI *Macedonum ornata ex instituto regum priscorum Alexandri Philippique. Hæ mediæ acies sunt in decem partes divisæ. earum singulæ in fronte quinquagenos armatos habebant: à fronte introrsus, in altos & triginta ordines patebant acies (in singularum partium latericibus duo & viginti). phalanx muri speciem præ se ferebat, elephantis inter partes eminentibus, tanquam turribus.* Raderus.

8 *Equites ab utroque*] Idem noster lib.

tariis admixtis. Thraces quoque & Cretenſes ante agmen ibant, & ipſi leviter armati. At iis, qui præ- 10
miſſi à Dario jugum montis inſederant, Agrianos oppoſuit ex Græcia nuper advectos. Parmenioni autem præceperat, *ut quantum poſſet, agmen ad mare extenderet; quo longius abeſſet montibus quos occupaverant barbari.* At illi neque obſtare venientibus, nec cir- 11
cumire prætergreſſos auſi; funditorum maxime adſpectu profugerant territi: eaque res tutum Alexandro agminis latus, quod ne [a] ſuperne inceſſeretur timuerat, præſtitit. Triginta & duo armatorum or- 12
dines ibant; neque enim latius extendi aciem patiebantur anguſtiæ. paulatim deinde ſe laxare ſinus montium, & majus ſpatium aperire cœperant; ita ut non pedes ſolum pluribus ordinibus incedere, ſed etiam à lateribus circumfundi poſſet equitatus.

CAP.

INTERPRETATIO.

a *Eaque res Alexandro reddidit ſecurum latus* dextrum *aciei, quod metuerat ne* ab hoſtibus *ex ſuperiore loco* montis *impeteretur.*

NOTÆ.

lib. 4. *Duo cornua diviſa erant peditum, in utrumque latus equite circumdato.* De aciei equeſtris ordinatione, fuſius Herman. Hugo. lib. 4. de militia equeſtri cap. 5. & 6.

10 *Agrianos*] Gens Pæoniæ inter Hæmum & Rhodopen.

12 *Triginta & duo armatorum*] Arrian. 2, 2. *Quandiu magna erat viarum anguſtia, anguſtam etiam aciem ducebat: ubi vero laxare ſe ſinus montium cœperunt,* (ſic appoſite verbis Curtianis utitur eruditiſſimus interpres, ſed ſequentia potius ita vertam) *explicuit ſubinde cornua, alium atque alium ordinem armatorum in phalangem adducens.* Porro *ordines* hoc loco intelligendi ſunt à fronte ad tergum. ſeries enim quælibet, in quantumcunque longitudinem porrigatur, *ordo* dicitur: atque ita triginta duo ordines capiendi ſunt, totidem viri, qui in prima fronte aciei ſimul progrediebantur: quos deinde cæteri ſeriatim ita ſubſequebantur, ut ordines in profundum conſtarent ex quingentis militibus, ſiquidem phalangem 16000 computemus. Vide Lipſii Milit. Rom. 4, 8. Cæterum, Glareanus hoc loco legit: *Duo & triginta* ob rationem quam promſimus infra, 3. 11, 29. ad verba *triginta omnino & duo.*

Equitatus] Qui jam ante ab utroque cornu locatus, propter anguſtias locum nondum occupaverat.

CAP. X.

Alexandri oratio ad milites.

1 IAM in conſpectu, ſed extra teli jactum, utra-
que acies erat; quum priores Perſæ incon-
2 ditum & trucem ſuſtulere clamorem. Red-
ditur & à Macedonibus major, [a] exercitus impar nu-
mero, ſed jugis montium vaſtiſque ſaltibus reper-
cuſſus: quippe ſemper circumjecta nemora petræque,
quantamcumque accepere vocem, multiplicato ſono re-

INTERPRETATIO.

a *Ne propter velociorem curſum vehementius incitato anhelitu ad prælium languidiores accederent.*

NOTÆ.

1 CLamorem] Hic edebatur in ipſa imminente jam conjunctione & conflictu, incitatio pariter animi & virium, atque hoſtilis terror. Nam hos habebat fines. Itaque ante, & cum eminus, ſilentium vaſtum erat; incurſus & impetus duntaxat cum clamore factus. Vetus hercle hoc inſtitutum, & Romuli ævo uſitatum. clamor eſt, qui ipſo fervore certaminum à tenui ſuſurro exoriens, paulatimque adoleſcens, ritu extollitur fluctuum cautibus illiſorum. Nec ſolum clamore uſi Romani, ſed ſtrepitu etiam & concuſſione armorum. Quod ipſum uſurpabant etiam nondum vicino hoſte, & dum duci in cum vellent. Hic clamor tanti apud eos æſtimatus, ut ex eo dijudicarent de eventu pugnæ; nam momentum habet ea res etiam à naturalibus cauſis. Quippe duo ſenſus in nobis, per quos timor maxime in animum penetrat, Oculi & Aures: alterutrum igitur illorum qui turbat, næ ille victoriæ ſuæ multum confert. Clamore jam olim & aliæ uſæ gentes, idque Pane inventore, unde, *Terrores Panici*, proverbium fecerunt. Græcis τὸ ἀλαλάζειν paſſim tribuitur, aut τὸ παιανίζειν. Duos enim Pæanas norunt Græci: Vnum ante prælium, Marti; Alterum poſt prælium, Apollini. Illum ἐμβατήριον παιᾶνα, *Congreſſorium Pæana.* hunc ἐπινίκιον παιᾶνα, *Victorialem Pæana dixerunt.* Videntur cum cantu aut rhythmo quodam fuiſſe, atque ideo Pæanes dicti. *Lipſius.* De hoc more vide prolixe diſſerentem Camerar. ſubſeciv. cap. 77. cent. 1. Grut. in Tacit. cap. 12, Briſſon. lib. 3.

2 *A Macedonibus major*] Diodorus, 17. 33. aliter, nec ſine ratione: quippe cuncta invertit, & Macedonas prius exclamaſſe tradit; Perſas, ob numerum, validius. Noſter autem echus auxilio ſe tuetur, cujus naturam eleganter deſcribunt Radero citati. Lucretius lib. 4. verſ. 571:

Pars ſolidis adlifa locis, rejecta ſonorem
Reddit: & interdum fruſtratur imagine verbi.

Virgil. 4. Georg. verſ. 48.

——— *Vbi concava pulſu*
Saxa ſonant, vocemque offenſa refultat imago.

Idem Georg. 3, 45.

Et vox aſſenſu nemorum ingeminata remugit.

Oſtendit & Ariſtoteles, de anima l. 2, cap. 8, quo pacto fiat Echo.

3 *Mons*

referunt. Alexander ante prima signa ibat, idemti- 3
dem manu suos inhibens; ne [4] suspensi, acrius ob
nimiam festinationem concitato spiritu, capesserent
bellum. Cumque agmen obequitaret, varia oratio- 4
ne, ut cujusque animis aptum erat, milites adlo-
quebatur. Macedones, *tot bellorum in Europa victo-*
res, ad subigendam Asiam atque ultima Orientis, non
ipsius magis, quam suo ductu profecti, inveteratæ virtu-
tis admonebantur. *Illos terrarum orbis liberatores, emen-* 5
sosque olim Herculis & Liberi patris terminos, non Per-
sis modo, sed etiam omnibus gentibus imposituros jugum:
Ma-

INTERPRETATIO.

[2] *Postquam Herculis & Bacchi limites aliquando prætergressi forent.*

NOTÆ.

3 *Manu suos inhibens*] Sensus est, non placuisse Alexandro, properare militem, dum adhuc extra teli jactum erat, ne, antequam cominus fieret, spiritus eum deficeret. non quod eum, cum in manibus esset pugna, acri impetu cursuque in hostem irruere nollet. Hoc igitur est quod Alexander cavit: simul, ut Arrianus 2, 2. *ne nimia contentione festinationeque incessus, fluctuans phalanx dissiparetur.* impetum autem illum committendi cominus prælii adeo non inhibuit, ut etiam præciperet. Sic Clearchus, dux Spartanorum (teste Diodoro) suos milites primo silentio & sensim incedere ordinavit antequam appropinquarent hosti: ut sic integras vires ad prælium afferrent: propinquantes vero, hostem concitatiore invadere gradu; ut sagittarum & missilium ictibus minus subjecti essent, & acrius hostem peterent. Ita ob quatuor causas citato cursu milites inferebant se hostibus: ut terrorem iis incuterent; ut procursu tela concitarentur: ut ab hostium telis minus esset periculi: ut denique citius ad gladios deveniretur. *Freinsh. Lotenius.*

4 *Varia oratione, ut cujusque, &c.*] Necessarium id Duci; nam in exercitu ex variis gentibus composito, quemque *propria causa stimulant.* Tacit. 2, 46. Itaque eo loco *Arminius eque conlustrans cuncta, ut quosque advectus erat, recuperatam libertatem,* &c. ingerebat. Ita Antonius *alios pudore & probris; multos laude & hortatu, omnes spe promissisque accendere,* &c. *ut quosque accesserat,* describitur Tacito H. 3, 24. Ita Jugurtha apud Salustium, pro cujusque ingenio, pollicendo, minitando, obtestando, alium alio modo excitando.

Non ipsius magis, quam suo ductu] Ambiguam orationem declinavit in vocibus *ipsius* & *suo*, ita ut *ipsius* referatur ad Alexandrum, *suo* ad ipsos milites; hoc intellectu: Macedones tam prompte ad expeditionem Asiaticam & Persicam profectos, ut sua & ipsorum potius voluntate profecti sint, quam Alexandri impulsu. quo ipso declarat studium Macedonum bellandi, & jam usitatam notamque virtutem: qua re sibi conciliavit benevolentiam exercitus. adjungit acta & agenda ab eisdem. *Raderus.*

5 *Orbis liberatores*] Mox tamen subjicit, *omnibus gentibus imposituros jugum.*

Macedonum Bactra & Indos fore. minima esse, quæ
6 *nunc intuerentur; sed omnia victoria parari. Non prerup-*
tis petris Illyriorum & Thracia saxis sterilem laborem fore;
spolia totius Orientis offerri. Vix gladio futurum opus;
totam aciem suo pavore fluctuantem umbonibus posse pro-
7 *pelli. Victor ad hæc Atheniensium Philippus pater* invo-
cabatur: *domitaque nuper Bœotia, & urbis in ea nobi-*
lissimæ ad solum dirutæ, species repræsentabatur ani-
mis.

NOTÆ.

gum. nisi tueris: orbem superba Persarum dominatione liberatum, justo mitique imperio complexuros esse. Cetterum, longe aliud judicium Ennodii fuit, in vita B. Epiphanii: *Pellæus princeps Alexander, quem peccatorem orbis vocavit vana laudatio.* Freinshemius.

Herculis & Liberi patris, &c.] De his, ut & Bactris Indisque, sigillatim infra.

6 *Non præruptis petris Illyriorum*] Illyria regio Pangæo proxima, ab Illyrio Cadmi filio dicta est. *Steph.* Illyrici loca quædam prorsus aspera sunt, εὐλογχύτατοι τυλίωσε. Cetera terra fertilis est ac opima, nisi, qua montosa est, & Borea tunditur. *Strabo.* Continebat olim quidquid est à Danubio ad Italiam, usque ad oram Istri; hodie Sclavoniam dicunt. Erat Illyrici nomen prius aliis locis tributum, post in superiorem continentem, & Thracias intra Hæmum & Rhodopen transiit. Deinde situm fuit Illyricum inter dictos montes circa Hæmum atque Istrum usque pontum Euxinum. *Zonaras.* Auctor eam intelligit, quæ est supra Macedoniam & Thracias, infra Hæmum & Rhodopen. *Rader.*

Thracia] Cujus olim caput Byzantium.

Totam aciem &c.] Sic Darius lib. 4. de militib. Alexandri: *Obteri mobercule equorum ungulis possunt.* Virium hostilium extenuatio, facere quidem videtur ad minuendum nostris terrorem; sed aberit nimia jactatio, prudentibus suspecta, modestis invisa. Præstat suas & hostium vires recte æstimare, quam illas plus æquo extollere: has nimis deprimere. *Locum.*

Umbonibus] Umbo est media illa pars scuti, quæ protuberat & inseritur cum rotundo tumore. Ideo *Umbo*, quod Græcis est ὄμφαλος. Usus, ad avertendos vehementiores ictus lapidum & sarissarum, & cujuscumque violenti teli. Eo etiam hostes avertebant: nam in conflictu & pugna cominus utebantur eo ad impulsum. *Lipsius.* Nonnunquam pro cubiti ansati condylo sumitur. Sic Martialis:

In turbam incideris, cunctos umbone repellet.

7 *Philippus pater invocabatur*] Sic Germanicus legitur *precatus Drusum patrem, ut se eadem ausum, libens placatusque exemplo ac memoria consiliorum atq; operum juvaret.* Tacit. 2. 8. Quamquam hic loci vocabulum *invocandi* non aliter ceperim, quam pro advocare: advocabat eum exemplo, res ejus gestas memorando, usitatissimo ejusmodi hortationum loco, à majorum præclare factis, maxime, si qua recentia sunt; animos militum exstimulando. *Freinsh.*

Domitaque nuper Bœotia] In prælio contra Bœotos Alexander alterum cornu duxit, cum annum 18 ageret, Olymp. 110. ann. 3. Hæc pugna ad Choroneam pugnata est. *Rader.*

Ad solum dirutæ] Thebas intelligit, Causa everfionis fuit, quod ab Alexandro defeciſſent, & Macedonicum præsidium ejicere statuissent, totamque Græciam ad defectionem sollicitarent.

mis. *jam Granicum amnem, jam tot urbes, aut expugnatas, aut in fidem acceptas; omniaque, quæ post tergum erant, strata, & pedibus ipsorum subjecta* memorabat. Quum adierat Græcos; admonebat *ab iis gentibus illa-* 8
ta Græcia bella Darii prius, deinde Xerxis insolentia, aquam ipsam terramque postulantium: ut neque fontium haustum, nec solitos cibos relinquerent. Dein *deûm templa rui-* 9
nis

NOTÆ.

tarent. *Radaus.* Thebæ ab Alexandro instauratæ in gratiam Clytimachi athletæ. *Tzetzes.* Alii à Cassandro instauratas putant. *Pausanias.*

Granicum amnem] De hoc amne supra dictum.

8 *Aquam ipsam terramque postulantium*] Nobilis hic locus, & diversis Criticorum argutiis indigne habitus. Cum enim Modius nescio quo in codice reperisset *postentium*, eam lectionem arripuit: sed de tributo pro aqua & terra solvendo interpretatus est. quem eo nomine recte reprehendens alius, fervore disputationis eo prolabitur, ut veram quoque sententiam perverterit, & retento *postulantium*, ridicule exponat de fluviis, quos ab exercitu Xerxis siccatos esse prodiderunt. Persarum reges, quibus populis bellum indicebant, aut à quibus alias volebant tradi sibi rerum omnium potestatem, ab iis per legatos terram & aquam poscebant. Id nempe συμβολικῶς. cum eò se argumento dominos vellent omnium, quæ terra marique tenerentur. Et hoc igitur & illam qui quasi darent, accipere se imperium ultro significabant: qui negarent, ab iis mox vi & bello repetebant. Fortissimum autem argumentum est in ipso more atque historia. Haud enim dubium est, quin de more Persico terram & aquam petendi senserit Alexander atque Curtius. quapropter verissimam esse scripturam, quam Florentina aliæque edd. & jam nostra, proferunt. Vide, quæ de illo more Persarum notavit Brissonius. lib. 3. cui adde ex Aristidis Panath. præter locos à Brissonio citatos, eum quoque, quo tradit, Xerxem litterarum Salaminem ad Athenienses misisse, aquam & terram, ut antea, petitum. Hæc igitur est insolentia, quæ non tantum Alexandro indigna, sed Athenienses atque Spartanis adeo intolerranda visa est, ut potius jus gentium violandum, quam istam superbiam perferendam putarent. Per aquæ autem & terræ petitionem, absolutam dantium deditionem significabant, tanquam rerum ad humanam vitam maxime necessariarum, quod pulchre indicat Taxiles apud Plut. Alexand. cap. 103. *Quum neque aquam nobis ademptum, neque victum necessarium, venerit, pro quibus solis necesse habent homines sani decertare.* Freinsh.

Ut neque fontium haustum, &c.] De Turcis quoque circumfertur & illud: Qua Othomannicus aliquis transit, ibi neque folia, neque gramen provenire. quod Christianos propius experiri (ut minæ belli videntur) Deus benigne prohibeat. Sed Curtius ad Persicum morem de deditionis signis respicit, ut viri docti volunt; etsi alii aliter. *Loccenius.*

9 *Templarumve*] Non desunt, qui Xerxem templa Græcorum incendisse aiunt, quod à Judæis veram religionem edoctus, ex præcepto divino Deut. 7. 5. id sibi faciundum putaret. Sed constat ex Pausania in Arcad. & Val. Max. l. 2. c. 10. ext. 1. eum statuas Deorum non, ut ibi jubetur, confregisse; sed potius in Persidem deportasse. Cicero, de leg. 2, 10, persuasum à Magis ait, Græcos criminantibus, *quod parietibus includerent Deos, quibus omnia deberent esse patentia.* Strabo, lib. 14. omnia templa à Xerxe, quocunque adisset,

Digitized by Google

nis & ignibus esse deleta: urbes eorum expugnatas: fœdera humani divinique juris violata referebat. Illyrios vero & Thracas, rapto vivere adsuetos, *aciem hostium auro purpuraque fulgentem intueri* jubebat, *prædam, non arma gestantem. Irent, & imbellibus feminis aurum viri eriperent. aspera montium suorum juga, nudosque calles, & perpetuo rigentes gelu, ditibus Persarum campis agrisque mutarent.*

NOTÆ.

adisset, incensa fuisse scribit, præter Ephesium Dianæ: quibus addunt alii & Delium. *Freinshemius.* Contra fas belli credebant etiam ethnici cultiores, militem manus sacris & delubris haud abstinere. Et Florus lib. 3. cap. 5. *Tum quidem domus, templa & ara, humana omnia atque divina jura violata sunt.* quid hic, qui Christiani esse volunt, cogitabunt? Sed Persas templa deleviſse, vult Asconius Ded. ad 3. Verrin. Cic. quia non solum hostes erant, utpote barbari, verum etiam more gentis suæ nulla diis in terris templa condenda esse credebant: præsertim quum uni Soli, quem venerarentur, vix mundus ipse sufficeret. *Loccenius.*

Esse deleta] Modius ex vestigiis membranarum suarum edidit, *Dedita deis templa.* legendum *dedicata.* Rutg.

Fœdera humani divinique] Divini autem juris fœdera violarunt, cum templa diripuerunt. *Raderus.*

Rapto vivere adsuetos] Idem affirmat Strabo lib. 7. διὰ πᾶν ἀγεώργητα ἔθνη ἀνθρώπων, καὶ τὸ λῃστρικὸν ἰθνος, *quod eam homines sævi, & latrocinio diditi tenebant.* De Illyriorum rapinis, & bello inde cum Romanis exorto, Florus 2, 5. & late Polyb. à princ. l. 2. In Strabonis loco legam, καὶ τὸ λῃστρικὸν τῶν ἰθνῶν.

Prædam, non arma gestantem] Livius 9, 17. de hoc Alexandro: Darium *mulierum ac spadonum agmen trahentem inter purpuram atque aurum, enervatum fortunæ suæ apparatibus, prædam verius quam hostem, nihil aliud quam bene dispositæ vanæ contemnere, incruentus devicit.* De aureis atque argenteis armis, vide, si tanti sunt, quæ notavi ad Florum, 1, 16. 7.

10 *Nudosque calles*] Sic malui cum aliquot libris; quam cum aliis *colles*, cum modo de montibus præcesserit; & hoc vocabulum aptissimum sit huic loco. *Freinsh.*

Ditibus] *Mitibus* scriptum se Acidalius reperisse affirmat, quod asperis jugum montibus non male respondet. Sed nec alterum respuendum. *ditibus* ergo pro divitibus. *Raderus.*

CAP. XI.

Pugna cruenta, in qua 100000 *peditum ac* 10000 *equitum Persarum occumbunt: reliquis fusis fugatisque.*

1 IAM ad teli jactum pervenerant; quum Persarum equites ferociter in lævum cornu hostium invecti sunt. Quippe Darius

NOTÆ.

eque-

1 *Jam ad teli jactum*] Tam prope utraque acies accesserat, & tantillo intervallo ab se mutuo aberat, ut alteram altera sagittis, plumbeis glandibus & missilibus posset contingere ac impetere. Vegetium, 2, 23, audi: *So-*

equestri prælio decernere optabat, phalangem Macedonici exercitus robur esse conjectans. jamque etiam dextrum Alexandri cornu circumibatur. Quod 2 ubi Macedo conspexit: duabus alis equitum *ad jugum montis* jussis *subsistere*, ceteros in medium belli discrimen strenue transfert. Subductis deinde ex acie 3 Thessalis equitibus, præfectum eorum *occulte circumire tergum suorum* jubet *Parmenionique conjungi, & quod is imperasset, impigre exsequi.* Iamque ipsi in [a] medium 4 Persarum undique circumfusi egregie se tuebantur; sed

INTERPRETATIO.

a *In medio Persarum ex omni parte* cingentium *inclusi.*

NOTÆ.

Sagittarii & funditores scopas, hoc est, frumenti vel graminum fasces, pro signo proponebant, ita ut sexcentos pedes removerentur a signo, ut sagittis vel certe lapidibus ex fustibalo destinatum signum tangerent.

Equestri prælio] Qua parte virium maxime fidebat. Persæ enim, ut & successores ipsorum Parthi, rei equestris peritissimi semper sunt habiti. nec mirum: nam pene à pueritia, in equos ascendere, in equis sedere, equos flectere, iis vehi, ex equis pugnare, jaculari, sagittasque mittere, discebant. *Brisson.* lib. 2. pag. 99.

Conjectans] Non quod nesciret robur phalangis, sed quod phalangem in dextro cornu cum Alexandro esse, ut erat, conjectaret. equitatus enim præmissus prospectum impediebat. Nec enim ipse adhuc expertus erat. scire quidem ex aliorum relatu potuit. Vnde Acidalius tentabat legere, *robur detrectans*. sed ipse Acidalius vidit hanc conjecturâ suam non nimis fido ubicine niti. *Freinsh.*

Iamque etiam dextrum Alexandri cornu] Satis confuse prælia sua narrat Curtius, adeoque in hac re longe præstulerim Arrianum, quem non intelligo quomodo nostro hic concilier Raderus. Et si quis putat injuriam fieri Curtio, interpretetur mihi, quid sibi velit, quod dextro Alexandri cornu ab hostibus fere circumvento, duabus alis equitum ad jugum montis jussis consistere, ceteros in medium belli discrimen transfert. Iam primum Alexandri dextrum cornu montibus tegebatur, ergo ab eo latere circumiri non potuit: supereſt, ut factum sit ab altero. sed ne id quidem potuit, nisi Parmenione, qui agmen ad mare extendere ob hoc ipsum jussus erat, jam circumdaro. nihil autem tale hic legitur. Reliqua latius exequitur Freinshemius, quæ brevitatis ergo omisi.

2 *Duabus alis*] Socii dicebantur *Ala*, seu *Cornua*, quia plurimum ut alæ in avibus, corpus illud legionum tegebant socii: hinc *Ala dextra & sinistra*. Habebat Ala Equites & Pedites; *Equites* numero duplo: quia late socii per oppida & agros sparsi, eoque facilius habere iis equos & tolerare: at Romani, nec censu, multi nimis equites tunc erant, & in una urbe haud tam commode habebant. Erant ergo 600. *Lipſ.*

Ceteros] Equites Thessalos & alios.

4 *Iamque ipsi in medium*] Video Curtium hic voluisse dicere non de Thessalis equitibus, nec enim ii missilibus pugnaverunt, sed de ipso Alexandro. clarum hoc ex hoc capite: *Macedones, ut circa Regem erant. Iamque*, dum ad Parmenionem abeunt equites, *ipse*, Alexander, *in medium Pers. und. circumfusus, &c. se tuebatur.*

Cu-

sed conferti, & quasi cohærentes, tela vibrare non poterant: simul erant emissa, in eosdem concurrentia implicabantur, levique & vano ictu pauca in hostem, plura in humum innoxia cadebant. ergo cominus pugnam coacti conferere, gladios impigre stringunt. Tum vero multum sanguinis fusum est. duæ quippe acies ita cohærebant, ut armis arma pulsarent; mucrones in ora dirigerent. Non timido, non ignavo cessare tum licuit: conlato pede, quasi singuli inter se dimicarent, in eodem vestigio stabant, donec vincendo locum sibi facerent. Tum demum ergo promovebant gradum, quum hostem prostraverant. At illos novus excipiebat adversarius fatigatos: nec vulnerati, ut alias solent, acie poterant excedere, quum hostis instaret à fronte, à tergo sui urgerent. Alexander non ducis magis, quam militis mune-

NOTÆ.

Conferti] Hoc jam ad utrosque exercitus pertinet, ut ostendant sequentia, non ad Persicum tantum, quod volebant alii. *Lipsius.*

Vibrare non poterant] Quod spatium non esset contra adversarium tendendi: vibrare non poterant Macedones, inquam, circumfusi à Persis, & inter se conferti & densati. Cæsar, lib. 1. de bello Gallico: *ut spatium pila in hostes conjiciendi non daretur. Rejectis pilis cominus gladiis pugnatum est.* Raderus.

Simul] Pro *simul ac.*

In eosdem] Falsum hoc. non enim potuerunt in eosdem incidere, quæ mutuo occursu intercepta. *plura in humum innoxia cadebant.* Modius & ex eo Raderus *in eodem* scribunt: quomodo olim etiam mihi videbatur, priusquam eos vidissem; præferebam tamen, *in idem*: sed neque hinc neque illi lectioni quisquam codicum adstipulatur. *Lipsius.*

Acies ita cohærebant] Sic Curtius supra, 3. 2, 13. *Vir viro, armis arma conserta sunt.* Sic & Virgil.

——*hæret pede pes, densusque viro vir.*

Mucrones in ora dirigerent] Hæc nullo alio aspectu posuit Curtius, nisi ad ostendendam propinquitatem pugnandi. Alias enim videri possit alludisse ad præceptum Cæsaris, *Milites faciem ferire.* Flor. 4. 2, 56.

Non ignavo cessare] Cogebantur ergo acriter pugnare, quia spes fugiendi illis erepta erat. Sic necessitas ignaviam acuebat, & desperatio fugæ, spem adferebat.

7. Alexander non ducis magis, quam militis] Nam juvenis iste suopte ingenio præliorum avidus erat, nec tantum ex auspicio ductuque suo, quam opere manuum gloriam venabatur: nec in eo suorum magis utilitatem, quam suam cupiditatem sequebatur. Clarum id ex eo, quod ducibus suis respondit, in Mallis prope occisus, infra, 9. 6, 17. Ergo hunc præcipue versum Homeri laudavit; Il. γ. 8. 179.

Idem Rex bonus, & bellator strenuus idem.

Nec sane indigna Rege ea laus est; sed prudentia requiritur, ut in omnibus, quæ definiat, virtutis ostentandæ modum

munera exſequebatur; opimum [a] decus cæſo rege expetens. quippe Darius curru ſublimis eminebat, & ſuis ad ſe tuendum, & hoſtibus ad inceſſendum, ingens incitamentum. Ergo frater ejus Oxathres, quum Alexandrum inſtare ei cerneret, equites, quibus præerat, ante ipſum currum regis objecit: armis & robore corporis multum ſuper ceteros eminens; animo vero & pietate in pauciſſimis. illo utique prælio clarus, alios improvide inſtantes proſtravit, alios in fugam avertit. At Macedones, ut circa regem erant, mutua adhortatione firmati, cum ipſo in equitum agmen inrumpunt. Tum vero ſimilis ruinæ ſtrages erat. Circa currum Darii jacebant nobiliſſimi duces, ante oculos regis egregia morte defuncti, omnes in ora proni, ſicut dimicantes procubuerant, adverſo corpore vulneribus acceptis. Inter hos

INTERPRETATIO.

a *Præcipuum* pugnæ *honorem Darii cæde* referre *cupiens*.

NOTÆ.

dum tempuſque commonſtret. *Lipſius.*

Opimum decus] Spolia opima Romani moris alludit: de quibus ad Florum, 1. 1. 11. diximus. Ceterum, Druſus Alexandro huic ſimilem ſe præbuit, quem Sueton. Claud. c. 1. 11. ſcribit, *Ex hoſte ſuper victoriam, opima quoque ſpolia captaſſe, ſummoque ſupino diſcrimine duces Germanorum tota acie inſectatum.*

Curru ſublimis eminebat] Vide Briſſon. lib. 1. pag. 83. f. quamquam Arrian. & quidem vero ſimilius, dicat, eum poſtea fugæ tantum cauſa currum conſcendiſſe. niſi tamen concilies ex Diodoro, 17. 34. fuiſſe in curru, eumque quatientibus equis, alio conſcenſo fugiſſe. Alexander autem eques pugnam iniit.

Ingens incitamentum] Præſentia Principis eſt anima exercitus. Alexander ſupra, in eo poſitam victoriam arbitrabatur, ſi tantum ante ſigna ſtare potuiſſet. *Raderus.*

8 *Oxathres*] Sæpius hic Oxathres infra recurret, cum inter captivos ab Alexandro electus, & inter amicos & cuſtodes corporis adhibitus fuit; eique Beſſus fratris proditor & percuſſor eſt ad ſupplicium deditus. *Raderus.*

In pauciſſimis] Hic loquendi modus prope ſingularis eſt Curtio; *in paucis bonus, fortis*, &c. ut qui paucos vel pauciſſimos habeat pares.

9 *Similis ruinæ ſtrages erat*] Macedones, ut fulmina belli, ſternebant omnia. hoc impetu fundamenta victoriæ jecit Alexander. *Raderus.*

Omnes in ora proni] Vide Flori caput 1 lib. 4. in fine; & lib. 3. cap. 18. ſic Arrian. fin. lib. 2. de Gazenſibus: ἐπέβαινον πάντες αὐτῶν μαχόμενοι, ἐς ἴσαςγε ἐπέχαμνον, *eo ipſo loco quo quiſque conſiterat, vitam pugnans amiſit.* Adverſa porro vulnera honeſta, averſa

hos Atizyes, & Rheomithres, & Sabaces prætor Ægypti, magnorum exercituum præfecti noſcitabantur: circa eos cumulata erat peditum equitumque obſcurior turba. Macedonum quoque non quidem multi, ſed promptiſſimi tamen cæſi ſunt: inter quos Alexandri dextrum femur leviter mucrone perſtri-
11 ctum eſt. Iamque qui Darium vehebant equi, confoſſi haſtis & dolore efferati, jugum quatere, & regem

NOTÆ.

averſa pudenda. Hoc argumento eſt, militem ad mortem uſque fortiter pugnaſſe, ſi adverſo, non averſo corpore vulneribus acceptis occubuerit. L. Sicinius in hiſtoria Rom. laudatur, quod cum centies & vicies acie concertaſſet, octo hoſtium ex provocatione interfeciſſet, quinque & quadraginta vulnera pectore exceperit, tergo nullum. Francorum ille Baiardus dicere ſolitus eſt, Militis generoſi eſſe, ſeu ſtet, ſeu cadat, hoſtem adverſum ſpectare ſemper. *Loccenius.*

10 *Atizyes, & Rheomithres, & Sabaces*] Arrian. 2. 2. Ἀτιζύης & Ῥεομίθρης & Ἀπζύης. Diod. 17. 34. Ἀπζύης, & Ῥεομίθρης, & ὁ τῆ Αἰγύπτῳ Σατράπης Ταστακης. Supra tamen, eodem libro, cap. 21. ſcribitur Ἀπξύης. Fuerunt autem hi iidem Satrapæ, qui primo prælio ad Granicum contra Alexandrum contenderunt, ut adjicit Arrianus; qui etiam 1. 1. Atizyem Phrygiæ ſatrapem fuiſſe tradit. Rheomithris nomen neſcio an corruptum dicam apud Xenophontem, ubi quidam eſt Leomithres Βαβάκα. lib. 8. *Sabaces*, de quo infra, 4. 1. nonnullis codicibus eſt *Satraces*, aut *Sathaces*. Ceterum, quod in multis editionibus pro Rheomithre *Trountem* reperio, facit ut ſuſpicer, aliud ibi nomen latere, & forte legendum eſſe *Orontem*.

Non quidem multi, ſed promptiſſimi] Arrianus 20 nominat, interque eos Ptolomæum Seleuconatem. Ita ſolet Cæſar, de bell. Civil. 3. 97. *In ea pugna non amplius 200 milites deſideravit; ſed centuriones, fortes viros, circiter 30 amiſit. Interfectus eſt etiam fortiſſime pugnans Chreſtinus.* Et plerumque accidit in cruentis præliis optimos virorum deſiderari. Sic Tacit. Hiſt. 2. 25, 5. *promptiſſimos prætorianorum equitum interfecere.* Pertinet huc proverbium, *Timidi matrem non flere.*

Alexandri dextrum] Infra, 3. 12. *quippe ſumma cutis in femore perſtricta.* Chares apud Plutarch. in vita, cap. 33. auctor eſt, Alexandrum à Dario vulneratum eſſe, vulnere tamen non gravi. Sed Alexander in Epiſtola ad Antipatrum, læſum & perſtrictum telo femur in prælio ſcribit; auctorem tacet. Accipe ipſa Alexandri verba: Σωιζη δὲ μοι (φησὶ) & αὐτῳ ἐγχειριδιῳ πληγὴ εἰς τὸ μηρὸν, ἀλλ' οὐδὲν ἄτοπον ἔτι πεφληγμα, ἔτι ὑγιὲς, ἐκ τῆς πληγῆς ἀπιστων. *Contigit, inquit, mihi pugione ſauciari in femur adacto, ſed unde nulla pernicies aut illico, aut poſtea ſecuta eſt.* Chares ait, duos reges manus inter ſe conſeruiſſe, ſed hoc mihi ἄπιστον, quod Darius tam propinquum Alexandrum non expectarit, à quo niſi peremptо non abiiſſet Alexander. Veriſimilius ergo ab incerto equite per ingruentem impetum perſtrictum eſſe. quod non obſcure docet Diodor. 17. 34. *Accidit, inquit, & ipſum Alexandrum, cum ſe magna vis hoſtium in illum infunderet, in femore vulnerari* Raderus.

11 *Jugum quatere*] Sequitur miſerabilis fuga Darii, & Regem ſecuti exercitus. Equi enim vulnerati jugum excutere cervicibus, regem curru conabantur. quare coactus ipſe Darius præter morem Perſarum & dignitatem regiam

gem curru excutere cœperant; quum ille, veritus ne vivus veniret in hoſtium poteſtatem, deſilit, & in equum, qui ad hoc ſequebatur, imponitur: inſignibus quoque imperii, ne fugam proderent, indecore abjectis. Tum vero ceteri diſſipantur 12
metu; & qua cuique patebat ad fugam via, erumpunt, arma jacientes, quæ paulo ante ad tutelam corporum ſumpſerant: [a] adeo pavor etiam auxilia formidabat. Inſtabat fugientibus eques à Parmenio- 13
ne miſſus, & forte in id cornu omnes fuga abſtulerat. At in dextro Perſæ Theſſalos equites vehemen-
ter

INTERPRETATIO.

a *Tantopere pavidus* eorum *animus* illa *ipſa metuebat quæ præſidio erant.*

NOTÆ.

regiam habenas arripere, & coërcere impetum equorum, quoad aliæ quadrigæ adducerentur, quibus periculum evaderet. Vti eſt apud Diodor. 17. 34.

In equum] Arrian. 2. 2. αὐτὸς ἐπὶ ἵππου ἐπιβὰς ἔφευγε, *conſcenſo equo fugit.* ſed vox illa communis patiebatur, ut feminino genere exponeretur, *conſcenſa equa fugit.* Ἵππον ἀνέβη θηλεῖαν, ait Ælian. Hiſtor. animal. 6. 48. *equam conſcendit, qua, quod velitti memoriam pulli recordaretur, quanto maximo potuit ſtudio & celeritate, eum ipſum prædicatur ex periculo eripuiſſe.* Vt hinc vel apud Curtium tentari poſſit, *in equam, qua ad hoc ſequebatur.* præſertim, cum & poſteriora hæc verba innuant, fuiſſe aliquid non vulgare aut conſuetum in eo jumento. Noſtris quidem moribus haud decorum habetur equa vehi, minus etiam Hibernicis. *Freinsh.*

Inſignibus quoque imperii] Tacitus H. 1. 81. *Magiſtratus projectis inſignibus, &c. latebras petivere.* Dio, lib. 45. de Aſinio Pollione: *quo facilius in fuga lateret, paludamentum abjecerat.* Xiphilinus ſimile quid de Trajano narrat, ſed non fugæ cauſſa factum: *quamquam veſtem regiam depoſuerat, ne ex ea agnoſceretur, tamen vix vulnera effugit.* Addi poteſt & Tigranis exemplum qui à Lucullo ſuperatus, cum fugeret inſignia regia filio ſuo lacrymans tradidit.

12 *Tum vero ceteri diſſipantur*] ita ſolet fieri, ut Vegetius ait: *Neceſſe eſt ad fugam parati ſint, qui ducem ſuum ſentiunt deſperare.* Sic infra, 5. 13, 18. *Barbari ducibus deſtituti, qua quemque aut ſpes ducebat, aut pavor, diſſipabantur.*

Ad tutelam corporum] Saluſt. Cat. cap. 58. *in fuga ſalutem ſperate, quum arma, queis corpus tegitur, ab hoſtibus averteris, ea vero dementia eſt.* Et in Iugurth. cap. 107. *Neminem decet, qui manus armavit, ab inermis pedibus auxilium petere: in maximo metu nudum & cæcum corpus ad hoſtes vertere.*

Auxilia formidabat] Sed quæ proſunt in acie pugnantibus, hæc obſunt ex acie fugientibus. Plures enim occidit timor in fuga, quam gladius in pugna.

13 *At in dextro Perſæ Theſſalos*] Lævum cornu Darii verſus montem collocatum, jam à dextro Alexandri cornu prope fuſum erat. cum interim Nabarzanes equitum præfectus in lævum Alexandri cornu, quod propter mare ſtabat, invectus in Theſſalos ex dextro

14 ter urgebant. jamque una ala ipso impetu proculcata erat: quum Thessali strenue circumactis equis dilapsi, rursus in prælium redeunt; sparsosque & incompositos victoriæ fiducia barbaros ingenti cæde
15 prosternunt. Equi pariter equitesque Persarum serie laminarum graves, agmen, quod celeritate maxime constat, [a] ægre moliebantur. quippe in circumagendis

dis

INTERPRETATIO.

a *Difficile in agmen se componebant*, (*en escadron.*)

NOTÆ.

Alexandri subductos, & cum Parmenione conjunctos, gravissime premebat; primam enim alam (ala enim tredecim supra centum continebat equites) primo congressu obtriverat. Quod ubi reliqui veluti fugituri, equos momento circumegerunt, genusque pugnæ mutarunt; ut incompositos dissipatosque invaderent; quod illis feliciter cessit; in ea enim equitatus celeri conversione, primum hostium vim elisere; & mox ultro invaserunt, pressique ante multo gravius premere cœperunt. Nec tamen ante Persæ cesserunt quam viderent Darium in fugam conjectum, tum demum qua data via omnes à pedibus salutem quæsierunt. *Raderus.*

14 *Incompositos victoriæ fiducia*] Iisdem prope verbis, in re simili, usus Livius, 21. 52. *Ii sparsos & incompositos onerato sque præda plerosque cum inopinantes invasissent, ingentem terrorem cademque ac fugam usque ad castra stationesque hostium fecere.* Ea res multis eripuit victoriam.

15 *Equi pariter*] Veteres editiones ante Modianam sic legebant: *Equi pariter equitesque Persarum, serie laminarum ob id genus grave agmen, quod celeritate maxime constat, agre moliebantur. quippe in circumagendis equis suis Thessali multos occupaverant.* Lego, *serie laminarum graves, id genus agminis, quod celeritate maxime constat, agre moliebantur, quippe in circumagendis equis suis Thessali multos occupavisant. Genus agminis quod celeritate maxime constat*, est id, quod Græci μετωπολιὰ vocant, aut certe simile. Est autem usus voce *occupo* eodem modo, quo Varro apud Nonium: *Quod si Actæon occupasset, & ipse prius suos canes comedisset, & non nugax saltatoribus in Theatro fieret.* Hoc ergo dicit, Barbaros ferreis tunicis graves equos suos ægre circumegisse, quod tam expedite faciebant Thessali, ut longe Barbaros anteverterent. *Rutgersius.*

Serie laminarum graves] Hamabantur laminæ ferreæ, & ordine inter se connectebantur, totumque & equitem & equum tegebant, sic tamen, ut facile se & equites extendere, brachia movere, hastas vibrare possent. Eum locum apud nos obtinent cataphracti, & olim loricati. Ammianus: *Praxitelii manu polita crederes simulacra, non viros, quos laminarum circuli tenues aptè corporibus, flexibus ambiebant, ut quocunque artus necessitas commovisset, vestis congrueret junctura congruenter aptata.* Equorum & equitum cataphractorum hodie rarior usus apud nos; quia ob pondus laminarum inhabiles equites ad inferendum ictus; & lapsantibus equis ad resurgendum, & faciles captu. Herm. Hugo lib. 2. de milit. equest. cap. 3.

Quippe in circumagendis] Hæc vox *quippe* Acidalio non sine causa plurimum hic turbare videtur. Et sane, si quid liceat mutare, faciam: *ideoque vel equos i. e. e. s. T. m. occupaverunt.* Iidem mox

Digitized by Google

dis equis ſuis Theſſali multos occupaverant. Hac tam 16
proſpera pugna nunciata, Alexander non ante auſus
perſequi barbaros, utrimque jam victor inſtare fu-
gientibus cœpit. Haud amplius regem quam mille 17
equites ſequebantur, quum ingens multitudo ho-
ſtium caderet. ſed quis aut in victoria, aut in fuga
copias numerat? Agebantur ergo à tam paucis peco-
rum modo; & idem metus, qui cogebat fugere, fu-
gientes morabatur. At Græci, qui in Darii parti- 18
bus ſteterant, Amynta duce (prætor hic Alexandri
fuit, nunc transfuga) abrupti à ceteris, haud ſane
fugientibus ſimiles evaſerant. Barbari [a] longe diver- 19
ſam

INTERPRETATIO.

a *Valde diverſum* alii ab aliis *viam fugiendi ceperunt.*

NOTÆ.

mox pro *multos* legunt *multi*, quod haud ſane diſpliceat, ſi cetera poſſim conſtituere. *Freinsh.*

Equis ſuis] De Perſis accipe, non de Theſſalis.

Occupaverant] Quo ſenſu *occupare* hic ſumatur, vide notulas præcedentes.

16 *Alexander non ante auſus perſequi barbaros, utrimque jam victor inſtare fugientibus*] Hoſtis non ante perſequendus, quam plane depugnatum, & victoria obtenta ſit; & caute perſequendus, non ſparſim & diſſipatis tuis, ne quam accepiſti, adverſario reddas victoriam; nec nimis acriter: ne pertinacia inſequentium irritatus in ipſos convertatur; neve latentibus forte inſidiis non ſatis proſpectis *habeat fortuna regreſſum*. Iſraëlitæ, urbē obſeſſuri, non circumquaq; illam cingere ſunt ſoliti, ſed ſpatium relinquere, quo cives elaberentur: ne ex deſperatione animos reciperē:, &, ut humano ſanguini parceretur. Schickard. c. 5. de jur. reg. the. 18. Spartani fuſos hoſtes inſequebantur eouſq; dum eorum fuga victoriam ſuam confirmarent. Inde ſtatim ſe recipiebant: neq; generoſum, neque Græcæ virtutis eſſe rati, cædere eos qui victoriam conceſſiſſent, ut ſcribit Plutarchus in vita Lycurgi; additque, non honeſtum hoc ſolum & magni animi, ſed etiam utile fuiſſe. qui enim cum ipſis prælio contenderent, intelligentes, reſiſtendo ſe occiſum iri, cedentibus parci, fugam quam dimicationem malebant. *Lacc.*

Vtrimque] Ab utroque cornu, dextro & lævo.

Haud amplius regem] Alexandrum, qui Dario fugienti imminebat.

17 *Caderet*] Recte ſic; nam ſcilicet fugientes cædebantur. Acidalius tamen voluit *cederet*.

Metus, qui cogebat fugere, fugientes morabatur] Pulchre mehercule, & ex intima natura. Sic enim fit occulto, nec quo, ſatis ſcio, modo. In trepidatione, metu impellimur ad fugam, quam nitentes tamen eodē retinemur. Eleganter hoc idem fere Latinus Pacatus, Theodoſii Panegyrico, c. 38. *Vt clauſa caſibus fera quæſito diu exitu deſperatoque conſiſtunt, & pra timore non fugiunt: ita ille ipſe quo agitabatur metu alligatus, in oppidum ſemet Aquileienſe præcipitat.* Acidalius. Arrian. l. 3. *quorum agmen eodem loci ubi conſiſtere juſſum erat, ſtupore potius inopinati eventus, quam certa aliqua ratione ſe continebat.* Freinsh.

18 *Haud ſane fugientibus ſimiles*]

ſam fugam intenderunt: alii, qua rectum iter in Perſidem ducebat; quidam circumitu rupes, ſaltuſque montium occultos petivere; pauci caſtra Darii.
20 Sed jam illa quoque hoſtis victor intraverat, omni quidem opulentia ditia. Ingens auri argentique pondus, non belli, ſed luxuriæ apparatum, diripuerant milites. quumque plus raperent, paſſim ſtrata erant itinera viliorſbus ſarcinis, quas in compara-
21 tione meliorum avaritia contempſerat. Iamque ad feminas perventum erat: quibus, quo cariora ornamenta ſunt, violentius detrahebantur: nec corpo-
22 ribus quidem vis ac libido parcebat. Omnia planctu tumultuque, prout [a] cuique fortuna erat, caſtra repleverant, [b] nec ulla facies mali deerat, quum per omnes ordines ætateſque, victoris crudelitas ac li-
23 centia vagaretur. Tunc vero [c] impotentis fortunæ ſpecies conſpici potuit: quum ii, qui tum Dario tabernaculum exornaverant, omni luxu & opulentia in-

Interpretatio.

a *Prout quæque ſortunam experiebatur.*
b *Nec ullum calamitatis genus aberat.*
c *Inconſtantis ſortunæ ſpecimen.*

Notæ.

Quia ſervatis ordinibus ſenſim ceſſerunt, ac Tripolim confugerunt.

20 *Luxuriæ apparatum*] Erant holcia, croſſi, ampullæ, alabaſtri, ex auro ſabrefacta. *Plutarch.* Inter hæc vaſa, non fuit ſcrinium illud, Græcis & Latinis celebratum, in quo Homeri carmina repoſuit. De eodem Plin. 7. 29, his verbis: Itaque A. Magnus inter ſpolia Darii Perſarum regis unguentorum ſcrinio capto, quod erat auro gemmiſque ac margaritis pretioſum, varios ejus uſus amicis demonſtrantibus (quando tædebat unguenti bellatorem & militia fordidum): imo hercule, inquit, librorum Homeri cuſtodiæ detur, ut pretioſiſſimum humani animi opus quam maxime diviti opere ſervetur.

In comparatione meliorum] Idem adnotavit Gablman in Manſeld. militia Hungara, de præda ad Strigonium parta: *ex rerum multitudine ſubito quis optimum melioris ſpe faſtidit: incerto certum vendens.* Belle etiam Aventinus, lib. 1. ubi de ſucceſſoribus Alexandri: *Adverſus immodicas cupiditates nullus ſtat terminus, & difficile eſt eo contentum eſſe, quod offert occaſio: ſordent prima, quum majora ſperantur.* Freinshemius.

22 *Nec ulla facies mali deerat*] Vt moris eſt in expugnationibus urbium, quibus hæc caſtra ſimilia erant, ob fœminas præcipue & pueros quos ſecum duxerunt Perſæ: quorum etſi magna pars Damaſcum conceſſerat:, neceſſe tamen

instructum; eadem illa Alexandro, quasi veteri domino reservabant. namque id solum intactum omiserant milites, ita tradito more, ut victorem victi regis tabernaculo exciperent. Sed omnium oculos 24
animosque in semet converterant captivæ, mater, conjunxque Darii: illa non majestate solum, sed etiam ætate venerabilis; hæc formæ pulchritudine, [a] nec illa quidem sorte corrupta. Acceperat in sinum filium nondum sextum ætatis annum egressum, in spem tantæ fortunæ, quantam paulo ante pater ejus amiserat, genitum. At in gremio anus aviæ jacebant 25
adultæ virgines duæ, non suo tantum, sed etiam illius

INTERPRETATIO.

a *Quam ne tanta quidem calamitas minuerat.*

NOTÆ.

tamen fuit, non levem numerum remansisse cum reginis & virginibus regiis.

23 *Quasi veteri domino*] Tanquam jam inde a principio ad Alexandrum pertinuisset, hique custodiæ ejus ab ipso præpositi fuissent. Aldina & Florent. scriptura ponit, *venturo domino*.

Intactum amiserant] Quasi proprie ad Regem pertinens, cui hoc eximium merito servatur. Verum enim est, *non aqualia singulis tribuenda; sed præstantissimos quosque magis etiam pro ceteris cum honoribus, tum donis augendos esse*. Sic castris Assyriorum captis, *Cyro pulcherrimum selegerant tabernaculum*. Idque nunc quoque solet observari: quomodo Turcis ad Strigonium exstia, *Beglerbegi papilio cessit Mansfeldio, cujus elaboratum opus decem millibus talerorum æstimabatur*. Gablman in Mansfeld. milit. Hungara. Vide ea de re differentem, ut solet, virum magnum, Hugonem, inquam, Grotium de jure belli, 3. 6. Non omittenda sunt quæ hic addit Diodor. 17. 36. *Tum regis ministri, occupato Darii tabernaculo, balneas & mensas, quibus ille usus fuerat, apparabant, accensisque tædis bene multis regem exspectabant, ut ab insectatione reversus, omnem Darii apparatum occupatet, Asiaque totius imperium felici hoc augurio capesseret*. Freinsh.

24 *Conjunxque*] Eadem & soror. quod hic notavit Arrianus, 2. 2. καὶ ἡ γυνὴ, ἀδελφὴ δὲ καὶ ἡ ἀδελφὴ Δαρείου, quamquam illa particula δὲ induxerit in errorem interpretes, ut una ex mulliere duas facerent: *mater Darii & uxor, soror etiam ac filius, &c.* Sororem enim suam, pulcherrimam mulierum, incesto quidem, sed inde a Cambyse patrio Persis more, uxorem duxerat. Vertendum igitur fuit cum Orosio, 3. 16. *Inter captivos castrorum mater, & uxor eademque soror, & filiæ duæ Darii fuere*. Ea res exemplo fuit Græcis Ægypti regibus, aliisque, ut & ipsi sorores ducerent. *Freinsh.*

25 *Non suo tantum*] Nam ubi sincerus est amor, haud perinde sua cuivis incommoda, quam amatorum dolent. Expressit hoc elegantissime Martialis, 1. 14.

Casta suo gladium cum traderet Arria Pæto;
Quem de visceribus traxerat ipsa suis.
Si qua fides, vulnus quod feci, non dolet, inquit;

lius mœrore confectæ. ingens circa eam nobilium feminarum turba conſtiterat, laceratis crinibus, abſciſſaque veſte, priſtini decoris immemores, *reginas, dominaſque*, veris quondam, tunc alienis nominibus
26 invocantes. Illæ ſuæ calamitatis oblitæ, *utro cornu Darius ſtetiſſet; quæ [a] fortuna diſcriminis fuiſſet?* requirebant. negabant *ſe captas, ſi viveret rex.* ſed illum equos ſubinde mutantem longius fuga abſtule-
27 rat. In acie autem cæſa ſunt Perſarum peditum centum millia, decem vero millia interfecta equitum. At ex parte Alexandri quatuor & quingenti ſaucii fue-

INTERPRETATIO.

a *Quis pugnæ eventus ſuiſſet.*

NOTÆ.

Sed quod tu facies, hoc mihi, Pate, dolet.

Sic Plutarch. Antonio cap. C. de Cleopatra: *ſuorum pene malorum eſt illius miſeratione oblita.* Freinsh.

Circa eam] Putem legendum *circa eas*. & neceſſe eſt ob ſequentia: *Reginas, dominaſque.*

25 *Laceratis crinibus, abſciſſaque veſte*] More gentis, ut infra ſparſim. Secutus idem A. Magnus in Hephæſtionis funere. Nam cum dolorem nullo modo ferre poſſet, extemplo equos omnes & mulos juſſit tonderi, & urbium circumjacentium propugnacula dejici evertique, ut Plutarchus docet. Omitto Hebræorum aliorumque populorum ritus. *Raderus.*

26 *Illæ ſuæ calamitatis oblitæ*] Tantus amor veneratioque reginarum erat adverſus Darium regem ſuum, ut ſuæ fortunæ rationem nullam ducerent; tantum de rege ſolicitæ.

27 *Cæſa ſunt Perſarum*] Diodorus, 17. 36. numerat peditum 120000. equitum 10000. Arrianus, 2. 2. peditum 90000. equitum 10000. univerſe 100000. non amplius. Juſtinus, 11. 9. rurſum aliter: *Cæſa ſunt peditum unum & ſexaginta millia, equitum decem millia: capta quadraginta millia.* Oroſius, 3. 16. iterum ab omnibus aliis abit: *ibi tunc*, inquit, *peditum octoginta millia, equitum x millia cæſa ſunt: capta autem quadraginta millia.* Plutarchus Alex. cap. 33. generatim ὑπὲρ ἑπτάκις μυριάδας ponit cæſas, hoc eſt, ſuper centum & decem millia, ſine equitum peditumve diſcrimine: tanta eſt varietas ſcriptorum in unico cæſorum numero. Obiter adnoto, Juſtini locum, ſupra citatum, corruptum videri; nec enim placet illud *unum & ſexaginta*: potius crediderim, in Juſtino ſcribendum *centum & ſexaginta.* Freinsh.

At ex parte Alexandri] Hiſtoria Miſcella, 2, 15. *Scriptorum omnium veterum mos eſt, ex ea parte, quæ vicerit, occiſorum non commendare numerum, ne victoriæ gloriam maculent damna victoriæ: niſi forte, cum adeo pauci cadunt, ut admirationem terroremque virtutis augeat paucitas perditorum. ſicut in prima congreſſione Perſici belli apud Alexandrum Magnum fuit, cum inter quadringenta ferme millia hoſtium interfecta, centum viginti equites, & novem tantummodo pedites in ejus exercitu defuiſſe referuntur.* Atque ita Oroſius, 4, 1. unde hæc exſcripta ſunt. Sed videlicet manifeſtus eſt error in prægrandi illo numero *quadringenta millia*, quot cer-

Digitized by Google

fuere; triginta omnino & duo ex peditibus deſiderati ſunt: equitum centum quinquaginta interfecti. tantulo impendio ingens victoria ſtetit.

CAP.

NOTÆ.

te nullo uno prælio, quæ Alexander pugnavit, interierunt: nedum *in prima congreſſione Perſici belli*, nimirum ad Granicum. Ergo pro quadringentis millibus utique reponenda erunt *quadraginta*. Sic tamen ſatis eſſet memorabilis victoria. E diverſo triginta tantum peditibus, equitum ſupra octoginta quinque cæſis, ut quidem Arrianus 1, 5. ſcribit: quem eadem opera duplici errore interpretum liberabimus: quos & Lipſium, ad Velleii. 1, 11. advertiſſe poſtea reperi, cum ibi in hiſtoriam hanc inquireremus. Sciendum igitur, verba τῶν μὲν ἱππέων non eſſe reddenda, *ex auxiliaribus copiis*; ſed, ſive Velleium ſequaris, *ex ipſius turmæ*: ſive Plin. 34. 8. *ex amicis ejus*. Auxiliares equites Arriano ſemper ſunt vel μισθοφόροι, vel ξύμμαχοι. Alios ab his fuiſſe apparet τοὺς ἑταίρους καλουμένους, ut iterum Arrianus Indic. 3, 14. ubi itidem interpretes non rectè, *& equitatum ſociorum & millium*, pro his, *& equites, quos ſodales appellant, omnes* (nimirum cum hypaſpidibus, & omnibus ſagittariis, quos tum ſecum ducebat) *ad & mill.* hi igitur ſunt ex *turma regia*, quomodo Plinius interpretatur ἡ ἴλη βασιλικὴ, cujus frequentiſſima apud Arrianum & exacta mentio.

Triginta omnino & duo] Aſſentior Modio & Glareano, *trecenti* legendum pro *triginta*. Nimis enim ille anguſtus numerus: neque movere debet ἀπρόσπτωμα, quod ſubjunctum, *Tantulo impendio ingens victoria ſtetit*. Nam etiam ſic impendium ſatis leve. *Acidalius*. Velim hic ſimpliciter legi *trecenti*; ſublato *& duo*; ſic enim reſpondebit numerus illi Diodori 17, 36. *Ex Macedonum peditibus*, inquit, *trecenti, & 150 equites defuere*. In Iuſtino, 11, 9. item emendarim, pro peditum 130. *peditum* 300. *Locenius*. Hos ſequitur Raderus, cum alii quoque auctores ampliorem occiſorum prodant numerum. Negat inſuper Glareanus ex Valla, *triginta & duo* Latine dici, ſed præponendum eſſe numerum minorem, adeoque errorem eum ex notis numerorum natum. quæ res ſuſpicionem facit, alio forſitan exemplari uſum Sabellicum, propius ad veram lectionem acceſſiſſe. ſic enim ille in narratione hujus prælii, Ennead. 4, 4. *Macedonum, quorum fides ſit apud auctores ipſos, equites centum quinquaginta, pedites duodetriginta deſiderati.*

Tantulo impendio] Illis tamen, qui ceciderunt, jactura ſat magna fuit, qui victoria frui non potuerunt. Vt Fabius Maximus filium conſulem, dicentem, paucorum jactura collem poſſe occupari, interrogavit, an ipſe vellet eſſe de illis paucis. *Raderus*. Memorabilis in eam ſententiam eſt Scipionis vox, *Malle ſe unum civem ſervare, quam mille hoſtes occidere*. Hæc igitur eſt illa nobilis ad Iſſum victoria, de cujus tempore diſquirit Raderus. Diem, inquit, ſignavit Ælianus Hiſt. Var. 2, 25. Octavum Idus Febr. qui ſextus eſt Februarii. Sed meo judicio Ælianus non loquitur de pugna ad Iſſum, ſed ultima, qua victus eſt & omnino debellatus Darius. De menſe conſtituamus, quem Arrianus Μαιμακτηριῶνα appellat, & Suidas Ianuarium interpretatur. Sed pugnam menſe Ianuario non commiſſam, ex illo oſtendi poteſt, quod ſupr. 3. 8. dixerat Curtius: *Vtique cum jam hyems inſtaret*. Ianuarius non inchoat hyemem, ſed prope finit. Et hæc, quæ narrat Curtius, circa adultum jam Octobrem contigiſſe, ubi jam annus in hyemem vergit. Μαιμακτηριὼν enim à turbido jam & hiberno Iove, qui Μαιμάκτης Græcis, hoc eſt, furore correptus & turbidus, appellatur, quod hyems, ut ait Lyſimachides, hoc menſe, & aër turbari incipiat. Intelligamus ergo hic adultum Octobrem

NOTÆ.

jam in hyemem & Novembrem inclinantem, immo Novembrem ipſum, ut meliores auctores ſentiunt. Athenienſibus enim itanu merabantur menſes à ſolſtitio æſtivo: ἑκατομβαιών, μεταγειτνιών, βοηδρομιών, πυανεψιών, μαιμακτηριών, ποσειδιών, γαμηλιών, ἀνθεστηριών, ἐλαφηβολιών, μουνιχιών, θαργηλιών, σκιροφοριών. qui hoc ordine reſpondent menſibus Iulianis: Iulius, Auguſtus, September, October, November, December, Ianuarius, Februarius, Martius, Aprilis, Majus, Iunius. Vides, Μαιμακτηριῶνα reſpondere Novembri, qui certe menſis hiemat. De Anno & Conſulibus ſequitur. Atque Alexandri quidem regni fuit tertius, & tertius ac vigeſimus ætatis, Athenis prætore Nicocrate, Romæ Valerio Cæſone, & Lucio Papirio, Coss. Diodor. 17. 29. auctore.

CAP. XII.

Matris & uxoris Darii, nec non aliarum captivarum, luctum levat Alexander.

1 REx diu Darium perſequendo fatigatus, poſteaquam & nox appetebat, & eum adſequendi ſpes non erat; in caſtra paulo ante
2 à ſuis capta pervenit. "*Invitari deinde amicos*, quibus maxime adſueverat, juſſit: quippe ſumma duntaxat cutis in femore perſtricta non prohibebat in-
3 tereſſe convivio: quum repente è proximo tabernaculo lugubris clamor, barbaro ululatu planctuque permiſtus, epulantes conterruit. Cohors quoque, quæ excubabat ad tabernaculum regis, verita ne majoris motus principium eſſet, armare ſe cœperat.
4 Cauſſa pavoris ſubiti fuit, quod mater uxorque Darii cum captivis mulieribus nobilibus, regem, quem in-

INTERPRETATIO.

2 *Ad convivium vocari* eos *quibus familiariter utebatur.*

NOTÆ.

1 REx diu] *Ducenta ſtadia progreſſus flexit iter media nocte in caſtra verſus.* Diod. 17. 37. Ducenta ſtadia continent ſex milliaria noſtratia cum quadrante: ex quo intelligis, quantopere urſerit Darium Alexander, & cur tam ſero ad ſuos reditarit: in capto enim Dario belli finem ſperabat. *Rad.*

2 *Invitari*] Diodorus: *Miniſtri ergo Alexandri tabernaculum Darii & lavacra cænaſque apparabant; crebriſque lampadum ignibus, ingentique pyra excitatis expectabant Alexandrum, ut à perſequendo Dario reverſus, veniret in plenam rerum omnium Darii, velut Aſiæ regni occupandi augurium, poſſeſſionem.*

Amicos] Hephæſtionem nempe, Perdiccam, Parmenionem, Craterum, &c.

3 *Cohors quoque*, &c.] Nihil parvum, quod ſpretum majoris mali cauſſam

interfectum esse credebant, ingenti gemitu ejulatuque deflebant. Vnus namque è captivis spadonibus, 5
qui forte ante ipsarum tabernaculum steterat, amiculum, [a] quod Darius, sicut paulo ante dictum est, ne cultu proderetur, abjecerat; in manibus ejus qui repertum ferebat, adgnovit: ratusque interfecto detractum esse, falsum nuncium mortis ejus attulerat. Hoc mulierum errore comperto, Alexan- 6
der fortunæ Darii, & pietati earum inlacrymasse fertur. Ac primo Mithrenem, qui Sardeis prodiderat, peritum Persicæ linguæ, *ire ad consolandas eas* jusserat. veritus deinde [b] ne proditor captivarum iram 7
doloremque gravaret; Leonnatum ex purpuratis suis misit, jussum indicare, *falso lamentari eas Darium vivum.*

INTERPRETATIO.

a *Quod Darius projecerat, ne ex ornatu regio agnosceretur.*
b *Ne perfidi conspectus illarum indignationem luctumque augeret.*

NOTÆ.

sim dare possit, spernendum. Imprimis res bellicæ (ut monet Polybius lib. 8.) parvo momento possunt impelli, ut vel hunc, vel contrarium exitum fortiantur. *Loccenius.*

5 *Amiculum*] Verior conjectura Horatiæ fuit, paludamentum quod ipsa sponso neverat, in manibus fratris cernentis. vide Livium 1, 26.

6 *Alexander fortunæ* &c.] Nec Alexandri æmulus Cæsar hoc lacrymarum officium in fortuna Pompeii Magni prætermisit. vide Valer. Max. 5. 1. Sunt tamen qui negant, Principes, Heroas, & viros militares decere lacrymas. Vnde & Plato in Homero reprehendit, quod Heroas aliquando flentes induxerit. Et Ennius Iphigenia dixit: *Licet lacrymare plebi, regi honeste non licet.* Sed his reponimus, an Heroas & Reges non etiam inter homines referant; an his solis Stoicos aut ferreos animos tribuant? quod humanitati repugnat. Nam si lacrymæ non sint ignavæ mollitiei, sed commiserationis ac justi doloris (quales erant hæ Alexandri) & cum modo sint, humanum utique est, & naturale, humanis casibus humaniter affici. Ita Scipio Carthaginis: Marcellus Syracusarũ excidio illacrymasse feruntur. *Lucc.*

Mithrenem, qui Sardeis prodiderat] Arrianus: Αὐτὸς ἦ Σάρδεσι προσῆγε, καὶ ἀπέχοντι ἔτι ἀμφὶ δέκα σταδίους ἐξαμείκετο σταδίου Σάρδεων, ἦκεν παρ' αὐτὸν Μιθρήνης τὸν φρούραρχον τῆς ἀκροπόλεως τῆς ἐν Σάρδεσι, καὶ Σαρδιανῶν οἱ δυνατώτατοι. ἐφίδοντες, οἱ μὲν τὴν πόλιν, ὁ ἦ Μιθρήνης τὴν ἀκρην, καὶ τὰ χρήματα. *Ipse Sardes versus movit: cumque ab oppido 70 ferme stadiis abesset, obvium habuit Mithrenem, præfidii, quod in arce erat, præfectum, primoribus Sardianorum comitatum: atque hi quidem oppidum, Mithrenes autem arcem & pecuniam dedunt.* Sardes fuit caput Lydiæ, cui Crœsus imperavit, nobili monte Imolo & flumine χρυσορρόᾳ. Pactolo. *Diod.*

7 *Ne proditor*] Nec mirum hoc metuisse Alexandrum, quando *proditores etiam iis quos anteponunt, invisi sunt.* ut Tacitus ait 1, 58.

&a propinquitate conjunctos, *pro habitu præsentis fortunæ humari* jussit; *adparatum funerum, quo Persæ supremа officia celebrarent*, [a] *invidiosum fore* existimans, *quum victores haud pretiosè cremarentur*. Iamque justis defunctorum corporibus solutis, præmittit ad captivas, qui nunciarent *ipsum venire:* inhibitaque comitantium turba, tabernaculum cum Hephæstione intrat. Is longe omnium amicorum carissimus erat regi, cum ipso pariter educatus; [b] secretorum omnium arbiter: libertatis quoque in admonendo eo non alius jus

INTERPRETATIO.

a *Invidiæ obnoxium fore, cum* Macedones *victores non splendido apparatu cremarentur.*

b *Omnium* Alexandri *arcanorum conscius.*

NOTÆ.

detur Evangelista frustra dicere voluisse, sicut mos est Iudæis sepelire: ita quippe (nisi fallor) admonuit, in hujusmodi officiis quæ mortuis exhibentur, morem cujusque gentis esse servandum.

14 *Pro habitu*] Id inculcat Curtius ad laudem prudentiæ simul, modestiæque illius Reginæ; quæ mox quoque 3. 12. dicet: *Et præteritæ fortunæ fastigium capio, & præsentis jugum pati possum.* Similis moderatio gravissimæ itidem matronæ apud Liv. 26, 49. *quid enim huic fortunæ non satis est?*

Quo Persæ] De Persarum apparatu in funeribus, vide Brissonium lib. 2. in fine.

Haud pretiosè cremarentur] Alexander ad Granicum 25 equitibus primo conflictu occumbentibus statuas ex ære posuit in templo Iovis à Lysippo factas, reliquos equites 60, pedites 30 cum armis condi præcepit, parentibus eorum ac liberis vectigalium immunitatem concessit, omniaque quæ corpore præstantur officia, remisit. Non videtur locus aut tempus concessisse, ut idem omnibus fieret ad Issum. *Raderus.* Arrianus tamen μεγαλοπρεπῶς sepulta affirmat. Et Diodorus magnificentissimis hostiis Diis ait litatum.

15 *Iamque justis*, &c.] Bongars. pro *justis* habet *bustis*. Merulæ editio voci *solutis* alteram agglutinat *exsequiis:* cum jam tum, ut vereor, aliena vox *solutis*, in textum irrepserit, tanquam umbra vitiosæ *justis*. Nisi fallor, Curtius scripsit; *Iamque ustis defunctorum corporibus, præmittit*, &c. Si quis tamen nimium pro vulgari lectione nitatur, non magnopere repugnem, præsertim, cum ita loqui videam Curtium, infr. 4. 12, 2. *Freinsh.*

Præmittit ad captivas, &c.] Hoc illud est opus Alexandri πολυθρύλητον, omnibus aliis factis illius tanto longius anteponendum, quanto illustrior est omnibus victoriis victoria sui ipsius. Alias enim alios vicit invictus semper Alexander: hic ipse, se ipso fortior, se ipsum vicit. Vide Freinsnemium latius ea de re differentem.

Ipsum venire] Ita frequenter Curtius, pro *se*. lib. 10. *Illi tentari ipsos rati:* tentari se dixissent alii.

Hephæstione] Hic est ille Hephæstio alter Alexander, tam charus nempe illi, ac ipse sibi erat, in regia cum puero puer versatus, educatus, &c.

16 *Libertatis jus*, &c.] Libertatem dicendi suadendique tutius usurpabit consiliarius, si non usurpet ut rem sui arbi-

jus habebat; quod tamen ita uſurpabat, ut magis à rege permiſſum, quam vindicatum ab eo videretur: & ſicut ætate par erat regi; ita corporis habitu præſtabat. Ergo reginæ illum regem eſſe ratæ, ſuo mo- 17
re veneratæ ſunt. inde ex ſpadonibus captivis, quis Alexander eſſet monſtrantibus, Syſigambis advoluta eſt pedibus ejus, [a] *ignorationem nunquam antea viſi regis* excuſans. quam manu adlevans rex, *non erraſti*, inquit, *mater*;

INTERPRETATIO.

a *Excuſans quod Alexandrum non noſſet, quem nondum conſpexerat.*

NOTÆ.

arbitrii, ſed à Principe ipſi reſpectu officii commiſſam & approbatam. quod ut recte perficiat, duo extrema vitabit; primo, ne loquendi libertatem cum immodeſtia & intemperantia linguæ conjungat: dein, ne ſub ſpecie libertatis aduletur, ſed in libere dicendo bonum publicum reſpiciat, ſalva tamen reverentia Principi ſuo debita. Non ſunt contraria (recte & prudenter ait Hippolytus à Collibus in Conſiliario) ſumma reverentia & obſervantia Principem ſuum colere, & nullo modo ab officio diſcedere. *Laccen.* Hic itaq; Hephæſtion libertatem monendi temperavit obſequio, &, quod rerum omnium primum eſt, in tempore adhibuit, ut primas obtinuiſſe videatur inter rariſſima exempla eorum, qui ex regia amicitia non ſpeciem tantum, ſed vim uſque tenuere, & ad extremum potentia gratiaque perviguere; quod ne Mæcenati quidem contigit. Quicquid id eſt, certe laudatiſſimus iſte modus & integerrimus, gratia potentium utendi. *Freinsh.*

Ita corporis habitu præſtabat] Idem alii tradunt, ut Arrianus 2. 3. & certe infr. 6. 5. *habitus ejus haudquaquam rerum fama par* traditur. ut mirer, quid in mente fuerit Solino cap. 14. ſcribenti, fuiſſe *forma ſupra hominem auguſtiore.* niſi forte conciliemus, non defuiſſe Alexandro formæ dignitatem: Hephæſtionem tamen aliquanto præſtitiſſe. Sed & reliquis Alexandri amicis idem Iuſtinus 13. tribuit: *Ejus virtutis erant ac venerationis, ut ſingulos reges putares.* (diceres huc alluſum) *quippe ea forma pulchritudo, & proceritas corporis, & virium ac ſapientiæ magnitudo in omnibus fuit, ut qui eos ignoraret, non ex imagine, ſed ex toto terrarum orbe electos eſſe judicaret.* Vide plura infra 6, 5. *Freinsh.*

17 *Venerata*] Dio Chryſoſtomus Orat. 64. de Fortuna: Δαρεῖος ἡ μήτηρ Ἀλέξανδρον προσεκύνησεν, καὶ τὸν ἑταῖρον, Ἡφαιστίωνα. *Darii mater Alexandrum adoravit, & quod ſequius, Hephæſtionem.*

Ex ſpadonibus] Cum enim *Reginæ apparatu priſtina fortuna fore* ſpopondiſſet, reliquit iis ſpadones, qui inſervirent. quorum & ſupra mentio, & infr. 4. 10. *E ſpadonibus qui circa reginam erant.* ubi vide. Quæ verbo adſcribo ad firmandam emendationem Arriani, 2. 3. καί τις τῶν ἀμφ' αὐτὸν, τὸν Ἀλέξανδρον δείξας. *quidam eorum, qui circa eum erant, Alexandrum monſtrans.* legendum eſt enim, τῷ ἀμφ' αὐτῷ, ut referatur ea vocula ad præcedentia τῷ μητέρα τοῦ Δαρείου. quod tamen ex ſolo Arriano facile quis conjiciat, conſiderato expreſſe eum dicere, cum ſolo Hephæſtione intraſſe regem, ne quis credat, præiſſe regem (ut moris eſt, puto in Italia) nonnullos ex familiaribus, inter quos erat Hephæſtion. *Freinsh.*

18 Equi-

14 ter urgebant. jamque una ala ipſo impetu proculca-
ta erat: quum Theſſali ſtrenue circumactis equis di-
lapſi, rurſus in prælium redeunt; ſparſoſque & in-
compoſitos victoriæ fiducia barbaros ingenti cæde
15 proſternunt. Equi pariter equiteſque Perſarum ſerie
laminarum graves, agmen, quod celeritate maxime
conſtat, [a] ægre moliebantur. quippe in circumagen-
dis

INTERPRETATIO.

a *Difficile in agmen ſe componebant*, (*en eſcadron.*)

NOTÆ.

Alexandri ſubductos, & cum Parmenione conjunctos, graviſſime premebat; primam enim alam (ala enim tredecim ſupra centum continebat equites) primo congreſſu obtriverat. Quod ubi reliqui veluti fugituri, equos momento circumegerunt, genuſque pugnæ mutarunt; ut incompoſitos diſſipatoſque invaderent; quod illis feliciter ceſſit; in ea enim equitatus celeri converſione, primum hoſtium vim eliſere; & mox ultro invaſerunt, preſſique ante multo gravius premere cœperunt. Nec tamen ante Perſæ ceſſerunt quam viderent Darium in fugam conjectum, tum demum qua data via omnes à pedibus ſalutem quæſierunt. *Raderus.*

14 *Incompoſitos victoriæ fiducia*] Iiſdem prope verbis, in re ſimili, uſus Livius, 21. §2. *Ii ſparſos & incompoſitos oneratoſque præda plerosque cum inopinantes invaſiſſent, ingentem terrorem cædemque ac fugam uſque ad caſtra ſtationeſque hoſtium fecere.* Ea res multis cripuit victoriam.

15 *Equi pariter*] Veteres editiones ante Modianam ſic legebant: *Equi pariter equiteſque Perſarum, ſerie laminarum ob id genus grave agmen, quod celeritate maxime conſtat, agre moliebantur. quippe in circumagendis equis ſuis Theſſalis multos occupaverant.* Lego, *ſerie laminarum graves, id genus agminis, quod celeritate maxime conſtat, agre moliebantur, quippe in circumagendis equis ſuis Theſſalis multos occupaverant. Genus agminis quod celeritate maxime conſtat*, eſt id, quod Græci μετακολλὼ vocant, aut certe ſimile. Eſt autem uſus voce *occupo* eodem modo, quo Varro apud Nonium: *Quod ſi Actæon occupaſſet, & ipſe prius ſuos canes comediſſet, & non nugax ſaltateribus in Theatro fieret.* Hoc ergo dicit, Barbaros ferreis tunicis graves equos ſuos ægre circumegiſſe, quod tam expedite faciebant Theſſali, ut longe Barbaros anteverterent. *Rutgerſius.*

Serie laminarum graves] Hamabantur laminæ ferreæ, & ordine inter ſe connectebantur, totumque & equitem & equum tegebant, ſic tamen, ut facile ſe & equites extendere, brachia movere, haſtas vibrare poſſent. Eum locum apud nos obtinent cataphracti, & olim loricati. Ammianus: *Praxitelis manu polita crederes ſimulacra, non viros, quos laminarum circuli tenues aptè corporibus, flexibus ambiebant, ut quocunque artus neceſſitas commoviſſet, veſtis congrueret junctura congruenter aptata.* Equorum & equitum cataphractorum hodie rarior uſus apud nos; quia ob pondus laminarum inhabiles equites ad inferendum ictus; & lapſantibus equis ad relurgendum, & faciles captu. Herm. Hugo lib. 2. de milit. equeſt. cap. 3.

Quippe in circumagendis] Hæc vox *quippe* Acidalio non ſine cauſa plurimum hic turbare videtur. Et ſane, ſi quid liceat mutare, faciam: *ideoque* vel *eoque i. e. e. ſ. T. m. occupaverunt.* Iidem mox

dis equis ſuis Theſſali multos occupaverant. Hac tam 16
proſpera pugna nunciata, Alexander non ante auſus perſequi barbaros, utrimque jam victor inſtare fugientibus cœpit. Haud amplius regem quam mille 17
equites ſequebantur, quum ingens multitudo hoſtium caderet. ſed quis aut in victoria, aut in fuga copias numerat? Agebantur ergo à tam paucis pecorum modo; & idem metus, qui cogebat fugere, fugientes morabatur. At Græci, qui in Darii parti- 18
bus ſteterant, Amynta duce (prætor hic Alexandri fuit, nunc transfuga) abrupti à ceteris, haud ſane fugientibus ſimiles evaſerant. Barbari [a] longe diver- 19
ſam

INTERPRETATIO.

a *Valde diverſam* alii ab aliis *viam fugiendi ceperunt.*

NOTÆ.

mox pro *multos* legunt *multi*, quod haud ſane diſpliceat, ſi cetera poſſim conſtituere. *Freinsh.*

Equis ſuis] De Perſis accipe, non de Theſſalis.

Occupaverant] Quo ſenſu *occupare* hic ſumatur, vide notulas præcedentes.

16 *Alexander non ante auſus perſequi barbaros, utrimque jam victor inſtare fugientibus*] Hoſtis non ante perſequendus, quam plane depugnatum, & victoria obtenta ſit; & caute perſequendus, non ſparſim & diſſipatis tuis, ne quam accepiſti, adverſario reddas victoriam; nec nimis acriter: ne pertinacia inſequentium irritatus in ipſos convertatur; neve latentibus forte inſidiis non ſatis proſpectis *habeat fortuna regreſſum*. Iſraëlitæ, urbe obſeſſuri, non circumquaq; illam cingere ſunt ſoliti, ſed ſpatium relinquere, quo cives elaberentur: ne ex deſperatione animos reciperẽt:, &, ut humano ſanguini parceretur. Schickard. c. 5. de jur. reg. the. 18. Spartani fuſos hoſtes inſequebantur eouſq; dum eorum fuga victoriam ſuam confirmarent. Inde ſtatim ſe recipiebant: neq; generoſum, neque Græcæ virtutis eſſe rati; cædere eos qui victoriam conceſſiſſent, ut ſcribit Plutarchus in vita Lycurgi; additque, non honeſtum hoc ſolum & magni animi, ſed etiam utile fuiſſe. qui enim cum ipſis prælio contenderent, intelligentes, reſiſtendo ſe occiſum iri, cedentibus parci, fugam quam dimicationem malebant. *Lacc.*

Vtrimque] Ab utroque cornu, dextro & lævo.

Haud amplius regem] Alexandrum, qui Dario fugienti imminebat.

17 *Caderet*] Recte ſic; nam ſcilicet fugientes cædebantur. Acidalius tamen voluit *cederet*.

Metus, qui cogebat fugere, fugientes morabatur] Pulchre mehercule, & ex intima natura. Sic enim fit occulto, nec quo, ſatis ſcio, modo. In trepidatione, meta impellimur ad fugam, quam nitentes tamen eodẽ retinemur. Eleganter hoc idem fere Latinus Pacatus, Theodoſii Panegyrico, c. 38. *Vt clauſa caſibus fera quæſito diu exitu deſperatoque conſiſtunt, & pra timore non fugiunt: ita ille ipſe quo agitabatur metu alligatus, in oppidum ſemet Aquileienſe præcipitat.* Acidalius. Arrian. l. 5. *quorum agmen eodem loci ubi conſiſtere juſſum erat, ſtupore potius inopinati eventus, quam certa aliqua ratione ſe continebat.* Freinsh.

18 *Haud ſane fugientibus ſimiles*]

ſam fugam intenderunt: alii, qua rectum iter in Perſidem ducebat; quidam circumitu rupes, ſaltuſque montium occultos petivere; pauci caſtra Darii.
20 Sed jam illa quoque hoſtis victor intraverat, omni quidem opulentia ditia. Ingens auri argentique pondus, non belli, ſed luxuriæ apparatum, diripuerant milites. quumque plus raperent, paſſim ſtrata erant itinera viliorſibus ſarcinis, quas in compara-
21 tione meliorum avaritia contempſerat. Iamque ad feminas perventum erat: quibus, quo cariora ornamenta ſunt, violentius detrahebantur: nec corpo-
22 ribus quidem vis ac libido parcebat. Omnia planctu tumultuque, prout [a] cuique fortuna erat, caſtra repleverant, [b] nec ulla facies mali deerat, quum per omnes ordines ætateſque, victoris crudelitas ac li-
23 centia vagaretur. Tunc vero [c] impotentis fortunæ ſpecies conſpici potuit: quum ii, qui tum Dario tabernaculum exornaverant, omni luxu & opulentia in-

Interpretatio.

a *Prout quæque ſortunam experiebatur.*
b *Nec ullum calamitatis genus aberat.*
c *Inconſtantis ſortunæ ſpecimen.*

Notæ.

Quia ſervatis ordinibus ſenſim ceſſerunt, ac Tripolim confugerunt.

20 *Luxuriæ apparatum*] Erant holcia, croſſi, ampullæ, alabaſtri, ex auro fabrefacta. *Plutarch.* Inter hæc vaſa, non fuit ſcrinium illud, Græcis & Latinis celebratum, in quo Homeri carmina repoſuit. De eodem Plin. 7. 29, his verbis: Itaque A. Magnus inter ſpolia Darii Perſarum regis unguentorum ſcrinio capto, quod erat auro gemmiſque ac margaritis pretioſum, varios ejus uſus amicis demonſtrantibus (quando tædebat unguenti bellatorem & militia ſordidum): imo hercule, inquit, librorum Homeri cuſtodiæ detur, ut pretioſiſſimum humani animi opus quam maxime diviti opere ſervetur.

In comparatione meliorum] Idem adnotavit Gablman in Manſeld. militia Hungara, de præda ad Strigonium parta: *ex rerum multitudine ſubito quis optimum melioris ſpe faſtidit: incerto certum vendens.* Belle etiam Aventinus, lib. 1. ubi de ſucceſſoribus Alexandri: *Adverſus immodicas cupiditates nullus ſtat terminus, & difficile eſt eo contentum eſſe, quod offert occaſio: ſordent prima, quum majora ſperantur.* Freinshemius.

22 *Nec ulla facies mali deerat*] Vt moris eſt in expugnationibus urbium, quibus hæc caſtra ſimilia erant, ob fœminas præcipue & pueros quos ſecum duxerunt Perſæ: quorum etſi magna pars Damaſcum conceſſerat: neceſſe tamen

Digitized by Google

instructum; eadem illa Alexandro, quasi veteri domino reservabant. namque id solum intactum omiserant milites, ita tradito more, ut victorem victi regis tabernaculo exciperent. Sed omnium oculos 24
animosque in semet converterant captivæ, mater, conjunxque Darii: illa non majestate solum, sed etiam ætate venerabilis; hæc formæ pulchritudine, nec illa quidem forte corrupta. Acceperat in sinum filium nondum sextum ætatis annum egressum, in spem tantæ fortunæ, quantam paulo ante pater ejus amiserat, genitum. At in gremio anus aviæ jacebant 25
adultæ virgines duæ, non suo tantum, sed etiam illius

INTERPRETATIO.

a *Quam ne tanta quidem calamitas minuerat.*

NOTÆ.

tamen fuit, non levem numerum remansisse cum reginis & virginibus regiis.

23 *Quasi veteri domino*] Tanquam jam inde a principio ad Alexandrum pertinuisset, hique custodiæ ejus ab ipso præpositi fuissent. Aldina & Florent. scriptura ponit, *venturo domino*.

Intactum omiserant] Quasi proprie ad Regem pertinens, cui hoc eximium merito servatur. Verum enim est, *non æqualia singulis tribuenda, sed præstantissimos quosque magis etiam præ ceteris cum honoribus, tum donis augendos esse*. Sic captis Assyriorum captis, *Tyro pulcherrimum selegerant tabernaculum*. Idque nunc quoque solet observari: quomodo Turcis ad Strigonium excisis, *Beglerbegi papilio cepit Mansfeldio, cujus elaboratum opus decem millibus talerorum æstimabatur*. Gablman in Mansfeld. milit. Hungara. Vide ea de re disserentem, ut solet, virum magnum, Hugonem, inquam, Grotium de jure belli, 3. 6. Non omittenda sunt quæ hic addit Diodor. 17. 36. *Tum regis ministri, occupato Darii tabernaculo, balneas & mensas, quibus ille usus fuerat, apparabant, accensisque tædis bene multis regem exspectabant, ut ab insectatione reversus, omnem Darii apparatum occuparet, Asiaque totius imperium felici hoc augurio capesseret*. Freinsh.

24 *Conjunxque*] Eadem & soror. quod hic notavit Arrianus, 2. 2. ἀδελφὴ ἅμα καὶ γυνὴ, *soror & uxor*. Et Diodorus Siculus, quamquam illa particula ἅμα induxerit in errorem interpretes, ut una ex mullere duas facerent: *mater Darii & uxor, soror etiam ac filius, &c.* Sororem enim suam, pulcherrimam mulierum, incesto quidem, sed inde a Cambyse patrio Persis more, uxorem duxerat. Vertendum igitur fuit cum Orosio, 3. 16. *Inter captivos castrorum mater, & uxor eademque soror, & filia duæ Darii fuere*. Ea res exemplo fuit Græcis Ægypti regibus, aliisque, ut & ipsi sorores ducerent. *Freinsh.*

25 *Non suo tantum*] Nam ubi sincerus est amor, haud perinde sua cujusvis incommoda, quam amatorum dolent. Expressit hoc elegantissime Martialis, 1. 14.

Casta suo gladium cum traderet Arria Pæto;
Quem de visceribus traxerat ipsa suis.
Si qua fides, vulnus quod feci, non dolet, inquit;

lius mœrore confectæ. ingens circa eam nobilium feminarum turba conſtiterat, laceratis crinibus, abſciſſaque veſte, priſtini decoris immemores, *reginas, dominaſque*, veris quondam, tunc alienis nominibus
26 invocantes. Illæ ſuæ calamitatis oblitæ, *utro cornu Darius ſtetiſſet; quæ [a] fortuna diſcriminis fuiſſet?* requirebant. negabant *ſe captas, ſi viveret rex.* ſed illum equos ſubinde mutantem longius fuga abſtule-
27 rat. In acie autem cæſa ſunt Perſarum peditum centum millia, decem vero millia interfecta equitum. At ex parte Alexandri quatuor & quingenti faucii fue-

INTERPRETATIO.

a *Quis pugnæ eventus ſuiſſet.*

NOTÆ.

Sed quod tu facies, hoc mihi, Pate, dolet.

Sic Plutarch. Antonio cap. C. de Cleopatra: *ſuorum pene malorum eſt illius miſeratione oblita.* Freinsh.

Circa eam] Putem legendum *circa eas.* & neceſſe eſt ob ſequentia: *Reginas, dominaſque.*

25 *Laceratis crinibus, abſciſſaque veſte*] More gentis, ut infra ſparſim. Secutus idem A. Magnus in Hephæſtionis funere. Nam cum dolorem nullo modo ferre poſſet, extemplo equos omnes & mulos juſſit tonderi, & urbium circumjacentium propugnacula dejici evertique, ut Plutarchus docet. Omitto Hebræorum aliorumque populorum ritus. *Raderus.*

26 *Illæ ſuæ calamitatis oblitæ*] Tantus amor veneratioque reginarum erat adverſus Darium regem ſuum, ut ſuæ fortunæ rationem nullam ducerent; tantum de rege ſolicitæ.

27 *Cæſa ſunt Perſarum*] Diodorus, 17. 36. numerat peditum 120000. equitum 10000. Arrianus, 2. 2. peditum 90000. equitum 10000. univerſe 100000. non amplius. Juſtinus, 11. 9. rurſum aliter: *Cæſa ſunt peditum unum & ſexaginta millia, equitum decem millia: capta quadraginta millia.* Oroſius, 3. 16. iterum ab omnibus aliis abit: *ibi tunc*, inquit, *peditum octoginta millia, equitum x millia cæſa ſunt: capta autem quadraginta millia.* Plutarchus Alex. cap. 33. generatim ὑπὲρ μυρίους ponit cæſas, hoc eſt, ſuper centum & decem millia, ſine equitum peditumve diſcrimine: tanta eſt varietas ſcriptorum in unico cæſorum numero. Obiter admoto, Juſtini locum, ſupra citatum, corruptum videri; nec enim placet illud *unum & ſexaginta*: potius crediderim, in Juſtino ſcribendum *centum & ſexaginta.* Freinsh.

At ex parte Alexandri] Hiſtoria Miſcella, 2, 15. *Scriptorum omnium veterum mos eſt, ex ea parte, quæ vicerit, occiſorum non commendare numerum, ne victoriæ gloriam maculent damna victoris: niſi forte, cum adeo pauci cadunt, ut admirationem terroremque virtutis augeat paucitas perditorum. ſicut in prima congreſſione Perſici belli apud Alexandrum Magnum fuit, cum intra quadringenta ferme millia hoſtium interfecta, centum viginti equites, & novem tantummodo pedites in ejus exercitu deſuiſſe referuntur.* Atque ita Oroſius, 4, 1. unde hæc exſcripta ſunt. Sed videlicet manifeſtus eſt error in prægrandi illo numero *quadringenta millia*, quot cer-

fuere; triginta omnino & duo ex peditibus deſiderati ſunt: equitum centum quinquaginta interfecti. tantulo impendio ingens victoria ſtetit.

CAP.

NOTÆ.

te nullo uno prælio, quæ Alexander pugnavit, interierunt: nedum *in prima congreſſione Perſici belli*, nimirum ad Granicum. Ergo pro quadringentis millibus utique reponenda erunt *quadraginta*. Sic tamen ſatis eſſet memorabilis victoria. E diverſo triginta tantum peditibus, equitum ſupra octoginta quinque cæſis, ut quidem Arrianus 1, 5. ſcribit: quem eadem opera duplici errore interpretum liberabimus: quos & Lipſium, ad Vellei. 1, 11. advertiſſe poſtea reperi, cum ibi in hiſtoriam hanc inquireremus. Sciendum igitur, verba τῶν μὲν ἱππέων non eſſe reddenda, *ex auxiliaribus equis*; ſed, ſive Velleium ſequaris, *ex ipſius turmis*: ſive Plin. 34. 8. *ex amicis ejus*. Auxiliares equites Arriano ſemper ſunt vel μισθοφόροι, vel ξύμμαχοι. Alios ab his fuiſſe apparet τῶν ἑταίρων καλουμένων, ut iterum Arrianus Indic. 3, 14. ubi itidem interpretes non rectè, *& equitatum ſociorum 8 millium*, pro his, *& equites, quos ſodales appellant, omnes* (nimirum cum hypaſpidibus, & omnibus ſagittariis, quos tum ſecum ducebat) *ad 8 mill.* hi igitur ſunt ex *turma regia*, quomodo Plinius interpretatur τῶν ἰλῶν βασιλικῶν, cujus frequentiſſima apud Arrianum & exacta mentio.

Triginta omnino & duo] Aſſentior Modio & Glareano, *trecenti* legendum pro *triginta*. Nimis enim ille anguſtus numerus: neque movere debet θαυμάσιον, quod ſubjunctum, *Tantulo impendio ingens victoria ſtetit*. Nam etiam ſic impendium ſatis leve. *Acidalius*. Velim hic ſimpliciter legi *trecenti*, ſublato *& duo*; ſic enim reſpondebit numerus illi Diodori 17, 36. *Ex Macedonum peditibus*, inquit, *trecenti, & 150 equites defuere*. In Iuſtino, 11, 9. item emendarim, pro peditum *130. peditum 300. Locenius*. Hos ſequitur Raderus, cum alii quoque auctores ampliorem occiſorum prodant numerum. Negat inſuper Glareanus ex Valla, *triginta & duo* Latine dici, ſed præponendum eſſe numerum minorem, adeoque errorem eum ex notis numerorum natum. quæ res ſuſpicionem facit, alio forſitan exemplari uſum Sabellicum, propius ad veram lectionem acceſſiſſe. ſic enim ille in narratione hujus prælii, Ennead. 4, 4. *Macedonum, quorum fides ſit apud auctores ipſos, equites centum quinquaginta, pedites duodetriginta deſiderati*.

Tantulo impendio] Illis tamen, qui ceciderunt, jactura ſat magna fuit, qui victoria frui non potuerunt. Vt Fabius Maximus filium conſulem, dicentem, paucorum jactura collem poſſe occupari, interrogavit, an ipſe vellet eſſe de illis paucis. *Raderus*. Memorabilis in eam ſententiam eſt Scipionis vox, *Malle ſe unum civem ſervare, quam mille hoſtes occidere*. Hæc igitur eſt illa nobilis ad Iſſum victoria, de cujus tempore diſquirit Raderus. Diem, inquit, ſignavit Ælianus Hiſt. Var. 2, 25. Octavum Idus Febr. qui ſextus eſt Februarii. Sed meo judicio Ælianus non loquitur de pugna ad Iſſum, ſed ultima, qua victus eſt & omnino debellatus Darius. De menſe conſtituamus, quem Arrianus Μαιμακτηριῶνα appellat, & Suidas Ianuarium interpretatur. Sed pugnam menſe Ianuario non commiſſam, ex illo oſtendi poteſt, quod ſupr. 3. 8. dixerat Curtius: *Vtique cum jam hyems inſtaret*. Ianuarius non inchoat hyemem, ſed prope finit. Et hæc, quæ narrat Curtius, circa adultum jam Octobrem contigiſſe, ubi jam annus in hyemem vergit. Μαιμακτηριὼν enim à turbido jam & hiberno Iove, qui Μαιμάκτης Græcis, hoc eſt, furore correptus & turbidus, appellatur, quod hyems, ut ait Lyſimachides, hoc menſe, & aer turbari incipiat. Intelligamus ergo hic adultum Octobrem

NOTÆ.

jam in hyemem & Novembrem inclinantem, immo Novembrem ipsum, ut meliores auctores sentiunt. Atheniensibus enim itanu merabantur menses à solstitio æstivo: ἑκατομβαιών, μεταγειτνιών, βοηδρομιών, πυανεψιών, μαιμακτηριών, ποσειδεών, γαμηλιών, ἀνθεστηριών, ἐλαφηβολιών, μουνιχιών, θαργηλιών, σκιροφοριών. qui hoc ordine respondent mensibus Iulianis: Iulius, Augustus, September, October, November, December, Ianuarius, Februarius, Martius, Aprilis, Majus, Iunius. Vides, Maimacterionα respondere Novembri, qui certe mensis hiemat. De Anno & Consulibus sequitur. Atque Alexandri quidem regni fuit tertius, & tertius ac vigesimus ætatis, Athenis prætore Nicocrate, Romæ Valerio Corvino, & Lucio Papirio, Coss. Diodor. 17. 29. auctore.

CAP. XII.

Matris & uxoris Darii, nec non aliarum captivarum, luctum levat Alexander.

1 REx diu Darium persequendo fatigatus, postea quam & nox appetebat, & eum adsequendi spes non erat; in castra paulo ante
2 à suis capta pervenit. [a] *Invitari deinde amicos*, quibus maxime adsueverat, jussit: quippe summa duntaxat cutis in femore perstricta non prohibebat in-
3 teresse convivio: quum repente è proximo tabernaculo lugubris clamor, barbaro ululatu planctuque permistus, epulantes conterruit. Cohors quoque, quæ excubabat ad tabernaculum regis, verita ne majoris motus principium esset, armare se cœperat.
4 Caussa pavoris subiti fuit, quod mater uxorque Darii cum captivis mulieribus nobilibus, regem, quem in-

INTERPRETATIO.

a *Ad convivium vocari* eos *quibus familiariter utebatur.*

NOTÆ.

1 REx diu] *Ducenta stadia progressus flexit iter media nocte in castra versus.* Diod. 17. 37. Ducenta stadia continent sex milliaria nostratia cum quadrante: ex quo intelligis, quantopere urserit Darium Alexander, & cur tam sero ad suos reditarit: in capto enim Dario belli finem sperabat. *Rad.*

2 *Invitari*] Diodorus: *Ministri ergo Alexandri tabernaculum Darii & lavacra cænasque apparabant; crebrisque lampadum ignibus, ingentique pyra excitatis expectabant Alexandrum, ut à persequendo Dario reversus, veniret in plenam rerum omnium Darii, velut Asiæ regni occupandi augurium, possessionem.*

Amicos] Hephæstionem nempe, Perdiccam, Parmenionem, Craterum, &c.

3 *Cohors quoque*, &c.] Nihil parvum, quod spretum majoris mali caussam

interfectum esse credebant, ingenti gemitu ejulatuque deflebant. Vnus namque è captivis spadonibus, qui forte ante ipsarum tabernaculum steterat, amiculum, [a] quod Darius, sicut paulo ante dictum est, ne cultu proderetur, abjecerat; in manibus ejus qui repertum ferebat, adgnovit: ratusque interfecto detractum esse, falsum nuncium mortis ejus attulerat. Hoc mulierum errore comperto, Alexander fortunæ Darii, & pietati earum inlacrymasse fertur. Ac primo Mithrenem, qui Sardeis prodiderat, peritum Persicæ linguæ, *ire ad consolandas eas* jusserat: veritus deinde [b] ne proditor captivarum iram doloremque gravaret; Leonnatum ex purpuratis suis misit, jussum indicare, *falso lamentari eas Darium vivum.*

5 6 7

INTERPRETATIO.

a *Quod Darius projecerat, ne ex ornatu regio agnosceretur.*
b *Ne perfidi conspectus illarum indignationem luctumque augeret.*

NOTÆ.

sim dare possit, spernendum. Imprimis res bellicæ (ut monet Polybius lib. 8.) parvo momento possunt impelli, ut vel hunc, vel contrarium exitum sortiantur. *Loccenius.*

5 *Amiculum*] Verior conjectura Horatiæ fuit, paludamentum quod ipsa sponso neverat, in manibus fratris cernentis. vide Livium 1, 26.

6 *Alexander fortunæ* &c.] Nec Alexandri æmulus Cæsar hoc lacrymarum officium in fortuna Pompeii Magni prætermisit. vide Valer. Max. 5. 1. Sunt tamen qui negant, Principes, Heroas, & viros militares decere lacrymas. Vnde & Plato in Homero reprehendit, quod Heroas aliquando flentes induxerit. Et Ennius Iphigenia dixit: *Licet lacrymare plebi, regi honeste non licet.* Sed his reponimus, an Heroas & Reges non etiam inter homines referant; an his solis Stoicos aut ferreos animos tribuant? quod humanitati repugnat. Nam si lacrymæ non sint ignavæ mollitiei, sed commiserationis ac justi doloris (quales erant hæ Alexandri) & cum modo sint, humanum utique est, & naturale, humanis casibus humaniter affici. Ita Scipio Carthaginis: Marcellus Syracusarũ excidio illacrymasse feruntur. *Locc.*

Mithrenem, qui Sardeis prodiderat] Arrianus: Αὐτὸς δὲ Σάρδεσι προσῆλθε, καὶ ἀπιόντι μὲν οὐδεὶς ἐδοκίμασε φυλάσσειν Σάρδεις, ἦκον παρ' αὐτὸν Μιθρήνης τε ὁ φρούραρχος τῆς ἀκροπόλεως τῆς ἐν Σάρδεσι, καὶ Σαρδιανῶν οἱ δυνατώτατοι. ἐκδιδόντες, οἱ μὲν τὴν πόλιν, ὁ δὲ Μιθρήνης τὴν ἀκρον καὶ τὰ χρήματα. *Ipse Sardes versus movit: cumque ab oppido nemo ferme fluxiis abesset, obvium habuit Mithrenem, præfidii, quod in arce erat, præfectum, primoribus Sardianorum comitatum; atque hi quidem oppidum, Mithrenes autem arcem & pecuniam dedunt.* Sardes fuit caput Lydiæ, cui Crœsus imperavit, nobili monte Imolo & flumine Chrysorrhoa Pactolo. *Diod.*

7 *Ne proditor*] Nec mirum hoc metuisse Alexandrum, quando *proditores etiam iis quos anteponunt, invisi sunt*, ut Tacitus ait 1, 58.

vum. Ille cum paucis armigeris in tabernaculum, in quo captivæ erant, pervenit, *missumque à rege se*
8 nunciari jubet. At ii, qui in vestibulo erant, ut armatos conspexere, rati actum esse de dominis, in tabernaculum currunt, vociferantes, *adesse supremam*
9 *horam, missosque qui occiderent captas.* Itaque, ut quæ nec prohibere possent, nec admittere auderent; nullo responso dato, tacitæ [a] opperiebantur victoris ar-
10 bitrium. Leonnatus exspectato diu qui se intromitteret, postea quam nemo procedere audebat; relictis in vestibulo satellitibus, intrat in tabernaculum. Ea ipsa res turbaverat feminas, quod inrupisse non ad-
11 missus videbatur. Itaque mater & conjunx provolutæ ad pedes, orare cœperunt; *ut, priusquam interficerentur, Darii corpus ipsis patrio more sepelire permitteret: functas supremo in regem officio* [b] *se impigre moriturasque.* Leonnatus, *& vivere Darium, & ipsas non*
12 *incolumes modo, sed etiam adparatu pristinæ fortunæ regi-*

INTERPRETATIO.

a *Expectabant quid victor de ipsis statueret.*

b *Non invitè mortem obituras* esse.

NOTÆ.

Armigeris] Hoc est, armatis. Proprie tamen armiger est is, qui fert in prælio tela domini sui. Dein armiger est miles gravis armaturæ apud Suetonium, Græcis ὁπλίτης. Hoc loco utrumque intellectum videtur vox admittere. *Raderus.*

8 *Qui in vestibulo erant*] Habebant regum reginarumque prætoria seu tabernacula, etiam militiæ suæ vestibula, in quibus officia aulica ad regum imperia excubabant. *Plutarchus.*

De dominis] Ministri reginarum viso Leonnato cum satellitio, nuncium adferunt mortis, adesse armatos, extemplo moriendum. Semper mens timida, deteriora ominatur. *Raderus.*

10 *Trucidare*] Alii, *producere* leg.

11 *Provolutæ ad pedes*] Hic supplicandi mos pluribus gentibus communis. Ejus exempla proferunt Livius 45, 7. de Paulo & Perseo: *summittentemque se ad pedes sustulit.* Apulei. lib. 6. non procul à princ. *Psyche pedes ejus advoluta, & uberi fletu rigans dea vestigia, humumque verrens crinibus suis,* &c. Cic. in Orat. ad Pop. & Equ. Rom. antequam iret in exsilium: *Ore atque obsecro, quibus singillatim sæpe supplex ad pedes jacui, ut eum, quem singuli stratum atque abjectum sublevastis, nunc universi conservatum velitis.* Hinc *abjecti* nomen significationem invenit, pro vili & humili. Nam iste habitus extremam habet submissionem. Vnde antiquis etiam Hebræis in usu fuit, in faciem procidere, nempe ad pedes ejus, cui supplicabant, vel quasi ad pedes,

reginas fore. Tum mater Darii adlevari se passa est. Alexander postera die cum cura sepultis militibus, 13
quorum corpora invenerat; *Persarum quoque nobilissimis eundem honorem haberi* jubet, *matrique Darii permitti, quos vellet, patrio more sepeliret.* Illa paucos ar- 14
cta

NOTÆ.

cum Dei pacem exorarent. Cæterum, ita procidentes genua eorum, quibus advolvebantur, complecti solebant. Tacit. 1, 13. *Cum deprecandi causa palatium introisset, ambulantisque Tiberii genua advolveretur, propere a militibus interfectum. quia Tiberius casu, an manibus ejus impeditus procideret.* Freinsh.

Patrio more] Et hoc ipsi, beneficio Alexandri, concessum. Dario autem πατρίῳ βασιλικῷ conjicit le, Arrianus 3 testis. Persarum utique Reges sua habebant Mausolea seu Regia monumenta, quibus corpora eorum inferri & condi consueverant. Post excessum vero Regum, pro maximi luctus publici argumento, Ignem sacrum æternumque extingui solitum constat. At quo in loco Conditoria Regum habebantur? Persepolitanam arcem assignat Strabo, licet idem & Arrianus Pasagardis Cyri monumentum fuisse putent. Loculo autem aureo vel arcula aurea, Cyri corpus conditum, iidem opinantur. Strabo in eo πύελον χρυσῆν invenisse ait: Πύελον autem Suidas θήκην interpretatur. Hesychius vero λάρνακα exponit. Sed de his ad cap. 1. lib. 10. Cæterum, Persis in more positum fuit, cadavera humi condere, neque immittere cremanda rogo, quod Ignem inter Deos colerent, & indignum judicarent humanis corporibus pascere Deum. Sicut autem Ægyptii variis aromatibus ac unguentis cadavera condiunt, eaque domi servant, sic (ut quam maxime maneant diuturna) Persæ cera oblinunt, Cicerone in Tusculanis autore. Tumulis vero Regum, Titulos superaddi, carminaque incidi consuevisse, ex Nini Epitaphio, quod ex Phœnice Colophonio exscripsit Athenæus, abunde probatur. Hunc morem Persæ imitati, eodem postea honore Cyrum, Darium, aliosque Imp. condecorarunt, sicut Strabo docet.

12 *Reginas fore*] Quippe cum nullæ inimicitiæ adversus Darium susceptæ, sed omne certamen cum eo de imperio Asiæ esset, & hoc, ferro cernendum esse, non sibi cum feminis prælium, sed cum viris bellum esse. *Arrianus.*

13 *Cum cura sepultis militibus*] Ut edito hoc benevolentiæ in suos specimine, omnium animos ad obeunda discrimina alacriores redderet. vid. Diodor. Sic. 17, 21. Infeliciter eum imitatus Philippus ultimus apud Livium 31, 34. qui *aliquid & ad charitatem suorum, & ut promptius pro eo periculum adirent, ratus profecturum se, si equitum, qui ceciderant in expeditione, sepeliendorum curam habuisset: affervi eos in castra jussit, ut conspiceretur ab omnibus funeris honos.* & certe apud Appian. lib. 1. de bell. Civ. Rutilii Cos. corpore aliorumque nobilium in urbem ad sepulturam reportato, *SCto decretum fuit: ut postquam defunctorum in bello corpora ibi humarentur, ubicunque cecidissent: ne ob eorum conspectum reliqui sequiores ad militiam fierent. id decretum mox cognitum & hostes imitati sunt.* sed ibi aliæ causæ suberant, quæ Alexandro non erant metuendæ; igitur ante quoque ad Granicum cæsos *cum armis & reliquo cultu sepeliri jussit*, ut scribit Arrian. 1, 5. Freinsh.

Persarum quoque] Idem priori quoque pugna fecerat. Arrianus 1, 5. *Persarum etiam duces sepelit: ad hæc mercenarios Græcos, qui hostibus merentes, casi fuerant.* Vide H. Grotium lib. 11. de jure belli ac pacis, cap. 19. parag. 1.

Patrio more] Augustin. Tract. 120. super caput 20 Ioannis. *Non mihi videtur*

& a propinquitate conjunctos, *pro habitu præsentis fortunæ humari* jussit; *adparatum funerum, quo Persæ suprema officia celebrarent*, [a] *invidiosum fore* existimans, 15 *quum victores haud pretiose cremarentur*. Iamque justis defunctorum corporibus solutis, præmittit ad captivas, qui nunciarent *ipsum venire:* inhibitaque comitantium turba, tabernaculum cum Hephæstione intrat. 16 Is longe omnium amicorum carissimus erat regi, cum ipso pariter educatus; [b] secretorum omnium arbiter: libertatis quoque in admonendo eo non alius jus

INTERPRETATIO.

a *Invidiæ obnoxium fore, cum* Macedones *victores non splendido apparatu cremarentur.*

b *Omnium* Alexandri *arcanorum conscius.*

NOTÆ.

detur Evangelista frustra dicere voluisse, sicut mos est Iudæis sepelire: ita quippe (nisi fallor) admonuit, in hujusmodi officiis quæ mortuis exhibentur, morem cujusque gentis esse servandum.

14 *Pro habitu*] Id inculcat Curtius ad laudem prudentiæ simul, modestiæque illius Reginæ; quæ mox quoque 3. 12. dicet: *Et præterita fortunæ fastigium capio, & præsentis jugum pati possum.* Similis moderatio gravissimæ itidem matronæ apud Liv. 26, 49. *quid enim huic fortunæ non satis est?*

Quo Persæ] De Persarum apparatu in funeribus, vide Brissonium lib. 2. in fine.

Haud pretiose cremarentur] Alexander ad Granicum 25 equitibus primo conflictu occumbentibus statuas ex ære posuit in templo Iovis à Lysippo factas, reliquos equites 60, pedites 30 cum armis condi præcepit, parentibus eorum ac liberis vectigalium immunitatem concessit, omniaque quæ corpore præstantur officia, remisit. Non videtur locus aut tempus concessisse, ut idem omnibus fieret ad Issum. *Raderus.* Arrianus tamen μεγαλοπρεπῶς sepulta affirmat. Et Diodorus magnificentissimis hostiis Diis ait litatum.

15 *Iamque justis*, &c.] Bongars. pro *justis* habet *bustis*. Merulæ editio voci *solutis* alteram agglutinat *exsequiis:* cum jam tum, ut vereor, aliena vox *solutis*, in textum irrepserit, tanquam umbra vitiosæ *justis*. Nisi fallor, Curtius scripsit; *Iamque ustis defunctorum corporibus, præmittit*, &c. Si quis tamen nimium pro vulgari lectione nitatur, non magnopere repugnem, præsertim, cum ita loqui videatur Curtium, infr. 4. 12, 2. *Freinsh.*

Præmittit ad captivas, &c.] Hoc illud est opus Alexandri πολυθρύλητον, omnibus aliis factis illius tanto longius anteponendum, quanto illustrior est omnibus victoriis victoria sui ipsius. Alias enim alios vicit invictus semper Alexander: hic ipse, se ipso fortior, se ipsum vicit. Vide Freinsh. nemium latius ea de re differentem.

Ipsum venire] Ita frequenter Curtius, pro *se*. lib. 10. *Illi tentari ipsos rati:* tentari se dixissent alii.

Hephæstionem] Hic est ille Hephæstio alter Alexander, tam charus nempe illi, ac ipse sibi erat, in regia cum puero puer versatus, educatus, &c.

16 *Libertatis jus*, &c.] Libertatem dicendi suadendique tutius usurpabit consiliarius, si non usurpet ut rem sui arbi-

jus habebat; quod tamen ita usurpabat, ut magis à rege permissum, quam vindicatum ab eo videretur: & sicut ætate par erat regi; ita corporis habitu præstabat. Ergo reginæ illum regem esse ratæ, suo more veneratæ sunt. inde ex spadonibus captivis, quis Alexander esset monstrantibus, Sysigambis advoluta est pedibus ejus, [a] *ignorationem nunquam antea visi regis* excusans. quam manu adlevans rex, *non errasti*, inquit, *mater*; 17

INTERPRETATIO.

a *Excusans quod Alexandrum non nosset, quem nondum conspexerat.*

NOTÆ.

arbitrii, sed à Principe ipsi respectu officii commissam & approbatam. quod ut recte perficiat, duo extrema vitabit; primo, ne loquendi libertatem cum immodestia & intemperantia linguæ conjungat: dein, ne sub specie libertatis aduletur, sed in libere dicendo bonum publicum respiciat, salva tamen reverentia Principi suo debita. Non sunt contraria (recte & prudenter ait Hippolytus à Collibus in Consiliario) summa reverentia & observantia Principem suum colere, & nullo modo ab officio discedere. *Lucen.* Hic itaq; Hephæstion libertatem monendi temperavit obsequio, &, quod rerum omnium primum est, in tempore adhibuit, ut primas obtinuisse videatur inter rarissima exempla eorum, qui ex regia amicitia non speciem tantum, sed vim usque tenuere, & ad extremum potentia gratiaque perviguere; quod ne Mæcenati quidem contigit. Quicquid id est, certe laudatissimus iste modus & integerrimus, gratia potentium utendi. *Freinsh.*

Ita corporis habitu præstabat] Idem alii tradunt, ut Arrianus 2. 3. & certe infr. 6. 5. *habitus ejus haudquaquam rerum fama par* traditur. ut mirer, quid in mente fuerit Solino cap. 14. scribenti, fuisse *forma supra hominem augustiore*. nisi forte conciliemus, non defuisse Alexandro formæ dignitatem: Hephæstionem tamen aliquanto præstitisse. Sed & reliquis Alexandri amicis idem Iustinus 13. tribuit: *Ejus virtutis erant ac venerationis, ut singulos reges putares.* (diceres huc allusum) *quippe ea forma pulchritudo, & proceritas corporis, & virium ac sapientiæ magnitudo in omnibus fuit, ut qui eos ignoraret, non ex imagine, sed ex toto terrarum orbe electos esse judicaret.* Vide plura infra 6, 5. *Freinsh.*

17 *Veneratæ*] Dio Chrysostomus Orat. 64. de Fortuna: Δαρεῖου μὲν ἡ μήτηρ τὸν Ἀλέξανδρον προσεκύνησεν, καὶ τὸν ἀπιόντα περὶ, Ἡφαιστίωνα. *Darii mater Alexandrum adoravit, &, quod fœdius, Hephæstionem.*

Ex spadonibus] Cum enim *Reginæ apparatu pristina fortuna fore* spopondisset, reliquit iis spadones, qui inservirent. quorum & supra mentio, & infr. 4. 10. *E spadonibus qui circa reginam erant.* ubi vide. Quæ verbo adscribo ad firmandam emendationem Arriani, 2. 3. καί τις τῶν ἀμφ' αὐτὸν, τὸν Ἀλέξανδρον δείξας, *quidam eorum, qui circa eum erant, Alexandrum monstrans.* legendum est enim, τῷ ἀμφ' αὐτῷ, ut referatur ea vocula ad præcedentia τῷ μητέρι τῦ Δαρείε, quod tamen ex solo Arriano facile quis conjiciat, consulerato expresse eum dicere, cum solo Hephæstione intrasse regem, ne quis credat, præisse regem (ut moris est, puto in Italia) nonnullos ex familiaribus, inter quos erat Hephæstion. *Freinsh.*

18 Equi

18 *mater; nam & hic Alexander est.* Equidem, si hac continentia animi ad ultimum vitæ perseverare potuisset; feliciorem fuisse crederem, quam visus est esse, quum Liberi patris imitaretur triumphum, ab Hellesponto usque ad Oceanum omnes gentes victo-
19 ria emensus. Vicisset profecto superbiam atque iram, mala invicta: abstinuisset inter epulas cædibus amicorum: egregiosque bello viros, & tot gentium secum domitores, indicta causa veritus esset occide-
20 re. Sed nondum fortuna se animo ejus infuderat. itaque [a] orientem eam moderate & prudenter tulit; ad
21 ultimum magnitudinem ejus non cepit. Tum quidem ita se gessit, ut omnes ante eum reges & continentia & clementia vincerentur. Virgines enim regias ex-

INTERPRETATIO.

a *Nascente fortuna modeste usus est*, sed *tandem* nimiam *ejus amplitudinem moderari non potuit.*

NOTÆ.

18 *Equidem, si hac continentia*] Ferme initia imperii meliora, sed finis inclinat, ex effato Taciti. Non vero satis est cœpisse in bono; perseverandum est. Non est bonus cursor, qui deficit, antequam ad metam perveniat. *Lucc.*

Ab Hellesponto usque ad Oceanum] Oceanus Indicus intelligendus, ubi Alexander aras posuit, sicut è contra Hercules ad occidentem in Oceano Atlantico, quod Europam Africamque ab America aliquatenus distinguit, columnas: unde & columnæ Herculis appellantur.

19 *Vicisset profecto superbiam*] Alexander aliorum victor, nondum sui erat. Id enim egerat, inquit Seneca Epist. 113. *ut omnia potius haberet in potestate quam affectus.* At ille optimus victor, qui domesticos, & quos intus secum habet hostes, pravas cupiditates vincit. Isocrates oratione ad Nicoclem: *Imperta tibi ipsi non minus quam & cæteris: idque maxime regium putato, si nullis libidinibus servias, sed cupiditates magis in potestate habeas, quam cives tuos.* Loccen. Freinshemius abolendam putat particulam *si*, & ab indocto quopiam inculcatam, farciendo sensui; quæ postea Acidalium & Raderum frustra torsit.

Cædibus] Clitum vult, Parmenionem, Callisthenem, &c.

20 *Sed nondum fortuna*, &c.] Optimus fuit Alexander, nondum secundis rebus mersus.

21 *Ante fuit*] Nec tamen sua laude privandus Cyrus, qui Pantheam pulcherrimam mulierem, marito servavit. vide suavissimum Xenoph. *παιδ.* l. 5. Tum insignis maxime Scipio memoratur Polybio 10, 18. Vide Marcellinum 24. 16. Alexandrum & Scipionem imitatus est Iulianus, auctore Marcellino 24, 16. Laudat & Plinius Alexandri continentiam, propter Campaspen Apelli donatam.

Virgines enim Regias] Vulgo *virgines & reginas*. Primus Rutgersius emendandum vidit *regias*, eoque conjunctione expulsa scripsit: *virgines regias*. optime. Vulgatum tamen Loccenius tenuit,

ized by Google

excellentis formæ tam ſancte habuit, quam ſi eodem quo ipſe parente genitæ forent: Conjugem ejuſdem, 22
quam nulla ætatis ſuæ pulchritudine corporis vicit, adeo ipſe non violavit, ut ſummam adhibuerit curam ne quis captivo corpori inluderet: *Omnem cul-* 23
tum reddi feminis juſſit, nec quidquam ex priſtinæ fortunæ magnificentia captivis, præter fiduciam, defuit. Itaque Syſigambis, *rex*, inquit, *mereris, ut* 24
ea precemur tibi, quæ Dario noſtro quondam precatæ ſumus. &, ut video, dignus es, qui tantum regem non felicitate ſolum, ſed etiam æquitate ſuperaveris. Tu qui- 25
dem matrem *me*, & reginam *vocas: ſed ego me tuam famu-*

NOTÆ.

tenuit, & explicat *reginas* Darii matrem & conjugem. Omnino Rutgerſii correctio proba eſt. exponitur enim, quomodo omnes Reges continentia vicerit Alexander. Itaque nullæ hic matris Darii partes ſunt, ut ejus cauſſa vox *reginas* ſervari debeat: ſi enim id voluiſſet auctor, non ſeparatim conjugem Darii nominaſſet, poſtquam expoſuit de filiabus. deinde *excellentis formæ*; quod ad matrem Darii vix referas, quam *animum* ſupra vocavit: & *quam ſi eodem parente genitæ forent*, omnia pro hac ſententia faciunt. Quibus rationibus addo & Bongarſii auctoritatem, qui in ſuo codice ſic notaverat. *Freinsh.*

23 *Cultum*] Corporis, mundum muliebrem.

Præter fiduciam] Neſciebat enim, quamdiu hæc Alexandri clementia eſſet duratura; nihil enim inconſtantius fortuna, quæ ſolum conſtans in levitate ſua eſt. *Raderus.*

24 *Æquitate*] Darius Macedonas crudeliter vel mactavit, vel mutilavit, ſupra 3. 8, 15. at hoc ante prælium Alexander totum ipſius gynæceum ſacroſanctum ſervavit. Darius percuſſorem mille talentis in Alexandrum immittere conabatur, cum æger Tarſi decumberet, ſupra 3. 5, 15. hoc nunquam fecit Alexander, qui aperta ſemper virtute & Marte graſſabatur ad gloriam. præterea, ut ex epiſtola Alexandri ad Darium infra 4. 1, 12. diſces, parens Alexandri, Perſarum impulſu, ut ipſi gloriabantur, interfectus eſt: Græci ſollicitati, ut Alexandro bellum inferrent, ſocios ab Alexandro abalienarent. Æquior ergo Alexander Dario. Intulit Dario bellum Alexander: ſed majores etiam ſuos & univerſam Græciam à priore Dario & Xerxe populatam ultum ivit. Repelli ergo à ſe bellum, non inferri dixit. *Raderus.*

25 *Ego me famulam tuam eſſe confiteor*] Civiliter regia mater ſcenæ & tempori ſervit, ſaris gnara, quid præſentem ejus fortunam deceat. mox tamen, ne quid ſe indignum loquuta videatur, animum revocat, & utriuſque fortunæ ſe capacem oſtendit: & quum nunc ſit famula fortunâ & captivitatis neceſſitate, tamen animo liberam & generoſam eſſe. Quibus nobilis eſt ſpiritus, in adverſis utiliter modeſtiam animique generoſitatem miſcent, ut Hortalus apud Tacitum. Seneca:

Fortunæ opes auferre, non animum poteſt. Loccenius.

Et præterita fortuna, &c.] Nec ſecundis antea rebus elata; nec adverſis nunc abjecta, præſertim tam clementem dominum experta.

Tua

famulam esse confiteor. [a] *& praeritae fortunae fastigium capio, & praesentis jugum pati possum:* [b] *tua interest, quantum in nos licuerit, si id potius clementia, quam* 26 *savitia, vis esse testatum.* Rex *bonum animum habere* eas jussit. Darii deinde filium collo suo admovit. atque nihil ille conspectu tunc primum à se visi conterritus, cervicem ejus manibus amplectitur: motus ergo rex constantia pueri, Hephæstionem intuens, *quam vellem*, inquit, *Darius aliquid ex hac* 27 *indole hausisset!* Tum tabernaculo egressus, tribus aris in

INTERPRETATIO.

a *Prioris fortunae sublimitate non efferor, & praesentis* calamitatis *pondus ferre valeo.*

b *Tua refert ut clementia magis* parcendo, *quam duritia velis esse notum, quid in nos* facere *potueris.*

NOTÆ.

Tua interest, quantum in nos licuerit, si id potius clementia quam savitia vis esse testatum] Vere interest victoris, quantum ipsi in devictos & captivos licet, si id potius jure humanitatis quam rigore faciat testatum. Moderatio enim & clementia servant fortunam, saevitia perdit. *Loccenius.*

26 *Darii filium*] Ochum sexennem, ut auctores tradunt; solus Galterus septennem facit:

Septennem puerum in natum sibi mitis adoptat.

Diodor. 17. 38. signate sexennem affirmat. *Idem.* supra etiam noster, 3. 11. *filium nondum sextum aetatis annum egressum.*

Ex hac indole] Generosioris aliquid spiritus, qui in Ocho puero elucebat.

27 *Tribus aris*] Errare videntur, qui negant, Macedonas trophæa posuisse. dubito quidem, eos Pausaniæ auctoritate niti, qui libro 9 exserte id scribit, etiam addito hunc Alexandrum *neque de Dario, neque de Indicis victoriis trophaeum ullum erigendum curasse.* sed quid si & hunc erroris arguam? id certe malim quam Arrianum, 1. 5. quam Plutarchum in vita cap. 26. qui etiam ipsam inscriptionem, & quidem totidem uterque verbis referunt, in parva tantum circumstantia variantes. Idque sequutos fuisse alios ex Macedonibus reges, exemplo est Antiochus, qui trophæum erexit, ubi Indatem Parthorum ducem profligaverat, ut apud Ioseph. 13. 16. auctor est Nicolaus Damascenus. Quin & ex Himerio non leve argumentum capio, ipsum etiam Alexandrum erexisse trophæa. sic enim ille in excerptis apud Photium Cod. 243. *Cur ergo non tollo trophaea?* (Alexandri nimirum. & Demosthenes ibi loqui fingitur.) *cur columnas non everto? cur inscriptiones non expungo?* Et certe, hæ ipsæ aræ quid aliud sunt, quam superbissima trophæa? ut ita ratio quoque Pausaniæ subvertatur, ob quam Macedonibus erecta trophæa neget, ne videlicet perpetua hac victoriæ exprobratione, hostibus locum secum in gratiam redeundi præcluderent: certe enim, aræ illæ diutius perstiterunt; quam ulla alterius generis trophæa. Nam & Ciceronis ætate fuerunt post annos fere trecentos. ipse meminit Epist. fam. 15. *castra in radicibus Amani habuimus, apud Aras Alexandri.* Quid autem, quod

in ripa Pinari amnis, Iovi atque Herculi Minervæque ſacratis, Syriam petit; Damaſcum, ubi regis gaza erat, Parmenione præmiſſo.

NOTÆ.

quod urbes adeo condidit in victoriarum ſuarum monumenta? non ea ſunt quibuſvis trophæis durabiliora & ſuperbiora documenta? vide infra ad 9. 3. Nam & hac victoria potitus, de nomine ſuo condidit urbem, cujus meminit Plin. 5. 27. & Stephanus in Ἀλεξάνδρεια. quam Herodian. 3. 12. adhuc ſuo ævo teſtatur extitiſſe. *Freinshemius.*

Iovi atque Herculi Minervaque] *Iovi*, ut principi Deorum, & Divum hominumque patri O. M. ut veteres vocabant, & quod maxime faveret & faviſſet Græcis etiam bello Trojano. Eodemque nomine *Minervæ*, quam præcipue colebant. *Herculi* autem, quod ex Heraclidarum ſtirpe ſe profatum ſciret. *Raderus.*

Damaſcum] Hæc Syriæ metropolis, ac velut oraculum Orientis. Syris *Darmeſec*, Arabibus *Sciam* & *Demaſc* dicitur, ut obſervat Druſius. Sita eſt in ampliſſimo campo ad radices Libani montis. unde nec rhedis, nec vehiculis locus eſt, ſed omnis victus per mulos vel camelos infertur. Chryſoroas ex Libano ortus mediam interfluit. Eliezerum Abrahami patriarchæ vernam, qui Hebræis *Damaſeck* dicitur, Damaſci conditorem faciunt Arabes; quibus etiam D. Hieronymus conſentit. Dicunt tamen, hic antea conſediſſe دمشق Ebræis דמשק, & locum vocaſſe Aram, Golio teſte. Ejus arcem ex porphyretico lapide à Florentino conſtructam hodie videri à quibuſdam affirmatur. *Blanckardus.*

Gaza] Vox hæc Perſica eſt, poſteaque ad alias gentes tranſiit. Habebant Perſæ in ſingulis provinciis ſuos theſauros, qui *Gaza* dicti. Servius interpretatur *cenſus* & divitias, Heſychius βασίλεια, Mela *ærarium*, Probus & Curt. ſæpe *pecuniam regiam*. A gaza dicuntur γαζοφύλακες ἐκ γαζοφυλακεῖν. *Raderus.*

CAP. XIII.

Darii gazam immenſam, cum ingenti nobilium numero, Parmenioni proditorie Damaſci præfectus tradit.

ATQUE is, quum præceſſiſſe Darii ſatrapam 1
comperiſſet: veritus ne paucitas ſuorum ſperneretur, accerſere majorem manum ſtatuit. Sed forte in exploratores ab eo præmiſſos incidit 2
na-

NOTÆ.

1 *Satrapam*] Id magiſtratus nomen neque Romanum, neque majorum noſtrorum, ſed ex altero imperio traditum fuit. *Juſtiniani* Nov. 31. 2. Per *alterum imperium*, innuit Perſicum. Uſurpata tamen hæc vox Terentio Plinioque. Satrapæ provinciis præerant, eorumque fidei & curæ committebantur. Horum utique muneri & officio incumbebat, provincialibus imperare, eorum utilitatibus proſpicere, tributa cogere, primiſque cuſtodibus ſtipendia exſolvere & quicquid inſuper facto opus eſſet, effectum dare. Hujuſmodi

natione Mardus, qui ad Parmenionem perductus, literas ad Alexandrum à præfecto Damasci missas tradit ei; *nec dubitare eum, quin omnem regiam supellectilem cum pecunia traderet*, adjecit. Parmenio *adservari eo* jusso; literas aperit: in queis erat scriptum; *ut mature Alexander alignem ex ducibus suis mitteret, cum manu exigua.* Itaque re cognita, Mardum datis comitibus ad proditorem remittit. Ille è manibus custodientium lapsus, Damascum ante lucem intrat. Turbaverat ea res Parmenionis animum, insidias timentis; & ignotum iter sine duce non audebat ingre-

3 4

NOTÆ.

modi provinciarum Præfides, Regem de toto provinciarum quas regebant statu, certiorem faciebant: litteriſque & per nuncios, ut se res haberent, significabant.

2 *Natione Mardus*] Mardus gentile nomen est, non proprium. ci Μάρδοι, inquit Stephanus, ἔθνος Τρκανῶν, ex Apollodori secundo de terra, prædones & sagittarii sunt. Strabo quoque lib. 2. ex Nearcho, Mardos unam ex quatuor gentibus prædando vivere consuetis esse finitimos Persis. Sed hos infra noster Curtius, 5.6,17. & 6.5,11. copiose describit. Gentem hanc ante Alexandrum nemo adortus vicerat. Nonnulli codices habent *nomine Mardus*, non *natione*. Sed antiquissimus liber, *natione*, melius. quam scripturam etiam Modius sequitur. *Raderus*. Cui cum adstipularentur Bong. & Merula, facile assensus sum: duplici insuper ratione ductus. nam & indignum Curtio videbatur, omisso Satrapæ nomine, nuncii nomen expromere; & reminiscebar, alibi quoque similia peccari: sicut infra, 10. 4. *Freinsh.*

Traderet] Post hoc verbum, veteres libri omnes addunt, *adjecit*: videtur tamen ex ora & glossemate, in codices irrepsisse: quod tamen ex-mente Freinshemii textui etiam inseruimus.

3 *Literas aperit*] Quamquam ad Regem scriptas: quia tamen à præfecto Damasci missæ erant, cujus recipiendæ cura ipsi commendata fuerat, nec res moram patiebatur (aliter enim aut munire diligentius urbem eam poterant Persæ, aut gazam avehere), merito literas aperuit; ut quid sibi agendum esset, inde cognoscere posset. *Freinsh.*

Cum manu exigua] Non opus futuri amplioribus copiis, ita sua opera provisum esse, ne quis auderet defensionem.

Ad proditorem] Præfectum Damasci, qui mox, ut solet, proditionis pœnas dedit.

Custodientium lapsus] Mardus fefellit comites, & solus Damascum rediit, ut hoc minus, reor, proditio observaretur: nam si comitatus adveniſſet, peregrini suspicionem aliis movissent. Custodes ergo, amisso duce itineris, haud dubie ad Parmenionem regressi, rem exposuerunt. *Raderus.*

4 *Ignotum iter*] Apud Curtium, 9.1. in urbe Sophitis *dubitabant Macedones, deseruissentne urbem incolæ, an fraude se occultarent*. Nec injuria. Ita apud Florum, 1.13. *Aderant interim Galli, apertamque Vrbem, primo trepidi, nequis subesset dolus, mox ubi solitudinem vident, pari clamore & impetu invadunt*. Sic & apud Livium 44 Cos. Marcius Dium urbem à Macedonibus relictam ingressus, *vix satis* poterat *credere, in tantis rebus sine causa relictis, non aliquem subesse dolum*. Freinsh.

Foli-

gredi: felicitati tamen regis ſui confiſus, *agreſtes, qui duces itineris eſſent, excipi* juſſit. quibus celeriter repertis, quarto die ad urbem pervenit: jam metuente præfecto, ne ſibi fides habita non eſſet. Igitur 5
quaſi parum munimentis oppidi fidens; ante ſolis ortum *pecuniam regiam*, quam *gazam* Perſæ vocant, *cum pretioſiſſimis rerum efferri* jubet: fugam ſimulans; re vera, ut prædam hoſti offerret. Multa millia vi- 6
rorum feminarumque excedentem oppido ſequebantur; omnibus miſerabilis turba, præter eum, cujus fidei commiſſa fuerat. quippe quo major proditoris merces foret, objicere hoſti parabat gratiorem omni pecunia prædam, nobiles viros, prætorum Darii conjuges, liberoſque; præter hos urbium Græcarum legatos: quos Darius velut in arce tutiſſima, in 7
proditoris reliquerat manibus. *Gangabas* Perſæ vocant humeris onera portantes: hi quum frigus tolerare non poſſent (quippe & procella ſubito nivem effu-

NOTÆ.

Felicitati tamen regis ſui] Iunge hic quæ obſervavimus ſupra ad 3.2, 1. *plurimis curam, omnibus obfuiſſe fortunam.* ubi diximus putari, miniſtrorum fortunam pendere ex fortuna dominorum; nec immerito quidem: cum enim omnia horum geſta ad damnum commodumve Principis pertineant, nemo felix poſſit eſſe Princeps, qui infelices miniſtros habeat.

6 *Quo major proditoris merces foret*] Reputabat enim quod Abelox apud Liv. 22. 22. qui *transfugam ſine magna rei proditione venientem ad hoſtes, nihil aliud quam unum vile atque infame corpus eſſe ratus, id agebat, ut quam maximum emolumentum novis ſociis eſſet.* & apud Cæſarem de bel. Civ. 3. 60. Roſcillus & Ægus, Cæſare deſerto, *conati ſunt præfectum equitum C. Voluſenum interficere, ut cum munere aliquo perfugiſſe ad Pompeium viderentur.* atque id appellat Livius, 22.2. *cum mercede magna fallere.* Sic apud Appian. lib. 1. de bell. civil. Albinovanus ad Syllam tranſituras, nobiles quoſdam interfecit. *Freinsh.*

Gratiorem omni pecunia prædam] Merito. nam & ſi pecuniæ cupido fuiſſet, magno pretio captivos illos ſuis potuiſſent reddere; &, ſi major utilitas optaretur, per hæc nobiliſſimorum potentiſſimorumque hominum pignora eorum fides ſolicitari, certe audacia virtuſque frangi poterat, metuentium ne in ſuos vindicaretur, ſi quid hoſtibus damni inuliſſent. Ea mens, in ſimili fere proditione, ludimagiſtro Faliſcorum fuit: cum diceret; *Falerios ſe in manus Romanis tradidiſſe, quando eos pueros, quorum parentes capita ibi rerum ſint, in poteſtatem dedideriſ.* Liv. 5. 27. Infinita ad hanc rem dici poſſe quis neſcit, qui conſiderat, cujus rei cauſſa obſides imperari ſoleant? Igitur hæc miſſa faciamus. ſed ſequen-

effuderat; & humus rigebat gelu [7]) tum adstrictas vestes, quas cum pecunia portabant auro & purpura insignes, induunt: nullo prohibere ausо; quum [a] fortuna regis etiam humillimis in ipsum licentiam [8] faceret. Præbuere ergo Parmenioni non spernendi agminis speciem: qui intentiore cura suos, quasi

ad

INTERPRETATIO.

a *Cum Darii calamitas vel abjectissimis adversus ipsum licentiam daret.*

NOTÆ.

tia me offendunt: *nobiles viros.* at quinam illi? certe infra, cum captivorum illorum nomina tradit, ne unius quidem viri mentionem facit, præter legatos Athen. Spartanorumque; quos tamen hic non intelligi, constat ex eo, quod statim diserte sequitur; *præter hos, urbium Græcarum legatos.* His ita præstructis, confidenter lego; *nobilium virorum præterea Darii, &c.* nec est, ut moveamur eo quod infra refertur, *ille cultus tot nobilium virorum:* nec enim sequitur, ipsos adfuisse, imo res tantum suas eo misisse; nemine id dedecus subituro, ut, dum Rex cum hoste decernit, ipse interim muliebri more alibi delitesceret. Vide Herodot. 7. 21. *Freinsh.*

7 *Humus rigebat,* &c.] Varie legitur hic locus. Deinde etiam abundare *tum* videtur, quod addi non solet, nec debet semper. *Adstricta* autem *vestes* non male sane dicuntur: imbibi tamen & altius, quam ut refundere possim, non ad vestes eam vocem referendam, sed ad humum: atque ita ex animi sententia rescribo: *& humus rigebat gelu tum adstricta: vestes, quas cum pecun. &c.* Acidalius.

Adstrictas vestes] Collectas accipe in sarcinas, ut humeris ferri possint.

Auro & purpura] Hæ enim vestes non ab ipso tantum Rege, sed & proceribus ejus gestabantur: unde *Purpuratorum* nomen. Sane, apud Constantinop. Impp. purpuræ usu interdictum fuit privatis, idque innumeris constitutionibus, ut affirmat l. fin. C. de vestib. holosericis. lib. 11. qua de causa etiam in l. 7. C. de excusat. mun. lib. 10. *Purpurarii* dicuntur *in servire devotioni* Principis. De isto autem vestium Persicarum luxu consule Brisson. lib. 2. *Freinsh.*

Quum fortuna regis etiam] Licet rebus adversis superiorum, dignitatis prioris & majestatis reverentia ac memoria in animis fidorum bonorumque civium non aboleatur; adversa tamen auctoritatem vulgo minuunt, quam ex fortuna plebs metitur. Hoc Phædrus, lib. 1. fab. 21. insinuat apologo vel fabula leonis senis & ægroti; cui per illam occasionem non solum taurus & aper, sed etiam asinus impune insultat: unde auctor addit:

Quicunque amisit dignitatem pristinam,
Ignavis etiam jocus est in casu gravi.

Id præter Darium & alios, expertus Iobus, cap. 29. & 30. & expertus hoc est Regum maximus David, cum Absalonem fugeret. 2 Sam. 16. Sic & Perseo à Rom. victo, *quidam ausi sunt medii ex concione succlamare, Abite, hinc, né, qui pauci supersumus, propter vos pereamus.* Factum in Amphipoli, Liv. 44. 45. Principes hinc cogitent, cum omnia incerta, quantoque plus adeptus quisque, hoc magis in lubrico sint, ita sibi instituenda esse omnia, ut in utraque fortuna, firmum in animis atque fide subditorum habeant præsidium. Contraria autem sententia & exemplum est infra, 3. 13. *Freinsh.*

Humillimis] Abjectissimis & vilissimis.

9 *Omis-*

ad juſtum prælium, paucis adhortatus, *equis calcaria ſubdere* jubet, *& acri impetu in hoſtem invehi.* At 9
illi, qui ſub oneribus erant, omiſſis per metum, capeſſunt fugam: armati, qui eos perſequebantur, eodem metu arma jactare, ac nota diverticula petere cœperunt. Præfectus quaſi & ipſe conterritus ſimu- 10
lans, cuncta pavore compleverat. Iacebant totis campis opes regiæ: illa pecunia ſtipendio ingenti militum præparata: ille cultus tot nobilium virorum; tot inluſtrium feminarum: aurea vaſa: aurei fræni: tabernacula regali magnificentia ornata: vehicula 11
quoque à ſuis deſtituta, ingentis opulentiæ plena, facies

NOTÆ.

9 *Omiſſis*] Recte Acidalius auguratur deeſſe vocem *illis*. ſcil. *oneribus*. Elegans Parmenionis ſtrategema recenſet in hoc opere Polyænus, lib. 4. nam *cogitans ſe non poſſe conſervare tantam impedimentorum multitudinem, ſi calones barbari ſe fugæ traderent, miſſis ad eos tribus equitum turmis, promulgavit: Quicumq; non propriis manibus ſua jumenta apprehenderit, trucidabitur. Hanc promulgationem veriti barbari, ipſi ad jumenta acceſſerunt, & impedimenta tranſportarunt.* paulum à Curtio diſſentiens, qui illa direpta vult à militibus: nam Arrianus neutrum tradens, magis tamē inclinare videtur ad ſententiam Polyæni, ex cujus verbis præcedentibus deforme mendum tollo. narrat enim nobis, Parmenionem miſſum fuiſſe *Damaſcū ad impedimenta peditū*, τὰ ὑποζύγια τῶν πεζῶν. quis non videt auctorem ſcripſiſſe τῶν Περσῶν? ut non ſit exponendum *peditum* ſed *Perſarum*. Freinsh.

Perſequebantur] Sic plerique omnes. Modii vero ſcriptura magis arridet, legentis *proſequebantur*.

10 *Præfectus quaſi & ipſe conterritus ſimulans*, &c.] Sic omnes fere libri: & Viri docti delent vocem *ſimulans*. Videtur legendum: *quaſi & ipſe conterritus ſimulate cuncta pavore compleverat.* Erat enim prodigor; ſed inter ſuos ſpeciem paria timentis & ignari ſumebat. Niſi malis: *Præfectus ſe & ipſe conterritum ſimulans.*

Conterritus ſimulans] Faveam codicibus, ſi qui deleant vocem *ſimulans*, quæ eſt ipſa expoſitio verborum, *quaſi & ipſe conterritus*. Idem judicium eſt de voce *ingenti*, quæ *ſtipendio* adglutinatur; quam utique non vereor ne Curtius agnoverit. *Freinsh.*

Aurei fræni] Notiſſimum eſt, & à Briſſon. lib. 1. & lib. 3. traditum, apud Perſas multa ejuſmodi auro ſolida fieri conſueviſſe, inſequentibus etiam temporibus, unum tamen hic adnotandum duxi, quod mihi quidem maxime minum eſt viſum, pugionem totum aureum Comitis Perſici, quem occiſo ereptum ſcripſit Cedrenus in anno 17. Heraclii. Οἵπερ τὸν Πέρσας φασὶν ὑπτιάζειν. *Quibus ſummopere Perſas ſtudere aiunt.* Dio Chryſoſt. Orat. 2. ubi dicit, Homerum quoque non probare ejuſmodi ornatum in bellis. Id autem iſtis nationibus aliter placuit. Sed & nunc antiquum obtinent: quomodo & de Turcis conſtat, & præſertim in prælio Varnenſi, *aurea equorum frena multorum viſa, & multis galearum argenti atque gemmarum nitor; ipſæ quoque gladiorum vaginæ prægrandes unciones ornabant.* Æneas Silvius hiſt. de Europa cap. 5. *Freinsh.*

11 *Vehicula quoque à ſuis deſtituta*,

facies ² etiam prædantibus triſtis. SI QUA res avaritiam moraretur. Quippe tot annorum incredibili & fidem excedente fortuna cumulata, tunc alia ſtirpibus lacerata, alia in cænum demerſa eruebantur: 12 non ſufficiebant prædantium manus prædæ. Iamque etiam ad eos, qui primi fugerant, ventum erat: feminæ pleræque parvos trahentes liberos ibant, inter quas tres fuere virgines, Ochi, qui ante Darium re-

INTERPRETATIO.

² *Spectaculum vel ipſis prædantibus lugubre.*

NOTÆ.

ingentis opulentiæ plena] Mod. Ed. *gentis opul.* Lego, *Vehicula quoque ſua deſtituta agentibus.* Tantum enim terrorem Barbarorum fuiſſe vult, ut omnia, etiam vehicula, quibus eorum opes portabantur, reliquerint, id ſolum agentes, ut ſeipſos fuga ſervare poſſent. Dixit autem *agentes* pro aurigis: eodem modo, quo Ovidius in Phaëthontis fabula, l. 2. Metam. verſ. 62. *Non aget hos currus.* Rutgerſius.

Si qua res avaritiam moraretur] Avaritiæ nihil nefas, nec ulla commiſeratio: itaque, ſi qua res poſſet impedire Avaritiam, poterat certe & debebat miſerabilis facies populi, feminarum, liberorum nobilium, ſupellectilis regiæ per omnes vias ſparſæ, lacrymæ, fuga, & hoc genus ſexcenta. *Raderus.*

Fidem excedente Fortuna] Fortuna hic non idem eſt quod opes aut divitiæ, ſed quod ſucceſſus proſper, & perpetua felicitas. Deſignat magnitudinem opum earum hoc argumento, quod & multis annis, & rebus ex voto fluentibus collecta fuerant: unde facile quilibet colligat, utique fuiſſe maximas. *Freinsh.*

12 *Femina pleraque*] Præter illas, quæ hic memorantur nobiliſſimæ, fuerant & aliæ: nam Parmenio ad Alex. ſcripſit: captas *pellices regias, quas callerent muſicam, trecentas viginti novem.* Extat excerptum ejus epiſtolæ apud Athenæum, lib. 13. *Freinsh.*

Parvos trahentes] Parvuli enim parentum paſſus æquare non poterant, eoque tracti potius, quam ducti. Virg. Æn. 2. 723.

——— *dextra ſe parvus Iulus*
Implicuit, ſequiturque patrem non paſſibus æquis.

Ochi, qui] Tametſi liberi ei complures attribuuntur, & conjugem una cum filiabus aliquot captam hic affirmat Curtius, nominantur tamen ſoli, Arſames, Biſthanes, & Paryſatis. Cum Diodorus hoc quoque impugnans, fratres Arſamis, qui jam juvenes eſſent, ad unum omnes cæſos à Bagoa dicat. Interim genitam fratribus hiſce reor filiam ἀνώνυμον, quæ empta Hyſtaſpi propinquo, cum poſt victum Darium inter captivos conviviorum ludibrio adhiberetur, pudore formaq; Alexandro ad genus ipſius percontandum occaſionem præbuiſſet, dimittitur honorifice, & facultates ſuas retinere, & redire ad maritum jubetur. Curt. 6. 2, 7. Arſames ſucceſſit patri, ſed poſt quadriennium à Bagoa extinguitur. Biſthanes contulit ſe in fidem Alexandri, & fugam Darii ex Ecbaranis illi nunciat. Arrian. 3. 4. Paryſatis ducitur in matrimonium ab Alex. nuptiis regio luxu Suſis celebratis. Arrianus, 7. 1. *Reineccius.* Ochus idem eſt quod magnus. Fuit hic Ochus, Aſſueri, Eſtheris poſt repudiatam Vaſtim maritus. *Raderus.*

Ante] Interjuncto Arſe ſeu Arſame.

Olim ex faſtigio] Talis eſt fortunæ rota, ut aliquando ſumma mutet imis, Ennius, lib. 8.

Haud-

regnaverat, filiæ, olim quidem ex [a] faſtigio paterno rerum mutatione detractæ; ſed tum ſortem earum crudelius adgravante fortuna. In eodem grege 13
uxor quoque ejuſdem Ochi fuit, Oxathriſque (frater hic erat Darii) filia, & conjux Artabazi principis purpuratorum, & filius, cui *Ilioneo* fuit nomen.
Pharnabazi quoque, cui ſummum imperium maritimæ oræ rex dederat, uxor cum filio excepta eſt: 14
Mentoris filiæ tres: ac nobiliſſimi ducis Memnonis conjux & filius. vixque ulla domus purpurati fuit

INTERPRETATIO.

a *Ex culmine paterni* imperii *dejectæ*, *rerum* Perſicarum *viciſſitudine.*

NOTÆ.

Haudquaquam quemquam ſemper fortuna ſecuta eſt.

Quin & mortalem ſummum fortuna repente

Reddidit è ſummo regno ut famul infimus eſſet.

Famul Oſca lingua pro *famulo*. Saluſt. bell. Iugurth. cap. 62. *Gravis caſus in ſervitium ex regno.* Ancipites rerum vices hic timendæ, & fortuna moderate habenda eſt. *Locen.*

Sed tum ſortem earum crudelius aggravante fortuna] Modius: *aggravante natura*, membranæ, male, ut apparet. Sed ſic & Dan. & Pal. & omnium optimus Florentinus: & forſaſſe non male. *Natura* enim hîc ſignificat ſexum, cujus otium & mollities tanto labori impar erat, eoque calamitatem earum graviorem faciebat. *Gronovius.*

Sortem crudelius, &c.] Iam antea ex regio faſtigio detractæ, nunc etiam captivæ. Adeo fortuna, quem ſemel affligere cœpit, non ceſſat, donec elidat. *Raderus.*

13 *Uxor Ochi*] Dubium, an Eſther hæc fuerit.

Oxathriſque filia] Amaſtrice.

Conjux Artabazi] Hanc ejuſque luxum memorat Clearchus Solenſis apud Athen. lib. 6. ubi dicit, ei, nec non uxori Mentoris (cujus filiæ hic etiam captæ) fuiſſe mulieres Climacidas appellatas: ideo, *quod illa, à quibus fuerant accerſitæ, quidvis adblandientes, & obſequentes, proſcalis offerebant ita ſeipſas, ut per earum tergum in curtum quo vehebantur, domina conſcenderent, ex eoque deſcenderent.* Subjicitque, *his modis; cum antea molliſſime vixiſſent, dura tandem vita ſorte conſenuiſſe*, amiſſis fortunis omnibus in Macedoniam trajectas. Vnde non obſcure apparet, de hac femina, deque hac ejus captivitate Clearchum intelligere. Erravit ergo vir doctus ad Athenæum, qui ea referenda putavit ad uxorem Artabazi Armeniæ regis, cujus meminit Plutarchus in Craſſo. Non ita judicaſſet, ſi meminiſſet, verba, quæ apud Athenæum eo loco referuntur, eſſe Clearchi Solenſis, qui, ut Alexandri temporibus vixit, quippe Ariſtotelis diſcipulus, ita longe prius diem obiit, quam Artabazus ille Armenius naſceretur. *Freinsh.*

14 *Memnonis conjux*] Quam cum liberis pro obſidibus Perſæ tranſmiſerant. Diod. 17. 23. quod prius fecerat Nicoſtratus Argivus apud Theopomp. lib. 18. hiſtor. quem citat Athenæus lib. 6. Sed conjugi Memnonis nomen fuiſſe Barſine, pater Artabazus, cujus

15 fuit tantæ clades expers. Lacedæmonii quoque & Athenienſes ſocietatis fide violata Perſas ſequuti; Ariſtogiton Dropides & Iphicrates, inter Athenienſes genere famaque longe clariſſimi: Lacedæmonii, Pauſippus & Onomaſtorides, cum Monimo & Callicratide, 16 ii quoque domi nobiles. Summa pecuniæ ſignatæ fuit

NOTÆ.

modo facta mentio, à Plutarcho Alex. cap. 36. traditur: ubi nuptiſſe dicitur Alexandro. Sed & Iuſtinus, 11. 10. tradit, ex Barſine natum ipſi fuiſſe Herculem, quomodo & noſter infr. 10. 6. neuter autem patrem ejus commemorat, ut ſic æqua videatur futura pugna Plutarcho Artianoq; nam hic Barſinen Darii, non ut ille Artabazi filiam facit, cum ejus nuptias narrat, 7. 1, 18. *Fre.*

15 *Lacedæmonii quoque*] Videtur Curtius in unum confudiſſe, quæ diverſo tempore acciderunt. nam Arrianus, cui plurimum in hac hiſtoria tribuo, ad Damaſcum captos prodit Græcorum legatos, *qui ad Darium ante prælium advenerant.* ſic ille auctor, 2. 3. *Euthyciem Lacedæmoniorum, Theſſaliſcum Iſmenia, Thebanes: Iphicratem autem, Iphicratis filium, copiarum ducem* (niſi tamen legendum *ducis*, στρατηγὸν, pro στρατηγόν), *Athenienſem.* Iterum, 3. 5. 10. poſt pugnam ad Arbela in Mardis reperiſſe Alexandrum *Lacedæmoniorum legatos, qui ad Darium miſſi fuerant.* hi erant *Calliſtratidas, Pauſippus, Monimus, Anemantus; ac Dropides Athenienſium, quos comprehenſos in cuſtodiam tradidit.* quæ ſane nomina non minimam cognationem habent cum iis, quæ in Curtij codicibus leguntur, quos inde emendare poſſe autumo: Callicratides, Periſippus, Omaius, Onomaſtorides, & partim, ubi aſtipulabantur variæ lectiones, aut ratio firmior, emendavi. Diverſis ergo temporibus hi legati capti ſunt. *Ercinth.*

Athenienſes] Qui fidem ſocietatis violarunt, & abſente Alexandro, rebus novis ſtudebant.

Ariſtogiton] An ille fuit, in quem Demoſthenis duæ extant orationes? ita videtur. *Radcrus.*

Iphicrates] Alii *Eleutherius*, ſed plurimi codices veſtigia referunt veræ lectionis. quam, auctoritate inſuper Arriani nixus, intrepide recepi. Hujus Iphicratis (verba ſunt Raderi) pater eſt ille clariſſimus Athenienſium dux, quē certatim laudant omnes ſcriptores.

Genere famaque] Atqui Iphicrates ignobilis fuit, ſi genus ſpectes, cerdone natus, ut Plutarchus tradit. Sunt ergo illa de genere ad Ariſtogitonem & Dropidem referenda: fama, ad Iphicratem. *Raderus.*

Pauſippus] Omnino ſic reſcribendum fuiſſe credent, qui & Arrianum ſic vocare, & hoc nomen Græcum eſſe, & Curtianos codices eo alludere, conſiderabunt. eiſdem fere de cauſſis pro *Omaio* ſcribendum putavi *Monime*, quo nomine circa eadem tempora fuit & alius Pythionis filius, in quem, Panticam Cypriam formoſam, ſed petulantem, in uxorem ducturum, nobile Olympiadis apophthegma, oculis, eum, non animo nec ratione uxorem ducere, apud Athenæum, libr. 13. legitur. Certe, facile pro *Monimo* ſcribi potuit *Onimo*, quod nomen cum *Omaio* eoſdem fere literarum ductus habet, adeoque paulo negligentius ſcriptum, aut alio quo caſu obſcurata ſcriptura, facile ſic legi potuit. Quin & *Callicratidem* fere eliminabamus, ſi Græciam tam parum ſaperet, quam ſuperiora.

Ii quoque domi nobiles] Domi nobilis eſt, qui extra patriam vulgo nobilis non habetur. Nobilis ubique, qui legibus & moribus gentium ubique nobilis habetur, ut qui regibus aut aliquo antiquo ſanguine ſunt procreati. *Rad.*

16 *Pecunia ſignata*] Quoniam pecuniæ ſignatæ ſæpius facit mentionem Curtius, non omiſerim, quo notæ genere Perſæ nummos ſignabant, oſtendere. Perſæ quidem nummis aureis Darii

talentorum duo millia & ſexaginta; facti argenti pondus quingenta æquabat. Præterea triginta millia hominum, cum ſeptem millibus jumentorum, dorſo onera portantium, capta ſunt. Ceterum, dii tantæ fortunæ proditorem ſepulturæ celeriter debita pœna perſequuti ſunt. 17

NOTÆ.

Darii forma percuſſis utebantur, qui, quod Darii imaginem inſculptam haberent, *Darici* dicti ſunt. nam, cum Darius nominis ſui memoriam inſigni aliquo opere ad poſteros tranſmittere vellet, ex auro puriſſimo monetam percuſſit. Darici autem *aurei ſtateres* erant. Heſychius, *Darici, ſtateres aurei appellati ſunt (ut quidam aiunt) à Dario Perſarum Rege.* Perſarum etiam nummos ſagittarii nota ſignatos fuiſſe, & ſagittarium dici numiſma Perſicum, elegans illud Ageſilai dictum declarat, quem, cum magiſtratus Lacedæmoniorum ex Aſia revocaret, ferunt, diſcedentem ad amicos dixiſſe, *ſe triginta ſagittariorum millibus ex Aſia à rege Perſarum expelli. hac enim nota erat Perſicum numiſma.* Tot enim delatis Athenas & Thebas, diviſiſque inter illos, quorum ſumma eſſet in civitatibus auctoritas, bellum in Lacedæmonios totius Græciæ concitarunt, ut Plutarchus in Ageſilao, cap. 25. & Artaxerxe, cap. 31. refert. Herodotus in Thalia ſtateras quoque Perſicos nummos fuiſſe auctor eſt. At ſtater quadratum numiſma erat, ut Suidas ait. *Popma.*

Talentorum duo millia & ſexaginta] Alii *ſexcenta:* ſed illud, præter noſtros, etiam Budæus in membranaceo legiſſe teſtatur, lib. 4. de Aſſe. quæ Raderus, ſi talenta Attica intelligantur, ad 1560000 philippicorum, ſi Babylonica, ut fuiſſe vero ſimile eſt ipſi, ad 1820000 computat. Mihi tamen Arrianus ſuſpicionem facit, longe majorem pecuniam ibi fuiſſe repertam. ſcribit enim, 2. 2. Darium *majorem pecuniarum partem* miſiſſe Damaſcum. imo Curtius, 3. 8. 12. *pecuniam omnem:* qui idem toto hoc capite magnitudinem ejus mire exaggeravit: *adeo*, ſubjungit Arrianus, *ut in exercitu ultra millia talentorum inventa non fuerint.* Scilicet, cum omnia hoc genus corruptioni ſint obnoxia, in nullam fere ſcriptorum partem plus fortunæ licuit, quam in numeros; quod, cum multis aliis, conqueritur Altiſſiod. Chronologiæ auctor, his verbis: *Nihil æque facile, vel antiquitas variat, vel ſcribentium manus imperita depravat.* Facile ergo intelligi poteſt, majorem multo ſummam fuiſſe repertam, ut apud regem prædivitem (vide Briſſon. lib. 2. & Budæum lib. 4. de Aſſe) & qui ad quingenta hominum millia in exercitu habens, eorum *ſtipendio* hanc *pecuniam præparaverat*, ut loquitur Curt. ſupra 3. 13. niſi quis forte dicat, exteros tantum mercede militaſſe; Perſis, & qui ſub imperio eorum erant, præter victum nihil fuiſſe collatum. nam hoc nondum ſatis mihi compertum, in medium relinquam. *Freinsh.*

Facti argenti] Factum argentum eſt, quod neque in maſſa, neque in lamina, neque in ſignato, neque in ſupellectili, neque in mundo, neque in ornamentis inſit. *Vlp. lib. 33. ff. leg. 27. §. ult.* vide Flor. 1. 18. 22.

17 *Ceterum dii t. fort. prod. ſepulturæ celeriter deb.*] Faber ſic leg. *Ceterum dii* &c. *ſecurum ſceleris debita pœna perſecuti ſunt.*

Ceterum, dii tantæ fortunæ proditorem &c.] Ab omnibus bonæ notæ Mſſ. abeſt vox *Dii.* Scribe: *Ceterum tantæ fortunæ proditorem celeriter ſuperi ultores debita pœna proſecuti ſunt.* Gronovius.

Sepulturæ] Religio fuit omittere vocem, quam omnes Mſſ. plurimique impreſſi retinere dicuntur. ut enim corrupta ſit, certe non temere huc invaſit,

sunt. namque unus è conscîis ejus, [a] credo, regis vicem, etiam in illa sorte reveritus, interfecti proditoris caput ad Darium tulit, opportunum solatium prodito: quippe & ultus inimicum erat; & nondum in omnium animis memoriam majestatis suæ exoleviſſe cernebat.

INTERPRETATIO.

a *Regis, ut opinor, majestatem etiam in illa calamitate veneratus.*

NOTÆ.

vasit, & sananda potius videtur, quam recidenda. ego tamen id præstare non possum, nisi forte cui placeat, quod nec mihi omnino: *Dii tanta fortuna* | *proditorem ulturi.* nam *sepultura* vocem si quis retinet, non intelligit, plus in ea præmii gratiæque inesse, quam pœnæ.

Q. CVR-

Digitized by Google

Q. CVRTII RVFI,

DE

REBVS GESTIS ALEXANDRI REGIS MACEDONVM,

LIBER IV.

CAP. I.

Alexander literis à Dario ſuperbe ſcriptis regie reſpondet. Abdolominum Sidonios regem præficit. Amyntas tranſfuga miro modo à Perſis occiditur. Varia variis locis præfectorum Darii clades.

DARIVS tanti modo exercitus rex, qui 1
triumphantis magis, quam dimicantis more, curru ſublimis inierat prælium; per loca, quæ propè immenſis agminibus compleverat, jam inania, & ingenti ſolitudine vaſta fugiebat. Pauci regem ſequebantur: nam nec eodem 2
omnes fugam intenderant; & deficientibus equis, curſum eorum, quos rex ſubinde mutabat, æquare non

NOTÆ.

1 *DArius, &c.*] Noſter ſupra: *Darius curru ſublimis eminebat.* Auctori conſentit Arrianus, lib. 2. Diodorus Siculus, lib. 17. τεθριππον ζυγὸν vocat. unde conſtat, quadrijugum currum fuiſſe. Ceterum, ſimilis potentia Xerxis, juſto Dei judicio verſa, Iuſtino teſte, num. 13. *Erat res ſpectaculo digna, & æſtimatione ſortis humanæ, rerum varietate miranda, in exiguo latentem videre navigio, quem paulo ante vix æquor exime capiebat, carentem etiam emti ſervorum miniſterio, cujus exercitus propter multitudinem terris graves erant.* Florus, lib. 4. 2. de Pompeio: *Superſtes dignitatis ſuæ vixit, ut cum majore dedecore per Theſſalica Tempe equo fugeret, ut una navicula Lesbon appliceretur, &c.*

Triumphantis magis] Alludit Romanum morem.

Loca, &c. jam inania] Δαρεῖος ἡ μὲν νύκτα ξυὼ ὀλίγοις τοῖς ἀμὲ αὐτὸν ἔφυγε, &c. *Darius noctu paucis comitatus fugerat: poſtridie vero recolligens Perſas exteroſque, qui ex eo prælio evaſerant, quatuor in univerſum millia habens, ad Thapſacum urbem & Euphratem contendit, ut quam citiſſime poſſet, Euphratem inter ſe & Alexandrum medium relinqueret.* Arrianus, lib. 2. Darius vero per Amanicas Pylas egreſſus eſt, cum Syriacas Alexander teneret.

3 *Vnchat*

3 non poterant. Vnchas deinde pervenit, ubi excepere eum Græcorum quatuor millia: cum quibus ad Euphratem contendit; id [a] demum credens fore
4 ipsius, quod celeritate præripere potuisset. At Alexander Parmenionem, per quem apud Damascum recepta erat præda, jussum *eam ipsam, & captivos, diligenti adservare custodia*, Syriæ, quam *Cœlen* vocant, præ-

INTERPRETATIO.

a *Ratus id solum mansurum in suis potestate quod celeritate prior occupare potuisset.*

NOTÆ.

3 *Vnchas*] Alii libri *Vnchas*, alii *Orchas* nominant. Est locus inter Pylas Amanicas & Thapsacum fere medius. bidui itinere abest à Pylis Amanicis; *Sochos* Arrianus, 2, 2. haud dubie appellat. Nam, cum Darii expeditionem in Ciliciam describit, ab Euphrate Sochos perveniisse dicit: *Est is Assyria locus ab angustiis, seu Pylis Assyriis, bidui itinere disitus.* Raderus.

Græcorum quatuor millia] Arrianus 2. 3. Græcos barbarosque hoc numero fuisse *in universum* tradit.

Id demum credens] Si uspiam, certe in bello sera plerumque pro nullis sunt. Vnde Martius apud Livium: *Si in occasionis momento, cujus prætervolat opportunitas, cunctatus paululum fueris, nequicquam mox amissa quæraris.* Et prudenter ea de re ad suos cives disseruit Demosthenes, Philipp. 1. cujus hæc sententia est: *Turpe esse filiumet ipsi fraudi esse, & quæ molesta videntur differendo, pulcras rei gerendæ occasiones negligere. ac ne illud quidem in animum demittere eorum esse officium, qui bellum administrant, non res subsequi, sed antecedere: &, quemadmodum receptum est, ut exercitum ducat imperator; sic à cordatis viris res ducendas esse, ut quæ ipsis ex usu esse videntur, gerantur, non ut eventum persequi cogantur.* Itaque, quod occasione ac celeritate præripere potes, hoc tuum crede. quod inutili cunctatione ac securitate differs, id hostium erit. *Loccenius.*

4 *Parmenionem*] Non Parmenio, si Arriano, 2, 3. fides habenda, sed Menon præfectus est Cœlesyriæ, ab Alexandro Cerdimas cognominatus, qui postea defecit ab Alexandro in Thracia, ut noto lib. 6. initio. *Loccenius.* Credo, Curtium propter affinitatem illorum nominum aut memoria lapsum, aut forte vitioso exemplari usum, pro ignotiori Menone scripsisse nobilissimum Parmenionem. quem errorem semel erratum, non mirum est eum tueri infra, 4. 5. Certe, diligentiæ Arriani tum alibi plurimum tribuo, tum hic ab errore remotiorem esse, persuadeor eo, quod non contentus proprium præfecti nomen exprimere, etiam cognomen addidit. *Freinsh.*

Recepta erat præda] *Recepta pro capta.* alioqui recipitur, quod prius est amissum. *Receptam*, non captam dixit, quamquam capi, & recipi, de re una eademque aliquando dicitur. Sic est in Augusti numis, *Armenia capta. Armenia recepta.* Possis tamen hic interpretari *receptam* pro *acceptam*, quod proditor eam tradidisset, & Parmenio nomine Alexandri accepisset.

Syria, quam Cœlen vocant] Syria pluribus distincta nominibus. Pomponius Mela, 1. 11. *Syria*, inquit, *late litora tenet, terrasque etiam latius introrsus, aliis aliisque nuncupata nominibus. Nam & Cœle dicitur & Mesopotamia, & Damascene, & Babylonia, & Iudæa, & Sophene.* Plinius. 5. 12. Syriam terrarum maximam vocat, pluribus distinctam no-

præfecit. Novum imperium Syri, nondum belli cladibus ſatis domiti, aſpernabantur: ſed celeriter ſubacti obedienter imperata fecerunt. Aradus quoque inſula deditur regi. Maritimam tum oram, & pleraque 6
longius etiam à mari recedentia, rex ejus inſulæ Strato poſſidebat: quo in fidem accepto, caſtra movit ad urbem Marathon. Ibi illi literæ à Dario red- 7
duntur: quibus ut ſuperbe ſcriptis vehementer offenſus eſt. præcipue eum movit, quod Darius ſibi *regis* titulum, nec eundem Alexandri nomini adſcripſe-

NOTÆ.

nominibus. Strabo, lib. 16. ita deſcribit: *Duo montes ſunt, qui Syriam concavam* (hoc enim eſt Cœleſyria) *includunt, Libanus & Antilibanus. Cava* ergo dicta eſt, quod quaſi quædam ampliſſima vallis inter duos montes ſita ſit, Plin. 5. 20. Libanus & Antilibanus olim muro erant conjuncti, ut Cœleſyria eſſet undique clauſa. *Rad.*

5 *Novum imperium*] Vide notas ad iſta lib. 6. *In novo imperio adhuc jugum rigida cervice ſubeuntibus*, &c.

Aradus quoque inſula. Arados, etiam in Phœnice, eſt parva, & quantum patet tota oppidum frequens tamen, quia etiam ſubiit aliena tecta ſedem ponere licet. Mela lib. 2. Plin. l. 5. 31. prius Pariam ait dictam: *In Phœnicio*, inquit, *mari eſt ante Ioppen Paria tota oppidum, in qua objectam bellua Andromedam fotunt.* Alto mari, ut auctor eſt Mutianus, è fonte dulcis aqua tubo coriis facto uſque à vado trahitur. *Raderus.*

6 *Strato*] Non eſt hic idem cum Stratone Sidoniorum Rege, de quo mox. Singulis enim tum ſuus rex erat, Arado, Byblo, & Sidoni: ſed Aradi regem Arrianus 2. 3. non Stratonem, ſed Geroſtratum, patrem Stratonis, tum abſentem fecit. Strato ergo regnum pro patre prorex adminiſtrabat. Geroſtratus cum Autophradate claſſis regiæ Darianę præfecto. Habuit tamen ratam Geroſtratus filii deditionem, & ipſe quoque re cognita, deſertis Darii partibus ſe cum Alexandro conjunxit. *Rad.*

Marathon] Μάραθος Geographo, l. 17. πόλις ἀρχαία Φοινίκων. Arrianus illam ex adverſo Aradi in continente ponit, & πόλιν μεγάλην καὶ δι' ἔτι μακρᾶς laudat. De eadem Plinius, lib. 5. 20. *Marathos centrum Aradum Antarados.* Stephano eſt etiam urbs Acarnaniæ.

7 *Quibus ut ſuperbe ſcriptis vehementer offenſus eſt*] Darius haud dubie fiducia & oſtentatione potentiæ adhuc incolumis, & ſupra faſtigium atque titulos Alexandri, ut ſibi perſuadebat, elatæ, ſuperbas ad Alexandrum ſcripſit literas; non ſatis memor, quanto cum heroë, rege & victore ageret: cujus humanitatem quam iram provocare, præſertim in adverſis, ſatius fuiſſet. Non quidem degener & abjectus plane fortunæ habitus ſermoque, ſed nec ſuperbus devicto erga victorem ſumendus eſt; ſed præſenti ſtatui, ſuæque & ejus, quocum ipſi res eſt, perſonæ accommodatus. ita æquum illius erga ſe experietur animum; niſi plane ſit tyrannus; aut fortuna ad vim & ambitionem abuti velit. faſtu vero & contumacia magis illum irritabit. *Locenius.*

Regis titulum, nec eundem Alexandri nomini adſcripſerat] Ita Cn. Domitius Cleopatram ſolo nomine, nunquam reginam ſalutavit; apud Velleium Cl. Boecleri, 2. 84. 3. Sed quum auctoritas ſit majeſtatis fulcrum, apex, & telum rerum gerendarum, non patiuntur Reges & Principes ei aliquid detrahi

8 ſcripſerat. "Poſtulabat autem magis quam petebat; *ut accepta pecunia, quantamcumque tota Macedonia caperet, matrem ſibi ac conjugem liberoſque reſtitueret:* 9 *de regno, [b] æquo, ſi vellet, Marte contenderet. Si ſæniora conſilia tandem pati potuiſſet; [c] contentus patrio, cederet alieni imperii finibus: ſocius amicuſque eſſet. in* 10 *[d] ea ſe fidem & dare paratum & accipere.* Contra Alexander in hunc maxime modum reſcripſit; *Rex Alexan-*

INTERPRETATIO.

a Quaſi *jubebat potius quam rogabat.*

b *Pro imperio, ſi vellet, juſto bello dimicaret.*

c *Contentus Macedonico* regno, *exiret Perſiti terris.*

d *Paratum ſe* eſſe, *ad hæc* præſtanda, *ſuam* Alexandro *fidem dare, & ab eo* viciſſim *acceptare.*

NOTÆ.

trahi: facilius maximam jacturam facultatum, quam minimam exiſtimationis ferunt. Illius autem pars etiam in debitis titulis, qui publicæ dignitatis notæ cenſentur; ut hanc, ſic & illos tuentur; & literas quibus illi, vel rejiciunt, vel cum proteſtatione (niſi præjudicium majorum rerum ſubſit) accipiunt. Vide & Clapmar. de arcan. rerump. pag. 6. 6. Fuit ergo & olim, & hodiè, magna ſuperſtitio titulorum: idque eſt, quod Patres Romani maluerunt communicare plebi conſularem poteſtatem, quam conſulum nomen, teſte Dionyſio, 1. 59. Arrianus vero non meminit hujus rei, cujus mentionem hic facit Curtius; imo contra, 2. 3. Darium ſcripſiſſe dicit; *ſe regem à Rege iſta petere*; Alexandrum id tantum moleſte tuliſſe, quod ei parem ſe facere videretur. *Loccenius.*

8 *Poſtulabat autem magis, quam petebat*] Minus enim & modeſtius eſt petere, quam poſtulare, quod jus quoddam præ ſe fert. Poſtulatur tamen aliquid honeſte, poſcitur improbe: plus ergo eſt poſcere, quam poſtulare, plus poſtulare, quam petere. Sæpe tamen alterum pro altero uſurpatur.

Pecunia] Ardentiorem adhuc ergà caritates ſuas adfectum oſtenderunt Armeniæ rex ejuſque filius, apud Xenophontem *παιδ.* 3. quorum ille pro uxore, à Cyro capta, tantum pecuniæ, quantum in poteſtate eſſet, daturum ſe promiſit, & tantumdem pro liberis; hic autem ſuam uxorem vel animæ pretio redempturus fuit. *Freinshemius.*

9 *Fidem & dare*] Vide infra, 6. 4. *fidem, quo Perſæ modo accipiebant, dare.*

10 *Rex Alexander Dario*] Majores veſtri, Macedoniam, reliquamque Græciam ingreſſi, damnis nos affecerunt, cum ipſi nulla prius à nobis accepiſſent. Ego Græcorum imperator creatus, Perſarum injuriam vindicare volens, in Aſiam trajeci, à vobis laceſſitus. Tum etiam Darium percuſſorem in ſe immiſiſſe; ergo ſe vim vi repellere, non inferre. Matrem, uxorem, liberos ſe redditurum gratis pollicetur, ſi ipſe velit ſupplex ad ſe accedere. Monet poſtremo de titulo regio ſibi adſcribendo, cum meliore jure poſſit ipſe, quam ille, Rex appellari; cum illius & victor & Rex ſit.

Celsi]

Digitized by Google

lexander Dario. Celes, cujus nomen ſumpſiſti Darius, Græcos, qui oram Helleſponti tenent; coloniaſque Græcorum Ioniæ, omni clade vaſtavit: cum magno deinde exercitu mare trajecit, inlato Macedoniæ & Græciæ bello. Rurſus rex Xerxes gentis ejuſdem, ad oppugnandos nos 11
cum immanium barbarorum copiis venit: qui navali prælio victus, Mardonium tamen reliquit in Græcia; ut abſens quoque popularetur urbes, agros ureret. Philippum 12
vero parentem meum quis ignorat ab iis interfectum eſſe, quos ingentis pecuniæ ſpe ſolicitaverant veſtri? impia

NOTÆ.

Celes] Perſuaſit mihi omnino Raderus, vocem hanc non de nihilo hic comparere: quod & Glareanus antea ſenſerat, quamquam inridente Modio. *Celes* enim, ut citati a Radero docent, *eſt equus unicus, & equus velox, quem ſellarium vocant.* Suidas. *Celes eſt equus & eques.* Heſychius. *Celes eſt equus una freni habena rectus, curſor, hodie ſellarius dictus, & ſingulare:* κέλης & κελητίζειν, *idem eſt quod equitare.* Phavorinus. cujus verbi mentio apud Homerum Il. o. verſu 679. & Odyſſ. υ. & Euſtathius ad dictum Homeri locum. *Nec dubito dicere, à verbo* κέλλω *ſeu* κελλω *deduci nomen* κέλης, *quod equum injugem, ſeu non junctum jugo ſonat.* Latini vocem neglexerunt. Plinius & *celetem*, 4. 4. & *celetizantem*, 34. 8. 30. & 34. dixit. Curtius quoque loco cognominis potuit uſurpare. Sed doce, vocarum Darium Celetem, & vicilli. doceo, fuiſſe equitem præſtantem, & appellatum ἱππικὸν, quod idem eſt τὸ κέλητα. Audi ex Athenæo, Euſtathio in Odyſſ. 6. hujus Darii Hyſtaſpis F. Epitaphium, *Celes, ſeu eques & ſagittarius optimus fui.* Lector arbiter eſto. Cui ſane occurret, videri potius Celetem dictum, quod equæ hinnientis auſpicio ſit creatus rex Perſarum. Hactenus *Raderus.* At, ſi conjecturæ locus eſt, hunc ultimum Darium potius hoc nomine fuiſſe illuſum ab Alexandro, crediderim, & ſic ſcribere debere: *Rex Alex. Dario Celeti. Ille, cujus nomen ſumpſiſti*, &c. Vt hac ratione ſuperbiam ei ſuam ſimul & prioris conditionis viliratem improbraret. Darius ita ſcripſerat: *Rex Darius Alexandro.* Hic offenſus, ſuo nomini regis titulum non additum, ita reſcribendo oſtendit, ſibi quidem regis convenire nomen longa ſerie majorum regibus edito: Dario Celetis potius, quippe qui ante regnum Aſtandes, id eſt, curſor, ſive veredarius, fuiſſet, quod ipſe celetis voce Græca exprimere maluit. Eſt & alia conjectura, exprobraſſe ei hoc nomine fugam, quod deſerto curru, quo ſublimis inierat prælium, ſolitario equo inſidens periculo ſe eripuiſſet. Nihil tamen in re obſcura, cum ab aliis auctoribus non juvemur, adfirmare poſſumus. *Freinsh.*

Cujus nomen ſumpſiſti] Iuſtinus, 10. 3. 5. Herodot. 6. 98.

Græcos] Hæc & ſequentia copioſiſſime perſcribuntur ab Herodoto & Diodoro. Sed & Iuſtinus plurima memorat.

11 *Cum immanium*, &c.] Si mei ſit arbitrii, faciam, *cum immanibus barbarorum copiis.* Freinsh.

12 *Philippum*] Idem Arrian. 2. 3. Scilicet conatur Alexander transferre paternæ cædis invidiam in Perſas, cum ipſe, certe mater Olympias, eo crimine ſuſpecti haberentur. *Freinsh.* Omnia certe alia Iuſtinus, Oroſius, aliique de cæde Philippi narrant, à Pauſania nobili adoleſcente, hortatu Hermonatis Sophi-

impia enim bella suscipitis, & quum habeatis arma, licitamini hostium capita. sicut tu proxime talentis mille,
13 *tanti exercituum rex, percussorem in me emere voluisti. Repello igitur bellum, non infero: & diis quoque pro meliore stantibus caussa; magnam partem Asiæ in ditionem redegi meam: te ipsum acie vici.* [a] *Quem etsi nihil à me impetrare oportebat; utpote qui ne belli quidem in me jura servaveris: tamen, si veneris supplex; & matrem, & conjugem, & liberos sine pretio recepturum te esse promit-*
14 *to.* [b] *& vincere & consulere victis scio. Quod si te nobis committere times, dabimus fidem impune venturum. De cete-*

INTERPRETATIO.

a *Etsi autem nihil à me obtinere debuerat.*
b *Non modo vincere, sed etiam cum victis humaniter agere novi.*

NOTÆ.

Sophistæ, propter stuprum ipsi ab Attalo illatum, nec à rege punito, in apparatu nuptiarum interempti.

Impia enim bella] Pancis, sed nervose Ennius: non cauponandum bellum, sed belligerandum. Confer Clapmar. de arcan. rerumpub. 3. 17. & Zevecor. in Flori lib. 1. cap. 10. circa finem.

Licitamini hostium capita] Discrimen adhibendum, inter percussores, qui fidem expressam vel tacitam violant, ut subditi in regem; milites in eum, cui militant, recepti, ut supplices aut advenæ aut transfugæ in eos qui receperunt; an vero nulla teneantur fide. Postremi omnino jure agunt, quia hostem occidere ubivis licet, non naturæ tantum, sed & gentium jure. Neque tantum, qui hæc faciunt, sed & qui aliis faciendi auctores sunt, jure gentium inculpati habentur. Verum est, quod deprehensi tales, exquisitis suppliciis afficiantur. Sed id ideo, quia eodem jure gentium quidvis in hostem licet: gravius autem aut levius malum statuit quisque pro sua utilitate. At de his, quorum facto perfidia inest, aliter censendum. neque enim ipsi tantum contra jus gentium faciunt, sed &, qui eorum utuntur opera. Negabat Eumenes credere, *se quemquam ducum sic velle vincere, ut ipse in se pessimum exemplum statueret.* Grotius, ii, qui ad occidendum aliorum operas conducunt. *Assassini* vocantur, ab Assassinis Phœniciæ gente.

13 *Repello igitur bellum*] Majoris quidem animi esse videtur, inferre bellum quam repellere: unde Annibal apud Livium, lib. 21. ad suos milites: *Inferimus bellum, infestisque signis descendimus in Italiam, tanto audacius fortiusque pugnaturi, quanto major spei, majorque animus inferentis est, quam vim arcentis.* tamen gloriosius est, & naturæ jure convenientius, vim removere quam facere: nisi ab hoste facta non aliter quam armis vindicari possint. *Loccenius.*

Diis pro meliore, &c.] Bonitas caussæ fiduciam favoris divini habet, si quis magis Deo quam caussa nitatur. In omni ramen antiquitatis memoria cognoscimus, injusto sæpe appetitos bello succubuisse; quod cum cœlestis numen permittat, ipsius sanctioribus arcanorum mysteriis nobis ignotis, justis tamen, est adscribendum. *Loccenius. Freinshemius.*

Tamen, si veneris supplex] Postulat ergo,

cetero quum mihi scribes, memento non solum regi te; sed etiam tuo scribere. Ad hanc perferendam Therſip- 15
pus miſſus. Ipſe in Phœnicem deinde deſcendit: & oppidum Byblon traditum recepit. Inde ad Sidona ventum eſt, urbem vetuſtate famaque conditorum in-

N O T Æ.

ergo, ut ipſe Darius ad ſe veniat. nec Arrianus aliter tradit: quo magis mirum apud eum, 2. 3. ſcribere Darium, φιλίαν ἐθέλειν ποιήσασθαι πρὸς Ἀλέξανδρον, *amicitiam ſe cum Alexandro initurum venire*, non certe ea Dario mens. quippe cum, ut apud Arrian. eſt, ex æquo cum Alexandro agere vellet; ut apud Curtium, etiam ut ſuperior & major; nunquam certe ad eum veniſſet: quæ nota eſt reverentiæ atque honoris, potentiori honoratiorique delati. Sic certe accepit ille ferox Arioviſtus apud Flor. 3. 10. *quum legati dicerent, Veni ad Cæſarem: Quis eſt autem Cæſar? &c., ſi vult, veniat, inquit.* Hodie etiam in eo multum eſt ſuperſtitioſæ cautelæ, quoties aut principes viri, aut eorum legati uno loco conveniunt. Cum conſidero, non adducor ut credam, ita ſcripſiſſe Darium, ut nunc in Arriani ſcriptis legitur, ſed proclivi, & alibi à me notato lapſu tranſpoſitas fuiſſe literas, eſſeque legendum, φιλίαν ἔσεσθαι ποιήσασθαι πρὸς Ἀλέξανδρον, *amicitiam cum Alex. jungere velle.* Freinsh. Non opportunius viſus eſt Alexander poſſe Darium in ordinem cogere, quam ſi cum, qui ſe ſupra Alexandrum extulerat, infra ſe atque ad pedes provolutum videret, atque ex contemptore deprecatorem faceret: deprecatoris tamen humilitatem gratuita matris, conjugis, & liberorum reſtitutione ſolaretur, ſecundum illud Claudiani de bello Get.

——— *Ignoſcite poſtibus*
Iam miſeræ, pariique genui vidiſſe precantem. Loccen.

15 *In Phœnicem deinde deſcendit*] A Phœnice Agenoris filio dicta, plus Rabbothin & Colpites. Duplex eſt hæc: una, quæ ab Orthoſia Berytum uſque pertendit: altera poſt Berytum, quæ Sidonem & Tyrum complectitur. *Geograph.*

Byblon] Arrianus, pactionibus ait traditum: Βύβλον παραδοθῆναι ὁμολογίᾳ ἐνδοθείσαν, abſente tamen rege Enylo, qui cum Autophradate Satrapa Darii verſabatur.

Ad Sidona ventum eſt] De Sidone Juſtinus lib. 18. 3. *A piſcium ubertate, Sidona appellaverunt: nam piſcem Phœnices* Sidon *vocant.* Licet autem hæc urbs à primogenito Chananæi filio, cui hoc nomen, condita ſit; non tamen inde ſequitur, erroris Juſtinum inſimulandum cum utrumque verum eſſe poſſit. Namque, non conditoribus tantum, ſed à præcellentibus qualitatibus nomina ſua urbes acquirunt. *Blanck.* Sidon ergo vetuſtate, amplitudine, nobilitate cum Tyro comparanda: poetis etiam amplius quam Tyrus celebrata, cum Tyri nuſquam meminerit Homerus, Sidonas vero ſeu Sidonios laudat ab ingenio & artificio, cum πολυδαίδαλος appellat Il. ϛ. Quos prolixe laudat Euſtathius, cum πολυτέχνους καὶ καλλιτέχνας καὶ χαλκοτεχνικὰς τεχνίτας nominat. Addit Strabo peritos Arithmeticæ & Aſtronomiæ, à ratiocinationibus & nocturna navigatione ducto initio. Moſchus philoſophus Sidone natus eſt ante bellum Trojanum; poſtea & Boethus & Diodorus floruerunt. Diſtat Sydon Tyro ducentis ſtadiis, noſtratibus milliariis ſex, & ſtadiis quatuordecim. *Raderus.* Hoc loco refellendi ſunt duo præclariſſimi hiſtorici, Diodorus, inquam, & Plutarchus. Nam Diodorus, 15. 47. quæ hic Curtius Sidone acciſſe narrat, ad Tyrum transfert: erroris, non ex auctoritate tantum Curtii, quam & Juſtin. 11. 10. 8. ſuſſulcit, convictus, ſed aliis quoque rationibus: quarum

16 inclutam. Regnabat in ea Strato, Darii opibus adjutus; sed [a] quia deditionem magis popularium, quam sua sponte fecerat, regno visus indignus, Hephæstionique permissum, *ut, quem eo fastigio Sidones*
17 *dignissimum arbitrarentur, constitueret regem.* Erant Hephæstioni hospites clari inter suos juvenes, qui facta ipsis potestate regnandi, negaverunt, *quemquam patrio more in id fastigium recipi, nisi regia stirpe*
18 *ortum.* Admiratus Hephæstio magnitudinem animi sper-

INTERPRETATIO.

a *Quia civium* voluntate *potius quam sua sponte deditionem fecerat.*

NOTÆ.

haud postrema, quam observavit Loccenius, quod regi Tyriorum Azelmico veniam concesserit Alexander. apud Arrian. 2. 4. 31. maxime tamen urget, quod ex ipsius Diodori historia satis constat, ut & ex dicto Arriani loco, Tyriis, utpote plurimis eorum occidione cæsis, reliquis in servitutem redactis, non opus fuisse rege. Deinde, ridicule facit, qui, cum ista modo scripsisset, exemplo subjicit *Ballonymum* (sic enim quem noster *Abdolominum* vocat) repertum fuisse in horto quodam mercede aquas haurientem. At Plutarchus, hæc in Papho accidisse vult, in Orat. de Fort. Alex. 2. 19. *Freinsh.*

16 *Strato*] Visitatum illis regionibus nomen. Et Tyrii Stratonem habuere regem post dominorum cædem. Et supra, Aradi rex Strato vocatur. *Raderus.*

Darii opibus adjutus] Habet hoc qualemcumque sensum. at, quanto præstantior exibit, si legas, *Darii opibus additus, & quia, &c.* Quam enim exile hoc & putidum, memorare nobis aliquem Sidonis regem adjutum opibus Darii, quem scimus una cum ceteris imperio Persarum fuisse subditum? Sed hoc notat Curtius, eum studuisse rebus Darii, ut struere causam, unde demotus dejectusque regno fuerit. quam eandem affert Diod. 17. 47. in reliquis omnibus nostro consentiens, nisi quod pro Sidone Tyrum substituit. sic igitur ille: *rex superest ob amicitiam cum Dario imperio exutus fuerat.* Freinsh.

Sed quia, &c.] Simili animo Theogenes l. 4. Æthiop. Heliodori ait: *Non se laudare posse eam voluntatem, quæ metu potentioris coacta esse videatur.* Sic apud Appian. de bell. civ. lib. 1. Sylla Nolam *necessitate potius quam benevolentia sibi obsequentem præda exposuit.*

16 *Hephæstionique permiss. ut quem eo fastigio Sidones, &c.*] Scribendum puto: *Quem eo fastigio à Sidoniis dignissimum arbitraretur.* Non enim quemcunq; aut undecunq; ortum, sed civem & ipsorum generis voluit præfici. *Gron.*

17 *Erant Hephæstioni hospites*] Hospes est, qui notum, familiarem, aut amicum excipit. Hospites erant sæpe principes civitatum, & magistratus accipiebant, aut reges, aut honestissimos: erantque alii publici, alii privati: privatorum vox tam de excipiente quam excepto usurpatur. Inde sunt illa: renovare hospitium, id est, amicitiam, & tesseram hospitalis, & tesseram frangere, & quæ sunt generis ejusdem.

18 *Admiratus, &c.*] Sic etiam affectus fuit Celerinus, apud Claudianum in epithalamio Palladii.

Cum sibi post domitas, & Parthica sub[illegible] Carrhas
Sceptra daret gnatis, rebusque imponere vellet;
Desuxit fremitus, & pratulit etiare[illegible]
gno, &c.

Ter

spernentis, quod alii [a] per ignes ferrumque peterent; *Vos quidem* [b] *macti virtute*, inquit, *estote, qui primi intellexistis, quanto majus esset, regnum fastidire quam accipere. Ceterum, date aliquem regiæ stirpis, qui meminerit, à vobis acceptum habere se regnum.* At illi 19
[c] quum multos imminere tantæ spei cernerent, singulis amicorum Alexandri, ob nimiam regni cupiditatem, adulantes; statuunt, *neminem esse potiorem quam Abdolominum quemdam*, [d] *longa quidem cognatione stirpi regiæ adnexum, sed ob inopiam suburbanum hor-*

INTERPRETATIO.

a *Per* medias *flammas* media*que tela quærerent.*
b *Crescite virtute, & felices estote.*
c *Cum viderent multos avida spe* regnum *ambire.*
d *Per longam avorum seriem oriundum ex regia stirpe.*

NOTÆ.

Per ignes ferrumque, &c.] Ob conditionem vivendi ut splendidissimam, ita, si sapienter æstimes, longe miserimam, tot ac tanta scelera commissa esse, atque adeo etiamnum committi sentio, ut me, ista reputantem, haud minus stultitiæ nostræ, quam perfidiæ, superbiæ atque immanitatis pigeat. Crudelissima belluarum homo, quis tibi dementiæ scelerumque aut finis est, aut modus, ubi semel cæca regnandi sitis, inane honoris, virtutumque & pietatis pectus occupavit! Merito igitur laudavit hospites suos vir prudentiss. Hephæstio digni certe sunt, qui nunc quoque tantæ moderationis præmio encomioque fruantur. *Freinsh.*

Quanto majus esset regnum, &c.] Illud esse majus hoc, etiam alii auctores censent. Macrobius, 1. Saturn. 11. *Duæ virtutes, quas inter nobiles quasque unice datæ sunt, in uno video fuisse mancipio* (Anaxilio Messenio) *imperium regendi peritiam, & imperium continendi magnanimitatem.* Claudianus, d. loco:

——— *Magnum delata potestas,*
Majorem contempta probat.

Rite tamen delignatus, si potest imperare, & velle debet, ne se publico commodo subtrahat, *Lactenius.*

19 *Abdolominum quemdam*] Plutarch. de fort. Alex. 2. 19. corruptissime legit *Alynomum*; in historia etiam falsus. nam Paphi regnum accepisse scribit. Curtii tamen scriptura præ ceteris placet: præsertim, cum *Abdela* nomine istis in oris vulgatissimo ita respondeat, ut sane idem videatur, cum additione cujusdam cognominis, fortasse à paupertate ejus orti. nam עבי *ebi*, vel *evi*, pauperem & humilem notat. Abdalla idem sonat, quod aliud iis locis usitatum nomen *Obadia*, servum Dei, quod majoribus nostris fuit *Godschalck*, Persis *Hodabendes*. Certe, tot codicibus adjutus autim affirmare, quodquod illud nomen alias fuit, incepisse saltem à litteris *Ab*, ut infinita alia eo in tractu, Abraham, Absalon, Abimelech, Abgarus. nam & hoc nomen ita scribi debere, ad Tacit. 12, 12. tento, quo loco jam legitur Abbarus, & in jure Canon. dist. 15. cap. 3. propius ad veram lectionem *Abbacarus*. proxime autem Dioni lib. 40. Αὐγαρ@. *Freinsh.*

Longa quidem cognatione] Doctissimus Adversariorum scriptor putat, excidisse hic particulam *haud*, & fuisse,

20 *hortum* [a] *exigua colentem ſtipe.* Cauſſa ei paupertatis, ſicut pleriſque, probitas erat: intentuſque operi diurno, ſtrepitum armorum, qui totam Aſiam con-
21 cuſſerat, non exaudiebat. Subito deinde, de quibus ante dictum eſt, cum regiæ veſtis inſignibus hortum intrant, quem forte ſteriles herbas eligens Abdolomi-
22 nus repurgabat. Tunc *rege* eo ſalutato, alter ex his; *habitus*, inquit, *hic, quem cernis in meis manibus, cum* [b] *iſto ſqualore permutandus tibi eſt. Ablue corpus inlu-*

vie

INTERPRETATIO.

a *Tenui mercede excolentem in ſuburbio hortum.*
b *Pro ſqualidis hiſce* pannis *induendus tibi eſt.*

NOTÆ.

haud longa q. cogn. ſic apertiorem fore antithetin, & melius intellectum iri, quod Alexander dixerit, infra 4. 1, 22. *habitum fama generis non repugnare.* Mihi vulgata eſt veriſſima: & omnia hoc volunt. nam, quod de fama generis dixit Alexander, eo factum eſt, quod, quamvis per longam cognationem, regiæ tamen ſtirpi annexum audiverat; imo hoc longe melius famam nominavit; quæ proprie dicitur de iis, quorum non eſt memoria, aut certa cognitio. Deinde, non videtur hominem regiæ ſtirpi arctius conjunctum, propinquis ſuis regnum obtinentibus, in fodiam adeo paupertatem dilapſurum fuiſſe, qui, ut certe hujus mores hic deſcribuntur, nullo crimine id meruerit. *Freinsh.*

20 *Cauſſa ei paupertatis*] Non eſt probitas per ſe cauſſa paupertatis, quam aliquot probi fuerint ditiſſimi, quales Abraham, Joſephus, David, alii. Sed quod Ariſtoteles de Philoſophis dixit, eos raro eſſe divites, quia eſſe nolint; aut, quod ſtudium ſapientiæ prius & antiquius quam divitiarum habeant. idem de pleriſque probis licet affirmare, qui animi bona externis præferunt. Et deliberate fortunæ ſæpe animi bona exercentur, ut alibi locutus eſt Plinius. *Interpr.*

Intentuſque operi diurno] Bene ille, qui intentus præclaro operi, in ipſo mundi tumultu ac ſtrepitu nullum mentis ſtrepitum ſentit. Virgilius in Culice.

Quis magis optato queat eſſe beatior ævo,
Quam qui mente procul pura ſenſuque probando,
Nō avidus agno vit opes, non triſtia bella:
Nec funeſta tumet valida certamina claſſis?

Seneca: *Sapiens eſt, quem non tela vibrantia, non arietata inter ſe arma agminis denſi, non urbis impulſa fragor territ at.* Epiſt. 56. quæ tota de hoc argumento lectu digna eſt.

Strepitum armorum] Non exaudierat, hoc eſt, nihil eo moyebatur, tanquam ad ſe non pertinente. ut enim omnino non audierit, impoſſibile eſt. nec enim tanta animi intentione avocabatur, quanta Archimedem intentum lineis ſuis, negant ſenſiſſe captarum Syracuſarum ſtrepitum, apud Liv. 25. 31. Hunc ſenſum eſſe verborum Senecæ Epiſt. 17. *paupertas expedita eſt, ſecura eſt. Cum claſſicum cecinit, ſcit, non ſe peti*, teſte Lipſio, recte vidit Gruterus. *Freinsh.*

22 *Habitus*] Pro cultu corporis & veſte hic accipitur, uti nunquam, quod meminerim, apud Ciceronem, ſed Livium, Plinium, & alios. *Raderus.*

Æter-

vie [a] æterniſque ſordibus ſqualidum : [b] cape regis animum, & in eam fortunam, qua dignus es, iſtam continentiam profer. Et quum in regali ſolio reſidebis, vitæ neciſque omnium civium dominus, cave obliviſcaris hujus ſtatus, in quo accipis regnum ; immo hercule, propter quem. Somnio ſimilis res Abdolomino videbatur : inter- 23
dum, *ſatine ſani eſſent, qui tam proterve ſibi illuderent*, percontabatur. Sed ut contanti ſqualor ablutus eſt ; & injecta veſtis purpura auroque diſtincta ; & fides à jurantibus facta ; ſerio jam rex, iiſdem comitan-

INTERPRETATIO.

a *Iamdiu contractis ſordibus.*

b *Sume dignum rege animum & tuam hanc frugalitatem in* regia *ſortuna retine.*

NOTÆ.

Æterniſque ſordibus] Palmerius ſcribit *veterneque & ſordibus*. Sed incepte ac contra fidem manu typiſque deſcriptorum exemplarium. Nec melius ſe expedit Acidalius. Retinenda igitur vetus ſcriptura, quam veram genuinamque judico. Per *æternas ſordes* intellige perpetuas aſſiduaſq; quomodo *æternas curas* Manilius, *æterna conſilia* Horatius ; *æternas roſas* Martialis, &c. pro vitæ perpetua elegantia, appellarũt.

Vitæ neciſque] Quod eſt ſummæ in cives poteſtatis. Seneca de Clem. 1. 1. *Ego vitæ neciſque gentibus arbiter, qualem quiſque ſortem ſtatumque habeat, in manu mea poſitum eſt, &c.* & in Thyeſte, verſu 607.

Vos, quibus ſector maris atque terræ,
Jus dedit magnum necis atque vitæ.

Hujus teſtimonium ſive inſigne, apud Imp. Romanos erat pugio, & gladius. Tacit. 3. Hiſt. *Vitellium ſolutum à latere pugionem Cæcilii Simplicis Conſulis in concione reddidiſſe tanquam Jus vitæ & necis.* In inauguratione enim Principi pugio tradebatur. Quo nomine Commodus Imp. à militibus ſalutatus, & circumlatus eſt per celeberrimos vicos, ſtrictum D. Julii gladium tenens, detractum delubro Martis, atque in prima gratulatione porrectum ſibi à quodam. Unde exiſtimo, conſuetudinem curiæ manaſſe, ut regna per gladium traderentur. *Claymarius.*

Cave obliviſcaris hujus ſtatus] Modeſte fecit Gordius, qui plauſtrum, quo ad regnum fuit evectus, publicum monumentum prioris fortunæ, in publico Jovis poſuit templo. ſupra 3. 2. Modeſtus & Agathocles Syracuſorum tyrannus, auctæ, qui ſemper veſci ſe fictilibus conſuevit, ne primæ paupertatis obliviſceretur. Plut. in Apophth. cap. 26. Quod quidem ſatis rarum eſt : ut nimis verum illud Catuli apud Dion. lib. 36. *Magni honores immodicæque poteſtates etiam optimorum hominum animos ad faſtum extollunt atque corrumpunt.* Eodem pertinet admonitio mortalitatis, qua olim Romæ triumphantibus à tergo ingerebatur, *Reſpice poſt te, hominem eſſe te memento.* Lib. 10. Curtii, Alexander de militibus ſuis : *Oblitiſtatus ejus, quem beneficio exuiſtis meo.* Qui ex humili & obſcuro ad majora rite evectus eſt, non obliviſcatur Dei, qui ipſum ita extulit ; nec ſui, qualis ante fuerit, & nunc ſit, & impoſterum eſſe debeat ; ita conſtantius magnam fortunam ſuſtinebit. *Lucan.*

23 *Serio jam rex*] Sequi amicum monentem debuit Modius, qui *ſerio*

24 mitantibus, in regiam pervenit. Fama, ut ſolet, ſtrenue tota urbe diſcurrit: [a] aliorum ſtudium, aliorum indignatio eminebat: ditiſſimus quiſque *humilitatem inopiamque ejus* apud amicos Alexandri crimi-
25 nabatur. *Admitti eum* rex *protinus* juſſit; diuque contemplatus, [b] *corporis*, inquit, *habitus famæ generis non repugnat: ſed libet ſcire, inopiam qua patientia tuleris?* Tum ille, [c] *utinam*, inquit, *eodem animo regnum pati poſſim.* [d] *Hæ manus ſuffecere deſiderio meo:*
26 *nihil habenti nihil defuit.* Magnæ indolis ſpecimen ex

INTERPRETATIO.

a *Aliorum favor, aliorum indignatio ſe prodebat.*

b *Forma corporis non repugnat fama de* tua *origine* vulgatæ.

c *Vtinam eadem conſtantia regiam fortunam ferre valeam.*

d *Iſtæ manus ſuppeditarunt quidquid optabam: cum nihil haberem,* tamen *nulla re indigui.*

NOTÆ.

(non *ſero*) cum hac diſtinctione volebat, & recte interpretabatur. Hoc apud ipſum vide. Serum ut factum ſit longo ſermone, fieri poteſt: verum & ambiguum; & quid ad rem? Ad rem autem quanto minus, ſi quid in Suetonio ſimile? *Acidalius. Serio rex*, qui ſumpſerat jam fidem & auctoritatem regiam, fortunæ obſecundans; ut rectiſſime explicat Barthius adverſariorum. 28. 7. nam Raderus illud *ſerio* conjungit cum præcedenti voce *jurantibus*, haud perinde apte.

24 *Ditiſſimus quiſque*, &c.] Ita eſt, ut Lucretius ait:

Macerat invidia ante oculos illum eſſe potentem.

præſertim ditiores male habet, ſi ſibi pauperes præferri videant. Vna enim re ſuperiores, nimirum divitiis, omni eſſe volunt: dum divitiis omnia deberi aut parabilia eſſe putant. *Loccen.*

25 *Sed libet ſcire*, &c.] Multis commodior eſt fortuna anguſta quam laxa; illa comprimit, hæc diffundit ſpiritus. Tacitus de Galba: *Major privato viſus, dum privatus erat, & omnium conſenſu capax imperii; niſi imperaſſet.* Athenione, dum pauperem & privatam agebat vitam, nemo blandior & obſequentior fuit: at vocatus ad imperium Athenienſium, omnes ſui temporis avaritia & crudelitate ſuperavit, ut Athenæus lib. 5. de eo ſcribit. *Loccenius.*

Hæ manus ſuffecere] Plutarchus in libello de vitando ære alieno: *Dices, quomodo alar? Hoccine te rogare æquum eſt, qui habeas manus, pedes, vocem? qui homo ſis?* Seneca in fine epiſt. 20. *Nemo naſcitur dives, quiſquis exit in lucem, juſſus eſt lacte & pane eſſe contentus, ab his initiis nos regna non capiunt.* Tales fuere præter Abdolominum ſenex Corycius apud Virgil. 4. Georg.

——— *qui rarum in dumis olus albaque circum*
Lilia, verbenaſque premens veſcumque papaver,
Regum æquabat opes animis.

Nihil habenti nihil defuit] Avaro ſemper deeſt, tamque eo caret, quod adeſt, quam quod abeſt. Omnia poſſideat, qui nihil petit. Legendum ultimum Ciceronis Paradoxum: ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος, *Solum ſapientem eſſe*

ex hoc fermone Abdolomini cepit. Itaque, non *Stratonis* modo *regiam supellectilem adtribui ei* jussit; *sed pleraque etiam ex Persica præda:* regionem quoque urbi adpositam ditioni ejus adjecit. Interea Amyntas, quem 27
ad Persas ab Alexandro transfugisse diximus; cum quatuor millibus Græcorum, ipsum ex acie persequutis, fuga Tripolim pervenit. inde in naves militibus impositis Cyprum transmisit: & quum in illo statu rerum id quemque, quod occupasset, habiturum arbitraretur, velut certo jure possessum; Ægyptum petere decrevit: utrique regi hostis, & semper ex ancipiti mutatione temporum pedens. hortatusque

NOTÆ.

esse divitem. Magnum, inquit, *vectigal parsimonia est. non esse cupidum, pecunia est: non esse emacem, vectigal. contentum vero suis, maxima certissimaque divitia.* (Sapientes) *satis esse putant quod est, nil appetunt, nulla re egent, nihil sibi deesse sentiunt, nil requirunt.* Et apud Senecam poetam:

Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit.

26 *Ex hoc fermone*] Est enim haud frustra dictum: ψυχῆς χαρακτὴρ ἐστὶν ἀνθρώπου λόγος, *Animi character est hominis oratio.* Celebratur & illud Socratis: *loquereut te videam.* quare diligenter monet Cicero, Offic. 1. 17. providendum esse, *ne sermo vitium aliquod indicet inesse moribus.* Freinsh.

17 *Amyntas, quem ad Persas ab Alexandro transfugisse diximus*] Dixerat hoc supra lib. 3. *At Graci, qui in Darii partibus steterant, Amynta duce,* (*prator hic Alexandri fuerat, tunc transfuga*) *abrupti à ceteris, haud sane fugientibus similes evaserant.* De Amynta & Thymonda eadem Arrianus, qui tres Amyntas cognomines ponit, Arrabæi filium, alterum Andromenis, tertium hunc Antiochi, cujus interitum cum exercitu infra audies. *Raderus.*

Cum quatuor millibus] Arrianus octo millia censet. Diodorus cum Curtio facit, vel potius hic cum illo.

Tripolim pervenit] In variis regionibus hoc nomine civitates reperiuntur. Est Phœnices, est Macedoniæ, Perrhæbea Cariæ, Messeniæ, Arcadiæ, Epiri, & in Ponto, uti Stephanus tradit. Hoc loco de Phœnices accipienda, quo Amyntas ante Alexandri adventum pervenit, ut auctor est Diodorus: nomen accepit à colonis ex tribus illuc civitatibus missis, Arado, Tyro, & Sidone. Melas: à tribus oppidis, singulis inter se stadiis distantibus, Tripolimais nomen inditum. Tripolitanum navale Amyntas occupavit, & navibus, quibus uti non poterat, incensis, ne Alexander fugientes posset assequi, fugit. *Raderus.*

Cyprum transmisit] Regia insula è regione Ciliciæ sinus posita.

In illo statu rerum] Simile est illud Flor. 3. 5. 4. *Spem ac fiduciam dabant nostra vitia: quippe quum civilibus bellis dirimi geremur, invitabat occasio.* Suetonii Cæs. 15. de Pharnace, *occasione temporum bellantem.* Proprie autem huc spectat legatorum Romanorum expostulatio cum Antiocho apud Livium 33. 25. 4.

Semper ex ancipiti] Tale vulgi & levium hominum est ingenium, ut instar fasciarum à vento agitatarum, ad

tuſque milites ad ſpem tantæ rei, docet, *Sabacem prætorem Ægypti cecidiſſe in acie: Perſarum præſidium & ſine duce eſſe, & invalidum: Ægyptios ſemper prætoribus eorum infenſos, pro ſociis ipſos, non pro hoſtibus æſtimatu-*
29 *ros.* Omnia experiri neceſſitas cogebat: quippe Quum pri-

NOTÆ.

quamcunque fortunæ auram ſint mobiles. Ovid. 1. Triſt. eleg. 8.

Vtque comes radios per Solis euntibus umbra eſt:
Cum latet hic preſſus nubibus, illa fugit.
Mobile ſic ſequitur fortuna nomina vulgus,
Quæ ſimul induſta nube teguntur, abit.

Talis deſcribitur Acedux à Liv. lib. 22. *qui cum fortuna mutavit fidem.* Talis Varro Pompeii legatus apud Cæſarem lib. 2. beſl. civ. *qui ſe movit ad motum fortunæ.* Tales Cretenſes. Liv. lib. 28. de Caſtulonenſib. *Cum proſperis rebus ſocii fuiſſent, poſt cæſos cum exercitibus Scipiones, defecerunt ad Pœnos.* Loccen.

28 *Sabacem*] Recte animadvertit Glareanus, nomen hoc, licet unius viri (quod tamen confunditur cum alterius nomine, ut mox videbimus) non ſemel variare in Curtio. nam & hoc & lib. 3. *Sabaces* vocatur, mox vero *Mazaces*, rurſus *Aſtaces*. Sed, ut reddamus verum nomen Prætori, hic & ſupra 3. 11, 10. recte vocatur *Sabaces*. nam eadem eſt perſona, &, quod firmat noſtram ſententiam, utrobique dicitur in acie cecidiſſe. Nec aliter Arrianus 2. 2. ubi de pugna ad Iſſum: *cecidit etiam Sabaces prætor Ægypti.* Ibi vides, Arrianum etiam Σαβάκην vocare, non vero Μαζάκην, ut Glareanus vult. Verum quidem eſt, ab Arriano 3. 1. Μαζάκην (ut recte habet editio Vulcanii) adduci, ſed ab hoc diverſum, de quo mox. Negat autem Glareanus, Diodorum quoque mentionem facere hujus prætoris, cum tamen ille 17. 34. *Tafiacen*, licet depravato nomine, vocet, ubi æque ac Arrianus cæſos primates Perſarum in pugna ad Iſſum refert. Porro, quod Glareanus Mazacem illum, de quo Curtius, 4. 1, 32. eundem eſſe contendit cum Sabace, non poteſt; cum Sabaces jam obierit, ut dictum, in bello ad Iſſum. Et, ut nullus dubitationi ſit locus, Arrian. 3. 1. tradit, Mazacen, ubi certior factus de grandi clade Darii ad Iſſum, ex deſperatione ſe dedidiſſe Alexandro. De qua deditione Curtius 4. 7, 4. agit, ubi pro *Aſtaces* leg. *Mazaces*. quod etiam vidit I. Gebhardus. Idem Arrianus, ubi de expeditione Alex. in Ægyptum, Prætorem Ægypti *Mazacen*, non *Aſtacen* appellat. hinc & eod. lib. recte emendat Gebhardus Μαξάκης pro Μαζάης, nam Mazæus Babyloniæ prætor erat, non Ægypti. Quod denique addit Glareanus, non potuiſſe Darium tam cito in fuga cæſo Sabaci alium ſubſtituere, hunc quoque ſcrupulum illi eximet Arrian. ubi dicit, 3. 1. Μαζάκης ἐπὶ Δαρείου καθεσηκώς. *Mazaces à Dario conſtitutus.* & Curt. 4. 7. *in cujus præſidio Mazaces prætor Darii relictus.* Loccenius. Sciendum eſt, eandem Perſis olim fuiſſe providentiam, quæ hodie omnibus eſt gentibus, ut nempe ſummo magiſtratui ſubſtituerint, qui per ejus abſentiam videret ne quid Reſp. detrimenti caperet. *Fremin.*

Sine duce eſſe] Mentitur eſuriens Græculus, qui mox Mazacen prætorem occiſum ſenſit.

29 *Quum primæ ſpes*, &c.] Sed & *ſpes incerta futuri.* ut Maro Æn. 8. loquitur. unde non minus illa animum torquere poteſt, quam præſentium faſtidium aut fruſtratio. Vt ergo animus ſit tranquillior, *præſtat eſſe præſentibus æquum*, ut Ariſtippum fuiſſe Horat. lib. 1. epiſt. 17. & Ælianus Var. hiſt. lib. 14. cap. 6. teſtantur, & quæ adſunt boni,

primas ſpes fortuna deſtituit; futura præſentibus videntur eſſe potiora. Igitur conclamant, *duceret quo videretur*. Atque ille [a] VTENDVM animis dum ſpe calerent ratus; ad Peluſii oſtium penetrat: ſimulans *à Dario ſe eſſe præmiſſum*. Potitus ergo Peluſii Memphim copias promovit: ad cujus famam Ægyptii, [b] vana gens, & novandis quam gerendis aptior rebus, ex ſuis quiſque vicis urbibuſque, ad hoc ipſum concurrunt, ad delenda præſidia Perſarum. qui territi, tamen [c] ſpem obtinendi Ægyptum non amiſerunt.

INTERPRETATIO.

a *Putans utendum ardore* militum *quandiu ſpe animarentur.*

b *Ægyptii levis natio, & novis rebus ſuſcipiendis quam exequendis aptior.*

c *Spem Ægypti conſervandæ.*

NOTÆ.

boni conſulere, nec de craſtino eſſe ſollicitum, uti Chriſtus ipſe docet; ſed adverſus quamcumque ſortem bene præparatum & munitum pectus gerere. *Ille* enim *ex futuro ſuſpenditur, cui irritum eſt præſens. Quid autem varietas mutabilitaſque caſuum perturbabit, ſi certus ſis adverſus incerta?* ut Seneca epiſt. 101. & alibi monet. *Loccenius.*

Futura præſentibus] Tacitus, H. 3. 85. *natura paveris eſt, ut omnia metuenti præſentia maxime diſpliceant.*

Atque ille utendum animis] Sic infra, hoc lib. auctor: *Rex impetu animorum utendum ratus, ſecunda vigilia caſtra movit.* lib. 6. *Summa militum alacritate jubentium quocunque vellet duceret; oratio excepta eſt. nec Rex moratus impetum.* Hoc congruit Cæſaris monito, lib. 3. de bello civ. *Eſt quadam animi incitatio atque alacritas naturaliter innata omnibus, quæ ſtudio pugnæ incenditur; hanc non reprimere, ſed augere Imperatores debent.* Lucanus, lib. 1. de Cæſare, verſ. 39.

Cæſar ut acceptum tam prono milite bellum
Tataque ferre videt; ne quo langueſcere moretur
Fortunam, &c. *Loccenius.*

Ad Peluſii oſtium] A Cypro enim naviganti verſus meridiem, primum ad Ægyptum occurrit Peluſium oppidum, & portus, ubi Nili oſtium exoneratur in mare, & angulum ex Δ delta tertium Peluſiacum efficit: de quo infra ex Calliſthione & Strabone prolixe. Peluſium cæde Pompeii Magni nobilitatum eſt, ut Cæſar lib. 3. de bello civ. notat. *Raderus.*

30 *Memphim*] Caput Ægypti & regia, *Caira* hodie.

Vana gens] Syneſius in encomio Calvitii per tranſlationem αἰγυπτιάζειν pro doloſe agere uſurpat. Strabo, lib. 17. ἀνθρώπους ἀπλάνους vocat; *homines imbelles*, ad rem gerendam ineptos. Polybius, 15. 31. ait eſſe *hoc Ægyptiis hominibus innatum, ut dum ſervent ira, minum in modum ſint ſegnes.* Plinio in Paneg. appellatur *ventoſa & inſolens natio.* Philo in Flaccum ſcribit, eſſe Ægyptios natura irritabiles, & è minima ſcintilla ſuetos magnas ſeditiones accendere. Et Vopiſcus in Saturnino: *Sunt Ægyptii viri ventoſi, furibundi, jactantes, injurioſi, atque adeo vani, liberi, novarum rerum uſque ad cantilenas publicas cupientes.* & mox ex epiſtola Ariani: *Ægyptum totam didi-*

31 runt. Sed eos Amyntas prælio ſuperatos, in urbem compellit; caſtriſque poſitis; victores ad populandos agros eduxit: [a] ac velut in medio poſitis omni-
32 bus hoſtium cuncta agebantur. Itaque Mazaces, quamquam infelici prælio ſuorum animos territos eſſe cognoverat; tamen *palantes, & victoriæ fiducia incautos* oſtentans, perpulit *ne dubitarent ex urbe erumpere, &*
33 *res amiſſas recuperare.* Id conſilium non ratione prudentius, quam eventu felicius fuit: ad unum omnes cum ipſo duce occiſi ſunt. Has pœnas Amyntas utrique regi dedit; nihilo magis ei ad quem trans-
34 fugerat fidus, quam illi quem deſeruerat. Darii prætores, qui prælio apud Iſſon ſuperfuerant, cum omni manu, quæ fugientes ſequuta erat, adſumpta etiam Cappadocum & Paphlagonum juventute,
35 Lydiam recuperare tentabant. Antigonus prætor Alexandri,

INTERPRETATIO.

[a] *Et quaſi omnia præda expoſita forent, cuncta hoſtium* bona *diripiebantur à* Græcis.

NOTÆ.

dici levem, pendulam, ad omnia fama momenta volitantem. &, *Genus hominum ſeditioſiſſimum.* Ergo Suetonio teſte Cæſ. 35. veritus eſt Cæſar *Ægyptum provinciam facere, ne quandoque violentiorem præſidem nacta, novarum rerum materia eſſet.*

31 *Sed eos Amyntas prælio ſuperatos*] Præſidium Perſarum accipe Memphi impoſitum, cui præfectus erat Mazaces Sabacis vicem præfura fungens.

Velut in medio poſitis, &c.] Ilias hic variarum lectionum occurrit. Aliter editi, aliter membranæ, aliter Modius, aliter Acidalius curat affectum & depoſitum locum. Freinshemius legendũ cenſet: *Velut in metu poſitis.* Ea enim cauſa negligentiæ, credere nihil auſuros hoſtes adverſo prælio perculſos. Porro, ſimilem ex Iuſtino locum adnotare non pigeat. Sic enim ille 24. 7. de Gallis: *Gallorum vulgus ex longa inopia, ubi primum vino, eteriſque commeatibus referta rura invenit, non minus abundantia quam victoria lætum, per agros ſe ſparſerat; deſertiſque ſignis ad occupanda omnia pro victoribus vagabantur.* Freinshemius.

32 *Palantes, & victoriæ fiducia*] Res proſperæ plerumque & tantum non ſemper negligentiam pariunt. Recte enim Claudianus experientia teſte:

Sapius incauta nocuit victoria turba.

Proinde cautione & ordine etiam poſt victoriam opus eſt, ſi eam retinere cupis. Vide Veget. de re milit. lib. 3. c. 25. & 26. *Loccenius.*

33 *Nihilo magis ei ad quem*] Transfugæ plerumque fidem fugacem ac deſultoriam, quales ipſi ſunt, habent. Aſclepiodorus apud Procopium, lib. 1. de bello Gothorum. *Qui inconſtabilis eſt, & inconſtantiæ morbo laboravit, ſimul ac timere inceperit, vel ſuimet amantiſſimis debitam negaturus eſt fidem.* Loccen.

35 *Ly-*

Digitized

lexandri, Lydiæ præerat: qui, quamquam pleroſque militum ex præſidiis ad regem dimiſerat; tamen barbaris ſpretis, in aciem ſuos eduxit. Eadem illic quoque fortuna partium fuit, tribus præliis alia atque alia regione commiſſis, Perſæ funduntur. Eo- 36
dem tempore claſſis Macedonum ex Græcia accita, Ariſtomenem, qui ad Helleſponti oram recuperandam à Dario erat miſſus, captis ejus aut merſis navibus ſuperat. A Mileſiis deinde Pharnabazus præ- 37
fectus Perſicæ claſſis pecunia exacta, & præſidio in urbem Chium introducto, centum navibus Andrum, & inde Syphnum petiit. eas quoque inſulas præſidiis occupat; pecunia multat. Magnitudo belli, quod 38
ab opulentiſſimis Europæ Aſiæque regibus, in ſpem totius orbis occupandi gerebatur; Græciæ quoque & Cre-

NOTÆ.

35 *Lydiæ*] Arrian. 1. 2. *Phrygiæ.* Poteſt utramque obtinuiſſe.

36 *Claſſis Macedonum*] Ducibus Amphotero & Hegelocho.

37 *Pharnabazus*] De quo ſupra: *Pharnabazi quoque, cui ſummum imperium maritimæ oræ rex dederat*, &c. Hic, cum accepiſſet nuncium de clade Iſſica, cum duodecim triremibus atque exterorum ſtipendiariorum mille quingentis Chium repetit, veritus ne audita ſtrage Perſarum defectionem molireſtur. Mileſiis pecuniam in claſſem Perſicam imperavit. Miletus caput Ionum in Caria. *Raderus.*

Centum navibus] *Pharnabazus autem & Autophradates aliquamdiu apud Chium moram fecerunt, præſidioque in inſula collocato, nonnullis in Con atque Halicarnaſſum navibus miſſis, ipſi centum navibus optime ad navigandum inſtructis Sipheum appellunt.* Arrianus. Chios autem nobiliſſima maris Ionii inſula eſt. *Idem.*

Andrum] Ex Cycladibus una, ab Andro Eurymachi F. dicta. Plura Stephanus cum aliis Geographis. Ex hac eſt Andria Terentii.

Syphnum] Inſula in Cretico mari à Siphono Sunii F. prius Metope dicta. Has omnes inſulas Pharnabazus cum Autophradate occupavit.

38 *Magnitudo belli*] Perſici inter Alexandrum & Darium. gerebatur eo fine, ut victor ſimul orbem occuparet, quem ſpe devoraverat Alexander. *Raderus.*

Græcia quoque & Creta] Non quod Cretenſes non Græce loquerentur, ſed quod Creta Græciæ non eſſet ſubjecta, ſuiſque legibus viveret, quas Minos tulerat. Eſt inſula, non in Ægeo mari, ut Eudoxus cenſuit, ſed, ut Strabo docet, inter Cyrenaïcam & Græciam ſita, longa ſtadiis minus duobus duo milliaria ſupra ſeptuaginta, lata milliaria ſeptem minus triente. dicta ἑκατόμπολις à civitatibus centum, de quibus copioſe Strabo lib. 10. *Raderus.*

Arma commoverat] Græci Cretenſes, cum viderent, Alexandrum niſi confecto bello Perſico non reverſurum, auſi ſunt ſe commovere, nec tamen omnes, immo ſoli Lacedæmonii, qui in Alexandrum regem nunquam conſenſerant. *Raderus.*

39 *Agis,*

39 & Cretæ arma commoverat. Agis, Lacedæmoniorum rex, octo millibus Græcorum, qui ex Cilicia profugi domos repetierant, contractis; bellum An-
40 tipatro Macedoniæ præfecto [a] moliebatur. Cretenses has aut illas partes sequuti, nunc Spartanorum, nunc Macedonum præsidiis occupabantur. [b] Sed leviora inter illos fuere discrimina, unum certamen, ex quo cetera pendebant, intuente fortuna.

INTERPRETATIO.

a *Inferre aggrediebatur.*

b *Sed levis momenti fuere hæc certamina, cum fortuna* quasi *intenta esset in unum* illud *bellum ex quo reliquorum* exitus *pendebat.*

NOTÆ.

39 *Agis, Lacedæmoniorum rex*] Quæras quis iste sit Agis Lacedæmonius: an Eurysthenes F. Agesilai frater, quem suis monumentis celebrat singulari libro Xenophon; à quo Agidæ: an ille posterior Agis: an tertius denique interfectus, quem cum Cleomene laudat Plutarchus. Hic Agis inter primum & ultimum medius, an ille, quem cum Gracchis componit Plutarchus? Haud dubie medius hic est inter extremos, ab Antipatro ad Megalopolim cæsus. Nec turbet te, quod apud Arrianum Agesilaus nominetur Agidis frater: & primus ille fratrem habuit, & iste Agesilaum, &c. Vide Arrianum II. 3.

Ex Cilicia profugi] Ex triginta millibus à Dario mercede conductis, alii Amyntam in Ægyptum secuti erant; alii in acie ad Issum ceciderant; alii ad Agidem venerant, qui cum illo plerique perierunt.

Bellum Antipatro Macedoniæ præfecto moliebatur] Prælium inter Antipatrum & Agidem commissum, describitur infra initio libri sexti. Arrianus, lib. 2. docet, Agidem ad Autophradatem in Syphnum insulam perveniisse, ibi triginta accepisse talenta, & decem triremes, quas cum Hippia ad Agesilaum miserit, cum mandatis, ut in Cretam cum illis navigaret, ad res illius insulæ constituendas. Diodorus paucis: *In Europa*, inquit, *Agis Lacedæmoniorum rex, receptis octo millibus aere merentium militum, qui ex prælio adverso ad Issum evaserant, novis rebus in gratiam Darii, animum intendit. A quo naves & pecuniam magnam cum obtinuisset, in Cretam transmisit. Ubi urbes complures captas, in Persarum partes traxit.* Iustinus de eodem Agidis & Antipatri bello narrat, lib. 2. ipso initio.

CAP.

Digitized by Google

CAP. II.

Tyrii, Alexandrum recipere recusantes, obsidentur.

IAM tota Syria, jam Phœnice quoque, excepta Tyro, Macedonum erant; habebatque rex castra in continenti, à quo urbem angustum fretum dirimit. Tyrus & claritate, & magnitudine ante omnes urbes Syriæ Phœnicesque memorabilis, facilius societatem Alexandri acceptura videbatur, quam imperium. Coronam igitur auream legati donum adferebant; commeatusque large, &

1

2

NOTÆ.

2 *Tota Syria*] Præter Palæstinam tamen & Gazam, quæ pars Syriæ est. Iaddus enim, Hebræorum id temporis Pontifex, salutatus ab Alexandro per legatos, uti Josephus est auctor, & monitus ut se dederet Macedoni, & quæ dependissent antea Dario, illa sibi penderet, auxilia mitteret, commeatum, arma, aliaque quæ postulasset, suppeditaret: negavit Pontifex se vivo Dario id præstare posse, quod jurasset, se contra Darium salvum, nunquam arma laturum. Iratus rex jurare, se, occupata Tyro, exercitum Hierosolymis admoturum, doctumque, adversus quem jusjurandum esset custodiendum. *Raderus.*

Angustum fretum] Quatuor stadia latum inter urbem & terram. Stadia autem duo & triginta, unum milliare Germanicum faciunt. Est ergo octava pars milliaris, quingenti nempe passus.

2 *Tyrus*] Hodie *Suri* audit. olim Hebræis & Syris צור Sor, Zor, Tsor, & Tzor, *rupes, saxum, angustia.* Pœnis *Sar*, Latinis *Sarra.* Tyrus vero, à Tyra Noachi nepote, Japheti filio, septimo loco nato, qui *Tyras* dictus, & urbem paulo post diluvium condidit, & à suo nomine cognominem fecit. Tyrus in alto saxo e mari extante fixa, undique mari cincta ac tota insula. Continebat in ambitu passus 2750. Ambitus vero insulæ complectebatur 19 millia passuum. Recedebat à continente passus 10. Angustiæ freti erant ad orientem urbis. Mare circumfusum, procellosum, & latentibus scopulis periculosum, ut ignari locorum adnavigantes, sæpe in ipso portu facerent naufragium. Templa erant magnifica, & pervetusta, Jovis Olympii, Herculis *Tyrii* dicti, & Astartes. Oppugnata ante Alexandrum sæpius & expugnata est Tyrus. Et fane excisa postremo à Turcis est, nihilque jam superest, quam portus de Sur. *Raderus*

Facilius societatem] Ut suis legibus viveret, socia & amica regi esset, ceterum, in omnibus suo arbitrio tanquam libera, nec ullius imperio obnoxia civitas ageret. sicut paulo ante Pisidæ Selgenses, *imperata sua amicos* (non ut subditos) *facere velle significarunt.* Ita lib. 8. *Sisymethron cepit hortari, ut fidem quam vim Macedonum mallet experiri.* Scipio apud Livium, l. 28. ad Oringianos: *Ut amicitiam potius quam vim experirentur Romanorum.* Societas merito præfertur imperio, quod illa relinquit sociis æquale jus, quod vis & imperium sæpe vel adimit, vel minuit. Annius Setinus prætor Latinorum apud Livium, lib. 8. *Si fœdus est, si societas, æquatio juris est.* Locceuius.

Coronam igitur auream] *Magni pon-*

deris,

& hospitaliter ex oppido adduxerant. Ille *dona ut ab amicis accipi* jussit; benigneque legatos adloquutus,
3 *Herculi, quem præcipue Tyrii colerent, sacrificare velle se* dixit. *Macedonum reges credere, ab illo deo ipsos genus ducere: se vero ut id faceret etiam oraculo monitum.*
4 Legati respondent, *esse templum Herculis extra urbem, in eam sedem quam Palætyron ipsi vocant: ibi regem deo sacrum*
5 *rite facturum.* Non [a] tenuit iram Alexander, cujus alioquin potens non erat. Itaq; *vos quidem*, inquit, *fiducia loci, quod*

INTERPRETATIO.

a *Non potuit iram comprimere cui alioqui valde obnoxius erat.*

NOTÆ.

derit, inquit Justinus, *coronam, ut regi, & victori.*

3 *Vt ab amicis*] Ita amicos habuisset, & reliquisset, si portas illi aperuissent; sed punire Tyrios Numen per Alexandrum, ut ante per Nabuchodonosorem, volebat, præsertim propter scelus dominorum à servis occisorum, idololatriam, luxum, superbiam. *Rader.*

Herculi] Dubitatur tamen quisnam hic Hercules fuerit. nam plures numerabant. Cicero de Natura Deor. 3. 16. *plures tradunt nobis. Antiquissimum, Jove natum, sed antiquissimo item Jove. Nam Joves quoque plures in priscis Græcorum literis invenimus. Ex eo igitur & Lysito est is Hercules, quem concertavisse cum Apolline de Tripode accepimus. Alter traditur Nilo natus Ægyptius. Tertius est ex Idæis indigetis, cui inferias offerunt. Quartus Jovis & Asteriæ ex Latona sororis, quem Tyrii maxime colunt, cujus Carthaginem filiam ferunt. Quintus in India, qui Belus dicitur. Sextus hic ex Alcmena, quem Jupiter genuit, sed tertius Jupiter.* Loccenius. Vide & dies geniales Alexand. 2. 14.

Genus ducere] Ab Hercule, non tamen Tyrio, nisi hic idem cum Argivo fuerit.

Oraculo monitum] Hercules illi per noctem, quæ obsidionem præcesserit, dextram porrexit, & in urbem introduxit, ut narrat Arrianus, lib. 2. De sacrificio tamen nihil ibi, sed eo potuit traxisse Alexander.

4 *Extra urbem*] Quod libertati suæ periculosum arbitrarentur, si Regem armatum intra muros acciperent: forsan & Darii respectu id declinare maluerunt, ne pendente adhuc bello, si ab eo stetisset victoria, indignationem ejus incurrerent. qua mente apud Plutarch. Demetrio, cap. 39. Athenienses Demetrium *orarunt, ut urbe abstineret, quod servisset populus, ne quis ex regibus urbe acciperetur.* Mediam itaque gerere se maluit. quæ res plurimis male cessisse multoties adnotatum est. *Freinsh.*

Palætyron] Strabo 16. μετὰ τὴν Τύρον ἡ Παλαίτυρος ἐστὶ τετρακοσίοις σταδίοις διέστηκε. *Post Tyrum est antiqua Tyrus triginta stadiis distans.*

5 *Fiducia loci*] Quum in parvo quodam castello Græci ab Antigono Rege Macedonum obsiderentur, & *fiducia loci contemnentes hostem*, multa in deformitatem Antigoni jocarentur; & nunc staturam humilem, nunc collisum nasum irriderent: *Gaudeo*, inquit, *& aliquid boni spero, si in castris meis Silenum habeo.* Cum hos dicaces fame domuisset, captis hic usus est, ut eos, qui militiæ utiles erant, in cohortes describeret, ceteros præconi subjiceret: id quoque negavit se facturum fuisse, nisi expediret his dominum habere, qui tam ma-

quod insulam incolitis, pedestrem hunc exercitum spernitis, sed brevi ostendam in continenti vos esse. proinde sciatis licet, aut intraturum me urbem; aut oppugnaturum. Cum hoc responso dimissos monere amici cœperunt, *ut regem, quem Syria, quem Phœnice recepisset; ipsi quoque urbem intrare paterentur.* At illi loco satis fisi, obsidionem ferre decreverunt. Namque urbem à continenti quatuor stadiorum fretum divi- 6 7

NOTÆ.

malam haberent linguam. Senec. lib. 3. de ira, cap. 21. Itaque fiducia loci & contemptus hostis, incolas & auctores plerumque ferit. Corn. Nepos: *Nimia fiducia, magna solet esse calamitati.* Loccen. Tales enim, dum in situ locorum ad arcendam vim hostilem satis sibi putant esse præsidii, libertatem suam ferociter tutari solent: ut contra, quibus ea munimenta non sunt, obedienter imperata facere consueverunt. Inde factum, ut quorum rebellio metueretur, ex superioribus locis in æqua digredi cogerentur. Quomodo Augustus perdomita Hispania, *fiduciam montium timens, in quæ se recipiebant* Astures, *castra sua, sed quæ in plano erant, habitare & incolere jussit.* Flor. 4. 12. *Freinsh.*

Quod insulam incolitis] Insula nomen traxit à Salo, quasi in Salo vel Solo insula, quod mari cincta sit. quicquid enim vel à fluminibus, vel mari eminet, *Insula* proprie dicitur. A similitudine inde maritimarum insularum, etiam in urbibus dicuntur insulæ, domus ab aliis sejunctæ, hoc est, ut Festus docet, quæ non junguntur communibus parietibus cum vicinis, sed circuitu publico aut privato cinguntur. Ergo in civitate insula dicitur, quicquid viis, aut plateis cinctum est. *Raderus.*

In continenti vos esse] Et hoc egregie ostendit, cum jacta ingenti mole operum in obsidione Tyri, ex insula continentem fecit. unde & Ovid. Metamorph. 15. 287.

Fluctibus ambita fuerant Antissa Phariosque,
Et Phœnissa Tyros, quarum nunc insula nulla est.

Lege quoque Pomponium Melam, cap. 12. & Plinium, 5. 19. *Loccenius.* Eo autem confidentius hoc minabatur Alexander, quod & prius jactam ibi molem à Nabuchodonosore fuisse scire poterat, de qua re Hieron. in cap. 26. Ezech. lege. Alexandri molem aliasque similes respexit Florus, 2. 2. cum sic scriberet: *Ut quatenus nec mole jungi* (Italiæ Sicilia) *nec pontibus posset, armis bellique jungenda, & ad continentem suam revocanda videretur.* Freinsh.

Aut oppugnaturum] Quod quidem futurum non putabant Tyrii. nec enim credere poterant, Alexandrum post clarissimam victoriam, cum hostem persequi opportunum esset, omissa occasione rerum amplissimarum, ad unius urbis obsidionem hæsurum esse. Quem errorem in Bardane, haud dissimilis ingenii Rege, graviter notat Tacitus, 11. 8. *neque cunctatur quin proximas præfecturas corripiat, solis Seleucensibus dominationem ejus abnuentibus; in quos, ut patris sui quoque defectores, ira magis quam ex usu præsenti accensus, implicatur obsidione urbis validæ, & mœnimentis objecti amnis, maroque & commeatibus firmatæ. Interim Gotarzes Dahorum Hyrcanorumque opibus auctus, bellum renovat.* Freinsh.

6 *Syria*] Præter Palæstinam.

Phœnice] Præter Tyrum.

7 *Fretum dividit, Africo maxime objectum*] Angustiæ freti quatuor stadiorum erant, Tyro ab oriente, Africus ventus ab occidente flabat, & resta ma-

dividit, Africo maxime objectum, crebros ex alto
8 fluctus in litus evolvens. Nec [a] accipiendo operi, quo Macedones continenti insulam jungere parabant, quidquam magis, quam ille ventus obstabat. quippe vix leni & tranquillo mari moles agi possunt; Africus vero [b] prima quæque congesta pulsu inhisa mari subruit: nec ulla tam firma moles est, [c] quam non exedant undæ per nexus operum manantes; & ubi acrior flatus exstitit, summi operis fastigio superfu-
9 sæ. Præter hanc difficultatem haud minor alia erat;

muros

INTERPRETATIO.

a *Nulla res magis obstabat moli* in mare *jacienda.*

b *Quacunque primum injecta sunt, impulsu fluctuum concussa in mare dejecit.*

c *Quam non* alluvione *deterat aqua inter junctura operum se insinuans; imo, quando ventus validior est, supra ipsius moli cacumen assurgens.*

NOTÆ.

mare in angustias propellebat, & fluctus decumanos ciebat. Africus porro Græcis Λίψ dictus, & Vulturno orientali erat objectus: Vulturnus ab oriente hiberno spirabat inter Eurum & Notū, Græcis Εὐροτος. Africus ergo ob occidente hiberno ortus, Vulturnum oppugnabat, uti Virg. in tempestatis descriptione, cum luctantes inter se ventos committit, Africum contra Eurum & Notum collocat. Æneid. 1. 84.

Incubuere mari, totumque a sedibus imis
Una Eurusque Notusque ruunt, creberque procellis
Africus, & vastos volvunt ad litora fluctus.

[Hunc ultimum versum in animo habuisse videtur Curtius cum ista scriberet.] De ventis hisce plenius cognosce apud Gellium, item Senec. Nat. qu. 5. 16. Porro, angustias fuisse ab oriente postea continenti commissas, facile ex Gulielmo seu Willelmo Tyrio discres, Hist. Hierosol. 13. 5. Qui addit, mare vicinum urbi, periculosum ignaris fuisse, propter latentes passim scopulos. Nam & urbs rupi & scopulo maximo imposita est. *Rhenus.*

8 *Per nexus*] Qui huic lectioni anteponunt; vel etiam componunt aliam, *per enixus operum*, potius delectantur inveniendis quibus paginas impleant, quam conservata puritate textus. Ad minimum advertere debuerant, *enixus* ut maxime ita legendum esset, aquæ non tribui, sed operibus: *enixus operum*; quomodo si Curtium scripsisse putant; haud levem injuriam faciunt majoris elegantiæ judiciique historico. *Nexus* autem *operum*, quid sint, præter quod candidissime dictum, sponte patet; ipse subinde explicat mox 4. 2. *nondum commissum opus.* & 4. 3. clarissime: *crebrisque fluctibus compages operis verberata se laxavere; saxaque interfluens* (an *interluens*) *unda medium opus rupit.* mox 9. *velut quodam nexu continens opus junxerant.* Freinsh.

Summi operis fastigio] Insuavis iteratio *operum*, & mox *operis.* Vide ne omittendum posterius, legendumque *summo fastigio.* Acidal. Nihil tamen temere mutandum in his talibus, nisi certior adsit ratio.

9 *Præter hanc difficultatem,* &c.] Men-

muros turresque urbis prælatum mare ambiebat: non tormenta, nisi è navibus procul excussa, emitti; non scalæ mœnibus adplicari poterant: [a] præceps in salum murus pedestre interceperat iter: naves nec habebat rex; [b] &, si admovisset, pendentes & instabiles missilibus arceri poterant. Inter quæ 10 parva

INTERPRETATIO.

a *Muri in mare usque procurrentes pedestribus intercluserant iter.*

b *Quamvis* naves *appulisset* ad muros, *poterant telis repelli*, utpote *instabiles & suspensa* fluctibus.

NOTÆ.

Mendum leve est, eoque non animadversum. Scribendum: *non tormento, nisi è navibus procul, excussa mitti*, &c. Ex quibus, *mitti* jam exhibuit Modius, nec in ea voce Dan. & Pal. 1. collatio ex illis libris quid quam edit differentiæ. Utrumque autem ratio & usus loquendi flagitat. Infra, hac ipsa in narratione; *quum tormento asseres promoverent*. lib. 7. *Tormenta salutifuere, quibus in confertos ac temere se offerentes haud frustra excussa sunt tela*. libr. 8. *Interim ad augendam formidinem & turres admovebantur, & excussa tormentis tela emicabant*. Gronovius.

Prælatum mare] Idem dicit Plin. 5. 19. *Prealto*, inquit, *mari septingentis passibus divisa*. Sed quam erat altum? Curtius ἀδρόβολον πέλαγος dixit *prealtum*. Arrianus 2. 4. non nisi tres ulnas, & quidem qua profundissimum est, altum affirmat, ut Vulcanius interpretatur. Verba Arriani sunt: τὰ δὲ πρὸς αὐτῇ τῇ πόλει, ἔνθα τὸ βαθύτατον ἦν διάπλους, τριῶν μάλιστα ὀργυιῶν τὸ βάθος. *Ubi urbem attingit, qua quidem profundissimus trajectus est, tres summum ulnas altum est*. Profecto exigua altitudo, in qua superanda, non fuisset septem mensibus Alexandro laborandum. Hesychius ὀργυαῖα ἑκτάσιν δμφοτέρων χειρῶν διάτασιν *ambarum manuum tensionem* vocat. Herodotus sex pedum facit ὄργυιάν, ita octodecim erit pedum altitudo maris. Nihil hactenus nimis. Plin. 5. 24. ex Theophrasto orgyiam decempeda metitur. Ita fierent tres orgyiæ, triginta pedes, tolerabili altitudine maris. Accipiamus ergo hic mare altum fuisse triginta pedes, ut Curtius speciem veri obtineat, qui prælatum mare ait fuisse ad muros: Ὀργυιὰ ἡ ἀμφοτέρων ἑκτάσις. Quam mensuram quatuor cubitis determinant, aut quod idem est, sex pedibus. Quantus autem modus a vertice ad calces patet, tantum esse conitat inter longissimos digitos utriusque manus expansæ. Hæc extensio & expansio manuum Græce proprie dicitur ὀργυιά. Suidas: ὀργυιαμέτοις, ἐκτανσμέτοις. Inde apud Cretam in Indicis homines ὀργυιάζουσι qui manus expandunt & extendunt ad aliquid amplectendum. Imperite vero faciunt, qui ὀργυιὰν *ulnam* Latine reddunt. Duas habet ulnas homo, unde *ambabus in ulnis*, ut duo brachia, & duo cubiti. utriusque ulna extensio ὀργυιὰ est. ulna autem est cubitus. *Ulnam* tamen hodie dicimus, quæ longe cubito major est. *Salmasius*.

Non tormenta, nisi è navibus, &c.] Vetus lectio: *non tormento, nisi è navibus procul excussa mitti, nec scala mœnibus adpl.* Infra: *quum tormento asseres promoverent*. Gronov.

Præceps in salum murus] Et mœnia fuere alta, & turres. ἦσαν τε γὰρ αὐτοῦ ἡ πόλις ἐν, & τεῖχεσιν ὑψηλοῖς πάντῃ ὠχύρωτο. *Insula erat ipsa civitas, altis mœnibus undequaque cincta*. Arrianus *Et muri recto limite dejectebant in al-*

parva dictu res Tyriorum fiduciam accendit. Carthaginenſium legati ad celebrandum anniverſarium ſacrum more patrio tunc venerant: quippe Carthaginem Tyrii condiderunt, ſemper [a] parentum loco
11 culti. Hortari ergo Pœni cœperunt, *ut obſidionem forti animo paterentur; brevi Carthagine auxilia venturа.* namque ea tempeſtate magna ex parte Punicis
12 claſſibus maria obſidebantur. Igitur bello decreto, per muros turreſque tormenta diſponunt: arma junioribus dividunt: opificeſque, quorum copia urbs abundabat, in officinas diſtribuunt. Omnia belli ad-

INTERPRETATIO.

2 *Et quaſi parentes honorati ſunt* ab illis.

NOTÆ.

tum mare, ut nullus eſſet per terram aditus ad civitatem mari ambitam. Murus aggeri objectus, erat altus pedes centum & quinquaginta, ut Arrianus eſt dimenſus, craſſus, ut Diodorus, 17. 43. (cui tamen alius paulo ſenſus) cubita quinque, id eſt, ſeptem pedes & ſemis, quem mox duplicavit & medium ſpacium aggere & lapidibus impleverunt.

Parva dictu res] Alii cum negatione, *haud parva*, quam, cum bene omnia conſidero, puto ab alio intruſam. quod ita ſolent hiſtorici adnotare, quando aliqua res non maximi momenti, cauſſam præbet magnis eventibus. Et ſane *parva dictu res* erat, quum Carthaginenſium legati, non aliam ob cauſſam, quam celebrando annuo ſacro, miſſi erant, ut ob eorum pollicita tam gravem obſidionem ſuſtinendam eſſe arbitrarentur Tyrii. Quid enim aut ad præſens opis in illis erat? & quod à Carthaginenſibus ob conſanguinitatis memoriam ſperabatur, nonne à quibuſvis Tyriorum legatis peti poterat? His rationibus cum accederent etiam codd. nonnulli, inter quos eſt & ille Danielis, haud poſtremæ auctoritatis, expungendum omnino τὸ *haud*, ut inſititium, credidi. *Freinsh.*

Anniverſarium ſacrum] Ad Aſtartes ſive Vraniæ ſacra, quæ Dido Phœniſſa ſecum Tyro Byrſam avexerit, aut ad Tyriorum ſimilitudinem Carthagine à ſe condita ſanciverit atque dedicarit, locum hunc eximium referendum cenſeo. Quamquam ſi de ſacris Herculis (de quibus hujus capitis initio à nobis actum eſt) Curtii verba malit aliquis accipere, non repugnabo. *Faber ſemeſtr.* 3. 2. cujus poſteriorem ſententiam amplector.

Parentum loco culti] Ipſique contra ſervantes mutuum affectum. nam imperante Cambyſe, Tyrii expeditionem in Carthaginenſes detrectaverunt, dicentes eſſe liberos ſuos. Herodot. 3. 19. Timæus apud Locros in Græcia vidiſſe tabulam refert, cujus principium fuerit: *ut parentes erga liberos decet.* Ὅτε πρὸς γονεῦσι χρὴ τέκνα. relatione facta ad Locros qui in Italia ſunt. Sic Ilienſes à Romanis culti apud Liv. 38. 39. *Ilienſibus Rhœteum & Gergithum addiderunt, non tam ob recentia ulla merita quam originum memoria.* Contra, qui eam reverentiam conditoribus ſuis non exhiberent, impietatis arguebantur.

12 *Opificeſque*] Quorum gloria antiquitus præcelluiſſe Tyrum; vel conſtructio templi Hieroſol. abunde probat,

Digitized by Google

adparatu ſtrepunt: ferreæ quoque manus (*Harpagonas* vocant) quas operibus hoſtium injicerent, corvique, & alia tuendis urbibus excogitata, præparabantur. Sed quum fornacibus ferrum, [a] quod excudi

INTERPRETATIO.

a *Ex quo* arma *fabricari opus erat.*

NOTÆ.

bat. Vid. 1 Reg. 3. 5. Sic & coloni eorum Carthaginenſes à Romanis obſeſſi, cum arma tradidiſſent, pauculos intra dies nova fabricaverunt. Flor. 2: 15, 10. & inprimis Appianus in Libycis. *Fre.*

Ferreæ quoque manus] Ferreas manus cum harpagonibus confundit: alii diſtinguunt. Livius lib. 30. harpagones ita deſcribit: *Poſtremo aſſeres ferreo uncо præfixi (harpagones vocant milites) ex Punicis navibus injici in Romanas capti, quos tum neque ipſos, neque catenas, quibus ſuſpenſi injiciebantur, incidere poſſent.* Quæras, quæ ſint catenæ? intelligo ego vincula ſeu laminas tenues per aſſeres, ſive haſtilia, contoſve, ſeu pertícas ex omni latere demiſſas, ne lignum incidi poſſet, ut hodie videmus in bipennibus & haſtis: niſi dicas, circulos catenarum ultra aſſerem procurriſſe, extremoque uncum adhæſiſſe. Stewechius eleganter ferream manum ab Archimede excogitatam deſcribit: *In eas*, inquit, *naves tollendas, deſuper murum eminentem ferrea manus firma catena illigata, cum injecta prora eſſet, gravique libramento plumbi revelleret adſolum, ſuſpenſa prora, navim in puppim ſtatuebat: dein remiſſa ſubito, velut ex muro cadentem navim cum ingenti trepidatione nautarum, ita unde affligebant, ut etiamſi rectà recideret, aliquantum aquæ reciperet. Ita maritima oppugnatio eluſa.*

Corvique] Corvorum diverſa fuere genera, diverſæ formæ. Hunc Diades invenit, illum Tyrii, alium Cn. Ovellius. De primo Vitruvius, lib. 10. c. 19. *Invenit etiam* (Diades) *corvum demolitorem* (alii *depradatorem* legunt), *quem nonnulli gruem appellant.* C. Duillius adverſus claſſem Carthaginenſium *manum* ſeu corvum invenit, prorſus diverſum ab hoc & Curtiano; quem Polybius deſcribit. Diſſimiles ab his Curtiani corvi, quos neque Lipſius in Poliorcet. lib. 5. dial. 8. neque Bernardinus Baldus commentario Vitruviano eſt aſſecutus, quando eoſdem cum Polybianis ſcripſerunt Curtianos, quamque Lipſius cautius mox corrigit ſententiam. Vicinior eſt corvo Curtiano lupus Liv. lib. 28. & Vegetianus, qui jam exſerant ad murum ſcalas: in alios lupi ſuperne ferrei injecti, ut in periculo eſſent, ne ſuſpenſi in murum traherentur. Vegetius: *In modum forficis flectatum ferrum, quem Lupum vocant.* Hi Curtiani è mœnibus in naves tormento, tanquam balliſta, emittebantur ſine milite, & naves lacerabant, & propugnatores intra mœnia trajiciebant. Sic enim infra Curtius: *Namq; ad impellenda navigia, quæ muros ſubibant, validis aſſeribus corvos & ferreas manus illigaverant, ut, cum tormento aſſeres promoviſſent, ſubito laxatis funibus injicerent. Unci quoque & falces ex iiſdem aſſeribus dependentes, aut propugnatores, aut ipſa navigia lacerabant.* Dio in Severo propius accedit, qui Byzantinos affirmat habuiſſe inter machinas harpagones, quos emittebant & reducebant celeriter. Plane deſcripſit hos corvos Tac. 4. Hiſt. *Præcipuum terrorem intulit ſuſpenſum & nutans machinamentum, quo repente demiſſo, prater ſuorum ora, ſinguli pluresve hoſtium ſublime rapti, verſâ pondere intra caſtra effundebantur.* Rad.

13 *Sed quum fornacibus*] Recenſet omina, quæ excidium urbis præceſſerint. Et ſane, ſi advertimus animum, verum eſſe deprehendimus illud Herodoti, 6. 27. *Quotiès ingentes ſunt eventuræ*

di oportebat, impositum esset, admotisque follibus ignem flatu accenderent; *sanguinis rivi sub ipsis flammis exstitisse* dicuntur, [a] idque omen in Macedonum
14 metum verterunt Tyrii. Apud Macedonas quoque, quum forte panem quidam militum frangeret, manantis sanguinis guttas notaverunt. territoque rege, Aristander peritissimus vatum respondit; *si extrinsecus cruor fluxisset, Macedonibus id triste futurum: contra quum ab interiore parte manaverit, urbi, quam ob-*
15 *sidere destinassent, exitium portendere.* Alexander, quum & classem procul haberet, & longam obsidionem magno sibi ad cetera impedimento videret fore: caduceatores, qui ad pacem eos compellerent, misit: quos Tyrii contra jus gentium occisos præcipitaverunt in altum. atque ille suorum tam indigna nece commotus, urbem obsidere statuit.

Sed

INTERPRETATIO.

a *Id prodigium in Macedonum perniciem interpretati sunt.*

NOTÆ.

ture calamitates vel civitati vel nationi, solent signis pranunciari. Inter quæ à Curtio omissum, quod Alexander per quietem viderit Satyrum alludentem sibi, & post multas ambages in manus venientem. unde Aristander respondit, post aliquantulum laborem, Tyrum in potestatem Alexandri futuram. id enim velle id insomnium, quo repræsentatum erat, Σάτυρος. quod nomen si dividas, exit, Σὰ Τύρος, *tua Tyrus*. Meminerunt ejus Plutarchus in Alexand. cap. 41. Artemidorus, 4. 26. Zonaras. Cedrenus. Qui duo postremi germanum huic somnio imaginatum esse scribunt Imperatorem Constantem, ante pugnam cum Mabia Saraceno: visus enim sibi fuerat venisse Thessalonicam. Θεσσαλονίκην conjector dividens exponebat. Θὲς ἁλὼς νίκην, *alteri cede victoriam.* Freinsh.

Sanguinis rivi] Ætate nostra, ante cruenta aliquot prælia, aquam in sanguinem non semel in Germania versam scimus. Ad avertenda mala, quæ hujusmodi signis prænunciantur, deprecatione apud Deum & seria pœnitentia opus est. *Loccenius.*

15 *Quum & classem procul haberet*] Iterum ostendit futuræ obsidionis difficultatem, propter salum urbis alto mari ambitæ, & classis absentiam, & molem à continenti ad urbem usque per septingentos aut certe quingentos pedes perpetuandam, & freti sævientis illic assiduos fluctus & altitudinem. *Raderus.*

Tyrii contra jus gentium occisos præcipitaverunt in altum] Iure gentium sancitum est, ut inviolabiles sint Legati, etiam hostium ipsorum præsidio, atque adeo, ut ne hostes quidem censeantur, qui hostium sunt legati. Illi enim virorum bonorum officio funguntur, & suæ patriæ negotia procurant. Unde, qui eorum fiduciæ tabulas violat, Majestatis læsæ, fideique & publicæ auctoritatis prostitutæ sit reus.

Cum

Sed ante facienda moles erat, quæ urbem continenti committeret. Ingens ergo animos militum desperatio incessit, cernentium *profundum mare, quod vix divina ope posset impleri: quæ saxa tam vasta, quas tam proceras arbores posse reperiri? exhauriendas esse regiones, ut illud spatium* [a] *aggeraretur. & exæstuare semper fretum,* [b] *quoque arctius volutetur inter insulam & continentem, hoc acrius furere.* At ille haudquaquam rudis 17
tractandi militares animos, *speciem sibi Herculis in somno oblatam esse* pronunciat, *dextram porrigentis: illo duce, illo aperiente in urbem intrare se visum.* Inter hæc, *caduceatores interfectos, gentium jura violata*, referebat: *unam esse urbem, quæ cursum victoris morari ausa esset.* Ducibus deinde negotium datur, *ut* [c] *suos* 18
quisque castiget: satisque omnibus stimulatis, opus orsus

INTERPRETATIO.

a *Aggere impleretur.*
b *Et quo angustiore spatio volvitur.*
c Milites *suos singuli* verbis *reprehendant.*

NOTÆ.

Cum legatis ratione contendendum est, non vi aut armis, quod injurias ulcisci ipsi non possunt. Vid. H. Grotium, lib. 2. de jure bel. ac pac. cap. 18. ubi de Legationum jure.

16 *Sed ante facienda moles erat*] Id quantæ molitionis res fuerit, disci potest ex conatu Nabuchodonosoris, qui primum aggerem jecit, cum urbem 13. annis arctissima obsidione terra marique premeret. Id quod sanctissimus & verissimus vates Ezech. 29. 18. narrat, cum exponit militum laborem, ex quo affirmat, omnibus defluxisse capillitium, & calvitio deformatos depilatosque humeros, onera portantium. *Raderus.*

17 *At ille haudquaquam rudis*, &c.] Ars tractandi militares animos, & bona spe implendi, in duobus potissimum versatur: primo, certos eos reddere de auxilio & præsentia Dei. nam vera in verum Deum fiducia omnem expellit animo timorem. deinde, justitiam causæ illis commendare, & injuriæ illatæ justam ultionem, quæ erectas facit mentes. *Loccenius.*

Herculis] Unde ita conjectores sunt interpretati, cessuram Alexandro urbem, sed post æruminosam obsidionem; quod & Herculis omnia opera laboriosa fuissent. *Plutarch.*

18 *Ducibus*, &c.] Id crebro factum observavi, quoties nimirum Imperatores, postquam milites allocuti erant, sensissent, esse adhuc aliquid in animis eorum, aut timoris, aut erroris, aut denique contumaciæ, *Frienh.*

Opus orsus est] Ipse primus moliri cœpit, manibus etiam ad opus admotis. Polyænum, lib. 4. περὶ Ἀλεξάνδρου audi: Ἀλέξανδρος πολιορκῶν Τύρον, βαλόμενος χῶμα πρὸς τείχει τῆ Τυρίων μεταξαλεῖν, πρῶτος αὐτὸς κόφινον λαβὼν χῆν πλήσας προσήνεγκεν. οἱ Μακεδόνες ὡς εἶδον αὐτὸν ἐργα-

orsus est. Magna vis saxorum ad manum erat, [a]Tyro vetere præbente: materies ex Libano monte ra-
19 tibus & turribus faciendis vehebatur. Iamque à fundo maris in [b] altitudinem montis opus excreverat, nondum tamen aquæ fastigium æquabat; &, quo longius moles agebatur à litore, hoc magis quidquid
20 ingerebatur præaltum absorbebat mare: quum Tyrii parvis navigiis admotis, per ludibrium exprobrabant, *illos armis inclutos, dorso sicut jumenta onera gestare:* interrogabant etiam, *num major Neptuno esset Alexander?* hæc ipsa insectatio alacritatem militum
21 accendit. Iamque paululum moles aquam eminebat, & simul aggeris latitudo crescebat, urbique admovebatur, quum Tyrii magnitudine molis,

INTERPRETATIO.

a *Antiqua Tyri* ruinis *suppeditantibus.*
b *Instar montis moles assurgebat.*

NOTÆ.

τα ἐ βασιλια, παρεχομενα τὰς χλαμύδας διπτύξαντες, τὰ χωμία διὰ τάχους ἤγειραν. *Alexander Tyrum obsidione cincturus, aggeremque manibus Tyriorum commissurus, primus ipse cophinum terra fartum gestavit. quod ubi Macedones viderunt, ipsum, inquam, regem suum onus gestantem, projectis chlamydibus, brevi spacium maris terra complanarunt.* Erubuit nempe miles, quem præire decuerat, non sequi imperatorem. Sic apud Tac. 1. 62. *primum extruendo tumulo cespitem Cæsar posuit.* Iustinianus templum Constantinopoli; & *Murates aliud Hadrianopoli struentes, itidem prima fundamenta jecerunt.*

Ex Libano] Libanus mons à tergo Sidonis nascens, orientem versus crescit, & ultra Damascum porrectus stadiis mille quingentis, ad Simyram usque & Palmirenam regiones pertinet, omnibus naturæ opibus auctus & cumulatus. Qua altissimus, æternis candicat nivibus, abundat incolis, arbore Cedro, Abiete, Cupresso, Pino, Buxo, Olea, odoriferis aliis, & thurifers; ut ingentem Solomoni, Hiramo, Alexandro materiam potuerit suppeditare. *Raderus.*

Ratibus & turribus] Verius meo animo *ratibus*, quam *cratibus*, tametsi & hæ possent habere locum in obsidionibus: libro tamen 5. dixit, *cratibus ac pluteis*, sed hic mare cogita. Rates porro vel pro temere compactis trabibus, & tumultuario navigio, vel longa nave ponuntur; quas à rarescendo dictas Varro, lib. 6. docet. Rates schediæ dictæ, de quibus multa Gyraldus, voce *Schedia.* Poterat & cratibus esse locus ad muniendum vel turres vel aggeres struendis vel firmandis. Sed retineo *rates*, quibus opus. *Raderus.*

19 *In altitudinem montis*] Hoc retinui, quia valde augebat rem, quod dixit supra 4. 2, & mox hac ipsa periodo, *præaltum mare.* non ad hunc sensum editiones aliæ, *in altitudinem medicam.* Freinsh.

21 *Iamque paululum moles aquam emi-*

lis, [a] cujus incrementum eos ante fefellerat, conſpecta, levibus navigiis [b] nondum commiſſum opus circumire cœperunt: miſſilibus eos quoque, qui pro opere ſtabant, inceſſere. Multis ergo impune 22
vulneratis, [c] quum & removere & adpellere ſcaphas in expedito eſſet; ad [d] curam ſemet ipſos tuendi ab opere converterant. Igitur rex *munientibus coria ve-* 23
laque

INTERPRETATIO.

a *Cujus incrementa non adverterant.*

b *Nondum* ſatis *cohærentem aggerem circumire cœperunt, ac telis appetere milites in mole poſitos.*

c *Cum facile eſſet* Tyriis *& applicare navigia* ad molem, *& ea reducere.*

d Illos *corrigerant omiſſo labore ad curam tuendi ſeſe converti.*

NOTÆ.

eminebat, & ſimul aggeris latitudo creſcebat, urbique admovebatur] Mſſ. alii, *ubique*, alii, *admovebantur*: nihil quidem juvantes, ſed indicio quod jam olim hic hæſitatum. Etenim, ſi recte inſpicias, nec *moles*, nec *agger*, nec *latitudo* ſatis commode ſubaudiri poteſt in verbo *admovebatur*. Si Curtii elegantiam noris, non dubitabis, ſcriptum ab eo fuiſſe: *urbſque admovebatur*. Nam ea, quibus nos appropinquamus aut admovemur, ſic nobis admoveri dicuntur. Sic Plinius, lib. 12. *arbore ſulcamus maria, terraſque admovemus.* Statius in via Domitiana: *& aſſuantes ſeptem montibus admovere Baias.* Ubi plura hujuſmodi attulimus. *Urbs admovebatur*, eſt, continenti & caſtris propinquior fiebat. *Gronovius.*

22 *In expedito eſſet*] Promptum & expeditum erat Tyriis fugere, ſi Macedones ingruerent; accedere ad operas, ſi defenſores abeſſent, quæ res operas convertebat ad ſemet tuendos. *Rader.*

23 *Rex munientibus*] Gronovius in litteris ad Berneggerum: Mſſ. alter, *ex munientibus*, alter, *ex eminentibus*. Scribendum, *Igitur rex munientibus*. Quam emendationem, ut nec dubiam, recepimus.

Coria velaque] Balliſtis, catapultis, & toti generi levium telorum unicum fere obſtaculum & oppoſitio, *Coria, Cilicia, Vela.* His enim vim excipiebant & frangebant, molliter ita ſuſpenſis: imo & ignita jacula repellebant. In urbe, extra urbem utebantur, quia utrimque ſcilicet periculum & metus ab iſtis. Tegumenta & vela è caprillis pilis, *Cilicia* vocabant. Ea juſta & ſufficiente craſſitie ac longitudine ſuſpendebant à proceris lignis, & ante ſe prætendebant. Ita nec ignita jacula, nec alia tela eos attingere poterant, ſed in ipſis ibi tegumentis ſiſtebant & hærebant. Sed & in alio opere uſurpabant; tum ne conſpici ab hoſte poſſent; tum & tela ſic eludi. Commodum inventum, & à noſtra hodie militia non alienum. Imo vero ſiſtebant etiam lapides Falliſtarum. Aqua quoque centones aut cilicia aut coria humectabant, contra ignes aut ignita, quo minus corriperent aut corrumperentur. Et proprie huic rei acetum habebant. *Lipſius.* Citat autem Lipſius & locum Diodor. 17. 45. Πρὸς δ τὰς βύρσας ἐ διπλᾶς διφθέρας πεπυκωμένας καταβαλλόντες, εἰς ταύτας ἀπεδέχοντο τὰς ὑπὸ τῶν πετρῶν πληγάς, quem locum olim ſuſpectum mihi reddidit

laque jussit *obtendi*, *ut extra teli ictum essent*: duasque turres [a] ex capite molis erexit, è quibus in subeun-
24 tes scaphas tela ingeri possent. Contra Tyrii navigia procul à conspectu hostium litori adpellunt, expositisque militibus, eos, qui saxa gestabant, obtruncant. In Libano quoque Arabum agrestes incompositos Macedonas adgressi, triginta fere interficiunt, paucioribus captis.

INTERPRETATIO.

a *In fronte aggeris extruxit.*

NOTÆ.

interpres, reddendo: *Ad hæc cœna pelle'q; duplicatas, & fuco oblitas, consuunt. His ball starum ictus excipiunt.* Non enim reperiebam, quid iste fucus ad excipienda tela profuerit obtectis. Advertebam igitur, in textu vitium esse, & non πεφυκωμίας scribi debere, sed πεφυκυίας. idque inventum ad ignem extinguendum pertinuisse. At verbum φυεσα egregie id significat. Præter alia exempla quæ in promtu sunt, unicum, quod hanc etiam correctionem mihi suggessit, adferam, illud nobile apud Sueton. Tib. 57. 1. *Sæva ac lenta natura ne in puero quidem latuit: quam Theodorus Gadareus rhetor ex præceptor & perspexisse primas & æmulasse aptissime visus est: subinde in objurgando appellans eum* μιλὸν αἱματι πεφυραμένον, hitum sanguine maceratum. *Freinsh.*

Extra teli ictum essent] Sic vere Lipsius poliore. 5. 9. cujus scripturam confirmat Acidalius. cujus verba subdimus: Nescio an temere discriminanda in genere isto locutionis, *ictus* & *jactus teli*. Differre merito videantur: ac vereor, ne sæpe loco alterius alterum legamus. Etenim vis eorum diversa nonnihil, si penitus introspiciamus. Extra *teli jactum* est, quo pertingere jacta nequeunt. *extra ictum*, quo perveniunt, sed sine noxa, prohibito illapsu aut tactu. Quod si admittitur, hic nempe legendum potius *ictum*. Neque enim aberant hi tam procul, ut jaci in eos tela non possent. ictui saltem eorum obnoxii non erant coriis velisque obtentis. Quæ eadem ratio infra 5. 3. *Cæsaque materies cratibus & plutei faciendis, ut qui turres admoverent, extra teli ictum essent.* Contra mox, 4. 3. *Latitudinem quoque aggeri adjecit, ut turres in medio excitatæ procul teli ictu abessent.* Sic enim editio Modiana exhibet, ubi vulgares haud dubie melius *jactu*. Sensus enim ille adjectam aggeri latitudinem tantam, ut excitatæ in medio turres ab extremo aggeris abessent teli jactu, id est, spatio tanto, quo jacta tela pertingere non possent. *Acidalius.*

Duasque turres ex capite molis erexit] Καὶ οἱ Μακεδόνες πύργους ἐπάνω τῆς χαμαιλόφου, ὅπερ ἐς τὸ πέλαγος ἐκκεχωρήκει αὐτῶν ὀλίγῳ τι πλοῦ τὸ διάπλους, ἐπῆγον δύο, καὶ μηχανὰς ὅση πρὸς τοὺς πύργους. *Macedones duas ligneas turres aggeri, qua plurimum in mare productus erat, imponunt, machinasque in iis disponunt.* Arrianus. Quum enim ad defensionem operis construerentur, facile quivis conjiciat, positas fuisse eo loco, unde vis hostilis metuebatur.

CAP.

CAP. III.

Dubiis belli eventibus Tyri obsidio nobilitatur.

EA res Alexandrum dividere copias coëgit: 1
& [a] ne segniter adsidere uni urbi videretur,
operi Perdiccam Craterumque præfecit; ipse
cum expedita manu Arabiam petiit. Inter hæc Tyrii na- 2
vem magnitudine eximia, saxis arenaque à puppi
oneratam, ita ut multum prora emineret, bitumine
ac sulphure inlitam remis concitaverunt; & [b] quum
magnam vim venti vela quoque concepissent, cele-
riter ad molem successit: tunc prora ejus accensa, 3
remiges desilire in scaphas, quæ ad hoc ipsum præ-
paratæ sequebantur. navis autem igne concepto la-
tius

INTERPRETATIO.

a *Ne otiose ad unius urbis* obsidionem *morari videretur.*

b *Cum vela etiam valido vento inflata essent, velociter ad aggerem appulit.*

NOTÆ.

1 EA res Alexandrum] Hæc periodus utiq; conjungi debebat anterioribus, ut novum caput hinc inciperet: *Inter hæc Tyrii*. Sed ob vitandã confusionem & perturbationem, quæ ex hujuscemodi mutationibus nasci solet, divisionem solitam reliquimus. *Frein.*

2 *Navem magnitudine eximia*] Tyrii contra hujuscemodi quid machinari sunt? Navem hippagogam aridis sarmentis, aliaque materia, quæ facile ignem concipit, onerant, & malis duobus ad proram erectis, quam latissime possunt, in orbem circumsepiunt, ut fasces faceisque quam plurimas capiant. Adhæc picem & sulphur, ad flammam accommoda, accumulant. Præterea ad utrumque malum binas antennas extendérant, atque ex iis in lebetibus suspendunt, quæcunque aut infusa, aut immissa vehementer flammam augere possent. Dehinc omnia nautica instrumenta in puppim transferunt, ut eorum pondere gravata puppis, proram altius erigat. Dein observato vento, qui aggerem versus spiraret, navem triremibus alligatam, in mare protrahunt. Postquam vero moli turribusq; appropinquaverunt, immisso in materiam igne, quanta maxima vi possunt, navem triremibus protrahentes, ad molis caput impellunt. At, qui in navi jam succensa erant remiges, facile enatarunt. Interea ingens incendium turres comprehendit, & antennæ confractæ, quæcunque ad augendum incendium præparata erant, effundunt. *Arrianus.* Cæsius magno vento & secundo completas onerarias naves tæda, Picе, & stupa, reliquisq; rebus quæ sunt ad incendia, in Pompeianam classem immisit, atque omnes incendit. *Cæsar de bell. civ. 3.*

3 *Navis autem igne concepto*] De navibus

tius fundere incendium cœpit : quod, priusquam posset occurri, turres & cetera opera in capite mo-
4 lis posita comprehendit. At qui desilierant in parva navigia, faces, & quidquid alendo igni aptum erat, in eadem opera ingerunt. Iamque non modo Macedonum turres, sed etiam summa tabulata conceperant ignem : quum ii, qui in turribus erant, partim [a] haurirentur incendio ; partim armis omissis, in
5 mare semet ipsi immitterent. At Tyrii, qui capere eos, quam interficere mallent ; natantium manus stipitibus saxisque lacerabant, donec debilitati, im-
6 pune navigiis excipi possent. Nec incendio solum opera consumpta ; sed forte eodem die vehementior ventus motum [b] ex profundo mare inlisit in molem, crebrisque fluctibus compages operis verberatæ se laxavere, saxaque interluens unda medium opus ru-
7 pit. Prorutis igitur lapidum cumulis, quibus iniecta terra sustinebatur ; præceps in profundum ruit : tan-

INTERPRETATIO.

a *Flammis absorberentur.*

b *Mare à fundo* usque *commotum impulit in aggerem.*

NOTÆ.

vibus incendiariis legi potest præter alios, etiam Olaüs Magnus lib. 10. rerum Septentr. cap. 12. 13. & fuse etiam Freinshemius in comment. Curtii.

4 *Alendo igni aptum erat*] Modius expungit *aptum*, cum sufficiant sensui reliquæ voces ; & reperit qui consentiant. Sed Acidalii judicium placet Freinshemio, & nos subscribimus.

Summa tabulata] Tecta turrium, ut sub igneo imbre propugnarent Macedones, donec grassante incendio, projectis hasta, clypeo & armis, se non magis fido committerent mari. Summa tabulata possis accipere pro tecto totius etiam operis, vel operarum, sub quibus molem promovebant, ut aggerem porrigerent. *Raderus.*

5 *Qui capere eos*] Ad consilia Alexandri exploranda, ad cruciandos, vel permutandos cum captivis, si casus ferret, vel legatis mittendis, si usus esset. nam suos mittere non audebant, qui Alexandri caduceatores crudeliter interfecerant.

6 *Se laxavere*] Inepte, inquit vere hoc loco ineptus Modius, quasi Curtius non alias ita sit locutus, ut vere observavit Acidalius, & oblitus erat Modius præteriti loci lib. 3. de Alexandro ad Issum regrediente : *Paulatim deinde laxare se fines montium, & majus spacium aperire cæperunt.* Et hoc genus loquendi frequentissimum est. *Laxavere πλατυνθῆναι* rarissimum. Livius tamen lib. 26. quem sæpe noster expressit : *Annona haud multum laxaverat.* id est, caritas annonæ parum laxata erat, nihil fere remiserat.

Interluens] Ex duabus lectionibus hæc

tantæque molis vix ulla vestigia invenit Arabia rediens Alexander. Hic, quod in adversis rebus solet fieri, ALIVS in alium culpam referebat; quum omnes verius de sævitia maris queri possent. Rex novi operis molem orsus, in adversum ventum non latere, sed recta fronte direxit; quod cetera opera, velut sub ipso latentia, tuebatur: latitudinem quoque aggeri adjecit, ut turres in medio erectæ procul teli jactu abessent. Totas autem arbores cum ingentibus ramis in altum jaciebant; deinde saxis onerabant; rursus cumulo eorum alias arbores injiciebant: tum humus adgerebatur; superque alia strue saxorum arborumque cumulata, velut quodam nexu continens opus junxerant. Nec Tyrii, quidquid ad

8 9

INTERPRETATIO.

a *Novæ formæ aggerem extruere aggressus*, ejus *frontem, non latus, adverso Africo opposuit.*

b *Totam molem quasi aliquo vinculo colligatam coagmentaverant.*

NOTÆ.

hæc præplacuit: nam alii lentius, *interfluens.*

7 *Arabia rediens*] Post undecimum diem, quam exierat, reversus, quærebat causam dissoluti aggeris.

Hic, quod in adversis rebus solet, &c.] *Quis adeo iniquus*, inquit Tacit. 14. Annal. *ut fieri hominum affingat, quod venti & fluctus deliquerunt?* Licet autem periculum procellæ ac sævitiæ maris homines præstare nequeant, tamen ex Sapient. cap. 5. vers. 18. scimus, vim divinam suas etiam creaturas in pœnam delictorum humanorum armare. *Loccenius.*

8 *Quod cetera opera*] *Quod* refertur ad vocem *opus*, præcessit enim, *novi operis molem*, at, qui ad hanc ultimam referendum putarunt, pro *quod* scripserunt *ea*, atq; reliqua proinde mutarunt.

Procul teli jactu abessent] Sic omnino bene: longius enim ita aberant turres in medio aggere locatæ, quam fuerant prius à capite molis. Nec hoc vult, ut extra teli jactum omnino essent, sed, quo magis ex longinquo mitterentur, eo imbecilliora acciderent. atque hæc lectio multis modis verior est Modiana, *procul teli ictu*. Nam si dicas, ob longinquitatem exemptas fuisse telorum ictui, eadem ratio pertinebit etiam ad jactum: sin aliam ob caussam, nimirum, quod munitiones essent oppositæ, ut in superiori opere, facile intelligis, nihil huc facere *latitudinem aggeri adjectam*, nec opus fuisse dicere *procul* à telis abfuisse, cum ita protectæ, ne ex propinquo quidem lædi potuissent. Quin & telorum appellatione hic non ea accipienda putem, quæ tormento jaciuntur, sed quæ emittuntur manu. his enim maxime infestabant munitores, levibus navigiis opus circumeuntes Tyrii. supr. 4. 2. *Freinsh.*

9 *Superque*] Sic lego (nam vulgo, *super quæ*). & verborum minutiis sum prodigus, ei si probando unû adeo impendâ. *Acidalius.* quem sequuti sumus, quamquâ Radero placeret, *super quam.*

Nec Tyrii, quidquid, &c.] Nunquam huma-

ad impediendam molem excogitari poterat, ſegniter
10 exſequebantur. [a] Præcipuum auxilium erat, qui procul hoſtium conſpectu ſubibant aquam, occultoque lapſu ad molem uſque penetrabant; falcibus palmites arborum eminentium ad ſe trahentes: quæ ubi ſequutæ erant, pleraque ſecum [b] in profundum dabant; tum levatos onere ſtipites truncoſque arborum [c] haud ægre moliebantur: deinde totum opus,
11 quod ſtipitibus fuerat innixum, fundamento lapſo ſequebatur. Ægro animi Alexandro, & utrum perſeveraret, an abiret, ſatis incerto, claſſis Cypro advenit: eodemque tempore Cleander cum Græcis

INTERPRETATIO.

a *Præcipue proderant qui procul &c. & occulta natatione ad aggerem ſubibant.*

b *In altum mare trahebant.*

c *Non difficile dejiciebant.*

NOTÆ.

humani ingenii vis & divinitas clarius apparet, atque cum urbes obſidentur ab ingenioſo hoſte, & à ſolerti cive defenduntur. Multa furor, plura neceſſitas arma invenit. *Raderus.*

10 *Subibant aquam*] Tantum poteſt conſuetudo, ut etiam homini multa liceant in alieno elemento. ut taceantur vetera, nunc etiã quotannis ſunt, qui dũ Veneti duces priſco more ſibi deſpondent maria, annulũ in undas conjectũ extrahant. Pulchre Manil. Aſtro. 5. 428.

Illa in ponto jucundum eſt quærere pontum,
Corpora qui mergunt undã, ipſumque ſub antru
Nerea, & aquoreas conantur viſere Nymphas,
Exportantque maris prædas, & rapta profundo
Naufragia, atque imas avidi ſcrutantur arenas.

Cujus rei & Calliſtratus meminit, in lib. 4. §. 1. de lege Rhod. *mercatorum merces per urinatores extractæ ſunt.* Præterea autem memorabile eſt, quod de Cola, cui ob eam rem *piſcis* cognomen indiderunt, à Ioviano Pontano relatum Alexander dier. genial. 2. 21. adnotavit, *qui plus in aquis degere, quam in terris vitã ducere ſolebat.* Freinsh.

11 *Cleander*] Arrianus, 2. 4. κατελαμβάνει Ἀλέξανδρον ὁ Πολεμοκράτους ὁ Πελοποννήσιος ἥκοντα, &c. ubi non recte interpres doctiſſimus: *Alexandrum Polemocratis F. ex Peloponneſo venientem cepit.* nam hoc recte de hoſte diceretur, non autẽ de hõmine eamdem partium. κατελαμβάνειν hic eſt *aſſumere*, quomodo eo verbo Curtius utitur ſup. 4. 1. *aſſumpta Cappadocum juventute.* Sed credo fefelliſſe hominem doctum, ignoti iſtius Alexandri nomen. Sane enim ita ſcribendum nõ eſt apud Arrian. Sed Κλέανδρον ὁ Πολεμοκράτους. non ex hoc tantum Curtii loco, ſed ex ipſo Arrian. 1. 7. ἔπεμψε δὴ καὶ Κλέανδρον ὁ Πολεμοκράτους ὅτι ξυλλογὴν στρατιωτῶν εἰς Πελοπόννησον. quod Curtius ſtatim in principio l. 3. effert: *Ad conducendum ex Peloponneſo militem Cleandro cum pecunia miſſo.* Idem.

Cra-

cis militibus in Asiam nuper advectus. Centum & octoginta navium classem in duo dividit cornua; lævum Pnytagoras, rex Cypriorum, cum Cratero tuebatur; Alexandrum in dextro quinqueremis regia vehebat. Nec Tyrii, quamquam classem habebant, ausi navale inire certamen, triremes omnes ante ipsa mœnia oppositerunt: quibus rex invectus ipsas demersit. Postera die classe ad mœnia admota; undique tormentis, & maxime arietum pulsu, muros quatit: quos Tyrii [a] raptim obstructis saxis refecerunt; interiorem quoque murum, [b] ut si prior fe-

12 13

INTERPRETATIO.

a *Festinanter compositis lapidibus.*
b *Si exterior dejectus esset.*

NOTÆ.

Centum & octoginta] Arrianus, 2. 4. singillatim singulorum naves exprimit. Phœnicum naves 80. Rhodiorum 10. inter quas una Peripolus dicta, de qua voce multa Suidas & alii. Ex Solis & Mallo tres, ex Lycia decem. Ex Macedonia navis una quinquaginta remorum, Protea duce. E Cypro centum & viginti. Plutarchus Alex. cap. 41. triremibus oppugnatam ait Tyron. *Raderus.*

Pnytagoras] Alii libri *Pythagoras.* Arrianus in multitudinis numero, *Cypriorum reges*, dixit. Et erant plures. Plinius novem reges narrat. Pnytagoram etiam Arrianus, 2, 4. appellat, à πνυτὸς quod est prudes, & ἀγορὰ forum. *Rad.* Meminit ejus & Athenæus 4. 19.

12 *Triremes omnes*] Hæc vetus lectio. Modius ita interpolat: *Tres etenim naves.* Confirmatum it suo Mss. & Arriani Diodorique locis. Verum est quidem, tres demersisse naves Alexandrum, plures tamen quam tres ante mœnia positæ fuerunt, ut ex Arriano, 2. 4. patet. cujus verba non recte confuderasse videtur Modius. Ille sic: *quodque multis triremibus adversus proras ostendentibus aditus obstructus esset, tres, quæ ad extremas fauces posita erant triremes, adversis prorâ in eas latis, demersit.* Tres in extremo ostio positas demersas fuisse ait, cùm plures in ipso portu essent. nec aliter Diodorus, 17. 43. *Loccen.* Vt plene consentiat Græcis Curtius, levi mutatione consequemur, si legamus, *triremes omnes ante ipsa mœnia oppositerunt: tribus rex invectus, ipsas demersit.*

13 *Maxime arietum pulsu muros quatit*] Origo *Arietis* vetus, sed parum certa, cum pars ad Græcos, & Epeum, pars ad Tyrios sive Carthaginenses referant. Aries ille non uniformis aut simplex, sed *triplex* fuit. Est *Rudis*, & à prima inventione, quem manibus lacertisque validi homines sustinent & agunt. Est *Compositus*, qui trabem quoque alteram jungit & statuit, à qua pendulus, vi majore, conatu leviore libratur. Hic in plurimo usu, & inter Romanorum opera ex professo Josephus describit. *Est*, inquit, *Aries trabe pregrandis*, quæ malum navis adumbrat. (Imo ex ipsis malis navium interdum lecta & assumpta; genus vero abies vel ornus: longitudo 80. pedum Vitruvius & Græci formant pedum 160 & 120). Caput arboris ferro tegitur, & affigitur laminis paulo longius:

20-

14 fefelliſſet, illo ſe tuerentur, undique orſi. Sed undique vis mali urgebat; moles [a] intra teli jactum erat; claſſis mœnia circumibat: terreſtri ſimul navalique clade obruebantur. Quippe binas quadriremes Macedones inter ſe ita junxerant, ut proræ cohærerent; [b] puppes intervallo quantum capere poterant diſta-
15 rent. hoc puppium intervallum antennis aſſeribuſque validis deligatis, ſuperque eos pontibus ſtratis, qui militem ſuſtinerent, impleverant: ſic inſtructas quadriremes ad urbem agebant: inde miſſilia in propugnantes [c] ingerebantur tuto, quia proris miles te-
16 gebatur. Media nox erat, quum claſſem, ſicuti dictum

INTERPRETATIO.

a *Minus teli jactu à* muris *aberat.*

b *Puppes eo ſpatio ab invicem remota eſſent, quod inter eas eſſe poterat.*

c *Tela conjiciebantur tuto in Tyrios.*

NOTÆ.

antrorſus in acumen producitur, quod *Cornu* Hegeſippus dixit; Græci ἔμβολον, ſive *Roſtrum*; iidem communius & κεφαλὴν, ſive *Caput*, ſicut Latini: & fuit interdum trifidum, quadrifidum, in mucrone, ut ſolent navium roſtra. Finis & opus præcipuum Arietis fuit, cum grandiores firmioreſque lapides, more priſco, muris indercntur, junctaras penetrare ac findere, & lapides emoliri. *Dependet medius ſumbus ſuſpenſus ex alia trabe* (vel etiam catenis) *velut trutina; quæ trabi tigno utrimque firmis munita eſt & fulta. Repulſu porro magna virorum manu retrorſum* (quantam ſcilicet admittebat longitudo: ſed recens manus manui ſuccedebat, eratque perpetuus is ictus), *iſdemque antrorſum ſtatim & cum impetu reflectentibus, quatit muros prominulo ferro. Neque eſt ulla turris tam valida, aut mœnia tam lata, quæ, ut primas maxime plagas tulerint, ſuſtinere & ſubſiſtere aſſiduas eas poſſint.* Ideo Diaconus *Exterminatorium inſtrumentum* dixit, quia is admotus ſignum erat perdendæ urbis. Vti hodie mos aut lex eſt, durius in eos conſuli, qui tormenta exſpectarint: ſic olim qui arietem.

Interiorem quoque murum, &c.] Diodorus quinque cubitos craſſum ait fuiſſe murum, hoc eſt, pedes ſeptem cum ſemiſſe, poſtea duplicatum fuiſſe: *Deliberant*, inquit, *Tyrii mœnia urbis duplicia facere, quod non crederent, quinque cubitorum murum ſufficere oppugnationi ſuſtinendæ. Itaque murum altero tanto latum extruere cœperunt; inter quem, & priorem, quod erat intervalli, aggere & lapidibus complebant.* De interiore muro ſubſtruendo, ſi prior cæſus ſit, Livius lib. 21. adfert exemplum Saguntinorum: *Saguntini murum interiorem ab nondum capta urbis parte ducunt, utrumque ſumma vi & muniunt, & propugnant. Sed interiora tuendo, minorem indies urbem Saguntini faciunt.* Rad.

Undique orſi] Mallet Acidalius omitti vocem *undique*, cum ſtatim redeat: ſed, ut ſupra monui, ſcriptoribus ea repetitio non inſolens eſt. *Freinsh.*

16 De-

ctum eſt, paratam, *circumire urbem* jubet: jamque naves urbi undique admovebantur, & Tyrii deſperatione torpebant; quum ſubito [a] ſpiſſæ nubes intendere ſe cœlo, & quidquid lucis internitebat, effuſa caligine exſtinctum eſt. [b] Tum inhorreſcens mare paulatim levari, deinde acriori vento concitatum, fluctus ciere, & inter ſe navigia conlidere. Iamque ſcindi cœperant vincula, quibus connexæ quadriremes erant, ruere tabulata, & cum ingenti fragore in profundum ſecum milites trahere. neque enim conſerta navigia ulla ope in turbido regi poterant: miles miniſteria nautarum; remiges militis officia turbabant: &, quod in hujuſmodi caſu accidit, periti ignaris parebant. quippe gubernatores, alias imperare ſoliti, tum metu mortis juſſa exſequebantur. Tandem remis pertinacius everberatum mare, veluti eripientibus navigia claſſicis ceſſit: adpulſaque ſunt litori, lacerata pleraque. Iiſdem diebus forte Carthaginenſium legati triginta ſuperveniunt, majus obſeſſis ſolatium, quam auxilium: quippe *domeſtico bello Pœnos impediri; nec de imperio, ſed pro ſalute*

16 17 18 19

INTERPRETATIO.

a *Denſa nubila obduxere cœlum.*

b *Mare cum fremitu paulatim intumeſcere, &c.*

NOTÆ.

16 *Deſperatione torpebant*] Quod ager jam mœnia contingeret, urbſque peninſula eſſet ex inſula facta, ut turres urbi imminerent: & ſimul claſſis parata eſſet in exitium urbis; ut in inopes conſilii Tyrii, deſperata prope defenſione, nullam viderent viam expediendæ ſalutis. *Raderus.*

Quum ſubito] Elegantiſſima tempeſtatis vel potius naufragii imminentis deſcriptio, cujus generis apud poëtas haud paucas reperies.

Spiſſa nubes] Denſæ. Nulla tempeſtas ſine piceis nubibus, ex quibus nox, pluvia, venti, fulgetra, & fulmina prorumpunt. Virgilius Æn. 1. 92.

Eripiunt ſubito nubes cœlumque, diemque.
——— *Ponto nox incubat atra.*

Et, ——— *inhorruit unda tenebris.*

19 *Carthaginenſium legati*, &c.] Solebant Carthaginenſes ex præda, ſi quam bello cepiſſent, tum ex annuis proventibus, Herculi Tyrio decimas mittere, ut conſtat ex Juſtino, 21. 7. 7. & Diodoro, 20. 14. Vtrum autem hi legati, an magis priores, quorum ſupra. 4. 2. 10. facta fuit mentio, ejus rei cauſa advenerint; an hi magis, ut cogno-

20 *ſalute dimicare* nunciabant. Syracuſani tunc Africam urebant; & haud procul Carthaginis muris locaverant caſtra. Non tamen defecere animis Tyrii, quamquam ab ingenti ſpe deſtituti erant; ſed conjuges liberoſque devehendos Carthaginem tradiderunt: fortius quidquid accideret laturi, ſi cariſſimam ſui partem extra communis periculi ſortem habuiſſent. 21 Quumque unus è civibus concioni indicaſſet; *oblatam eſſe per ſomnum ſibi ſpeciem Apollinis*, quem eximia religione colerent, *urbem deſerentis*; *molemque à Macedonibus jactam in ſalo*, *in ſylveſtrem ſaltum eſſe mutatam*:

NOTÆ.

cognoſcentes Tyrii, nihil in Carthagine eſſe præſidii, ſuis rebus ipſi conſulerent, ſtatuere non poſſumus, quamquam huc potius inclinemus. *Freinsh.*

20 *Syracuſani*] Hi nunquam leguntur propè Carthaginem caſtra poſuiſſe, præterquam apud Juſtin. 22. 6. duce Agathocle. Sed hic Alexandro poſterior fuit. ut Curtii hic error non immerito notetur à Reineccio tom. 2. ubi de Carthag. Republica, & à Radero hoc loco. Fuerunt quidem circa id tempus in Africa turbæ, ſed Syracuſanorum partes ibi nullæ.

Conjuges liberoſque, &c.] Idem memorat Diodorus, puerorum, feminarum & ſenum magnum numerum Carthaginem devectum eſſe. *Raderus.*

Fortius quidquid accideret laturi, ſi cariſſimam ſui partem extra communis periculi ſortem habuiſſent] Tres inprimis cauſæ, ob quas, ſi obſidio alicujus loci arctior & diuturnior futura videatur, imbellis ſexus urbe in tempore emitti, & ad tutiora loca traduci ſolet. Prima, ut virorum animi in quacunque ſorte & eventu magis adquieſcant, & expeditius dimicent, ſepoſitis juſtæ formidinis cauſis. Altera, ut in tardiore obſidione, quo minor eſt numerus comedentium, eo diutius ſufficiat commeatus. Tertia, ne fœminæ ob imbecillitatem animi ac metum, aut, ab hoſte ſorte muneribus corruptæ indignum quid tentent, & lenocinentur animis maritorum, coſque ſollicitent ad aliquam perfidiam aut proditionem, aut temerariam & intempeſtivam deditionem. Vide Veget. 4. 7. Onoſand. Strategici cap. 42. *Loccen.*

21 *Speciem Apollinis*] De prodigiis urbi exitium portendentibus ſupra dictum. Hic vero ſtulta paganorum ſuperſtitio merito omnibus ridenda proponitur; peinde quaſi ſuperum mentes catenis, ut mortalium corpora, poſſent in cuſtodia retineri. Sed quales cultores, talia numina. Simulacris vincula injiciebant, & vinctus credebatur Deus. Apud Sinas idola ſæpe jurgiis, ſæpe etiam verberibus male accipiuntur; imo & aquis merguntur, & igni amburuntur, quando voventium nutibus non addicunt. *Raderus.*

Urbem deſerentis] Tacit. Hiſt. 5. 13. de obſidione Hieroſolymorum: *Expaſſæ repente delubri fores, & audita major humana vox, Excedere deos, ſimul ingens motus excedentium.* Proditum eſt antiquis, cum Troja excidio propinqua eſſet, viſos eſſe deos è ſuis templis ſua exportare ſimulacra. Sic cum Alexander M. Tyrum obſideret, *Tyriorum multis viſus in ſomniis Apollo eſſe dicere, ad Alexandrum ſe tranſire. neque enim ſibi cordi eſſe ea quæ in urbe agerentur.* Plutarch. Alex. cap. 41. *Freinsh.*

22 *Ad*

tatam: [a] quamquam auctor levis erat, tamen ad de- 22
teriora credenda proni metu, aurea catena devinxe-
re simulacrum, aræque Herculis, cujus numini ur-
bem dicaverant, inseruere vinculum; [b] quasi illo
deo

INTERPRETATIO.

a *Et si erat parum* fide *dignus qui id affirmabat.*
b *Quasi vellent hujus Dei* ope *Apollinem detinere.*

NOTÆ.

22 *Ad deteriora credenda*] Livius, lib. 27. *Metus semper in deteriora inclinat.* Claudianus bello Get.

Sed malus interpres rerum metus omne trahebat
Augurium pejore via.

Onosander Strategici cap. 42. *Metus falsus vates esse solet, quaque timentur, ea priusquam fiant, facta esse creduntur.* Præstat animum in statione tenere, nec deteriora augurari, nisi res & causæ suadeant, eaque sana mente rectisque consiliis pro virili prævenire. *Loccenius.*

Aurea catena] De hac cæca Ethnicorum superstitione eleganter Augustinus, lib. 1. de civit. Dei, cap. 2. *Non homines,* inquit, *à simulacro, sed simulacrum ab hominibus servabatur: quomodo ergo colebatur, ut patriam custodiret & cives, qua suos non voluit custodire custodes?* Hæc cæcitas nobis incitamento erit, ad gratos animos uni & vero Deo præstandos pro luce veritatis, nobis, quorum majores in iisdem tenebris quondam hæsere, divinitus ac gratiose accensa. *Loccenius.*

Devinxere simulacrum] Væsana superstitio, & semet ipsam destruens. Si enim diis suis tantam tribuebant potestatem, quantam Deo tribui fas est; quo fine suscipiebant cum ipsis imparem contentionem? sin autem credebant à se in ordinem cogi posse, cur eos divino cultu honorandos esse existimabant? Atque hoc quidem dilemmate adversus gentilium cæcitatem Tertullianus, Augustinus, Arnobius, aliique Patrum efficacissime sunt usi. Nec enim Tyriorum tantum ea fuit credulitas, sed communis omnium opinio. Sic apud Pausaniam lib. 3. traditur, Spartanos coluisse Martem compedibus irretitum, quo vinculo proprium sibi ac perpetuum bellorum illud numen haberent. Athenienses Victoriæ simulacro alas adimebant, ne scilicet urbem desereret. Quomodo & apud Romanos, cum Victoriæ alas decussisset fulmen, sic exposuit omen Pompeius:

Roma potens, alis cur stat Victoria lapsis?
Vrbem ne valeat deseruisse suam.

Ratio autem vinciendi fuit, ut quum esset pignus imperii, perpetuo permaneret, ubi collocare libuerat Heliogabalo. *Freinsh.*

Aræque Herculis] Non enim simulacrum ibi Herculis erat, sed ara tantum. Herodot. 2. 44. cum templi Tyrii meminit, nullius simulacri mentionem facit, quod argumentum per se infirmum roboratur ex eo, quod in Herculis Gaditani templo (erat autem eadem ibi religio) nullum simulacrum fuisse dicit Silius 3. 30.

Sed nulla effigies, simulacráve nota deorum.

Alias enim manui potius Herculis quam aræ vinculum illud inseruissent Tyrii. *Freinsh.*

Vrbem dicaverant] Vtitur in hac significatione verbo ἀνατιθέναι Arrianus in Bithynicis apud Photium Cod. 93. ubi scribit; Nicomediam patriam suam Cereri Proserpinæque sacram esse. Tutelares ejusmodi multi enumerantur in hoc epigrammate ad custodem hortorum.

Dodona est tibi Iupiter sacrata,
Iúnoni Samos, & Mycena Diti;

deo Apollinem retenturi. Syracuſis id ſimulacrum devexerant Pœni, & in majore locaverant patria: multiſque aliis ſpoliis urbium, à ſemet captarum, non Carthaginem magis, quam Tyrum ornaverant.
23 Sacrum quoque, quod quidem diis minime cordi eſſe crediderim, multis ſeculis intermiſſum [a] repetendi auctores quidam erant, *ut ingenuus puer Saturno immolaretur*: quod ſacrilegium verius quam ſacrum, Car-

INTERPRETATIO.

a *Quidam ſuadebant renovare ſacrificium quod, &c.*

NOTÆ.

Vnda Tanaros aquoriſque Regi,
Pallas Cecropias tuetur arces,
Delphos Pythius orbis umbilicum,
Cretem Delia, Cynthioſque colleis,
Faunus Manalon Arcadumque Silvas.
Eſt tutela Rhodos beata Solis,
Gades Herculis, humidumque Tibur.
Cyllene celeri Deo nivoſa,
Tardo gratior æſtuoſa Lemnos.
Ennæa Cererem nurus frequentant,
Raptam Cyzicos oſtreoſa divam,
Formoſam Venerem Cnidos, Paphoſque:
Mortales tibi Lampſacum ſacrarunt.

Eo more ſuperioribus ſeculis etiam apud Chriſtianos, paſſim regnorum, populorum, urbium varii patroni allecti ſunt; & adhuc hodie à pleriſque magna aſſeveratione coluntur. *Freinshemius.*

Syracuſis] Cartalo videtur detuliſſe, indice Iuſtino, 18.7.7. Ceterum, Diodorus 13. 108. ſimulacrum hoc non Syracuſis, nec ſanè eas unquam à Pœnis captas fuiſſe memini, ſed à *Geloïs* abductum ſcribit. qui ex Timæo ſubjicit, Tyrum, ubi hæc ſtatua locata fuerat, eadem die horaque ab Alexandro occupatam, qua in eam ſtatuam olim id ſacrilegium Carthag. commiſerint. quo tempore dux Carthag. non Maleus, ſed Imilcar fuit. Itaque magis cum Diodoro ſentio, quem & Cicero adjuvat in Verrem, 4.33. ubi expugnata Carthagine, Siculis reddita fuiſſe ſigna dicit, quæ à Pœnis in urbem ſuam tranſlata fuerant. inter quos & *Gelenſium* eſt mentio, & Segeſtanorum, & Agrigentinorum: nulla autem Syracuſarum, quam urbem longe nobiliſſimam haud certe prætermiſiſſet ſi hunc ad catalogum pertinuiſſent. *Freinsh.*

23 *Vt ingenuus puer Saturno immolaretur*] Carthaginenſes certe tam ſacrilega ſacra coluiſſe Iuſtin. teſtatur: *Cum inter cetera mala etiam peſte laborarent, cruenta ſacrorum religione, & ſcelere pro remedio uſi ſunt. Quippe homines ut victimas immolabant, & impuberes* (quæ ætas etiam hoſtium miſericordiam provocat) *aris admovebant, pacem Deorum ſanguine eorum expoſcentes, pro quorum vita Dii rogari maxime ſolent.* Subjicit Iuſtinus ingratas Diis victimas fuiſſe, magiſque irritatos, quam placatos; punitoſque Carthaginenſes maximis cladibus. Tum & Tyriis perſuadere tam impia ſacra non potuerunt. Ceterum, non Carthaginenſes tantum humanas hoſtias faciebant; ſed Phœnices etiam & Arcades; Romani quoque in Pantheo, Druidæ, Galli, Scythotauri advenas immolabant; tum & aliæ multæ barbaræ gentes: imo & Iudæi, contra decem tabularum legem, pueros vivos igne, ingenti cum ſupplicio concremabant. *Raderus.*

Car-

Digitized by Google

Carthaginenſes à conditoribus traditum, uſque ad excidium urbis ſuæ feciſſe dicuntur. ac niſi Seniores obſtitiſſent, quorum conſilio cuncta agebantur, humanitatem dira ſuperſtitio viciſſet. Ceterum, effi- 24
cacior omni arte imminens neceſſitas [a] non uſitata modo præſidia, ſed quædam etiam nova admonuit. Namque [b] ad implicanda navigia, quæ muros ſubibant, validis aſſeribus corvos & ferreas manus cum uncis ac falcibus illigaverant; [c] ut, quum tormento aſſeres promoviſſent, ſubito laxatis funibus injicerent. Vnci quoque & falces ex iiſdem aſ- 25
ſeribus dependentes, aut propugnatores, aut ipſa navigia lacerabant. Clypeos vero æneos multo igne

INTERPRETATIO.

a *Non modo conſueta* propugnationis *adjumenta, ſed etiam non uſitata aliqua uſurpare* docuit.

b *Ad corripiendas naves quæ muris appropinquabant.*

c *Vt aſſeres baliſtâ excuſſos in naves immitterent explicatis repentè funibus.*

NOTÆ.

Carthaginenſes] Plin. 36. 5. dicit; *Ad Herculis* (quod nota. nam alii de Saturno tantum tradunt) *ſtatuam Pœni omnibus annis humana ſacrificaverunt victima.* Freinsh.

Vſque ad excidium urbis, &c.] Intermiſſum tamen ſemel atque iterum, juſſu regum qui ab ejuſmodi immanitate abhorrebant, Darii Perſæ, atque Gelonis Syracuſani. de quo capienda verba quæ leguntur in Ὁ λυμπιόδωρ ἀναγραφῇ. *Gelon Syracuſarum tyrannus Carthaginenſibus magna navali pugna victis, ceſſare fecit apud eos humanas hoſtias.* Quin & poſtea inſtiterunt eidem ſacrilegio, ut liquet ex Tertulliano Apol. c. 8. quo loco ſcribit Tiberium id vetuiſſe, crucifixis etiam ſacerdotibus: quod alii Claudio tribuunt. Sed animadvertere licet, hos Imperatores, quod utrique Tiber. Claudio nomen fuerit, ſæpe confundi. ut in gemina narratione apud Plin. 30. 1. legitur, Tib. Cæſ. ſuſtuliſſe Druidas: quod à Claudio factum tradit Sueton. in vita, 25. Nec eſt, ut diſſenſum inter eos auctores imaginemur; aut credamus alterutrum in re recenti & illuſtri hallucinatum eſſe. *Freinsh.*

24 *Neceſſitas*] Vere Carchedonius: χρεία διδάσκαλος ἀνδρὸς ἦν σοφόν. *Catum è rudi reddit magiſtra neceſſitas.* Et Euripides in Helena: Δεινῆς ἀνάγκης ἐδὲν ἰσχυρότερον. *Gravi nihil neceſſitate fortius.* Durum ergo telum neceſſitas, ultima tentat, omneſque ingenii vites explorat. *Raderus.*

Validis aſſeribus] Non puto hoc nomine venire perticas, quod nec ſequentia facile admittant. Diodorus tamen 17. 44. χειρίας antennas vocat.

25 *Clypeos*] Diodorus 17. 44. Idem prorſus de clypeis æneis & arena. Multa præterea effuſa paſſim in urbes oppugnantes, oleum fervens, pix, ſulphur, bitumen, plumbum fluens, ferrum,

igne torrebant, quos repletos fervida arena, cœno-
26 que decocto, è muris ſubito devolvebant. [a] nec ulla peſtis magis timebatur; quippe ubi loricam corpuſque fervens arena penetraverat, nec ulla vi excuti poterat, & quidquid adtigerat, perurebat: jacienteſque arma, laceratis omnibus, quîs protegi poterant, vulneribus inulti patebant: corvi vero & ferreæ manus tormentis emiſſæ pleroſque rapiebant.

INTERPRETATIO.

a *Nec ullum vulneris* genus *gravius metuebatur.*

NOTÆ.

rum, arena, & alia: de quibus Poliorcetico, 5. 2.

Igne torrebant] Nonnunquam etiam ſartagines ſubjecto igne calcis vel alteſius materiæ pulte repletas, in hoſtes murum aſcendentes, cum non levi eorum noxa, ſolere effundi experientia teſtis eſt. *Locen.*

26 *Corpuſque*] Acidalius ingenioſe, *corpus uſque* cum arenam hoc etiam penetraſſe credi non debeat.

Inulti patebant] Simile Liv. 21. 8. 11. de falarica Saguntinorum: *id* telum, *etiamſi hæſiſſet in ſcuto, nec penetraſſet in corpus, pavorem faciebat: quod cum medium accenſum mitteretur, conceptumque ipſo motu, multo majorem ignem ferret, arma omitti cogebat, nudumque militem ad inſequentes ictus præbebat.* Freinshemius.

CAP. IV.

Tandem Tyrus, vi capta, maximaque hominum ſtrage corrupta, luctuoſo deformatur incendio.

1 HIc rex fatigatus, ſtatuerat ſoluta obſidione Ægyptum petere. quippe quum Aſiam ingenti celeritate percurriſſet, circa muros unius urbis hærebat, tot maximarum rerum oppor-

NOTÆ.

1 *HIc Rex fatigatus, ſtatuerat ſoluta obſidione Ægyptum petere*] Satius eſſe non cœpiſſe, quam ſemel cœpta dimiſiſſe Ducem, ſi in eo fama ejus periclitetur, ſtatuunt. Perſeverantia in omni quidem genere militiæ, maxime tamen in obſidendis urbibus neceſſaria eſt: quanum pleraſque munitionibus ac naturali ſitu inexpugnabiles, fame ſitique tempus ipſum vincit atque expugnat, veluti Appius Claudius diſſerit apud Livium lib. 5. Si vero res factu difficilis ac longi temporis futura ſit; interea majorum & utiliorum rerum occaſio ardorque militum intercidant; nonne tunc præſtat prævisis difficultatibus in tempore abſiſtere incepto, vel in commodius tempus reſervare,

Digitized by Google

opportunitate dimissa. Ceterum, [a] tam discedere in- 2
ritum, quam morari pudebat. Famam quoque, qua
plura, quam armis, everterat, [b] ratus leviorem fo-
re, si Tyrum, quasi testem se posse vinci, reliquis-
set. Igitur ne quid inexpertum omitteret; *plures na-*
ves admoveri jubet, *delectosque militum imponi.* Et 3
forte bellua inusitatæ magnitudinis, super ipsos flu-
ctus dorso eminens, ad molem, quam Macedones
jecerant, ingens corpus adplicuit; diverberatisque
fluctibus adlevans semet, utrimque conspecta est:
deinde à capite molis rursus alto se immersit; ac 4
modo super undas eminens magna sui parte, modo
superfusis fluctibus condita, haud procul munimen-
tis urbis emersit. Vtrisque lætus fuit belluæ adspe- 5
ctus:

INTERPRETATIO.

a *Tam pudebat abire infecta re, quàm hærere* diutiùs.

b *Putabat imminutum iri famam, qua &c.*

NOTÆ.

servare, vel longiorem obsidionem pe-
rito ac fido vicario committere, & ma-
gis necessariarum rerum opportunita-
tem arripere? Sic Sulpicius apud Li-
vium, lib. 28. Cæcina apud Tacitum
2. Histor. fecere. Aliquando, si quis
simulet abitum, eo hostis credulus
circumveniri potest, de quo Fronti-
nus lib. 3. Strateg. cap. 6. §. 2. & 4.
Si vero reipsa sit discessurus, tamen fa-
mæ causa speciem perseverantis aut
mox redituri præbebit. Alexander,
quum nulla spes occupandæ petræ
Aorni offerretur, tamen speciem per-
severantis in obsidione ostendit, lib. 7.
Loccenius.

2 *Se posse vinci*] In quo quantum
sit momenti, optime explicat Livius
23. 16. de Annibale modico prælio à
Marcello victo: *ingens eo die res, ac ne-*
scio an maxima illo bello gesta sit (leg. *est.*)
non vinci enim ab Annibale vincentibus
difficilius fuit, quam postea vincere. Sic
Plutarchus de ira cohibenda cap. 5.
scribit: *Thebanos, cum primum Lace-*
daemonios ante invictos creditos populis-
sent, nullo unquam deinde ab iis victos
esse prælio.

3 *Bellua inusitatæ magnitudinis*] Dio-
dorus, κήτους ἄπιστον μεγέθους. ut è
verbo videatur expressisse Curtius. So-
lent præludere hujusmodi feræ marinæ
secuturis exitiis, ut in Epistolis Indicis
memini legere, pro classibus narasse,
mox in Syrtes impactas. Tempestatum
quoque indices tradunt auctores,
cum subsiliunt. Sed de ceti magnitudi-
ne varia prisci tradidere. Ælian. de
animal. 16. 12. *Cete in mari Indico quin-*
tupla ad elephantum vel maximum ma-
gnitudine degunt. Nam etiam costa Ceti
ad viginti cubita accedat. Labrum habet
quindecim cubitorum: pinnam ad utram-
que branchiam septem cubitos longam,
Sed hæc magnitudo parvitas videri po-
test, præ illa, quam ponit Plinius, 2. 3.
balæna quaternum jugerum, prisci de-
cenum cubitorum. Olaus ad Nortwe-
giæ littora balænas centum ulnas lon-
gas expelli scribit: ulna quatuor con-
tinet cubitos, cubitus sesquipedem 1
600. ergo pedum erit balæna. Petrus

ctus : Macedones [a] *iter jaciendo operi monſtraſſe eam* augurabantur; Tyrii, [b] *Neptunum occupati maris vindicem arripuiſſe belluam, ac molem brevi profecto ruituram.* lætique omine eo ad epulas dilapſi oneravere ſe vino; quo graves, orto ſole navigia conſcendunt, redimita coronis floribuſque : adeo [c] victoriæ non omen modo, ſed etiam gratulationem præceperant.
6 Forte rex *claſſem in diverſam partem agi* juſſerat, *triginta minoribus navigiis relictis in litore*; è quibus Tyrii duobus captis, cetera ingenti terruerant metu: donec ſuorum clamore audito Alexander, claſſem
7 litori, [d] è quo fremitus acciderat, admovit. Prima à Macedonum navibus quinqueremis velocitate in-

INTERPRETATIO.

a *Iter aggeri* ad urbem *perducendo deſignaviſſe.*

b *Neptunum oppleti aggere pelagi ulterem cetum* in aquas *precipitaſſe.*

c *Non ſolum vincendi* ſpem ceperant, *ſed etiam victoriæ lætitiam anticiparant.*

d *Unde clamor* ad ipſum *pervenerat.*

NOTÆ.

Siculus hiſtoria de Manichæis tradit, tam immania cete verſari in aquis, ut procul ſpectantibus inſulæ ſpeciem referant. ad quam appellunt nautæ, ut palos defigant. focum excitant : donec ignem ſentiens bellua ſecum omnes profundo mergat. *aſpidochelone* nomen eſt belluæ. *Raderus.*

5 *Arripuiſſe belluam*] Acidalius vellet, *arguiſſe*; ut eſſet ſenſus, belluam id ſignificaſſe, Neptunum maris eſſe vindicem, & molem ruituram. Mihi placet *arripuiſſe*, vel *abripuiſſe* : eodem enim utrumque recidit. & hanc fuiſſe Tyriorum mentem : belluam vaſtæ molis aſſimilabant operi Macedonum, hoc & illa ob magnitudinem occupabant mare; ergo quod à capite molis ſe immerſiſſet alto bellua, ipſi etiam aggeri præſagire ſimilem in mare ruinam interpretabantur & hactenus ad ſe trahebant omen Tyrii : reliqua enim, quod *modo ſuper undas, &c. haud procul munimentis urbis emerſit*, ad Macedonum ſpem pertinebant. *Freinsh.*

Redimita coronis] Tanquam victores ex veteri more.

Præceperant] Triumphum ante victoriam cecinere, quod eſt in paræmia ὀφὺ τ νίκης τὸ ἐγκώμιον ἄδειν.

6 *In litore*] Ex adverſo Sidonii portus. Tyrus enim duos portus habet, alterum clauſum & anguſtis faucibus obverſum Sidoni; alterum apertum verſus Ægyptum. Strabo, lib. 16. Tyrii tamen etiam Ægyptium portum in obſidione clauſtris munierant, ne Macedones irrumperent. Triginta naves Sidonio obverſæ erant, reliqua claſſis in altero portu verſus Ægyptum ſtativa habebat. Ea gratia dixit ſupra 4. 4. Alexandrum deſperatione urbis obtinendæ Ægyptum voluiſſe petere. *Rad.*

Duobus captis] Androclis ac Paſicratis.

Digitized by Google

inter ceteras eminens occurrit : quam ut conſpexere Tyrii, duæ è diverſo in latera ejus invectæ ſunt; in quarum alteram quinqueremis eadem concitata, & [a] ipſa roſtro icta eſt, & illam invicem tenuit. Iam- 8
que ea, [b] quæ non cohærebat, libero impetu evecta, in aliud quinqueremis latus invehebatur; quum opportunitate mira triremis è claſſe Alexandri in eam ipſam, quæ quinqueremi imminebat, tanta vi impulſa eſt, ut Tyrius gubernator in mare excuteretur è puppi. Plures deinde Macedonum naves ſu- 9
perveniunt, & rex quoque aderat; quum Tyrii inhibentes [c] remis, ægre evellere navem quæ hærebat, portumque omnia ſimul navigia repetunt. Confeſtim rex inſequutus; portum quidem intrare non potuit, quum procul è muris miſſilibus ſubmoveretur; na-

INTERPRETATIO.

a *Ipſa percuſſa eſt* Tyriæ navis *prorâ roſtratâ; ſed illam viciſſim* harpagone *corripuit.*

b *Altera* triremis *quæ implicata non erat, libero curſu circumacta, in alterum quinqueremis* Macedonicæ *latus ruebat.*

c *Remos in contrarium vertentes.*

NOTÆ.

cratis. Arrian. 2. 4. qui & depreſſarum confractarumque plurium meminit.

7 *Roſtro icta eſt*] Prora roſtrata Tyriæ navis icta est Macedonica, quæ implicuit Tyriam, ſeu uncis, ſeu manibus ferreis, ſeu ipſis remis. *Raderus.*

Invicem tenuit] Plane geminus huic locus eſt apud Livium, 37. 30. de Rhodia navi, *capta memorabili caſu. nam quum roſtro percuſſiſſet Sidoniam navem, anchora ictu ipſo excuſſa è nave ſua, unco dente velut manu ferrea injecta, alligavit alterius puppim: inde tumultu injecto quum divellere ſe ab hoſte capientes inhiberent Rhodii, tractum anchorale & implicitum remis latus alterum deterſit: debilitatam ea ipſa qua icta cohæſerat, navem cepit.* Idem caſus Dinocratem apud Polyb. 16. 2. implicuit: *Dinocrates cum Ollere congreſſus, ipſe quidem vulnus accepit ex parte navis quæ extra aquam extabat, quod proram vehementer erexerat, hoſtilem autem navem læſit qua parte infra aquam eſt: primum quidem ab hoſtili nave ſeparari non poterat, quantumvis ſæpe conatus eſſet remos inhibere.* Raderus. Simile narrat & Lucanus, 3. 563. ex emendatione Rutgerſii Var. Lect. 1. 12.

Tunc quæcunque ratis tentavit robora Bruti,
Ictu victa ſuo, percuſſa & capta cohæſit.

Ex quo ipſo loco expreſſa Cuttii verba, jurare auſit Rutgerſius. nam Lucano poſteriorem eſſe pro comperto habet.

Inhibentes remis] Retinui hanc ſcripturam, ſuadente Gronovio. Non placet Acidalii: *imitentes remis.*

10 naves autem omnes fere aut demerſit, aut cepit. Biduo deinde ad quietem dato militibus, juſſiſque & *claſſem & machinas pariter admovere, ut utrimque territis inſtaret*; ipſe in altiſſimam turrem adſcendit, in-
11 genti animo, periculo majore. quippe regio inſigni & armis fulgentibus conſpicuus, unus præcipue telis petebatur, & digna prorſus ſpectaculo edidit: multos è muris propugnantes haſta transfixit; quoſdam etiam cominus gladio clypeoque impulſos præcipitavit: quippe turris, ex qua dimicabat, muris
12 hoſtium propemodum cohærebat. Iamque crebris arietibus ſaxorum compage laxata, munimenta defecerant; & claſſis intraverat portum, & quidam Macedonum in turres hoſtium deſertas evaſerant: quum Tyrii, tot ſimul malis victi, alii ſupplices in tem-

NOTÆ.

10 *Ipſe in altiſſimam turrem*] Illud Tullii lib. 1. Officior. hic notandum: *Nunquam omnino periculi fugâ committendum eſt, ut imbelles timidique videamur. Sed fugiendum etiam illud, ne offeramus nos periculis ſine cauſa.* Loccen.

Ingenti animo] Magis ad animum Alexandri: *ingenti periculo, animo majore.* Major enim ille ſemper omni periculo: etſi infra, 8, 14. *Tandem*, inquit, *par animo meo periculum video.* Acidalius.

11 *Vnus præcipue*] Quippe in quo occidendo, maximum operæ pretium facturi eſſent hoſtes.

12 *Iamque*] Proxima Curtio habent Arrianus, 2. 4. & Diodorus 17. 16. nam Plutarchus Alex. cap. 43. narratiunculam memoratu dignam inſerit: Alexandrum (quod & Curtius refert) exercitum otio dato refeciſſe, paucis mœnia oppugnare juſſis, ne quieſcere poſſent Tyrii. Interea Ariſtandrum victimis cæſis, inſpectiſque extis affirmaſſe, urbem haud dubie illo menſe expugnandam. quæ vox irriſu adſtantium excepta eſt, cum ultimus tum menſis dies ageretur, nec appareret ſpes tam promptæ victoriæ. Alexandrum autem vaticiniis faventem, juſſiſſe ut pro trigeſimo menſis die, numeraretur vigeſimus octavus, ſimul muros hoſtiles acriter oppugnare cœpiſſe, ita accurſu totius exercitus effectum, ut Ariſtandri vaticinium exitum haberet. Iuſtinus, 11. 10. longe abit ab his omnibus, *per proditionem* captum fuiſſe Tyrum dicens, quod illorum nemo. Sed & Polyænus 4. 3. ſeorſim à ceteris aſſerit occupatam. Sed & alterius etiam incogitantiæ Iuſtinum olim arguit, qui eodem loco addit, *non magno poſt tempore*, quam ſcilicet cœpiſſet obſidio, captos eſſe Tyrios, cum Curtius mox & Plutarchus Alex. cap. 41. adſerant, ipſos ſeptem menſes eo in obſidio fuiſſe conſumptos. *Freinsh.*

Claſſis intraverat portum] Vtrumque portum, Ægyptium, inquam, & Sidonium. Ita enim Arrianus: οἱ δὲ ὅτι τὸ τῶν Φοινίκων καὶ τὸ λιμένα τὸ πρὸς Αἴγυπτον (καθ' ὁντινα καὶ φορμαῖοι ἐτύγχανον) βιασάμενοι, ἐς τὰ κλεῖθρα διασπάσαντες, ἔκπλουν τοῖς ναυσὶν ἐς τὸν λιμένα, καὶ μὴν μετεώροις ἐμβαλόντες, τοῖς δὲ εἰς τὴν γῆν ἐξωθοῦντες. Καὶ οἱ

templa confugiunt; aut foribus ædium obseratis
[a] occupant liberum mortis arbitrium : nonnulli
ruunt in hostem, haud inulti tamen perituri. ma-
gna pars summa tectorum obtinebat, saxa, & [b] quid-
quid manibus fors dederat, ingerentes subeuntibus.
Alexander, *exceptis qui in templa confugerant, omnes* 13
interfici, ignemque tectis injici jubet. His per præco- 14
nes pronunciatis, [c] nemo tamen armatus opem à diis
petere sustinuit : pueri virgineſque templa comple-
verant; viri in vestibulo suarum quisque ædium sta-
bant, parata sævientibus turba. Multis tamen saluti 15
fuere

INTERPRETATIO.

a *Liberum mortis genus* ultrò *eligunt.*

b *Quidquid fortè occurrebat ad manum projicientes* ex alto *in subeuntes* Macedonas.

c *Nullus qui arma gestaret, salutem in Deorum* templis *quærere voluit.*

NOTÆ.

οἱ Κύπριοι κ᾽ τὸ ἄλλον λιμένα τ᾽ ἐπ᾽ Σιδῶνι φέροντα, ἐπὶ τοῦτον κλεῖθρόν γε ἔχοντα, εἰς πλέοντες, εἶλον βίᾳ τὴν πόλιν. *At qui in navibus erant, una cum Phœnicibus in portum, qui Ægyptum spectat (quem obsederant), impetu facto, claustrisque revulsis, naves in portu confregerant, in alias remotiores à terra magna vi delati, alias ad ipsam terram allidentes. Cyprii per portum, qui Sidonem respicit, nullo claustro septum, sed faucibus angustis & navibus obsessum immissi, statim ex ea parte urbem capiunt.*

Foribus ædium obseratis] Vt Romæ plebs Gallis urbe potitis apud Liv. 5. 41. Similia legas de Norbanis apud Appian. bellorum civilium libro primo.

Haud inulti] Edd. *haud inulte.* Sed nullitatum opinor est hoc adverbium; & respexit hic quoque, ut sæpe, Curtius Virgilium Æn. 2. 133. à fine.

——— *nunquam omnes hodie moriemur inulti.* Freinsh.

13 *In templa*] Alexander cum in Asiam transisset, *de hominibus quidem dignas rebus ab iis patratis pœnas sumpsit; à templis vero deorum prorsus abstinuit : quamquam Persæ circa hanc partem maxime in Græcia deliquerant*; ut Polyb. 5. 10. refert. *Popma.* Idem ad Megabyzum scripsit de servo, qui in templum confugerat, evocatum ex templo, si posset, caperet; in templo manum non adferret. Plut. Alex. cap. 75. Imitatus auctorem generis sui (sic Plut. de fortuna Alex. 1. 15.) Liberum, quem & ipsum bello apud Ephesum victorem, *supplicibus Amazonum, quæ aram insederant, ignovisse* narrant Ephesii apud Tacit. 3. 61. *Freinsh.*

Ignemque tectis, &c.] Stewechius ad hæc Veget. 4. 26. *innumerabilibus declaratur exemplis, sæpe cæsos ad internecionem hostes, qui invaserant civitatem,* sic notat: Militibus imprimis seditiosis Romæ id usui venisse, testatur Herodianus, 1. 38. hi cum à civibus, qui domibus clausis in tecta & culmina evaserant, lapidibus tegulisque desuper incesserentur, terga fugæ mandare coacti sunt. Huic rei facile tamen remedium opponitur; ut videlicet januis, ac

fuere Sidonii, [a] qui intra Macedonum præſidia erant. hi urbem quidem inter victores intraverant, ſed cognationis cum Tyriis memores (quippe utramque urbem Agenorem condidiſſe credebant) multos Tyriorum etiam protegentes, ad ſua perduxere navigia: quibus occultatis, Sidona devecti ſunt. quindecim
16 millia hoc furto ſubducta ſævitiæ ſunt. quantumque ſanguinis fuſum ſit, vel ex hoc exiſtimari poteſt, quod intra munimenta urbis ſex millia armatorum
17 trucidata ſunt. Triſte deinde ſpectaculum victoribus ira

INTERPRETATIO.

a *Qui in Macedonum exercitu erant.*

NOTÆ.

ligneis ædificiorum projecturis, quales in urbibus plurimæ viſuntur, ignem ilico admoveas. Appianus, lib. 1. bellor. civil. narrat, Syllam, cum urbem hoſtiliter ingreſſus, à quibuſdam deſuper tela emittentibus arceretur, eos hac denunciatione terruiſſe, incenſurum ſe domos eorum, ni quieſcerent. *Freinsh.*

14 *Per præcones*] Solebant callidi imperatores deſperationem hoſtium prævenire, aut frangere talibus præconiis. Ita apud. Liv. 26. 12. Flaccus coſ. edixit, *ut qui civis Campanus ante certam diem tranſiſſet, ſine fraude eſſet.* Apud Xenoph. lib. 7. *παιδ.* Cyrus occupata Babylone *cohortes equitum per vias paſſim dimittebat, edicens, ut ſi quos extra domos invenirent, occiderent: at illis, qui adhuc in ædibus eſſent, per Syriaca lingua peritos denunciari præconio juſſit, ut intus manerent.* Quo etiam pertinere nobilem & variis interpretationibus vexatam Cæſaris vocem, *Miles, faciem feri*, haud temere quis ſuſpicetur ex Lucano, 7. 318. qui ſic effert:

——— *nec cadere quiſquam*
Hoſtis terga velit.

quaſi diceret, non eſſe occidendos niſi reſiſtentes: *ut reſiſtere deſinant, fugiendi poteſtate conceſſa.* quæ verba ſunt Vegetii, 3. 25. ad quæ Stewechium vide. *Freinsh.*

15 *Vtramque urbem*] Diſſentire videtur Iuſtinus, 18. 3. qui Sidonem prius conditam; & *poſt multos deinde annos* (quibus verbis longius tempus complecti ſolet, quam unius hominis ætas protenditur) à Sidoniis Tyrum, idque, ne quod dubium reſtet, *ante annum Trojana cladis.* Tamen vel ſic de cognatione Tyriorum & Sidoniorum conſtat. Curtio conſentit Cedrenus, Tyrum ab Agenore exſtructam fuiſſe, additque nomen id indidiſſe urbi ab uxore Tyro. Cum Stephanus velit à Tyro Phœnicis filio (ſic enim Stephanum interpretor) denominatam. Ioſephus antiq. 8. 2. & Euſeb. num. 744. ſcribunt, conditam fuiſſe 240. anno ante templum Hieroſolym. quæ fere media eſſet ætas inter Agenorem & bellum Trojanum. *Freinsh.*

Quindecim millia] Hoc neque in Arriano, neque in Diodoro ſcriptum, & numerus eſt ingens. Glareanus 5000 putat reſcribendum, quamquam & hoc nimium videri velit. Sed codices conjurant in 15000. & quam facile hoc in turba, & tanto tumultu, cum naves ad manum? *Rader.*

17 *Triſte deinde ſpectaculum*] Auctor ante ſuo loco hujus iræ cauſas refert; cujus tamen immodicum fuiſſe Alexandrum conſtat, immemorem Philiſci moniti, ut magis ſaluti quam poſti

ira præbuit regis. duo millia, in [a] quibus occidendi defecerat rabies, crucibus adfixi per ingens litoris ſpatium pependerunt. Carthaginenſium legatis 18
pepercit; addita denunciatione *belli quod præſentium rerum neceſſitas moraretur*. Tyrus ſeptimo menſe, quam 19
oppugnari cœpta erat, capta eſt; urbs & vetuſtate originis, & crebra fortunæ varietate ad memoriam poſteritatis inſignis. Condita ab Agenore, diu mare, non vicinum modo, ſed quodcumque claſſes ejus adierunt, ditionis ſuæ fecit. &, ſi famæ libet credere, hæc gens litteras prima aut docuit, aut didicit. Coloniæ certe ejus pene orbe toto diffuſæ ſunt: Car-

INTERPRETATIO.

a *Quibus occidendi furor* exhauſtus *pepercerat*.

NOTÆ.

ſti hominibus eſſet. Vide Ælianum Var. hiſt. 14. 11. Lipſ. lib. 1. de Cruce cap. 15. Seneca Troad. verſ. 278.

Regi frenis nequit, & ira & ardens
hoſtis.

Sed ut Beliſarius apud Procopium lib. 11. dixit: *Indecorum eſt, cum hoſtes vicerit, ira vinci*. Loccen.

Crucibus adfixi] Crucis pœna omnium gravitiſſima etiam habita, & ut D. Auguſtinus ait, *illa morte pejus nihil inter omnia genera mortium*. Herodotus, in Thalia, refert, Darium, cum Babyloniam cepiſſet, Babyloniorum quoque procerum tria millia palibulis affixiſſe, data ceteris venia urbem incolendi. Crucis vero ſupplicium à Conſtantino Chriſti veneratione ſublatum eſt; cujus loco Tribonianus furcam reposuit. *Popma*. Sed Tyrios ab Alexandro crucifixos prodit Juſtinus, 18. 3. *ob memoriam veteris cædis*, quod ſcilicet orti eſſent ex ſervis antiquorum Tyriorum, qui cæſis dominis rempubl. ſibi attribuerant. crux enim ſervile ſupplicium eſt, ut Lactantius, 3. 26. firmat his verbis: *Indignum enim homine libero, quamvis nocente, ſupplicium eſt viſum*. Sic & Spartaci reliquias crucifixit Craſſus. *Freinsh.* Cetera quæ de cruce ſcire cupis, vide Salmaſium, in epiſtolis ad T. Bartholinum.

19 *Capta eſt*] Per proditionem captam putat Juſtinus; per ſtratagema Ælianus; per vim Polyænus. Factum hoc Olymp. 112. an. 1. ætatis Alexandri 23. regni 3.

Din mare] Vnde & proverbium natum, *Tyria maria*.

Litteras] Camerar. merito Adamo tribuit. quem ſane tot ſeculis rem tam neceſſariam non inveniſſe, præſertim cum eſſet ſumma prudentia præditus, mihi non fit veriſimile. Vnde probo judicium Altiſſiod. Chronici: *liquido ab ipſo primo homine exordium literarum cepiſſe*. Lipſius, ad Tac. 11. 14. citat conſentientes Cumio Tacitum, Clementem Stromat. lib. 1. Iſidorum, Plinius 7. 56. & Suidam in φοινικήια, qui fere Cadmum auctorem nominant, aut certe doctorem, à quo Græci acceperint: alluditque eo idem Plinius, 5. 12. Chronicon Stadenſis Abrahamo tribuit inventionem Hebraicarum literarum. *Freinsh.* Vide Hermannum Hugonem Ieſuitam, in libello de prima ſcribendi origine, & rei literariæ antiquitate.

20 *Colonie*] Præter has, quas recenſet

20 Carthago in Africa, in Bœotia Thebæ, Gades ad Oceanum. Credo libero commeantes mari, ſæpiuſque adeundo ceteris incognitas terras; elegiſſe ſedes juventuti qua tunc abundabant: ſeu quia crebris motibus terræ, nam hoc quoque traditur, cultores ejus fatigati, nova & externa domicilia armis ſibi-
21 met quærere cogebantur. Multis ergo [a] caſibus defuncta, & poſt excidium renata, nunc tamen longa pace cuncta refovente, ſub tutela Romanæ manſuetudinis adquieſcit.

CAP.

INTERPRETATIO.

a *Multas clades paſſa, & poſt everſionem inſtaurata.*

NOTÆ.

ſet Curtius, memorantur ad Septentrionem *Tyros, quam præſtringit fluvius Tyrus*. Ammian. 22.18. Leptis & Vtica in Africa. Plin. 5. 19. De Africanis Tyriorum coloniis ſunt hæc Tertulliani de pallio cap. 1. *Sic & in proximo ſoror civitas veſtiebat, & ſicubi alibi in Africa Tyros.* Freinsh.

Inventuti] Salluſt. Iugurth. *Phœnices, alii multitudinis domi minuendæ gratia, pars imperii cupidine, ſollicitata plebe, & aliis novarum rerum avidis, Hipponem, Hadrumettum, Leptin, aliaſque urbes in ora maritima condidere.*

Motibus terræ] Scribit Strabo, lib. 16. Tyrum propter altitudinem æ-dium maximam labem ex terræ tremoribus accepiſſe. Et alias Syria obnoxia terræ motibus, uno fere tempore 170000. hominum perdidit. Iuſtin. 40. 2. Poſidonius apud Strabon. lib. 1. urbem hiatu terræ moventis hauſtam in Phœnice ſupra Sidonem ſitam, ipſiuſque Sidonis fere beſſem interiiſſe teſtatur. Ariſtoteles 2. Meteor. docet, ea loca maxime tremoribus obnoxia, quæ mare fluxile accedunt, aut ſpongioſa ſunt. *Raderus.*

21 *Multis ergo caſibus defuncta*, &c.] Colonos in eam deductos à Romanis innuit: quod perſpicue oſtendit Vlpianus: *Sciendum eſt, eſſe quaſdam coloniæ juris Italici, ut eſt in Syria Phœnice, ſplendidiſſima Tyriorum colonia, unde mihi origo eſt, nobilis regionibus, ſerie ſeculorum antiquiſſima, armipotens, fœderis, quod cum Romanis percuſſit, tenaciſſima. Huic enim Divus Severus, Imperator noſter, ob egregiam in reſpubl. imperiumque Romanum inſignem fidem, jus Italicum dedit.* A deducta autem colonia annos ſuos putabant Tyrii, eaque epocha Faſtos ſuos, & omnes actus legitimos ſignabant, non aliter ac pleræque aliæ coloniæ.

Nunc tamen longa] Bongarſius libro ſuo ſic adſcripſerat; Immo *tandem* quomodo legendum quoque videbatur Sebiſio.

Sub tutela Romanæ manſuetudinis adquieſcit. Tyrus jam Strab. & Auguſti ævo libertate donata à Romanis & regibus Syriæ. Strabo: οὐχ ὑπὸ τῶν βασιλέων δ' ἐκρίθησαν αὐτόνομοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῆς Ῥωμαίων, μικρὰ ἀναλώσαντες, βεβαιωσάντων τὴν ἐλευθερίαν γνώμην. Socii ergo & amici pop. Romani fuere: amiſerunt tamen libertatem, alioqui pecunia non redimendam; vel certe, ne amitterent, periclitatam. Et hoc eſt, quod Curtius dicit: Tyrios ſub tutela Romanæ manſuetudinis (liberos tamen) quieviſſe. Solet enim ſub magnis imperiis aliquanto

Digitized by Google

NOTÆ.

quanto certior atque fidelior esse securitas: quando mole sua ab exterorum concussionibus facilius defenduntur. Phrasi Curtianæ similis est in Livio, 34. 9. 10. de Emporiis: *erant etiam ea tutiores, quod sub umbra Romana amicitia latebant.* Sic ergo & Tyrii sub Rom. à quibus suis legibus utendi potestatem, quam & sub regibus retinuerant, impetraverunt. *Freinsh.*

CAP. V.

Darii iterata de pace ad Alexandrum submissior legatio. qua repudiata, Græci Alexandrum corona aurea donant: ille autem, per præfectos, multas in potestatem suam redigit provincias.

EISDEM ferme diebus Darii litteræ adlatæ 1
sunt, tandem ut regi scriptæ. Petebat *uti filiam suam*, Statyræ erat nomen, *nuptiis Alexander sibi adjungeret. Dotem fore omnem regionem inter Hellespontum & Halyn amnem sitam*; [a] *inde Orientem spectantibus terris contentum se fore. Si forte dubi-* 2
taret quod offerretur accipere: nunquam diu [b] *eodem vestigio stare*

INTERPRETATIO.

a *Provinciis ab Haly* fluvio *Orientem versus pertinentibus.*
b *Uno statu perseverare.*

NOTÆ.

1 *Statyra*] Variant in hujus loci scriptura impressi codices: in quibusdam *Sartine*, in aliis, *Satyria*, in nonnullis autem *Statyra* legitur. At ex Plutarcho, & Iustino, 12. 10. *Statyra* reponendum. Statyram enim majorem natu Darii filiam legitimo sibi copulavit matrimonio Alexander, juniorem Drypetim Hephæstioni uxorem dedit. Arrianus, 7. 1. refert, Alexandrum tres uxores duxisse, & majorem natu Darii filiam, quam matrimonio sibi junxit, non Statyram, sed Barsinem vocatam fuisse: & præter hanc aliam Parysatin, ex filiabus Ochi natu minimam: sed & antea Roxanem Oxyatris Bactrii filiam. Sed Arriano non assentior. nam Barsine Artabazi filia fuit principis purpuratorum, ex qua Alexander filium suscepit Herculem; & quo tempore ceteras quoque Persidas distribuit, & amicis in matrimonium collocavit, alteram sororem Apamam Ptolemæo, Eumeni Barsinem, ut in Eumene cap. 2. refert Plutarchus. *Popma.*

Inter Hellespontum & Halyn] Herodotus, 1. 72. *Imperium Medicum & Lydium disterminabat fluvius Halys, qui ex Armeno monte profluens, primum Cilicas*, &c. *interfluit.* Deinde concludit. *Ita flumen Halys cuncta fere superiora Asiæ, à mari, quod Cypro objectum est, ad Euxinum usque Pontum dirimit. Est autem totius regionis longitudo quinque dierum itineris viri expediti.*

2 *Nunquam diu eodem*, &c.] Ut fortuna sit stabilior, fundum faciat virtus: quam in quadrato lapide pingebat antiquitas, ut ejus stabilitatem notaret; fortunam in rotundo lapide, vel sphæra, vel rota, ut notum est; quod

ſtare fortunam; ſemperque homines, quantamcumque felicitatem habeant, [a] invidiam tamen ſentire majorem.
3 *Vereri; ne ſe avium modo, [b] quas naturalis levitas ageret ad ſidera, inani ac puerili mentis adfectu efferret. Nihil difficilius eſſe, quam in illa ætate tantam capere fortu-*
4 *nam. Multas ſe adhuc [c] reliquias habere; nec ſemper in anguſtiis poſſe deprehendi: tranſeundum eſſe Alexandro Euphratem, Tigrimque & Araxem, & Hydaſpem, magna munimenta regni ſui. veniendum in campos, ubi*
5 *paucitate ſuorum erubeſcendum ſit. Mediam, Hyrcaniam, Bactra, & Indos Oceani accolas quando aditurum? vel Sogdianos & Arachoſios, nomine tantum notos, ceteraſque gentes ad Caucaſum & Tanaïm pertinentes? Sene-*
6 *ſcendum fore tantum terrarum vel ſine prælio obeunti. Se vero ad ipſum vocare deſineret: namque illius exitio eſſe*
7 *venturum.* Alexander iis illis, qui literas attulerant, reſpondit, *Darium [d] ſibi aliena promittere: quod totum amiſerit, velle partiri. Doti ſibi dari Lydiam, Ioniam,*

INTERPRETATIO.

a *Majori invidiæ patere.*
b *Quæ innatâ levitate ad cælum ſeſe attollunt.*
c *Magnam* imperii *partem ſibi ſupereſſe.*
d *Darium polliceri quæ jam ipſius non eſſent.*

NOTÆ.

quod ſecundum illud Tibulli:

Verſatur celeri ſors levis orbe rota. Loc.

Semperque homines, &c.] Invidia cum felicitate creſcit, ut lolium cum ſegete; & quo major felicitas, eo acrior invidia. Quod firmat illud Livii: *Intacta invidia media ſunt, ad ſumma ferme tendit.* Horat. lib. 1. Sat. 6.

Invidia accrevit, privato quæ minor eſſet.

Nervoſe Franciſc. Baco ſerm fidel. eth. *Invidia more radiorum Solis in clivo ardentior eſt, quam in plano.* Idem.

3 *Vereri, ne ſe avium* &c.] Qui deſultoriis ingeniis vanc ſe efferunt, avibus natura levibus, modo huc, modo illuc tranſvolantibus, ſcire compatantur. Talis apud Homerum Telemachus, magna temere moliens illiſque ſe efferens, quem poëta avi componit, Od. 1. verſ. 320.

Ὄρνις δ' ὣς ἀνόρουσα διὰ πίτνατο.
Inſtar avis liquidas ſubito diſceſſit in auras.

Boëth. lib. 4. de conſol. philoſ. proſ. 3. *Levis ac inconſtans ſtudia permutat: Nihil ab avibus diſtat.* Plerumque juventus huic vitio affinis eſt. Inde illud Euripidis Phœniſſ. p. m. 240. νεανίζεσθαι, *juveniliter ſe efferre.* Et Tacit. 2. Hiſt. *Juvenes improvidi & faciles inanibus.* Loc.

Nihil difficilius eſſe] Oportet eſſe fortem, uſu ſubactum & placidum animum, qui magnæ capax ſit fortunæ: cui juvenilis ætas per imperitiam & faſtum ſæpe impar eſt. *Idem.*

5 *Euphratem, Tigrimque*] Quæ duo flu-

Digitized by Google

niam, Æolidem, Helleſponti oram, victoriæ ſuæ præmia. leges " autem à victoribus dici, accipi à victis. In utro ſtatu ambo eſſent, ſi ſolus ignoraret, quamprimum Marte decerneret. Se quoque quum tranſiſſet mare, non 8
Ciliciam, aut Lydiam (quippe tanti belli exiguam hanc eſſe mercedem), ſed Perſepolim caput regni ejus, Bactra deinde, & Ecbatana, ultimique Orientis oram imperio ſuo deſtinaſſe. Quocumque ille fugere potuiſſet, ipſum ſequi poſſe: deſineret terrere fluminibus, quem ſciret maria tranſiſſe. Reges quidem invicem hæc ſcripſerant. 9
Sed Rhodii urbem ſuam portuſque dedebant Alexandro. Ille Ciliciam Socrati tradiderat: Philota *regioni circa Tyrum* juſſo *præſidere.* Syriam quæ *Cœle* adpellatur, Andromacho Parmenio tradiderat, bello quod ſupererat interfuturus. Rex Hephæſtione 10
Phœnicis oram claſſe prætervehi juſſo, ad urbem Gazam cum omnibus copiis venit. Iiſdem fere diebus

" ſo-

INTERPRETATIO.

2 *Conditiones* pacis *à victoribus decerni, à victis acceptari.*

NOTÆ.

flumina Meſopotamiam efficiunt.

7 *Leges autem à victoribus dici*] Ita Annibal ad Scipionem apud Livium, lib. 30. *Eſt ejus qui dat, non qui petit, conditiones dicere pacis.* Dat autem victor. Plurima ſimilia loca jam alii notarunt. *Loccenius.*

8 *Bactra deinde, & Ecbatana*] Bactrianorum princeps civitas. *Ecbatana,* Regia Mediæ. *Raderus.*

9 *Rhodii*] Adde Oroſ. 3. 17. Quo tempore ſuſpicari licet, eos munera miſiſſe Alexandro, inter quæ fuerit & pretioſum illud ἀνθρώπωμα, cujus Plut. in vita cap. 60. meminit. Rex autem viciſſim Rhodios armavit atque auxit, ut videre eſt ex Diodoro, 20. 82. Nec diu tamen illi in fide: quippe intellecta morte Alexandri, præſidium Macedonum, cujus infr. 4. 8. meminit noſter, ejecerunt, ſeque in libertatem vindicarunt. Diodor. 18. 8. *Freinsh.* Strabo 14. *Rhodiorum urbs ſita eſt in promonterio verſus ortum porrecto. portubus, viis, muris, alioque apparatu tantum aliis urbibus præſtat, ut non modo meliorem nullam, ſed ne parem quidem ullam ei dicere poſſimus.*

Andromacho] Hunc ab ipſo Alexandro præfectum locis illis ſcribit Euſeb. num. 1685. *Alexander capta Tyro Iudæam invadit, à qua favorabiliter exceptus DEO victimas immolavit, Pontificem Templi honoribus plurimis proſequitur, Andromacho locorum cuſtode dimiſſo, quem poſtea Samaritani interficiunt,* &c. Quam hiſtoriam cum alibi, quam apud Euſebium, non legi diceret Scaliger, apparet, virum ſummum, id temporis hujus loci Curtiani, & item alterius infr. 4. 8. non fuiſſe recordatum. Sed & Cedrenus rei meminit: ὃς καὶ ἐπιμελητὴν μὲν τῶν λοιπῶν τόπων Ἀνδρόμαχον κατέστησεν. ὃν δὲ ἀνὰ-

a solenne erat ludicrum Isthmiorum, quod conventu totius Græciæ celebratur. In eo concilio, ut sunt Græcorum b temporaria ingenia, decernunt, *ut duodecim legarentur ad regem, qui ob res pro salute Græciæ ac libertate gestas, coronam auream donum victoriæ ferrent.* Iidem paulo ante c incertæ famæ captaverant auram,

INTERPRETATIO.

a *Celebrabantur solennes Isthmiorum ludi.*

b *Pro tempore mutabilia.*

c *Dubia adhuc fama rumores aucupati fuerant, ut sortem sequerentur quamcumque in partem incertos animi inclinasset.*

NOTÆ.

ἀναλόντες οἱ τὴν Σαμάρειαν οἰκοῦντες, ὅνπερ ἵππον. *Cujus Curatorem cum locis vicinis constituit Andromachum: quem interfecerunt Samariam habitantes, panasque dederunt.*

11 *Isthmiorum*] Ludos Isthmicos à Sisypho institutos tradit Plinius, in cultum Melicertæ pueri à Delphino in Isthmo expositi, & à Sisypho sepulti, araque in ejus memoriam excitata. Thesæum tamen plerique Isthmiorum auctorem prodiderunt, Neptuno, vel Melicertæ, vel Palæmoni sacrorum. Fuere porro quatuor sacra certamina, Græcis celebrata, quæ tetrasticho comprehendit Archias l. Anthol.

Τέτταρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα. πέντε ἀρεταὶ ἐφεῖς,
Οἱ δύο μὲν θυητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων.
Ζηνὸς, Ἀντοίδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο.
Ἄθλα δ' ἔστ', πόντου, μῆλα, σίλινα, πίτυς.

Quatuor in Græcis certamina quatuor illa,
Sacra duo superis, sunt duo sacra viris.
Sunt Iovis hæc, Phœbique, Palæmonis, Archemoriique.
Præmia sunt oleæ, pineæ, mala, apium.

Vtebantur ludis quinque, unde *Pentathlon*, Latinis *quinquertium*; & pentathli *quinquertiones*. certabant saltu, cursu, disco, jaculo, & lucta. Vno etiam verbo πενταθλεῖν vocabatur: quique Pythia, Isthmia, Nemea, Olympia vicisset, *periodon* vicisse dicebatur. Isthmia tempore Herculis ter acta scribit Apollodorus. Isthmia erant trieterica, uti & Nemea, ita ut una Olympiade bis agerentur Isthmia, primo & tertio anno. Vnde Ausonii errorem notabis, qui perinde ac Olympia quinquennalia scripsit. *Raderus.*

Temporaria ingenia] Cicero pro Flacco cap. 4. *Testimoniorum religionem & fidem nunquam ista natio coluit.* Euripides ipse de suis Græcis: *Græcia nihil fidum novit.* Raderus.

Duodecim] Diodor. 17. 48. quindecim legatos fuisse scribit. Datum id etiam honori regis, ut multi legarentur: nam inde quoque elucere credunt, quanti quisque à quoque fiat. unde Demetrius offensus fuit, quod Lacedæmonii unum tantum ad se misissent; ejusdem Laconica responsione perstrictus, *Nempe ad unum.* Plutarch. Demetr. cap. 56. Contra Æneas, auctore Virgil. 7. 152.

——— *delectos ordine ab omni*
Centum oratores augusta ad mœnia regis
Ire jubet.

Inf. 7. 8. ab Scythis viginti mittuntur: rursum 9. 7. 12. duarum gentium legati centum adeunt Alexandrum, Lycophr. sub fin. Cassandræ. *Freinsh.*

Coronam auream] Hæc enim sunt munera ac dona, quæ bene rebus gestis Im-

auram, ut quocumque pendentes animos tulisset fortuna, sequerentur. Ceterum, non ipse modo rex obibat urbes, imperii jugum adhuc recusantes; sed prætores quoque ipsius, egregii duces, pleraque invaserant. Calas Paphlagoniam, Antigonus Lycaoniam: Balacrus Idarne prætore Darii superato Miletum cepit: Amphoterus & Hegelochus centum 14
sexaginta navium classe insulas inter Achaiam atque Asiam in ditionem Alexandri redegerunt. Tenedon quoque receptum, incolis ultro vocantibus. Statue- 15
rant & Chion occupare: sed Pharnabazus Darii prætor, comprehensis [a] qui res ad Macedones trahebant; rursus Apollonidi & Athanagoræ suarum partium

INTERPRETATIO.

a *Iis qui civitatem in Macedonam* partes *impellebant.*

NOTÆ.

Imperatores ab amicis accipere consuessent. Hirt. de bell. Alex. cap. 7. ubi statim subjicit: *miserat enim Pharnaces coronam auream.* Adde supr. 4. 2. 2. & apud Liv. 7. 38. 2. *Carthaginenses quoque legatos gratulatum* (de victoria Samnitica) *Romam misere, cum corona aurea dono.* Ejus rei, præsertim in historia Rom. infinita occurrunt exempla; ut in singulis fere triumphis ejusmodi coronarum ingens multitudo fuerit translata. cum enim vetus mos fuerit coronandi victores, aurum omnium metallorum præcipuum habebatur, ejusmodi coronæ mittebantur, quibus & à veteri more commendatio, & à materia pretium esset. *Freinsh.*

12 *Animos tulisset fortuna*] Sic multo melius, quam cum aliis, *quocunque pendentes animus tulisset, fortunam sequerentur.* Animi illorum pendebant in ancipiti: atque ita comparati erant, ut quocunque verteret fortuna, ut solent mortales, eo ipsi quoque inclinarent. At altera lectio, si bene examines, vana est: *quocunque pendentes animus tulisset.* Si animum sequuturi erant, haud sane pendere poterant: statim enim suscepissent eorum partes quibus amplius faverent: sed Curtius vult, nihil in consilio habuisse præter fortunam partium. *Freinsh.*

13 *Cepit*] Malim *recepit*, tum quod ita se res habet. prius enim in potestatem redacta, ista omnia defectio aut hostis alienaverat: Arrian. 4. 3. tum etiam quod Curtius non videtur facile dicturus, *capere Paphlagoniam, Lycaoniam*, &c.

14 *Tenedon quoque receptum*] Sic feciisse dicitur Modius, cum esset, *Tenedon quoque receptam.* & sine vocem *hostium* etiam præcorum quidam omittunt. Pollis defendere, *Tenedon receptam* dici; quomodo illud, *Centauro invehitur magna*, ut scilicet subaudias oppidum. *Freinsh.* Sed nec *Tenedon* nom. casu fero, & intellectum talem vocis *oppidum* sine exemplo esse puto. Repetenda lectio vetus. Ex Dan. & Pal. 1. notavit Gruterus: *Tenedon quoque receptaculum, incolis ultro vocantibus, statuerant occupare.* Vbi vides deesse illa, *& Chion*, quæ nec fuerunt in scriptis Modii, nec in editione Gymnici, ut testatur idem Modius. Ea sine

tium viris, urbem cum modico præſidio militum tra-
16 dit. Præfecti Alexandri in obſidione urbis perſeve-
rabant; non tam ſuis viribus, quam ipſorum qui
obſidebantur voluntate. Nec fefellit opinio. nam-
que inter Apollonidem & duces militum orta ſedi-
17 tio, inrumpendi in urbem occaſionem dedit. Quum-
que porta effracta cohors Macedonum intraſſet; op-
pidani, olim conſilio proditionis agitato, adgre-
gant ſe Amphotero & Hegelocho, Perſarumque
præſidio cæſo, Pharnabazus cum Apollonide & A-
18 thanagora vincti traduntur. Duodecim triremes
cum ſuo milite ac remige; præter eas triginta naves
& piratici lembi, Græcorumque tria millia à Perſis
mercede conducta. his in ſupplementum copiarum
ſuarum diſtributis; piratiſque ſupplicio adfectis: ca-
19 ptivos remiges adjecere claſſi ſuæ. Forte Ariſtoni-
cus,

NOTÆ.

dubio interpoſuerunt recentiores ex Arriani libro tertio; qui oſtendit, quæ ſequuntur, ad Chium pertinere; & de utraque urbe continenter memorat. Habuerunt etiam editiones illud *receptaculum*, ſed cum id ſolum ſine ſenſu eſſet, addiderunt, *hoſtium*. Nos ex ſcriptura veteri facile reſtituimus: *Tenedo quoque recepta, Chium, incolis ultro vocantibus, ſtatuerant occupare*. Vides, ut ſe det res ipſa ſine ulla violentia. Ex, *Receptaculum*, fecimus, *recepta Chium*: verba autem illa, *incolis ultro vocantibus*, tam referri bene ad Chion quam ad Tenedon, quæ ſequuntur demonſtrant. *Gronovius.*

16 *Inter Apollonidem & duces*] Non ſperno conjecturam Acidalii: *Apollonidem & Athanagoram duces militum*. Vulgatam ſi retineas, capies, ortam diſſenſionem inter Apollonidem Chium, cui ſimul cum Athanagora patriæ imperium tradiderat Pharnabazus, & duces præſidiariorum militum, qui niminum præerant, ut Apollonides popularibus ſuis. Nam ita ſæpe evenit, ut oriatur diſſidium inter principes civitatis, & militum præſidiariorum duces. quo pertinet exemplum Palæpolitanorum apud Liv. 8. 25. & alia ſimilia. Atque hæc opinio verior eſt. Fallitur Raderus, qui putat, per duces hos militum intelligi Philinum & Megareum, de quibus Arrian. 3. 1. nam & illi non militum duces, ſed popularis deſectionis auctores adjutoreſque fuerunt. Multo autem gravior error eſt, quod eodem Ariſtonicum trahit. quamquam enim Arrianus eum ſimul cum Chiis iſtis ad Alexandrum pertractum narret; tamen de his poſterioribus tantum intelligit, quod addit de defectione concitata. *Freinsh.*

17 *Pharnabazus*] Hic tamen cuſtodibus elapſus eſt, ut tradit Arrian. 3. 1.

18 *Triginta naves*] Non abs re eſt, quod nonnullæ edd. habent *inanes*, nempe ſine milite ac remige. Poſſis tamen non incommode retinere *naves*, nimirum alterius, haud triremes. Vt exempli cauſſa, apud Diodor. 18. 4. Sunt *naves longe triremibus grandiores*. Freinsh.

Piratici lembi] Naves piraticæ non unum

cus, Methymnæorum tyrannus, cum piraticis navibus, ignarus omnium quæ ad Chium acta erant, prima vigilia ad portus claustra successit: interrogatusque à custodibus *quis esset? Aristonicum ad Pharnabazum venire* respondit. Illi *Pharnabazum quidem* 20
jam quiescere, & non posse tum adiri; ceterum patere socio atque hospiti portum, & postero die [a] *Pharnabazi copiam fore* adfirmant. Nec dubitavit Aristonicus primus intrare: sequuti sunt ducem piratici lembi. ac 21
dum adplicant navigia crepidini portus, objicitur à vigilibus claustrum; & qui proximi excubabant, ab iisdem excitantur: nulloque ex his auso repugnare, omnibus catenæ injectæ sunt. Amphotero deinde Hegelochoque traduntur. Hinc Macedones transie- 22
re Mitylenem, quam Chares Athenienſis nuper occupatam, duorum millium Persarum præsidio tenebat: sed quum obsidionem tolerare non posset; urbe tradita pactus *ut incolumi abire liceret*, Imbrum petit. deditis Macedones pepercerunt.

INTERPRETATIO.

a *Pharnabazi* alloquendi *facultatem datum ivi.*

NOTÆ.

unum habuere nomen, aut speciem: Fuere lembi, lenunculi, celoces, myoparones, Liburnicæ, πλοῖα λῃστικὰ καὶ λῃστρίδες τῆς. Ceterum, lembus proprie navicula brevis piscatoria est, Marcello auctore; serviunt tamen apud Livium & Polybium belli quoque utilibus. Cyrenenses invenere. Fulgentius: *Lembi*, inquit, *navicula genus velocissima*, quam δρομίδιον dicimus. *Rader.*

19 *Methymnæorum tyrannus*] Scylax: καὶ ταῦτα ἐστὶ τῆς Αἰολίδος, Λέσβος, ἡ πόλεις ἔχουσα εἰς αὐτὴν πέντε, Μέθυμναν, Ἐρεσσὸν, Πύῤῥαν, καὶ Μιτυλήνην λιμένας ἔχουσαν δύο. *Secundum hæc loca insula est Æolidi, Lesbus, quinque oppidis nobilis, Methymna, Antissa, Eresso, Pyrrha, Mitylene; quæ duos habet portus, uti Pyrrha unum.* Plin. lib. 5. c. 31. Methymnam & Antissam in Caria ponit, duasque in unam coaluisse. Mela lib. 3. cap. 7. in Troade Lesbos, & in ea quinque oppida: Antissa, Pyrrha, Eressus, Cirava, Mitylene. Magnitudine Scalaci septima est: colligit in circuitu stadia centum supra mille.

Prima vigilia] Prima vigilia incipit cum ipsa prima hora noctis ineuntis, definit tertia. Omnis enim vigilia tribus finitur horis; tota nox duodecim, vigiliis quatuor. *Raderus.*

20 *Crepidini*] Terræ, summo litori, proximo mari,

CAP. VI.

Ad bellum ſeſe accingit Darius. Alexander Gazam expugnat: ejuſque præfectum Batim crudeli afficit ſupplicio.

1 DARIVS deſperata pace quam per literas legatoſque impetrari poſſe crediderat; ad reparandas vires bellumque impigre renovandum intendit animum. *Duces* ergo *copiarum Babyloniam convenire; Beſſum quoque, Bactrianorum ducem, perquam maximo poſſet exercitu coacto, deſcendere ad ſe* 3 jubet. Sunt autem Bactriani inter illas gentes [a] promptiſſimi, horridis ingeniis, multumque à Perſarum luxu abhorrentibus: ſiti haud procul Scytharum bellicoſiſſima gente, & rapto vivere adſueta: ſemper- 4 que in armis errant. Sed Beſſus ſuſpecta perfidia, haud ſane æquo animo [b] in ſecundo ſe continens gradu,

INTERPRETATIO.

a *Audaciſſimi, ferocis indoles.*
b *In loco* poſt Regem *primo.*

NOTÆ.

1 *DVces ergo copiarum Babyloniam convenire; Beſſum quoque Bactrianorum ducem, perquam maxime* &c.] Quum non placeret illud; *perquam maxime poſſet*, recurri ad variantes, ubi το *ducem* Dan. & Bong. exſulare vidi. Recte: ſcripſerat enim Curtius: *Beſſum quoq; Bactrianorum T. R. quam maximo poſſet, exercitu coacto.* Hoc eſt, *prætorem*, unde imperiti librarii fecerunt *per*. Gronovius.

3 *Sunt autem Bactriani inter illas gentes promptiſſimi; horridis ingeniis*] Tam horridis, ut ſenes aut ægros canibus vorandos objiciant, quos ἐνταφιαστὰς, (ſic enim legendum, non ἐνταφιαστὰς) quaſi veſpillones appellant. Itaque intra Bactra omnia plena humanis oſſibus ſpectabantur. *Raderus.*

4 *Suſpecta perfidia*] Quærit Glareanus, cur deſcendere juſſus ſit ad Darium ſuſpectus proditionis? quia abſens magis timebatur quam præſens, notandus & coercendus, ſi quid præſens moliretur; quod non poterat fieri in abſente, rege tam occupato. *Rad.*

Haud ſane æquo animo, &c.] Haud æquo animo in ſecundo ſe continent gradu, qui ſupremum affectant. De his cape illud Taciti: *Imperium capientibus nihil medium inter ſummum & præcipitia.* Exemplo ſint præter Beſſum Abſolon, Haman, Seianus, alii. Barclaius Argenid. lib. 1. p. m. 10. hunc Curtii locum reſpexiſſe videtur: *Lycogenes priſcis Regibus ſua ſtirpis auctoribus ferox, nunquam ſecundo gradu ſatis patiens fuit.* Sed qui ad majora ſibique negata adſcendere pararunt, velut ad lubricum & præceps eniſi non deſcenderunt, ſed decidemnt, & quidem gravi lapſu. nec mirum, quum non ſit inferioris men-

gradu, regem terrebat. nam quum regnum adfectaret; proditio, qua sola id adsequi poterat, timebatur. Ceterum Alexander, quam regionem Darius petisset, omni cura vestigans, tamen explorare non poterat: more quodam Persarum, arcana regum mira celantium fide. non metus, non spes elicit vocem qua prodantur occulta. [a] vetus disciplina regum silentium vitæ periculo sanxerat. [b] lingua gravius castigatur quam ullum probrum: NEC magnam rem sustineri posse credunt ab eo cui tacere grave sit; quod homini facillimum voluerit esse natura. Ob hanc causam Alexander omnium, quæ apud hostem gere-

INTERPRETATIO.

a *Antiqua regum edicta taciturnitatem* proposita *mortis pœna indixerant.*

b *Linguæ* impotentia *rigidius plectitur quam ullum* aliud *flagitium.*

NOTÆ.

membri, capitis eminentiam extra metas vocationis affectare, aut si stolide affectet, cum sui capitis periculo id faciet. *Loccen.*

5 *More quodam Persarum*] Idem Marcellinus, 21. 26. *Speculatores & transfugæ subinde venientes repugnantia prodebant : eodem futurorum incerti, quod apud Persas nemo consiliorum est conscius, præter optimates taciturnos & fidos, apud quos Silentii quoque colitur numen.* Nec Romani prodebant, quæ in sanctiore senatu de magnis rebus in medio ponebantur. Pompeius tesus est, qui ab hoste captus, & rogatus, quid senatus decrevisset, minimum digitum in præsentem focum injecit; ut regem doceret, frustra à se arcana senatus exquiri, qui paratus esset totum etiam corpus flammis urere, quam consilia efferre. Certe Valer. Maxim. 2. 2. testatur, tam sancto patrum conscriptorum consilia silentio fuisse custodita, ut multis seculis nemo senator quicquam enunciarit. Peccatum semel à Q. Fabio Maximo, qui tertium bellum Punicum in senatu decretum P. Crasso nondum senatori in itinere domum rure revertenti significarat, eoque à Coss. vehementer objurgatus est. Laudata fides & silentium Papyrii prætextati matrem fallentis, à Gellio 1. 23. *Raderus.* Par taciturnitas in Hispanis à Justino, lib. 44. laudatur. quæ virtus si unquam utilis, certe tempore belli est: ubi nulla consilia meliora sunt, quam quæ ignoraverit hostis, antequam facias, monente Vegetio. Ignorata quoque magis terrent, dum minus præcaveri possunt. *Loccen.*

6 *Nec magnam rem sustineri*] Ita puta scripsisse Curtium. Glossa *rem sustineri* fuit olim *ego.* id cum in textum ab imperitis librariis esset relatum, ascivit unam litteram ex voce præcedente, unam ex subsequente, & factum ita: *rem magis sustineri.* Importunum hic de Magis quod Rutgersius voluit. *Gronovius.*

Ab eo cui] Quomodo enim rem magnam sustineat, qui exiguum membrum linguam continere nequit?

Facillimum] Dissentiunt hic à Curtio, seu potius à Persis, omnes ubique

gererentur, ignarus, urbem Gazam obſidebat. Præerat ei Betis, eximiæ in regem ſuum fidei; modicoque præſidio [a] muros ingentis operis tuebatur. 8 Alexander [b] æſtimato locorum ſitu, *agi cuniculos* juſſit; [c] facili ac levi humo acceptante occultum opus: quippe multam arenam vicinum mare evomit: nec ſaxa coteſque, [d] quæ interpellent ſpecus, obſtabant. 9 Igitur ab ea parte, quam oppidani conſpice-

re

INTERPRETATIO.

a *Mœnia vaſti circuitus defendebat.*

b *Conſiderato.*

c Cum *humus levis & facile foſſilis pateretur ſubterraneam foſſionem.*

d *Quæ cuniculorum* progreſſum *intervertant.*

NOTÆ.

ſapientes, qui nihil æque arduum ac difficile arbitrantur. Certe Pythagoras diſcipulos ſuos primum docuit *res omnium rerum difficillimas tacere, audireque.* Agell. 1.9. Homini ſcil. ſapienti, qui linguæ uſum in ſua poteſtate habet, facile eſt: ſed ſtolido & dulcedine ſermonis nimis capto, eoque ſibi aliiſque promiſcue placere cupienti, difficile. Seneca Epiſt. 105. *Eſt quædam dulcedo ſermonis quæ irrepit & blanditur: & non aliter quam ebrietas aut amor ſecreta producit.* Huc alluſit Owenus.

Inſipiens linguam laxat, ſapiensque refrenat;
Quis minor aut major quam tacuiſſe labor?

7 *Vrbem Gazam obſidebat*] Gazam nemo melius Arriano oculis ſubjicit: Ἐπὶ χιλίους ἦν Γάζα τὸ μὲν θαλάσσης εἴκοσι μάλιστα σταδίους, ἔστι ψαμμώδης καὶ βαθεῖα εἰς αὐτὴν ἡ ἄνοδος, καὶ ἡ θάλασσα ἐς τὴν πόλιν τετραμμένη πᾶσα. μεγάλη ἡ πόλις ἡ Γάζα ἐστὶ, καὶ ὅση χώματος ὑψηλὸν ἄκρον, καὶ τεῖχος αἰρετὸν ἐπέκειτο αὐτῇ ὀχυρόν. ἐχόντων ἡ ἀκρόπολιν εἰς ἐπ' Αἰγύπτου ἐν φοινίκῃ ἰόντι δεῦτερον τὴν ἀρχὴν τῶν ἱερῶν. *Abeſt Gaza mari ſtadia ſummum viginti, & eſt ad eam acceſſus propter arenæ altitudinem difficillimus, & mare juxta urbem limoſum undique. Vrbs ipſa ampla erat, & in edito colle ſita validiſque mœnibus cincta. Vltima è Phœnice in Ægyptum euntibus, ad initium ſolitudinis poſita.* Non ex Ægypto in Phœnicem, ut Caſaubonus interpretatur, ſed è Phœnice in Ægyptum tendenti. Gazæ prima mentio eſt Gen. 10. dein ſæpius. Iudic. 2. Iudas cepit Gazam. Hæc eſt illa Gaza, cujus portas Samſon tulit in verticem montis. Gazæ demũ captus idẽ eſt, & exoculatus.

Betis] Ioſepho, 11.8. eſt *Babemeſes.* Eunuchum Arrianus vocat.

Modicoque præſidio muros ingentis operis tuebatur] Arrianus mercenarium ex Arabia conductum à Betí narrat, qui urbi præſidio eſſet, magnumque numerum frumenti collectum, ut diuturnæ obſidioni ſufficeret.

8 *Agi cuniculos*] Antiquiſſimum uſum cuniculorum ſeu ſubterraneanarum foſſarum fuiſſe, conſtat ex Heronis vetuſtiſſimi ſcriptoris mechanicis, qui primo capite hæc de cuniculis monet. *Opera pretium eſt autem, eos etiam qui ſub terra prope murum agunt ut cuniculos occultos, profundoſque, juxta fundamenta, & non in terræ faciem fieri: ut cum hoc hoſtes deprehenderint, intus è diverſo fodiant, murumque ipſum cum contra perforaverint, tum, qui cuniculum agunt,*

re non poſſent, opus orſus; [a] ut à ſenſu ejus averteret, *turres muris admoveri* jubet. Sed eadem humus admovendis inutilis turribus, [b] deſidente ſabulo agilitatem rotarum morabatur, & tabulata turrium perfringebat; multique vulnerabantur impune, quum idem recipiendis, qui admovendis turribus labor eos fatigaret. Ergo receptui ſigno dato, 10 *poſtero die muros* [c] *corona circumdari* juſſit. Ortoque ſole, priuſquam admoveret exercitum; opem deum expoſcens, ſacrum patrio more faciebat. Forte 11 præ-

INTERPRETATIO.

a *Vt à cuniculorum notitia illos abduceret.*
b *Arena cedente* ſub rotis.
c *A militibus in orbem diſpoſitis cingi.*

NOTÆ.

agunt, fumo & aqua perimant. A cuniculis animalibus didicere mortales terram effodere. Martialis Epigr. 13. 60.

Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris:
Monſtravit tacitas hoſtibus ille vias.

Vide & Stewechium in Veget. 4. 24.

9 *Vt à ſenſu ejus averteret*] Cuniculos enim agentes in urbem vel arcem, ſolent quaſi aliud agendo, ſpecie prælii aut oppugnandi muros, à ſenſu cuniculorum avertere hoſtes: ut felicius citiuſque diſtincta perficiant. *Lucan.*

Turres muris admoveri jubet] In Aggere *Turres*, & ſtatim ſtructæ, imo & tunc, cum is nondum perfectus: & tutelæ operis miniſtrorumque cauſa imponebantur. Vineæ enim primum factæ, ut ſub iis commeare miles & aggerere poſſet: ſub eas (id eſt, altius quam eæ) ipſe Agger, & in eo denique Turres. Hæ igitur ſtatim ſtructæ, ſed paulo ab urbe longius, & ne tela vitiarent aut impedirent. Gallis, Indis, Barbaris ignotæ, & ſtupori erant, qui divinum quid eſſe rati. Has forte Appianus vocat πτυγεσίας, plicatiles, quia per partes ſcilicet rollebantur, ponebantur, reponebantur. Agebantur rotis ad minimum 4. ſed & 6. aut 8. etiam ſubditas, prout turrium modus eſſet legimus. Et oportebat ſane humum æquabilem denſamque huic rei eſſe. Turres autem triplices, majores, minores, mediæ. *Minores* erant 60 cubitorum in altitudine, baſi quadrata; unumquodque latus 17 cubitorum: 10. tectorum: ſupremum tectum quintam partem baſis habebat. *Majores* autem & harum ſeſquialteras, 15. tectorum faciebant, in altitudine cubitos 60. Proceritas autem ipſarum tanta fuit, ut non ſolum muros, ſed etiam turres lapideas altitudine ſuperarent. Plura de his qui deſideret, adeat Lipſium latius ea de re differentem.

Deſidente ſabulo] Arena cedente molibus turrium. At quomodo cuniculos egere in arenis? Arenas altius effodere; donec ad ſolidam glebam deſcenderent; quæ tamen ipſa ex arena, ſed concreta jam & longo ævo durata conſtabat. *Radera.*

10 *Corona*] Oppugnatio eſt vel ſubita vel diuturna. Subita eſt, cum impetu, nec circumvallatione adhibita incurrunt. Ad hanc rem leviores machinæ adhibitæ. Primum uſi *Corona*, ad terrendum aut claudendum, ſed & ad diſtinguendum. Hinc ſæpe occur-

prætervolans corvus glebam, quam unguibus ferebat, subito amisit; quæ quum regis capiti incidisset, [a] resoluta defluxit: ipsa autem avis in proxima turre consedit. Inlita erat turris bitumine ac sulphure: in qua alis hærentibus, frustra se adlevare
12 conatus à circumstantibus capitur. Digna res visa, de qua vates consulerentur. & erat non intactus ea superstitione mentis. Ergo Aristander, cui maxima fides habebatur, *urbis quidem excidium augurio illo por-*

INTERPRETATIO.

a *In particulas comminuta dissilit.*

NOTÆ.

rit, *Corona cingere urbem*; *Corona capere, expugnare*. Fuit interdum spissa, id est, duplex, triplex, aut supra, ut numerus militum, aut magnitudo loci oppugnandi erat. In Corona introrsum erant pedites, quorum invadere; extrorsum equites, quorum inspectare & tueri. *Lipsius.*

11 *Prætervolans corvus*] Arrianus & Plutarchus narrant hoc omen; sed Arrianus pro *glebam*, lapidem ponit: Plutarchus itidem ut Curtius, *glebam*, βῶλον vocat.

Bitumine ac sulphure] Plutarchus νευρωτοῖς κεκρυφάλοις, *nervorum reticulis* seu laqueis irretitam tradit in machina considentem, quam Alexander ad urbem oppugnandam excitarat. Sed cur *bitumine & sulphure*, alimentis ignium, illitam? An ut urbem incenderet? Quomodo turri urbem incenderet, ex qua pugnabant Macedones? Illitas alumine lego in aliis historiis turres, ne ignem conciperent. Ammian. 20. 29. *Machinas Romanorum Persa exurere vi magna nitebantur, & assidue malleolos, & incendiaria tela torquentes laborabant incassum. cave, quod humectis scortis & centonibus, erant oportuna materia plures, alia nulla alumine diligenter, ut ignis per eos laberetur.* Denique inungendi alumine materias mos inolevit. Hæc primum occurrebant de alumine contra bitumen. Sed nescio, an tam viscosum alumen, ut tenere aves posset. Et ea tempestate nondum reor fuisse artificium cognitum. Vt proinde nihil in Curtio mutandum putem; præsertim codicibus novis & antiquis in *sulphur* & *bitumen* consentientibus. Tumim ergo non ex materia, neque mobilem (nisi tamen obstet num. 9. hoc cap.) ut alias, latere coctili, aut lapide factam, bitumine & sulphure pro cæmento interlitam putarim, tegulasque supremas pice inunctas. *Raderus.*

Conatus] Glareanus *conata*, quod referenda esset hæc vox ad præcedentem *avis*. Raderus parenthesi interposita salvam præstare ait verborum compositionem, hoc modo: *Resoluta defluxit (ipsa autem avis in proxima turre consedit.) Illita, &c.* Vix dubito, Curtium in animo habuisse corvum, adque id conformasse hoc participium, cujusmodi multa passim occurrunt scriptorum παρεκμάτα.

12 *Non intactus*] Quidam Mss. *non intacta*. legerim *non intacta à superstitione mentis.*

Urbis quidem excidium] Antehac 3. 3. 3. dixi, solitos fuisse homines istos interpretari auguria ex similitudine rerum. Hic urbem corvo assimilat Aristander, qui tacto Alexandro mox captus. sic Alexandro ab urbe periculum, urbi captivitatem imminere. *Freinsh.*

13 *Vrbem*

portendi, ceterum, periculum esse, inquit, *ne rex vulnus acciperet.* itaque monuit, *ne quid eo die inciperet.* Ille quamquam unam urbem sibi, quo minus secu- 13
rus Ægyptum intraret, obstare ægre ferebat; tamen paruit vati, signumque receptui dedit. Hinc animus crevit obsessis: egressique porta recedentibus inferunt signa; cunctationem hostium fore suam occasionem rati. Sed acrius, quam constantius 14
prælium inierunt: quippe [a] ut Macedonum signa circumagi videre, repente sistunt gradum. Iamque ad regem præliantium clamor pervenerat; quum denunciati periculi haud sane memor, loricam tamen, quam raro induebat, amicis orantibus sumpsit; & ad prima signa pervenit. Quo conspecto Arabs qui- 15
dam Darii miles, [b] majus fortuna sua facinus ausus; clypeo gladium tegens, quasi transfuga genibus regis advolvitur. ille *adsurgere supplicem, recipique inter suos* jussit. At gladio barbarus strenue in dextram 16
translato, cervicem adpetit regis: qui exigua corporis declinatione evitato ictu, in vanum manum bar-

INTERPRETATIO.

a *Simul ac Macedonum signa* in ipsos *converti aspexerunt.*
b *Majus*, quam ferebat *ejus conditio, cœptum aggressus.*

NOTÆ.

13 *Vnam urbem, &c. obstare*] Erat enim Gaza ultima in Palæstina Ægyptum petentibus.

14 *Loricam*] Plerique militum non habebant loricas hamatas, sed partem æris aut ferri procusam, quæ summum pectus tegeret: nam ima ventris satis scutum muniebat. *Lipsius.*

15 *Arabs quidam*] Betis enim ad tuendam urbem Arabes conduxerat. Arrianus, 2. 2. adde infra 4. 6.

16 *In vanum manum*] Nec manum amputavit, nec in vanum lapsam, si fide dignus Hegesias Magnes, cujus fragmentum servavit Dionysius περὶ συνθ. ὀνομ. cap. 71. sic enim ille. ἀνὴρ γὰρ Πέλλιχον εἰς χάρακα συγκαμφθεὶς, ἴδοξε τῷ τ' Ἀλεξάνδρῳ τὴν ἱκετείας ἕνεκα προάξαι. προϊόντος δ' ἐγγὺς μαχεῖν ἐκινδύνῳ τὸ ξίφος ὑπογκαμφθὲν ὑπὸ τῶν περόνων τοῦ θώρακος, ὥστε χρῆσθαι δὲ τὴν πληγὴν ἀκαιρωτάτην. ἀλλὰ τὴν μὲν αὐτὸς ἀπέλιπεν, κατὰ κεφαλῆς τύπτων τῇ μαχαίρᾳ. *Vir enim quidam ex hostium numero in genua subsidens, fidem fecit Alexandro supplicandi animo id egisse. Eum ergo admittens propius, vix declinavit gladium, quem transfuga sub ipsum lorica pinnulas intulerat, ut non acciperet lethale vulnus. Sed cum quidem impacta in caput machæra ipse Rex interemit.*

Gladio] Quem insigni tinctura &c levi-

barbari lapſam amputat gladio, denunciato in illum
17 diem periculo, ut arbitrabatur ipſe, defunctus. Sed ut opinor, INEVITABILE eſt fatum. quippe dum inter primores promptius dimicat, ſagitta ictus eſt: quam per loricam adactam, ſtantem in humero me-
18 dicus ejus Philippus evellit. Plurimus deinde ſanguis manare cœpit; omnibus territis, quia nunquam tam alte penetraſſe telum, lorica obſtante, cognoverant. ipſe nec oris quidem colore mutato, *ſup-*
19 *primi ſanguinem, & vulnus obligari* juſſit. Diu ante ipſa ſigna vel diſſimulato, vel victo dolore perſtiterat; quum ſuppreſſus paulo ante ſanguis medicamento, manare latius cœpit: & vulnus quod recens adhuc dolorem non moverat, frigente ſanguine in-
20 tumuit. [a] Linqui deinde animo, & ſubmitti genu cœpit: quem proximi exceptum in caſtra receperunt. & Betis interfectum ratus urbem ovans victo-
21 ria repetit. At Alexander nondum percurato vulnere, aggerem, quo mœnium altitudinem æquaret, exſtruxit; & *pluribus cuniculis muros ſubrui* juſſit. Oppidani

INTERPRETATIO.

a *Deliquium animi pati, & in genua collabi.*

NOTÆ.

levitate habebat, Citicorum regis donum. *Plutarch.*

17 *Inevitabile*] *Quæ fato manent, quamvis ſignificata non vitantur.* Tacit.

In humero] Conſentit Arrian. 2. 5. nam Plutarch. in Or. 1. 2. de fortuna Alexand. in malleolo pedis, τῷ σφυρῷ, vulneratum fuiſſe ſcripſit.

18 *Nunquam tam alte*] Novum & mirum viſum Macedonibus, quod per loricam ita adacta ſagitta eſſet, ut in ipſo humero exſtaret; qui numquam ante cognoviſſent, illa obſtante, tamen adeo alte telum penetraſſe. Ex ea vulneris inſolentia terrorem animis conciebant. Sic exploſa Modii correctione, locum hunc interpretatur. *Acidalius.*

19 *Quod recens*] *Tepens* legit Acidalius: nec tamen ergo *recens* damnarim, cum utriuſque ſit eadem vis. *Rad.*

20 *Et ſubmitti genu*] Legendum puto, *ſubniti*. Rutgerſ.

Quem proximi] Literula una minus hoc recte. quamquam ſic etiam recte. Sed auctor omnino *quum* non *quem* ſcripſit. *Acidalius.*

21 *Aggerem*] Fuit terreus quidam, & alia materie mixta, mons & elevatio: quem paulatim verſus urbem producebant & attollebant, ut ex alto pugnarent, & *Turres* ibi conſtituerent, ſed & *Tormenta*. Agger vocabatur ab ipſa re: quia aggerebant & cumulabant.

Digitized by Google

pidani ad priſtinum faſtigium mœnium novum exſtruxere munimentum: ſed ne id quidem turres aggeri impoſitas æquare poterat. itaque [a] interiora quoque urbis infeſta telis erant. [b] Ultima peſtis urbis fuit cuniculo ſubrutus murus; per cujus ruinas hoſtis intravit. Ducebat ipſe rex anteſignanos; & dum incautius ſubit, ſaxo crus ejus adfligitur. innixus tamen telo, nondum prioris vulneris obducta cicatrice, inter primores dimicat: ira quoque accenſus, quod duo in obſidione urbis ejus acceperat vulnera. Betim, egregia edita pugna, multiſque vulneribus confectum deſeruerant ſui: nec tamen ſegnius prælium capeſſebat, lubricis armis ſuo pariter atque hoſtium ſanguine. Sed quum undique *** adducto, in-

23 24 25 26

INTERPRETATIO.

a *Etiam urbis interiora miſſilibus* Macedonum *infeſtabantur.*

b *Extrema pernicies* Gazæ *fuit.*

NOTÆ.

bant. E terra, lapide, ligno congeriem ſtruebant: Virgulta etiam & faſces maxime hic uſui, ſive ad implendum & attollendum, ſive ad ligandum. Arbores quoque requirit Agger, non ob virgulta ſolum, & tenuia ramorum, ſed ob ipſos truncos, quia illa in mediam molē ſtipabant, hos & ad latera applicabant, firmando & coërcendo. Struebant enim latera, & cancellatim tignis directis tranſverſiſque varie ligabant. Aggeres vulgo alti, & id fere pro muris, in quos ſtruebantur. Aggerebant paulatim & promovebant, in foſſas ipſas, deniq; ad muros. Dum id fieret, nihilominus Turres in aggere impoſitæ, quæ adminiſtrantes aut operantes tuebantur. Contra Aggeres oppugnati ruebantur cuniculo, igne, alio aggere oppoſito, vel corbibus terra aut arena repletis, & in faſtigium ſic exſtructis. *Lipſius.*

26 *Inſolenti gaudio*] Acidalius mutat, *inſ. incendio mentis efferatus*, adeo licenter, ut nec ſibi quidem probet: ideo mox tentat *inſol. odio. Gaudium* enim locum hic habere poſſe negat: in quo me facile habet adſentientem. Sed nec illa placent, *undique telu circumducto*: & ſane rotus hic locus clamat ſe paſſum aliquid à mala manu. Quod ſi mihi dicenda ſit ſententia, ſic ſtatuam, ope variarum ex Mſſ. enotatarum: *Sed cum undique* *** (Credo enim deeſſe quædam, ut multis hujus hiſtoriæ locis. Senſus facile expleri poteſt: unus omnium telis peſſeretur, ad poſtremū exhauſtis viribus quibus in poteſtatem hoſtiū perveniit. quo ad Regem) *adducto, inſolenti gaudio juvenis elatus, alias virtutis etiā in hoſte mirator, Non ut voluiſti, inquit, &c.* Et ſane ſic feci. mutet qui volet, dum ſciat, me temere nihil ſtatuiſſe, ſed ex codicum ſententia. De *gaudio* addendum eſt, locum ei utique hic eſſe. gavilus enim eſt Alexander vivum ſibi adduci, in quo libidinem vindictæ pro arbitrio expleret. Adductus autem fuit à Leonato & Philota, ſi Hegeſiæ fides eſt. *Freinsh.*

Vi-

insolenti gaudio juvenis elatus, alias virtutis etiam in hoste mirator, *non ut voluisti*, inquit, *morieris, Beti: sed quidquid tormentorum in captivum inveniri po-*
27 *test, passurum esse te cogita.* Ille [a] non interrito modo, sed contumaci quoque vultu intuens regem, nul-
28 lam ad minas ejus reddit vocem. Tum Alexander; *videtisne obstinatum ad tacendum?* inquit, *num genu posuit, num supplicem vocem misit? vincam tamen silentium,*
29 [b] *& si nihil aliud, certe gemitu interpolabo.* Ira deinde vertit in rabiem: jam [c] tum peregrinos ritus nova subeunte fortuna. Per talos enim spirantis lora trajecta sunt; religatumque ad currum traxere circa urbem

INTERPRETATIO.

a *Non tantum intrepido, sed etiam fereci vultu.*

b *Quamvis nihil aliud projecero, saltem cogam* illud *abrumpere suspirius.*

c *Jam tum barbaricos mores admittente nova* ejus fortuna.

NOTÆ.

Virtutis etiam in hoste] Virtus, quum per se sit æstimanda cujuscunque animo insit, etiam in hoste laudanda est. Hinc Polybius lib. 1. monet, etiam insignia, quæ in hoste, sua laude, quæ in amicis vitiosa, sua reprehensione non esse defraudanda. *Loccen.*

28 *Ad tacendum*] Hegesias tamen non modo non tacuisse, sed miserabili voce veniam petivisse scribit, additis & aliis multis. ob quæ merito deridet eum Dionysius περὶ συνθέσ. ὀνομ.

Vincam tamen] Ovid. ad Liv. 5. 273.

Assiciam, regum luventa colla catenis,
Duraque per sævas vincula nexa manus:
Et tandem trepidos vultus: inque illa ferocum
Invitis lacrymas decidere coge genis.

29 *Ira deinde vertit in rabiem*] Ita habet MSta Scheda Colonienſis, vulgo, *iram*, quod minus longe venustum. *Vertit* pro vertitur usurpatum Curtio. Ita Rutilius Lupus l. 11. *quum ab ea sententia, quam proposuimus, convertimur ad aliquam personam.* Ita Vetus Editio Basileensis, quam architectatus est Magnus Erasmus. Priscianus in Periegesi Dionysii:

Marmarida post hos Ægypti ad flumina vertunt.

Ita plurimi scriptores activæ potestatis verba pro passivis ponunt, ut in Apuleium frequentibus exemplis notamus. Cui in ceteris assensus, hoc unum excipio, quod ille videtur sic intelligere verba Curtii, *ira vertit in rabiem*, ac si diceret, Alexander ira in rabiem vertitur ut *ira* sit novissimo casu positum. ponitur enim primo, eundemque efficit sensum; quem infra, 10. 4. *Sed in rabiem ira per venerat.* Freinsh.

Per talos] Achilleum supplicium, quo Hectorem affecerat Achilles. Sed Achillem Alexander vicit crudelitate: ille enim mortui talos trajecit, à curru suspendit, & circum mœnia raptavit. hic per adhuc spirantis talos lora trajecit; circumque urbem traxit. De Hectore Homerus, Iliad. 10. vers. 395.

Ἕκ, καὶ Ἐπ' ἄρ' ἄτην ἀσπίδιον μετὰ ἴτρα,

Ἀμ-

Digitized by Google

bem equi : gloriante rege *Achillem, à quo genus ipse deduceret, imitatum se esse pœna in hostem capienda.* Cecidere Persarum Arabumque circa decem mil- 30
lia : nec Macedonibus incruenta victoria fuit. Obsidio certe non tam claritate urbis nobilitata est; quam geminato periculo regis. qui Ægyptum adire festinans, Amyntam cum decem triremibus in Macedoniam ad inquisitionem novorum militum misit. Nam- 31
que prœliis etiam secundis adterebantur copiæ; devicta-

rumque

NOTÆ.

Α' μφοτέρων μετὰ πολὺ ποδῶν τέτρωται τένοντε
Ε'ς σφυρὸν ἐκ πτέρνης, βάλε δ' ἐξαπίνης ἰμάσας,
Ε'κ δὲ θοροῦσ' ἔδυσε, κλόνησε δ' ἱλαδὸν ἵππους.

Virgilius eleganter, ut omnia, expressit:

In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector
Visus adesse mihi, largosque effundere fletus,
Raptatus bigis, at quondam, aterque cruento
Pulvere, perque pedes trajectus lora tumentes, &c.

Idem primo Æn. vers. 487.

Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros. Rad.

Haud insolitum est facta sua majorum exemplis protegere, ad amoliendam invidiam. sic apud Tacit. 2. 53. Athenienses Germanicum *excepere quæsitissimis honoribus, vetera suorum facta dictaque præferentes, quo plus dignationis adulatio haberet.* Freinsh.

Achillem, à quo genus] Velleius 1. 6. 5. *Caranus vir generis regii, sextus decimus ab Hercule profectus Argis, regnum Macedonia occupavit. à quo M. Alexander cum fuerit septimus decimus, jure materni generis Achille auctore, paterni Hercule gloriatus est.* Vide ibi Lipsium. *Lucan.* Ita postea Philippus & Perses ultimi Macedonum reges apud Silium 15. 291.

His gente egregius, veterisque ab origine regni,
Æacidum sceptris proavoque tumebat Achille.

Et Propertium lib. 4. eleg. ult. dist. 20.

Et Persen proavi simulantem pectus Achillis. Rad.

Obiter moneo, in Propertio legendum, *proavo stimulantem pectus Achille*, sensu, quo exponit Scaliger, quomodo apud Iustin. 29. 3. *Philippus studio Alexandri æmulationis incensus.* Freins.

30 *Decem millia*] Hegesias *sex millia* trucidata scribit. Idque magis accedat ad *modicum præsidium*, de quo Curtius, 4. 6. 7.

31 *De vitiatarum gentium*] Inter quas & Iudæorum, *quibus facta potestate, si qui vellent, salvis suis ritibus sequi militiam ejus, multi dederunt nomina.* Ioseph. 11. 8. ubi & de Samaritanis Alexandrum sequentibus. quibus Iudæis etiam Alexandriam à se conditam, quod eorum opera Ægyptum pacaverat, bona ex parte dedit habitandam, ut quidem scribit Iosephus de bello Iud. 2. 21. nam antiquit. 12. 1. sentire videtur, Iudæos Alexandriam à Ptolemæo fuisse deductos. ipse tamen se explicat lib. 2. contra Appionem, ab Alex. eo primitus deductos, ab ejus successoribus auctos fuisse. Utut sit, certe post Gazam occupatam Hierosolymam divertit Alexander. quam historiam cur hic omiserit Curtius, id causæ habuisse Raderus putat, quod post Christi necem, omnium gentium ludibrio ea gens fuerit propinata. Curtius autem cum exteris, qui supersunt, Alex-

procul Memphi erat : in cujus præsidio Mazaces prætor Darii relictus, Orio amne superato, octingenta talenta Alexandro, omnemque regiam supellectilem tradidit. A Memphi eodem flumine vectus, ad interiora Ægypti penetrat, compositisque rebus ita, ut nihil ex patrio Ægyptiorum more mutaret ; adire Iovis Hammonis oraculum statuit.

NOTÆ.

Tyrius pr. Serm. 25. prodiderit : *nihil confuluisse Hammonem, præterquam de Nili fontibus.* Certe ad Olympiadem matrem postea scripsit, *existimare se, repertos esse.* teste Arrian. 6. 1.

4 *Memphi erat*] Vbi & ludos edidit, *cum reliquis diis, tum Apidi.* Arrian. 3. 1. Sed & in honorem atavi sui Persei : coronari jussis victoribus Persæ, quam Perseus Memphi sevisse traditur. cum alias laurum amaret, quæ Daphnoides appellatur, & ab ea Ἀλεξάνδρα στέφανος. Vide Plin. 15. 13. & 15. 30. nam alii ad Alex. Paridem id referunt. *Freinsh.*

Mazaces prætor] Editi *Astaces.* supra, 4. 1. 32. Prætor urbis Memphcos nominatus est *Mazaces* seu *Mazeces.* An Astaces fuit totius Ægypti præses, Mazaces tantum urbi præfectus? an interim extinctus est Mazaces? *Raderus.* Ego sequutus Loccenium, *Mazacem* hoc loco reponendum esse arbitratus sum : hoc magis, quod alias etiam editiones huc alludere conjiciam, ex eo quod Buntingus in Chronolog. ad Olymp. 112. proposuit : *Alexander Magnus descendit in Ægyptum. Fuit autem illo tempore præfectus ibi Mazabes,* &c. forte typotheræ errore ex loculorum vicinia nato, pro *Mazaces.* qua in re Freinsh. assentior.

Orio amne superato] Iunii scriptura est sine amnis nomine. vetustissimus codex Augustanus S. Vdalrici, & Mss. Constantiensis, nomen præfert, quod Modius posuit, *Oron.* Glareani editio *Oxio amne* legit. *Raderus.* Sed Ortelius in voce *Oron,* vitiosum locum esse censet, & sic restituendum: *ostio amne superato,* Nilo nempe. de eo enim, ait, hic sermo. neque alium hoc tractu ullum esse, quo Memphi ad interiora Ægypti navigari possit, omnes Geographiæ periti mecum confiteantur, necesse est. Quia

Vnicus in terris Ægypti totius amnis, teste Lucretio 6. 680. Pro *ostio,* qui malit, *bucce* legat. Hactenus Ortelius. Ego ex eadem ratione cogitabam rescribi posse ; *ostio amnis superato.* amnem enim simpliciter vocavit, secutus nisi de Nilo accipi non posse.

5 *Compositisque rebus*] Persæ tenuerunt Ægyptum annos 112. post Cambysem, usque ad Darium Nothum Artaxerxis filium. Recessit tamen ante à Dario Hystaspis F. Olymp. 73. Sed post quadriennium per Xerxem recepta est Olymp. 74. defecit iterum à Dario Notho anno regni 11. Olymp. 91. ann. 3. Recepit Ochus Rex Persarum Olymp. 107. anno 3. pulso inde Nectanebo in Æthiopiam, ut alii, in Macedoniam ; unde fabula nata de Olympiade & dracone, quod Nectanebus magicam exercuerit. Sed jam natus erat Alexander Olymp. 106. anno 1. septem annis prius quam Nectanebus ex Ægypto fugerat. Ægyptum Persis extorsit Alexander Olymp. 112. anno 2. Macedones tenuerunt ad Cæsarem Augustum annos 295. Augustus in formam provinciæ redegit. *Raderus.*

Hammonis oraculum statuit] Vt sic potius scribendum credam, quam Ammonis, facit inter alia & Festi epitoma, quæ serie literarum concepta, adspirationem inesse voci aperte testatum facit. nec valde moveor, quod vox ἅμμος ; quod arenâ signat, unde nomen de astro factum volunt, adspirationem non

tuit. [a] Iter expeditis quoque & paucis vix tolerabi- 6
le ingrediendum erat: terra cœloque aquarum pe-
nuria eſt: ſteriles arenæ jacent; quas ubi vapor ſo-
lis accendit, fervido ſolo exurente veſtigia, intole-
rabilis æſtus exiſtit. luctandumque eſt, non tantum 7
cum ardore & ſiccitate regionis; ſed etiam cum te-
naciſſimo ſabulo, quod [b] prælatum, & veſtigio ce-
dens, ægre moliuntur pedes. Hæc [c] Ægyptii vero 8
majo-

INTERPRETATIO.

a *Via agre tolerabilis vel paucis* viris, *& impedimentorum vacuis.*

b *Quo pedes difficile ſe expediunt*, utpote *prælato & ſub plantis cedente.*

c *Ægyptii* paſſim *iſta referebant majora* quam pro *veritate.*

NOTÆ.

non agnoſcit. Scimus enim, in nominibus haud paucis idem accidiſſe, poſtquam aliam in linguam migraverunt. ſunt qui ab ejuſdem nominis paſtore deduxere, ut auctor eſt Euſtath. ad Dionyſ. v. 212. Herodotus ab Ægyptiaca voce. Ἄμμων enim illos vocare, quem Græci Δία. Quod fortaſſis nonnihil juvet Melanchthonem, Reineccium, & eos quos innuit Boiſſardus de divinatione, quo loco de Hammone agit, qui conſentaneum eſſe cenſent, *Hammonis appellationem fuiſſe eandem, quæ eſt Cham.* Quod eo magis accedit ad veri ſimilitudinem, quo certius conſtat, poſteritatem Chami ea loca occupaſſe: ipſam quoque Cyrenen, nomen habere mere Hebraicum; *fontis* enim *urbem* ſonat. nec futilis eſſet conjectura, ita appellatam à fonte Solis, ad Hammonis delubrum, qui eſt in Cyrenaica regione. Chamum autem illum eſſe Hammonem, etiam hoc argumento dubites, quod Diodor. 3. 68. ſcribit, Ammonem fuiſſe regem Libyæ: item quod fabulæ de Saturno, qui patrem caſtraverit, non temere aliam originem quis aſſignaverit, quam factum illud Chami, quod refertur Gen. 9. 22. Atque huic opinioni firmamentum ingens accedit ex traditione qualicunque Beroſi lib. 3. qui ſcribit, Chamum, qui odio haberet patrem, apud quem alios filios poſt ipſum genitos potiore loco videbat eſſe, in ebrietate jacentis virilia comprehendiſſe, & magicis ſufurris eum effeciſſe ſterilem: quod ipſum, quid aliud eſt quam Græca fabula, caſtratum ab Saturno patrem fuiſſe: ſcilicet ab hoc ipſo Chamo, quem & Saturnum ab Ægyptiis appellatum fuiſſe, eodē Beroſi loco refertur. Nec valde obeſt, quod hic Hammon, non Saturnus vocetur, ſed Iupiter. Nam & inter Ioves Cœlo patre editum fuiſſe, Cicero de nat. deor. 3. 31. tradit. Non ignoro tamen, ab eodem Beroſo patrem Hammoni tribui Tritonem. ſed poſſet dici, idem nomen commune fuiſſe diverſis. *Freinsh.*

6 *Iter*] Hoc rerum ſcriptores, aliique teſtantur. Præter hos Seneca Nat. quæſt. 2. 30. 2. de Cambyſe ſignate narrat, quam male expediiio illi Æthiopica ceſſerit. quam hiſtoriam ex Herodoti 3. 26. deſcripſit, & quodammodo interpretatus eſt Iuſtinus, 1. 9. compendio: *Ad Hammonis quoque nobiliſſimum templum expugnandum exercitum mittit* (Cambyſes) *qui tempeſtatibus & arenarum molibus oppreſſus interiit.*

Terra cœloque] Hoc ſumſit à Salluſtio, qui in Iugurthino 17. 5. de Africa; Cœlo

gererentur, ignarus, urbem Gazam obsidebat. Præerat ei Betis, eximiæ in regem suum fidei; modicoque præsidio [a] muros ingentis operis tuebatur. 8 Alexander [b] æstimato locorum situ, *agi cuniculos* jussit; [c] facili ac levi humo acceptante occultum opus: quippe multam arenam vicinum mare evomit: nec saxa cotesque, [d] quæ interpellent specus, obsta- 9 bant. Igitur ab ea parte, quam oppidani conspice-

re

INTERPRETATIO.

a *Mœnia vasti circuitus defendebat.*

b *Considerato.*

c Cum *humus levis & facile fossilis pateretur subterraneam fossionem.*

d *Qua cuniculorum* progressum *intervertant.*

NOTÆ.

sapientes, qui nihil æque arduum ac difficile arbitrantur. Certe Pythagoras discipulos suos primum docuit *res omnium rerum difficillimas tacere, audireque.* Agell. 1.9. Homini scil. sapienti, qui linguæ usum in sua potestate habet, facile est: sed stolido & dulcedine sermonis nimis capto, eoque sibi aliisque promiscue placere cupienti, difficile. Seneca Epist. 105. *Est quædam dulcedo sermonis quæ irrepit & blanditur: & non aliter quam ebrietas aut amor secreta producit.* Huc alluſit Owenus.

Insipiens linguam laxat, sapiensque refrenat;
Quis minor aut major quam tacuisse labor?

7 *Vrbem Gazam obsidebat*] Gazam nemo melius Arriano oculis subjicit: Ἀπέχει δὲ ἡ Γάζα τῆς μὲν θαλάσσης εἴκοσι μάλιστα σταδίους, ἔστι δὲ ψαμμώδης καὶ βαθεῖα εἰς αὐτὴν ἡ ἄνοδος, καὶ ἡ θάλασσα ἡ πρὸς τὴν πόλιν τετραμμένη πᾶσα. μεγάλη δὲ πόλις ἡ Γάζα ἐστί, καὶ ὅλη χώματος ὑψηλοῦ ἐστίν, καὶ τεῖχος αὐτῇ περιβέβληται αὐτὴν ὀχυρόν. ἐκάτερθεν δὲ αὐτῆς ἐς Αἴγυπτον καὶ Φοινίκην ἴσον ἀπέχει τὸ ἄκρον τὸ ἐρημικόν. *Abest Gaza mari stadia fere viginti, & est ad eam accessus propter arenæ altitudinem difficillimus, & mare juxta urbem limosum undique. Vrbs ipsa ampla erat, & in edito colle sita, validisque mœnibus cincta. Vltima è Phœnice in Ægyptum euntibus, ad initium solitudinis posita.* Non ex Ægypto in Phœnicem, ut Casaubonus interpretatur, sed è Phœnice in Ægyptum tendenti. Gazæ prima mentio est Gen. 10. dein sæpius. Iudic. 2. Iudas cepit Gazam. Hæc est illa Gaza, cujus portas Samson tulit in verticem montis. Gazæ demũ captus idẽ est, & exoculatus.

Betis] Iosepho, 11.8. est *Babemeses.* Eunuchum Arrianus vocat.

Modicoque præsidio muros ingentis operis tuebatur] Arrianus mercenarium ex Arabia conductum à Beri narrat, qui urbi præsidio esset, magnumque numerum frumenti collectum, ut diuturnæ obsidioni sufficeret.

8 *Agi cuniculos*] Antiquissimum usum cuniculorum seu subterranearum fossarum fuisse, constat ex Heronis vetustissimi scriptoris mechanicis, qui primo capite hæc de cuniculis monet. *Operæ pretium est autem, eos etiam qui sub terra prope murum agantur cuniculos occultos, profundosque, juxta fundamenta, & non in terræ facie fieri: ut cum hoc hostes deprehenderint, intus è diverso fodiant, murumque ipsum cuniculum contra perforaverint, eos, qui cuniculum agunt,*

Digitized by Google

re non poſſent, opus orſus; [a] ut à ſenſu ejus averteret, *turres muris admoveri* jubet. Sed eadem humus admovendis inutilis turribus, [b] deſidente ſabulo agilitatem rotarum morabatur, & tabulata turrium perfringebat; multique vulnerabantur impune, quum idem recipiendis, qui admovendis turribus labor eos fatigaret. Ergo receptui ſigno dato, 10
poſtero die muros [c] *corona circumdari* juſſit. Ortoque ſole, priuſquam admoveret exercitum; opem deum expoſcens, ſacrum patrio more faciebat. Forte 11
præ-

INTERPRETATIO.

a *Vt à cuniculorum notitia illos abduceret.*
b *Arena cedente* ſub rotis.
c *A militibus in orbem diſpoſitis cingi.*

NOTÆ.

agunt, fumo & aqua perimant. A cuniculis animalibus didicere mortales terram effodere. Martialis Epigr. 13. 60.

Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris:
Monſtravit tacitas hoſtibus ille viam.

Vide & Stewechium in Veget. 4. 24.

9 *Vt à ſenſu ejus averteret*] Cuniculos enim agentes in urbem vel arcem, ſolent quaſi aliud agendo, ſpecie prælii aut oppugnandi muros, à ſenſu cuniculorum avertere hoſtes: ut felicius citiuſque diſtincta perficiant. *Lucas.*

Turres muris admoveri jubet] In Aggere *Turres*, & ſtatim ſtructæ, imo & tunc, cum is nondum perfectus: & tutelæ operis miniſtrorumque cauſa imponebantur. Vineæ enim primum factæ; ut ſub iis commeare miles & aggerere poſſet: ſub eas (id eſt, altius quam ex) ipſe Agger, & in eo denique Turres. Hæ igitur ſtatim ſtructæ, ſed paulo ab urbe longius, & ne tela vitiarent aut impedirent. Gallis, Indis, Barbaris ignotæ, & ſtupori erant, qui divinum quid eſſe rati. Has forte Appianus vocat πύργους, plicatiles, quia per partes ſcilicet tollebantur, ponebantur, reponebantur. Agebantur rotis ad minimum 4. ſed & 6. aut 8. etiam ſubditas, prout turrium modus eſſet legimus. Et oportebat ſane humum æquabilem denſamque huic rei eſſe. Turres autem triplices, majores, minores, mediæ. *Minores* erant 60 cubitorum in altitudine, baſi quadrata; unumquodque latus 17 cubitorum: 10. tectorum: ſupremum tectum quintam partem baſis habebat. *Majores* autem & harum ſeſquialteras, 15. tectorum faciebant, in altitudine cubitos 60. Proceritas autem ipſarum tanta fuit, ut non ſolum muros, ſed etiam turres lapideas altitudine ſuperarent. Plura de his qui deſideret, adeat Lipſium latius ea de re differentem.

Deſidente ſabulo] Arena cedente molibus turrium. At quomodo cuniculos egere in arenis? Arenas altius effodere; donec ad ſolidam glebam deſcenderent; quæ tamen ipſa ex arena, ſed concreta jam & longo ævo durata conſtabat. *Radermus.*

10 *Corona*] Oppugnatio eſt vel ſubita vel diuturna. Subita eſt, cum impetu, nec circumvallatione adhibita incurrunt. Ad hanc rem leviores machinæ adhibitæ. Primum uſi *Corona*, ad terrendum aut claudendum, ſed & ad diſtinguendum. Hinc ſæpe occur-

Digitized by Google

prætervolans corvus glebam, quam unguibus ferebat, subito amisit; quæ quum regis capiti incidisset, [a] resoluta defluxit: ipsa autem avis in proxima turre consedit. Inlita erat turris bitumine ac sulphure: in qua alis hærentibus, frustra se adlevare
12 conatus à circumstantibus capitur. Digna res visa, de qua vates consulerentur. & erat non intactus ea superstitione mentis. Ergo Aristander, cui maxima fides habebatur, *urbis quidem excidium augurio illo por-*

INTERPRETATIO.

a *In particulas comminuta dissiluit.*

NOTÆ.

rit, *Corona cingere urbem*; *Corona capere, expugnare.* Fuit interdum spissa, id est, duplex, triplex, aut supra, ut numerus militum, aut magnitudo loci oppugnandi erat. In Corona introrsum erant pedites, quorum invadere; extrorsum equites, quorum inspectare & tueri. *Lipsius.*

11 *Prætervolans corvus*] Arrianus & Plutarchus narrant hoc omen: sed Arrianus pro *gleba*, lapidem ponit: Plutarchus itidem ut Curtius, *glebam*, βῶλον vocat.

Bitumine ac sulphure] Plutarchus νδρεχοις κληρωτοις, nervorum reticulis seu laqueis irretitam tradit in machina considentem, quam Alexander ad urbem oppugnandam excitarat. Sed cur *bitumine & sulphure*, alimentis ignium, illitam? An ut urbem incenderet? Quomodo turri urbem incenderet, ex qua pugnabant Macedones? Illitas alumine lego in aliis historiis turres, ne ignem conciperent. Ammian. 20. 29. *Machinas Romanorum Persa exurere vi magna nitebantur, & assidue malleolos, & incendiaria tela torquentes laborabant inassum. erat, quod hamatilis scortis & centonibus, erant operta materia plures, alia multo alumine diligenter, ut ignis parcius laberetur.* Denique inungendi alumine materias mos inolevit. Hæc primum occurrebant de alumine contra bitumen. Sed nescio, an tam viscosum alumen, ut tenere aves posset. Et ea tempestate nondum reor fuisse artificium cognitum. Vt proinde nihil in Curtio mutandum putem; præsertim codicibus novis & antiquis in *sulphur & bitumen* conspirantibus. Tumim ergo non ex materia, neque mobilem (nili tamen obstet num. 9. hoc cap.) ut alias, latere coctili, aut lapide factam, bitumine & sulphure pro cæmento interlitam putarim, tegulasque supremas pice inunctas. *Raderus.*

Conatus] Giareanus *conata*, quod referenda esset hæc vox ad præcedentem *avis*. Raderus parenthesi interposita salvam præstare ait verborum compositionem, hoc modo: *Resoluta defluxit (ipsa autem avis in proxima turre consedit.) Illita, &c.* Vix dubito, Curtium in animo habuisse corvum, adque id conformasse hoc participium, cujusmodi multa passim occurrunt scriptorum παρεμπτωματα.

12 *Non intactus*] Quidam Mss. *non intacta*. legerim *non intacta à superstitione mentis.*

Urbis quidem excidium] Antehac 3. 3. 3. dixi, solitos fuisse homines istos interpretari auguria ex similitudine rerum. Hic urbem corvo assimilat Aristander, qui tacto Alexandro mox captus. sic Alexandro ab urbe periculum; urbi captivitatem imminere. *Freinsh.*

13 *Vnum*

Digitized by Google

portendi, ceterum, periculum esse, inquit, *ne rex vulnus acciperet.* itaque monuit, *ne quid eo die inciperet.* Ille quamquam unam urbem sibi, quo minus secu- 13
rus Ægyptum intraret, obstare ægre ferebat; tamen paruit vati, signumque receptui dedit. Hinc animus crevit obsessis: egressique porta recedentibus inferunt signa; cunctationem hostium fore suam occasionem rati. Sed acrius, quam constantius 14
prælium inierunt: quippe [a] ut Macedonum signa circumagi videre, repente sistunt gradum. Iamque ad regem prælientium clamor pervenerat; quum denunciati periculi haud sane memor, loricam tamen, quam raro induebat, amicis orantibus sumpsit; & ad prima signa pervenit. Quo conspecto Arabs qui- 15
dam Darii miles, [b] majus fortuna sua facinus ausus; clypeo gladium tegens, quasi transfuga genibus regis advolvitur. ille *adsurgere supplicem, recipique inter suos* jussit. At gladio barbarus strenue in dextram 16
translato, cervicem adpetit regis: qui exigua corporis declinatione evitato ictu, in vanum manum bar-

INTERPRETATIO.

a *Simul ac Macedonum signa* in ipsos *conversi aspexerant.*
b *Majus*, quam ferebat *ejus conditio*, *cœptum aggressus.*

NOTÆ.

13 *Vnam urbem, &c. obstare*] Erat enim Gaza ultima in Palæstina Ægyptum petentibus.

14 *Loricam*] Plerique militum non habebant loricas hamatas, sed partem æris aut ferri procusam; quæ summum pectus tegeret: nam ima ventris satis scutum muniebat. *Lipsius.*

15 *Arabs quidam*] Betis enim ad tuendam urbem Arabes conduxerat. Arrianus, 2. 2. adde infra 4. 6.

16 *In vanum manum*] Nec manum amputavit, nec in vanum lapsam, si fide dignus Hegesias Magnes, cujus fragmentum servavit Dionysius περὶ συνθ. λογ. cap. 7. sic enim ille. ἀνὴρ δὲ τῶν πελταστῶν εἰς χεῖρα συγκαμφθεὶς, εἶδεν ὦ τ' Ἀλεξάνδρῳ τὸ ἐπιτείνας ἔντεκα πρόξαι. προϊεμένου δ' ἐγχος μᾶλλον ἐκτείνει τὸ ξίφος ὑπὸ τὰ πτερύγια τῆς θώρακος, ὥστε χωρὶς ἐκ τῆς πληγῆς ἀκαιρεστάτην. αὐτὸς δὲ μὲν αὐτὸς ἀπέλαυσε, κατὰ κεφαλὴς τύπτων τῇ μαχαίρᾳ. *Vir enim quidam ex hostium numero in genua subsidens, fidem fecit Alexandro supplicandi animo id egisse. Eum ergo admittens propius, vix declinavit gladium, quem transfuga sub ipsa lorica pinnulas intulerat, ut non acciperet lethale vulnus. Sed cum quidem impacta in caput machara ipse Rex interemit.*

Gladio] Quem insigni tinctura &c

barbari lapſam amputat gladio, denunciato in illum
17 diem periculo, ut arbitrabatur ipſe, defunctus. Sed ut opinor, INEVITABILE eſt fatum. quippe dum inter primores promptius dimicat, ſagitta ictus eſt: quam per loricam adactam, ſtantem in humero me-
18 dicus ejus Philippus evellit. Plurimus deinde ſanguis manare cœpit; omnibus territis, quia nunquam tam alte penetraſſe telum, lorica obſtante, cognoverant. ipſe nec oris quidem colore mutato, *ſup-*
19 *primi ſanguinem, & vulnus obligari* juſſit. Diu ante ipſa ſigna vel diſſimulato, vel victo dolore perſtiterat; quum ſuppreſſus paulo ante ſanguis medicamento, manare latius cœpit: & vulnus quod recens adhuc dolorem non moverat, frigente ſanguine in-
20 tumuit. "Linqui deinde animo, & ſubmitti genu cœpit: quem proximi exceptum in caſtra receperunt. & Betis interfectum ratus urbem ovans victo-
21 ria repetit. At Alexander nondum percurato vulnere, aggerem, quo mœnium altitudinem æquaret, exſtruxit; & *pluribus cuniculis muros ſubrui* juſſit. Oppidani

INTERPRETATIO.

2 *Deliquium animi pati, & in genua collabi.*

NOTÆ.

levitate habebat, Citicorum regis donum. *Plutarch.*

17 *Inevitabile*] *Quæ fato manent, quamvis ſignificata non vitantur.* Tacit.

In humero] Conſentit Arrian. 2. 5. nam Plutarch. in Or. 1. 2. de fortuna Alexand. in malleolo pedis, ἐν σφυρῷ, vulneratum fuiſſe ſcripſit.

18 *Nunquam tam alte*] Novum & mirum viſum Macedonibus, quod per loricam ita adacta ſagitta eſſet, ut in ipſo humero exſtaret; qui numquam ante cognoviſſent, illa obſtante, tamen adeo alte telum penetraſſe. Ex ea vulneris inſolentia terrorem animis concipiebant. Sic exploſa Modii correctione, locum hunc interpretatur. *Acidalius.*

19 *Quod recens*] *Tepens* legit Acidalius: nec tamen ergo *recens* damnarim, cum utriuſque ſit eadem vis. *Rad.*

20 *Et ſubmitti genu*] Legendum puto, *ſubniti.* Rutgerſ.

Quem proximi] Literula una minus hoc recte. quamquam ſic etiam recte. Sed auctor omnino *quum* non *quem* ſcripſit. *Acidalius.*

21 *Aggerem*] Fuit terreus quidam, & alia materie mixta, mons & elevatio: quem paulatim verſus urbem producebant & attollebant, ut ex alto pugnarent, & *Turres* ibi conſtituerent, ſed & *Tormenta.* Agger vocabatur ab ipſa re: quia aggerebant & cumulabant.

Digitized by Google

pidani ad priſtinum faſtigium mœnium novum exſtruxere munimentum: ſed ne id quidem turres aggeri impoſitas æquare poterat. itaque [a] interiora quoque urbis infeſta telis erant. [b] Vltima peſtis urbis 23
fuit cuniculo ſubrutus murus; per cujus ruinas hoſtis intravit. Ducebat ipſe rex anteſignanos; & dum 24
incautius ſubit, ſaxo crus ejus adfligitur. innixus tamen telo, nondum prioris vulneris obducta cicatrice, inter primores dimicat: ira quoque accenſus, quod duo in obſidione urbis ejus acceperat vulnera. Betim, egregia edita pugna, multiſque vulneribus 25
confectum deſeruerant ſui: nec tamen ſegnius prælium capeſſebat, lubricis armis ſuo pariter atque hoſtium ſanguine. Sed quum undique *** adducto, 26
in-

INTERPRETATIO.

a *Etiam urbis interiora miſſilibus* Macedonum *infeſtabantur.*
b *Extrema pernicies* Gazæ *fuit.*

NOTÆ.

bant. E terra, lapide, ligno congeriem ſtruebant: Virgulta etiam & faſces maxime hic uſui, ſive ad implendum & attollendum, ſive ad ligandum. Arbores quoque requirit Agger, non ob virgulta ſolum, & tenuia ramorum, ſed ob ipſos truncos. quia illa in mediam molē ſtipabant, hos & ad latera applicabant, firmando & coërcendo. Struebant enim latera, & cancellatim tignis directis tranſverſiſque varie ligabant. Aggeres vulgo alti, & id fere pro muris, in quos ſtruebantur. Aggerebant paulatim & promovebant, in foſſas ipſas, deniq; ad muros. Dum id fieret, nihilominus Turres in aggere impoſitæ, quæ admittrantes aut operantes tuebantur. Contra Aggeres oppugnati tuebantur cuniculo, igne, alio aggere oppoſito; vel corbibus terra aut arena repletis, & in faſtigium ſic exſtructis. *Lipſius.*

26 *Inſolenti gaudio*] Acidalius mutat, *inſ. incendio mentis efferatus*, adeo licenter, ut ne ſibi quidem probet: ideo mox tentat *inſol. odio. Gaudium* enim locum hic habere poſſe negat: in quo me facile habet adſentientem. Sed nec illa placent, *undique telis circumducto*: & ſane totus hic locus clamat ſe paſſum aliquid à mala manu. Quod ſi mihi dicenda ſit ſententia, ſic ſtatuam, ope variarum ex Mſſ. notatarum: *Sed cum undique* *** (Credo enim deeſſe quædā, ut multis hujus hiſtoriæ locis. Senſus facile expleri poteſt: unus omnium telis peteretur, ad poſtremū exhauſtis viribus quibus in poteſtatem hoſtiū pervehit. quo ad Regem) *adductus, inſolenti gaudio juvenis elatus, alias virtutis etiā in hoſte mirator, Non ut voluiſti, inquit, &c.* Et ſane ſic feci. mutet qui volet, dum ſciat, me temere nihil ſtatuiſſe, ſed ex codicum ſententia. De *gaudio* addendum eſt, locum ei utique hic eſſe. gavisus enim eſt Alexander vivum ſibi adduci, in quo libidinem vindictæ pro arbitrio expleret. Adductus autem fuit à Leonato & Philota, ſi Hegeſiæ fides eſt. *Freinsh.*

Vir-

insolenti gaudio juvenis elatus, alias virtutis etiam in hoste mirator, *non ut voluisti*, inquit, *morieris, Bete: sed quidquid tormentorum in captivum invenire potest, passurum esse te cogita.* Ille [a] non interrito modo, sed contumaci quoque vultu intuens regem, nullam ad minas ejus reddit vocem. Tum Alexander; *videtisne obstinatum ad tacendum?* inquit, *num genu posuit, num supplicem vocem misit? vincam tamen silentium,* [b] *& si nihil aliud, certe gemitu interpolabo.* Ira deinde vertit in rabiem: jam [c] tum peregrinos ritus nova subeunte fortuna. Per talos enim spirantis lora trajecta sunt; religatumque ad currum traxere circa urbem

27 28 29

INTERPRETATIO.

a *Non tantum intrepido, sed etiam feroci vultu.*

b *Quamvis nihil aliud projecero, saltem cogam* illud *abrumpere suspirius.*

c *Jam tum barbaricos mores admittente nova* ejus fortuna.

NOTÆ.

Virtutis etiam in hoste] Virtus, quum per se sit æstimanda cujuscunque animo insit, etiam in hoste laudanda est. Hinc Polybius lib. 1. monet, etiam insignia, quæ in hoste, sua laude, quæ in amicis vitiosa, sua reprehensione non esse defraudanda. *Loccen.*

28 *Ad tacendum*] Hegesias tamen non modo non tacuisse, sed miserabili voce veniam petivisse scribit, additis & aliis multis. ob quæ merito deridet eum Dionysius περὶ συνθέσ. ὀνομ.

Vincam tamen] Ovid. ad Liv. 5. 273.

Aspiciam, regum liventia colla catenis,
Duraque per sævas vincula nexa manus:
Et tandem trepidos vultus: inque illa ferocum
Invitis lacrymas decidere cogenis.

29 *Ira deinde vertit in rabiem*] Ita habet MSta Scheda Colonienſis, vulgo, *iram*, quod minus longe venustum. *Vertit* pro vertitur usurpatum Curtio. Ita Rutilius Lupus l. 11. *quum ab ea sententia, quam proposuimus, convertimus ad aliquam personam.* Ita Vetus Editio Basileensis, quam architectatus est Magnus Erasmus. Priscianus in Periegesi Dionysii:

Marmarida post hos Ægypti ad flumina vertunt.

Ita plurimi scriptores activæ potestatis verba pro passivis ponunt, ut in Apuleium frequentibus exemplis notamus. Cui in ceteris assensus, hoc unum excipio, quod ille videtur sic intelligere verba Curtii, *ira vertit in rabiem*, ac si diceret, Alexander ira in rabiem vertitur ut *ira* sit novissimo casu positum, ponitur enim primo, eundemque efficit sensum, quem infra, 10. 4. *Sed in rabiem ira pervenerat.* Freinsh.

Per talos] Achilleum supplicium, quo Hectorem affecerat Achilles. Sed Achillem Alexander vicit crudelitate: ille enim mortui talos trajecit, a curru suspendit, & circum mœnia raptavit. hic per adhuc spirantis talos lora trajecit; circumque urbem traxit. De Hectore Homerus, Iliad. 10. vers. 395.

Ἕκτορ, κὰι Ἑκτορ δῖον ἀειρόμεθ' ἀμφὶ πόλιν ἵππα,

Ἀμ-

bem equi : gloriante rege *Achillem, à quo genus ipse deduceret, imitatum se esse pœna in hostem capienda.* Cecidere Persarum Arabumque circa decem mil- 30
lia : nec Macedonibus incruenta victoria fuit. Obsidio certe non tam claritate urbis nobilitata est; quam geminato periculo regis. qui Ægyptum adire festinans, Amyntam cum decem triremibus in Macedoniam ad inquisitionem novorum militum misit. Nam- 31
que præliis etiam secundis adterebantur copiæ; devicta-

rumque

NOTÆ.

Α' μφοτέρων μετὰ πολὺ τῶν τέκνων τέκνοις
Ε'ς σφυρὸν ἐκ πίτρης, βοὸς δ' ἐξῆπτε μάχαιρα,
Ε'κ δ' ἐφορεῖο δ' ἵδρις, κέλευε δ' ἱλαδὸν ἰάσσειν.

Virgilius eleganter, ut omnia, expressit:

In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector
Visus adesse mihi, largosque effundere fletus,
Raptatus bigis, ut quondam, aterque cruento
Pulvere, perque pedes trajectus lora tumentes, &c.

Idem primo Æn. vers. 487.

Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros. Rad.

Haud insolitum est facta sua majorum exemplis protegere, ad amoliendam invidiam. sic apud Tacit. 2. 53. Athenienses Germanicum *excepere quæsitissimis honoribus, vetera suorum facta dictaque præferentes, quæ plus dignationis adulatio haberet.* Freinsh.

Achillem, à quo genus] Velleius 1. 6. 5. *Caranus vir generis regii, sextus decimus ab Hercule profectus Argis, regnum Macedoniæ occupavit. à quo M. Alexander cum fuerit septimus decimus, jure materni generis Achille auctore, paterni Hercule gloriatus est.* Vide ibi Lipsium. *Loccen.* Ita postea Philippus & Perses ultimi Macedonum reges apud Silium 15. 291.

His gente egregius, veterisque ab origine regni,
Lacidum sceptris proavoque tumebat Achille.

Et Propertium lib. 4. eleg. ult. dist. 20.

Et Persen proavi simulantem pectus Achillis. Rad.

Obiter moneo, in Propertio legendum, *proavo stimulantem pectus Achille*, sensu, quo exponit Scaliger; quomodo apud Iustin. 29. 3. *Philippus studio Alexandri æmulationis incensus.* Freins.

30 *Decem millia*] Hegesias *sex millia* trucidata scribit. Idque magis accedat ad *modicum præsidium*, de quo Curtius, 4. 6. 7.

31 *Devictarum gentium*] Inter quas & Iudæorum, *quibus facta potestate, si qui vellent, salvis suis ritibus sequi militiam ejus, multi dederunt nomina.* Iosephus. 11. 8. ubi & de Samaritanis Alexandrum sequentibus. quibus Iudæis etiam Alexandriam à se conditam, quod eorum opera Ægyptum pacavisset, bona ex parte dedit habitandam, ut quidem scribit Iosephus de bello Iud. 2. 21. nam antiquit. 12. 1. sentire videtur, Iudæos Alexandriam à Ptolemæo fuisse deductos. ipse tamen se explicat lib. 2. contra Appionem, ab Alex. eo primitus deductos, ab ejus successoribus auctos fuisse. Vtut sit, certe post Gazam occupatam Hierosolymam divertit Alexander. quam historiam cur hic omiserit Curtius, id causæ habuisse Raderus putat, quod post Christi necem, omnium gentium ludibrio ea gens fuerit propinata, Curtius autem cum exteris, qui supersunt, Alex-

rumque gentium militi minor quam domeſtico fides habebatur.

NOTÆ.

Alex. hiſtor. ſcriptoribus, poſt Chriſtum crucifixum, diruta jam urbe ſcripſerunt. Quæ quidem res de Curtio adhuc incerta eſt, & tamen non abſimile videtur, eum odio fœdæ gentis, ſic enim externis habebatur, reticuiſſe narrationem, in qua non potuiſſe diſſimulare honorem ſacris eorum ab Alexandro habitum. Sed quoniam ſemper proclivior eſſe debemus ad abſolvendum, libet credere, tetigiſſe Curtium iſta in amiſſis: eaque cauſſa, cum eo ventum erit, ſuſcitare conabimur. *Freinsh.*

Minor quam] Recentibus enim adhuc victoriis, pro victis potius quam domitis habendi ſunt nuper ſubacti. & fere vivit in mentibus eorum, cum ereptæ libertatis deſiderio, odium oppreſſoris. Et hoc eſt argumentum, quo nullum fortius urget Alexander, domitionem ſperantes milites retenturus, infra 6. 3. &c. & Galgacus apud Tacit. Agric. 32. Quo ſenſu & Scythæ infra, 7. 8. noſtrum monent: *Quos victos, amicos tibi eſſe cave credas.* Nec ſane mirum eſt, victis non haberi fidem, cum ne mercenariis quidem habenda ſit, ut ſupra ad 3. 2. notavimus. Adde Grut. ad Liv. 25. 33. *Idem.*

Domeſtico fides habebatur] Vnde & Alexander in orat. ad milites libr. 9. Curtii: *Nos Scytha ſequuntur, Bactriana auxilia præſtò ſunt, Daca Sogdianique inter nos militant. Nec tamen ibi turba conſilio. Veſtras manus intueor, veſtram virtutem rerum quas geſturus ſum, vadem prademque habeo.* Minor itaque devicto, prætavendi cauſſa, quam domeſtico fides habenda eſt; ita tamen, ne facile ſentiat, ſibi parum credi, nec infeſtior inde evadat. *Loccen.*

CAP. VII.

Profectio, & varia Alexandri quæſita, ad Iovis Hammonis oraculum.

1 ÆGYPTII [a] olim Perſarum opibus infenſi, QVIPPE avare & ſuperbe imperitatum ſibi eſſe credebant; ad ſpem adventus ejus erexe-

INTERPRETATIO.

a *Iampridem inimicis Perſicæ poteſtatis.*

NOTÆ.

1 A *Vare & ſuperbe*] Scilicet hæc duo ſunt, quæ ſolent avertere ſubjectorum animos. Nihil enim verius eſt, quam quod olim in Senatu Romæ dictum Livius 8. 21. refert: *nullum populum aut hominem denique, in ea conditione, cujus eum pœniteat, diutius quam neceſſe ſit, manſurum.* De Ægyptiis præter Curtium, Diodor. 17. 49. notat: *quod Perſæ multa nefaria in ſacra eorum commiſerant* (vide Strab. lib. 17. Iuſtin. 1. 9.), *& violenter imperitarant, animo lubente Macedones recepere.* Sic lib. 8. noſter: *Convertit animum ad vindicandas injurias eorum, quibus à prætoribus ſuis avare ac ſuperbè imperabatur.* Hæc duo vitia, ſuperbia & avaritia, à dominantibus plerumq; conjunguntur. Nàm primo ex effreni dominatione ſuperbia: quam ut commodius fo-

erexerant animos: utpote qui Amyntam quoque transfugam, & [a] cum precario imperio venientem, læti recepissent. Igitur ingens multitudo Pelusium, quæ 2 intraturus rex videbatur, convenerat. Atque ille septimo die, posteaquam à Gaza copias moverat, in regionem Ægypti, quam nunc *Castra Alexandri* vocant, pervenit. Deinde, pedestribus copiis *Pelusium* 3 *petere* jussis, ipse cum expedita delectorum manu Nilo amne vectus est: nec sustinuere adventum ejus Persæ; defectione quoque perterriti. Iamque haud 4 pro-

INTERPRETATIO.

a *Cum potestate* quasi *emendicata.*

NOTÆ.

fovent auctores, manus injiciunt provincialium fortunis. inde avaritia; ex utroque odium subditorum; & tandem pestis auctoribus. *Loccenius.*

2 *Castra Alexandri*] Sic quidem impressi omnes: at D. Hieronymus pro *castra Alexandri* legit *claustra Alexandri.* quam lectionem Isidorus lib. 9. Originum confirmat. cujus sunt hæc in dictione *Vgnes* verba: *Deinde pernicibus equis Caucasi rapibus feræ gentes Alexandri claustra cohibentia ruperunt*, &c. *Popma.* Quem decepisse videtur Erasmus, qui ad hunc auctorem sic notat: *Castra Alexandri. In Hieronymo legitur Claustra Alexandri; & fortasse sic hoc loco legendum est.* Sed errant viri docti, confundendo *castra Alexandri*, de quibus hic, & *claustra*, quorum infra ad 6. 4. larga habebitur mentio. Nullum ergo dubium est, quin hic retinendum sit *castra.* Oros. 1. 2. *loca quæ accola Catabathmon vocant, haud procul a castris Alexand. Magni.* Et ne quis propter vocum Latinarum vicinitatem hic quoque mendum suspicetur, Ptolemæus omnem amputat dubitationem, qui & ipse circum ea loca habet Ἀλεξάνδρου παρεμβολάς. Ita supr. 3. 4. habuimus *regionem, quæ castra Cyri appellatur.* Sed & multæ civitates eo nomine fuerunt, quarum certe unus Stephanus numerat quatuor, voce Κάστρα, interque eas item unam *Alexandri.* Sic enim ibi legendum. Κάστρα Ἀλεξάνδρου τόπος περὶ Κελαινὰς τῆς Φρυγίας, ἔνθα Ἀλέξανδρος ὁ τοῦ Φιλίππου ἐστρατοπεδεύσατο *Castra Alexandri, regio ad Celanas Phrygiæ, ubi Alexander Philippi filius castra habuit.* Liv. 32. 13. *Rex primo die ad Castra Pyrrhi pervenit. locus, quem ita vocant, est in Triphylia terra Molottidis.* an *Molottidis*, aut *Molossidis*; ut vocat 8. 24. an potius leg. *Elidis*, ubi Triphyliam constituit Eustath. Lego & *Castra Cornelium* in Cæsare de bello Civ. 2. 24. haud dubie nominata à Scipionum altero. Sic in universa Europa plurimæ passim sunt urbes, quæ ut originem debent castris, ita & nomen receperunt. *Freinsh.*

3 *Nilo amne*] Quo tempore credo accidisse, aut saltem paulo post, quod narrat Lucanus 10. 272.

Summus Alexander regum quos Memphis adorat,
Invidit Nilo, misitque per ultima terræ
Æthiopum lectos: illos rubicunda per usti
Zona poli tenuit; Nilum vidêre calentem, &c.

Scilicet origine, cujus perveſtigandæ gratia missi fuerant, non reperta. Alexander enim summo studio inquisivit in caput ejus amnis, adeo ut Maximus Ty-

procul Memphi erat : in cujus præsidio Mazaces prætor Darii relictus, Orio amne superato, octingenta talenta Alexandro, omnemque regiam supellectilem tradidit. A Memphi eodem flumine vectus, ad interiora Ægypti penetrat, compositisque rebus ita, ut nihil ex patrio Ægyptiorum more mutaret; adire Iovis Hammonis oraculum statuit.

N O T Æ.

Tyrius pr. Serm. 25. prodiderit: *nihil consuluisse Hammonem, praterquam de Nili fontibus.* Certe ad Olympiadem matrem postea scripsit, *existimare se, repertos esse.* teste Arrian. 6. 1.

4 *Memphi erat*] Vbi & ludos edidit, *cum reliquis diis, tum Apidi.* Arrian. 3. 1. Sed & in honorem atavi sui Persei: coronari jussis victoribus Perseâ, quam Perseus Memphi sevisse traditur. cum alias laurum amaret, quæ Daphnoides appellatur, & ab ea Ἀλεξάνδρα στέφανος. Vide Plin. 15. 13. & 15. 30. nam alii ad Alex. Paridem id referunt. *Freinsh.*

Mazaces prætor] Editi *Astaces.* supra, 4. 1. 32. Prætor urbis Memphicos nominatus est *Mazaces* seu *Mazeces.* An Astaces fuit totius Ægypti præses, Mazaces tantum urbi præfectus? an interim extinctus est Mazaces? *Raderus.* Ego sequutus Lococeniam, *Mazacem* hoc loco reponendum esse arbitratus sum: hoc magis, quod alias etiam editiones huc alludere conjiciam, ex eo quod Buntingus in Chronolog. ad Olymp. 112. proposuit: *Alexander Magnus descendit in Ægyptum. Fuit autem illo tempore præfectus ibi Mazabes,* &c. forte typothetæ errore ex loculorum vicinia nato, pro *Mazaces.* qua in re Freinsh. assentior.

Orio amne superato] Iunii scriptura est sine amnis nomine. vetustissimus codex Augustanus S. Vdalrici, & Mss. Constantiensis, nomen præfert, quod Modius posuit, *Oron.* Glareani editio *Oxio amne* legit. *Raderus.* Sed Ortelius in voce *Oron*, vitiolum locum esse censet, & sic restituendum: *octus amne superato*, Nilo nempe. de eo enim, ait, hic sermo. neque alium hoc tractu ullum esse, quo Memphi ad interiora Ægypti navigari possit, omnes Geographiæ periti mecum confitentur, necesse est. Quia

Vnicus in terris Ægypti totius amnis, teste Lucretio 6. 680. Pro *octus*, qui malit, *bacce* legat. Hactenus Ortelius. Ego ex eadem ratione cogitabam reseribi posse; *ostio amnis superato.* amnem enim simpliciter vocavit, securus nisi de Nilo accipi non posse.

5 *Compositisque rebus*] Persæ tenuerunt Ægyptum annos 112. post Cambysem, usque ad Darium Nothum Artaxerxis filium. Recessit tamen ante à Dario Hystaspis F. Olymp. 73. Sed post quadriennium per Xerxem recepta est Olymp. 74. defecit iterum à Dario Notho anno regni 17. Olymp. 91. ann. 3. Recepit Ochus Rex Persarum Olymp. 107. anno 3. pulso inde Nectanebo in Æthiopiam, ut alii, in Macedoniam; unde fabula nata de Olympiade & dracone, quod Nectanebus magicam exercuerit. Sed jam natus erat Alexander Olymp. 106. anno 1. septem annis prius quam Nectanebus ex Ægypto fugerat. Ægyptum Persis extorsit Alexander Olymp. 112. anno 2. Macedones tenuerunt ad Cæsarem Augustum annos 295. Augustus in formam provinciæ redegit. *Raderus.*

Hammonis oraculum statuit] Vt sic potius scribendum credam, quam Ammonis, facit inter alia & Festi epitoma, quæ serie literarum concepta, adspirationem inesse voci aperte testatum facit. nec valde moveor, quod vox ἄμμος; quod arenâ signat, unde nomen de astro factum volunt, adspirationem non

ed by Google

tuit. [a] Iter expeditis quoque & paucis vix tolerabi- 6
le ingrediendum erat: terra cœloque aquarum pe-
nuria eſt: ſteriles arenæ jacent; quas ubi vapor ſo-
lis accendit, fervido ſolo exurente veſtigia, intole-
rabilis æſtus exiſtit. luctandumque eſt, non tantum 7
cum ardore & ſiccitate regionis; ſed etiam cum te-
naciſſimo ſabulo, quod [b] prælatum, & veſtigio ce-
dens, ægre moliuntur pedes. Hæc [c] Ægyptii vero 8
majo-

INTERPRETATIO.

a *Via agre tolerabilis vel paucis* viris, *& impedimentorum vacuis.*

b *Quo pedes difficile ſe expediunt*, utpote *præalto & ſub plantis cedente.*

c *Ægyptii* paſſim *iſta referebant majora* quam pro *veritate.*

NOTÆ.

non agnoſcit. Scimus enim, in nominibus haud paucis idem accidiſſe, poſtquam aliam in linguam migraverunt. ſunt qui ab ejuſdem nominis paſtore deduxere, ut auctor eſt Euſtath. ad Dionyſ. v. 212. Herodotus ab Ægyptiaca voce. Ἄμμωνες enim illos vocare, quem Græci Διὰ. Quod fortaſſis nonnihil juvet Melanchthonem, Reineccium, & eos quos innuit Boiſſardus de divinatione, quo loco de Hammone agit, qui conſentaneum eſſe cenſent, *Hammonis appellationem fuiſſe eandem, quæ eſt Cham.* Quod eo magis accedit ad veri ſimilitudinem, quo certius conſtat, poſteritatem Chami ea loca occupaſſe: ipſam quoque Cyrenen, nomen habere mere Hebraicum; *fontis* enim *urbem* ſonat. nec futilis eſſet conjectura, ita appellatam à fonte Solis, ad Hammonis delubrum, qui eſt in Cyrenaica regione. Chamum autem illum eſſe Hammonem, etiam hoc argumento dubites, quod Diodor. 3. 68. ſcribit, Ammonem fuiſſe regem Libyæ: item quod fabulæ de Saturno, qui patrem caſtraverit, non temere aliam originem quis aſſignaverit, quam factum illud Chami, quod refertur Gen. 9. 22. Atque huic opinioni firmamentum ingens accedit ex traditione qualicunque Beroſi lib. 3. qui ſcribit, Chamum, qui odio haberet patrem, apud quem alios filios poſt ipſum genitos potiore loco videbat eſſe, in ebrietate jacentis virilia comprehendiſſe, & magicis ſuſurris eum effeciſſe ſterilem: quod ipſum, quid aliud eſt quam Græca fabula, caſtratum ab Saturno patrem fuiſſe: ſcilicet ab hoc ipſo Chamo, quem & Saturnum ab Ægyptiis appellatum fuiſſe, eodē Beroſi loco refertur. Nec valde obeſt, quod hic Hammon, non Saturnus vocetur, ſed Iupiter. Nam & inter Ioves Cœlo patre editum fuiſſe, Cicero de nat. deor. 3. 31. tradit. Non ignoro tamen, ab eodem Beroſo patrem Hammoni tribui Tritonem. ſed poſſet dici, idem nomen commune fuiſſe diverſis. *Freinsh.*

6 *Iter*] Hoc rerum ſcriptores, aliique teſtantur. Præter hos Seneca Nat. quæſt. 2. 30. 2. de Cambyſe ſignate narrat, quam male expediiio illi Æthiopica ceſſerit. quam hiſtoriam ex Herodoti 3. 26. deſcripſit, & quodammodo interpretatus eſt Iuſtinus, 1. 9. compendio: *Ad Hammonis quoque nobiliſſimum templum expugnandum exercitum mittit* (Cambyſes) *qui tempeſtatibus & arenarum molibus oppreſſus interiit.*

Terra cœloque] Hoc ſumſit à Salluſtio, qui in Iugurthino 17. 5. de Africa;

majora jactabant. Sed ingens cupido animum ſtimulabat adeundi Iovem, quem generis ſui auctorem, haud contentus mortali faſtigio, aut credebat eſſe, aut
9 credi volebat. Ergo cum iis, quos ducere ſecum ſtatuerat, ſecundo amne deſcendit ad Mareotim paludem. eo legati Cyrenenſium dona adtulere; *pacem, & ut adiret urbes ſuas*, petentes. Ille, donis acceptis, amici-
10 tiaque conjuncta, deſtinata exſequi pergit. Ac primo quidem & ſequenti die tolerabilis labor viſus: nondum tam vaſtis nudiſque ſolitudinibus aditis; jam ta-
11 men ſterili & emoriente terra. Sed ut aperuere ſe campi alto obruti ſabulo; [a] haud ſecus quam profun-

INTERPRETATIO.

a *Non aliter quam qui altum mare ingreſſi ſunt.*

NOTÆ.

Cælo terraque penuria aquarum. Popma. Hinc *Libya*, quaſi λειμμία *egens pluvia*, ut videtur Varroni apud Servium in Æn. 1. 26. Malchus in vita Pythagoræ narrat, Herculem στελλόμενον εἰς τὴν Λιβύην τὴν ἄνυδρον, *miſſum in Libyam aqua carentem*, inſtructum fuiſſe à Cerere quadam τροφῇ καὶ ποτῷ, *nutrimento quodam quod ſitim arceret.*

Steriles arenæ] Lucanus, 9. 382.

Vadimus in campos ſteriles exuſtaque mundi,
Quæ nimius Titan, & rara in fontibus unda.

Sic Gellius 16. 11. ex Herod. 4. 173. narrat, Pſyllos illis in arenis periiſſe, cum arma in Auſtrum ſumerent. Eſt elegans fabella. *Raderus.* De hac igitur dici poteſt, quod Poeta quidam de ſiticuloſa regione:

Ipſe parens rerum quondam infelicibus arvis
Addixit, & multa ſterilem damnavit arena.

Sic apud Claudian. de IV. Conſ. Honorii verſ. 436. legimus.

——— *Libyæ ſqualentis arenas.*

8 *Ingens cupido*] Calliſthenes apud Strab. lib. 17. φησὶ τὸν Ἀλέξανδρον φιλοδοξήσαι μάλιστα ἀναβῆναι ὅτι χρησόμενον, & Περσέα ἴσχυσε παρ' αὐτοῦ ἀναβῆναι & Ἡρακλέα. *narrat Alexandrum ambitione, qua maxime ardebat, inductum, ad id oraculum contendiſſe, quod intelligeret, Perſeum & Herculem prius eo adſcendiſſe.* Idem Arrian. 3. 1. & copioſius Strabone, qui addit, Alexandrum genus etiam à Perſeo & Hercule duxiſſe. *Raderus.*

9 *Ad Mareotim*] Duo maria locum (deſignatum pro Alexandria) undique alluunt, alterum à Septentrione, quod Ægyptium dicitur; alterum à Meridie, quod *Marea* lacus, & *Mareotis* appellatur. Eum Nilus multis foſſis, tum è ſuperioribus partibus, tum à lateribus, actis, implet. *Strabo:* Μάρεια πόλις καὶ λίμνη τῇ Ἀλεξανδρείᾳ παρακειμένη, ἃ καὶ Μαρεῶτις λέγεται, ἀφ' ἧς ἡ Μαρεωτικὸς οἶνος. *Marea civitas & lacus eſt, Alex. adjacens, & Mareotis dicitur, unde vinum Mareoticum.* Stephan. περὶ πόλεων.

Cyrenenſium] Diod. 17. 49. tum demum narrat occurriſſe, cum dimidium itineris jam ad Hammonem confeciſſet. Arrian. 3. 1. Memphi auditos ait, priuſquam deſcenderet ad Mareotim. *Raderus.*

10 *Primo quidem & ſequenti die*] Quo-

fundum æquor ingreſſi, terram oculis requirebant. Nulla arbor, nullum culti ſoli occurrebat veſti- 12
gium. aqua etiam defecerat, quam utribus cameli devexerant: & in arido ſolo ac fervido ſabulo nulla erat. Ad hæc ſol omnia incenderat, ſiccaque & 13
aduſta erant omnia; quum repente, ſive illud deorum munus, ſive caſus fuit; obductæ cœlo nubes condidere ſolem: ingens æſtu fatigatis, etiamſi aqua deficeret, auxilium. Enimvero, ut largum quoque 14
imbrem excuſſerunt procellæ; pro ſe quiſque excipere eum, quidam ob ſitim impotentes ſui, ore quoque hianti captare cœperunt. Quatriduum per 15
vaſtas ſolitudines abſumptum eſt. Iamque haud procul oraculi ſede aberant; quum complures corvi agmini occurrunt, modico volatu prima ſigna antecedentes: & modo humi reſidebant, quum lentius agmen

NOTÆ.

Quæro, quot dierum iter fuerit à Mateotide lacu ad Hammonis templum? Variant etiam hoc loco auctores. Plinius à Memphi ad Hammonem 12. dierum iter ponit. Diod. 17. 49. inter arenas Alexandrum ait hæſiſſe octo dies, primis quatuor diebus uſum aqua à camelis devecta, reliquis quatuor cœleſti imbre adjutum, poſtea ducibus corvis veniſſe ad regionem habitatam. Plutarchus Alexand. cap. 47. non diſtingait iter. Arrianus 3. 1. ex Ariſtobulo docet, Alexandrum primis diebus iter haud procul à mari Parætonio feciſſe per regionem non omnino ſiccam, ſtadiis mille ſexcentis, hoc eſt, quinquaginta milliaribus Germanicis, quando triginta duo ſtadia unum milliare ex noſtratibus conficiunt. Dein Ariſtobulus affirmat, petiiſſe Alexandrum Meſogabam, ubi Oraculum eſt Hammonis, per regionem omnino ſterilem, ſabuloque impeditam, & aquæ inopem, ſed cœleſtibus aquis effuſis recreatum eſſe exercitum. Strabo à Parætonio ad Hammonem numerat ſtadia 1300. milliaria quadraginta cum ſemiſſe & octava. *Raderus.*

12 *Culti ſoli*] De hac Libya Claudian. de raptu Proſerp.

——— *torrida ſemper*
Solibus, humano neſcit manſuefcere cultu.

13 *Sol omnia incenderat*] Bong. *ord ine.* Certe videtur aliquid latere; vix enim eandem vocem, *omnia*, ſtatim tam inepte repetiviſſet.

15 *Complures corvi*] De corvis conſentiunt Ariſtobulus, Calliſthenes, Diodorus, Plutarchus. Ptolemæus corvos in *dracones* transformat, quos ait clamore edito agmen præceſſiſſe. Arrianus, 3. 1. prodigium quidem aliquod oſtenſum putat, ſed cujuſmodi fuerit, propter ſcriptorum variantes ſententias cunctatur dicere. *Rader.* Sic Africam peragrante Libero, cum exercitus ejus ſiti premeretur, arietem ducem ſequuti milites, eo ipſo loco, quo poſtea Hammonis delubrum fuit, ingentem aquarum vim repererunt. Quæ quidem aut fabuloſa merito creduntur, aut ex ſtulta atque nefaria ſuperſti-

agmen incederet; modo ſe pennis levabant, ante-
16 cedentium iterque monſtrantium ritu. Tandem ad ſedem conſecratam deo ventum eſt. Incredibile dictu, inter vaſtas ſolitudines ſita, undique ambientibus ramis, [a] vix in denſam umbram cadente ſole contecta eſt: multique fontes dulcibus aquis paſ-
17 ſim manantibus alunt ſylvas. Cœli quoque mira temperies, verno tempori maxime ſimilis, [b] omnes
18 anni partes pari ſalubritate percurrit. Accolæ ſedis ſunt ab Oriente proximi Æthiopum: in Meridiem verſus Arabes ſpectant, *Troglodytis* cognomen eſt:

INTERPRETATIO.

a Solis *radiis vix inter ſpiſſas frondes penetrantibus.*
b *Æqualiter ſalubris per omnes anni tempeſtates durat.*

NOTÆ.

ſtitione orta: quod etiam in Chriſtianæ profeſſionis plebecula graviter notat Albertus Aquenſis, extremo lib. 1. expeditionis Hieroſolym.

16 *Undique ambientibus*] Alios hic nihil offendiſſe non miramur. eſt enim non ſane nimis aſperum; quod meas tamen aures radit. Lævigabis unius adjectione literulæ, quæ geminanda, geminæ ſuæ occaſione periit: *Incredibile dictu, inter vaſtas ſolitudines ſita, undique ambientibus ramis*, &c. *Sita*, nempe ſedes. *Ita* ſupervacuum, niſi ita mutes. *Acidal.* Ego ſuperiora quoque ſic ſcribam; *Tandem ad ſedem d. c. ventum. ea (incredibile dictu) int. v. ſol. ſita*, &c.

Sylvas] Lucanus 9. 522.

Eſſe locis ſuperos, teſtatur ſylva per omnem
Sola virens Libyen: nam quicquid pulvere ſicco
Separat ardentem tepida Berenicida Leptim,
Ignorat frondes; ſolus nemus extulit Hammon
Sylvarum fons cauſſa loco.

18 *Accolæ ſedis*] *Non ſatisfacit* (inquit Glareanus) *hæc deſcriptio Geographiæ peritis, quamquam eam ego corruptam & mutilam, denique male diſtinctam puto. Priorum enim verſuum ſenſus de ortu & meridie, ubi diſtinguendus eſt, neſcitur, Æthiopum, Troglodytarum & Arabum.* Sed nec corruptus locus eſt, & diſtinctu facilis. Ita ergo interpunge: *Accolæ ſedis ſunt ab Oriente proximi Æthiopum; in meridiem verſi* (alii *verſus*) *Arabes ſpectant*, (malim *ſpectat*, ut referatur ad ſedem) (*Troglodytis cognomen eſt:*) *horum*, &c. Raderus.

Arabes] Qui Homero Ἐρεμβοί. Nam certo certius eſt, qui Homero vocantur Ἐρεμβοὶ, eſſe ipſiſſimos eos, quos poſterior Græcorum ætas Ἄραβας vocavit. Rurſus vetus poëta apud Galenum, Ladanum ἐν γαίᾳ Ἐρεμβῶν naſci tradit, qui ſunt Arabes. Celebrequippe eſt Ladanum Arabicum. *Salm.* Ego potius cenſeo, primum *Arabas* dictos qui Arabiæ deſertum incolunt: hinc nomen etiam aliis tributum. Quamquam non abſurde dixeris, ſic vocari Arabiam, quaſi colluviem hominum. Quippe etiam עֵרֶב *miſtio, mixtura*. Voſſius.

Troglodytis] Hos enim etiam Arabum eſſe partem atque conſanguineos, ex Ioſepho patet, qui Antiq. 1. 16.

eſt : quorum regio uſque ad rubrum mare excurrit. at qua vergit ad Occidentem, alii Æthiopes colunt, 19
quos *Scenitas* vocant : à Septentrione Naſamones ſunt, gens Syrtica, [a] navigiorum ſpoliis quæſtuoſa. quippe obſident litora, [b] & æſtu deſtituta navigia 20
notis ſibi vadis occupant. Incolæ nemoris, quos *Hammonios* vocant, diſperſis tuguriis habitant: medium nemus pro arce habent, triplici muro circumdatum. Prima munitio tyrannorum veterem regiam 21
clauſit : in proxima conjuges eorum cum liberis & pellicibus habitant ; hic quoque dei oraculum eſt : ultima munimenta ſatellitum armigerorumque ſedes erant. Eſt etiam aliud Hammonis nemus : in medio 22
habet

INTERPRETATIO.

a *Gens ex naviam* interceptarum *ſpoliis diteſcens.*

b *Per vadoſa loca ipſis cognita invadunt naves, quæ recedente* maris *fluctu hærent* in brevibus.

NOTÆ.

1. 16. ſcripſit Abrahami filios è Cetura occupaſſe Troglodyticam, & Arabiæ felicis partem. Raderus ait, hodie *Abaſſinos* dici, regum *Barnagas* indigenas nominare.

29 *Scenitas*] Quidam libri *Symnes*, quos Raderus ait poſſe videri *Simos*, quorum mentio apud Diodor. Ego vero nullos ibi reperio *Simos*, ſed *Symen* quandam inſulam, quæ tamen huc pertinere non poteſt.

Naſamones] Hunc locum Curtii aperiunt nobis verſus Lucani 9. 438.

Hoc tam ſegne ſolum gratas non exſerit herbas,
Quas Naſamon gens dura legit, qui proxima ponto
Nudus rura tenet, quam mundi barbara damnis
Syrtis alit; nam litoreis populator arenis
Novit opes: ſic cum toto commercia mundo
Naufragiis Naſamones habent.

21 *Veterem*] Sebiſius malebat *veterum.*

Dei oraculum eſt] Cujus originem Nigidius apud Cæſarem Germanicum, ad Arati arietem, refert ad arietem, qui ſubito ex arenis extitit, cum Bacchus illac exercitum duceret. Immortali autem, inquit, honore donatum, (inter aſtra nempe Zodiaci ſeu ſigniferi) quod cum Liber exercitum in Africam duceret, & aquæ inopiam paterentur, ſubito aries ex arena exivit, & Liberum cum ſuo exercitu ad aquam divinitus perduxit. Hoc facto Liber eum arietem Iovem Hammonem appellavit, eique fanum magnificum fecit, eo in loco, ubi reperta eſt aqua ; & abeſt ab Alexandria itinere dierum novem ; locus arenoſus, & ſerpentum multitudine plenus, & ab arena Ammon eſt nominatus. Ita fere quoque apud Hyginum volum. 2. in ariete. Diod. 17. 50. templum ejus ab Ægyptio Danao conditum prodidit. Idem 3. 73. Hammonem Libyæ regem fuiſſe ſcribit. Idem. *Traditur*, inquit, *Ammon galea in bellis uſus cujus inſigne fuit arietis caput. Sunt, qui ipſum affirment naturæ in utroque tem-*

habet fontem, *aquam Solis* vocant: ſub lucis ortum tepida manat; medio die, quum vehementiſſimus eſt calor, frigida eadem fluit; inclinato in veſperam caleſcit; media nocte fervide exæſtuat; quoque propius nox vergit ad lucem, multum ex nocturno calore decreſcit; donec ſub ipſum diei ortum " adſue-
23 to tepore langueſcat. Id quod pro deo colitur, non eandem

INTERPRETATIO.

22 *In ſolitam temperiem deferveſcat.*

NOTÆ.

pore parvula habuiſſe cornua, propterea filium ejus Dionyſium (Bacchum) *pari fuiſſe aſpectu, poſteriſque traditum, deum hunc cornua geſtaſſe.* Idem 1. 13. Suidas à paſtore vocatum vult, qui id templum primus erexerit. *Freinsh.*

22 *Aquam ſolis vocant*] Forte leg. *fontem quem ſolis*, &c. præſertim cum ita videam legere Pal. 1. & ceteros quoque ſcriptores ſic vocare. Meminit ejus præter hiſtoriæ noſtræ ſcriptores Solinus cap. 27. Plinius, 2. 103. qui ex uno hoc fonte duos videtur facere. Scilicet legerat, Hammonis fontem hac natura eſſe: deinde, apud alium auctorem, hujuſmodi fontem eſſe in Troglodytis: ergo pro duobus habuit, cum non ſuccurreret, hunc, quiſquis eſt, ipſum fontem Hammonis adnumeraſſe Troglodytis ob vicinitatem locorum. Quam ob cauſſam Garamantidi regioni eum adnumerare videtur Altiſſiod. Chronol. ad Africa: *Garamantis regio, ubi eſt fons, qui friget calore diei, & calet frigore noctis.* Sed & Lucan. 9. 511. Garamantis eum fontem tribuit. Quanquam, quum in oppido *Debris* fuiſſe Solinus ait, cap. 29. ex Plin. 5. 5. videatur abire ab illa ſententia. Hunc enim fontem Solis in hujus nominis oppido fuiſſe, nemo ex hiſtor. Alexand. ſcriptoribus dicit. Benjaminus urbem hoc nomine *fons Solis* ſive *Ein-Schemes* collocat in Ægypto; quam doctiſſimus ejus interpres conjicit eſſe Heliopolin. Ipſius vero rei cauſam nititur reddere Lucretius, 6. 848. Ovidius Metam. 15. 309.

—— *Medio tua, cæruiger Hammon,*
Vnda die gelida eſt, ortuque obituque caleſcit.

23 *Id quod pro deo colitur, non eandem effigiem habet*] A deſcriptione loci, tranſit ad exprimendam formam Iovis Hammonis, qua colebatur; & ſane multum abit Curtius à pleriſque aliis ſcriptoribus, qui arietina fronte, & ore cornuto, umbilico tenus Hammonem exprimunt. Curtius lapidem, umbilico ſimilem, pro Deo cultum affirmat. Pleraque exemplaria, ſic hæc verba legunt: *Vmbilico maxime ſimilis eſt. Habitus ſmaragdo & gemmis coagmentatus.* Franc. Modius cum Palmerio legit: *Vmbilico tenus arieti ſimilis eſt.* Certe, Modii verba ſpeciem veri habent. Sextus Pompeius: *Hammo*, inquit, *cognominatus, quia in arena putatur inventus, qua Græce hoc nomine ἄμμος appellatur. Cui cornua affinguntur arietis à genere pecoris, inter quod inventus eſt.* Græci quoque Ammonem κερατοειδῆ nuncupant. Lactatium Placiadem vide ad illa Statii,

—— *licet aridus Hammon*
Invideat.

Simulacrum, inquit, ejus adjectis cornibus arietinis confectum eſt. Servius ideo arietino capite fingi ſolitum ait, quod ejus eſſent involuta reſponſa. Oportuit ergo Modium ad duplicem Hammonis faciem animum & oculos advertere, alteram, quæ pro icone ipſius ha-

eandem effigiem habet, [a] quam vulgo diis artifices adcommodaverunt: umbilico maxime ſimilis eſt habitus, ſmaragdo & gemmis coagmentatus. Hunc, 24
quum reſponſum petitur, navigio aurato geſtant ſacerdotes; multis argenteis pateris ab utroque navigii

INTERPRETATIO.

a *Qualem plerumque opifices* ſimulacrorum *Diis tribuerunt.*

NOTÆ.

habebatur; alteram, quæ pro ipſo numine colebatur. Illa ſpecie arietina fuit; hæc umbilici, quem hoc loco delineat Curtius. Mens ergo Curtii, Quod pro Deo colitur, formam habet umbilici; veſtis, habitus, non alius, quam materia umbilici eſt, ex ſmaragdo & variis gemmis compoſitus. Vel *umbilico ſimilis eſt habitus, ſmaragdo & gemmis coagmentatus.* Hæc interpunctio eſt omnium antiquorum Codicum, quæ refert hunc intellectum verborum: umbilico ſimilis eſt habitus. ſeu forma, ſpecies, modus, facies ejus, quod pro deo colitur; lapidis, inquam, qui conſtat ex ſmaragdo & aliis gemmis, ſed factus in modum umbilici. *Rad.*

Umbilico, &c.] *Umbilicum hic interpretor rem aliquam eminentem* (ut umbilicus in concharum genere, aut in corpore humano) *meta inſtar, veluti conum, aut quadratum, aut rotundum: quemadmodum voluminibus jam fere abſolutis* (teſte Porphyrio) *ornamento & uſui apponi ſolent, atque etiamnum hodie extrinſecus globi dimidiati forma apponuntur. Priſca enim gentilitatis homines hac informi forma non raro deos ſuos indicaſſe potius quam effigiaſſe, documenta ſunt multa. In templo Delphico, ut refert Strabo l. 6. umbilicus conſervabatur faſciis velatus, ad demonſtrandum, quod hic locus in umbilico, hoc eſt, medio terrarum eſſet. Erat que, ut Pauſanias l. 10. refert, ex candido marmore. Veneris dea enim ſignum, apud Cypri Paphum, auctore Tacito H. 2. 3. continuus erat orbis, latiore initio, tenuem in ambitum, meta modo, exſurgens. De eadem fere idem Maximus Tyrius Orat. 38. niſi quod alba Pyramidi ſimilem fuiſſe dicit. Idem ibidem ſcribit, Arabes deum ſuum tetragono lapide ſignificare, &, ut Suidas in Θεὸς Ἄραψ habet, nulla figura inciſa. qui hoc de Arab. Petræis dicat, quorum hunc deum, Martem ait. Informem lapidem facit eundem Minutius Felix. Peſſinuntios quoque in Phrygia, lapidem pro matre deorum habuiſſe auctor eſt Liv. 29. 11. De ſolis ſive Heliogabali figura Herod. 5. 5 lapis eſt maximus ab imo rotundus, & ſenſim faſtigiatus propemodum ad coni formam.* Herwart. lib. de magnete, inquit, *nullo negotio oſtendam, oraculum Iovis Ammonis nihil aliud fuiſſe, quam chartam, quam vocant marinam, pyxidi nautica ſeu magnetica rite junctam. idque hac ratione.* Q. Curtius *inquit*, Umbilico maxime ſimilis eſt (*ergo chartam marinam & pyxidem nauticam præſentavit*) habitus, ſmaragdo & gemmis coagmentatus. *Quippe linea illæ, earumque extremitates, circumferentiam circuli contingentes, qua vel cardines quatuor mundi, vel reliquos octo rhombos principales, vel denique reſiduos ventos intermedios deſignabant, aliis gemmis & coloribus ut fit, fuerant inſignita.* Hunc *Iovem Hammonem*) cum reſponſum petitur, navigio aurato geſtant ſacerdotes, cum multis argenteis pateris ex utroque navigii latere pendentibus. *Cum itaque Iupiter iſte Hammon: ut reſponſum det, navigio fuerit geſtandus, quis jam amplius dubitabit, ad rem nauticam pertinere?*

Smaragdo] Circum ea enim loca naſcitur. Plin. 37. 5. vide.

24 *Quum reſponſum petitur*] Hoc obſervandum ex Diodoro, 17. 50. Herodoto, Homero, & aliis, multa oracu-

gii latere pendentibus. ſequuntur matronæ virgineſque patrio more [a] inconditum quoddam carmen canentes, quo *propitiari Iovem* credunt; *ut certum edat*
25 *oraculum.* At tum quidem regem propius adeuntem maximus natu è ſacerdotibus *filium* adpellat; [b] *hoc nomen illi parentem Iovem reddere* adfirmans. Ille *ſe vero* ait, *& accipere, & adgnoſcere*; HUMA-
26 NÆ ſortis oblitus. Conſuluit deinde, *an totius orbis imperium fatis ſibi deſtinaret pater?* vates, æque in adulatio-

INTERPRETATIO.

a *Immodulatum quendam concinentes hymnum.*
b *Teſtatus patrem* Regis *Iovem hoc ipſi nomen attribuere.*

NOTÆ.

la nutu duntaxat eſſe data à diis paganorum, ut & hoc Hammonis. Tamen Boiſſardus nonnulla Hammonis oracula refert, tanquam voce reddita: quem adi in oppido de divinatione.

25 *Filium*] Euſtath. narrat, videri nonnullis errorem id antiſtitis fuiſſe, qui Græcæ linguæ non ſatis peritus, quum Alexandrum blande παιδίον *filiolum*, appellare vellet, ſic dixit, παῖ Διὸς, *fili Iovis.* Quam tamen opinionem vix ſane probabilem, non ſequutus eſt Curtius. ne enim errore lapſus videretur, addit: *hoc nomen illi parentem Iovem reddere.* Veriſimilius Oroſius ex Iuſtino, 11. 11. ſubornatum ab Alexand. ſacerdotem regi volentia reſpondiſſe. quod magis adhuc credibile faciunt multa circa ea tempora corruptæ Pythiæ documenta, ut reſponderet quod cuique corruptorum expetitum eſſet. Vide Herod. 5. 63.

Accipere Cujus rei non unam cauſam habuiſſe comperio: primum enim præter inſitam animo vanitatem & faſtum ob res ſecundas famam ejus rei multum valituram credebat ad debellandos hoſtes, ut ipſe innuit infra, 8. 8. Deinde etiam *ignominiam ſibi patris incerti & infamiam adulteræ matris abolere* voluit, ut Oroſius. 3. 16. judicat. Sic enim jam olim natalium ſuorum dedecora velaviſſe didicerat omnes fere eos, qui deorum aliquem patrem ſibi mentiebantur. Hanc igitur originem, quacunque cauſa ambitam, variis poſtea modis oſtentavit Alexander. Nam inde eſt quod, teſte Clemente Alexand. in admon. adverſus gentes, *pulchrum hominis vultum cornu dedecoravit*: Inde quod in Ægypto *Ammoniam* urbem condidit, poſtea *Paratonium* vocatam, ut auctor eſt Strabo lib. 17. *Freinsh.*

Humana ſortis oblitus] Quamquam vulnera, venena, mors, illum ſæpe ſuæ ſortis admonuerunt. Pater Alexandri, Philippus, ut nunquam ſe hominem in tanta felicitate obliviſceretur, quotidie præcepit ephebo, ut mane ingreſſus Regis conclave, proclamaret: *Philippe, memento te hominem eſſe.* Quin & ipſe *Alex. duabus rebus commoveri ſe dicebat, quo minus fidem haberet his, qui ſeſe deum eſſe prædicarent, nempe ſomno & Veneris uſu: quod in his degeneraret, plusque ſolito afficeretur.* Plut. de diſcr. adulator. & amici, c. 53. Idem ſcribit: *jaculo crus illum, multis concurrentibus eorum, qui ipſum ſæpenumero ſolebant deum ſalutare, dixiſſe: hoc quidem ſanguis eſt, ut videtis, non ille* (verſus eſt Homeri Il. 5. v. 340.)

Humor, qui ſuperûm manat de corpore divûm.

Quod tamẽ dictũ diverſimode refertur.

26 *Vates, æque in adulationem compoſitus*]

Digitized by Google

lationem compoſitus, *terrarum omnium rectorem fore oſtendit.* Poſt hæc inſtitit quærere, *an omnes pa-* 27
rentis ſui interfectores pœnas dediſſent? Sacerdos *parentem ejus* negat *ullius ſcelere poſſe violari: Philippi autem* 28
omnes interfectores luiſſe ſupplicia. adjecit; *invictum fore, donec excederet ad deos.* Sacrificio deinde facto, dona & ſacerdotibus & deo data ſunt, permiſſumque amicis, *ut quoque conſulerent Iovem.* Nihil amplius quæſiverunt, quam, *an auctor eſſet ſibi divinis honoribus colendi ſuum regem? Hoc quoque acceptum fore Iovi* vates reſpondit; *ut ipſi victorem regem divino honore colerent.* [a] Vere & ſalubriter æſtimanti fidem oraculi va- 29
na profecto reſponſa videri potuiſſent: ſed FORTUNA,

[a] quos

INTERPRETATIO.

a *Recte & ſapienter conſideranti* quæ *fides* eſſet *reſponſi.*

NOTÆ.

poſitus] Si recte percipio Curtium, oſtendit, alium fuiſſe maximum natu ſacerdotem, qui Alexandrum filium Iovis appellavit, alium hunc vatem, æque ac illum compoſitum in adulationem. Quod notandum inveſtigando iſtius pſeudohierarchiæ ordini. *Freinsh.* Quod olim Demoſthenes teſte Tullio de Pythia à Philippo corrupta dixit, eam φιλιππίζειν, idem de hoc Iovis ſacerdote affirmes, illum Ἀλεξανδρίζειν, id eſt, munerum cauſa ad nutum & voluntatem Alexandri loqui. Verum dictum Ciceronis pro Plancio: *Nullum eſſe* (aut videri) *officium tam ſanctum atque ſolenne, quod non avaritia comminuere ac violare ſoleat.* Loccenius.

27 *Poſſe violari*] Potuerunt tamen ejuſdem farinæ alii. Nam & Diomedes Venerem vulneravit; apud Homerum, Il. 1. verſ. 336. Recenſet deinde, Martem ab Oto & Ephialte ligatum; Iunonem ab Hercule, quin & Plutonem, ſagitta percuſſos. Sic apud Pauſanium, libr. 8. Minerva à Thetide in femore percuſſa legitur, & alibi ſimilia multa.

Omnes] Sic quidem & Appianus teſtatur libr. 2. de bello civili in fine. hic quidem fortaſſe vere: ſed falſo vates Ammonis. nondum enim eo tempore pœnas dederat Alexander Lynceſtes, quem *in Philippi quoque cædem conjuraſſe cum Pauſania pro comperto fuit.* Curtius, 7. 1.

29 *Fortuna*] Hæc ſententia non alium quam ipſum Alexandrum reſpicit; ad quem etiam priora referenda: *æſtimanti fidem oraculi vana reſponſa videri potuiſſent.* nec quicquam apertius. non enim finit dubitare Curtius, addens, eam *avidos potius gloriæ quam capaces facere*, hoc eſt, veſanos atque vanos reddere: quo certe pacto quanto avidiores fiunt gloriæ, tanto indigniores minuſque capaces ejus ſunt. Eſt tamen qui ſic interpretetur: Fortunam Alexandri pleriſque perſuaſiſſe, eum aliquid majus homine habere, quamquam agnoſcerent, falſum fuiſſe oraculum. *Freinsh.*

quos uni ſibi credere coëgit, magna ex parte avi-
30 dos gloriæ magis, quam capaces facit. *Iovis* igitur *filium* ſe non ſolum adpellari paſſus eſt; ſed etiam juſſit: rerumque geſtarum famam, dum augere vult
31 tali appellatione, corrumpit. Et Macedones, adſueti quidem regio imperio, ſed majore libertatis [b] umbra, quam ceteræ gentes; immortalitatem adfectantem contumacius, quam aut ipſis expediebat, aut
32 regi, averſati ſunt. Sed hæc ſuo quæque tempori reſerventur. nunc cetera exſequi pergam.

CAP.

INTERPRETATIO.

a *Quos* proſpera *ſors ſibi ſoli fidem habere compulit*, eos *ut plurimum reddit magis gloriæ cupidos, quam ad eam moderatè ferendam idoneos.*

b *Specie.*

NOTÆ.

Quos uni ſibi credere coëgit, &c.] Simile & utile monitum Senecæ epiſt. 98. *Nunquam credideris felicem quemquam ex felicitate ſuſpenſum, fragilibus innititur & in diem bonis. Quid ergo, non uſui bona fortuna? quis negat? ſed ita, ſi illa ex nobis pendent, non ex illis nos.* Idem de tranquill. anim. *Tutiſſimum ſibi nihil de fortunæ fide promittere.* Et epiſt. 19. *Avida felicitas eſt, & alienæ aviditati expoſita, quamdiu tibi ſatis nihil fuerit, ipſe & aliis non eris.*

30 *Sed etiam juſſit*] Non quidem ſtatim, ſed *Perſarum regno in ſuam poteſtatem redacto.* Ælian. hiſt. nat. 2. 19. Vnde iſta quæ paſſim memorantur à ſcriptoribus: *Gorgum armorum præfectum cuſtodiæ, re cum Alexandro* (qui tum Baccho ſacrificaverat in Ecbatanis) *communicata, juſſiſſe proclamari, ſe Alex. Ammonis filium tribus aureorum millibus coronare.* Sic infra, 8. 5. ex compacto res ab Agide & Cleone geritur, Rege poſt aulæa ſtante, ut perſuaderetur Macedonibus adorandi regis ritus; cum jam *Iovis filium non dici tantum ſe, ſed etiam credi vellet.* Verum ut tunc temporis Calliſthenes, & alii ſemper non deſuere, qui vecordi ambitioni obviam iret. Sic *Anaxarchus cognomento Eudæmonicus, cum aliquando in morbum incidiſſet Alexander, & ei medicus ſorbitionem imperaret fieri, rideni Anaxarchus: At noſtro deo* (inquit) *in cochlearis ſorbitionem ſpes ſita eſt?* Non defuerunt tamen vilia capita, qui amentiam hominis, fœdiſſima ſimul & nefaria adulatione ſtimularent. Nam, eundem illum Anaxarchum, Satyrus apud Athen. 6. 13. tradit, iter cum Alexandro facientem, *cum ſubito tonuiſſet, dixiſſe: nunquid tu hoc feciſti, ô fili Iovis?* Ex ejus ſucceſſoribus ſolus Antipater vocare noluit deum, ut auctor eſt Suidas.

Corrumpit] Vere judicat Curtius, quaſi diceret: Opera Alexandri, ſi juxta humanæ virtutis modum æſtimes, grandia ſunt & admirabilia: ſi quaſi à Deo profecta, ut ipſe videri voluit, multum de claritudine ſua perdunt.

31 *Adſueti quidem regio imperio, &c.*] Lucanus lib. 3. v. 146. pari modo *libertatis umbram* dixit:

Libertas, inquit, populi, quem regna coërcent,
Libertate perit; cujus ſervæ veris umbram,
Si quidquid jubeare, velis.

Taci-

NOTÆ.

Tacitus fin. 1. Annal. *imaginem libertatis* vocat. Clapmarius libr. 6. de arcan. imper. cap. 3. *simulacrum democraticum in regno*: ut videatur habere populus libertatem, quam tamen revera non habet. Macedonas tamen majorem libertatis speciem ſub regio imperio, quam alias gentes habuiſſe, Curtius teſtatur. *Leccenius.*

CAP. VIII.

In Ægypto Alexandria condita; variæque Alexandri bellicæ expeditiones.

ALEXANDER ab Hammone rediens, ut à 1
mari ad Mareotim paludem, haud procul inſula Pharo ſitam, venit; contemplatus loci naturam, primum in ipſa inſula ſtatuerat urbem novam condere. Inde, ut apparuit, magnæ 2
ſedis

NOTÆ.

1 *A B Hammone rediens*] [Male Cedrenus μετὰ τὸν ἀπὸ Βραχμάνων ἀναστροφὴν, *à Brachmanibus reverſus*. cum ipſe paulo ante diverſum ſcripſiſſet.] Alexandria ab Alexandro condita. Salianus Annal. Eccleſ. Tom. 5. tempus ædificatæ Alexandriæ ita diſerte explicat: *Annus*, inquit, *mundi* 3722. *ſextæ ætatis, imperii Perſarum* 207. *Darii* 8. *Iaddoa* 34. *Alexandri* 6. (ſextum accipe inchoatum, non finitum) *Olymp.* 112. 2. *Archonte Ariſtophane. Urbis conditæ* 422. *Coſſ. M. Claudio Marcello, T. Valerio Potito. ante Chriſtum natum* 330. vide & Scaliger. animadverſ. ad Euſebium p. DC. LXXXVI. *Mira hallucinatio apud Velleium* 2. 14. Fundani & Formiani in civitatem recepti eo ipſo anno, quo Alexandria condita eſt. *Ergo condita numero* M. DCXCIX. *annorum* XXIV. *metachroniſmo. quod abſurdum.* Qui plenam velut panegyrim & laudationem Alexandriæ quærit, apud Marcellin. 22. 40. &c. reperiet, qui *verticem omnium urbium* appellat. *Radevic.* Circa hæc tempora papyri uſum fuiſſe repertum Varro tradidit, apud Plin. 13. 11. quod hic referre non viſum eſt alienum, *cum*, ut Plinius ibi loquitur, *charta uſu noxia me humanitas vita conſtet & memoria.* Freinsh.

Statuerat] Sed poſtea mutavit opinionem, monitus ſomnio, quo Homerum imaginatus eſt, oſtendentem urbi condendæ locum. *Plutarch. Alexand. cap.* 45.

Urbem novam] Chronicon Alexandrinum duodecim ab eo urbes ex ſuo nomine conditas recenſet: Ex quibus Stephanus præter ſecundam & octavam, quæ eſt Troadis, vix ullam agnoſcit: præter autem iſtas duas recenſet adhuc ſedecim. Notandum, quod ait Salmaſ. ad Solini cap. 38. Stephanum *multas Alexandrias quaſi diverſas memorare, quæ eadem ſunt.* Et de Alexandria quidem Ægypti dubitare nemi nem finit urbis claritudo. De Troade ſcrupulum movet Strabo. cum enim Chronicon exſerte dicat ab Alexandro conditam; nec diſſentiat Stephanus: Geographus lib. 13. originem ejus Antigono videtur tribuere, ac ab eo Antigoneam fuiſſe vocatam, poſtea Alexandriam à Lyſimacho, in honorem Alexandri: Ego crediderim. ab Alexandro conditam, poſtea ab Antigono incrementum & nomen accepiſſe. Et eruditiſſimus Scholiaſtes ad Dionyſ. perieg.

ſedis inſulam haud capacem; elegit urbi locum ubi nunc eſt Alexandria, adpellationem trahens ex nomine auctoris. Complexus quidquid loci eſt inter paludem & mare, octoginta ſtadiorum muris ambitum deſtinat; &, qui ædificandæ urbi præeſſent, re-
3 lictis, Memphim petit. Cupido, haud injuſta quidem, ceterum intempeſtiva inceſſerat, non interiora modo Ægypti, ſed etiam Æthiopiam inviſere. Memno-

NOTÆ.

v. 254. adnotat, *numerari in hiſtoriis Alexandriæ ſupra octodecim.* Inter eas, quarum nullum apud Curtium exſtat veſtigium, eſt Alexandria ad Pallacopam in Arabia, de qua Arrian. 7. 4. Alexandropolis. Plin. 6. 25. Heraclea in Marianis, Plin. 6. 16. Alexandria Carmaniæ, Plin. 6. 23. Smyrna inſtaurata, Plin. 5. 29. Nicephorium, Plin. 6. 26. Xylenopolis, Plin. 6. 23. & ibid. neſcio quod Cadruſi oppidum. *Freinsh.*

2 *Locum*] Strabo lib. 17. docet, eo in ſolo ab antiquis Ægypti regibus exſtructam fuiſſe Rhacotin, quæ poſtea Alexandriæ pars fuerit. quæ verba arguunt, Strabonem haud recte intellectum fuiſſe à Mario Nigro. Ex eo Strabonis loco colligimus, cur inter hujus urbis nomina legatur apud Stephanum Ῥακῶτις. Apud Cedrenum vitioſe legitur Ῥακάδη. Rectiſſime igitur conjecerunt Ianus Parrhaſius in Claudianum, & Pintianus in Plinium 10. 5. legendum eſſe, *qui locus antea Rhacotes nominabatur.* Hieronymus in Epitaphio Paulæ ſcribit, *urbem No poſtea verſam eſſe in Alexandriam.* & in commentario ad Nahum. 3. 8. addit, Alexandriam ſemper fuiſſe metropolim Ægypti ſub primo nomine, ſcilicet No. *Freinsh.*

Ex nomine auctoris] Fulgoſius 8. 15. *Vrbes ab Alexandro nominatæ in India, apud Aſſyrios, Ægyptum atque Aſiam, item à Seleuco Seleucia, Antiochia ab Antiocho, Cæſarea quoque per terrarum orbem à Cæſaribus condita, quid aliud indicant, niſi immenſum fama deſiderium? quia ſperabant hujuſmodi urbium conditores, ea appellatione, additis ſimul præclare geſtis, ſe æternitati nomina ſua conſecraturos.* Suberat tamen & alia Alexandro tot urbium condendarum cauſa, ut eſſent *veluti frani domitarum gentium.* infra, 7. 10.

Vrbi præeſſent] Ædificandæ urbi præfectum eſſe tradit Plutarch. *Staſicratem.* Strabo lib. 17. & Ælianus, *Chinocratem*; quamquam apud Strab. legatur *Chiromocratem*, alii *Cherſinocratem*, ut notavit Xylander. Plinius 4. 10. *Dinocratem* refert. Adde Amm. Marcellin. 22. 40. & Valer. Max. 1. 4. ext. *Raderus.*

3 *Cupido, haud injuſta quidem*] Pulchre Seneca epiſt. 22. *Nihil eſſe tentandum, niſi cum apte poterit tempeſtive que tentari. Sed quum illud tempus diu captatum venerit, exſiliendum. Etiam ex difficillimis ſalutaris exitus; ſi nec properemus ante tempus, nec ceſſemus in tempore.* Loccen.

Æthiopiam inviſere] Æthiopum nomen in antiquiſſima Geographia latiſſime ſumptum, complectitur omnes auſtrales populos; ut Scytharum, quidquid in Septentrione gentium. Cush ſive Æthiopia duplex. Africana ἠπειρώτις Αἰθιοπία, & Aſiatica. Hanc diſtinctionem Herodotus tradit, deſcribens expeditionem Xerxis, ubi eos diſtinguit in Orientales & Libycos. Et ſic in ſcriptura Cush denotat Æthiopiam Aſiaticam, quæ complectitur majorem Arabiæ partem inter ſinum Perſicum & Erythræum. *Hern.* Æthiopes autem حبشة Abyſſini, ita dicti Arabibus ſunt,

Memnonis Tithoniq; celebrata regia cognoſcendæ vetuſtatis avidum trahebat pene extra terminos ſolis. Sed 4 imminens bellum, cujus multo major ſupererat moles; otioſæ peregrinationi tempora exemerat. Itaq; Ægypto præfecit Æſchylum Rhodium, & Peuceſten Macedonem; quatuor millibus militum in præſidium regionis ejus datis. *clauſtra Nili fluminis Polemonem tueri* jubet: triginta ad hoc triremes datæ. Africæ deinde, quæ 5 Ægypto juncta eſt, præpoſitus Apollonius: vectigalibus ejuſdem Africæ, Ægyptique, Cleomenes. Ex

NOTÆ.

ſunt, quaſi Βήμματα. حبش enim eſt promiſcue congregare. vel ab Ægyptia voce Αἰθιοπες, qua Æthiopum habitationes denotantur, teſte Strab. Eorum Imperator hodie dicitur Presbyter Ioh. Origo vocis inde, quia à Perſis vocatur سركار خان

Præſtat Chan, id eſt, *Mancipiorum Rex*. Siquidem hujus gentis mancipia toto Oriente notiſſima. *Golius*.

Memnonis] Andreas Schottus hunc locum illuſtrat, *Hanc Memnonis regiam, in Abydo Ægypti urbe, deſcribunt Strabo lib.* 13. *Solin. cap.* 32. *& Plinius* 5. 9. *In hac regia* ſtatuam *fuiſſe Memnonis ait Plinius*, 36. 7. Coloſſum *facit Strabo. Erat enim ex lapide, eoque ſolido, coloris nigri. Sedentis hominis formam habuiſſe, ſcribunt dictus Pauſanias, & Philoſtratus. Hujus partes ſuperiores, à ſede ſua divulſas, ſe vidiſſe, refert Strabo: quod & Pauſanias conteſtatur, teſtis & ipſe oculatus: reliquamque partem adhuc ſedere, videri. Hanc ſtatuam omnes dicti ſcriptores ajunt quotidie ſole exeunte* (&, ut ait Philoſtrat. dum Sol radiis ſuis ſtatuam tangit) ſonum edere, *eumque* vocalem, *eſſeque* qualem vel cithara vel lyra edere ſolerent. *Et Calliſtis ſcribit, ſole huic proximante hilarem, abeunte vero mœſtum edere ſonum. De hac autem vociferante audiamus potius Strabonem, hujus miraculi dignißimum contemplatorem.* ipſe, cum Ælio Gallo adeſſem, & cum reliqua multitudine amicorum, ac militum, qui cum eo erant, circiter horam primam ſonitum audivi, utrum à baſi ſive à coloſſo, an vero ab eum circumſtantium aliquo editus fuerit, non habeo affirmare: cum propter incertitudinem cauſæ, quidvis potius credere ſubeat, quam ex lapidibus ſic compoſitis ſonitum edi. *Hujus etiam mentio fit à Juvenale Sat.* 15. 5.

Dimidio magicæ reſonant ubi Memnone chordæ.

Dimidium *dicit, uti existimo, quia ejus pars ſuperior* (ut ſupra auditum) *à corpore revulſa. quod Cambyſi tribuit Pauſanias, terræ motui Strabo. Atque hactenus de hac Memnonis ſtatua, cujus* cognoſcendæ avidum *fuiſſe Alexandrum inſit Curtius.* Hæc & plura Schottus.

4 *Polemonem*] Duos Polemones Arrianus Ægypti præſides nominat: alterum Peluſii oppidi cuſtodem: alterum claſſi præfectum: illum Pellæum Megaclis filium; hunc Theramenis.

5 *Ejuſdem Africæ*] Illud *Africæ* gloſſema eſt; ideoque ex mente Rutgerſii delendum.

Cleomenes] Hunc Iuſtinus 13. 4. 11. nominat architectum Alexandriæ. Pauſanias in Atticis: *Cleomenem hunc poſt Alexandri mortem Ptolemæus Lagi interfecit, quod Perdiccæ ſtuderet.* Quamobrem vero Alexander tam multos præſides Ægypti conſtituerit, aperit Arrian. 3. 1. *Ægypti*, inquit, *imperium in plures*

Ex finitimis urbibus commigrare Alexandriam juſ-
6 ſis, novam urbem magna multitudine implevit. Fama eſt; *quum rex urbis futuris muris polentam, ut Macedonum mos eſt, deſtinaſſet; avium greges advolaſſe, & po-*

NOTÆ.

plures præſides partitus eſſe dicitur, naturam regionis admiratus & munimenta, neque tutum ratus, univerſum Ægypti imperium uni committere. Quod quidem Alexandri conſilium imitati Romani in tuenda Ægypto mihi videntur, neminem ſenatorii ordinis, ſed equeſtris, proconſulem eo mittere ſoliti. Obſervandum præterea, multos ab Arriano præſides Ægypti indigitari, Curtio prętermiſſos. *Rad.*

Ex finitimis] Suſpicor fuiſſe: *Rex fin.* alioqui vix habeat ſequens *juſſis* unde ſe ſuſtentet.

Commigrare] Id enim ad frequentandas novas urbes inſtituerunt conditores, adeo, ut interdum finitimos non invitarent tantum ad tranſmigrandum, commodis immunitatibuſque propoſitis, ſed etiam vi cogerent. Antiochus reſtituta Lyſimachia *partim redemit ſervientes Lyſimachienſes: partim fuga ſparſos per Helleſpontum Cherſoneſumque conquiſivit, contraxitque: partim novos colonos, ſpe commodorum propoſita, adſcripſit, & omni modo frequentavit.* Apud Diod. 20. 3. *Dium & Orchomenon Thebas commigrare juſſit Caſſander.* Hoc igitur & Alexander fecit. Rem miram narrant Suidas in Ἀρχέλαος, & Chronic. Alexandrinum, non tamen incredibilem (ſimiles enim συγχύσεις Conſtantinopoli, Neapoli, &c. fuiſſe legimus,) injectas in flumen ſerpentum imagines Argo petitas, prohibuiſſe ſerpentes, ne urbem infeſtarent. Ibidem & de Ieremiæ prophetæ cineribus, Alexandriam illatis, habetur mentio. *Freinsh.*

6 *Fama eſt, quum rex urbis futuris muris*, &c.] Florentinorum optimus, cum duobus aliis ejuſdem Bibliothecæ: *cum rex urbem futuris muris polentæ, &c. deſtinaſſet.* Quæ fortaſſis omnibus aliis præferenda lectio. *urbem deſtinavit*, id eſt, deſignavit & metatus eſt urbis condendæ locum. quatenus? *futuris muris*, hoc eſt, ea parte, qua muri ducendi eſſent, ſeu locis futurorum murorum. qua nota deſtinavit? *polenta* ſparſa. Virgil. lib. 5. Æneid. v. 116. à fine. *urbem deſignat aratro.*

Ut Macedonum mos eſt] Hoc alibi non reperies. Marcellin. 22. 40. *penuria calcis* id accidiſſe ſcribit. Val. Max. 1. 4. *cum cretam non haberet.* Certe Euſtath. ad Dionyſ. v. 254 diſerte ſcribit, *ex more fuiſſe, ut creta deſignaretur ambitus urbis.* Atque id magis credibile eſt ex communi ſenſu. ſi tamen aliter Macedonibus placuiſſe Curtius reperit, nobis nihil eſt, quod contra urgeamus. *Id.*

Deſtinaſſet] Hanc lectionem retinendam cenſet Gebhardus. Loccenius tamen cum Modio vult; *muros polenta, &c. deſignaſſe*: Ita enim Virgilius Æn. 7. 157.

—— *ipſe humili deſignat mœnia foſſa.*

Et Æn. 5. 755.

Interea Æneas urbem deſignat aratro.

Nam *deſignare* proprie eſt ἀρότρῳ γράφειν, vel ὄργῳ γράφειν. Alia tamen eſt opinio Gronovii, quam ipſius verbis adſcribo: Vera lectio eſt: *cum rex urbis futura muros polenta, &c. deſtinaſſet. Deſtinare*, quod fugit Modium, deſignare eſt. ut infra. Virgilius Culice verſ. 390.

—— *locum capit, hunc & in orbem*
Deſtinat.

Sic Veget. 2. 10. de præfecto caſtrorum: *ad quem caſtrorum poſitio, valli & foſſa deſtinatio pertinebat.* ibi male Lipſius, *deſignatio.* Livius: *ex his 225. qui omnium conſenſu deſtinabantur & infandæ cædis & defectionis auctores.*

Avium greges] Arrianus 3. 1. Ammianus & Strabo de avibus omnino tacent. Cum Curtio plane conſentiunt Val. Max. 1. 4. Plutarch. & Stephanus in Ἀλεξάνδρεια.

Fe-

& polenta esse pastas : quumque id omen pro tristi à plerisque esset acceptum; respondisse vates, magnam illam urbem advenarum frequentiam culturam, multisque eam terris alimenta præbituram. Regem, quum secundo 7
amne defluereț, adsequi cupiens Hector, Parmenionis filius, eximio ætatis flore, in paucis Alexandro carus, parvum navigium conscendit, pluribus, quam capere posset, impositis. itaque mersa navis omnes destituit : Hector, diu flumini obluctatus, 8
quum madens vestis, & adstricti crepidis pedes natare prohiberent, in ripam tamen semianimis evasit; & [a] ut primum fatigatus spiritum laxavit, quem metus & periculum intenderant, [b] nullo adjuvante (quippe in diversum evaserant alii) exanimatus est. Rex amissi ejus desiderio vehementer adflictus est: 9
repertumque corpus magnifico extulit funere. [c] Oneravit hunc dolorem nuncius mortis Andromachi, quem præfecerat Syriæ : vivum Samaritæ cremaverant. Ad cujus interitum vindicandum, quanta ma- 10
xima celeritate potuit, contendit. advenientique sunt traditi tanti sceleris auctores. Andromacho de- 11
inde,

INTERPRETATIO.

a *Statim atque respirationis* meatum *aperuit, quam periculi metus comprimere* coëgerat.

b *Cum nemo esset qui opem ferret.*

c *Auxit hunc luctum.*

NOTÆ.

Frequentiam] De advenarum frequentia & opibus conveniunt scriptores prodigio explicato. Diodor. 17. 52. cum in Ægyptum trajecisset, notavit Alexandriæ liberorum hominum capita censa fuisse plus 300000. Vectigalia capta ex Ægypto ultra 6000 talentum; quæ summa efficit 3600000 Philippicorum. Philippicum 20. victoriatis æstimamus. Sed Strabo lib. 17. ex Cicerone docet, vectigal fuisse 12500. talentorum; quæ sors excessit ad 7500000. Certe Romam postea Ægyptiæ & Alexandrinæ naves alucre. *Raderus.*

7 *Pluribus, quam,* &c.] Nimis inconsiderate ruentium onere subsidere naves hauritique ab undis passim obvium est. Vide Gell. 10. 26.

9 *Samaritæ*] Linguæ Assyriorum custodes *Samaritas* vocant. *Sulpitius Severus.* Huic consentiunt Eusebius, Epiphanius. Ceterum *Samar*, ut observat Drusius, verbum est Ebraïcum, non Assyrium. Assyrii & Chaldæi pro eo *Natar* usurpant. Vnde in ea lingua custo-

inde, Memnona ſubſtituit: adfectis ſupplicio, qui prætorem interemerant. Tyrannos, inter eos Methymnæorum Ariſtonicum & Chryſolaum, popularibus ſuis tradidit: quos illi è muris ob injurias tortos necaverunt. Athenienſium deinde, Rhodiorum-
12 que & Chiorum legatos audit. Athenienſes *victoriam* gratulabantur; &, *ut captivi Græcorum ſuis reſtituerentur*, orabant: Rhodii & Chii *de præſidio* querebantur. omnes æqua deſiderare viſi, impetrave-
13 runt. Mitylenæis quoque, ob egregiam in partes ſuas fidem & pecuniam, quam in bellum impenderant; obſides reddidit: & magnam regionem fini-
14 bus eorum adjecit. Cypriorum quoque regibus, qui à Dario defecerant ad ipſum, & oppugnanti Tyrum miſerant claſſem, pro merito honos habitus eſt.

Am-

NOTÆ.

cuſtodes potius *Natarita* dicerentur.

11 *E muris*] Hanc lectionem omnes quos vidi codices exhibent. Modius è ſuo illa, *è muris*, emunivit. quod ego cum omnibus cautis nec laudo, nec damno. Redundant illa quidem, ut nobis parent: ſed quid, ſi vox alia vel deſideretur, vel pro *necaverunt*, legendum *ſuſpenderunt*, vel *præcipitaverunt?* Rad. Forte ſic poſſit: *quos illi prius ob injur.* &c. quomodo inf. 8. 8. Reineccius in Tyrannide Lesbia, ubi Chryſolai ſtirpem exponit, veterem ſcripturam retinet. Forte quid ſimile fuerit, quod de Duſme ſeu Pſeudo-Muſtapha narrant annales Turcorum apud Leunclavium; *Hadrianopolim ad Sultanum Muratem perductum, illius juſſu de pinna quadam ad murum urbis ſuſpenſum, laqueo vitam finiſſe.* Freinsh. Quid, ſi verba tranſponantur, & levi mutatione ſic conſtituas locum: *quos illi ob injurias tortos in muris necaverunt?* Qua ratione tyrannos palam & in conſpectu civium occiſos voluerit Curtius: id quod incredibile non eſt. *Blanck.*

12 *Athenienſes*] Quorum preces antè diſtulerat. Vide Arrian. fine l. 1. Nunc autem conceſſit, advectis nave ſacra legatis. Quærenti, quæ ſit illa navis? abunde ſatisfacere poterat Suidas, & Harpocrat. in πάραλος. Igitur honoris cauſa, forte etiam ideo, quod jam inaudiverant de Hammone, πάραλον ipſi ſacram navem miſerunt, quæ alias Θεωρὶς dicebatur, quaſi ludis ſacris atque ſacrificiis ſerviens. Hunc intellectum habet, quod Plutarch. Demet. c. 13. tradit, haud diu poſtèa decreviſſe eos, ut, qui ad Antigonum & Demetrium publico nomine irent, *non legati, ſed Theori dicerentur.* & de fortuna Alex. 2. 12. πρέσβεις πρὸς αὐτὸν οὐκ ἔπεμπον ἀλλὰ θεωρὸς αἱ πόλεις, ὃ καὶ ὑποκρίσεις χρηματικὰς προσηγόρευον. *non legatos ad eum mittebant urbes, ſed conſultores numinis, reſponſaque illius oracula dicebantur.* Freinsh.

Omnes] Conjunxit Athenienſium aliorumque Græcorum legationes, quaſi eodem tempore advenilſent. at illos Arrianus Tyrum veniſſe ſcripſit, hos Memphim 3. 1.

Æqua] Alii *ea quæ*, & Radenus id habet pro genuino. mihi non placeret, quod ſequitur, *viſi*, nili ſcribas *æqua*.

15 A

Amphoterus deinde, classis præfectus, ad liberan- 15
dam Cretam missus (namque & Persarum & pira-
tarum armis pleraque ejus insulæ obsidebantur) *ante omnia mare à piraticis classibus vindicare* jussus: quip-
pe obnoxium prædonibus erat, in bellum utroque
rege conversо. His compositis, Herculi Tyrio ex 16
auro crateram, cum triginta pateris dicavit: [a] im-
minensque Dario, *iter ad Euphratem pronunciari* jussit.

INTERPRETATIO.

a *Et in Darium properans.*

NOTÆ.

15 *A piraticis classibus*] Hac forte occasione perductus ad eum est pirata, cujus liberum cum Rege colloquium vide infra. 7. 8. 19.

CAP. IX.

Darius ad Arbela pervenit, eoque invito Alexander Granicum superat.

AT Darius, quum ab Ægypto divertisse in 1
Africam hostem comperisset; dubitaverat,
utrumne circa Mesopotamiam subsisteret, an
interiora regni sui peteret: haud dubie [a] potentior
auctor præsens futurus ultimis gentibus impigre bel-
lum capessendi, quas ægre per præfectos suos molie-
batur. Sed ut [b] idoneis auctoribus fama vulgavit, 2
Alexandrum cum omnibus copiis, quamcumque ipse adis-

INTERPRETATIO.

a *Potentius incitaturus per se ipse, ad arma celeriter capienda, re-
motas nationes, quas difficile movebat ope Satraparum.*

b *A nuntiis fide dignis* profectus *rumor.*

NOTÆ.

1 [H]*Haud dubie potentior*, &c.] Quod motus corpori, hoc præsentia Ducis militi. Noster lib. 10. de Alexandro: *Tantam sui fiduciam militibus fecit, ut illo præsente nullius hostis arma nec inermes timuerint.* Plura Lipsius Polit. lib. 5. 14. & seqq. *Lecenius.*

adisset regionem, petiturum: haud ignarus quam cum strenuo res esset; *omnia longinquarum gentium auxilia Babylonam contrahi* jussit. Bactriani, Scythæque, & Indi convenerant: nam & ceterarum gentium co-
3 piæ [a] partibus simul adfuerunt. Ceterum, quum dimidio ferme major esset exercitus, quam in Cilicia fuerat; multis arma decrant: quæ summa cura com-

INTERPRETATIO.

a *Ad exercitum* Darii *sese una adjunxerunt.*

NOTÆ.

2 *Bactriani*] Lego cum Acidalio vere conjectante: *Bact. Scythaque & Indi convenerant jam, & ceterarum*, &c. Potest tamen *Iam* puncto separari, & necti cum seqq. *Iam & cet. gentium copia*, &c. *Raderus.* Tamen servata veteri scriptura, non incommode locum explicari sic putem posse. *Bactriani*, &c. *convenerant. nam & ceterarum gentium*, quæ videlicet primo prælio non interfuerant, supra 3. 2. tum *affuerunt partibus, simul* cum his, qui prius depugnaverant. Persis videlicet, Medis, Armeniis, Derbicibus, &c. Atque hunc ferme sensum hujus loci existimavisse Bongarsium colligo ex eo, quod codici suo adscripsisse dicitur, pro *ceterarum* videri legendum *exterarum*. Et firmat id Arrianus 3. 2. *Conjunxerant sese his etiam Saca ex Scythis orundi, iis qui Asiam incolunt: non imperio Persi subjecti, sed Dario confœderati.* Freinshemius.

Scythaque] Vnde nomen illud fluxerit, incertum. Ex Salmasii sententia, à Getis: unde præposito Σ more Æolum fecerunt Σκύθαι. Getæ, Gothi, Gitæ, Kitæ, Scytæ, unius nominis gens, in multos populos divisa. Denique illi, quibus bellum Cyrus intulit, Scytæ fuerunt inter Tanaïm & Iaxartem, supra mare Caspium, quæ Scytia ante CCC annos, Timuri ævo, dicta fuit desertum Kasrack & Barca; hodieque *Tataria deserta* dicitur. Qualis illa gens fuerit, & quam egregia armis moribusque, Historia Timuri Arabica ostendit. Ita igitur illa: *Termini ejus, ad australem mare Hyrcanum & Pontus Euxinus, interjacentesque Circassiorum montes. Ad Orientem Chorasmios, Astrar & Schagnatchabent. Donec per multas gentes in Turquestanam usque & Cataiam protensi, cum Sinis, Mogolibus, Catainis, terminos jungant. In Septentrione Hiberia est, & vastæ incultæque regiones. Hinc in occidentem Russia, Bulgaria, Græcum Ottomannicumque Imperium jacet. Gens ipsa moribus, forma, armisque egregia est. Pauca illis urbes sunt. In planitiis per aperta camporum. vagis sedibus, degunt. Tribus eorum plurimæ, lingua, ut Arabum gentes, divisæ. Summa omnibus simplicitas & integritas. Fraudes & aliæ fallendi artes ibi exulant.* Ceterum, illa Scytia semper inaccessa & fatalis Regibus Persicæ fuit, adeo ut nunquam ultra Iaxartem vel Tanaïm fines imperii sui protulerint.

3 *Arma*] Vulgaria arma, sive ad nocendum, sive ad tegendum, erant. Acinaces, Copis, Sagaris, Lorica, Gerra, Pelta, Teia, Iacula, Arcus, Sagittæ, Fundæ. Acinacem supra vidimus. Copis erat gladius falcatus, & leviter curvatus, quo violentius plaga, quam ense, infligebatur. Sagaris iis communis fuit cum Amazonibus. Lorica eorum erat squamis conserta, priscis vero temporibus linea, postea ex ære ferroque cudi cœpit. Hanc ab Ægyptiis mutuati sunt. Præterea Gerra, id est, è cratibus contexta scuta, clypeorum vice, gestabant. Crates è vimine texebantur. Ea

Digitized by Google

comparabantur. Equitibus equiſque tegumenta erant ex ferreis laminis ſerie inter ſe connexis : queis antea præter jacula nihil dederat, ſcuta gladiique adjiciebantur : equorumque domandi greges peditibus 4
diſtributi ſunt, ut major priſtino eſſet equitatus: ingenſque, ut crediderat, terror hoſtium, ducentæ falcatæ quadrigæ, unicum illarum gentium auxilium, ſequutæ ſunt. Ex ſummo temone haſtæ præ- 5
fixæ ferro eminebant : [a] utrimque à jugo ternos direxerant gladios : & inter radios rotarum plura ſpicula eminebant in adverſum : aliæ deinde falces ſummis rotarum orbibus hærebant ; & aliæ in terram dimiſſæ, quidquid obvium concitatis equis fuiſſet, amputaturæ. Hoc modo inſtructo exercitu ac perar- 6
mato, Babylone copias movit. A parte dextra erat Tigris, nobilis fluvius ; lævam tegebat Euphrates : agmen Meſopotamiæ campos impleverat. Tigri de- 7
inde ſuperato, quum audiſſet, *haud procul abeſſe hoſtem;*

INTERPRETATIO.

a *Ex utraque jugi parte tres enſes affixerant directos* antrorſum.

NOTÆ.

Ea genra ſcutis Romanorum & Gallorum ſimilia, ac plane totum corpus operuiſſe ea, ac ad pedes pertinuiſſe, pertigiſſeque, Xenophon teſtis eſt. Pelta cetræ haud diſſimilis erat, de qua ſupra. *Paltum* jaculum, ſeu haſtile eſt, diverſum à pelta. Arcus & pharetræ ſub geris & ſcutis ex humero pendebant. Ceterum haud imprudens armorum Dario cura erat, quippe experientia docuit, multoties exercitum animis & viribus parem, vel etiam ſuperiorem exſtum fuiſſe ab hoſte nulla re magis, quam armorum præſtantia, præcellente. Exempla præbent Tacit. 2. 21. *Nec minor Germanis animus ; ſed genere pugnæ & armorũ ſuperabantur.* Polyb. l. 2.

Tegumenta] Adi Stewechium ad Veget. 3. 23.

4 *Major priſtino eſſet equitatus*] Ea enim parte virium magis fidebat.

Falcatæ quadrigæ] Quarum mentio eſt primum in literis Iudicum c. 1. & 4. dein apud Livium 37. 41. Diodor. 17. 58. Veget. 3. 24. Appianus de bellis Syriacis & Mithridaticis docet, armatas has quadrigas magnam & horrendam ſtragem edidiſſe in exercitu. *Rad.* Optima eorum curruum eſt deſcriptio apud Xenoph. l. 6. *παιδείας*. ubi Cyro inventionem eorum, ut quidem poſtea à Perſis uſurpati ſunt, tribuit. Vide omnino Briſſon. lib. 3. p. 308. & ſeqq. Dempſterus ad Roſini antiquit. 10. 10. producit locum ex incerto auctore de Reb. Bellic. ubi iridem deſcribuntur hæ quadrigæ. *Faliferos currus* appellat Lucret. 3. 746.

5 *Summis rotarum orbibus*] Hoc non promptum eſt aſſequi nam ſi ea fuit ſpecies falcium, quam Stewechius ad Veget. 3. 24. expreſſit, quomodo potue-

hoſtem; Satropatem equitum præfectum cum mille delectis præmiſit. Mazæo prætori ſex millia data, 8 quibus tranſitu amnis arceret. eidem mandatum, *ut regionem, quam Alexander eſſet aditurus, popularetur atque ureret.* quippe credebat, inopia debellari poſſe nihil habentem, niſi quod rapiendo occupaſſet: ipſi autem commeatus alii terra, alii Tigri amne ſub- 9 vehebantur. Iam pervenerat ad Arbela vicum, nobi-

N o t æ.

runt circumagi rotæ? Ergo Curtium hic intelligo, ſummæ curvaturæ rotæ, ut eam Ovid. Metam. 2. 108. appellat, fuiſſe inſertas falces, quæ extra rotam in latera porrectæ nunc ſurſum ſpectabant, qua incurvantur; nunc deorſum: ſed quas deorſum, ad axem verſas, quas ſurſum, averſas ab axe fuiſſe. *Raderus.*

7 *Satropatem*] Nomen hoc varie ſcribitur, ego ſic malui cum melioribus Mſſ. præſertim cum videam, aliis etiam auctoribus ita fere ſcribi. Athenæus *Satrabatem* appellat, Arrian. 7. 1. *Atropatem* vocat, quomodo & Strabo, qui & inde Atropatiam ſcribit vocatam fuiſſe, Mediæ partem. Quod autem ex hoc Satrapæ Medi nomine, Curtiani Satropatis appellationem inveſtigo, recte atque ordine facio. nam & iſte Medus fuit, teſte Arrian. 3. 2. *Freinsh.*

8 *Quippe credebat, inopia debellari*] Qui fame potius quam ferro debellare poteſt hoſtem, gloriam ſervati militis, nec tentatæ temere ancipitis belli ſortunæ reportat. Sed & tutior fatigat hoſtem, & ſedendo vincit. Hinc Cæſaris illud dictum: Idem ſibi conſilium adverſus hoſtem, quod pleriſque medicis contra vitia corporum eſſe, fame potius quam ferro ſuperandi. *Loccen.*

Rapiendo] Livius 22. 40. *Annibal, quamquam parte dimidia auctas hoſtium copias cernebat, tamen adventu conſulum mire gaudere. non ſolum enim nihil ex raptis in diem commeatibus ſuperabat; ſed ne unde raperet quidem, quicquam reliqui erat.*

9 *Arbela*] Locus hic lectori dubius & ambiguus occurrere poſſit, primum, *quod auctor videatur in ſe pugnare: cum Arbela modo cis, modo trans Tigrim videatur ponere.* Nam hic Curtius docet, Darium ſuperato Tigri ad Arbela perveniſſe: infra autem mox 4. 9. narrat, Alexandrum *præter Arbela ad Tigrim* demum *penetraſſe*. Sed hoc dicit Curtius: Alexandrum non trajeciſſe Tigrim eo loco, quo trans Tigrim Arbela ſunt, ſed Arbela è regione Tigris tranſiiſſe, & vada quæſiiſſe, per quæ Tigrim trajiceret. Certum eſt ergo, Ptolemæo, Strabone lib. 16. Arrian. 3. 2. ipſoque Curtio teſtibus, trans Tigrim, Orientem verſus, Arbela ſita fuiſſe. Cum enim Darium omnes ex prælio fugientem Arbela properaſſe tradant, nec tamen Tigrim trajeciſſe, ſed Lycum, & verſus Mediam Ecbatana fugiſſe, dubitari non poteſt, quin Arbela fuerint trans Tigrim ex Meſopotamia venienti. Alterum eſt, quod Curtius *apud Arbela prælium commiſſum ſcribat, & tamen Darium media demum nocte ex fuga Arbela perveniſſe affirmet*, cum alii plerique omnes, Arrian. 3. 2. Plutarch. & Ptolemæus, prodant, pugnam factam non ad Arbela, ſed Gaugamela. Interim Curtius non negat, prælium ad Gaugamela commiſſum, ſed Arbela, tanquam locum celebriorem, & Gaugamelis non longiſſime, ſi noſtras terras reſpicias, diſtantem, nominat. Alioquin ipſe Curtius infra narrat, Darium ab Arbelis moviſſe caſtra Lycum verſus, illoque trajecto ad Boumellum [nos alias edd. ſequuti Bumadum ſcribemus] flumen, quod 80 ſtadiis inde diſtat, veniſſe, atque ibi totis caſtris de-

cer-

[a] nobilem ſua clade facturus. hic commeatuum ſarcinarumque majore parte depoſita, Lycum amnem ponte junxit, & per dies quinque, ſicut ante Euphratem, trajecit exercitum. Inde octoginta fere ſtadia progreſſus, ad alterum amnem, *Bumado* nomen eſt, caſtra poſuit. [b] Opportuna explicandis copiis regio erat, equitabilis & vaſta planicies. ne ſtirpes quidem & brevia virgulta operiunt ſolum: [c] liberque proſpectus oculorum etiam quæ procul receſſere, permittitur: Itaque ſi qua campi eminebant, juſſit *æquari*, [d] *totumque faſtigium extendi*. Alexandro, qui numerum copiarum ejus, quantum procul conjectari poterant, æſtimabant, vix fecerunt fidem, tot millibus cæſis, majores copias eſſe reparatas. Ceterum omnis periculi, & maxime multitudinis contem-

INTERPRETATIO.

a Quem *ſua ſtrage celebrem redditurus* erat.

b *Idoneus extendendæ aciei locus erat, & aptus equitatui campus.*

c *Viſus nulla re prohibitus, etiam ea, quæ longe remota ſunt, pertingit.*

d *Omnem* collium *eminentiam complanari.*

NOTÆ.

ceratum. Id flumen *Bumandum* appellat Arrian. 3. 2. diſtareque Arbelis ait ſtadiis 600. h. e. 19. milliaribus, & paulo amplius quadrante. Nec tamen videntur inter ſe pugnare, cum Curtius à Lyco 80 ſtadia numerat ad Boumellum, Arrianus ab Arbelis 600 ſtadia. Tacit. 12. 13. *Ninos vetuſtiſſima ſedes Aſſyria, caſtellum inſigne fama, quod poſtremo inter Darium & Alexandrum prælio, Perſarum illic opes ceciderant.* Ergo, ut vides, Tacitus ad Ninum factum prælium dicit, quia non procul inde fuerat commiſſum. *Raderus.* Sed bene notat Lipſius, ſcribendum, *ſedes Aſſyriæ, & caſtellum*, &c. ut intelligantur, non Arbela quidem; nam ea urbs magna erat; ſed *Gangamela*. quæ ſita in Aturia, ubi & Ninus.

Nobilem ſua clade] Florus 2. 6. *Canna ignobilis Apulia vicus: ſed magnitudine cladis* (Romanæ) *emerſit: & 4000. cade parta nobilitas.* Sed cur Arbela *vicum* nominat Curtius, quæ alii urbem inſignem? an hoc argumento eſt, eum non *Arbela*, ſed potius *Gangamela* ſcripſiſſe, vel intellexiſſe?

10 *Bumado*] Quidam impreſſi *Bumello*: alii *Bumado*. quomodo & in Arrian. 3. 2. legitur. at Arrian. 6. 2. Ptolemæum & Ariſtobulum ſequutus hunc amnē *Bumelum* vocat. quare non multū intereſt quę lectio recipiatur. *Popma.*

Equitabilis] Quædam edd. habent *æquabilis*. non recte. *Equitabilis eſt ἱππάσιμος. Loccenius.*

Permittitur] Modius *permetitur*, non male, & fere inclino, ut ſic fuerit. alii vulgarem lectionem fulciunt, inditis vocibus, *ad ea quæ pr. rec. permittitur.* Sed in melioribus & pluribus libris non comparent, *ad ea.* Freinsh.

temptor, undecimis castris pervenit ad Euphratem: quo pontibus juncto *equites primos ire, phalangem sequi* jubet: Mazæo, qui ad inhibendum transitum ejus, cum sex millibus equitum occurrerat, [a] non au-
13 sus periculum sui facere. Paucis deinde, non ad quietem, sed ad reparandos animos, diebus datis militi, strenue hostem insequi cœpit: metuens, ne interiora regni sui peteret, sequendusque esset per loca
14 omni solitudine atque inopia vasta. Igitur quarto die præter Arbela penetrat ad Tigrim. Tota regio ultra amnem recenti fumabat incendio: quippe Mazæus, quæcunque adierat, haud secus quam hostis urebat.
15 Ac primo caligine, quam fumus effuderat, obscurante lucem, insidiarum metu substitit: deinde ut speculatores præmissi *tuta omnia* nunciaverunt; paucos equitum ad tentandum vadum fluminis præmisit: cujus altitudo primo summa equorum pectora; mox, ut in medium alveum ventum est, cervices quoque
16 æquabat. [b] Nec sane alius ad Orientis plagam tam vio-

INTERPRETATIO.

a *Cum Mazæus non esset ausus vires suas experiri.*
b *Nec ullum aliud flumen in Oriente, tam rapide fertur.*

NOTÆ.

12 *Pontibus juncto*] Confer Arrian. 3. 2. De alia expeditione intelligendum est, quod scribunt nonnulli eum transivisse ad Zeugma, ut Plin. 34. 15. Dio lib. 40.

14 *Quarto die præter*] Mirum hoc de quarto die. Nam Strabo lib. 2. iter ex Eratosthene à Thapsaco seu Euphrate ad Tigrim numerat stadia 1400. quæ nostratia efficiunt milliaria 40. cum triente, sive passuum 255000. *Radetus*. Sed notum est de celeritate Alexandri: cujus & alia quamplura exempla tradit Curtius.

Effuderat] Bongarsi. haud male conjecit *offuderat*.

16 *Tigri*] Per Armeniam majorem primum fluit, ubi ortum habet, priusquam ad Tauri occursum mergatur in specum ac subterlabatur. postquam Taurum subterlapsus est, per Assyriam currit, non per Mediæ fines, & Mesopotamiam facit. per Armeniam fluens habet ab oriente Armeniæ regiones, quæ Mediam ad latus habent conterminam. post exitum Tauri Assyriam ab oriente præterfluit. Ceterum, quod Medi sagittam *Tigrim* vocant, & amnis Tigris ita vocatur propter celeritatem, non ideo sequitur, per Mediæ fines fluere. Strabo, qui fontes Tigridis ab latere Niphatis australi deducit, Tigrim statim ab exordio nominari intelligit. Plinius, antequam Taurum subter penetrarit, etiam dum per Armeniam fluit, ita vocatum innuit. Sic porro

violentus invehitur; multorum torrentium non aquas solum, sed etiam saxa secum trahens. itaque à celeritate qua defluit *Tigri* nomen est inditum: quia Persica lingua *Tigrim* sagittam adpellant. Igitur pe- 17
des, velut divisus in cornua, circumdato equitatu, levatis super capita armis, haud ægre ad ipsum alveum penetrat. Primus inter pedites rex egressus in 18
ripam, vadum militibus manu, quando vox exaudiri non poterat, ostendit. [a] sed gradum firmare vix poterant, quum modo saxa lubrica vestigium fallerent;

INTERPRETATIO.

a *Sed firmo gressu niti aegre poterant, quod nunc saxa levia subducerent se pedibus, nunc violentior aqua* illos *disturbaret.*

NOTA.

porro vocatus dominantis populi lingua, qui totum eum terrarum tractum, per quem fluit Tigris, tenuere ditione, licet Mediam sic specialiter dictam regionem nusquam intret Tigris. Hesychius: Τίγρις, ποταμὸς Περσῶν. Sic posset & ποταμὸς Μήδων, ut Medi dici pro Persis passim apud veteres.

17 *Igitur pedes*] Diodor. 17. 55. paulo aliter: *Alexander, ut vehementia undarum obsisteret, manus inter se arcte conserere, totamque corporum molem veluti jugo connexam habere jussit.* Nescio quo auctore Patricius Senensis 3. 4. de regno scripsit, Alexandrum in hoc transitu, fernentem omnibus militibus suis id flumen ingressi esse formidabile, exclamasse: *O me deterrimum, qui nunquam nare didicerim!* Certe nihil tale Curtius: cujus tamen verbis ut plurimum ibi Patricius utitur. Plane Zonaras tomo 1. hoc Alex. apophthegma memorat, sed fluvii nomine non edito. At Plut. c. 102. *ad Nysam* accidisse tradit. Porro rationem Alexandri, traducendi copias, imitatus videatur Perdiccas apud Diodor. 18. 35. non ita felici eventu, quam Demetrius apud Polyæn. 4. 7. qui in Lyci transitu equites, qui robustissimos equos habebant, triplici ordine opposuit fluctibus. *his fracta rapiditas fluminis transitum peditibus facilitorem praebuit.* Cæsar apud Lucan. 1. 220. in transitu Rubiconis:

Primus in obliquum sonipes opponitur amnem
Excepturus aquas: molli tum cetera rumpit
Turba vado fractis facilesque jam fluminis undas.

Et ipse Cæsar de bello civ. 1. 64. *magno numero jumentorum in flumine* (Ibero) *supra atque infra constituto, transducit exercitum. pauci ex his militibus vi fluminis abrepti ab equitatu excipiuntur, ac sublevantur: interiit tamen nemo.* Eodem fere modo Rhodanum trajecit Annibal, apud Liv 21. secundum Cœlium, Padum quoque; quod tamen non credit Livius 21. 47.

19 *Dum sua quisque spolia*] Quod in hoc periculo Macedones, idem in hostili fecerunt Pœni, apud Liv. 21. 33. *plusque inter ipsos sibi, quoque tendente* (sic lego) *ut periculo prius evaderet, quam cum hostibus certaminis erat.* Et apud Tacit. 1. 65. *ut tali in tempore sibi quisque properus, & lenta ad versum imperia aures.* Procop. lib. 2. de bell. Gotth. in fuga Gothorum ad Ariminum: *vasis raptim collectis tanto cum tumultu atque clamore discesserunt* (lego enim ἄχετο, significantius. & nar-

19 rent; modo rapidior unda ſubduceret. Præcipuus erat labor corum, qui humeris onera portabant: quippe quum ſemetipſos regere non poſſent, in rapidos gurgites incommodo onere auferebantur. & dum ſua quiſque ſpolia conſequi ſtudet; major inter ipſos, quam cum amne orta luctatio eſt: cumulique ſarcinarum paſſim fluitantes pleroſque perculerant. Rex monere, *ut ſatis haberent, arma retinere; cetera ſe redditurum.* Sed neque conſilium, neque imperium accipi poterat: obſtrepebat hinc metus; præter hunc, invicem natantium mutuus clamor. 21 Tandem, qua leniore tractu amnis aperit vadum, emerſere: nec quidquam præter paucas ſarcinas deſideratum eſt. Deleri potuit exercitus, ſi quis auſus eſſet vincere: ſed perpetua fortuna regis avertit inde hoſtem. Sic Granicum tot millibus equitum peditumque in ulteriore ſtantibus ripa ſuperavit: ſic anguſtis in Ciliciæ callibus tantam multitudinem 23 hoſtium. * Audaciæ quoque, qua maxime viguit, ratio

INTERPRETATIO.

2 *Nimiæ quoque fiduciæ culpa minui* ex eo *poteſt, quod nunquam* hoc *in quæſtionem venit, an ſine ratione* aliquid *ſuſcepiſſet.*

NOTÆ.

rationi aptius, quam εἴργειν) *ut neque imperium accipere poſſent, neque quicquam aliud in animo haberent, præter qua ratione quiſque primus deſertis hucaſtris in ea quæ ad Ravennam erant, perveniret.*

20 *Hinc metus*] Tentat hanc lectionem Acidalius, *hinc metus, hinc invicem*, &c. Non tamen inſolens eſt ſcriptoribus deflectere nonnunquam ab uſitatis formulis, quod in Tacito præſertim ſæpe eſt animadvertere. *Freinsh.*

Invicem natantium] Non intelligo, quomodo hæc duo verba conjunctim explicari poſſint. plane fuit, *invicem vocantium.* idque volunt quæ ſtatim ſubjicit, *mutuus clamor.*

23 *Audaciæ quoque*] Raderus, explo-

ſa Acidalii conjectura, qui ſic emendabat, *audaciæ quoque, &c. ratione niti poteſt*: retinet, *audaciæ ratio minui poteſt*, & ſic explicat, ut *rationem* pro cauſa: *cauſam* pro culpa accipi velit: ut tandem ſiat, non magnam fuiſſe Alexandri culpam, in tanto fortunæ obſequio temeratios conatus. Sed non admitto, non utique magis, quam alium Virum doctum, qui ſcribit: *audaciæ ratio iniri poteſt.* hoc eſt. inquit, facile ratiocinari queas, quantæ audaciæ fuerit Alexander, cum nunquam dubitavit, ſe temere feciſſe, licet interdum temeritas interveniret. Sed valde fallor, aut longe diverſus eſt Curtio animus: quem olim hac correctiuncula evidentiorem feci: *audaciæ, &c. admira-*

tio

ratio minui poteſt; quia nunquam in diſcrimen venit, an temere feciſſet. Mazæus, qui, ſi tranſeuntibus flumen ſuperveniſſet, haud dubie oppreſſurus fuit incompoſitos; in ripa demum, & jam perarmatos, adequitare cœpit. Mille admodum equites 24
præmiſerat. quorum paucitate Alexander explorata, deinde contempta; præfectum Pæonum equitum Ariſtona *laxatis habenis invehi* juſſit. Inſignis eo die 25
pugna equitum, & præcipue Ariſtonis fuit: præfectum equitatus Perſarum Satropatem, directa in gutture haſta transfixit; fugientemque per medios hoſtes conſequutus, ex equo præcipitavit, & obluctanti caput gladio demſit: quod relatum magna cum laude ante regis pedes poſuit.

NOTÆ.

tio minui poteſt. nec ſane novum in Mſſ. exemplaribus, nonnunquam antiquitatem detergere nonnullas literulas, præſertim ſi temere marginibus hæſerint, quod & Floro 2. 7. vitium oblatum fuiſſe exiſtimavi. Senſus igitur eſt: Nullo magis quam audaciæ nomine celebris fuit. Sed ita in poteſtate habuit fortunam, ut ejus rei admiratio valde hinc minui poſſit. Nemo enim merito audax dicitur, qui nullo periculo, quicquid vult, conficit. Iam autem Alexandro ita ſucceſſerunt omnia, ut ex eventu rem æſtimantibus, omnia ejus opera videantur facilia fuiſſe. Poſſet tamen eadem forte ſententia erui, nihil mutata lectione priſtina, ſi *rationem* capias pro calculo, ſumma, æſtimatione, notione ſatis uſitata, ut ſcilicet de ea detrahatur nonnihil, nec tanta fuiſſe videatur hominis audacia, quanta utique apparuiſſet, ſi inimicam etiam fortunam ſæpius eſſet auſus laceſſere.

Nunquam in diſcrimen venit] Annibal ad Scipionem apud Liv. lib. 30. Quod ad me attinet, jam ætas ſenem in patriam reverentem, unde puer profectus ſum, jam ſecundæ, jam adverſæ res ita erudierunt, ut rationem ſequi, quam fortunam malim. Tuam & adoleſcentiam, & perpetuam felicitatem, ferociora utraque quam quietis opus eſt conſiliis, metuo. NON TEMERE INCERTA CASVVM REPVTAT, QVEM FORTVNA NVNQVAM DECEPIT. *Lucan.*

Perarmatos] Alii dividunt, *per armatos.* Sed jungenda in unam eſſe vocem, recte vidit Acidalius. Ego præterea diſtinctione, & alterius voculæ diviſione, alterius additione, perſanabo locum. ſcribe: *Mazæus, qui* (voculam hanc agnoſcunt merito plerique libri) *ſi tranſeuntibus flumen ſuperveniſſet* (vide Cæſarem de bello Gall. 2. 20. Livium 21. 5.), *haud dubie oppreſſurus fuit incompoſitos, in ripa demum, & jam perarmatos, adequitare cœpit.* Quod quia ſat certa ratione nititur, in textum recipiendum exiſtimavimus. *Freinsh.*

25 *In gutture*] Similis eventus certaminis ſingularis, quo Satibarzanes occidit, infra 7. 3. forte etiam ſimilis conditio hic fuit, ut nudo capite pugnaverint.

CAP. X.

Milites, ob Lunæ defectum turbatos, per Ægyptios vates confirmat Alexander: Persas vastatores conjicit in fugam. Darii uxor captiva, mœrore confecta, supremum diem claudit. unde Alexandri lacryme. Darii suspiciones, luctus, & vota.

1 BIDVO ibi rex stativa habuit: [a] in proxi-
2 mum deinde iter pronunciari jussit. Sed prima fere vigilia luna deficiens, primum nitorem sideris sui condidit; deinde sanguinis colore suffuso lumen omne fœdavit: [b] solicitisque sub ipsum tanti discriminis casum ingens religio, & ex

INTERPRETATIO.

a *In crastinum* diem.

b *Cum jam essent anxii propter* imminens *tanti prælii periculum, vehemens religionis sensus, atque ex eo natus pavor quidam* eos *invasit.*

NOTÆ.

1 *Iter*] Vocem hanc merito & Mss. & Editis nonnullis inseri, præter Acidalii Raderique consensum, docebit etiam Curtianæ phraseos observatio.

2 *Luna deficiens*] Illustrant has lunæ tenebras Cicero de divinatione 1. 53. Plin. 2. 70. Manil. Astron. 1. 220. Lucret. 5. 746. Arrian. 3. 2. Plutarch. cap. 16. Ptolem. Geograph. 1. 4. Ἀναγεαφὴ Ὀλυμπιάδων. Quos fere explicat Scaliger de emend. temp. lib. 5. & Canon. Isagog. lib. 3. pag. 293. ubi scribit, contigisse hanc defectionem die 20. Septembris. Vide etiam Petavium.

Formido] Hoc factum & apud barbaros, ut narrat Ioannes Roianus in hæc verba: *Colones* (sive *Columbus*), *dux exercitus Ferdinandi regis Hispan. superioribus annis, quibus novus orbis India Occidentalis detectus est atque explioratus, apud Iamaicam insulam totum exercitum Christianorũ ab imminente morte hujus divina disciplina auxilio eripuit. Cum enim universus Hispanorum exercitus ultimo jam vitæ periculo esset constitutus, neque Dux à Iamaïcensibus alimenta ullo posset modo impetrare (hac enim ratione sperabant barbari exercitum Christianorum facile sine armis posse expugnari), rectoribus Iamaïcensium renunciari jubet, ni sibi, suisque omnibus, necessaria ad victum subministrent, plurima illis ac suprema mala imminere: In cujus rei testimonium non multo post lunam eos obscuratam esse visuros quam quidem ipse in Astronomia eximie versatus, jamjam defecturam cognoscebat. Contemserunt quidem primo barbari jussa ducis Christiani, ac minus: At cum ad constitutum ab ipso tempus lunam deficere sensim conspicerent, neque hujus rei causam intelligerent, illius tum verbis primum fidem præbentes, & commeatum Christianis affatim subministrarunt, & ad ipsius ducis, ceterorumque militum pedes provoluti, uti sibi ignoscerent, obnixe efflagitarunt.* Rad. Defectu solis perculsum etiam fuisse Annibalem, ante ultimum cum Scipione prælium, tradit Zonaras tom. 2. Similique postea causa turbatæ sunt Macedonum mentes, quo tempore Perseus bellum cum pop. Rom. gerebat.

ex ea formido quædam incuſſa eſt. *Diis invitis in ultimas* 3
terras trahi ſe querebantur. *jam nec flumina poſſe adiri; nec ſidera priſtinum præſtare fulgorem: vaſtas terras, deſerta omnia occurrere: in unius hominis jactationem tot millium ſanguinem impendi. faſtidio eſſe patriam; abdicari Philippum patrem;* [a] *cælum vanis cogitationibus peti.* Iam [b] pro ſeditione res erat; quum ad omnia inter- 4
ritus, *duces principeſque militum frequentes adeſſe prætorio; Ægyptioſque vates*, quos cœli ac ſiderum peritiſſimos eſſe credebat, *quid ſentirent, expromere* jubet.

INTERPRETATIO.

a *Divinos honores inſana ſpe* ab eo *affectari.*
b *Inſtar ſeditionis habebat* ille motus.

NOTÆ.

bat. Livius 44. 37. Sed cauſarum ignaros percelli nihil mirum: cum *defectum ſiderum pavcant & quadrupedes.* Plin. 8. 54.

3 *Diis invitis*] Ex ſideris luctu putarunt iratos ſibi deos. *Raderus.*

Adiri] Vane nimium exaggerant, ſi ita dixerunt, *adiri.* Neque enim verum: quid enim adire prohibuerit? Sed non id verbi Curtius iis tribuit. à librario affectum querelæ augendæ. *Vadari*, credo, auctor ſcripſit, aut *tranſiri.* ſed illud potius, quod ad literas propius. Ad recentem quidem in transeundo Tigri caſum reſpicitur ſaltem, in quo firmare gradum non potuerant propter & fluminis rapacitatem & ſaxorum lubricitatem. *Acidalius.*

Jactationem] Recte hanc ſcripturam præferunt Mediceæ; *unius hominis jactatione.* Acidalius & Rad. Aretinus, *Humanum paucis vivit genus*: ut aſſeverat apud Luc. 6. 343. Iulius Cæſar. *Freinsh.*

4 *Iam pro ſeditione res erat*] Legend. credo: *res erat prope ſeditionem.* Faber.

Peritiſſimos] Ægyptii enim ſibi ſideralis ſcientiæ inventionem arrogarunt. Aſtronomiæ certe Theutem Plato in Phædro nominat auctorem. Ariſtoteles Ægyptiis tribuit Mathematicas diſciplinas, hoc eſt, Aſtrologiam. Pythagoras, Plato, Democritus, aliique complures Ægyptum petivere Aſtrologiæ & Geometriæ cauſa. Plato 10. de legibus Ægyptum opportunam affirmat aſtris conſiderandis. Idem Picus Mirandula propter plana ea mporum docet. Alii Chaldæis primam ſiderum cognitionem aſſignant. Ioſeph. contra Appion. lib. 1. pr. ab Abrahamo ſiderum diſciplinam Ægyptiis traditam narrat: ab his ad Chaldæos, inde ad Græcos profectum. Poëtæ Atlantem conditorem fingunt Aſtrologiæ, eoque pingunt humeris cœlum ſuſtinere. Certum eſt, ex cœleſtium literarum doctoribus, & Ioſepho, cognitionem ſiderum ab ipſo primum Adamo traditam literis, à Setho & poſteris ad Noë; ab hoc eam ad Abrahamum perveniſſe, à quo ad Ægyptios, ab his ad Chaldæos. Phœnicas, Græcos. *Raderus.* Id autem Alexandrum credo feciſſe, non quod ipſe veræ ejus cauſæ ignarus eſſet; qui enim poſſet. Ariſtotelis diſcipulus, ejuſque diſciplinis plures per annos imbutus? Sed, ut militi eo magis eximeretur metus, quanto à pluribus, & peritioribus, ut ipſe quidem opinari poterat, res ea non ominoſa judicaretur. *Freinshemius.*

5 Qui

5 bet. At illi, qui [a] ſatis ſcirent, temporum orbes implere deſtinatas vices: lunamque deficere, quum aut terram ſubiret, aut ſole premeretur: rationem 6 quidem ipſis perceptam non edocent vulgus; ceterum adfirmant, *ſolem Græcorum, lunam eſſe Perſarum: quoties illa deficiat, ruinam ſtragemque illis gentibus portendi.* veteraque exempla percenſent *Perſidis regum,* 7 *quos adverſis diis pugnaſſe, lunæ oſtendiſſet defectio.* Nulla res efficacius multitudinem regit, quam ſuperſtitio: alioqui impotens, ſæva, mutabilis; ubi vana religione capta eſt, melius vatibus quam ducibus ſuis

INTERPRETATIO.

a *Cum probe noſſent annorum periodos perficere ordinatos curſus, & Lunam eclipſim pati cum vel terræ ſubjacet, vel Soli ſupponitur; cauſam eclipſis ſibi notam non aperiunt coram vulgo* militum, *ſed, &c.*

NOTÆ.

5 *Qui ſatis ſcirent*] Qui germanas & certas defectionum Solis & Lunæ cauſas ex Mathematicorum diſciplina diſcere & pernoſſe deſiderat, Ioh. Sacroboſc. evolvat. Non prætereundum, quod Arrian. 3.2. traditum Loccenius ex hac cauſa fuiſſe rectè notat: Alexandrum Lunæ, Soli & Terræ feciſſe, ut nimirum omnes placaret, qui iſtius deliquii auctores fuiſſe viderentur.

7 *Solem Græcorum*] Ex Herodoto 7. 37. apud quem hebeſcente ſole Xerxi Vates reſponderunt, defectionem Græcarum urbium ſignificari, quod Sol eſſet præſes Græcorum, Luna Perſarum. Quod autem ſolis deficientis labores Græcis exitium portenderint, Lunæ Perſis & Barbaris, non ſemper uſuvenit. perinde enim ſub defectionibus lunæ Græcos fuiſſe afflictos ac barbaros intelligo. ut hoc vatum Ægyptiorum commentum videri poſſit ab Alexandro fortaſſe dictatum, ut antea Hammonis ſacerdotes monuerat, quid ſibi vellet ſciſcitanti reſponderi. *Raderus.*

Lunam eſſe Perſarum] Neſcio an probe ex hoc loco conjiciat Vir doctus de coron. 9.16. Perſicum diadema lunatum fuiſſe. Quod enim hic dicitur; *lunam eſſe Perſarum*, non ſic accipiendum eſt, ut intelligatur ſymbolum, aut inſigne, aut omen.

Veteraque exempla percenſent] Anno Mundi 3478. obſcurata eſt luna, quo anno pugna Marath. ſuperati ſunt Perſæ.

7 *Superſtitio*] Quomodo hac vulgi inclinatione uſus ſit idem Alexander, oſtendit Polyæn. 4.3. *cum enim ex aruſpicibus cognoviſſet, deos omnia fauſta portendere: circumferri hoſtias juſſit, & militibus ob oculos demonſtrare, ut non ſolum ex auditione, verum etiam ex adſpectu ſpem bonam de periculo haberent.* Vide Frontin. ſtrateg. 1.2. inter quæ excellit, quod 14. loco poſitum recitabo, quia ad Alexandrum pertinet, & forſan idem eſt, cujus & Polyænus meminit. Ille igitur *ſacrificaturus, inſcripſit medicamento aruſpicis manum, quam ille extis erat ſuppoſiturus: litera ſignificabant, victoriam Alexandro dari, quas cum jecur calidum rapuiſſet, & à rege militi eſſet oſtenſum; auxit animum, tanquam deo ſpondente victoriam.* Hinc ſuperſtitio vere dicitur Curtio lib. 7. *humanarum mentium ludibrium.* Et, *leves hominum animos ſuperſtitione terreri* dixit Marcianus IC. in lib. 30. de pœnis.

10 Ex-

ſuis paret. Igitur edita in vulgus Ægyptiorum reſponſa, [a] rurſus ad ſpem & fiduciam erexere torpentes. Rex impetu animorum utendum ratus, ſecunda 8
vigilia caſtra movit: dextra Tigrim habebat; à læva montes, quos *Gordæos* vocant. Hoc ingreſſo iter ſpe- 9
culatores, qui præmiſſi erant, ſub lucis ortum, *Darium adventare* nunciaverunt. Inſtructo igitur mili-
te, & compoſito agmine, antecedebat. Sed Perſa- 10
rum exploratores erant mille ferme, qui [b] ſpeciem agminis magni fecerant. quippe ubi explorari vera non poſſunt, falſa per metum augurantur. His co- 11
gnitis, rex cum paucis ſuorum aſſequutus agmen refugientium ad ſuos; alios cecîdit, alios cepit: equiteſque præmiſit ſimul ſpeculatum; ſimul ut ignem, quo barbari cremaverant vicos, extinguerent. quippe 12
fu-

INTERPRETATIO.

a *Iterum ad fiduciam & audaciam traduxerunt eos, qui* antea *languebant* metu.

b *Inſtar magni exercitus viſi fuerant.*

NOTÆ.

10 *Exploratores*] Mſſ. Modii, & unus Gruteri, *moratores*. eo nimirum ſenſu, quo vocem eam ponit Liv. 21. 47. *Prius Placentiam pervenere, quam ſatis ſciret Annibal ab Ticino profectos: tamen aliquot moratorum in citeriore ripa ſegniter ratem ſolventes cepit.* & 21. 48. *quum jam tranſgreſſos Trebiam Romanos, metanteſque caſtra conſpexiſſent, paucos moratorum occiderunt circa flumen interceptos.* Quibus locis, moratores ſunt qui moram nectunt, non qui ad morandum hoſtem relicti ſunt. Sic & hoc Curtii loco, quod ex ipſa re claret. Mazæus trans Tigrim erat (ſupra 4. 9.) relictus, ut totam eam regionem vaſtaret, per quam iter futurum erat Alexandro. Ergo à ripa Tigridis ad uſque interiora, omnia vaſtabant, & ut quæque corruperant, recedebant. Alexander contra ſummopere contendebat, ut quanta maxima celeritate poſſet, ſuperveniret hoſtibus, priuſquam omnia corrumperet. ita accidit, ut reliquis cedentibus, mille iſti tardi deprehenderentur ab Alexandro. *Freinsh.*

Augurantur] Modius ex Mſſ. docet, ſcriptum, *falſa per metum angentur*. Codex Auguſtanus S. Vdalrici: *Quippe ubi vera explorare non poſſunt, falſa per metum angurantur*. Certe *augurantur* παξηπλῶς ego non memini legere. quamvis enim *augure* apud Ciceronem & alios reperiatur, non perinde tamen patiendi figura *auguror* dici deprehendatur. *Rad.* Mihi prope compertum eſt, fuiſſe; *falſa per metum fingurantur*. Sic infra, 7. 1. *Vtinam non inanes quoque ſpecies anxio animo figuraret*. Sic apud Cæſarem de bell. Gall. 8. 22. legimus; *Conſidium timore perterritum, quod non vidiſſet, pro viſo ſibi renunciaſſe*. Ea enim natura metus. unde Tacit,

Digitized by Google

fugientes raptim tectis acervisque frumenti injecerant flammas : quæ quum in summo hæsissent, ad
13 inferiora nondum penetraverant. Extincto igitur igne, plurimum frumenti repertum est : copia aliarum quoque rerum abundare cœperunt. Ea res ipsa militi ad persequendum hostem animum incendit. quippe urente & populante eo terram, festinandum erat, ne
14 incendio cuncta præriperet. In rationem ergo necessitas versa; quippe Mazæus, qui antea per otium vicos incenderat; jam fugere contentus, pleraque
15 inviolata hosti reliquit. Alexander, *haud longius centum quinquaginta stadiis Darium abesse* compererat, itaque ad satietatem quoque copia commeatuum in-
16 structus, quatriduo in eodem loco substitit. Interceptæ deinde Darii literæ sunt; quibus Græci milites solicitabantur, *ut regem interficerent, aut proderent* : dubitavitque, *an eas pro concione recitaret*, satis confisus Græcorum quoque erga se benevolen-
17 tiæ ac fidei. Sed Parmenio deterruit; *non esse talibus promissis imbuendas aures militum : patere vel unius insi-*
18 *dias regem : nihil nefas esse avaritiæ.* Sequutus consilii
19 auctorem, castra movit. Iter facienti spado unus ex captivis, qui Darii uxorem comitabantur, *deficere eam*

NOTÆ.

Tacit. 2. 24. *miracula narrabant, vim turbinum, & inauditas volucres, &c. vera, sive ex metu credita.*

16 *Recitaret*] Callidum est Eumenis illud apud Iust. 14. 1. qui, conjectis in ejus castra hujusmodi libellis, *vocatis ad concionem militibus* persuasit, *confictas has à se epistolas ad experiundos suorum animos esse. Hoc facto & in futurum providit, ut si quid simile accidisset, non se ab hoste corrumpi, sed ab duce tentari arbitrarentur.*

17 *Sed Parmenio deterruit*] Interdum insidiarum remedium est, si non intelligantur. Tacit. Annal. 14. 6. 7. ad avertendam ulterioris perfidiæ occasionem & contagionem. *Loccenius.*

Vel unius] Tacit. H. 2. 75. *fluxam militum fidem, & periculum ex singulis. Quid enim profuturas cohortes alasque, si unus alterque præsenti facinore paratum ex diverso præmium petat? Facilius universos impelli, quam singulos vitari.* Eumenes apud Iustin. 14. 1. *Salutem suam in omnium potestate esse.*

Avaritiæ] Adeo splendens hoc aurum præstringit oculos. Varro Fragm. & alte impressum omnibus μᾶδεν εἶναι σοὶ κρεῖττον χρυσίου. *nihil esse cum inire malum.*

18 *Spa-*

eam nunciat; *& vix ſpiritum ducere.* Itineris continui labore, animique ægritudine fatigata, inter ſocrus & virginum filiarum manus collapſa erat; deinde & extincta. id ipſum nuncians alius ſupervenit. Et rex haud ſecus, quam ſi parentis ſuæ mors nunciata eſſet, crebros edidit gemitus: lacrimiſque obortis, quales Darius profudiſſet, in tabernaculum, in quo mater erat Darii, defuncto adſidens corpori, venit. Hic vero renovatus eſt mœror, ut proſtratam humi vidit. [a] recenti malo priorum quoque admonita, receperat in gremium adultas virgines, magna quidem mutui doloris ſolatia; ſed quibus ipſa deberet eſſe ſolatio. In conſpectu erat nepos parvulus, ob id ipſum miſerabilis, quod nondum ſentiebat calamitatem, maxima ex parte ad ipſum redundantem. Crederes, Alexandrum inter ſuas neceſſitudines flere, & ſolatia non adhibere, ſed quærere. cibo certe abſtinuit: omnemque honorem funeri, patrio Perſarum more, ſervavit: dignus hercule, qui nunc quoque tantum manſuetudinis & continentiæ ferat fru-

INTERPRETATIO.

a *Cum nova calamitas præteritorum* malorum *memoriam revocaſſet.*

NOTÆ.

18 *Spado*] Liquet his verbis, eunuchos quoque circa reginas fuiſſe. & infra, 4. 10. Idem probatur Eſther. 4. 5. *Accitoque Athach eunucho, quem rex miniſtrum ei dederat.* Eoque reſpexiſſe videtur Terentius Eunucho 1. 2. cum ait: *Eunuchum dixti velle te: quia ſolæ utuntur his Regina.* Hos etiam pellicibus & concubinis regis cuſtodes adhibitos, ſupra oſtendimus.

19 *Itineris*] Plutarch. c. 52. & Iuſt. 11. 12. ſcribunt, ex partu obiiſſe. Et poſt, ut animi ægritudo doloribus partus addita, malum duplicarit. *Loccenius.*

20 *Et Rex haud ſecus*] Hoc ipſe legatus Darii infra fatetur: *Vultum tuum video, qualis Darii fuit, quum dimitteremur ab eo: & ille tamen uxorem, tu hoſtem luges.* Hinc videmus, hoſtilitatem non tollere naturam; & genuinam miſericordiam, non cauſam, ſed fortunam ſpectare, ut cum Seneca loquar. Vide Val. Max. 5. 3. *Loccenius.*

23 *Tantum*] Bong. conjiciebat, *tanta*, me conſentiente. De re ſimili eſt locus Diodor. 17. 38. *Itaque Alexander, etſi hanc vitæ noſtræ tempeſtatem multis ætatibus præceſſit; juſtam tamen etiam à poſteris dignamque ſuis virtutibus prædicationem nanciſcatur.* Et ſane cum Tacito 3. 65. *præcipuum* hiſtoriæ *reor, ne virtutes fileantur, utque pravis dictis factiſque ex poſteritate & infamia metus ſit.*

24 *Se-*

24 fructum. Semel omnino eam viderat, quo die capta
est; nec ut ipsam, sed ut Darii matrem videret:
eximiamque pulchritudinem formæ ejus non libidi-
25 nis habuerat incitamentum, sed gloriæ. E spadoni-
bus, qui circa reginam erant, Tyriotes, [a] inter tre-
pidationem lugentium elapsus per eam portam, quæ,
quia ab hoste aversa erat, levius custodiebatur, ad
Darii castra pervenit: exceptusque à vigilibus, in
tabernaculum regis perducitur; gemens & veste la-
26 cerata. Quem ut conspexit Darius, multiplici exspe-
ctatione commotus, & quid potissimum timeret, in-
cer-

INTERPRETATIO.

a *Inter tumultum plangentium* mortuam.

NOTÆ.

24 *Semel omnino*] Meminere hujus historiæ A. Gellius 6. 8. & Athenæus 13. 8. Ceteras autem captivas ut vidit Alexander specie & statura eximias, dixit joco, *ὡς εἰσὶν μεγάλαι ἀλγηδόνες ὀμμάτων Περσίδες. Quam magni oculorum dolores sunt Persides!* Plutarch. Alex. cap. 36.

Sed ut Darii matrem videret] Male alii, *viderat*, ut olim vidi, & postea consensu unius atque alterius impressi confirmatus sum. Sic enim & ipse Alexander conciliabitur Curtio, cujus verba Plutarch. c. 37. refert in hunc sensum. *Ego enim non solum non vidisse invenior Darii uxorem, aut videre cogitasse: verum nec verba facientes de ejus decore, sustinuisse audire.* Concilia, inquam, visam esse semel, non data opera, sed obiter; quia aderat matri Darii, ad quam visendam Alexander venerat. Quomodo etiam explicanda videntur illa Plutarchi de curiositate c. 21. *Alexander Darii uxorem, quia formosissima dicebatur, noluit in summ venire conspectum; sed ad matrem ejus anum accedens, videre juvenem & pulchram non sustinuit.* Freinsh.

Eximiamque pulchritudinem] Simile continentiæ exemplum laudat in Constantino Nazarius paneg. *Nullam matronarum, cui forma emendatior fuit, bonis sui piguit, quum sub abstinentissimo Imperatore species inculpata, non incitatrix licentiæ esset, sed pudoris ornatrix.* Et Ammianus Marcellinus Iulianum in hoc Alexandrum & Scipionem imitatum fuisse refert lib. 24. *Ex virginibus autem quæ speciosa sunt captæ, ut in Persida, ubi feminarum pulchritudo excellit, nec contrectare aliquam voluit, nec videre: Alexandrum imitatus & Africanum, qui hæc declinabant, ne frangerentur cupiditate, qui se invictos à laboribus ubique præstitissent.* Ne vero oculi sint janua illiciti amoris, ratio custos pessulum obdet. P. Syrus. *Nil peccant oculi, si animus oculis imperat.* Loccen.

25 *E spadonibus*] Variat paulisper Suidas in Ἀλέξανδρος. Plut. c. 52. *Tyreon* appellat, quem Curtius *Tyrioten*.

Aversa erat] Quomodo in Romanis castris *decumana*. Tacit. 1. 66. *cuncti ruerent ad portas, quarum decumana maxime petebatur, aversa hosti, & fugientibus tutior.* Aversa enim parte eam collocabant, quia omnium erat maxima, & perinde, si vis ingrueret, defensu difficillima. *Freinsh.*

Levius custodiebatur] Quasi extra periculum esset. quod ipsum sæpius maxi-

mum

certus; *Vultus tuus*, inquit, [a] *nescio quod ingens malum profert: sed cave miseri hominis auribus parcas. didici enim esse infelix: & sæpe calamitatis solatium est, nosse sortem suam. Num, quod maxime suspicor, & lo-* 27 *qui timeo,* [b] *ludibria meorum nunciaturus es; mihi, &, ut credo, ipsis quoque, omni graviora supplicio?* Ad hæc 28 Tyriotes, *istud quidem procul abest*, inquit: *quantuscunque enim reginis honor ab iis qui parent, haberi potest; tuis à victore servatus est: sed uxor tua paulo ante excessit è vita.* Tum vero non gemitus modo, sed 29 etiam

INTERPRETATIO.

a *Grande aliquod malum portendit.*
b *Uxoris aut filiarum dedecora, quæ &c.*

NOTÆ.

ximum negligentibus periculum creavit. Livius 10. 32. ita Romanorum castra ab Samnitibus oppressa ostendit. *Samnites vix dum certa luce, & eam ipsam premente caligine, ad stationem Romanam, in porta segniter agentem vigiliis, perveniunt. Improviso oppressis, nec animi satis ad resistendum, nec virium fuit. Ab tergo castrorum, decumana porta, impetus factus.* Radersus.

26 *Didici*] Qui jam consuevi fortiter esse miser.

Ovid. lib. 5. Trist. eleg. 12. v. 4.

Sæpe calamitatis solatium est] Vt, secundum Medicorum regulam, nosse recte morbum causamque ejus, primus ad sanitatem gradus est: ita calamitatis remedium quoddam est, recte nosse calamitatem suam. quo sensu Plautus in Trinummo dixit: *Nota mala, res optima.* quia nota magis sanari possunt, & minus angunt animum, quam ignota, metu sæpe deteriorum unde Virgil.

——— *Res animos incognita turbat.*

Scite Plin. l. 8. ep. 17. *Parvulum differt, patiaris adversa, an exspectes: nisi quod tamen est dolendi modus, non est timendi. Doleas enim quantum scias accidisse, timeas quantum possit accidere.* Loccen.

Nosse sortem suam] In clade duo moneo, ut Prudenter eam, & Fortiter feras. Prudenter, hoc sensu; ut noris eam serio, & appendas. Nam quidam *è contrario læta omnia sibi fingunt.* Tacit. Hist. 3. 54. *Et nuncios cladis occultantes, stulta dissimulatione, remedia potius malorum, quam mala differunt.* Ibid. Quod nulla ratio est ut fiat. Nam primum:

——— *cladem scire qui refugit suas,*
Gravat timorem, dubia plus torquent mala.

Seneca Agam. vers. 419. Sicut contra, *sæpe calamitatis solatium est, nosse sortem suam.* Curtius. Deinde, profecto

Iners malorum remedium, ignorantia est.

Seneca OEdip. vers. 515. Imo nullum: nec mederi tibi fas, cum nescis. Tu vero agnosce, atque adeo examina & appende. *Lipsius.*

27 *Mihi*] Alium longe horum esse sensum quam vulgata distinctio pariat, ostendit mihi amantissimus Socer, si sic distinguas, *nunciaturus es; mihi, &, ut credo, ipsis quoque, omni graviora supplicio.* Vt istud *mihi*, non pertineat ad præcedentia *nunciaturus es*; sed ad hæc, *graviora omni supplicio.* Confirmatur hæc distinctio verbis Diodori lib. 8. δεινότερον γὰρ δοκεῖ τοῦ μὴ ἀνδρας & πατέρας εἰκὸς ἦν πεσόντας, γυναικῶν ὕβρεις & παρθένων ἀλγεινὰς ἀναλογίζομένους. *Ipsa enim morte acerbiora passuros viros & patres, si mu-*

etiam ejulatus, totis caſtris exaudiebantur: nec dubitavit Darius, quin interfecta eſſet, quia nequiſſet contumeliam pati. exclamatque amens dolore; *quod ego tantum nefas commiſi, Alexander? quem tuorum pro inquorum necavi, [a] ut hanc vicem ſævitiæ meæ reddas? Odiſti me, non quidem provocatus: ſed finge, juſtum intuliſſe te bellum; cum feminis ergo agere debueras?* Tyriotes adfirmare *per deos patrios, [b] nihil in eam gravius eſſe conſultum: ingemuiſſe etiam Alexandrum morti, & non parcius fleviſſe: quam ipſe lacrimaretur.* Ob hæc ipſa amantis animus in ſolicitudinem ſuſpicionemque revolutus eſt; [c] deſiderium captivæ profecto à conſuetudine ſtupri ortum eſſe conjectans. Submotis igitur arbitris, uno duntaxat Tyriote retento, jam non flens, ſed ſuſpirans; *videſne in te, Tyriote, [d] locum mendacio non eſſe? tormenta jam hic erunt; ſed ne exſpectaveris per deos, ſi quid tui tibi regis reverentia eſt: num, quod & ſcire expeto, & quærere pudet, auſus eſt & dominus, & juvenis?* Ille *quæſtioni corpus* offerre; *deos teſtes* invocare; *caſte ſanctequ*e

INTERPRETATIO.

a *Vt hoc modo ulciſcaris crudelitatem meam.*
b *Nihil in ejus vitam per vim attentatum eſſe.*
c *Dolorem* Alexandri *de captivæ* morte.
d *Fallendi ſpem tibi nullam eſſe.*

NOTÆ.

rum & virginum ſtupra per contumeliam illata conſiderarent. Freinshemius.

29 *Totis caſtris*] Hoc ego vix concoquam. quomodo ſtatim ejulatus *totis caſtris*? dum ejus cauſa in tabernaculo regis, &c, ut credibile eſt, tantum non ſoli regi, adhuc exponitur. ſequitur tamen mox de *ſubmotis arbitris*, qui forte ejulatum concitaverint. *Idem.*

Agere] Malim, *gerere*. Sic mox 4. 11. *bellum cum captivis & feminis gerere non ſolet.*

31 *Ob hæc ipſa*] Sic feci, ex quibuſdam editis, conjecturam adjuvantibus Berneggerianam, manifeſto melius, quam alii, qui legunt; *Ob hanc ipſe animus.*

32 *Tormenta*] Perſas quæſtionem de reis per tormenta habuiſſe, teſtis eſt & Epiphanius lib. 11. contra hæreſes cap. de Manichæis. *Popma.*

Si quid tibi] Ratio loquendi poſtulare videtur: *Si qua tibi tui regis reverentia eſt.* Quomodo apud Senec. de brevit. vitæ: *Si quis inſertis ſenſus eſt.* & ſimilia. *Idem.*

34 Ca-

que habitam esse reginam. Tandem, ut fides facta est, 34
vera esse quæ adfirmaret spado; capite velato diu flevit: manantibusque adhuc lacrimis, veste ab ore rejecta, ad cœlum manus tendens; *dii patrii*, inquit, *primum mihi stabilite regnum: deinde, si de me jam transactum est; precor, ne quis Asiæ rex sit, quam iste, tam justus hostis, tam misericors victor.*

NOTÆ.

34 *Capite velato*] Velabant & operiebant se veteres parte vestis, vel propter sacra, vel ob desperatam aliquam rem, aut malum. Plaut. Amphitryone 5. 1.

Invocat deos immortales, ut sibi auxilium ferant,
Manibus puris, capite operto.

Seneca. Herc. Furente, versu 355.

Namque ipsa tristis, vestis obducto caput
Velata, juxta præsides adstat deos.

Popma. Aben Ezra morem fuisse ait, ut cui rex iratesceret, ejus statim vultum ministri obnuberent, quasi? qui regem aspiceret, indignus foret. Sed mos fuit communis. Ceterum reis in crucem agendis capita obnubebantur, uti Livius 1. 26. de Horatio docet. Ap. Claudius, metuens vitæ, ex judicio capite velato in propinquam domum se recepit Livius 3. 49. Obnubebantur & novæ nuptæ flammeo: unde & nuptæ dicuntur. Æneæ etiam auctore certis hostiis lituri capita velabant. Plutarch. quæst. Rom. cap. 10. Hebræi quoque in gravi luctu capita velabant. Rex David, cum Absolonis arma fugeret, caput obnupsit, 2 Sam. 15. De Susanna quoque apud Dan. 13. 32. ad tribunal operta legimus. *Raderus.*

Ad cœlum manus tendens] Veteres orasse manibus ad cœlum subtatis, Apuleus in libro de mundo tradit, *Nam habitus*, inquit, *orantium hic est, ut manibus extensis ad cœlum precemur.* Vnde Virg. Æn. 1. 97.

Ingemit, & duplices tendens ad sidera palmas. Popma.

Hinc dicit Apostolus ad Timoth. 1. 2. *levantes puras manus.* Et Tertullian. de oratione cap. 11. *quæ ratio est, manibus quidem ablutis, spiritu vero sordente, orationem obire? quasi nec ipsis manibus spiritales munditiæ sint necessariæ, ut à falso, &c. ceteroque maculis, quæ spiritu concepta manuum opere transiguntur, pura adleventur.* Ambrosius reprehendens Theodosium: *Qui, quæso, manus injusta cæde & sanguine respersas extendere audes?* Mos natus ex ipsius naturæ magisterio, cujus instinctu parvuli infantes, in quocunque periculo aut metu, manus ad parentes tendunt, quasi illos apprehensuri, aut petentes, ut acceptis manibus velut extrahantur ex calamitate, in quam inciderint. Sed in Curtio olim blandiebatur hæc conjectura, *ad Solem manus tendens?* Nam ille, ut notum, Persarum deus. Sed Curtius mox Darium facit invocare *deos patrios*, non unum utique Solem. *Fremin.*

CAP. XI.

Pacem tertio quæsitam Darius non impetrat. imo ad deditionem, aut ad bellum, ab Alexandro provocatur.

1 ITAQUE quamquam pace frustra bis * petita, omnia in bellum consilia converterat; victus tamen continentia hostis, ad novas pacis conditiones ferendas decem legatos cognatorum principes misit: quos Alexander consilio advocato, *introduci* jussit. E quibus maximus natu;
2 *Darium*, inquit, *ut pacem à te jam hoc tertio peteret, nulla vis subegit: sed justitia & continentia expressit.*
3 *Matrem, conjugem, liberosque ejus, nisi quod sine illo sunt, captos esse non sensit: pudicitiæ earum quæ supersunt, curam haud secus quam parens agens*, reginas ad-
4 *pellas: speciem pristinæ fortunæ retinere pateris. Vultum tuum video, qualis Darii fuit quum dimitteremur ab eo: & ille tamen uxorem; tu hostem luges. Jam in acie stares, nisi cura te sepulturæ ejus moraretur. Et quid mirum est, si tam ab amico animo pacem petit? quid opus*
5 *est armis, inter quos odia sublata sunt? Antea imperio tuo destinabat Halyn amnem, qui Lydiam terminat.*

Nunc

NOTÆ.

2 *Victus tamen continentia hostis*] Virtus & æquitas hostis non raro bella diremit: ut apud Livium, 5.27.11. Frontin.4.4. & alios, cognosces. singillatim de Camillo apud Plutarch. c.19. Flor.1. 12.5. Val. Max. 6. 5. 1. qui Falisços sibi dedito Magistro proditore conciliavit. *Freinsh.*

2 *Nulla vis subegit*] Rutilius:

Mitigat armatas victrix clementia vires.

Idem in Romanis laudat Quintilianus decl. 3. *Plura pene moribus quam viribus vicimus; dum captivæ quoque sancte habebantur, & contumelia etiam hosti aberat.* Quod ergo vis victoris exasperat, hoc benignitas ejus lenit, & multum valet in hostium animis ad pacis consilia flectendis. Vide 2 Reg. 6. 23. *Loccenius.*

3 *Agens*] Acidalius malebat, *agis*, ut omnia sint eodem flexu.

4 *Luges*] At Diodor. 17. 54. uxorem Darii vult extinctam post hanc legationem, vel certe inter eam: eoque nullo verbo ejus meminit, dum exponit mandata legatorum.

Quid opus] Videantur hæc translata ex oratione Callix apud Xenoph. Hist. Græc. lib. 6. πῶς ἂν ἐκ εἰκὸς τὰ αὐτὰ

Digitized by Google

Nunc, quidquid inter Helleſpontum & Euphraten eſt, in dotem filiæ offert, quam tibi tradit: Ochum filium, quem habes, pacis & fidei obſidem retine: matrem & duas virgines filias redde: pro tribus corporibus triginta millia talentum auri precatur accipias. Niſi moderationem animi tui notam haberem; non dicerem hoc eſſe tempus, quo pacem [a] non dare ſolum, ſed etiam occupare deberes. Reſpice, quantum poſt te reliqueris: intuere, quantum petas! PERICVLOSVM eſt pregrave imperium: difficile eſt continere, [b] quod capere non poſſis. Videſne, ut navigia, [c] quæ modum excedunt, regi nequeant? Neſcio, an Darius ideo tam multa amiſerit, quia NIMIÆ

INTERPRETATIO.

a *Non modo concedere* petenti, *verum etiam ultro poſtulare.*
b *Quæ complecti nequeas.*
c *Quorum nimia amplitudo eſt.*

NOTÆ.

γεγυάκασιν, φίλας μᾶλλον ἀλλήλοις, ἢ πολίτας ἔτι;

6 *Triginta millia talentum*] Diodorus 17. 54. tria millia, Plutarch. vero cap. 51. 10000. talentum oblata fuiſſe auctor eſt, non adjecto, auri vel argenti. Vnde Budæus lib. 4. de Aſſe, corruptum eſſe hunc locum putat, aut certe *argenti* legendum; non *auri*, quod nullæ opes eam ſummam æquare poſſint. Verum, cum varia genera talentum ſint, non ejuſdem pretii; & immenſæ fuerint Perſarum opes, longa jam ætate cumulatæ, vulgatam lectionem veterum codicum auctoritate confirmatam ſervavimus. *Popma.* Leg. *tria millia*, ut Diodorus habet, quod & probat Glareanus. nam 30000. nimis amplus numerus, licet defendat Popma. Sed & amplior in Valerio Max. 6. 4. extr. *decies centum millia.* Puto τὸ *centum* abundare. *Decem millia* quoque habet Arrianus 3. 5. *Loccenius.*

7 *Non dicerem*] Vir doctiſſimus, mihique longe amiciſſimus, expunctum ibat negativam: ego puto neceſſariam, Idque evidem eſt ex iis quæ ſequuntur. ſi enim legas *dicerem*, certe intelligeres, cum non fuiſſe tam operoſe dicturum, ut vero facit, per omnem reliquam orationem. Senſum eſſe credo: Niſi ſcirem moderationem tuam, nollem verba tecum hac de re facere, quippe conſtaret, apud animum ambitione & cupidine præcipitem nihil me profecturum. at cum ita moderatus ſis, ſpes eſt, ſi monearis & docearis, fortunam non amplius eſſe tentandam, locum te daturum eſſe meis adhortationibus. Ideoque loquar apud te, ut hominem moderatum, quod apud alium, qui ita comparatus non eſſet, non facerem. Retinenda igitur hic eſt particula *non*, quam contra obiter inducendam eſſe moneo apud Hirtium de bell. Alex. c. 70. in his: *neque provinciarum publicas injurias condonare iis poſſe, qui non fuiſſent in ſe officioſi.* Vult enim dicere, quod apud Iuſtinum 31. 7. Scipio: *privata beneficia à publicis ſecreta eſſe.* Freinsh.

8 *Periculoſum eſt*, &c.] Sic Apuleius apolog. *Immodica divitiæ, velut ingentia & enormia gubernacula facilius*

9 *MIÆ opes magnæ jacturæ locum faciunt.* [a] *FACILIUS est quædam vincere, quam tueri: quam hercule expeditius manus nostræ rapiunt, quam continent. Ipsa mors uxoris Darii te admonere potest; minus jam* 10 *misericordiæ tuæ licere, quam licuit.* Alexander, legatis *excedere tabernacula* jussis, [b] *quid placeret*, ad consilium refert. Diu nemo quid sentiret ausus est dicere: incerta regis voluntate. Tandem Parmenio, *ante suasissem*, ait, *ut captivos apud Damascum redimentibus redderes; ingentem pecuniam potuisse redigi ex iis,* [c] *qui multi vinctis virorum fortium occupaverant manus.* 12 *Et nunc magnopere censerem, ut unam annum, & duas* prel-

INTERPRETATIO.

a *Aliqua sunt quæ facilius acquiruntur* bello, *quam servantur.*
b *In* suorum *consilio quæsit, quid* ipsis *optimum videretur.*
c *Quibus captivis* custodiendis *multi fortes viri distinebantur.*

NOTÆ.

mergunt quam regunt. Tum *omnibus ad vitæ munia utendis, quicquid aptam moderationem supergreditur, oneri potius quam usui exuberat.* quod Curtius mox ita exprimit: *Nimia opes magnæ jacturæ locum faciunt.* Et Phædrus tab. 38. *Magna periclo sunt opes obnoxiæ.* Locc.

9 *Facilius est quadam vincere*] Themistius in Orat. de pace Alexandrum magis bellicum Imperatorem, quam Regem fuisse judicat: quum magis de propagando & augendo per arma imperio, quam per pacem finiendo ac rite tuendo cogitarit. Vera autem magnitudo reipubl. constitit, non tam in acquirendo multa, quam in bene conservando & rite administrando adquisita, nec plura affectando, quam continere possis. *Loccenius.*

Quam tueri] Lipsius Polit. 4. 9. hunc locum citans scribit *tenere*, ex memoriæ, ut opinor, lapsu. Sed ad sententiam eandem pertinent, quam & Florus format. 2. 17. *Plus est provinciam retinere, quam facere.* Causam ejus aliquam ostendunt illa Ovidii de arte 2. 13.

Non minor est virtus, quam quærere, parta tueri:
Cæsus inest illic; hic erit artis opus.

10 *Din nemo quid sentiret ausus est dicere*] Ista consilia non possunt non esse obnoxia, quæ voluntas Principis instar machinæ, in quam sibi lubet partem, movet. *Loccenius.*

Incerta regis voluntate] Veriti unusquisque, ne à regis sententia dissentiret. Vt Piso apud Tacit. 1. 74. Tiberio rogante, *Quo loco, inquit, censebis, Cæsar? Si primus, habebo quod sequar: si post omnes, vereor ne imprudens dissentiam.* Sed Diod. 17. 54. *propter magnitudinem & momentum propositæ quæstionis* ait neminem ausum respondere. *Raderus.*

11 *Ante suasissem*] Evidens est, quamquam non omnibus, recte censuisse Budæum de Asse pag. 165. orationem hanc oblique referri à Curtio, ut ostendit indubitabili argumento hoc capite, & vero hic ipse, in voce *potuisse*: legique debere: *Ante suasisse*? & convenienter in seqq. *redderet*: *censere*: *permutet*. Non accedo Acidalio, qui legit, *Et ante.*

Qui multi vinctis virorum, &c.] Non immerito hic offendunt viri docti mi-

tum

puellas, itinerum agminumque impedimenta, triginta millibus talentis auri permutes. Optimum regnum [a] *occupari posse conditione, non bella: nec quemquam alium inter Istrum & Euphraten possedisse terras ingenti spatio intervallogue discretas. Macedoniam quoque respiceret potius; quam Bactra & Indos intueretur.* Ingrata oratio regi fuit. Itaque, ut finem dicendi fecit; *& ego,* inquit, *pecuniam quam gloriam mallem, si Parmenio essem. [Nunc Alexander, de paupertate securus sum: & me non mercatorem memini esse, sed regem.] Nihil quidem habeo venale; sed fortunam meam utique non vendo.* 13 14 15

INTERPRETATIO.

a Pacis *conditionibus obtinere sine prælio.*

NOTÆ.

rum enim, si Curtius ita scripsit. Acidalius aliquando volebat: *simul vincti.* Loccenius; *qui vinctis viror. fort. manus multi occup.* Raderus putat, duo verba *multi vincti* ex ora libri, ab aliquo explicationis causa notata, in Curtium irrepsisse. Idem tamen cum Acidalio dubitat, retineri posse vulgatum; quod ibi *multi* videantur opponi *tribus corporibus*; de quibus nunc agitur. Ego suspicor, librarios pro *vincti*, quod fortasse non bene expressum erat, putasse scriptum fuisse *multi.* idque deinceps peperisse variam lectionem, quæ postea à describentibus addita sit veræ. Sensum tamen videre facile est, idque sufficit. *Freinsh.*

13 *Optimum regnum occupari,* &c.] Sic ratiocinabatur Parmenio: quod tutius & compendio fieri potest, cur per discrimina & ambages quæratur, quod inermentis conditionibus obtinere licet, quid opus est ancipiti bello affectare? Velleius l. 2. *Quæ conditionibus sanari possunt, non sunt ferro dijudicanda.* Sed Alexander non erat æqua parte contentus, dum se omnia habiturum confidebat. *Loccen.*

14 *Et ego,* inquit, *pecuniam,* &c.] Alfonsus rex Arragoniæ hoc Alexandri exemplum intuens, ita expressit: *Plurima interdum privatis convenire, quæ regem non decerent. Pecuniam capere Parmenioni licuisse, Alex. non licuisse.*

Si Parmenio essem] Hoc inter apophthegmata Alexandri, maximi regum, dictum plane regium à Plutarcho c. 51. & apophth. cap. 38. Arriano 2. 5. Diod. 17. 45. relatum. Val. Max. 6. 4. ext. vocat *vocem nobiliter editam*: item *vocem duabus victoriis respondentem, & quamque cui tertia, sicut evenit, tribueretur.* Imitatus videri possit Alexander Callicratidam Lacedæmonium, cui cum ex consiliariis Cleander quidam diceret, *Ego hoc facerem, si tu essem: & ego,* inquit, *si tu.* Plutarch. apophth. Lacon. cap. 70. Simile Demosthenis dictum Lucianus in encomio illius refert: *Ego persuaderi mihi paterer, si Archias essem; sed quia sum Demosthenes, ignosce mihi, ô infelix, ad ignaviam non nato.* Freinsh

Me non mercatorem memini esse] Perseus apud Liv. l. 44. *In tanti veniam regibus* (Macedonum) *turpem ac sordidam accipienti mercedem esse.* Quum Apollonius, rex Tyriorum, Tarsensibus inopia annonæ laborantibus frumentum transmisisset, iique pretium pro frumento remisissent, Apollonius, ne deposita regia dignitate, mercatoris

vendo. Captivos si placet reddi; honestius dono dabimus,
16 *quam precio remittemus.* Introductis deinde legatis ad hunc modum respondit: *Nunciate Dario,* [*gratiarum actionem apud hostem supervacaneam esse: &*] *me, quæ fecerim clementer & liberaliter, non amicitiæ ejus tribuis-*
17 *se; sed naturæ meæ:* [*nec adversus calamitates; sed adversus hostium vires contendere.*] *Bellum cum captivis & feminis gerere non soleo. armatus sit oportet, quem oderim.*
18 *Quod si saltem pacem bona fide peteret; deliberarem fortasse an darem. verumenimvero, quum modo milites meos*

N O T Æ.

magis quam donatoris nomen videretur assumere, pretium, quod acceperat, ejusdem civitatis utilitati redonavit, ut est in ejus historia. Magnanimorum sane proprium est, famam opibus potiorem habere; sed abjectorum & plebeiorum rumorem parvi facere, modo sit quo tumen impleant. *Loccenius.*

15 *Honestius dono dabimus*] Pyrrhus apud Ennium lib. 6. de captivis redimendis:

Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis,
Nec cauponantes bellum, sed belligerantes,
Ferro, non auro, vitam certamus utrique, &c.
Dono ducite, doque volentibus cum magnis Dis.

16 *Gratiarum actionem*] Toto hoc capite irrepserunt Justini verba, à Glareano & Junio, aliisque compluribus, pro legitimis admissa. In *Mſ.* Constantiensi non apparent, & à Modio quoque ut spuria rejecta sunt. vere. nisi Justinus (tum posterior fuit) ex Curtio est ad verbum mutuatus, quod vero simile non est, cum sua ex Trogo acceperit. Nec Gualterus, qui Curtium in carmen (sæpius ipsis quoque Curtii verbis in numerum coactis) transtulit, hæc pro Curtianis agnovit. Ea igitur insititia quo dignoici possint à genuinis, uncis includi curamus. *Rader. Freinshem.*

17 *Calamitates*] Non vult Alexander durus esse in hostem, qua calamitosus est, sed qua superbus & viribus minax. Denique paratus est, ut Virg. Æn. 6. 858.

Parcere subjectis, & debellare superbos.

Quem sensum amplectitur, qui olim *caritates* legebat: suffragantibus mihi, præter eam rationem, quod *caritatum* nomine venirent utique & adulti liberi, quibus arma in se ferentibus haud equidem pepercerit Alexander, præterque omnium codicum consensum, etiam Liv. 42. 8. *Claram victoriam vincendo oppugnantes; non sæviendo in afflictos, fieri.* Illud *calamitates* accipiendum non absolute, sed cum voce sequente *hostium*. Se contendere, non adversus calamitates hostium, sed adversus eorumdem vires. Iustinianus plane loquendi modus. nec enim usquam Curtio similis. *Freinsh.*

Bellum cum captivis] Talem animum etiam in Gustavo Magno laudabit posteritas. Si quid enim in Germania insolentius à milite patratum, ipso invito factum. Et sane, quos ipsa natura fecit inermes, hos armis invadere contra naturam & jus belli est. Vnde per præconem edici mos vetus est; non occisum iri inermes. Onosand. Strateg. Vide & Grotium de jure belli. *Loccenius.*

Armatus sit oportet] Livius 5. 27. *Arma habemus non adversus eam ætatem, cui etiam captis urbibus parcitur; sed adversus armatos.* Item 28. 23. *Jure belli*

meos literis ad proditionem; modo amicos ad perniciem meam pecunia solicitet: ad internecionem mihi persequendus est, non ut justus hostis; sed ut percussor veneficus. Conditiones vero pacis, quas fertis, si accepero; victorem eum faciunt. Quæ post Euphratem sunt, liberaliter donat: ubi igitur me adsimini? nempe ultra Euphraten sum. summum ergo dotis quam promittit terminum, castra mea transierunt. Hinc me depellite, ut sciam vestrum esse, quod ceditis. Eadem liberalitate dat mihi filiam suam: nempe quam scio alicui servorum suorum nupturam, [a] multum vero mihi præstat, si me Mazæo generum præponit! Ite, nunciate regi vestro; & quæ amisit, & quæ adhuc habet, præmia esse belli: [b] hoc regente utrumque

19 20 21

INTERPRETATIO.

a *Plurimum scilicet mihi gratificatur.*

b *Postquam illud definierit amborum imperiorum limites, utrumque nostrûm id posse jurare esse quod crastina pugna sors adjudicatura est.*

NOTÆ.

belli in armatos repugnantesq; cædes edebatur. Tacit. 1.59. *Non unum se proditionem, neque adversus feminæ gravidæ; sed palam ad versus armatos bellum tractare.*

18 *Percussor veneficus*] Inserenda copula, *ut percussor, & veneficus.* [Idem ego conjeceram] nisi iterandum potius ipsum *ut*. Nam diversi veneficus & percussor, & utrumque increpat Darium diversa causa; percussorem, quia milites; veneficum, quia medicos solicitaret. Ac vide ne pro *amicos* hic plane scribendum etiam *medicos*: de quo non pugnabo tamen. *Acidalius.*

19 *Liberaliter donat*] Hæc ironice dicta accipe. idemque eorum sensus est cum eo quem expressit Iust. 11.12. *sua sibi dari.* Athenienses apud Thucyd. 4. 20. negant, Bœotiorum esse agrum, quem ipsi armis obtinerent Atticis. *Fr.*

20 *Eadem liberalitate*] Hinc dice, quam vere & apte narrat Patric. de Repub. 4.6. *Contempsit Alex. Magnus Darii filiam, quamvis dotem haberet regni partem, & magnum auri pondo, malluitque docere Barbaros Græcas literas quam me eruditam sine dote ulla, quamvis inopi esset, regis tamen genere oriundæ esse dicebatur.*

Scio] Acidalius legit, *scit.*

Servorum] Sic appellat Persicos proceres à re ipsa, quam, licet & aliàs certam, ex lepida narratione colliges, quæ est apud Victor. de Cæsar. c.5. *Legatus Parthorum* ad Neronem, *forte inter epulas, aulicis, uti mos est, canentibus, cum sibi citharistam popposcisset; responso date liberum esse, adjecerat: sumeret ipse quæ vellet è suis: ostentans, qui convivio adsunt, quod liber sub imperio nullus haberetur.* Idque notum est & hodie de Imperiis ad Orientem: quorum reges subditis utuntur in modum mancipiorum. Quod aliter apud Romanos se habuisse, ostendit Piso apud Tacit. 2.37. & Hist. 1.16. Galba: *Neque enim hic, ut in ceteris gentibus, quæ regnantur, certa dominorum domus, & ceteri servi: sed imperaturus es hominibus, qui nec totam servitutem pati possunt, nec totam libertatem.* Freinsh.

21 *Hoc regente*] Qui enim de regno

dam jubet *explorare, ubi Darius esset.* At ille, quum Mazæus haud procul consedisset, non ausus ultra procedere; nihil aliud, quam *fremitum hominum* 5 *hinnitumque equorum exaudisse* nunciat. Mazæus quoque, conspectis procul exploratoribus, in castra se recipit; adventus hostium nuncius. Igitur Darius, qui in patentibus campis decernere optabat; *armari* 6 *militem* jubet, aciemque disponit. In lævo cornu Bactriani ibant equites, mille admodum; Dahæ totidem: & Arachosii Susiique quatuor millia explebant. Hos quinquaginta falcati currus sequebantur. proximus quadrigis erat Bessus, cum octo millibus 7 equitum item Bactrianis. Massagetæ duobus millibus agmen ejus claudebant. Pedites his plurium gentium non

NOTÆ.

cum citis equitibus. Sic Plaut. Amphit. 1. 1.

Equites parent citi. ——

quamquam paulo diverso sensu. propiore Liv. 26. 15. *eques citus ab Roma venit.* Ovid. Fast. 2. 372.

Inde cito passu petitur Lucretia.

Idem, Fast. 2. 124. à fine.

5 *Aciemque disposuit*] *Descriptionem aciei post pugnam repertam*, ex Aristobulo refert Arrian. 3. 2. 21. ubi vide.

6 *Dahæ*] Qui ad sinistram mare Caspium naviganti offeruntur, Nomades sunt, quos hodie *Daæ* appellant, Aparni cognominati. *Strabo.* Plinius de Scythis: *Celeberrimi eorum Sacæ, Massagetæ, Dahæ, Essedonii, Ariaca.*

Arachosii] Populi Indiæ à civitate Arachosia, quam Semiramis condidit. Arachosia provincia pars Asiæ à Carmania ad Indum flumen porrecta. populi *Arachosii* & *Arachotæ* appellati.

Susiique] Secutus Modium in prima Curtii editione, scripsi *Suamique.* Sed dum volvo scriptores, Strabonem, Ptolemæum, Melam, Arrianum, Solinum, & alios, nullos usquam lego Suanos. Ego ergo ex Suanis feci *Susianos*, ut ab regione Susia, *Susiani* dicantur, quemadmodum cum Plinio 6. 27. Mela 1. 2. appellat. ita syllaba haud dubie interjecta operarum negligentia extrita est. Hos infra 5. 3. 16. Curtius ipse *Susianos* appellat. Aventinus, Boiariæ minus conditor historiæ, occasionem sumpsit fingendi, Suevos Germanos fuisse in exercitu: & ulterius progressus, Boios & Noricos Alexandro M. bellum indixisse. Ridicule sane omnium prope nationum historici trahunt ad suam quique gentem, si qua antiquitatis gloriam conciliare posse videantur, aut notam habere virtutis. Ita hæc una prope supercst æmulatio decoris, ut quam nobis haud audemus tribuere laudem, vel per mendacium majoribus nostris vindicemus. *Freinsh.*

7 *Massagetæ*] Populi Scythici in Asia ultra mare Caspium, Orientem versus, trans Araxem. Vide Herodot. Strab. Iustin. Diodor.

Pedites] Accipe pro primo casu; ordo est: *Pedites plurium gentium, his* (prædictis) *junxerant copias, non mixtas, sed quisque suæ nationis.* scilicet copias. Vides, non perinde esse, *non mixtas* quis legat, sive *non immixtas.* quod posthemum Modius volebat.

mc-

non mixtas, sed suæ quisque nationis junxerant copias. Persas deinde cum Mardis Sogdianisque Ariobarzanes & Orobates ducebant. Illi partibus co- 8
piarum; summæ Orsines præerat; à septem Persis oriundus, ad Cyrum quoque nobilissimum regem originem sui referens. Hos aliæ gentes, ne sociis 9
quidem satis notæ, sequebantur. Post quas quinquaginta quadrigas Phradates magno Caspianorum agmine antecedebat. Indi, ceterique rubri maris accolæ, [a] nomina verius quam auxilia, post currus erant. Claudebatur hoc agmen aliis falcatis curribus 10
quinquaginta: quis peregrinum militem adjunxerat. Hunc Armenii, quos minores vocant; Armenios Ba-

INTERPRETATIO.

a Inania *potius* gentium *nomina, quam* vera *subsidia.*

NOTÆ.

merito repugnante Acidalio. Raderus, qui utramque lectionem idem velle putat, vocem *pedites* quarto casu accepisse videtur. *Freinsh.*

Mardu] Populi circa Hyrcanum mare, qui per juga Caucasi sparsi ad Bactros usque progrediuntur. vide l. 5.

Orobates] Hic Arriano, 3. 2. 8. est Ὀροβάζης, sicut *Orsines* Ὀξίνης, vitiose. nam apud eundem, 6. 5. 19. scribitur Ὀρξίνης.

8 *Illi partibus copiarum*] Merito vapulat ab Acidalio Modius, qui fœde corrupit hunc locum, deceptus à nescio quibus manuscriptis. legit enim: *Illis partibus copiarum Orsines præerat.* ut verbo dicam, pessime. Sic apud Procop. 1. Pers. ἀρχοντες ἦσαν ἄλλοι τέσσαρες, &c. σφαγὰς ἐς ἅπαντα ἐσεσήκει.

A septem Persis] Errat scriptor Explanationum, & nescio, quos sibi *septem regni Satrapas* fingit, *per* quorum *stirpem longa serie ductam ortus Orsines, quoad Cyrum ipsum Persarum primum attingeret.* Quare merito negat, qui illi septem Persæ fuerint, quemquam prodidisse. Nec enim de talibus Satrapis sentit Curtius, sed de septem Persis nobilissimo Magicidii facinore decantatissimis. Ab horum aliquo (potest & à pluribus: quid enim vetat, cognatione & affinitate fuisse junctos? & vero fuisse, partim scimus) hunc Orsinem vult originem habuisse; sed & Cyrum inter majores suos numerasse. cujus forte filiarum aut neptium aliqua cuidam ex Orsinis majoribus denupserit. Atque, ut video, idem de hoc loco sensit Popma. *Freinsh.*

9 *Nomina verius quam auxilia*] Lipsius Polit. 5. 8. *Cui usui quam vis magna equitum peditumque multitudo, si ignava, imperita, & tantum multitudo? Tu scito*, non vires eam habere, sed pondus: *Sen. de benef.* 6. 32. *Et esse* impedimentum majus, quam auxilium. *Liv.* 9. 19. *Gracus ille* (*Synes. Ep.* 79.) *scite monuit:* Χειρῶν δεῖ τοῦ πολέμου, ἢ ὧν ὁ ἀριθμὸς πολύς. Manibus opus est bello, non multis nominibus. *Tolle mihi vana, & in vulgi vulgi magna, quoniam* in omni conflictu non tam prodest multitudo, quam virtus. Veget. 1. 8. Etiam in multis legionibus pauci sunt, qui prælia profligant. Tacit. 14. 36. *Lipsius.*

10 Ba-

etiam ejulatus, totis caſtris exaudiebantur: nec dubitavit Darius, quin interfecta eſſet, quia nequiſſet contumeliam pati. exclamatque amens dolore; *quod ego tantum nefas commiſi, Alexander? quem tuorum pro inquorum necavi, [a] ut hanc vicem ſævitiæ meæ reddas? Odiſti me, non quidem provocatus: ſed finge, juſtum intuliſſe te bellum; cum fœminis ergo agere debueras?* Tyriotes adfirmare *per deos patrios, [b] nihil in eam gravius eſſe conſultum: ingemuiſſe etiam Alexandrum morti, & non parcius flevisſe: quam ipſe lacrimaretur.* Ob hæc ipſa amantis animus in ſolicitudinem ſuſpicionemque revolutus eſt; [c] deſiderium captivæ profecto à conſuetudine ſtupri ortum eſſe conjectans. Submotis igitur arbitris, uno duntaxat Tyriote retento, jam non flens, ſed ſuſpirans; *videſne in te, Tyriote, [d] locum mendacio non eſſe? tormenta jam hic erunt; ſed ne exſpectaveris per deos, ſi quid tui tibi regis reverentiæ eſt: num, quod & ſcire expeto, & quærere pudet, auſus eſt & dominus, & juvenis?* Ille *quæſtioni corpus* offerre; *deos teſtes* invocare; *caſte ſanctequeque*

INTERPRETATIO.

a *Vt hoc modo ulciſcaris crudelitatem meam.*
b *Nihil in ejus vitam per vim attentatum eſſe.*
c *Dolorem* Alexandri *de captivæ* morte.
d *Fallendi ſpem tibi nullam eſſe.*

NOTÆ.

rum & virginum ſtupra per contumeliam illata conſiderarent. Freinshemius.

29 *Totis caſtris*] Hoc ego vix concoquam, quomodo ſtatim ejulatus *totis caſtris*? dum ejus cauſa in tabernaculo regis, &c, ut credibile eſt, tantum non ſoli regi, adhuc exponitur. ſequitur tamen mox de *ſubmotis arbitris*, qui forte ejulatum concitaverint. *Idem.*

Agere] Malim, *gerere*. Sic mox 4. 11. *bellum cum captivis & fœminis gerere non ſoleo.*

31 *Ob hæc ipſa*] Sic feci, ex quibuſdam editis, conjecturam adjuvantibus Berneggerianam, manifeſto melius, quam alii, qui legunt; *Ob hæc ipſe animus.*

32 *Tormenta*] Perſas quæſtionem de reis per tormenta habuiſſe, teſtis eſt & Epiphanius lib. 11. contra hæreſes cap. de Manichæis. *Popma.*

Si quid tibi] Ratio loquendi poſtulare videtur: *Si qua tibi tui regis reverentia eſt.* Quomodo apud Senec. de brevit. vitæ: *Si quis inferis ſenſus eſt.* & ſimilia. *Idem.*

34 *La-*

que habitam esse reginam. Tandem, ut fides facta est, 34
vera esse quæ adfirmaret spado; capite velato diu flevit: manantibusque adhuc lacrimis, veste ab ore rejecta, ad cœlum manus tendens; *dii patrii*, inquit, *primum mihi stabilite regnum: deinde, si de me jam transactum est; precor, ne quis Asiæ rex sit, quam iste, tam justiæ hostis, tam misericors victor.*

NOTÆ.

34 *Capite velato*] Velabant & operiebantur se veteres parte vestis, vel propter sacra, vel ob desperatam aliquam rem, aut malum. Plaut. Amphitryone 5. 1.

Invocat deos immortales, ut sibi auxilium ferant,
Manibus puris, capite operto.

Seneca, Herc. Furente, versu 355.

Namque ipsa tristis, vestis obducta caput
Velata, juxta præsides adstat deos.

Popma. Aben Ezra morem fuisse ait, ut cui rex irasceretur, ejus statim vultum ministri obnuberent, quasi? qui regem aspiceret, indignus foret. Sed mos fuit communis. Ceterum reis in crucem agendis capita obnubebantur, uti Livius 1. 26. de Horatio docet. Ap. Claudius, metuens vitæ, ex judicio capite velato in propinquam domum se recepit Livius 3. 49. Obnubebantur & novæ nuptæ flammeo: unde & nuptæ dicuntur. Æneas etiam auctore certis hostiis liaturi capita velabant. Plutarch. quæst. Rom. cap. 10. Hebræi quoque in gravi luctu capita velabant. Rex David, cum Absolonis arma fugeret, caput obnupsit. 2 Sam. 15. De Susanna quoque apud Dan. 13. 32. ad tribunal operta legimus. *Rader.*

Ad cœlum manus tendens] Veteres oraſſe manibus ad cœlum ſublatis, Apuleus in libro de mundo tradit, *Nam habitus*, inquit, *orantium hic est, ut manibus extensis ad cœlum precemur.* Vide Virg. Æn. 1. 97.

Ingemit, & duplices tendens ad sidera palmas. Popma.

Hinc dicit Apoſtolus ad Timoth. 1. 2. *levantes puras manus.* Et Tertullian. de oratione cap. 11. *qua ratio est, manibus quidem ablutis, spiritu vero sordente, orationem obire? quasi nec ipsis manibus spiritales munditiæ sint necessariæ, ut à falso, &c. ceteriſque maculis, quæ spiritu concepta manuum opere transiguntur, pura adferuntur.* Ambroſius reprehendens Theodoſium: *Qui, quæso, manus injusta cede & sanguine respersas extendere audes?* Mos natus ex ipſius naturæ magiſterio, cujus inſtinctu parvuli infantes, in quocunque periculo aut metu, manus ad parentes tendunt, quaſi illos apprehenſuri, aut petentes, ut arreptis manibus velut extrahantur ex calamitate, in quam inciderint. Sed in Curtio olim blandiebatur hæc conjectura, *ad Solem manus tendens?* Nam ille, ut notum, Perſarum deus. Sed Curtius mox Darium facit invocare *deos patrios*, non unum utique Solem. *Freinsh.*

CAP. XI.

Pacem tertio quæsitam Darius non impetrat. imo ad deditionem, aut ad bellum, ab Alexandro provocatur.

1 ITAQUE quamquam pace frustra bis * petita, omnia in bellum consilia converterat; victus tamen continentia hostis, ad novas pacis conditiones ferendas decem legatos cognatorum principes misit: quos Alexander consilio advocato, *introduci* jussit. E quibus maximus natu; 2 *Darium*, inquit, *ut pacem à te jam hoc tertio peteret, nulla vis subegit: sed justitia & continentia expressit.* 3 *Matrem, conjugem, liberosque ejus, nisi quod sine illo sunt, captos esse non sensit: pudicitiæ earum quæ supersunt, curam haud secus quam parens agens,* reginas ad- 4 *pellas: speciem pristinæ fortunæ retinere pateris. Vultum tuum video, qualis Darii fuit quum dimitteremur ab eo: & ille tamen uxorem; tu hostem luges. Iam in acie stares, nisi cura te sepulturæ ejus moraretur. Et quid mirum est, si tam ab amico animo pacem petit? quid opus* 5 *est armis, inter quos odia sublata sunt? Antea imperio tuo destinabat Halyn amnem, qui Lydiam terminat. Nunc*

NOTÆ.

1 *Victus tamen continentia hostis*] Virtus & æquitas hostis non raro bella diremit: ut apud Livium, 5.27.11. Frontin.4.4.& alios, cognosces. singillatim de Camillo apud Plutarch. c.19. Flor.1. 12.5. Val. Max. 6. 5. 1. qui Falisios sibi dedito Magistro proditore conciliavit. *Freinsh.*

2 *Nulla vis subegit*] Rutilius:

Mitigat armatas victrix clementia vires.

Idem in Romanis laudat Quintilianus decl. 3. *Plura pene moribus quam viribus vicimus; dum captivæ quoque sancte habebantur, & contumelia etiam hosti aberat.* Quod ergo vis victoris exasperat, hoc benignitas ejus lenit, & multum valet in hostium animis ad pacis consilia flectendis. Vide 2 Reg. 6. 23. *Loccenius.*

3 *Agens*] Acidalius malebat, *agis*, ut omnia sint eodem flexu.

4 *Luges*] At Diodor. 17. 54. uxorem Darii vult extinctam post hanc legationem, vel certe inter eam: eoque nullo verbo ejus meminit, dum exponit mandata legatorum.

Quid opus] Videantur hæc translata ex oratione Callix apud Xenoph. Hist. Græc. lib. 6. πῶς δ' ἂν ἐκ εἰκὸς τὸ αἰτεῖν

π-

Digitized by Google

Nunc, quidquid inter Hellespontum & Euphraten est, in dotem filiæ offert, quam tibi tradit: Ochum filium, 6 quem habes, pacis & fidei obsidem retine: matrem & duas virgines filias redde: pro tribus corporibus triginta millia talentum auri precatur accipias. Nisi moderationem 7 animi tui notam haberem; non dicerem hoc esse tempus, quo pacem [a] non dare solum, sed etiam occupare deberes. Respice, quantum post te reliqueris: intuere, quantum 8 petas! PERICVLOSVM est pregrave imperium: difficile est continere, [b] quod capere non possis. Videsne, ut navigia, [c] quæ modum excedunt, regi nequeant? Nescio, an Darius ideo tam multa amiserit, quia NIMIÆ

INTERPRETATIO.

a *Non modo concedere* petenti, *verum etiam ultro postulare.*
b *Quæ complecti nequeas.*
c *Quorum nimia amplitudo est.*

NOTÆ.

γυναικας ὀντας, φίλους μᾶλλον ἀλλήλοις, ἢ πολεμίους εἶναι;

6 *Triginta millia talentum*] Diodorus 17. 54. tria millia, Plutarch. vero cap. 51. 10000. talentum oblata fuisse auctor est, non adjecto, auri vel argenti. Vnde Budæus lib. 4. de Asse, corruptum esse hunc locum putat, aut certe *argenti* legendum; non *auri*, quod nullæ opes eam summam æquare possint. Verum, cum varia genera talentum sint, non ejusdem pretii; & immensæ fuerint Persarum opes, longa jam ætate cumulatæ, vulgatam lectionem veterum codicum auctoritate confirmatam servavimus. *Popma.* Leg. *tria millia*, ut Diodorus habet, quod & probat Glareanus. nam 30000. nimis amplus numerus, licet defendat Popma. Sed & amplior in Valerio Max. 6. 4. extr. *decies centum millia.* Puto *ter centum* abundare. *Decem millia* quoque habet Arrianus 3. 5. *Loccenius.*

7 *Non dicerem*] Vir doctissimus, mihique longe amicissimus, expunctum ibat negativam: ego puto necessariam, Idque evidens est ex iis quæ sequuntur. si enim legas *dicerem*, certe intelligeres, eum non fuisse tam operose dicturum, ut vero facit, per omnem reliquam orationem. Sensum esse credo: Nisi scirem moderationem tuam, nollem verba tecum hac de re facere, quippe conflaret, apud animum ambitione & cupidine præcipitem nihil me profecturum. at cum ita moderatus sis, spes est, si moneris & docearis, fortunam non amplius esse tentandam, locum te daturum esse meis adhortationibus. Ideoque loquar apud te, ut hominem moderatum, quod apud alium, qui ita comparatus non esset, non facerem. Retinenda igitur hic est particula *non*, quam contra obiter inducendam esse moneo apud Hirtium de bell. Alex. c. 70. in his: *neque provinciarum publicas injurias condonare iis posse, qui non fuissent in se officiosi.* Vult enim dicere, quod apud Iustinum 31. 7. Scipio: *privata beneficia à publicis secreta esse.* Freinsh.

8 *Periculosum est*, &c.] Sic Apuleius apolog. *Immodica divitiæ, velut ingentia & enormia gubernacula facilius*

9 *MIÆ opes magna jacturæ locum faciunt.* [a] *FACILIUS est quedam vincere, quam tueri: quam hercule expeditius manus nostra rapiunt, quam continent. Ipsa mors uxoris Darii te admonere potest; minus jam* 10 *misericordia tua licere, quam licuit.* Alexander, legatis *excedere tabernacula* jussis, [b] *quid placeret*, ad consilium refert. Diu nemo quid sentiret ausus est dice- 11 re; incerta regis voluntate. Tandem Parmenio, *ante suasissem*, ait, *ut captivos apud Damascum redimentibus redderes; ingentem pecuniam potuisse redigi ex iis,* [c] *qui multi vincti virorum fortium occupaverant manus.* 12 *Et nunc magnopere censerem, ut nuam animum, & duas pueL-*

INTERPRETATIO.

a *Aliqua sunt quæ facilius acquiruntur* bello, *quam servantur.*
b *In* suorum *consilio quærit, quid* ipsis *optimum videretur.*
c *Quibus captivis* custodiendis *multi fortes viri distinebantur.*

NOTÆ.

miergunt quam regunt. Tum *omnibus ad vitæ munia utendis, quicquid aptam moderationem supergreditur, oneri potius quam usui exuberat.* quod Curtius mox ita exprimit: *Nimia opes magna jacturæ locum faciunt.* Et Phædrus fab. 38. *Magna periclo sunt opes obnoxia.* Locc.

9 *Facilius est quedam vincere*] Themistius in Orat. de pace: Alexandrum magis bellicum Imperatorem, quam Regem fuisse judicat: quum magis de propagando & augendo per arma imperio, quam per pacem finiendo ac rite tuendo cogitarit. Vera autem magnitudo reipubl. constitit, non tam in acquirendo multa, quam in bene conservando & rite administrando adquisita, nec plura affectando, quam continere possis. *Loccenius.*

Quam tueri] Lipsius Polit. 4. 9. hunc locum citans scribit *tenere*, ex memoriæ, ut opinor, lapsu. Sed ad sententiam eandem pertinent, quam & Florus firmat. 2. 17. *Plus est provinciam retinere, quam facere.* Causam ejus aliquam ostendunt illa Ovidii de arte 2. 13.

Non minor est virtus, quam quærere, parta tueri:
Cæsus inest illic; hic erit artis opus.

10 *Diu nemo quid sentiret ausus est dicere*] Ista consilia non possunt non esse obnoxia, quæ voluntas Principis instar machinæ, in quam sibi lubet partem, movet. *Loccenius.*

Incerta regis voluntate] Veriti unusquisque, ne à regis sententia dissentiret. Ut Piso apud Tacit. 1. 74. Tiberio rogante, *Quo loco*, inquit, *censebis, Cæsar? Si primus, habebo quod sequar: si post omnes, vereor ne imprudens dissentiam.* Sed Diod. 17. 54. *propter magnitudinem & momentum propositæ quæstionis* ait neminem ausum respondere. *Raderus.*

11 *Ante suasissem*] Evidens est, quamquam non omnibus, recte censuisse Budæum de Asse pag. 165. orationem hanc oblique referri à Curtio, ut ostendit indubitabili argumento hoc capite, & vero hic ipse, in voce *potuisse*: legique debere: *Ante suasisse*: & convenienter in seqq. *redderet*: *ut sore*: *permutet.* Non accedo Acidalio, qui legit, *Et ante.*

Qui multi vincti virorum, &c.] Non immerito hic offendunt viri docti mirum

puellæ, itinerum agminumque impedimenta, triginta millibus talentis auri permutes. Optimum regnum [a] *occupari posse conditione, non bello: nec quemquam alium inter Istrum & Euphraten possedisse terras ingenti spatio intervalloque discretas. Macedoniam quoque respiceret potius; quam Bactra & Indos intueretur.* Ingrata oratio regi fuit. Itaque, ut finem dicendi fecit; *& ego,* 13 14 **inquit,** *pecuniam quam gloriam mallem, si Parmenio essem.* [*Nunc Alexander, de paupertate securus sum: & me non mercatorem memini esse, sed regem.*] *Nihil* 15 *quidem habeo venale; sed fortunam meam utique non vendo.*

INTERPRETATIO.

a Pacis *conditionibus obtinere sine prælio.*

NOTÆ.

rum enim, si Curtius ita scripsit. Acidalius aliquando volebat: *simul vinctis* Loccenius; *qui vinctis viror. fort. manus inulti occup.* Raderus putat, duo verba *multis vinctis* ex ora libri, ab aliquo explicationis causa notata, in Curtium irrepsisse. Idem tamen cum Acidalio dubitat, retineri posse vulgatum; quod ibi *multi* videantur opponi *tribus corporibus*; de quibus nunc agitur. Ego suspicor, librarios pro *vinctis*, quod fortasse non bene expressum erat, putasse scriptum fuisse *multi*. idque deinceps peperisse variam lectionem, quæ postea à describentibus addita sit veræ. Septum tamen videre facile est, idque sufficit. *Freinsh.*

13 *Optimum regnum occupari*, &c.] Sic ratiocinabatur Parmenio: quod tutius & compendio fieri potest, cur per discrimina & ambages quæratur, quod inermentis conditionibus obtinere licet, quid opus est ancipiti bello affectare? Velleius l. 2. *Quæ conditionibus sanari possunt, non sunt ferro dijudicanda.* Sed Alexander non erat æqua parte contentus, dum se omnia habiturum confidebat. *Loccen.*

14 *Et ego*, inquit, *pecuniam*, &c.] Alfonsus rex Arragoniæ hoc Alexandri exemplum intuens, ita expressit: *Plurima interdum privatis convenire, quæ regem non decerent. Pecuniam capere Parmenioni licuisse, Alex. non licuisse.*

Si Parmenio essem] Hoc inter apophthegmata Alexandri, maximi regum, dictum plane regium a Plutarcho c. 51. & apophth. cap. 38. Arriano 2. 5. Diod. 17. 45. relatum. Val. Max. 6. 4. ext. vocat *unicum habuisse editam*: item *vocem duabus victoriis respondentem, & quamque cui tertia, sicut evenit, tribueretur.* Imitatus videri possit Alexander Callicratidam Lacedæmonium, cui cum ex consiliariis Cleander quidam diceret, *Ego hoc facerem, si tu essem: & ego*, inquit, *si tu.* Plutarch. apophth. Lacon. cap. 70. Simile Demosthenis dictum Lucianus in encomio illius refert: *Ego persuaderi mihi paterer, si Archias essem; sed quia sum Demosthenes, ignosce mihi, ô infelix, ad ignaviam non nato.* Freinsh.

Me non mercatorem memini esse] Perseus apud Liv. l. 44. *In tanti nominis regibus* (Macedonum) *turpem ac sordidam accipienti mercedem esse.* Quum Apollonius, rex Tyriorum, Tarsensibus inopia annonæ laborantibus frumentum transmisisset, iique pretium pro frumento remisissent, Apollonius, ne deposita regia dignitate, mercatoris

vendo. Captivos ſi placet reddi; honeſtius dono dabimus,
16 *quam precio remittemus.* Introductis deinde legatis ad
hunc modum reſpondit: *Nunciate Dario, [gratiarum*
actionem apud hoſtem ſupervacaneam eſſe: &] me, quæ
fecerim clementer & liberaliter, non amicitiæ ejus tribuiſ-
17 *ſe; ſed naturæ meæ: [nec adverſus calamitates; ſed ad-*
verſus hoſtium vires contendere.] Bellum cum captivis &
feminis gerere non ſoleo. armatus ſit oportet, quem oderim.
18 *Quod ſi ſaltem pacem bona fide peteret; deliberarem for-*
ſitan an darem. verumenimvero, quum modo militet
meos

NOTÆ.

magis quam donatoris nomen videretur aſſumere, pretium, quod acceperat, ejuſdem civitatis utilitati redonavit, ut eſt in ejus hiſtoria. Magnanimorum ſane proprium eſt, famam opibus potiorem habere; ſed abjectorum & plebeiorum rumorem parvi facere, modo ſit quo rumen impleant. *Loccenius.*

15 *Honeſtius dono dabimus*] Pyrrhus apud Ennium lib. 6. de captivis redimendis:

Nec mi aurum poſco, nec mi pretium dederitis,
Nec cauponantes bellum, ſed belligerantes,
Ferro, non auro, vitam certamus utrique, &c.
Dono ducite, doque volentibus cum magneis Dis.

16 *Gratiarum actionem*] Toto hoc capite irrepſerunt Iuſtini verba, à Glareano & Iunio, aliiſque compluribus, pro legitimis admiſta. In Mſ. Conſtantienſi non apparent, & à Modio quoque ut ſpuria rejecta ſunt. vere. niſi Iuſtinus (nam poſterior fuit) ex Curtio eſt ad verbum mutuatus, quod vero ſimile non eſt, cum ſua ex Trogo acceperit. Nec Gualterus, qui Curtium in carmen (ſæpius ipſis quoque Curtii verbis in numerum coactis) tranſtulit, hæc pro Curtianis agnovit. Ea igitur inſititia quo dignoſci poſſint à genuinis, uncis includi curamus. *Rader. Freinshem.*

17 *Calamitates*] Non vult Alexander durus eſſe in hoſtem, qua calamitoſus eſt, ſed qua ſuperbus & viribus minax. Denique paratus eſt, ut Virg. Æn. 6. 858.

Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos.

Quem ſenſum amplectitur, qui olim *caritates* legebat: ſuffragantibus mihi, præter eam rationem, quod *caritatum* nomine venirent utique & adulti liberi, quibus arma in ſe ferentibus haud equidem pepercerit Alexander. præterque omnium codicum conſenſum, etiam Liv. 42. 8. *Claram victoriam vincendo oppugnantes; non ſæviendo in afflictos, fieri.* Iſtud *calamitates* accipiendum non abſolute, ſed cum voce ſequente *hoſtium*. Se contendere, non adverſus calamitates hoſtium, ſed adverſus eorumdem vires. Iuſtinianus plane loquendi modus. nec enim uſquam Curtio ſimilis. *Freinsh.*

Bellum cum captivis] Talem animum etiam in Guſtavo Magno laudabit poſteritas. Si quid enim in Germania inſolentius à milite patratum, ipſo invito factum. Et ſane, quos ipſa natura fecit inermes, hos armis invadere contra naturam & jus belli eſt. Vnde per præconem edici mos vetus eſt; non occiſum iri inermes. Onoſand. Strateg. Vide & Grotium de jure belli. *Loccenius.*

Armatus ſit oportet] Livius 5. 27. *Arma habemus non adverſus eam ætatem, cui etiam captis urbibus parcatur; ſed adverſus armatos.* Item 28. 23. *Iure belli*

meos literis ad proditionem; modo amicos ad perniciem meam pecunia ſolicitet: ad internecionem mihi perſequendus eſt, non ut juſtus hoſtis; ſed ut percuſſor veneficus. Conditiones vero pacis, quas fertis, ſi accepero; victo- 19
rem eum faciunt. Quæ poſt Euphratem ſunt, liberaliter donat: ubi igitur me adfamini? nempe ultra Euphraten ſum. ſummum ergo dotis quam promittit terminum, caſtra mea tranſeunt. Hinc me depellite, ut ſciam veſtrum eſſe, quod cedditis. Eadem liberalitate dat mihi fi- 20
liam ſuam: nempe quam ſcio alicui ſervorum ſuorum nupturam, [a] multum vero mihi præſtat, ſi me Mazæo generum præponit! Ite, nunciate regi veſtro; & quæ amiſit, 21
& quæ adhuc habet, præmia eſſe belli: [b] hoc regente utrumque

INTERPRETATIO.

a *Plurimum ſcilicet mihi gratificatur.*

b *Poſtquam illud definierit amborum imperiorum limites, utrumque* noſtrûm *id poſſeſſurum* eſſe *quod craſtina pugna ſors adjudicatura eſt.*

NOTÆ.

belli in armatos repugnanteſq; cædes *edebatur.* Tacit. 1. 59. *Non enim ſe proditione, neque adverſus feminas gravidas; ſed palam adverſus armatos bellum tractare.*

18 *Percuſſor veneficus*] Inſerenda copula, *ut percuſſor, & veneſ.* [Idem ego conjeceram] niſi iterandum potius ipſum *ut*. Nam diverſi veneficus & percuſſor, & utrumque increpat Darium diverſa cauſa; percuſſorem, quia milites; veneficum, quia medicos ſollicitaret. Ac vide ne pro *amicos* hic plane ſcribendum etiam *medicos*: de quo non pugnabo tamen. *Acidalius.*

19 *Liberaliter donat*] Hæc ironice dicta accipe. idemque eorum ſenſus eſt cum eo quem expreſſit Iuſt. 11. 12. *ſua ſibi dari.* Athenienſes apud Thucyd. 4. 20. negant, Bœotiorum eſſe agrum, quem ipſi armis obtinerent Articis. *Fr.*

20 *Eadem liberalitate*] Hinc diſce, quam vere & apte narrat Patric. de Repub. 4. 6. *Contempſit Alex. Magnus Darii filiam, quamvis dotem haberet regni partem, & magnum auri pondo, malueritque ducere Barſinum Græcis literis optime eruditam ſine dote ulla, quamvis inops eſſet, regio tamen genere oriunda eſſe dicebatur.*

Scio] Acidalius legit, *ſcit.*

Servorum] Sic appellat Perſicos proceres à re ipſa, quam, licet & alias certam, ex lepida narratione colliges, quæ eſt apud Victor. de Cæſar. c. 5. *Legatus Parthorum* ad Neronem, *forte inter epulas, aulicis, uti mos eſt, canentibus, cum ſibi cithariſtam poposciſſet; reſponſo dato liberum eſſe, adjecerat: ſumeret ipſe quē vellet è ſuis: oſtentans, qui convivio aderant, quod liber ſub imperio nullus haberetur.* Idque notum eſt & hodie de Imperiis ad Orientem: quorum reges ſubditis uruntur in modum mancipiorum. Quod aliter apud Romanos ſe habuiſſe, oſtendit Piſo apud Tacit. 2. 57. & Hiſt. 1. 16. Galba: *Neque enim hic, ut in ceteris gentibus, quæ regnantur, certa dominorum domus, & ceteri ſervi: ſed imperaturus es hominibus, qui nec totam ſervitutem pati poſſunt, nec totam libertatem.* Freinsh.

21 *Hoc regente*] Qui enim de regno cer-

que terminos regni, id quemque habiturum quod proxi-
22 *ma lucis adsignatura fortuna est.* [*Et me in Asiam non*
venisse, ut ab aliis acciperem; sed ut aliis darem. Si se-
cundus, & non par mihi vellet haberi; facerem forsitan
quæ petit. ceterum, nec mundus duobus solibus potest
regi: nec duo summa regna salvo statu terrarum potest
23 *habere. Proinde aut deditionem hodie; aut in crastinum*
bellum paret: nec aliam sibi quam expertus est, pollicea-
24 *tur fortunam.*] Legati respondent; *quum bellum in*
animo sit, "facere eum simpliciter, quod spe pacis non
frustraretur, ipsos petere, quamprimum dimittantur ad
regem: eum quoque bellum parare debere. Dimissi
nunciant, *adesse certamen.*

CAP.

INTERPRETATIO.

a *Illum sincere agere,*

NOTA.

certant, eorum fines belli fortuna regit.

22 *Vt ab aliis acciperem.* Sen. ep. 53. *cuidam civitati, partem agrorum, & dimidium rerum omnium, promittenti,* respondisse refert Alexandrum: *Eo proposito veni in Asiam, non ut id acciperem quod dedisses: sed ut id haberetis, quod reliquissem.* Pertinet huc Cæsar de bell. Civ. 3. 10. negans, *esse usurum conditionibus pacis eum, qui superior videretur: neque fore æqua parte contentum, qui se omnia habiturum confideret.* Idem apud Hirt. de bell. Hisp. cap. 13. Cordubensibus *respondit, se conditiones dare, non accipere, consuesse.* Atque eodem modo Helvetii, de quibus Cæsar bel. Gall. 1. 14.

Duobus solibus] Stultissima comparatio: quam tamen probare videntur non infimi nominis viri. Secuti etiam aliquot tyranni; quorum Suleiman obsessis Viennæ nunciari jussit: *quando unus Deus sit, qui cœlestia moderetur; æquum esse, unum caput, unum principem, orbi terrarum imperare: eum sese esse velle, vitamque acerbam habiturum, quoad illos, universamque Christianorum nationem, armis subegerit, suaque ditioni parere cogerit.* Sed efficere prius debebant homines ambitione amentes; ut quæ saltem Soli est ad orbem terrarum lustrandum fovendumque indefessa & stabilis facilitas, eadem & ipsis foret; quo omnes imperii sui partes pari celeritate & efficacia curare possent. *Freinsh.*

24 *Facere eum simpliciter, quod spe pacis non frustraretur*] Insidiatores temporum solent spe pacis adversarium frustrari. Sed Alexander potius cito negat, quod minus placet (qui est ejus candor) quam ut ambiguo responso aut incerta exspectatione pacis diu suspensum teneat Darium. Ita secundum illud P. Syri:

Minus decipitur, cui negatur celeriter.

Zevecottus in Observat. Politic. ad Flori lib. 3. cap. 10. *Nunquam magis decipitur hostis, quam cum ob injectam pacis mentionem aut spem primum aderem remittit. Capti fuere fraude Philippi Phocenses* (apud Justin. lib. 5. cap. 4. & 5.) *Deceptus magna Britannia Rex Iacobus, qui non ante decipi se sensit, quam perditus esset Palatinatus. Ego il-*

gitized by Google

les prudentes esse judico, qui quod per legates urgent, vel statim fieri vel statim vetuisse negare? tempus, quod ad deliberandum petitur, insidiosum plerumque est, & ideo diligenter ante in omnia inquirere oportet, quam id concedatur. Loccen.

CAP. XII.

Ad prælium dum Persarum ingens exercitus paratur, Macedones Panico quodam defuncti terrore, arma alacriter capessunt.

ILLE quidem confestim Mazæum cum tribus millibus equitum, ad itinera, quæ hostis petiturus erat, occupanda præmisit. Alexander, corpori uxoris ejus justis persolutis, omnique graviore comitatu intra eadem munimenta cum modico præsidio relicto, ad hostem contendit. In duo cornua diviserat peditem; in utrumque latus equite circumdato: impedimenta sequebantur agmen. Præmissum deinde concitis equitibus Menidam

1 2 3 4

NOTÆ.

1 *Graviore comitatu*] Non gratis additur, *graviorem* comitatum relictum; impedimenta leviora secuta, ut sequitur. Graviorem comitatum interpretor, qui valde moraturus erat agmen, quo numero sunt pecuniæ, & quicquid multis jumentis opus habet, item captivorum multitudo. eos enim, in quibus plurimum erat momenti, ut matrem, liberosque Darii, secum duxisse ex sequentibus patet. *Freinsh. Rad.*

3 *In utrumque latus*] Pulcherrime alter Mf. *utrimque latera equite circumdato*, Græcismo usitato. Ita scripsisse Curtium putem. Nam illud vulgatum *in utrumque latus*, nec in Modianis, nec in alterutro nostrum reperitur. *Gronovius.* Dubitabam tamen leviter, legendumne esset, *utrimque alario equite circumdato*. Rongarius sic voluit: *utrimque equite circumdato*. bene, si libri patiantur.

4 *Præmissum*] Sic conjunxi quæ male hactenus dividebantur. Vox enim *præmissum* rectius respondet sequenti *Menidam*, quam præcedenti *agmen*. Freinsh.

Concitis equitibus] Omnia ante Modianum, exemplaria præferunt hanc scripturam: Modius reponit, *cum Scythis. sic emendo*, inquit, *ex eo quod libri habent* concitus. *& Musis gratia, cum bene ita emendo.* Modianæ emendationi favet Mf. Constantiensis, & editio Antverpiensis anno 1546. ante Modium vulgata, quæ ad oram habet *cum Scythis*. Quid, si legas *concitis equis?* ut alibi Curtius loquitur. Quid enim hic Scythæ equites, cum nullos in exercitu suo Scythas habuerit Alexander? Lego ergo hoc loco, *Menidas cum equitibus*. erat enim præfectus equitum: vel *cunctis equis*. Rad. Posset tamen defendi lectio Modiana. nec enim opus est, ut *Scytharum* nomine intelligantur inde oriundi, sed & qui eo armatu utuntur, sicut reperimus equites *Tarentinos*. Sic Astrologis *Chaldæi*, rectoribus elephantorum *Indi* nomen dedere. De Scythis expresse Ælianus tract. τακτ. οἱ δὲ ἱππεῖς τοξόται, ἱππο τοξόται λέγονται· ὧν εἶδον ἔγωγε Σκύθαι. *Equites, qui arcubus utuntur, equites sagittarii dicuntur: & nonnullis Scythæ.* Inter quos tamen fuisse Curtium vix mihi persuadeo; potius, scripsisse, cum

dam jubet *explorare, ubi Darius esset.* At ille, quum Mazæus haud procul consedisset, non ausus ultra procedere; nihil aliud, quam *fremitum hominum* 5 *hinnitumque equorum exaudisse* nunciat. Mazæus quoque, conspectis procul exploratoribus, in castra se recipit; adventus hostium nuncius. Igitur Darius, qui in patentibus campis decernere optabat; *armari* 6 *militem* jubet, aciemque disponit. In lævo cornu Bactriani ibant equites, mille admodum; Dahæ totidem: & Arachosii Susiique quatuor millia explebant. Hos quinquaginta falcati currus sequebantur, proximus quadrigis erat Bessus, cum octo millibus equitum item Bactrianis. Massagetæ duobus millibus agmen ejus claudebant. Pedites his plurium gentium non

NOTÆ.

cum citis equitibus. Sic Plaut. Amphit. 1. 1.

Equites parent citi.

quamquam paulo diverso sensu. propiore Liv. 26. 15. *eques citus ab Roma venit.* Ovid. Fast. 2. 372.

Inde cito passu petitur Lucretia.

Idem, Fast. 2. 124. à fine.

5 *Aciemque disponit*] *Descriptionem aciei post pugnam repetam,* ex Aristobulo refert Arrian. 3. 2. 21. ubi vide.

6 *Dahæ*] Qui ad sinistram mare Caspium naviganti offeruntur, Nomades sunt, quos hodie *Daas* appellant, Aparni cognominati. *Strabo.* Plinius de Scythis: *Celeberrimi eorum Sacæ, Massagetæ, Dahæ, Essedonii, Ariaca.*

Arachosii] Populi Indiæ à civitate Arachosia, quam Semiramis condidit. Arachosia provincia pars Asiæ à Carmania ad Indum flumen porrecta. populi *Arachosii* & *Arachotæ* appellati.

Susiique] Secutus Modium in prima Curtii editione, scripti *Suanique.* Sed dum volvo scriptores, Strabonem, Ptolemæum, Melam, Arrianum, Solinum, & alios, nullos usquam lego Suanos. Ego ergo ex Suanis feci *Susianos*, ut ab regione Susis, *Susiani* dicantur, quemadmodum cum Plinio 6. 27. Mela 1. 2. appellat. ita syllaba haud dubie interjecta operarum negligentia extrita est. Hos infra 5. 3. 16. Curtius ipse *Susianos* appellat. Aventinus, Boiariæ mirus conditor historiæ, occasionem sumpsit singendi, Suevos Germanos fuisse in exercitu: & ulterius progressus, Boios & Noricos Alexandro M. bellum indixisse. Ridicule sane omnium prope nationum historici trahunt ad suam quique gentem, si qua antiquitatis gloriam conciliare posse videantur, aut notam habere virtutis. Ita hæc una prope supereſt æmulatio decoris, ut quam nobis haud audemus tribuere laudem, vel per mendacium majoribus nostris vindicemus. *Freinsh.*

7 *Massagetæ*] Populi Scythici in Asia ultra mare Caspium, Orientem versus, trans Araxem. Vide Herodot. Strab. Justin. Diodor.

Pedites] Accipe pro primo casu; ordo est: *Pedites plurium gentium, his* (prædictis) *junxerant copias, non mixtas, sed quisque sua nationis.* scilicet copiæ. Vides, non perinde esse, *non mixtas* quis legat, sive *non immixtas.* quod postremum Modius voluit, me-

non mixtas, sed suæ quisque nationis junxerant copias. Persas deinde cum Mardis Sogdianisque Ariobarzanes & Orobates ducebant. Illi partibus co- 8
piarum; summæ Orsines præerat; à septem Persis oriundus, ad Cyrum quoque nobilissimum regem originem sui referens. Hos aliæ gentes, ne sociis 9
quidem satis notæ, sequebantur. Post quas quinquaginta quadrigas Phradates magno Caspianorum agmine antecedebat. Indi, ceterique rubri maris accolæ, nomina verius quam auxilia, post currus erant. Claudebatur hoc agmen aliis falcatis curribus 10
quinquaginta: quis peregrinum militem adjunxerat. Hunc Armenii, quos minores vocant; Armenios Ba-

INTERPRETATIO.

a Inania *potius* gentium *nomina, quam* vera *subsidia*.

NOTÆ.

merito repugnante Acidalio. Radenus, qui utramque lectionem idem velle putat, vocem *pedites* quarto casu accepisse videtur. *Freinsh.*

Mardis] Populi circa Hyrcanum mare, qui per juga Caucasi sparsi ad Bactros usque progrediuntur. vide l. 5.

Orobates] Hic Arriano, 3. 2. 8. est Ὀροβάζης, sicut *Orsines* Ὀξίνης, vitiose. nam apud eundem, 6. 5. 19. scribitur Ὀρξίνης.

8 *Illi partibus copiarum*] Merito vapulat ab Acidalio Modius, qui fœde corrupit hunc locum, deceptus à nescio quibus manuscriptis. legit enim: *Illis partibus copiarum Orsines præerat.* ut verbo dicam, pessime. Sic apud Procop. 1. Pers. ἀρχοντες ἑκάστου τῶν ἐθνῶν, &c. στρατηγὸς ἦν εἷς ἅπασιν ἁρμάτων. *A septem Persis*] Errat scriptor Explanationum, & nescio, quos sibi *septem regum Satrapas* fingit, *per* quorum *stirpem longa serie ductam ortus Orsines, quoad Cyrum ipsum Persarum primum attingeret.* Quare merito negat, qui illi septem Persæ fuerint, quemquam prodidisse. Nec enim de talibus Satrapis sentit Curtius, sed de septem Persis nobilissimo Magicidii facinore decantatissimis. Ab horum aliquo (potest & à pluribus: quid enim vetat, cognatione & affinitate fuisse junctos? & vero fuisse, partim scimus) hunc Orsinem vult originem habuisse, sed & Cyrum inter majores suos numerasse. cujus forte filiarum aut neptium aliqua cuidam ex Orsinis majoribus denupserit. Atque, ut video, idem de hoc loco sentit Popma. *Freinsh.*

9 *Nomina verius quam auxilia*] Lipsius Polit. 5. 8. *Cui usui quantus magna equitum peditumque multitudo, si ignava, imperita, & tantum multitudo? Tu scito*, non vires eam habere, sed pondus: *Sen. de benef. 6. 32. Et esse* impedimentum majus, quam auxilium. *Liv. 9. 19. Gracus ille* (*Synes. Ep. 79.*) *scite monuit:* Χειρῶν δεῖ τῷ πολέμῳ, & ἐκ τροφίων πολλῶν. Manibus opus est bello, non multis nominibus. *Tolle mihi vana, & in oculo vulgi magna, quoniam* in omni conflictu non tam prodest multitudo, quam virtus. Veget. 1. 8. Etiam in multis legionibus pauci sunt, qui prælia profligant. Tacit. 14. 36. *Lipsius.*

Babylonii; utroſque Belitæ, & qui montes Coſſæo-
11 rum incolebant, ſequebantur. Poſt hos ibant Gor-
tuæ, gentes quidem Euboïcæ, Medos quondam ſe-
quuti; ſed jam degeneres, & patrii moris ignari.
Adplicuerat his Phrygas & Cataonas. Parthorum de-
inde gens, incolentium terras, quas nunc Parthi
Scythia profecti tenent, claudebant agmen. Hæc ſi-
12 niſtri cornu acies fuit. Dextrum tenebat natio ma-
joris Armeniæ, Caduſiique, Cappadoces, & Syri,
& Medi. his quoque falcati currus erant quinquagin-
13 ta. Summa totius exercitus, equites quadraginta
quin-

NOTÆ.

10 *Belitæ*] De his nulla, quod memini, apud Geographos mentio. Sunt fortaſſe Cœleſyri. Stephanus Belitanorum quidem mentionem facit, ſed ii ſunt Luſitani, ut ex Artemidoro liquet.

Coſſæorum] Coſſæi fere ſagittarii ſunt, ſicut & montanicis finitimi, qui ſemper latrocinia exercent. parvam enim ſterilemq; regionem incolentes, ex alieno vivere, & quidem prævalere oportet; omnes enim bello ſtudent. *Strabo.*

11 *Gentes quidem Euboïcæ*] Malim *gentis*. Quæ unde ſequuta ſit Medos, neſcio quam cauſam dubitandi habuerit auctor Explanationum. Apparet enim, ſermonem eſſe de Euboea Græca inſula.

Cataonas] Populi in minore Aſia Cappadocibus proximi; quorum fines Halys interluit. vide Strab. 12. init.

Parthorum] Non ſatis expedio me ex hoc loco. præſertim illud turbat, quod ſubjicit: *terras, quas nunc Parthi, Scythia profecti tenent*. quæ vix eſt ut aliter accipi poſſit, quam Parthos, qui nunc ibi ſunt, poſt tempora Darii eo veniſſe. Sed id non patiuntur præcedentia, in quibus & eam gentem, quæ tunc illa loca tenebat, diſerte vocat *Parthorum gentem*. & infra, 6. 2. eandem proponit ſententiam. Quin & certum eſt; *etiam inter antiquos barbaros genus eorum fuiſſe: nam nomen Parthorum etiam ſub Perſica regno geſſerant*. quæ fere verba ſunt Dionis lib. 40. nec quiſquam aliorum, quod meminerim, diſſentit. Quare videndum, ſi ita poſſit conſtitui ſenſus verior: *terras, quas nunc Scythia profecti tenent*. Verum quidem eſt, Parthos etiam ex Scythia deduci, auctore Iuſtin. 41. 1. Sed cum illi ſedes jam fixiſſent, & à conditoribus ſuis, locis, nomine, & inimicitiis diſſiderent, orta inter eos fuiſſe bella, quorum & Iuſtin. 41. 1. obiter meminit, per quæ bella haud dubie *Scythæ regionem campeſtrem ac fertilem occupaverunt, graves adhuc* ætate Curtii *accolæ*. Si verum eſt quod ille ſcribit, 6. 2. quiſquis es,

——— *Si quid noviſti rectius iſtis,*
Candidus imperti, Freinsh.

12 *Caduſiique*] Ad ſiniſtram maris Caſpii degunt. Strabo: *Majorem partem ora montoſa Caduſii tenent fere ad quinque millia ſtadiorum*. infra: *Hujus regionis cetera ſunt opulenta: quod autem ad ſeptentrionem vergit, montoſum, aſperum, & frigidum eſt. Ibi degunt Caduſii montani, &c.*

13 *Summa totius*] Demirari ſatis non poſſum, quo pacto error in omnia antiquiora exemplaria & edita & inedita irrepſerit. fieri enim non poteſt, ut numerus iſte exercitus Dariani, vel ipſo Curtio teſte, ſit juſtus. 245000. hic cenſa ſunt. In Cilicia 211200. nu-

quinque millia : pedeſtris acies ducenta millia expleverat. Hoc modo inſtructi decem ſtadia procedunt : juſſique *ſubſiſtere*, armati hoſtem exſpectabant. Alexandri exercitum pavor, [a] cujus cauſa 14
non ſuberat, invaſit: quippe lymphati trepidare cœperunt, omnium pectora occulto metu percurrente.

INTERPRETATIO.

a *Cujus nulla erat* vera *ratio.*

NOTÆ.

numerati. Ad Arbela ſeu Gaugamela dimidio fere major exercitus erat, ut Curt. 4. 9. 3. recenſuerat, & majores prioribus copias fuiſſe oſtendit. Itaque editio Colon. Allobrogum, equitum numerat 145000. peditum 600000. nullo tamen alio codice Curtiano ſuffragante. Juſtinus 11. 12. 5. narrat, Darium poſtremum occurriſſe cum 100000. equitum, 400000. peditum. Oroſ. 3. 17. 404000. peditum, 100000. equitum recenſer. Diod. 17. 39. & 53. 200000. equitum, 800000 peditum. Arrian. 3. 2. e. quitum 400000. peditum 1000000. ſub ſignis habuiſſe Darium affirmat. Plutarch. Alexan. cap. 54. nniverſim indiſtincte 1000000. ponit. Cum ergo in 1000000 conſentiant, non abſque ratione apud Curtium numerum emendes, & tres nobiliſſimos ſcriptores ſequaris.

14 *Alexandri exercitum pavor*, &c.] Miles Alexandri licet intrepidus adverſus hoſtem; tamen hic Panico terrore percellitur. Hoc eſt, quod Tacitus 15. Annal. dixit: *Etiam fortes viri ſubitis terrentur.* Loccenius. Paulo aliter Polyænus 4. 3. hanc hiſtoriam enarrat: *Alexand. ad fluvium Tigrim prævertere Darium feſtinabat: Panicum ab extrema acie pervaſit univerſum exercitum. Rex mandavit tubicini, ut ſecuritatis ſignum promulgaret, & antefignanis militibus, ut ante pedes arma projicerent, atque eidem ſequentibus ſe dicerent. Sic omnes ex edicto hoc facientes, cauſam terroris agnoverunt. Cum Panicum ceſſaſſet, milites ſublatis armis proceſſerunt.* Ex quo loco diſcis, pavorem illum ſubitum Græcis Πανικὸν appellari, cujus cauſam idem Polyænus 1. 2. aperit: *Pan Bacchico exercitui noctu ſignum dedit, ut maximum & inconditum clamorem tolleret. His vero clamantibus petra ſonum exceptum referebant, & cavitas ſaltus longe majorum copiarum fremitum hoſtibus reddebat. Quare metu perterriti, ſe in fugam conjecerunt. Cum igitur Pan hoc ſtratagema uſurparit, Echo Pani gratam & amicam eſſe fingimus: atque vanos nocturnoſque terrores exercituum Panicos appellamus.* Exempla porro copiarum, Panico terrore ſubito ſine cauſa perculſarum, vera non multa proferuntur. Nam quæ literis ſacris produntur, divinitus perpetrata ſunt. eſt in Paral. 2. 20. in Joſaphato, de Ammonitis, Moabitis, & aliis populis, qui magnis exercitibus regem Judæ oppugnatum venerant. Nec Panicus timor fuit, cum Rex Syriæ Benadadus Samariam obſedit, territuſque eſt cœleſti curruum, equorum, & exercitus fremitu. Nec cum Romani ex præſidiis fugerunt: cum Hannibal cornibus boum faſces fœni alligavit, & accenſos per noctem adverſus Romanos egit. Livius 22. 17. Cauſa enim ſuberat, ſaltem in ſpeciem vera, quam præſidiarii per tenebras judicare non poterant. *Raderus.* Certe apud Herod. lib. 7. legimus, Πανικὸν φόβον incidiſſe Xerxianis. idem apud Joſephum: de Πανικῷ δείματι κεκρατημένοις. id eſt, ut noſter loquitur, lymphatis ſimiles.

Cæli

rente. Cœli fulgor tempore æstivo ardenti similis internitens, ignis præbuit speciem; flammasque ex Darii castris splendere, velut inlati temere præsidiis, credebant. Quod si perculsis Mazæus, qui præsidebat itineri, superveniſſet; ingens clades accipi potuit. ille segnis in eo quem occupaverat tumulo sedet: [a] contentus non lacessi. Alexander, cognito pavore exercitus, *signum ut consisterent dari; ipsos arma*

INTERPRETATIO.

2 *Satis habens si ipse non oppugnaretur.*

NOTÆ.

Cœli fulgor] Ad quem illa refero Aristotelica in libello de mundo, si is Aristotelis est, tamen satis certo; quæ sic Apuleius noster vertit: *Horum pleraque jaculari credas, alia labi, flare alia: Jaculatio igitur tunc fieri putatur, cum meatu aëris impulsi generatus ignis celeritatem sui cursumque rapida festinationis ostendit.* De his quidem ardoribus indubitatim locus interpretandus. *Acid.*

Velut inlati temere præsidiis] Causa terroris hæc est. Non ignorabant Macedones se numero à Darii copiis immensum quantum superari. Propinquo igitur summæ rei discrimine dum suam virtutem, hostium multitudinem varie apud animos suos componunt, ἐξ ὑποψίας undiquaque se ignibus vident esse cinctos. Ita putatum, temere procedentes venisse in loca clausa præsidiis & custodiis subsessisque Persarum, qui latenter circumfusi ignibus excitatis significarent insidias maturatas, captos Macedones & veluti indagine clausos teneri, in eumque locum adductos, ubi neque animus ad pugnam, neque ad recessum spes, cuiquam supereſſent. *Gronovius.*

Inlati temere præsidiis] Præ hac lectione valide sperno aliorum commenta: hæret enim proxime membranis, & sensum habet commodissimum: Fulgore eo conspecto, Macedones credidêrunt, Darii castra in propinquo esse, seque in præsidia hostium temere & nec opinantes incidisse. quicquid alii hoc loco comminiscuntur. Hanc meam conjecturam validissime confirmari postea vidi Doctissimi Gronovii literis ad Amant. Socerum scriptis, ubi sic reperi; *Memini, me tentasse apud te locum Curtii lib. 4. sed postea devenerunt in manus nostras excerpta aliquod Mss. Cod. ex quibus ita legendum est*, Cœli fulgor æ. t. r. i. p. l. flammasque splendere ex Darii castris velut inlati temere præsidiis credebant. *Eam lectionem multis firmant miscella nostra. instar omnium sit locus ex Epist. ad Attic. 8. 15.* Neque enim eos solos arbitrabamur capi, qui in asmatorum manus incidissent, sed eos nihilo minus, qui regionibus exclusi, intra præsidia, atque intra arma aliena venissent. Ego nunc etiam video, plane sic esse in editione Aldina. *Freinsh.*

16 *Ipsos arma deponere*] Ex chartis assumpsi vocem, *ante ipsos*, quæ in editis deest. Acidalius pro *ante* legendum putat *inde*. sed retineo scripturam ex scripto, & Polyæno suffragante, qui hanc historiam 4. 3. attingit & scribit, Θέσθαι τὰ ὅπλα πρὸ τῶν ποδῶν, *ante pedes arma ponere*. Raderus. Ista lectio leviter me movebat, ut dubitarem fuisse, *antesignanos arma depon.* cum idem ille Polyænus hoc quoque nominatim tradat.

Lu-

ma deponere [a] *ac levare corpora* jubet : admonens, *nullam ſubiti cauſam eſſe timoris ; hoſtem procul ſtare.* Tandem compotes ſui, pariter arma & animos re- 17
cepere : nec quidquam ex præſentibus tutius viſum eſt, quam eodem loco caſtra munire. Poſtero die 18
Mazæus, qui cum delectis equitum in edito colle, ex quo Macedonum proſpiciebantur caſtra, conſederat; ſive quia *ſpeculari modo* juſſus erat, ad Darium rediit. Macedones cum ipſum collem quem de- 19
ſeruerat occupaverunt : nam & tutior planicie erat; & inde acies hoſtium, quæ in campo explicabatur, conſpici poterat. Sed [b] caligo, quam circa humidi 20
effuderant montes ; univerſam quidem rei faciem non abſtulit : ceterum agminum diſcrimina atque ordinem prohibuit perſpici. Multitudo inundaverat campos : fremituſque tot millium etiam procul ſtantium aures impleverat. [c] Fluctuari animo rex, & mo- 21
do ſuum, modo Parmenionis conſilium [d] ſera æſtimatione perpendere. quippe eo ventum erat, unde recipi exercitus niſi victor, aut ſine clade non poſſet. [Mo-

INTERPRETATIO.

a *Cibo & quiete reſicere.*

b *Nebulæ quæ ex vicinis montibus humidis ſe diffuderant, non eripuerunt quidem confuſum univerſi exercitus* hoſtilis *aſpectum, ſed aciei diſtributionem ac diſpoſitionem cerni non ſivit.*

c *Alexandri mens* huc illuc *agitari* cœpit.

d Iam *tardiori meditatione conſiderare.*

NOTÆ.

Levare corpora] Ipſa armorum depoſitione levarunt corpora. Quia tamen adhuc mihi diſplicebat ea verborum ſtructio, divinabam, *levari torpore.* Metu enim *torpere* dicuntur, qui pertimuere. *Freinsh.*

Admonens, nullam, &c.] Quando milites ſunt terrore conſternati, Dux omni ſtudio terroris cauſas adimet, eorumque animos bona ſpe iterum eriget. Vide Front. lib. 1. Strateg. c. 12.

19 *Macedones eum ipſum*, &c.] Commodus locus vel à noſtris occupatur; vel ab hoſte deſertus ideo à noſtris recipitur : ut vel illis contra hoſtem munimento ſit, vel hoſti non ſit receptui. Iugurtha montem à Metello deſertum eodem conſilio occupat apud Saluſt. belli Iugurth. cap. 1.

Tutior planicie erat] Hoc eſt, tutior quam planicies. tutiora enim quæ in arduo ſunt, quam jacentia & plana.

22 [Movebat etiam eum multitudo hoſtium, reſpectu paucitatis ſuæ gentis: ſed interdum reputabat, quantas res cum hac gente geſſiſſet, quantoſque populos fudiſſet. Itaque, quum ſpes metum vinceret, periculoſius bellum differre ratus, ne deſperatio ſuis creſceret;] diſſimulato eo, *mercenarium equitem ex*
23 *Pæonia præcedere* jubet. Ipſe phalangem, ſicut antea dictum eſt, in duo cornua extenderat: utrumque cornu equites tegebant. Iamque nitidior lux, diſcuſſa caligine, aciem hoſtium oſtenderat: & Macedones, ſive alacritate, ſive tædio exſpectationis, ingentem, pugnantium more, edidere clamorem. redditus & à Perſis, nemora valleſque circumjectas
24 terribili ſono impleverat. Nec jam contineri Macedones poterant, quin curſu quoque ad hoſtem contenderent. Melius adhuc ratus in eodem tumulo caſtra munire; *vallum jaci* juſſit: ſtrenueque opere perfecto, in tabernaculum, ex quo tota acies hoſtium conſpiciebatur, ſeceſſit.

NOTÆ.

22 *Movebat*] Hanc periodum uſque ad vocem *diſſimulato*, ex luſt. 11. 9. huc fuiſſe transſcriptam, inter omnes conſtat: etiam Mſſ. falſum prodentibus: itaque incluſi uncis, ut prius alia.

Diſſimulato eo] Pronomen *eo* non habet unde ſuſtineatur. editi nonnulli ſubſtituunt, *diſſim. pavore*. ſi *diſſ. metu* legas, eodem retento ſenſu propius aberis à veſtigiis antiquæ lectionis. *Freinsh.*

Ex Pæonia præcedere] Arrian. 3. 2. *Ante Agrianos poſiti erant equites antecurſores & Pæones, quos Aretes atque Ariſto ducebant. Univerſis autem præſtituti erant equites mercenarii, Menida duce.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. XIII.

Cenſilia de nocturno prælio Parmenionis & Polypercontis Alexander damnat: ſomnoque refectus, interrito vultu ſuos ad pugnam accendit.

IVM vero univerſa futuri * diſcriminis fa- 1
cies in oculis erat: armis inſignibus equi virique ſplendebant: &, omnia intentiore cura præparari apud hoſtem, ſolicitudo prætorum agmina ſua interequitantium oſtendebat. ac ple- 2
raque inania; ſicut fremitus hominum, equorum hinnitus, armorum internitentiûm fulgor, ſolicitam exſpectatione mentem turbaverant. Igitur ſive 3
dubius animi, ſive ut ſuos experiretur; conſilium adhibet: *quid optimum factu eſſet*, exquirens. Par- 4
menio, peritiſſimus inter duces artium belli, [a] *furto, non prælio opus eſſe* cenſebat: *intempeſta nocte opprimi poſſe hoſtes. diſcordes moribus, linguis; adhæc ſomno & improviſo periculo territos, quando in nocturna trepidatione coituros? At interdiu primum terribiles oc- 5*
curſuras facies Scytharum Bactrianorumque: hirta illis

or.a,

INTERPRETATIO.

2 *Inſidiis, non aperto certamine utendum eſſe.*

NOTÆ.

4 [a] *Furto, non prælio*] Variat nonnihil in circumſtantiis Arrian. 3. 2. quem ipſe conferes. Porro, ejuſmodi furta non licita tantum & honeſta, ſed & laude digna probat Lipſ. Polit. 5. 17.

Intempeſta nocte, &c.] Quamvis interdum beneficio noctis à peritis locorum ſubito poſſit opprimi hoſtis, ut Abraham oppreſſit noctu quatuor reges, Genes. 14. Et Achitophel ſuadet Abſaloni, noctu Davidem, ejuſque exercitum defatigatum opprimere; 1 Sam. 17. & hoc conſilium bonum vocatur v. 14. extra tamen opportunitatem, præſtat de die adoriri hoſtem; inſidiarum hoſtilium & confuſionis in tenebris vitandarum cauſa. Adde, quod noctu fortis ab ignavo diſcerni nequit; cum utriuſque facinora magis interdiu pateant. Vide Scipion. Ammiratum l. 4. diſc. 10. Bernegg. quæſt. Polit. in Tacit. 199. *Loccen.*

Nocturna trepidatione] Tacit. 4. 48. *tenebræ inſuper delectæ, augendam ad formidinem.* cum ſeqq.

5 *Terribiles occurſuras facies*] De vi terribilis aſpectus hoſtium, operæ erit legiſſe Cl. Berneggeri Quæſt. Polit 162. Remedium huic rei præſcribit Vegetius 3. 12. ut frequenter tutioribus lo-

ora, & intonſas comas eſſe; præterea eximiam vaſtorum magnitudinem corporum. vanis & inanibus militem magis quam juſtis formidinis cauſis moveri. Deinde tantam
6 *[a] multitudinem circumfundi paucioribus poſſe. non in Ciliciæ anguſtiis, & inviis callibus; ſed in aperta & læta*
7 *planicie dimicandum fore.* Omnes ferme Parmenioni aſſentiebant: Polypercon *haud dubie in eo conſilio po-*
8 *ſitam victoriam* arbitrabatur. quem intuens rex; namque Parmenionem nuper acrius quam vellet increpitum, [b] rurſus caſtigare non ſuſtinebat: *latrunculorum*, inquit, *& furum iſta ſolertia eſt, quam præcipitis mihi: quippe illorum votum unicum eſt fal-*
9 *lere. Mea vero gloriæ ſemper aut abſentiam Darii; aut anguſtias locorum; [c] aut furtum noctis obſtare non patiar;*

INTERPRETATIO.

a *Macedonas, ut pote pauciores, à tanta Perſarum numero circumveniri poſſe.*

b *Denuo objurgare nolebat.*

c *Aut quod pugna noctu commiſſa ſit.*

NOTÆ.

cis Dux ordinet exercitum, unde videre & agnoſcere hoſtem, nec reformidare conſueſcat. *Loccen.*

Intonſas comas eſſe] Plutarch. Craſſo, cap. 44. *cum reliqui Parthi, Scythico adhuc more, ad perterrendos hoſtes comam alerent.* Ita *Lycurgus Lacedæmonios cives adſuefecit ad alendam comam; inquiens, ea formoſos pulchriores, deformes terribiliores reddi.* Plut. Apophth. 76.

Vanis & inanibus militem] *Sæpe vana pro veris, maxime in bello, valuere.* Liv. 34. 12. Conſule Polit. Lipſii 5. 16. *Communi enim ſit, vitio naturæ, ut in viſis, latitantibus atque incognitis rebus magis confidamus, magiſque exterreamur.* Cæſar de bell. Civ. 3, 4.

6 *Circumfundi*] Liv. 31. 21. de Gallis: *circumvenire à cornibus, & amplecti hoſtium aciem (quod multitudini adverſus paucos facile videbatur) conati ſunt.*

8 *Quam præcipitis mihi*] Gruterus citat: *quam præcipis*, approbata etiam à Ms. Bong. altero lectione. Et ſane, id verbi non raro ſimili ſenſu reperitur, ut obſervavit Briſſon. lib. 1. de formul. Mihi tamen præplacet Pithœani cod. ſcriptura, *præcipis*. modo enim præceſſit, Alexandrum noluiſſe Parmenionem increpare. igitur intuitum fuiſſe Polypercontem. at certe, ſi plurali numero fuit uſus, non, ut voluit, pepercifſe videatur Parmenioni. *Freinsh.*

9 *Furtum noctis obſtare*] Tranſtulit hæc in ſuum Panegyricum Claudian. in VI. Honorii conſulatum, verſ. 477.

Ecce virum, taciti nulla quæ fraude ſopores
Enſe palam ſibi pandit iter, remeatque cruentus,
Quantum nox tenebris, manifeſtaque prælia furtis, &c.

Nec ſolum inglorium ſic viciſſe: ſed etiam ſic cecidiſſe. Statius Theb. 3. verſ. 160.

—— Sed nec bellorum in luce patenti

Cen-

tiar; palam luce adgredi certum est. malo me fortunæ pœniteat, quam victoriæ pudeat. Ad hæc illud quoque accedit, vigilias agere barbaros, & in armis stare, ut ne decipi quidem possint, compertum habeo. itaque ad prælium vos parate. Sic incitatos ad corpora curanda dimisit. Darius illud, quod Parmenio suaserat, hostem facturum esse conjectans; *frenatos equos stare, magnamque exercitus partem in armis esse, ac vigilias intentiore cura servari* jusserat. ergo ignibus tota ejus castra fulgeNOTÆ.

Conspicui fatis, æternaque gentibus ausi
Quassatis misera vulnus memorabile matri:
Sed mortem obscuram, miserandaque funera passi,
Heu quantus furto cruor, & sine laude jacetis!

Porro, quem hic animum Alexandro, Justin. 11. 6. Dario tribuit, cum *affirmasse suis, occulta consilia victoria furtiva convenire.*

Palam luce adgredi] Claudianus de bello Gildon.

——— *Damnamus luce reperta*
Perfidiam.

Magnanimorum est, aperto Marte, non dolo, nisi per occasionem, aggredi hostem. velut Alexand. libr. 8. Curt. obscuritatis occasione se suosque superfudit Poro. Confer Piccart. dec. 10. Observ. Histor. Polit. cap. 2. *Loccenius.*

Malo me fortuna pœniteat] Vinci satius est, inquit Sallustius, quam malo more vincere. quod Nazianzenus hoc Græco versu reddidit:

Καλὰς κεκλεῖσθαι κρεῖττον ἢ νικᾶν κακῶς.

Claudianus de bello Gildon.

Nonne mori satius, vita quam ferre pudorem?

Camillus apud Plutarchum (in vita Camilli): Apud bonos viros habentur quædam belli leges; nec tantopere victoria expetenda est, ut non fugienda sint officia, quæ per scelus ac malitiam offeruntur. Apud Livium lib. 5. ita Camillus: *Sunt & belli sicut pacis jura: justeque ea non minus quam fortiter gerenda didicimus.* Operæ pretium erit cum his conferre epistolam Consulum Fabricii & Æmilii ad regem Pyrrhum, quæ exstat apud Agellium 3. 8. Ejusdem animi fuit Alfonsus rex Arragon. apud Panormitanum, quando dixit: *Decere regem in re justa invictum animum; at re injusta præstare vinci quam vincere.* Regie profecto. Magnum enim Imperatorem suæ virtutis, non alienæ improbitatis fiducia bellum gerere oportet. *Loccen.*

10 *Vigilias*] Hoc uno verbo Parmenionis consilium evertit Alexander, quod barbarus vigilaret. affirmat idem Arrianus 3. 2. totam noctem exercitum Darii in armis pervigilem stetisse, uti locus nocturnis insidiis nullus esset: eamque rem fatigato per insomnium milite vehementer Dario obfuisse. *Raderus.* Excubitores ac vigiles solebant cantu tempus fallere, cantilenisque, quibus Regis sui justitiam virtutemque efferebant, noctem insomnem traducere. Ammian. Marcellin. lib. 24. *obtruncarunt vigiles omnes, ex usu moris gentici, justitiam felicitatemque Regis sui canoris vocibus extollentes.* Vide etiam Zosimum lib. 3.

Compertum habeo] Abesse possint hæc, nullo sententiæ damno. Sed quâdo in longe pluribus reperi, reliqui.

11 *Ignibus tota*] Vigilum scilicet. Vide Gruter. ad Tacit. 1. 65. *apud Romanos invalidi ignes.*

12 gebant. Ipſe cum ducibus propinquiſque agmina in armis ſtantium circumibat; *Solem Mithren, ſacrumque & aternum* invocans *ignem, ut illis dignam vetere gloria majorumque monumentis fortitudinem inſpira-*
13 *rent. Et profecto, ſi qua divinæ opis auguria humanæ mente concipi poſſent; deos ſtare ſecum, illos nuper Macedonum animis ſubitam incuſſiſſe formidinem: adhuc lymphatos ferri agique, arma jacientes: expetere præſides*
14 *Perſarum imperii deos debitas è vecordibus pœnas. Nec ipſum ducem ſaniorem eſſe. quippe ritu ferarum prædam modo, quam expeteret, intuentem; in perniciem, quæ ante prædam poſita eſſet incurrere.* Similis apud Macedones quoque ſolicitudo erat: [a] noctemque, velut
15 in eam certamine edicto, metu egerunt. Alexander, non alias magis territus, *ad vota & preces Ariſtandrum vocari* jubet. ille in candida veſte verbenas manu

INTERPRETATIO.

a *Noctem* in *formidine tranſegerunt, quaſi hæc* ipſa *pugna deſtinata eſſet.*

NOTÆ.

13 *Arma jacientes*] Val. Max. 2. 2. de Scæva, viro fortiſſimo: *tragula femur trajectus, ſaxique pondere ora contuſus, galea jam ictibus diſcuſſa, & ſcuto crebris foraminibus abſumpto, profunde te credidiſti, ac duabus loricis onuſtus, inter undas, quas hoſtili cruore infecerat, enataſti: viſoque imperatore, armis non amiſſis, ſed bene impenſis, cum laudem mereris, veniam petiiſti; magnus prælio, ſed major diſciplinæ militaris memoria.*

14 *Prædam modo*] Præda ſæpe ut rete objecta adverſario. vide Piccart. dec. 10 Obſerv. Hiſtorico-Polit. c. 8. itaque non prius rapienda, quam hoſte penitus profligato, pugnaque finita: ut Neſtor monet milites Græcos apud Homerum Iliad. 6. & Hector Trojanos Il. 16. *Loccen.*

Quam expeteret] Acidalius præpoſitionem abjicit, &, *peteret*, contra omnium codicum fidem cenſet: nec male ſentit, quod compoſitum idem paullo ante præceſſerit. Sed nihil muto, cum & hoc ferri poſſit. *Raderus.*

15 *In candida veſte*] Sollennis mos Romanis ſacra ſic peragi. Ovidius Faſtor. 1. 79.

Veſtibus intactis Tarpeiæ ituri ad arces,
Et populus feſto concolor ipſe ſuo eſt.

Etiam ſpectaculis intererant candidati. Martial. Epigram. 4. 2.

Spectabat modo ſolus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis;
Cum plebs, & minor ordo, maximuſque,
Sancto cum duce, candidus ſederet.

Apud Græcos quoque plurimus uſus albæ veſtis. In Panathenæis nefas atra veſte ſpectare. *Raderus.*

Verbenas] *Sagmina* & *verbena* eadem herba. Plin. 22. 1. *Non alimenta ſagmina in remediis publicis fuere, & in ſacris, legationibuſque, verbena. Certe utroque nomine idem ſignificatur, hoc eſt,*

ſta-

nu præferens, capite velato præibat preces regi, Iovem, Minervam Victoriamque propitianti. Tunc 16
quidem ſacrificio rite perpetrato, reliquum noctis adquieturus in tabernaculum rediit. Sed nec ſomnum capere, nec quietem pati poterat. modo è jugo montis aciem in dextrum Perſarum cornu demittere agitabat; modo recta fronte concurrere hoſti: interdum hæſitare, an potius in lævum torqueret agmen? tandem gravatum animi anxietate corpus 17
altior ſomnus oppreſſit. Iamque luce orta duces ad accipienda imperia convenerant; inſolito circa prætorium ſilentio adtoniti. quippe alias accerſere ipſos, 18
& interdum morantes caſtigare adſueverat; tunc ne ultimo quidem rerum diſcrimine excitatum eſſe mirabantur; & non ſomno quieſcere, ſed pavore marcere

Notæ.

gramen ex arce cum ſua terra evulſum: ac ſemper & legatis cum ad hoſtes, clarigatumque mitterentur, id eſt, rerraptas clare repetitum, unus utique verbenarius vocabatur. Ad quem Dalecampius Livio 30. 44. *Nevio, Servio, Turnebo, verbena non herba privatum genus dicuntur, ſed rami, virga, frondes, eminium ſacrarum arborum, ut lauri, oliva, myrti: quin etiam herbas ex puro loco decerptas, quibus feſtis diebus ara coronantur.* Terent. in And. 4. 4.

Ex ara hinc ſume verbenas tibi.

Myrtum apud Menandrum fuiſſe, ex quo illa comicus tranſtulit, conſtat. Virgil. ecl. 8. 65.

Verbenaſque adole pingues, & maſcula thura.

Verbenas, *quaſi herbenas dictas volunt, illaſque facile accendi, & flammam concipere ob pinguedinem.* Apud Tranquillum in Veſpaſ. 7. 2. *in Serapidis templo verbena, corona, & paniſcia fuerunt.* Guilland. Græcis ἱερόβοτανα, id eſt, herba ſacra dicitur. *verbenaca.* Radenus.

Præibat preces regi. Sic olim conjeci, quomodo poſtea & Acidalium vidi conjeciſſe, & vero Raderum ex Mſ. edere. qui vere adſtruit ex Briſſonio de formulis, lib. 1. pag. 61. ubi multa hujus phraſeos exempla, conſtare, non aliter legendum eſſe.

Iovem. Iovem quod hic addit, inſolitum. Nam alibi *Minervam* ſaltem jungit, & *Victoriam.* infra 8. 2. *Victimis Minerva Victoriaque caſis.* 8. 11. *Ara in petra locata ſunt Minervæ Victoriaque.* An ergo Iupiter ex hoc dearum collegio excludendus, alii vidento. *Acidal.*

17 *Altior ſomnus oppreſſit.* Iuſtinus 11. 12. 1. Sueton. de Auguſto in vita 16. 3. *Sub horam pugnæ tam arcto repente ſomno devinctus, ut ad datum ſignum ab amicis excitaretur.* Idque evenire poſt graviſſimas curas, quum defeſſam cogitando mentem ſopor oppreſſit, præter hæc exempla oſtendit etiam Otho apud Suet. 11. 2. *Freinsh.*

18 *Alius.* Devigilantia Alexandri ſingularis eſt quod narrat Marcell. 16. 6. *Ille namque cuca concha ſuppoſita, brachio extra cubile protento, pilam tenebat argenteam, ut cum nervorum rigorem ſopor laxaſſet infuſus, geſtaminis lapſi tinnitus abrumperet ſomnum.*

19 cere credebant. Non tamen quiſquam è cuſtodibus
corporis intrare tabernaculum audebat: & jam tem-
pus inſtabat; nec miles injuſſu ducis, aut arma ca-
20 pere poterat, aut in ordines ire. Diu Parmenio cun-
ctatus, *cibum ut caperent*, ipſe pronunciat. Iamque
exire neceſſe erat: tunc demum intrat tabernacu-
lum: ſæpiuſque nomine compellatum, quum voce
21 non poſſet, tactu excitavit. *Multa lux*, inquit, *eſt,*
inſtructam aciem hoſtis admovit: tuus miles adhuc in-
ermis exſpectat imperium. Vbi eſt vigor ille animi tui?
22 *nempe excitare vigiles ſoles.* Ad hæc Alexander; *cre-*
diſne, me prius ſomnum capere potuiſſe, quam exonera-
rem animum ſolicitudine, quæ quietem morabatur? ſi-
23 *gnumque pugnæ tuba dari* juſſit. Et quum in eadem ad-
miratione Parmenio perſeveraret [*quod ſecurus ſom-*
num cepiſſet]; *minime*, inquit, *mirum eſt. ego enim,*
quum Darius terras ureret, vicos excideret, alimenta
24 *corrumperet, potens mei non eram: nunc vero quid*
metuam, quum acie decernere paret? Hercule totum
meum implevit. Sed hujus quoque conſilii ratio poſtea red-
detur: vos ite ad copias, quibus quiſque præeſt. ego
25 *jam adero, & quid fieri velim, exponam.* Raro admo-
dum

NOTÆ.

20 *Ipſe pronunciat*] Multo melius ſic vulgati, quam Mod. *cibum ut caperent ipſi, pronunc* ipſe ultro jubet, non exſpectato amplius Alexandro. *Rader.* Hic quoque providi ducis munere functus eſt Parmenio, ut quod è re eſſet adminiſtraretur, nec tamen offenderetur Princeps, qui utique hoc volebat fieri, & abſque dubio in eam diem pugnam edixerit. Vide Livium 21. 54. Quantum autem in eo ſit, ut corpora militum bene curentur, nec labore vel inedia defatigata exponantur laboribus & diſcrimini, ſatis approbavit eventus variorum præliorum. *Freinsh.*

23 *Quod ſecurus ſomnum cepiſſet*] Obſerva cum Acidal. illa verba per gloſſema irrepſiſſe in contextum. Sed cum in omnibus exemplaribus apparerent, malui illa parentheſi claudere, quam omittere, cum incertum ſit irrepſiſſe, quamvis omnino id factum judicem. *Raderus.*

24 *Quid metuam*] Tetigit hanc hiſtoriam Sidonius Carm. p. 57. ubi de Dario ſic:

Qui cum maxima bella concitaſſet,
Tota & Perſidis undique gregata
Vno conſtituiſſet arma campo;
Hoc ſolum perhibetur aſſecutus,
Dormire ut melius liberet hoſti.

Quod fallor ſi hactenus ita intellectum eſt vulgo. *Freinsh.*

25 *Raro admodum admonitu*] Hanc lectio-

dum admonitu amicorum, quum metus diſcriminis aderat, uti ſolebat. Tunc quoque munimento corporis ſumpto proceſſit ad milites. Haud alias tam alacrem viderant regem: & vultu ejus interrito, certam ſpem victoriæ augurabantur. Atque ille *prorupto* 26
vallo exire copias jubet, aciemque diſponit. In dextro cornu locati ſunt equites, quos *agema* adpellant. præerat his Clitus: cui junxit Philotæ turmas, ceteroſque præfectos equitum lateri ejus adplicuit. Vltima Meleagri ala ſtabat: quam phalanx ſequeba- 27
tur. Poſt phalangem Argyraſpides erant. his Nicanor Parmenionis filius præerat. In ſubſidiis cum 28
manu ſua Cœnos: poſt eum Oreſtes Lynceſteſque. Poſt illos Polypercon-, dux peregrini militis. hujus agminis Amyntas princeps erat. Phi-

NOTÆ.

lectionem merito ſuo traducunt Acidal. & Rader. ut intricatam & vix ferendam. Ille vero multa cum violentia vix tamen verum Curtii ſenſum deprehendit; quem, credo me aſſequutum eſſe ex ſcriptura Vett. Codd. verbis etiam proxime verum conſtitutis: *Raro admodum, admonitu magis amicorum, quam metu diſcriminis, quod adeundum erat, uti ſolebat munimento corporis. tum quoque ſumpto, proceſſit*, &c. quo loco ablativus *ſumpto* eadem forma ad præcedentia refertur, quomodo *emiſſis*, ſupr. 3. 13. *Atilli, qui ſub oneribus erant, emiſſis per metum, capeſſunt fugam.* Freinsh.

Et vultu ejus interrito] Ita omnes edd. & membranæ. Acidalius contendit, legendum eſſe, *& ex vultu ejus*, clarius quidem ſic & liquidius. Sed poſſis ita accipere verba Curtii, ut intelligas, milites, conſpecto ejus vultu, victoriam auguratos eſſe. *Freinsh.* Fiducia militum animis creſcit, ſi ejus notas in vultu Imperatoris conſpiciant: ſi ipſe nihil timere videatur. Inde illud in Gnomologia Gruteri; *Virtutis vultus magna pars victoria.* Locceн.

Augurabantur] Vere Senarius; *Vultus ducis, victoria augur optimus.* Alterius etiam ominis meminit Plut. in vita cap. 54.

26 *Prorupto vallo*] Vt ſimul exire verſus ordinem poſſent. res longa fuit, ſi per portarum angustias ſinguli cogerentur exire. *Raderus.*

Aciemque diſponit] Confer Diodor. 17. 57. & Arrian. 3. 2.

28 *Poſt eum Oreſtes Lynceſteſque*] Non ſunt hæc virorum nomina, ſed populorum: qui alias Græca terminatione *Oreſtæ Lynceſtæque* appellantur. Clarum id ex Diod. 17. 57. De ipſis populis vide Strab. lib. 7. Stephanum in Λύγκος. qui gentile formet *Lyncîſta* per *i*. Plin. 4. 10. & Ptolemæum. *Freinsh.*

Peregrini militis] Diodor. Polyperconta Stymphæorum ducem facit. Certe, ſi qua in alia re, in aciem deſcriptione non ſatis fido Curtio, vel librariis ejus.

Hujus agminis] Recte vidit Acidalius, hæc nullo modo cohærere præcedentibus: deinde illud *princeps* novo more accipi pro duce: denique *Amyntam*

Philagus Balacros regebat, in ſocietatem nuper ad-
29 ſcitos. Hæc dextri cornu facies erat. In lævo, Cra-
terus Peloponnenſium equites habebat Achæorum-
que : & Locrenſium, & Maleon turmis ſibi adjun-
ctis. hos Theſſali equites claudebant, Philippo du-
ce. Peditum acies equitatu tegebatur. frons lævi cor-
30 nu hæc erat. Sed ne circumiri poſſet à multitudine,
ultimum agmen valida manu cinxerat. cornua quo-
que ſubſidiis firmavit, non rectâ fronte, ſed à la-
31 tere poſitis : ut, ſi hoſtis circumvenire aciem ten-
taſſet, parata pugnæ forent. Hic Agrianierant, qui-
bus

N O T Æ.

tam hic nominari, qui tamen ei prælio non interfuerit. Poſtremum tamen omnium optime ordinaſſe videtur Loccenius, cujus verba ſubjicio : Mirum in modum hic æſtuant Acidalius & Modius, incerti quid nominis pro *Amynta* reponant. nam illum plane ex hoc cenſu ejiciunt, & in Macedoniam relegant. Acidalius modo *Menidam*, modo *Stymphaea*, modo neſcio quem vel quos ſubſtituit Amyntæ, nullo tamen auctore. Mihi pro *Amynta* placet *Simmias*, quem Amyntæ locum ſupplere jubeo uſque donec alius ſeſe offerat. Et ſic jubet Arrian. 3. 2. *Ab hoc Amynta Philippi F.* (agmen) *Hujus agminis dux erat Simmias, quod Amyntas in Macedoniam ad conſcribendum militem miſſus eſſet*. Miror, quomodo ſeſe adeo torqueant Modius & Acidalius, cum hæc plana ſint omnia. Confirmat noſtram lectionem, quod Polyperconten & Amyntam in uno ordine ſe invicem ſubſequentes ponit Arrianus æque ac Curtius. Quamvis hic quoque ferri poſſet *Amyntas*, ſi per Modium & Acidalium liceret. Nam cum legatio in Macedoniam ipſi commiſſa eſſet, jam dux factus erat ſui agminis, ut colligere eſt ex Arriano. Cum autem in eo eſſet, ut obiret legationem, tranſtulit agminis ſui præfecturam in Simmiam. interim nihilominus forte à veteribus Hiſtoricis reſpectu prioris officii in ducum numerum relatus eſt. Sed malo abeſſe *Amyntam* in gratiam Acidalii & Modii.

Philagus Balacros. Omnia hæc ſunt obſcuriſſima. nec mirum, ſi palpamus in his tenebris. At cum idem & alii fecerint, quid vetat, ut & nos tentemus ſi qua eluctari detur? Nec enim largiar Radero, juſtam hanc eſſe ſcripturam : nec ſi quædam membranæ ſic ſervent, reliquas conſciſcere video. Et Raderus nullam gentem, quod hic oportuit, oſtendit, Balacrorum nomine notam. nec quiſquam ſcriptorum eos prodit, ſi Arrianum 3. 2. excipias, mendoſum tamen. nam quod ibi leguntur τοῖς Βαλάκρου ἀκοντισταῖς, re ipſa ſunt οἱ Βαλάκρου ἀκοντισταὶ, *jaculatores quos ducebat Balacrus*: ii, inquam, ipſi, de quibus mox 3. 3. idem auctor, οἱ ξὺν Βαλάκρῳ ἀκοντισταὶ, *jaculatores quibus Balacrus præerat*. Erat autem iſte Balacrus Amyntæ filius, præfectus auxiliaribus copiis, ὃς τοῦ συμμάχου. hi ſunt, quos noſter vocat, *in ſocietatem nuper adſcitos*, ut me docet Arrian. 1. 8. cum præfecturam in Phrygia nactus eſt; ut inde ſuſpicio inceſſerit, Curtium ſcripſiſſe, *Phrygas Balacros regebat, in ſoc. nup. adſcitos*. Certe hominis hoc nomen eſſe, non nationis, vel ex ipſo Curtio conſtat, qui eum nominat 4. 5. 13. & 8. 11. 22. Eſt & alius apud Arrian 2. 3. *Balacrus Nicanoris F. Cilicia ſatrapa*. Freinsh.

29 *Maleon*] Græca terminatione, pro

bus Attalus præerat; adjunctis ſagittariis Cretenſibus. [a] Vltimos ordines avertit à fronte, ut totam aciem orbe muniret. Illyrii hic erant: [b]adjuncto mi- lite mercede conducto. Thracas quoque ſimul objecerat leviter armatos. adeoque aciem verſatilem po- 32
ſuit, ut, qui ultimi ſtabant, ne circumirentur; verti tamen, [c] & in frontem circumagi poſſent. Itaque non prima quam latera; non latera munitiora fuere, quam terga. His ita ordinatis, præcipit *ut, ſi* 33
falcatos currus cum fremitu barbari emitterent; ipſi laxatis ordinibus impetum occurrentium ſilentio exciperent: haud dubius [d] ſine noxa tranſcurſuros, ſi nemo ſe opponeret. *ſin autem ſine fremitu immiſiſſent; eos ipſi clamore terrerent; pavidoſque equos telis utrimque ſuffoderent.* Qui cornibus præerant, *extendere ea* juſſi, 34
ita ut nec circumvenirentur, [e] *ſi arctius ſtarent; nec tamen*

mic-

INTERPRETATIO.

[a] *Collocavit averſos à fronte* aciei, *ut totum exercitum in orbem firmaret.*

[b] *Verſus* aciei *frontem converti poſſent.*

[c] *Abſque damno* Macedonum *tranſituros* eſſe.

[d] *Si nimium preſſis* ordinibus *conſiſterent.*

NOTÆ.

pro *Malienſium*. hos enim equis tum meruiſſe conſtat ex Diodoro 17. 57.

31 *Cretenſibus*] Nam hos ſagittarios optimos fuiſſe videre eſt ex auctoribus, quos citat Tiraquellus ad Alexand. Dies Geniales 6. 22.

32 *Aciem verſatilem*] Hujus verbi vim ipſe Curtius exponit, *verſatilis acies*, quæ verti & circumagi poteſt, ubi uſus poſtulet. Atque ea accedit quidem quam proxime ad ἀμφίστομον. de qua copioſe Ælian. Tactic. cap. 28. Sixtus Arcerius ad eundem locum. Frontinus 2. 3. de hac ipſa Alexandri acie: *Alexander ad Arbela, cum hoſtium multitudinem vereretur, virtuti autem ſuorum fideret, aciem in omnem partem ſpectantem ordinavit, ut circumventi, undique pugnare poſſent.*

33 *Falcatos currus*] Romani aliam rationem adverſus falcatos currus pugnandi habuerunt, ut docet Veget. 3. 24. Front. 2. 3. 17. 18. Macedonas autem primos uſos eſſe, non perſuadet Ælianus. *Raderus.* Locum Æliani non reperio.

34 *Nec tamen*] Ita ut ſinguli militum latius ſpatium in ſua quiſque ſtatione occuparent, ne denſius & arctius comprimerentur & circumvenirentur. e. c. miles, qui prius tres pedes occuparat, ſex occupare juſſus, manente eodem ordine & numero, in latum & longum, ita fiebat, ut media acies non exhauriretur, ſed par ubique eſſet ſpatium, quamvis laxius ſtarent. *Raderus.*

Mediam] Modius ediderat *ultimam*; ex

35 *mediam aciem eximanirent.* Impedimenta cum captivis, inter quos mater liberique Darii cuſtodiebantur, haud procul acie in edito colle conſtituit; modico præſidio relicto. Lævum cornu, ſicut alias, Parmenioni tuendum datum: ipſe in dextro ſtabat.
36 Nondum ad teli jactum pervenerant; quum Bion quidam transfuga, quanto maximo curſu potuerat, ad regem pervenit: nuncians, *muricesferreos in terram defodiſſe Darium, qua hoſtem equites emiſſurum eſſe credebat: notatumque certo ſigno locum, ut fraus*
37 *evitari à ſuis poſſet.* Adſervari transfuga juſſo, duces convocat: expoſitoque quod nunciatum erat, monet; *ut regionem monſtratam declinent, equitemque pe-*
38 *riculum edoceant.* Ceterum, hoc tantus exercitus exaudire non poterat; uſum aurium intercipiente fremitu duorum agminum: ſed in conſpectu omnium duces & proximum quemque interequitans adloquebatur.

NOTÆ.

ex qua voce conjicit leg. *intimam* Acidalius.

35 *Haud procul acie*] Vulgo *ab acie* legitur apud Modium, *haud procul aciem*; quod Acidalius lapſum operarum cenſet, & *acie* reſcribit. Pro ſcriptura Modiana, exempla ex Livio lib. 31. Plinio 9. 53. & Curtio ab recentioribus Grammaticis adferuntur. ſed teſtimonia ſunt inteſtabilia. nullus veterum ita locutus, nec Priſcianus annotavit, nec ullus priſcorum. Dicamus ergo *procul acie*, non *aciem*. Apud Livium *procul muros*, reſcribendum *procul muro*, ut emendatiores codices docent, ut & apud Plinium *procul Neapoli*, non *Neapolim*. Grammatici recentiores etiam hunc Curtii locum addunt, & mendum mendo confirmant. *Raderus.*

36 *Muricesferreos*] Præterea, quæ de muricibus (ſive, ut ibi aliquoties ſcribitur, neſcio qua cauſa, *rumicibus*) & tribulis ſparſis, item ſudibus defixis, Lipſius Poliorc. 5. 3. & 2. 2. de ſtylis exeis: item Rittershuſ. ad iſta Salviani lib. 6. *exercitus pugnaturi ea loca, per quæ venturas hoſtium turmas ſciunt, aut foveis intercidere, aut ſudibus præfigere, aut tribulis infeſtare dicuntur* & Stew. ad Veget. 3. 24. tradunt. addi poſſunt illa Herodoti 8. 28. de Phocenſibus, qui *juxta urbem Hyampolim, depreſſa ingenti foſſa, amphoras illic inanes depoſuerunt.* in quas Theſſalorum equi incidentes, crura fregerunt. Cui ſimile Dio, lib. 40. de Gallis ad Alexiam: *ea-nati noctu per munitiones Rom. in urbem pervenire magnum detrimentum paſſi ſunt, in iis enim locis, quæ equitatui accedi poterant, occultas foſſas Romani duxerant: defixiſque in eas ſtipitibus, ſuperficie tenus texerant, ut æquales reliquo circumpoſito ſolo eſſent: in eas foſſas equi virique imprudentes delapſi peribant.* Freinsh.

CAP.

CAP. XIV.

Alexandri ad Græcorum, Dariique ad Persarum exercitus, ante pugnam, orationes.

IMENSIS *tot terras in spem victoriæ, de qua* 1
dimicandum foret, hoc unum superesse discrimen. Granicum hic *amnem, Ciliciaque montes, & Syriam Ægyptumque præeuntibus raptas*, ingentia spei gloriæque incitamenta, referebat. " *Reprehensos* 2
ex fuga Persas pugnaturos, quia fugere non possent. tertium diem jam metu exsangues, armis suis oneratos, in eodem vestigio hærere. nullum desperationis illorum majus indicium esse, quam quod urbes, quod agros suos urerent; quidquid non corrupissent, hostium esse confessi. Nomina modo vana gentium ignotarum ne extimescerent. 3
neque enim ad belli discrimen pertinere, qui ab his Scythæ, quive

INTERPRETATIO.

a Per vim *è fuga retractos.*

NOTÆ.

2 REprehensos ex fuga] Tac. Agric. 34. *quosquos tandem inveniistis, non restiterunt, sed deprehensi sunt novissime. ideo extremo metu corpora defixere in his vestigiis, &c.* uter ab utro sumpsit? nec enim, opinor, in idem incidit uterque fortuito: præsertim, cum similitudinem Taciti de feris, noster quoque retulerit supra, 3. 8. 10. Porro affine est illud Arrian. 1. 5. de mercenariis Persarum ad Granicum: *quorum agmen eodem loci ubi consistere jussum erat, stupor potius inopinati eventus, quam certa aliqua ratione se continebat.* Freinsh.

Quod agros suos urerent] Iust. 11. 6. Alexander *hostem petens milites à populatione Asiæ prohibuit, parcendum suis rebus præfatus. nec perdenda ea quæ possessuri venerant.* Adde Arrian. 3. 4. Nullo enim certiore indicio se prodit obtinendi quæ occupaveris desperatio, quam exactionibus, rapinis, atque vastitatibus, quæ edi tum solent maxime, ut à festinantibus. Sic apud Plutarch. Demetrius cap. 8. cum alteram Babylonis arcium, duæ enim erant, occupavisset, & præsidio firmasset, *militibus permisso, ut quantum possent ex agris prædam agerent, confirmavit Seleuco regnum, quod tanquam alienum infestans, videbatur ipsi concedere.* Ceterum, Alexander factum illud Persarum callide detorquet in alienam interpretationem. ipse enim satis noverat, & modo 4. 13. Parmenioni confessus erat, hac ratione Persas vastatione paucorum reliqua conservaturos esse. Id ipsis consilium initio belli dederat Memnon, approbante Curtio supra, 3. 4. Fecerant id ipsum Persæ contra Cyrum minorem, apud Xenoph. *ἀνάβασ.* 1. *Idem.*

3 *Scythæ*] Nomen id suspectum Acidalio & Radero, quia Scythæ, inquiunt, satis noti fuerant Macedonibus. Sed idem etiam de Caduiiis possit dici,

quive Caduſii adpellentur. Ob id ipſum, quod ignoti eſſent,
4 *ignobiles eſſe. nunquam ignorari viros fortes: at imbelles, ex latebris ſuis erutos, nihil præter nomina adferre. Macedones virtute adſequutos, ne quis toto orbe locus eſſet, qui*
5 *taleis viros ignoraret. Intuerentur barbarorum inconditum agmen: alium nihil præter jaculum habere; alium funda ſaxa librare: paucis juſta arma eſſe. Itaque illinc*
6 *plures ſtare, hinc plures dimicaturos. Nec poſtulare ſe, ut fortiter capeſſerent prælium, ni ipſe ceteris fortitudinis fuiſſet exem-*

NOTÆ.

dici, quorum & ipſorum mentio eſt apud vetuſtiores Alexandro ſcriptores, ſiquidem ait nihil intereſſe, *qui ab his* (ſic rectius, quam Acidalii *ex his*) *Scytha appellentur*. non vult etiam, ipſa nomina eſſe incognita, ſed gentes, quibus ea tribuantur. & quam late patuerit appellatio Scytharum, neminem fugit. ideo præcedit, *vana ignotarum gentium nomina*. ut nomina ipſa non ſint ignota, ſed gentes, quibus ea induntur: quæ tamen, quocunque vocabulo appellentur, nihilo meliores ſint futuræ. Ipſæ, inquit, gentes ignotæ ſunt, ſed appellantur formidoloſis nominibus Scytharum atque Caduſiorum. quid hoc ad diſcrimen belli, quomodo appellentur: num ideo fortiores erunt, ſi his vocentur nominibus, quam ſi quibuſvis aliis? Hæc iſtorum, ni fallor, mens eſt. Quod autem hos populos nominat, veriſſimam ex Arriano 3. 4. cauſam aſſigno: quod eo tempore magna de his gentibus fuit opinio apud Aſiaticos, eorumque robur haud dubie multum extulerint Perſæ. legimus enim ibi, fuſo jam ad Arbela Dario, rumorem increbuiſſe, *Darium Alexandro obviam ire ſtatuiſſe, denuoque prælii fortunam experiri velle: Scythas enim & Caduſios ei auxilio venire*. Idem.

Quod ignoti eſſent] Raro *nobiliſſimi in ipſis penetralibus ſiti* ſunt, ut de ſe jactant Britanni in Agric. Taciti 30. 3. ſed fere cum nomine dominatum quoque protulerunt. Accidit tamen, in armata quidem virtute perraro, in aliis frequentius, ut alii habeant famam; alii mereantur: & quidam *noti magis, quam nobiles ſunt*, ut loquitur Seneca de benef. 3. 28. Sic in libris antiquæ ſapientiæ legitimæ, Iuſtiniano in §. 17. conſtitutionum de Confirm. Dig. atteſtante, *multi fuerant & ipſis eruditiſſimis hominibus incogniti*. Idem.

5 *Saxa librare*] Inermem multitudinem edoceri fundis lapides jaculari Cyrus inſtituit, Strabone 15. teſte. Xenophon *mid.* 7. docet, Funditores, qui ſoli per ſe nulli uſui ſunt, ita demum juvare, ſi aliis copiis adjungantur. At Rhodii, qui fundis plumbeas glandes jaculabantur, longius feriebant. Atque ita, ut funditoribus Cretenſibus Perſici ſuperiores erant, ita Rhodiis inferiores. *Briſſonius*. Vide lib. 3. ubi ex Lipſio de funditoribus accurate diſſeruimus.

Illinc plures ſtare] Hoc ſic expreſſit Iuſtin. 11. 13. *Dario majorem turbam hominum eſſe; virorum ſibi*. Vbi vide.

6 *Fortiter*] Omnibus magnis Imppres potius quam *verba* cordi fuere, ut Scipioni apud Livium 28. 27. & apud eundem, 28. 40. Fabio Maximo. Hinc ergo maxime ſolebant hortari ſuos: ut & Valerius Coſ. apud Liv. 7. 32. *Facta mea, non dicta vos milites, inquit, ſequi volo: nec diſciplinam modo, ſed etiam exemplum à me petere*. & Iulianus apud Marcellin. 23. 14. *Adero ubique vobis ad-*

exemplum. se ante prima signa dimicaturum spondere. pro se, quot cicatrices, totidem corporis decora: scire ipsos, unum pene se prædæ communis exsortem, in illis colendis ornandisque usurpare victoriæ præmia. Hæc se fortibus viris dicere. si qui dissimiles eorum essent; illa fuisse dicturum: pervenisse eo, unde fugere non possent. tot ter-

INTERPRETATIO.

a *Ad illos remunerandos ditandosque se impendere victoria fructus.*

NOTÆ.

adjumento numinis sempiterni Imperator, & antesignanus, & conturmalis. Qualem quidem hortationem perspicuum est altissime penetrare militares animos. nam etiam in aliis deliberationibus, multo magis in talibus, *ipse qui suadet considerandus est, adjiciatne consilio periculum suum.* Mutianus apud Tacit. H. 2. 76.

Se ante prima signa dimicaturum spondere.] Verbum, *spondere*, sustulit Modius; credo, quia sic visum est, quando nullam Mss. eorum in notis facit mentionem. In Dan. certe & Pal. 1. id Grutero repertum. Igitur vir doctus, cui nec lectio satis placet nec correctio, illam tamen sic tentat explicare, sibi nihil poscere Alexandrum præter gloriam ex vulneribus. At tu distinctionem muta, & sensus erit optimus: *se ante prima signa dimicaturum. Spondere pro se quot cicatrices, totidem corporis decora.* Quia se ipsum proposuerat militibus fortitudinis exemplum, duabus rebus hanc sententiam confirmat: quod sit ante signa dimicaturus, & quod gerat in corpore tot cicatrices, vades obsidesque ac testes suæ virtutis. Quale apud Ciceronem secunda Agraria: *nulli populo Romano pro me majores mei spoponderunt: mihi creditum est.* Neque aliter ipse Curtius lib. 9. *vestras manus intueor: vestram virtutem retum, quas gesturus sum, vadem prædemque habeo.* Catilinaria quarta: *Habemus à Cæsare sententiam, tamquam obsidem perpetuæ in rempublicam voluntatis.* Sic etiam *spondent* cicatrices de virtute Alexandri apud milites. Spondere, inquit, pro se vulnerum, quæ cominus præliando acceperit, cicatrices; quarum quot notæ sint, totidem in suo corpore decora & vestigia gloriæ numerari. *Gronovius.*

Quot cicatrices] Vulnera averso corpore & in fuga accepta sunt ignaviæ notæ. unde Virgilius 11. Æn. *pudenda* vocat:

——— *At non, Evandre, pudendis*
Vulneribus pulsum adspicies.

Adverso autem corpore vulnera in acie excepta, sunt notæ virtutis. Ulysses apud Ovid. 13. Metam.

——— *Sunt & mihi vulnera, cives,*
Ipso pulcra loco.

Sp. Carvilio graviter claudicanti ex vulnere ob remp. accepto, & ob id verecundanti in publicum exire, mater animum addit his verbis: *Quin prodis, mi Spuri, quotiescunque gradum facies, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem*, ut est apud Ciceronem 2. de Orat. Legatus quidam Hilpanus ad Imperatorem Turcarum missus, ob cicatricem in facie infignem derisus à Bassa, & interrogatus, decessentne ipsius Domino alii, quos sine cicatricibus vulnerumque navis ad Imperatorem mittere potuisset, *Hominum*, inquit ille, *abunde nobis est, sed ob eam causam eum nota hujus vulneris, quod non aversa sed adversa corporis parte accepi, huc accessi; ut nostræ de vobis ad Naupactum victoriæ testimonium ob oculos offerrem. In qua pugna & tu debuisses interfici, nisi pedibus tibi consuluisses.* Kitchnerus de Legato c. 4. In isto responso simul est acutum retorsionis exemplum. *Lucceius.*

2 *Octa-*

terrarum ſpatia emenſis: tot amnibus montibuſque poſt tergum objectis; iter in patriam & penates manu eſſe fa-
8 *ciendum.* Sic duces, ſic proximi militum inſtincti ſunt. Darius in lævo cornu erat; magno ſuorum agmine, delectis equitum peditumque ſtipatus: contempſeratque paucitatem hoſtis; vanam aciem eſſe,
9 extentis cornibus ratus. Ceterum, ſicut curru eminebat, dextra lævaque ad circumſtantium agmina oculos manuſque circumferens; *Terrarum*, inquit, *quas Oceanus hinc adluit, illinc claudit Helleſpontus, paulo ante domini, jam non de gloria, ſed de ſalute, &,*
10 *quod ſaluti praponitis, de libertate pugnandum eſt. Hic dies imperium, quo nullum amplius vidit ætas, aut conſtituet, aut finiet. Apud Granicum minima virium parte cum hoſte certavimus: in Cilicia victos Syria poterat excipere: magna munimenta regis Tigris atque Euphra-*
11 *tes erant. Ventum eſt eo, unde pulſis ne fuga quidem locus eſt. omnia tam diutino bello exhauſta poſt tergum ſunt: non incolas ſuos urbes; non cultores habent terræ. Conjuges quoque & liberi ſequuntur hanc aciem: parata hoſtibus præda, niſi pro cariſſimis pignoribus corpora oppo-*
12 *nimus. Quod mearum fuit partium; exercitum, quem pene immenſa planicies vix caperet, comparavi: equos, arma diſtribui: commeatus, ne tantæ multitudini deeſſent,*

NOTÆ.

9 *Oceanus*] Indicus. ad quem demum penetravit Alex. infr. 9. 9. quemque hodie navigant quotidie Luſitani & Hiſpani, Batavi, Britanni, multo longius progreſſi, quam Alex. qui auream Cherſoneſum, ſeu Malacam, Molucas & Iaponas, & Sinas, nunquam vel vidit, vel auditione perceperit. Rad. Eodem loco pro *domini*, malim *dominus*.

Quod ſaluti praponitis, de libertate pugnandum eſt] Hoc convenit iſti Salluſtii dicto: *Libertatem nemo bonus niſi cum anima ſimul amittit.*

11 *Conjuges quoque & liberi*] Xenophon παιδ. 4. ubi in pugna cum Croeſo tradit fuiſſe *intercepta carpenta cum præſtantiſſimis mulieribus*, addit: *Nam Aſiatici, quum expeditiones inſtituunt, ſic eas hodieque ſuſcipiunt, ut res maximi pretii ſecum ſumant. Aiunt enim, ſe pugnandi avidiores eſſe, quum ea res adſunt, quas ſibi cariſſimas habent.* Forte ex veteri inſtituto id fecerunt, poſtquam Perſarum aciem duce Cyro trepidantem, feminarum interventus reſtituit. Iuſtin. 1. 16. Similia de majoribus noſtris memorat Tacitus, Germ. cap. 7. & 8.

12 *Lo-*

Digitized by Google

ſent, providi: locum, in quo acies explicari poſſet, elegi. Cetera in veſtra poteſtate ſunt: audete modo vincere; 13
famamque, infirmiſſimum adverſus fortes viros telum, contemnite. Temeritas eſt, [a] quam adhuc pro virtute timuiſtis: que ubi primum impetum effudit, velut quedam animalia amiſſo aculeo torpet. [b] Hi vero campi de- 14
prehendere paucitatem, quam Cilicie montes abſconderant. videtis ordines raros; cornua extenta; mediam aciem

INTERPRETATIO.

a *Quam hactenus veluti fortitudinem* in hoſte *metuiſtis.*
b *Hæc planities detegit paucitatem* Macedonum.

NOTÆ.

12 *Locum, in quo acies*] Hoc enim vel præcipue ad curam ducis pertinere expertus erat malo ſuo Darius. Vere Veget. 3. 13. *Bonum ducem convenit noſſe magnam partem victoriæ ipſum locum, in quo dimicandum eſt, poſſidere.* Ergo Civilis, apud Tacit. H. 5. 17. ſimiliter hortatur ſuos; *Qua provideri actu ducis oportuerit, providiſſe: campos madentes, & ipſis ignaros, paludes hoſtibus noxias, &c.* Adde Florum, & Cæſar. de bell. Gall. 7. 52. *expoſuit, quid iniquitas loci poſſet, quid ipſe ad Avaricum ſenſiſſet, &c.* de bell Civ. 3. 73. in quo mendum tollo, certe indico; *quod eſſet acceptum detrimenti, ejus* (fortunæ) *juri potius, quam ſua culpa debere tribui: locum ſe tum ad dimicandum dediſſe, &c.* Scribam: *locum ſe aptum* (aut *tutum*) *ad dim. legiſſe.* Freinsh.

13 *Famamque, infirmiſſimum*] Magnum quidem famæ in pace belloque momentum eſt; ſed ea, ſi minus & voto reſpondeat, non deterrebit à boni publici procuratione, à recte fortiterque agendo. Sic animatus erat Fabius, qui apud Plutarchum (in vita Fab.) ita de ſe: *Propter hominum de ſe opinionem calumniat, aut reprehenſiones in terrorem venire, id jam non vire, qui tanto ſit dignus imperio, convenit; ſed qui eorum ſervus eſſe velit, quibuſcum male ſentientibus imperare decet.* Vel, ut Liv. lib. 44. de ipſo teſtatur, firmi & conſtantis animi contra adverſum rumorem fuit: nam ſuum imperium minui per vanitatem populi maluit, quam ſecunda fama, male rem gerere. *Loccen.*

Qua ubi primum impetum] Quem & Germanis tribuunt Tacit. G. 4. 2. Cattos tamen excipiens. & Seneca de ira 1. 11. cum Floro 3. 3. & in primis Gallis Livius 10. 28. & ceteri. Quin & ſecundum Iuſtin. 41. 2. Parthi *intolerandi ferent, ſi, quantus his impetus eſt, vis tanta & perſeverantia eſſet.* Id. Vt apes & veſpæ amiſſo aculeo torpent, ita temeraria audacia, poſt effuſum primum impetum, Tacit. 3. Hiſt. *Inconſulti impetus cepta, initiis valida ſpatio langueſcunt.* Liv. lib. 38. *Jam niſi hoc cognitum eſt, ſi primum impetum, quem fervido ingenio & caca ira effundunt, ſuſtinueris, ſtruunt ſudore & laſſitudine membra, labant arma.* Loccen.

Amiſſo aculeo] Ariſtoteles de hiſt. animal. 3. 12. teſtatur, apiculam ſi percutiat & infigat aculeum alteri, vel illi evellatur, mori. cui Menander accinit:

Κίνδυνον γὰρ πλαγὴ πέρι πάλλουσι
ἐμμανὴς ἀκωκή.
Κίνδυνον δὲ ζωὴν τι φέρει θελατὴν τὸ
μελίσσης.

Alii negant mori, ſed torpere, & fucos fieri. Plinium 11. 17. conſule. *Rederus.* Atque hanc opinionem, præter Curtium, amplecti videtur Livius, 23. 42. eodem ſimili utens: & hinc

aciem vanam & exhauſtam. nam ultimi, quos locavit averſos, terga jam præbent. Obteri mehercule equorum unguis poſſunt; etiamſi nil præter falcatos currus emiſero.
15 *Et bello vicerimus, ſi vincimus prælio: nam ne illis quidem ad fugam locus eſt. hinc Euphrates; illinc Ti-*
16 *gris prohibet incluſos. Et quæ antea pro illis erant, in contrarium converſa ſunt. Noſtrum mobile & expeditum agmen eſt; illud præda grave. implicatos ergo ſpoliis noſtris trucidabimus: eademque res & cauſa victoriæ erit,*
17 *& fructus. Quod ſi quem è vobis nomen gentis movet; cogitet, Macedonum illic arma eſſe, non corpora. multum*

INTERPRETATIO.

2 *Totius belli victores erimus, ſi hac* una *pugna ſuperiores fuerimus.*

NOTÆ.

abſque dubitatione corrigendus: *te ad unum modum ictum vigentem, velut jaculo emiſſo torpere.* pro *jaculo*, inquam, ſcribo *aculeo*.

14 *Nam ultimi*] Oratorium videatur hoc, & imprudenti Curtio excidiſſe, dum ingenio indulget in oratione fingenda. Sane ſuſpectum ea dubitatio facit, qui Darius ſcire potuerit de ordinibus averſis. Bonis enim oculis & vix humanis neceſſe eſt fuiſſe, qui totam aciem viſu permetiretur, & ad ultimos ordines ita penetraret, ut diſcrimina etiam agminum & poſitus eorum pervideret. Niſi ſi à transfugis accepiſſe credemus, quod ſolum excuſando Curtio dici poſſit. Ita tamen omnia debebant temperari, ut nihil niſi veriſimile dicatur: nihil admittatur, quod vel minimam excitare ſuſpicionem queat dubiæ veritatis. *Acidalius.*

15 *Et bello vicerimus*, &c.] Tullius lib. 10. Fam. epiſt. 10. *In uno prælio omnis fortuna diſceptat.* Confer Vegetium de re Milit. lib. 3. cap. 9. &c. Hinc prudentes & cauti belli Duces, nunquam acie, niſi ex magna rei bene gerendæ occaſione aut neceſſitate pugnant; ne ſummam rerum ad diſcrimen adducant. quod Trivultius Gallorum in Italico bello Dux, uſu ſe comperiſſe fatetur apud Guicciardinum lib. 9. Zevecotius in Flori lib. 1. cap. 13. *Non eſt quod pugnare feſtinet, cui clades nocitura plus eſt, quam victoria profutura.* Loccen.

16 *Implicatos ergo*] Sciendum enim, nimiam impedimentorum multitudinem, neceſſario maxima comitari incommoda. quæ res quia adhuc hodie ſine cura habetur, eſſe poteſt initium graviſſimæ calamitatis. Ideo apud noſtrum infra, 6. 6. 15. Alexander impedimentis ignem ſubdidit, quippe futuris moram agminum itinerumque. Noverat enim, patrem ſuum Philippum, cum præda ex Scythis redeuntem à Triballis opportuna loca inſidentibus, pene cæſum, certe graviter vulneratum fuiſſe. Noverat, quid ipſi accidiſſet ſup. 4. 9. 19. quando in tranſitu Tigris, *dum ſua quiſq; ſpolia*, amnis impetu provoluta, *conſequi ſtudet, major inter ipſos quam cum amne orta luctatio eſt.* Noverat, ſe ipſum, contemnendo ſarcinarum damnum, ſummam rerum tenuiſſe, ſupra, 4. 15. 7. *magno conſilio*, ut judicat noſter, 4. 16. 28. Vide Iuſt. 9. 3. & Plut. de fort. Alex. 1. 13.

17 *Non corpora*] Macedones omnes bellis prioribus attritos, præſentem Alexandri militem peregri-

num

tum enim ſanguinis invicem hauſimus; & ſemper gravior in paucitate jactura eſt. Nam Alexander, quantuſcumque ignavis & timidis videri poteſt; unum animal eſt: &, ſi quid mihi creditis, temerarium & vecors; adhuc noſtro pavore, quam ſua virtute felicius. NIHIL autem poteſt eſſe diuturnum, [a] *cui non ſubeſt ratio. licet felicitas adſpirare videatur; tamen* [b] AD *ultimum temeritati non ſufficit.* [c] *Præterea* BREVES *& mutabiles vices rerum ſunt: & fortuna* [c] *nunquam ſimpliciter indulget. For-*

INTERPRETATIO.

a *Quod prudentia non agitur.*
b *Demum temeraria cœpta deſtituit.*
c *Nunquam ſine aliqua perfidia favet.*

NOTÆ.

num eſſe, non Macedonicum. *Raderus.*

Et ſemper gravior in paucitate jactura eſt] Quo minores enim quis vires habet, eo gravior eſt earum jactura. Plin. l. 6. c. 8. *Gravis eſt vel minima jactura; quum reparare quod amiſeris, gravius eſt.* Ideo Pericles dubiæ pugnæ diſcrimen non facile ſubiiſſe ferturi: quod arbores exciſæ facile renaſci poſſent, interemptorum vero hominum jactura difficilis eſſet reparatu. *Locc.* Eundem in ſenſum Dio l. 40. Galli *ob abundantiam ſuorum ne ſentiebant quidem ſi quos amiſiſſent: contra Romani, quorum & ante numerus non ita magnus fuerat, & tunc ſubinde idem decreſcebat, facile obſidione coërcebantur.* Idem vult Tacit. H. 4. 28. *ſuperante multitudine, & facili damno.*

18 *Vnum animal eſt*] Liv. 9. 18. de eodem Alex. *Quantalibet magnitudo hominis concipiatur animo, unius tamen ea magnitudo hominis erit. Animal* per contemptum appellat Darius: ſed hircus iſte Græcus arietem Perſam in terram dicerem *hircavit*, ſi fas; Curtius, *arietavit*, dixit. *Raderus.*

Quam ſua virtute felicius] Id inculcare ſolent callidi Imperatores, ut eo alacrius fortunam denuo tentent victi. Quouſque enim noſtra culpa cladem nobis accidiſſe credimus, remedium aut cautelam in poſterum itidem in noſtra poteſtate ſita eſſe opinamur. Sic apud Tacit. Agric. 32. *Noſtris illi diſſenſionibus ac diſcordiis clari, vitia hoſtium in gloriam exercitus ſui vertunt.* Sic H. 2. 76. 7. *Ne Othonem quidem ducis arte, aut exercitus vi, ſed præpropera ipſius deſperatione victum.* Ergo Agric. 27. *Britanni non virtute ſed occaſione & arte ducis ſe victos rati, nihil ex arrogantia remittere, quo minus juventutem armarent, &c.* Contra ubi confeſſio imbecillitatis ſemel expreſſa eſt hoſti, ut nulla adverſarii prærogativa victus, neſciat infortunii ſui culpam in quamvis aliam rem quam ſuammet infirmitatem conferre, non cogitabit amplius de reſiſtendo, ſed libenter imperata faciet. exemplo Pori, infra 8. 14. Carthaginenſes tum demum bona fide pacem oraverunt, poſtquam Annibal *faſſus in curia eſt, non prælio modo ſe ſed bello victum: nec ſpem ſalutis alibi quam in pace impetranda eſſe.* Liv. 30. 35.

19 *Nihil autem poteſt eſſe diuturnum*, &c.] Idem effatum Livii: *Non ſemper temeritas eſt felix: & fraus* (f. fors) *ſibi fidem in parvis præſtruit, ut cum opera pretium ſit, eam mercede magna fallat.* Fabius apud eundem lib. 22. de Minutio magiſtro equitum temere rem aggrediente: *Nam celerius quam timui, deprehendit fortuna temeritatem.* Locc.

Mutabiles vices rerum ſunt] Ergo, ut ſapienter monet Tiberius apud Tacit.

20 *Forſitan ita dii fata ordinaverunt, ut Perſarum imperium, quod ſecundo curſu per ducentos triginta annos ad ſummum faſtigium evexerant; magno motu concuterent magis, quam adfligerent: admonerentque nos fragilitatis humanæ, CVIVS nimia in proſperis rebus oblivio eſt.*
21 *Modo Græcis ultro bellum inferebamus: nunc in ſedibus noſtris propulſamus inlatum,* [a] *jactamur invicem varietate fortunæ.* [b] *Videlicet imperium, quod mutuo adfectamus,*
22 *una gens non capit. Ceterum, etiamſi ſpes non ſubeſſet; neceſſitas tamen ſtimulare deberet: ad extrema perventum eſt. matrem meam; duas filias; Ochum in ſpem hujus imperii genitum; illos principes; illam ſubolem regiæ ſtirpis; duces veſtros regum inſtar, vinctos habet:* [c] *niſi quod in vobis eſt, ipſe ego majore parte captivus ſum. Eripite viſcera mea ex vinculis: reſtituite mihi pignora, pro quibus ipſe mori non recuſo; parentem, liberos, nam conju-*
23 *gem in illo carcere amiſi. Credite, nunc omnes tendere ad*

vos

INTERPRETATIO.

a Vtrique *alternis extollimur, ac deprimimur ſortis mutatione.*
b Orbis *dominationem, quam utrique appetimus, unica gens tenere non poteſt.*
c *Si id excipiam* mei, *quod in vobis habeo.*

NOTÆ.

2. 72. *cuncta mortalium incerta, quantoque plus adeptus foret, tanto ſe magis in lubrico.*

20 *Per ducentos triginta annos*] Non tamen ultra ducentos annos regium hoc imperium ſtetiſſe, Dionyſ. Halicarn. lib. 1. ſcribit. Curtio conſentiens D. Hieron. ad Daniel. cap. 9. continua 14. regum ſerie regnatum in Perſide per 230. annos notat. At Strabo lib. 15. permixtis Perſarum Macedonumque temporibus, Imperii illius annos paulo longius profert. Clemens vero Alexandrinus lib. 1. Stromat. accuratius ſubductis temporum rationibus, ſummam efficit annorum 235. In quo & variari inter alios quoque video. Nam D. Auguſtin. de Civit. Dei 12. 10. annos colligit 233. Sulpicius autem Severus lib. 2. ſacræ hiſtor. 250.

Fragilitatis humanæ, &c.] Lib. 8. *Nunquam erga bona ſua ſatis cauta mortalitas.* Plinius fine cap. 7. lib. 7. nat. hiſt. *Is demum profecto vitam æqua lance penſitabit, qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit.* Iſocrates ad Dæmonic. *Nihil rerum humanarum eſſe firmum exiſtima. ſic fiet, ut nec in rebus ſecundis lætitia exultes, nec in adverſis conſternaris.* Romano Imperatori triumphanti ne inſoleſceret, vilis conditionis hominem aut ſervum apponebant, qui illi identidem inculcaret: *Homo es, hominem te eſſe memineris.* Loccen.

22 *Regum inſtar*] Quippe opulentis provinciis cum amplißima poteſtate præfectos.

23 *Omnes*] In Bong. fuit, *omnes hos.*

quæ

Digitized by Google

vos manus; implorare patrios deos; opem vestram, misericordiam, fidem exposcere: ut servitute, ut compedibus, ut precario victu ipsos liberetis. An creduis æquo animo iis servire, [a] quorum reges esse fastidiunt? Video 24
admoveri hostium aciem: sed quo propius discrimen accedo; hoc minus iis quæ dixi, possum esse contentus. Precor vos per deos patrios, æternumque ignem, qui præfertur altaribus; fulgoremque Solis intra fines regni mei orientis; per æternam memoriam Cyri, qui ademptum Medis Lydisque imperium primus in Persidem intulit: vindicate ab ultimo dedecore nomen gentemque Persarum. Ite alacres & spe pleni, ut, quam gloriam acce- 25
pistis

INTERPRETATIO.

a *Quibus imperare dedignarentur.*

NOTÆ.

quæ res facit ut sic ab auctore concepta credam ista: *restituite mihi pignora, pro q. m. non recuso; parentem, liberos. Nam conj. in i. c. amisi. Credite, nunc omnes hoc t.* &c.

Fastidiunt] Malim, *fastidiant.*

24 *Æternumque ignem*] Æternum ignem habuerunt passim gentiles, omnes ad imitationem Hebræorum; apud quos ex præscripto divino perpetuus ignis alebatur. Vide eruditissimum opus Cunæi de rep. Hebr. 2. 13. Proxime ad morem Persicum Spartani, quorum *Rex in expeditionem proficiscens, primum domi adhuc sacrum Iovi ducturi & adjunctis ei diis facit, ac si litatum illic fuerit, ignifer sive fecialis sublato ab ara igne, ad regionis fines præcedit, ubi Rex Iovi Minervaque rursum sacrificat. Vbi diu hisce litatum ambobus est, tum demde limites regionis transit. Atque ab his sacris sublatus ignis præfertur, & nunquam extinguitur sequenti omni hostiarum genere.* Xenoph. in Republ. Lacedæm. Sed & aliis Græcis hunc fuisse morem ex Herodoto 8. 6. tibi persuadere possis. Ἦν δὲ μηδὲ συμφορέωσι τὰ εἰρημένα λόγῳ, ἐκφανέντα ἄρειμι ἐπὶ σφέας. *quum tamen, ut quidem illi consilium inibant, ne ignis rerum quidem fuga superesse oporteret.* Quid si tamen explices τὰ εἰρημένα λόγῳ, *ipsorum verbo?* solet enim hic auctor ostentare barbaticorum rituum, verborum, atque adeo proverbiorum notitiam, ut hoc ita adagii vice apud eos jactatum fuerit, *ne ignifer quidem evasit*, de copiis occidione cæsis. Nec enim absurdum est conjicere, igniferis istis ob reverentiam numinum parci consuevisse: & propterea quoties ipsi quoque interfecti narrarentur, intellectum, omnes hostes ad internecionem fuisse cæsos. Videmus igitur, homines istos, qui ignem præferebant, πυρφόρους à Græcis fuisse appellatos; sic enim & in adducto Xenophontis loco vocantur. *Freinsh.*

In Persidem intulit] Quia Cyrus Persa & Persarum armis in constituenda Monarchia usus est. Facile hinc apparet, quæ de iv Monarchiis vulgo traduntur, ἀσύστατα esse & inconcinna. Nam si Persarum secunda Monarchia, quia ad ipsos à Medis & Babyloniis summa rerum translata est, præcesserint oportet plures Monarchiæ, cum per vices, nunc Assyrii, nunc Babylonii, nunc Medi, rerum potirentur.

25 *Vt, quam gloriam*] Idem inculcaverat suis Xerxes apud Herod. 7. 53.

piſtis à majoribus veſtris, poſteris relinquatis. In dextris veſtris jam libertatem, opem, ſpem futuri temporis geritis. Effugit mortem, quiſquis contempſerit: timidiſ-
26 *ſimum quemque conſequitur. Ipſe non patrio more ſolum, ſed etiam ut conſpici poſſim, curru vehor: nec recuſo, quo minus imitemini me, ſive fortitudinis exemplum, ſive ignaviæ fuero.*

NOTÆ.

Viri præſtantes exiſtatis, neve res hactenus geſtas à Perſis magnas præclaraſque dedecoretis. Hoc & in proverbium abiiſſe diſcimus ex Polyb. 154. φυλάξαι, καὶ μὴ παραιτήσασθαι, πατρίου δὲ κείμενα ἔργα. *ut veteri verbo dicitur, majorum exempla tueri.* Sic Philippus hortatur ſuos apud Iuſt. 30. 4.

In dextris veſtris] Salluſt. Cat. *meminerit is, vos divitias, decus, gloriam, præterea libertatem, atque patriam, in dextris veſtris portare.*

Effugit mortem, quiſquis contempſerit] Salluſt. Iug. 3. *Videre fugientes capi, aut occidi, fortiſſimum quemque tutiſſimum.* Item Cat. 58. 9. *ſemper in prælio his maximum periculum eſſe, qui maxime timent.* Livius 22. 5. *quo timoris minus, eo minus ferme periculi eſſe.*

26 *Fortitudinis exemplum*] Nam utraque acie ipſe quoque depugnaſſe legitur apud noſtrum. ex quo Briſſon. lib. 3. notat, ſua ad tempora reſpexiſſe Marcellinum 19. 15. cum ſic ſcriberet: *Rex enim ipſe Perſarum, qui nunquam adeſſe certaminibus cegitur, his turbinum infortuniis percitus, novo & nuſquam antea cognito more, prælatoris militis ritu, proſiluit in confertos.*

CAP. XV.

Cruenti ad Arbela prælii deſcriptio. Victor Alexander Darium victum perſequitur.

1 INTERIM Alexander, ut & demonſtratum à transfuga inſidiarum locum circumiret; & Dario, qui lævum cornu tuebatur, oc-

NOTÆ.

1 *Vt & demonſtratum à transfuga*] Sic edidi locum, adjutus excerptis Bongarſ. Codicum: quæ veriſſima & aptiſſima eſt lectio. Peſſime omnes alii: *ut eſt demonſt. à tr. nſf. cum inſid.* &c.

Lævum cornu tuebatur] Supr. ad 3. 9. notavimus, Perſarum ex more regem mediam aciem tenuiſſe. Quod ſi lævum cornu hic texit, eo accidit quod Curtius totam aciem non in tres partes, ſed duas tantum diſpertitus, reperit, cum propiorem fuiſſe lævæ. Poſſit etiam extra ordinem in id tranſgreſſus videri ea cauſa, quod Alexandrum in dextro pugnaturum eſſe comperat. Sic contra Veientes, tanquam acriores hoſtes, in dextro cornu collocatos, conſtitit Tullus in ſiniſtro ſuo, Metio in dextra parte Fidenatibus oppoſito. Liv. 1. 27. *Freinſh.*

Agmen

occurreret: agmen *obliquum incedere* jubet. Darius quoque eodem ſuum obvertit; Beſſo admonito, *ut Maſſagetas equites in lævum Alexandri cornu a latere invehi juberet.* Ipſe ante ſe falcatos currus habebat: quos ſigno dato univerſos in hoſtem effudit. ruebant laxatis habenis aurigæ, quo plures nondum ſatis proviſo impetu obtererent. Alios ergo haſtæ multum ultra temones eminentes; alios ab utroque latere dimiſſæ falces laceravere. nec ſenſim Macedones cedebant; ſed effuſa turbaverant fuga ordines. Mazæus quoque perculſis metum incuſſit: mille equitibus *ad diripienda hoſtis impedimenta circumvehi* juſſis: ratus, captivos quoque, qui ſimul adſervabantur, rupturos vincula, quum ſuos adpropinquantes vidiſſent. Non fefellerat Parmenionem, qui in lævo cornu erat: propere igitur Polydamanta mittit ad regem, qui & periculum oſtenderet; &, *quid fieri juberet*, conſuleret. Ille audito Polydamante, *abi, nuncia*, inquit; *Parmenioni, ſi acie vicerimus, non mo-*

2 3 4 5 6 7

NOTÆ.

Agmen obliquum] Polyæn. 4.3. ὅπως πλαγίους παράγοιτο ἀκολουθεῖν. hoc eſt, *obliquate in latus dextrum agmine ſequi ſe juſſit*: non, ut reddit interpres, *recta juſſit ſequi.*

3 *Signo dato*] *Perſarum uſus invenit, quomodo quod ſolus dux utile judicaſſet, per ſigna totus adgnoſceret & ſequeretur exercitus.* Briſſon. lib. 3. ubi ſigna iſta dividit in vocalia, ſemivocalia, & muta.

4 *Laceravere*] Arrian. 3.3. nullum effectum habuiſſe currus iſtos aſſerit: Diodor. 17. 58. fere cum noſtro conſentit, circa prima ſigna terrorem atque damnum intuliſſe, à phalange fuiſſe eluſos: quod ait noſter infra, 4. 15. 34. Crudele porro fati genus, quod intulerint quibus inciderunt, apud eundem Diodor. & noſtrum hic, & mox 4. 15. deſcribitur. Quo pertinet Plutarchi Artaxerxes c. 8. qui *ante ſuam phalangem Græca acies oppoſuit falcatorum curruum robuſtiſſimum quemque, ut nimirum priuſquam manus conſererentur, vi impetus eorum Græcos ordines diſſiparet.* Freinsh.

5 *Mille equitibus*] Imo *tribus millibus*, ſecundum Diodor. 17. 59. & colligi poteſt ex noſtro infr. 4. 15. majorem aliquanto numerum fuiſſe.

7 *Abi, nuncia*] Valde laudat hoc conſilium Alexandri Curtius infra, 4. 16. 28. Apud Plutarch. cap. 59. vehementer exagitatur Parmenio, quod impedimentorum cauſa turbaretur in conflictu. *Rad.* Adde Polyæn. 4.3. Sic apud Liv. 8. 38. in pari cauſa A. Cornelius Arvina: *Sine modo*, inquit, *ſeſe præda prapediant*, &c. & Plutarchi Eumenes cap. 32. ſuos argyraſpidas cordate monet, *non in impedimentis, ſed in armis eſſe victoriam.* Affine dictum eſt Catonis apud Plutarch. cap. 19. qui,

noſtra ſolum nos recuperaturos; ſed omnia, quæ hoſtium
8 *ſunt, occupaturos. Proinde non eſt quod quidquam vi-*
rium ſubducat ex acie: ſed, ut me & Philippo patre di-
gnum eſt, contempto ſarcinarum damno fortiter dimicet.
9 Interim barbari impedimenta turbaverant; cæſiſque
pleriſque cuſtodum, captivi, vinculis ruptis, quid-
quid obvium erat, quo armari poſſent, rapiunt: &
adgregati ſuorum equitibus Macedonas, [a] ancipiti
10 circumventos malo, invadunt. lætique circa Syſi-
gambim, *viciſſe Darium: ingenti cæde proſtratos ho-*
ſtes; ad ultimum etiam impedimentis exutos eſſe, nun-
ciant. quippe eandem fortunam ubique eſſe crede-
11 bant, & victores Perſas ad prædam diſcurriſſe. Sy-
ſigambis, hortantibus captivis, *ut animum à mœrore*
adlevaret; in eodem, quo antea fuit, perſeveravit.
non vox ulla excidit ei: non oris color, vultuſve
mutatus eſt: ſed ſedit immobilis ([b] credo, præco-
ce gaudio verita fortunam inritare) adeo ut quid
12 mallet, intuentibus fuerit incertum. Inter hæc
Amyn-

INTERPRETATIO.

a *Duplici periculo* utrinque *implicatos.*

b *Metuens, ut arbitror, ne fortunam infeſtam ſibi redderet pra-*
maturâ lætitiâ.

NOTÆ.

Celtiberis in auxilium vocatis, cum illi ducenta talenta mercedis nomine poſcerent; Romani id aſpernarentur: *nihil eſſe mali affirmavit. victoria enim parta, non de ſuo, ſed de hoſtilibus bonis mercedem iis ſoluturum; ſin ſecus eveniſſet, neque qui poſcerent ſuperſaturos, neque unde exigerent.*

8 *Philippo patre*] Oblitus hic eſt Curtius, Alexandrum non amplius Philippum fuiſſe patrem; ſed Hammonem.

Fortiter dimicet] Eo animo erant Cæſarismillites, de quibus ipſe l. 5. bell. Gall. *Tanta militum virtus atque animi præſentia fuit, ut cum undique flamma torrerentur, maximaque telorum multitudine premerentur, ſuaque omnia impedimenta ac omnes fortunas conflagrare intelligerent: ſed non modo demigrandi cauſſa de vallo decederet nemo, pene ne reſpiceret quidem quiſquam, ac tum omnes acerrime fortiſſimeque pugnarent.* Præ impedimentis fortitudo & ex hac decus maxime æſtimabuntur. *Leccen.*

11 *In eodem*] Sive ad *animum*, ſive ad *mœrorem* referas, dura conſtructio eſt. Si nihil excidit, quod magis credo, tentem, *eadem quæ antea fuit, perſeveravit.*

Credo, præcite gaudio verita fortunam inritare] Huic reſpondet fere illud P. Syri:

Irritare ſi calamitatem, cum te ſelicitas vrget,

Et

Digitized by Google

Amyntas, præfectus equitum Alexandri, cum paucis turmis opem impedimentis laturus advenerat; incertum ſuone conſilio, an regis imperio. ſed non ſuſtinuit Caduſiorum Scytharumque impetum: quippe vix tentato certamine effugit ad regem, [a] amiſſorum impedimentorum teſtis magis, quam vindex. Iam [b] conſilium Alexandri vicerat dolor: & necura recuperandi ſua militem à prælio averteret; non immerito verebatur. Itaque Areten, ducem haſtatorum, quos *ſariſſophoros* vocabant, adverſus Scythas mittit. Inter hæc currus, qui circa prima ſigna turbaverant aciem; in phalangem invecti erant. Macedones confirmatis animis in medium agmen accipiunt. Vallo ſimilis acies erat: junxerant haſtas; & ab utroque latere temere incurrentium ilia ſuffodiebant. circumire deinde currus, & propugnatores præcipitare cœperunt. Ingens ruina equorum aurigarumque aciem compleverat. hi territos regere non poterant: equi crebra jactatione cervicum non jugum modo excuſſerant; ſed etiam currus everterant: vulnerati interfectos trahebant: nec conſiſtere territi, nec progredi debiles poterant. Paucæ tamen evaſere quadrigæ in ultimam aciem, iis, quibus inciderunt, miſerabili morte conſumptis. quippe amputata

12 13 14 15 16 17

INTERPRETATIO.

a *Spectator potius quam defenſor.*

b *Iam Alexandrum conſilii inopem fecerat indignatio.*

NOTÆ.

Et illud Senecæ preſſius in Thyeſte v. 935. & ſeqq.

Proprium hoc miſeros ſequitur vitium,
Nunquam rebus credere latis.
Redeat felix fortuna licet,
Tamen afflictos gaudere piget.
Loccenius.

12 *Amyntas*] Modius *Menidam* ſubſtituit, approbante Acidalio & Rader. & certe Menidam eo in prælio vulneratum fuiſſe diſcimus mox, 4. 16. ſed quando *Amyntam* omnes libri præferunt, nihil hic mutandum cenſuimus. quippe ex multis, qui tum eo nomine vocati potuerunt, etiamſi unum alterumve huic pugnæ non interfuiſſe probemus, qui excludemus ceteros? *Freinsh.*

15 *Valle ſimilis acies erat*] Sic apud

per caput regis placide volantem aquilam, non ſonitu armorum, non gemitu morientium territam: diuque circa equum Alexandri pendenti magis, quam
27 volanti, ſimilis adparuit. Certe vates Ariſtander, alba veſte indutus, & dextra præferens lauream, militibus in pugnam intentis avem monſtravit, *haud*
28 *dubium victoriæ auſpicium.* Ingens ergo alacritas ac fiducia paulo ante territos accendit ad pugnam. utique poſtquam auriga Darii, qui ante ipſum ſedens equos regebat, haſta transfixus eſt. nec aut Perſæ, aut

NOTÆ.

niculis, & ex arboribus noctu ſuſpenſis, hoſti ſpecies imminentis exercitus terrorque obiicitur. quali ſtrategemate noſtrates aliquoties ſcheciter uſi ſunt. *Locerius.*

Aquilam] Seneca Nat. quæſt. 2. 32. *Aquilæ hic honos datus eſt, ut magnarum rerum faceret auſpicia.* Sidonius Carm. 2. 127.

Multos cinxerunt aquilæ, ſubitumque per orbem
Luſit venturæ famulatrix penna coronæ.

27 *Monſtravit*] Sciens, gratum id Alexandro fore, nam & ipſe, *cum ab aruſpicibus cognoviſſet, deos omnia fauſta portendere, circumferri haſtiis juſſit, & militibus ob oculos demonſtrare, ut non ſolum ex auditione, verum etiam ex adſpectu ſpem bonam de periculo haberent.* Polyæn. 4. 3.

28 *Haſta tranſfixus eſt*] Ab ipſo Alexandro, ut auctor eſt Diodor. 17. 60. *Dumque Imperator Imperatorem infeſto animo petit, miſſo in Darium jaculo Alexander, ipſum quidem non contingit, ſed dirigam illi adſtantem ſertem præternit.* Raderus. Memorabile eſt quod reperio in Epitome temporum Græca, quam editioni ſuæ Euſebianæ ſubjecit Magn. Scaliger in Olymp. 319. Coss. Ioanne Scythopolita & Paulino: ὅτι τὰ ταῦτα ὑπὸ τῶν ἀπὸ τῆς Ἀναστασίου (de Anaſtaſio ſcimo eſt) τὸ Δορυλαῖον ὄντα τ' Μιτροπ. μέγαν πάλιν ἐν ὀνόματι, καὶ ὄντα μέσον τ' Ἰορδάνου καὶ Περσῶν. ἐν ἱστορίαις ἐν αὐτῷ δηλοῦται κεῖσθαι ἐν, ἐν ἐκκλησίας, καὶ ἱμάτιον ἐν ἔχειν εἰς ὑπόμνημα εἶναι, ἐν κίστερνας ὑδάτων. τὸ δ' αὐτὸ χωρίον διὰ τοῦτο λίθινα πλίνθινα δῶρα ὑπὸ Ἀλεξάνδρου Μακεδόνος, διότι Δαρεῖον τὸν βασιλέα Περσῶν ὁ αὐτὸς Ἀλέξανδρος ἐκεῖ δόρατι ἔκρυσεν, ὅτε καὶ τὸ ὄνομα ἐχώμαχεν τῷ. Quæ quia vitiis non carent, prius ut poterimus emaculata, Latine reddemus. Depravatum autem loci nomen eſt. τὸ Δωρυλαῖον ὄντα μέγα πάλιν. in quibus nulla neque conſtructio eſt, neque ſenſus integer. Crediderim fuiſſe, τὸ Δωρυλαῖον ὄντα τ' Μιτροπ. μέγαν πάλιν καὶ ὄμορον. atque ſic infra quoque legendum λίθινα πλίνθινα Δωρυλαῖον, Hoc ſenſu: *Hu conſulibus ludis equeſtribus edita, muro circumdedit* (Anaſtaſius) *Duræ, tumulum Meſopotamiæ admodum magnum atque munitum, ſitum in limine Romani Perſicique imperii. Et conſtruxit ibi balnea publica duo, & eccleſiæ, & horrea ſervandis frugibus, & ciſternas ad quarum. Locus autem ille octaſione Macedonis Alexandri vocatus dicitur Dura, quod Darium regem Perſarum Alexander ibi haſta percuſſerit; unde & nomen loco hæſit in hac uſque tempora.* Sic igitur vocatus ille locus ab haſta, quæ Græcis effertur δόρυ. eo nomine regionem Boſphoranam memorat Procopius περὶ κτισμάτων Ἰουστινιανοῦ. quo minus abſurdum credas, etiam urbi hinc impoſitam appellationem. Atque hanc ipſam

ſu-

aut Macedones dubitavere, quin ipſe rex eſſet occiſus. Lugubri ergo ululatu & incondito clamore ge- 29
mituque totam fere aciem adhuc æquo Marte pugnantium turbavere cognati Darii & armigeri; lævoque cornu in fugam effuſo, deſtituerant currum; [a] quem à dextra parte ſtipati in medium agmen receperunt. Dicitur acinace ſtricto Darius dubitaſſe, an fugæ de- 30
decus honeſta morte vitaret. Sed [b] eminens curru non-

INTERPRETATIO.

a *Quem conferti ex dextro cornu Perſæ intra mediam turmam acceperunt.*

b *Cum è curru conſpicuus eſſet*, ipſum *pudebat deſerere ſuorum exercitum, qui nondum totus pugna cedebat.*

NOTÆ.

ſuſpicor fuiſſe urbem, cujus apud Polyb. 5. 52. & 66. eſt mentio, tanquam urbis munitæ. quæ poſterioribus temporibus deſtructa, ſub Iuliano deſertum: *oppidum* vocatur, à Marcellino 23. 12. & 24. 2. ubi pro *Duram* & *Duram* reſcribendum eſt *Dura* plurali numero, ſi Polybium ſequi velimus, cujus ſcriptura hac in parte extra ſuſpicionem eſt vitii. adſtipulante itidem Zoſimo, qui idem fere quod Marcellin. in Iuliano tradit. Eandem enim eſſe urbem, quam incertus temporum Epitomator indigitat, præter alia hinc quoque conſtat, quod & à Polybio & ceteris in Orientali Rom imperii limite collocatur: & quod apparet alias eo in loco urbem fuiſſe. nec enim veriſimile eſt, nomen id hæſiſſe loco vacuo, & nullo certo monumento inſignito. Non tamen diu ſubſtitit hæc urbs. quippe. *anno* IIX *Iuſtini* junioris, *Perſæ cum Romanis pacis fœdera rumpunt: & congreſſione facta Daras civitatem fortiſſimam bello ſuperant, & cæſa multitudine Romanorum memoratam urbem ingreſſi depopulati ſunt.* Quomodo iterum Marcellini Chron. Anno 537. *In Oriente quoque Ioannes Scotiſſis arripiens Tyrannidem, antequam adverſi quicquam tentaret, Daræ extinctus eſt.* Quod ipſum accidiſſe refert ει πόλεϊ Δάρας, Procop. lib. 1. Perſic. in fine. Quo libro meminit etiam, ab Anaſtaſio fuiſſe conſtructam. De eadem, ni fallor, ſentit Euſebius, ubi ſcribit, Aſiæ regem Demetrium Demetrii filium obſediſſe Antiochum Alexandri, εἰς Δάφνας κατακαυθέντα. *Freinsh.*

29 *Turbavere*] Hunc locum ſic interpolat Acidalius: *Lugubri ergo ululatu & inc. cl. g. t. f. a. a. a. M. p. turbaverant cognati Darii: & armigeri lævam tenentes in fugam effuſi deſtituerant currum, quem à dextra parte ſtipati in medium agmen receperunt.* Quam emendationem mire commendat Raderus; quamquam faſſus nimis à verbis Curtii recedere. Mihi ne probabilis quidem eſt. Cum & illud *turbavere* fruſtra mutetur, & lectio vulgata, è Miſſorum etiam auctoritate ſubnixa, commodiſſimum habet ſenſum, obſervata ſaltem diſtinctione, quam adhibuimus. *Freinsh.*

Cognati] Hi enim circa ipſum erant in lævo cornu. Diodor. 17. 59. & Arrian. 3. 2. Ergo horum fuga lævum iſtud cornu deſtituit currum regis, quem ideo, qui in dextro ſtabant, in medium ſui receperunt. hæc enim pars aciei pugnabat adhuc, ut ex ſequentibus clarum eſt.

30 *Honeſta morte vitaret*] Iuſt. 11. 14. Da-

aciem vanam & exhauſtam. nam ultimi, quos locavit averſos, terga jam præbent. Obteri mehercule equorum unguis poſſunt; etiamſi nil præter falcatos currus emiſero.
15 *Et bello vicerimus, ſi vincimus prælio: nam ne illis quidem ad fugam locus eſt. hinc Euphrates; illinc Ti-*
16 *gris prohibet incluſos. Et quæ antea pro illis erant, in contrarium converſa ſunt. Noſtrum mobile & expeditum agmen eſt; illud præda grave. implicatos ergo ſpoliis noſtris trucidabimus: eademque res & cauſa victoriæ erit,*
17 *& fructus. Quod ſi quem è vobis nomen gentis movet; cogitet, Macedonum illic arma eſſe, non corpora. multum*

INTERPRETATIO.

a *Totius belli victores erimus, ſi hac* una *pugna ſuperiores fuerimus.*

NOTÆ.

abſque dubitatione corrigendus: *te ad unum modum ictum vigentem, velut jaculo emiſſo torpere.* pro *jaculo*, inquam, ſcribo *aculeo*.

14 *Nam ultimi*] Oratorium videatur hoc, & imprudenti Curtio excidiſſe, dum ingenio indulget in oratione fingenda. Sane ſuſpectum ea dubitatio facit, qui Darius ſcire potuerit de ordinibus averſis. Bonis enim oculis & vix humanis neceſſe eſt fuiſſe, qui totam aciem viſu permetiretur, & ad ultimos ordines ita penetraret, ut diſcrimina etiam agminum & poſitus eorum perviderer. Niſi ſi à transfugis accepiſſe credemus, quod ſolum excuſando Curtio dici poſſit. Ita tamen omnia debebant temperari, ut nihil niſi veriſimile dicatur: nihil admittatur, quod vel minimam excitare ſuſpicionem quent dubiæ veritatis. *Acidalius.*

15 *Et bello vicerimus*, &c.] Tullius lib. 10. Fam. epiſt. 10. *In uno prælio omnis fortuna diſceptat.* Confer Vegetium de re Milit. lib. 3. cap. 9. &c. Hinc prudentes & cauti belli Duces, nunquam acie, niſi ex magna rei bene gerendæ occaſione aut neceſſitate pugnant; ne ſummam rerum ad diſcrimen adducant. quod Trivultius Gallorum in Italico bello Dux, uſu ſe comperiſſe fatetur apud Guicciardinum lib. 9. Zevecotius in Flori lib. 1. cap. 13. *Non eſt quod pugnare feſtinet, cui clades nocitura plus eſt, quam victoria profutura.* Loccen.

16 *Implicatos ergo*] Sciendum enim, nimiam impedimentorum multitudinem, neceſſario maxima comitari incommoda. quæ res quia adhuc hodie ſine cura habetur, eſſe poteſt initium graviſſimæ calamitatis. Ideo apud noſtrum infra, 6. 6. 15. Alexander impedimentis ignem ſubdidit, quippe futuris moram agminum itinerumque. Noverat enim, patrem ſuum Philippum, cum præda ex Scythis redeuntem à Triballis opportuna loca inſidentibus, pene cæſum, certe graviter vulneratum fuiſſe. Noverat, quid ipſi accidiſſet ſup. 4. 9. 19. quando in tranſitu Tigris, *dum ſua quiſq; ſpolia*, amnis impetu provoluta, *conſequi ſtudet, major inter ipſos quam cum amne orta luctatio eſt.* Noverat, ſe ipſum, contemnendo ſarcinarum damnum, ſummam rerum tenuiſſe, ſupra, 4. 15. 7. *magno conſilio*, ut judicat noſter, 4. 16. 28. Vide Iuſt. 9. 3. & Plut. de fort. Alex. 1. 13.

17 *Non corpora*] Macedones omnes bellis prioribus attritos, præſentem Alexandri militem peregri-

num

tum enim ſanguinis invicem hauſimus; & ſemper gravior in paucitate jactura eſt. Nam Alexander, quantuſcumque ignavis & timidis videri poteſt; unum animal eſt: &, ſi quid mihi creditis, temerarium & vecors; adhuc noſtro pavore, quam ſua virtute felicius. NIHIL autem poteſt eſſe diuturnum, [a] *cui non ſubeſt ratio. licet felicitas adſpirare videatur; tamen* [b] AD *ultimum temeritati non ſufficit. Praterea* BREVES *& mutabiles vices rerum ſunt: & fortuna* [c] *nunquam ſimpliciter indulget. For-*

18 19

INTERPRETATIO.

a *Quod prudentia non agitur.*
b *Demum temeraria cœpta deſtituit.*
c *Nunquam ſine aliqua perfidia ſavet.*

NOTÆ.

num eſſe, non Macedonicum. *Raderus.*

Ex ſemper gravior in paucitate jactura eſt] Quo minores enim quis vires habet, eo gravior eſt earum jactura. Plin. l. 6. c. 8. *Gravis eſt vel minima jactura; quum reparare quod amiſeris, gravius eſt.* Ideo Pericles dubiæ pugnæ diſcrimen non facile ſubiiſſe fertur: quod arbores exciſæ facile renaſci poſſent, interemptorum vero hominum jactura difficilis eſſet reparatu. *Lucc.* Eundem in ſenſum Dio l. 40. Galli *ob abundantiam ſuorum ne ſentiebant quidem ſi quos amiſiſſent: contra Romani, quorum & ante numerus non ita magnus fuerat, & tunc ſubinde idem decreſcebat, facile obſidione coërcebantur.* Idem vult Tacit. H. 4. 28. *ſuperante multitudine, & facili damno.*

18 *Unum animal eſt*] Liv. 9. 18. de eodem Alex. *Quantalibet magnitudo hominis concipiatur animo, unius tamen ea magnitudo hominis erit. Animal* per contemptum appellat Darius: ſed hircus iſte Græcus arietem Perſam in terram dicerem *hircavit*, ſi fas; Curtius, *arietavit*, dixit. *Raderus.*

Quam ſua virtute felicius] Id inculcare ſolent callidi Imperatores, ut eo alacrius fortunam denuo tentent victi. Quouſque enim noſtra culpa cladem nobis accidiſſe credimus, remedium aut cautelam in poſterum itidem in noſtra poteſtate ſita eſſe opinamur. Sic apud Tacit. Agric. 32. *Noſtris illi diſſenſionibus ac diſcordiis clari, vitia hoſtium in gloriam exercitus ſui vertunt.* Sic H. 2. 76. 7. *Ne Othonem quidem ducis arte, aut exercitus vi, ſed præpropera ipſius deſperatione victum.* Ergo Agric. 27. *Britanni non virtute ſed occaſione & arte ducis ſe victos rati, nihil ex arrogantia remittere, quo minus juventutem armarent, &c.* Contra ubi confeſſio imbecillitatis ſemel expreſſa eſt hoſti, ut nulla adverſarii prærogativa victus, neſciat infortunii ſui culpam in quamvis aliam rem quam ſuammet infirmitatem conferre, non cogitabit amplius de reſiſtendo, ſed libenter imperata faciet. exemplo Pori, infra 8. 14. Carthaginenſes tum demum bona fide pacem oraverunt, poſtquam Annibal *faſſus in curia eſt, non prælio modo ſe ſed bello victum: nec ſpem ſalutis alibi quam in pace impetranda eſſe.* Liv. 30. 35.

19 *Nihil autem poteſt eſſe diuturnum*, &c.] Idem effatum Livii: *Non ſemper temeritas eſt felix: & fraus* (f. fors) *fibi fidem in parvis præſtruit, ut cum opera pretium ſit, eam mercedem magna fallat.* Fabius apud eundem lib. 22. de Minutio magiſtro equitum temere rem aggrediente: *Nam celerius quam timui, deprehendit fortuna temeritatem.* Lucc.

Mutabiles vices rerum ſunt] Ergo, ut ſapienter monet Tiberius apud Tacit.

20 *Forſitan ita dii fata ordinaverunt, ut Perſarum imperium, quod ſecundo curſu per ducentos triginta annos ad ſummum faſtigium evexerant; magno motu concuterent magis, quam adfligerent: admonerentque nos fragilitatis humanæ, CVIVS nimia in proſperis rebus oblivio eſt.*
21 *Modo Græcis ultro bellum inferebamus: nunc in ſedibus noſtris propulſamus inlatum,* [a] *jactamur invicem varietate fortunæ.* [b] *Videlicet imperium, quod mutuo adfectamus, una gens non capit. Ceterum, etiamſi ſpes non ſubeſſet; neceſſitas tamen ſtimulare deberet: ad extrema perventum eſt. matrem meam; duas filias; Ochum in ſpem hujus imperii genitum; illos principes; illam ſubolem regiæ ſtirpis; duces veſtros regum inſtar, vinctos habet:* [c] *niſi quod in vobis eſt, ipſe ego majore parte captivus ſum. Eripite viſcera mea ex vinculis: reſtituite mihi pignora, pro quibus ipſe mori non recuſo; parentem, liberos, nam conju-*
23 *gem in illo carcere amiſi. Credite, nunc omnes tendere ad vos*

INTERPRETATIO.

a Vtrique *alternis extollimur, ac deprimimur ſortis mutatione.*

b Orbis *dominationem, quam utrique appetimus, unica gens tenere non poteſt.*

c *Si id excipiam* mei, *quod in vobis habeo.*

NOTÆ.

1. 72. *cuncta mortalium incerta, quantoque plus adeptus foret, tanto ſe magis in lubrico.*

20 *Per ducentos triginta annos*] Non tamen ultra ducentos annos regium hoc imperium ſtetiſſe, Dionyſ. Halicarn. lib. 1. ſcribit. Curtio conſentiens D. Hieron. ad Daniel. cap. 9. continua 14. regum ſerie regnatum in Perſide per 230. annos notat. At Strabo lib. 15. permixtis Perſarum Macedonumque temporibus, Imperii illius annos paulo longius profert. Clemens vero Alexandrinus lib. 1. Stromat. accuratius ſubductis temporum rationibus, ſummam efficit annorum 235. In quo & variari inter alios quoque video. Nam D. Auguſtin. de Civit. Dei 12. 10. annos colligit 233. Sulpicius autem Severus lib. 2. ſacræ hiſtor. 250.

Fragilitatis humanæ, &c.] Lib. 8. *Nunquam ergo bona ſua ſatis cauta mortalitas.* Plinius fine cap. 7. lib. 7. nat. hiſt. *Is demum profecto vitam aqua lance penſitabit, qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit.* Iſocrates ad Dæmonic. *Nihil rerum humanarum eſſe firmum exiſtima. ſic fiet, ut nec in rebus ſecundis lætitia exultes, nec in adverſis conſterneris.* Romano Imperatori triumphanti ne inſoleſceret, vilis conditionis hominem aut ſervum apponebant, qui illi identidem inculcaret: *Homo es, hominem te eſſe memineris.* Loccen.

22 *Regum inſtar*] Quippe opulentis provinciis cum ampliſſima poteſtate præfectos.

23 *Omnes*] In Bong. fuit, *omnes hos.*

quæ

vos manus; implorare patrios deos; opem vestram, misericordiam, fidem exposcere: ut servitute, ut compedibus, ut precario victu ipsos liberetis. An creditis aequo animo iis servire, [a] quorum reges esse fastidiunt? Video 24
admoveri hostium aciem: sed quo propius discrimen accedo; hoc minus iis quæ dixi, possum esse contentus. Precor vos per deos patrios, æternumque ignem, qui præfertur altaribus; fulgoremque Solis intra fines regni mei orientis; per æternam memoriam Cyri, qui adeptum Medis Lydisque imperium primus in Persidem intulit: vindicate ab ultimo dedecore nomen gentemque Persarum. Ite alacres & spe pleni, ut, quam gloriam acce- 25
pistis

INTERPRETATIO.

a *Quibus imperare dedignarentur.*

NOTÆ.

quæ res facit ut sic ab auctore concepta credam ista: *restituite mihi pignora, pro q. m. non recuso; parentem, liberos. Nam conj. in t. c. amisi. Credite, nunc omnes hoc t. &c.*

Fastidiunt] Malim, *fastidiant.*

24 *Æternumque ignem*] Æternum ignem habuerunt passim gentiles, omnes ad imitationem Hebræorum; apud quos ex præscripto divino perpetuus ignis alebatur. Vide eruditissimum opus Cunæi de rep. Hebr. 2. 13. Proxime ad morem Persicum Spartani, quorum *Rex in expeditionem proficiscens, primum domi adhuc sacrum Iovi ductori & adjuncto ei Diis facit, ac si litatum illic fuerit, ignifer sive fecialis sublatis ab ara igne, ad regionis fines præcedit, ubi Rex Iovi Minervaque rursum sacrificat. Ubi diu hic ce litatum ambobus est, tum deinde limites regionis transit. Atque ab his sacris sublatus ignis præfertur, & nunquam extinguitur sequenti omni hostiarum genere.* Xenoph. in Republ. Lacedæm. Sed & aliis Græcis hunc fuisse morem ex Herodoto 8. 6. tibi persuadere possis. ἀλλ' ὅμως πυρσόν, τὸν ἐκείνων λόγῳ, ἐκφυγόντα σπουδὴν ἄγειν, *quum tamen, ut quidem illi consilium inibant, ne ignitorum quidem fuga superesse oporteret.* Quid si tamen explices τὸν ἐκείνων λόγῳ, *ipsorum verbo?* solet enim hic auctor ostentare barbaricorum rituum, verborum, atque adeo proverbiorum notitiam, ut hoc ita adagii vice apud eos jactatum fuerit, *ne ignifer quidem evasit*, de copiis occidione cæsis. Nec enim absurdum est conjicere, igniferis illis ob reverentiam numinum parci consuevisse: & propterea quoties ipsi quoque interfecti narrantur, intellectum, omnes hostes ad internecionem fuisse cæsos. Videmus igitur, homines istos, qui ignem præferebant, πυρσοὺς a Græcis fuisse appellatos; sic enim & in adducto Xenophontis loco vocantur. *Plenius*

In Persidem intulit] Quia Cyrus Persa & Persarum armis in constituenda Monarchia usus est. Facile hinc apparet, quæ de iv Monarchiis vulgo tradunt, ἀσύστατα esse & inconcinna. Nam si Persarum secunda Monarchia, quia ad ipsos a Medis & Babyloniis summa rerum translata est, præcesserint oportet plures Monarchiæ, cum per vices, nunc Assyrii, nunc Babylonii, nunc Medi, rerum potirentur.

25 *Ut, quam gloriam*] Idem inculcaverat suis Xerxes apud Herod. 7. 51.

piſtis à majoribus veſtris, poſteris relinquatis. In dextris veſtris jam libertatem, opem, ſpem futuri temporis geritis. Effugit mortem, quiſquis contempſerit: timidiſ-
26 *ſimum quemque conſequitur. Ipſe non patrio more ſolum, ſed etiam ut conſpici poſſim, curru vehor: nec recuſo, quo minus imitemini me, ſive fortitudinis exemplum, ſive ignaviæ fuero.*

NOTÆ.

Viri præſtantes exiſtatis, novæ res hactenus geſtas à Perſis magnas præclaraſque decoretis. Hoc & in proverbium abiiſſe diſcimus ex Polyb. 154. φυλάξαι, καὶ τὰ παρειμένα, παρέχον δὲ κεφάλαια ἔργα. *ut est veteri verbo dicitur, majorum exempla tueris.* Sic Philippus hortatur ſuos apud Iuſt. 30. 4.

In dextris veſtris] Salluſt. Cat. *memineritis, vos divitias, decus, gloriam, præterea libertatem, atque patriam, in dextris veſtris portare.*

Effugit mortem, quiſquis contempſerit] Salluſt. Iug. 3. *Videre fugientes cupi, aut occidi, fortiſſimum quemque tutiſſimum.* Item Cat. 58. 9. *ſemper in prælio his maximum periculum eſſe, qui maxime timent.* Livius 22. 5. *quo timoris minus, eo minus ferme periculi eſſe.*

26 *Fortitudinis exemplum*] Nam utraque acie ipſe quoque depugnaſſe legitur apud noſtrum. ex quo Briſſon. lib. 3. notat, ſua ad tempora reſpexiſſe Marcellinum 19. 15. cum ſic ſcriberet: *Rex enim ipſe Perſarum, qui nunquam adeſſe certaminibus cogitur, his turbinum infortuniis percitus, novo & nuſquam antea cognito more, præliatoris militis ritu, profiluit in confertos.*

CAP. XV.

Cruenti ad Arbela prælii deſcriptio. Victor Alexander Darium victum perſequitur.

1 INTERIM Alexander, ut & demonſtratum à transfuga inſidiarum locum circumiret; & Dario, qui lævum cornu tuebatur, oc-

NOTÆ.

1 VT & *demonſtratum à transfuga*] Sic edidi locum, adjutus excerptis Bongarſ. Codicum: quæ veriſſima & aptiſſima eſt lectio. Peſſime omnes alii: *ut eſt demonſt. à tr. nſf. cum inſid.* &c.

Lævum cornu tuebatur] Supr. ad 3. 9. notavimus, Perſarum ex more regem mediam aciem tenuiſſe. Quod ſi lævum cornu hic texit, eo accidit quod Curtius totam aciem non in tres partes, ſed duas tantum diſpertitus, reperit, cum propiorem fuiſſe lævæ. Poſſit etiam extra ordinem in id tranſgreſſus videri ea cauſa, quod Alexandrum in dextro pugnaturum eſſe compererat. Sic contra Veientes, tanquam acriores hoſtes, in dextro cornu collocatos, conſtitit Tullus in ſiniſtro ſuo, Metio in dextra parte Fidenatibus oppoſito. Liv. 1. 27. *Freinsh.*

Agmen

occurreret: agmen *obliquum incedere* jubet. Darius 2
quoque eodem ſuum obvertit; Beſſo admonito, *ut Maſſagetas equites in lævum Alexandri cornu à latere invehi juberet*. Ipſe ante ſe falcatos currus habebat: 3
quos ſigno dato univerſos in hoſtem effudit. ruebant laxatis habenis aurigæ, quo plures nondum ſatis proviſo impetu obtererent. Alios ergo haſtæ multum 4
ultra temones eminentes; alios ab utroque latere dimiſſæ falces laceravere. nec ſenſim Macedones cedebant; ſed effuſa turbaverant fuga ordines. Ma- 5
zæus quoque perculſis metum incuſſit: mille equitibus *ad diripienda hoſtis impedimenta circumvehi* juſſis: ratus, captivos quoque, qui ſimul adſervabantur, rupturos vincula, quum ſuos adpropinquantes vidiſſent. Non fefellerat Parmenionem, qui in lævo 6
cornu erat: propere igitur Polydamanta mittit ad regem, qui & periculum oſtenderet; &, *quid fieri juberet*, conſuleret. Ille audito Polydamante, *abi*, 7
nuncia, inquit; *Parmenioni, ſi acie vicerimus, non*

NOTÆ.

Agmen obliquum] Polyæn. 4.3. ὅτι δεῖ πρὸ παρήγεσθαι ἀκολουθεῖν. hoc eſt, *obliquato in latus dextrum agmine ſequi ſe juſſit*: non, ut reddit interpres, *recta juſſit ſequi*.

3 *Signo dato*] *Perſarum uſus invexit, quomodo quod ſolus dux utile judicaſſet, per ſigna totus adgnoſceret & ſequeretur exercitus*. Briſſon. lib. 3. ubi ſigna iſta dividit in vocalia, ſemivocalia, & muta.

4 *Lacera uere*] Arrian. 3.3. nullum effectum habuiſſe currus iſtos aſſerit: Diodor. 17. 58. fere cum noſtro conſentit, circa prima ſigna terrorem atque damnum intuliſſe, à phalange fuiſſe eluſos: quod ait noſter infra, 4. 15. 14. Crudele porro fati genus, quod intulerint quibus inciderunt, apud eundem Diodor. & noſtrum hic, & mox 4. 15. deſcribimus. Quo pertinet Plutarchi Artaxerxes c. 8. qui *ante ſuam phalangem Græca acies oppoſuit falcatorum curruum robuſtiſſimum quemque, ut nimirum priuſquam manus conſererentur, vi impetus eorum Græcos ordines diſiparet*. Freinsh.

5 *Mille equitibus*] Imo *tribus millibus*, ſecundum Diodor. 17.59. & colligi poteſt ex noſtro infr. 4. 15. majorem aliquanto numerum fuiſſe.

7 *Abi, nuncia*] Valde laudat hoc conſilium Alexandri Curtius infra, 4. 16. 28. Apud Plutarch. cap. 59. vehementer exagitatur Parmenio, quod impedimentorum cauſa turbaretur in conflictu. *Rad.* Adde Polyæn. 4.3. Sic apud Liv. 8. 38. in pari cauſa A. Cornelius Arvina: *Sine modo*, inquit, *ſeſe prædæ præpediant*, &c. & Plutarchi Eumenes cap. 32. ſuos argyraſpidas cordate monet, *non in impedimentis, ſed in armis eſſe victoriam*. Affine dictum eſt Catonis apud Plutarch. cap. 19. qui,

noſtra ſolum nos recuperaturos; ſed omnia, quæ hoſtium
8 *ſunt, occupaturos. Proinde non eſt quod quidquam vi-*
rium ſubducat ex acie: ſed, ut me & Philippo patre di-
gnum eſt, contempto ſarcinarum damno fortiter dimicet.
9 Interim barbari impedimenta turbaverant; cæſiſque
pleriſque cuſtodum, captivi, vinculis ruptis, quid-
quid obvium erat, quo armari poſſent, rapiunt: &
adgregati ſuorum equitibus Macedonas, [a] ancipiti
10 circumventos malo, invadunt. lætique circa Syſi-
gambim, *viciſſe Darium: ingenti cæde proſtratos ho-*
ſtes; ad ultimum etiam impedimentis exutos eſſe, nun-
ciant. quippe eandem fortunam ubique eſſe crede-
11 bant, & victores Perſas ad prædam diſcurriſſe. Sy-
ſigambis, hortantibus captivis, *ut animum à mœrore*
adlevaret; in eodem, quo antea fuit, perſeveravit.
non vox ulla excidit ei: non oris color, vultuſve
mutatus eſt: ſed ſedit immobilis ([b] credo, præco-
ce gaudio verita fortunam inritare) adeo ut quid
12 mallet, intuentibus fuerit incertum. Inter hæc
Amyn-

INTERPRETATIO.

a *Duplici periculo* utrinque *implicatos.*

b *Metuens, ut arbitror, ne fortunam infeſtam ſibi redderet præ-*
maturâ lætitiâ.

NOTÆ.

Celtiberis in auxilium vocatis, cum illi ducenta talenta mercedis nomine poſcerent; Romani id aſpernarentur: *nihil eſſe mali affirmavit. victoria enim parta, unde ſua, ſed de hoſtilibus bonis mercedem iis ſoluturum; ſin ſecùs evenſſet, neque qui poſcerent ſuperfuturos, neque unde exigerent.*

8 *Philippo patre*] Oblitus hîc eſt Curtius, Alexandrum non amplius Philippum fuiſſe patrem; ſed Hammonem.

Fortiter dimicet] Eo animo erant Cæſaris milites, de quibus ipſe l. 1. bell. Gall. *Tanta militum virtus atque animi præſentia fuit, ut cum undique flamma torrerentur, maximaque telorum multitudine premerentur, ſuique omnia impedimenta ac omnes fortunas conflagrare intelligerent: ſed non modo demigrandi cauſa de vallo decederet nemo, pene ne reſpiceret quidem quiſquam, ac tum omnes acerrime fortiſſimeque pugnarent.* Præ impedimentis fortitudo & ex hac decus maxime æſtimabuntur. *Lucen.*

11 *In eodem*] Sive ad *animum*, ſive ad *mœrorem* referas, dura conſtructio eſt. Si nihil excidit, quod magis credo, tentem, *eadem quæ antea fuit, perſeveravit.*

Credo, præcoce gaudio verita fortunam inritare] Huic reſpondet fere illud P. Syri:

Inritare eſt calamitatem, cum felicitas vocat.

Et

Amyntas, præfectus equitum Alexandri, cum paucis turmis opem impedimentis laturus advenerat; incertum ſuone conſilio, an regis imperio. ſed non ſuſtinuit Caduſiorum Scytharumque impetum: quippe vix tentato certamine effugit ad regem, [a] amiſſorum impedimentorum teſtis magis, quam vindex. Iam [b] conſilium Alexandri vicerat dolor: & ne cura recuperandi ſua militem à prælio averteret; non immerito verebatur. Itaque Areten, ducem haſtatorum, quos *ſariſſophoros* vocabant, adverſus Scythas mittit. Inter hæc currus, qui circa prima ſigna turbaverant aciem; in phalangem invecti erant. Macedones confirmatis animis in medium agmen accipiunt. Vallo ſimilis acies erat: junxerant haſtas; & ab utroque latere temere incurrentium ilia ſuffodiebant. circumire deinde currus, & propugnatores præcipitare cœperunt. Ingens ruina equorum aurigarumque aciem compleverat. hi territos regere non poterant: equi crebra jactatione cervicum non jugum modo excuſſerant; ſed etiam currus everterant. vulnerati interfectos trahebant: nec conſiſtere territi, nec progredi debiles poterant. Paucæ tamen evaſere quadrigæ in ultimam aciem, iis, quibus inciderunt, miſerabili morte conſumptis. quippe amputata

13 14 15 16 17

INTERPRETATIO.

a *Spectator potius quam defenſor.*

b *Iam Alexandrum conſilii inopem fecerat indignatio.*

NOTÆ.

Et illud Senecæ preſſius in Thyeſte v. 935. & ſeqq.

Proprium hoc miſeros ſequitur vitium,
Nunquam rebus credere latis.
Redeat felix fortuna licet,
Tamen afflictos gaudere piget.
Loccenius.

12 *Amyntas*] Modius *Menidam* ſubſtituit, approbante Acidalio & Rardero. & certe Menidam eo in prælio vulneratum fuiſſe diſcimus mox, 4. 16. ſed quando *Amyntam* omnes libri præferunt, nihil hic mutandum cenſuimus. quippe ex multis, qui tum eo nomine vocati potuerunt, etiamſi unum alterumve huic pugnæ non interfuiſſe probemus, qui excludemus cæteros? *Freinsh.*

15 *Vallo ſimilis acies erat*] Sic apud

putata virorum membra humi jacebant; & quia calidis adhuc vulneribus aberat dolor, trunci quoque & debiles arma non omittebant: donec multo san-
18 guine effuso, exanimati procumberent. Interim Aretes, Scytharum, qui impedimenta diripiebant, duce occiso, gravius territis instabat. Supervenere deinde missi à Dario Bactriani, pugnæque vertere fortunam. Multi ergo Macedonum primo impetu ob-
19 triti sunt: plures ad Alexandrum refugerunt. Tum Persæ, clamore sublato, qualem victores solent edere, ferociter in hostem, quasi ubique profligatum, incurrunt. Alexander territos castigare; adhortari; prælium, quod jam elanguerat, solus accendere: confirmatisque tandem animis, *ire in hostem* jubet.
20 Rarior acies erat in dextro cornu Persarum, namque inde Bactriani decesserant ad opprimenda impedimenta. itaque Alexander laxatos ordines invadit,
21 & multa cæde hostium invehitur. At qui in lævo cornu erant Persæ, spe posse eum includi, agmen suum à tergo dimicantis opponunt: ingensque periculum in medio hærens adisset, ni equites Agriani calcaribus subditis circumfusos regi barbaros adorti essent, [a] aversosque cædendo in se obvertí coë-
22 gissent. Turbata erat utraque acies. Alexander à fronte, & à tergo, hostem habebat: [b] qui averso ei in-

INTERPRETATIO.

a *Et illos feriendo à tergo coëgissent in ipsos frontem convertere.*
b *Qui ipsum à tergo urgebant.*

NOTÆ.

antiquos Murus *dicebatur pedestris exercitus.* Veget. 1. 20.

17 *Trunci quoque*, &c.] Viri fortes licet trunci membris, virtute tamen adhuc integri sunt; licet corpore, non tamen animo succumbunt hosti. Præclarum hujus rei exemplum apud Athenienses Cynægirus, apud Romanos Cassius Scæva præbuerunt. vid. Iust. 2. 9. 16. Lipsium lib. 4. Admirand. c. 4. *Loccen.*

19 *Iubet*] Admodum velim esse hanc vocem.

20 *Ad opprimenda*] Acidalius legebat, *ad obtinenda*, quod jam alii oppressissent, id est, invasissent. ego mutandi recepta causam hic non video. utique enim hi quoque opprimendis im-

instabant, ab Agrianis militibus premebantur: Bactriani, impedimentis hostium direptis reversi, ordines suos recuperare non poterant: plura simul abrupta à ceteris agmina, ubicumque alium alii fors miscuerat, dimicabant. Duo reges junctis 23
prope agminibus prælium accendebant. plures Persæ cadebant; par ferme utrimque numerus vulnerabatur: curru Darius, Alexander equo vehebatur: u- 24
trumque delecti tuebantur, sui immemores. quippe amisso rege nec volebant salvi esse, nec poterant. ante oculos sui quisque regis mortem occumbere ducebant egregium. maximum tamen periculum adi- 25
bant, qui maxime tuebantur; quippe sibi quisque cæsi regis expetebat decus. Ceterum, [a]sive ludibrium 26
oculorum, sive vera species fuit, qui circa Alexandrum erant, vidisse se crediderunt, paululum super-

per

INTERPRETATIO.

a *Sive oculorum illusio fuit, sive vera* aquilæ *forma.*

NOTÆ.

impedimentis abscesserant, cum ii, qui prius id egerant, tenendo proposito impares essent. *opprimere* enim non tantum est invadere, sed etiam effectu conatus potiri. *Freinsh.*

24 *Quippe amisso rege nec volebant salvi esse,* &c.] Sic Craterus ad Alexandrum lib. 9. *Quum tam avide manifestis periculis offeras corpus, oblitus tot civium animas trahere te in casum. quis enim tibi superstes aut optat esse, aut potest?* Ita prisci Germani animati erant, *quibus infame in omnem vitam ac probrosum, superstites Principi suo ex acie recessisse.* Tacitus German. 14. 2. Sueci milites amisso suo rege non prius ex acie recesserunt, quam incomparabilis Heroïs memoriæ cruenta hostium clade parentassent; & qui in suorum agmine, non tamen inulti caderent. *Locen.*

Ante oculos] Notavit Herodot. 8. 86. in pugna ad Salaminem barbaros *extitisse longe sibi ipsis præstantiores, Xerxem reformidantes, quod ab eo singuli conspici arbitrabantur.* Item ad Thermopylas acriter ab iis pugnatum fuisse scribit Diodor. 12. 7. *dum virtutis inspectorem, & testem habebant regem ipsum.* Monet Imp. Constantius Iulianum Cæs. prudentissime, apud Ammian. 15. 21. ut necessitate exigente interfit prælii, *turbatos subsidiis sulciens, modeste increpans defides, veritimus testis adfuturus industriis & ignavis.* Apud Sallust. Iug. *qua in parte rex pugna adfuit, ibi aliquamdiu certatum: ceteri omnes ejus milites primo congressu pulsi fugatique.* Livius 31. 37. *eo quoque sepetiares Macedones erant, quod & rex ipse hortator aderat,* &c.

26 *Sive ludibrium oculorum,* &c.] Quum Annibal ante agmen suum præmisisset boves, accensas stipulas capitibus præferentes, iisque terruisset à longinquo Romanos, Livius illud quoque *ludibrium oculorum* appellat, quale & illud est, quum incensis funicu-

per caput regis placide volantem aquilam, non ſonitu armorum, non gemitu morientium territam: diuque circa equum Alexandri pendenti magis, quam
27 volanti, ſimilis adparuit. Certe vates Ariſtander, alba veſte indutus, & dextra præferens lauream, militibus in pugnam intentis avem monſtravit, *haud*
28 *dubium victoriæ auſpicium.* Ingens ergo alacritas ac fiducia paulo ante territos accendit ad pugnam. utique poſtquam auriga Darii, qui ante ipſum ſedens equos regebat, haſta transfixus eſt. nec aut Perſæ, aut

N O T Æ.

niculis, & ex arboribus noctu ſuſpenſis, hoſti ſpecies imminentis exercitus terrorque objicitur. quali ſtrategemate noſtrates aliquoties feliciter uſi ſunt. *Lectorium.*

Aquilam] Seneca Nat. quæſt. 2. 32. *Aquila hic honos datus eſt, ut magnarum rerum faceret auſpicia.* Sidonius Carm. 2. 127.

Multos cinxerunt aquilæ, ſubitumque per orbem
Luſit venturæ famulatrix penna coronæ.

27 *Monſtravit*] Sciens, gratum id Alexandro fore, nam & ipſe, *cum ab auſpicibus cognoviſſet, deos omnia fauſta portendere, circumferri haſtam juſſit, & militibus ob oculos demonſtrare, ut non ſolum ex auditione, verum etiam ex adſpectu ſpem bonam de periculo haberent.* Polyæn. 4. 3.

28 *Haſta transfixus eſt*] Ab ipſo Alexandro, ut auctor eſt Diodor. 17. 60. *Dumque Imperator Imperatorem infeſto animo petit, miſſo in Darium jaculo Alexander, ipſum quidem non contingit, ſed aurigam illi adſtantem ſeriens proſternit.* Raderus. Memorabile eſt quod reperio in Epitome temporum Græca, quam editioni ſuæ Euſebianæ ſubjecit Magn. Scaliger in Olymp. 319. Coss. Ioanne Scythopolita & Paulino: ὅτι ἐν τούτῳ ἐκόντων ἐπαινῶ ἄχρηστα ἐτείχισεν (de Anaſtaſio ſermo eſt) τὸ Δορυφόρῳ ὄντα τῷ Μιθροπατμιάδῃ μέγα πάνυ ἐν ἔχωρίῳ, καὶ ὄνομα μέσον τῶν δύο Ρωμαίων ἐν Περσῶν. ἐν ἐπελευσει ἐν αὐτῷ δημόσια λουτρὰ δύο, ἐν ἐκκλησίας, καὶ ἀμβῶνας ἐν ἐξαίρετο ὑπόθεσιν ἔτη, ἐν κιστέρνας ὑδάτων. τὸ δ αὐτὸ χωρίον διὰ τοῦτο Μέγαν καλοῦσιν Δῶρας ὑπὸ Ἀλεξάνδρου Μακεδόνος, διότι Δαρεῖον τὸν βασιλέα Περσῶν ὁ αὐτὸς Ἀλέξανδρος ἐκεῖ δόρατι ἔκρηνεν, ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα ἔχει μέχρι νῦν. Quæ quia vitiis non carent, prius ut potuimus emaculata, Latine reddemus. Depravatum autem loci nomen eſt. τὸ Δορυφόρῳ ὄντα μέγα πάνυ. in quibus nulla neque conſtructio eſt, neque ſenſus integer. Crediderim fuiſſe, τὸ Δωρα χεν ὄντα τ. Μιτρ. μέγα πάνυ καὶ εὐρύχωρον. atque ſic infra quoque legendum λέγεται καλεῖσθαι Δῶρα, Hoc ſenſu: *Hu conſulibus ludis egmeſtribus edita, muro circumdedit* (Anaſtaſius) *Duras, tumulum Meſopotamiæ admodum magnum atque munitum, ſitum in limine Romani Perſicique imperii. Et conſtruxit ibi balnea publica duo, & eccleſias, & baſtreas ſervandis frugibus, & ciſternas aquarum. Locus autem ille occaſione Macedonis Alexandri vocatus dicitur Dura, quod Darium regem Perſarum Alexander ibi haſta perculſerit; unde & omnem loco hæſit in hac uſque tempora.* Sic igitur vocatus ille locus ab haſta, quæ Græcis eſſetur δόρυ. eo nomine regionem Boſphoranam memorat Procopius περὶ κτισμάτων Ἰουστινιανοῦ, quo minus abſurdum credas, etiam ubi hinc impoſitam appellationem. Atque hanc ipſam ſu-

aut Macedones dubitavere, quin ipse rex esset occi-
sus. Lugubri ergo ululatu & incondito clamore ge- 29
mituque totam fere aciem adhuc æquo Marte pugnan-
tium turbavere cognati Darii & armigeri; lævoque
cornu in fugam effuso, destituerant currum; [a] quem
à dextra parte stipati in medium agmen receperunt.
Dicitur acinace stricto Darius dubitasse, an fugæ de- 30
decus honesta morte vitaret. Sed [b] eminens curru
non-

INTERPRETATIO.

a *Quem conferti ex dextro cornu Persæ intra mediam turmam acceperunt.*

b *Cum è curru conspicuus esset*, ipsum *pudebat deserere suorum exercitum, qui nondum totus pugna cedebat.*

NOTÆ.

suspicor fuisse urbem, cujus apud Polyb. 5. 52. & 66. est mentio, tanquam urbis munitæ. quæ posterioribus temporibus destructa, sub Iuliano desertum: *oppidum* vocatur à Marcellino 23.12. & 24. 2. ubi pro *Duram* & *Doram* rescribendum est *Dura* plurali numero, si Polybium sequi velimus, cujus scriptura hac in parte extra suspicionem est vitii. adstipulante itidem Zosimo, qui idem fere quod Marcellin. in Iuliano tradit. Eandem enim esse urbem, quam incertus temporum Epitomator indigitat, præter alia hinc quoque constat, quod & à Polybio & ceteris in Orientali Rom imperii limite collocatur: & quod apparet alias eo in loco urbem fuisse. nec enim verisimile est, nomen id hæsisse loco vacuo, & nullo certo monumento insignito. Non tamen diu subsitit hæc urbs. quippe. *anno* IIX *Iustini* junioris, *Persæ cum Romanis pacis fœdera rumpunt: & congressione facta Daras civitatem fortissimam bello superant, & cæsa multitudine Romanorum memoratam urbem ingressi depopulati sunt.* Quomodo iterum Marcellini Chron. Anno 537. *In Oriente quoque Ioannes Scotistis arripiens Tyrannidem, antequam adversi quicquam tentaret, Daræ extinctus est.* Quod ipsum accidisse refert ὁ πάλαι Δαίρας, Procop. lib. 1. Persic. in fine. Quo libro meminit etiam, ab Anastasio fuisse constructam. De eadem, ni fallor, sentit Eusebius, ubi scribit, Asiæ regem Demetrium Demetrii filium obsedisse Antiochum Alexandri, εἰς Δάρας καταφυγόντα. *Freinsh.*

29 *Turbavere*] Hunc locum sic interpolat Acidalius: *Lugubri ergo ululatu & inc. cl. g. t. f. a. a. a. M. p. turbaverant cognati Darii: & armigeri lævam tuentes in fugam effusi destituerant currum, quem à dextra parte stipati in medium agmen receperunt.* Quam emendationem mire commendat Raderus, quamquam fassus nimis à verbis Curtii recedere. Mihi ne probabilis quidem est. Cum & illud *turbavere* frustra mutetur, & lectio vulgata, è Mssorum etiam auctoritate subnixa, commodissimum habet sensum, observata saltem distinctione, quam adhibuimus. *Freinsh.*

Cognati] Hi enim circa ipsum erant in lævo cornu. Diodor. 17. 59. & Arrian. 3. 2. Ergo horum fuga lævum istud cornu destituit currum regis, quem ideo, qui in dextro stabant, in medium sui receperunt. hæc enim pars aciei pugnabat adhuc, ut ex sequentibus clarum est.

30 *Honesta morte vitaret*] Iust. 11. 14. De-

nondum omnem ſuorum aciem prælio excedentem
31 deſtituere erubeſcebat. Dum inter ſpem & deſperationem hæſitat, ſenſim Perſæ cedebant, & laxaverant ordines. Alexander mutato equo, quippe plures fatigaverat, reſiſtentium adverſa ora fodiebat,
32 fugientium terga. Iamque non pugna, ſed cædes erat: cum Darius quoque currum ſuum in fugam vertit. Hærebat in tergis fugientium victor: ſed proſpectum oculorum nubes pulveris, quæ ad cœlum ferebatur, abſtulerat. ergo haud ſecus quam in tenebris errabant; ad ſonitum notæ vocis, ut ſi-
33 gnum, ſubinde coëuntes. Exaudiebantur tantum ſtrepitus habenarum, quibus equi currum trahentes idemtidem verberabantur: [a] hæc ſola fugientis veſtigia excepta ſunt.

INTERPRETATIO.

a *Hæc ſola ſigna ipſius fugæ deprehenſa ſunt.*

NOTÆ.

34. *Darius cum vinci ſuos videret, voluit & ipſe mori: ſed à proximis fugere compulſus eſt.* Suetonius Cæſ. 36. Cæſarem quoque ultimo prælio in Hiſpania de conſciſcenda ſibi nece cogitaſſe refert. Multi alii in extremis ſæpe periculis ſibi ipſi omnino violentas manus intulerunt, M. Brutus, Otho, alii, ut omittam oppida & civitates; caſtra tota apud Cæſarem de bell. Gall. 5. 37. *Raderus.*

33 *Exaudiebantur tantum*] Sic malui cum pleriſque editionum veterum: & cum iiſdem mox, *tantum*, & *trahentes.*

CAP. XVI.

Parmenio, in diſcrimine conſtitutus, Alexandrum retrahit. Tandem integra victoria potiti Macedones, reliquos Perſas, multis ſuorum millibus deſideratis, fuga ſibi quærere ſalutem cogunt.

1 AT in lævo Macedonum cornu, quod Parmenio, ſicut ante dictum eſt, tuebatur; longe alia fortuna utriuſque partis res gerebatur. Mazæus, cum omni ſuorum equitatu vehe-
2 menter invectus, urgebat Macedonum alas; jamque abundans multitudine aciem circumvehi cœperat;

quum

Digitized by Google

quum Parmenio equites *nunciare* jubet *Alexandro, in quo discrimine ipsi essent, nisi mature subveniretur; non posse fisti fugam.* Iam multum viæ processerat Rex, im- 3
minens fugientium tergis; quum à Parmenione tristis nuncius venit. *refrenare equos* jussit, qui vehebantur, agmenque constitit: Frendente Alexandro, *eripi sibi victoriam è manibus; & Darium felicius fugere quam sequi se.* Interim ad Mazæum superati regis 4
fama pervenerat. Itaque, quamquam validior erat; fortuna tamen partium territus, perculsis languidius instabat. Parmenio ignorabat quidem causam suæ sponte pugnæ remissæ; sed occasione vincendi strenue est usus. Thessalos equites ad se vocari jubet: 5
Ecquid, inquit, *videtis istos, qui ferociter modo instabant, pedem referre, subito pavore perterritos? Nimirum nobis quoque regis nostri fortuna vincit. omnia Per-*

sa-

INTERPRETATIO.

a *Perculsus* ipse *suorum clade, mollius urgebat territos Macedo-*

nas.

NOTÆ.

4 *Fortuna tamen partium territus*] Ita Brutum scribit Flor. 4. 7. *in Cassio etiam suum animum perdidisse.* Livius 1. 25. Curiatiorum ultimum *victum fratrum ante se strage fuisse.* Magis autem id accidere necesse est ipso capite jam cæso aut pulso, Tacit. H. 4. 34. *Credita* (an *dicta*) *fama per utrumque exercitum vulneratum aut interfectum, immane quantum suis paveris, & hostibus alacritatis indidit.*

Sua sponte] *Omissa cunctando victoria erat.* Liv. 7. 24.

5 *Ad se vocari jubet*] Quid? ad se vocari jubet equitatum? totum, an duces modo? quod si hoc, cur non expressit? immo cur subjicit, unde colligas, cum universis esse locutum? At hoc sane quam putidum est. Equites enim in ipso pugnæ discrimine constitutos Imperator ad se vocet, hortandi causa? non certe, si sapiat. Si quid video, fuit, *Thessalos equites advectus, Ecquid: inquit, &c.* Tacitus 2. 46. de Arminio: *equo collustrans cuncta, ut quosque advectus erat, recuperatam libertatem, &c.* ingerebat. Livius 7. 24. *Consul vulnere alligato, revectus ad prima signa, Quid stas inules? inquit, &c.* Ita scilicet duces militibus in acie stantibus advectos passim legimus; non contra. Sed nimirum ista vox, cum forte legi non posset, imposuit divinatori non optimo, qui cum de vocando aliquid hic esse conjiceret, non gravatus est aliam insuper voculam, *jubet*, inculcare. quæ & ipsa qua jure, qua injuria, multa hujus scriptoris loca obsedit. De ipso autem Parmenionis hoc strategemate vide infra ad 4. 16. *Freinshemius.*

6 *Vera*

ſarum cæde ſtrata ſunt. quid ceſſatis? an ne fugientibus
6 *quidem pares eſtis?* Vera dicere videbatur, & ſpes languentes quoque erexerat. ſubditis calcaribus proruere in hoſtem. & illi jam non ſenſim, ſed citato gradu recedebant, nec quidquam fugæ, niſi quod terga nondum verterant, deerat. Parmenio tamen, ignarus quænam in dextro cornu fortuna regis eſſet,
7 repreſſit ſuos: Mazæus, dato fugæ ſpatio, non recto itinere; ſed majore & ob id tutiore circumitu Tigrim ſuperat: & Babylonem cum reliquiis de-
8 victi exercitus intrat. Darius paucis fugæ comitibus ad Lycum amnem contenderat, quo trajecto dubitavit an ſolveret pontem, quippe *hoſtem jam adfore* nunciabatur. Sed tot millia ſuorum, quæ nondum ad amnem pervenerant, ponte reciſo, prædam ho-
9 ſtis fore videbat. Abeuntem, quum intactum ſineret pontem, dixiſſe conſtat, *Malle inſequentibus iter dare; quam auferre fugientibus.* Ipſe ingens ſpatium fuga emenſus, media fere nocte Arbela pervenit.
10 Quis tot ludibria fortunæ, ducum agminumque cædem multiplicem, devictorum fugam, clades nunc ſingulorum, nunc univerſorum, aut animo adſequi queat, aut complecti? Propemodum [a] ſæculi res in unum

INTERPRETATIO.

a *Quæ toto ſeculo contingere poſſent, in unicum illum diem collegit.*

NOTÆ.

6 *Vera dicere videbatur*] Tacitus H. 4. 72. *Vera erant, & à tribunis præfectiſque eadem ingerebantur.*

8 *An ſolveret pontem*] Sæpe factum ad præcidendum hoſtibus aditum, ut portæ civitatum clauderentur, magno interim excluſorum ſociorum damno. Liviuś 25. 15. Thurini *conclamant, inſtare Pœnum: permiſtoſque hoſtes urbem invaſuros, ni propere portas claudant. ita excluſos Roman. præbuere hoſti ad eadem.*

9 *Abeuntem, quum intactum*] Iuſtinus lib. 11. ſic enarrat: *Suadentibus deinde quibuſdam, ut pons Lyci (pro Cydni) fluminis ad iter hoſtium impedientibus intercluderetur: non ita ſe ſaluti ſuæ velle conſultum ait, ut tot millia ſociorum hoſti objiciat: debere & aliis fugæ viam patere qua patuerit ſibi.* In quo boni Imperatoris officium fecit Darius qui non ſolum ſuam, ſed & ſuorum vitam, quantum in ipſo eſt, ſervatum ibit. Seneca: *Imperatorium eſſe alieno ſanguini tanquam ſuo parcere, & ſcire quemvis debere, homini non eſſe homine prodige utendum.* Loccen.

12 Mi-

unum illum diem fortuna cumulavit. Alii qua bre- 11
vissimum patebat iter; alii diversos saltus, & ignotos sequentibus calles petebant. Eques pedesque confusi sine duce, armatis inermes, integris debiles implicabantur. Deinde, misericordia in metum ver- 12
sa, qui sequi non poterant, inter mutuos gemitus deserebantur. Sitis præcipue fatigatos & saucios perurebat, passimque omnibus rivis prostraverant corpora, præterfluentem aquam hianti ore captantes, quam quum diu avidi turbidam hausissent, [a] tende- 13
bantur extemplo præcordia premente limo; resolutisque & torpentibus membris, quum superveniisset hostis, novis vulneribus excitabantur. Quidam, oc- 14
cupatis proximis rivis, diverterant longius, ut, quidquid occulti humoris usquam manaret, exciperent. nec ulla adeo avia & sicca lacuna erat, [b] quæ vestigantium sitim falleret. E proximis vero itineri 15
vicis senum ululatus feminarumque exaudiebantur, barbaro ritu *Darium* adhuc *regem* clamantium. A- 16
lexander, ut supra dictum est, inhibito suorum cursu ad Lycum amnem pervenerat. ubi ingens multitudo fugientium oneraverat pontem, & plerique, quum hostis urgeret, in flumen se præcipitaverant, gravesque armis & prælio ac fuga defatigati gurgitibus hauriebantur. Iamque non pons modo fugien- 17
tes;

INTERPRETATIO.

a *Distendebantur confestim viscera, limo adhærente.*
b *Quam inquirentium aviditas non deprehenderet.*

NOTÆ.

12 *Misericordia*] Amat hunc sensum Curtius, ideoque sæpius expressit. Fecit & Cæsar de bel. Gal. 7. 26. *plerumque in summo periculo timor misericordiam non recipit.*

Omnibus rivis] Sic malui cum paucis. ita mox. & certe, si omnibus viis fuisset reperire præterfluentem aquam, non ita sitissent.

14 *Avia*] Modius *Avida*: unde Acidalius tentabat *arida*. non inepte. nec tamen ipse vulgatam lectionem damnat; & ego præfero. *Freinshemius.*

tes ; ſed ne amnis quidem capiebat, agmina ſua improvide ſubinde cumulantes. quippè, ubi intravit animos pavor; id ſolum metuunt, quod pri-
18 mum formidare cœperunt. Alexander inſtantibus ſuis, *impune abeuntem hoſtem ſequi permitteret. hebetia tela eſſe, & manus fatigatas; tantoque curſu corpora exhauſta, & præceps in noctem diei tempus* cauſa-
19 tus eſt. Re vera de lævo cornu, quod adhuc in acie ſtare credebat, ſolicitus, reverti ad ferendam opem ſuis ſtatuit. Iamque ſigna converterat; quum equites, à Parmenione miſſi, illius quoque partis victoriam
20 nunciat. Sed nullum eo die majus periculum adiit, quam dum copias reducit in caſtra. Pauci eum & incompoſiti ſequebantur ovantes victoria. quippe omnes hoſtes aut in fugam effuſos, aut in acie cre-
21 debant cecidiſſe; quum repente ex adverſo adpa-
ruit

NOTÆ.

17 *Improvide*] Facilius omnino ex vulgatis reſcribi *improvida fuga* poterat, quam *fuga* ipſum penitus deleri. niſi forte, quia *fugientes* jam anteceſſerat, hoc repeti noluerunt. *Acidalius*. Raderus tamen teſtatur, lectionem eſſe Mſſ. ſuorum *improvide*.

Quippe, ubi intravit] Ita Tacit. 4. Annal. *Quidam regrediebantur, oſtendebantque ſe rurſum, id ipſum paventes quod tenuiſſent*. Haud procul abludit Livius 29. 32. *amnis ingens fugientes accepit (neque enim cunctanter, ut quos major metus urgeret, immiſerant equos) raptique gurgite, & in obliquum relati*.

18 *Impune abeuntem*] Acidalius ex vulgatis bene reduxit voculam *impune abeuntem*. illud non erat neceſſarium, expuncto poſt verbum *cauſatus* ſubſtantivo, omnia unam intra periodum redigere. *Freinshemius*.

Hebetia tela eſſe] Livius 8. 38. *Iam viris vires, jam ferro ſua vis decrat*. & 22. 59. *nec ſuperſumus pugnæ, niſi in quibus trucidandis & ferrum & vires hoſtem defecerunt*. Florus 2. 6. *duo maximi exercitus cæſi ad hoſtium ſatietatem, donec Annibal diceret militi ſuo*, parce ferro. Lucanus 7. 728.

Cæſar ut Heſperio vidit ſatis arva natare
Sanguine, parcendum ferro, manibuſque ſuorum
Iam ratus.

19 *De lævo cornu*] Non amice ſolum, ſed & prudenter feciſſe hinc judica Quinctium conſulem, referente Livio 3. 70. qui collegæ nunciari juſſit: *victorem ſe jam imminere hoſtium caſtris, nolle irrumpere antequam ſciat debellatum & in ſiniſtro cornu eſſe: ſi jam fudiſſet hoſtes, conferret ad ſigna, ut ſimul omnis exercitus prada potiretur*. Certe ejus rei neglectus præſtantiſſimum ducem Iudam, & victoria privavit, & vita. Machab. 1. 2. *Freinshemius*.

20 *Periculum adiit*] Quale adiit & Maſaniſſa ex prælio, quo Annibal

ruit agmen equitum, qui primo inhibuere cursum, deinde Macedonum paucitate conspecta, turmas in obvios concitaverunt. Ante signa rex ibat 22
dissimulato magis periculo, quam spreto: nec defuit ei perpetua in dubiis rebus felicitas. namque 23
præfectum equitatus avidum certaminis, & ob id ipsum incautius in se ruentem, hasta transfixit. quo ex equo lapso, proximum, ac deinde plures eodem telo confodit. Invasere turbatos amici 24
quoque; nec Persæ inulti cadebant: [a] quippe non universæ acies quam hæ tumultuariæ manus vehementius iniere certamen. Tandem barbari, quum 25
obscura luce, fuga tutior videretur esse quam pugna, diversis agminibus abiere. Rex, extraordinario periculo defunctus, incolumes suos reduxit in castra. Cecidere Persarum, quorum numerum 26
victores finire potuerunt; millia XL; Macedonum minus quam CCC desiderati sunt. Ceterum, hanc 27
victoriam rex majore ex parte virtuti quam fortunæ suæ debuit; [b] animo, non ut antea loco vicit.

INTERPRETATIO.

a *Non acrius pugnavere toti exercitus, quam hæc agmina fortuito concurrentia.*

b *Fortitudine vicit, non loci* opportunitate, *ut in prieri* pugna.

NOTÆ.

bal profligatus est à Scipione. Nam, ut tradit in Punicis Appianus, vetus ille belli Imperator, *inter fugiendum conspicatus conglobatos equites Numidas, accurrit, rogavitque ne se desererent: quo impetrato, in persequentes fecit impetum, sperans se eos in fugam versurum, &c.*

23 *Ob id ipsum*] Seneca de ira l. II. docet, eam nusquam minus utilem, quam adversus hostes, licet vulgo contra videatur: idque multis rationibus & exemplis confirmat: quæ cognitu consideratuque dignissima, diligentiæ lectoris ex ipso fonte petenda relinquo.

26 *Finiri*] Ἴσως *iniri*. Bongarsius.

Millia XL] Si quis rescribat *quadringenta* M. haud difficulter adsentiar. sic enim à reliquis scriptoribus ipsaque rei magnitudine propius abierimus.

Minus quam CCC] Sic in victoria Marii de Cimbris apud Florum 3. 3. *Millia inde ad sexaginta ceciderunt; hinc trecentis minus.* Et similia quidem exempla multa passim occurrunt, ubi minimo victoris damno, ingentes exercitus conciderunt.

29 *Majore ex parte virtuti quam* for-

cit. Nam & aciem peritiſſime inſtruxit : & promptiſſime ipſe pugnavit : & magno conſilio jacturam ſarcinarum impedimentorumque contempſit, quum in ipſa acie ſummum rei videret eſſe diſcrimen : dubioque adhuc pugnæ eventu pro victore
29 ſe geſſit : perculſos deinde hoſtes fudit : fugientes, quod in illo ardore animi vix credi poteſt,
30 prudentius quam avidius perſequutus eſt. Nam ſi parte exercitus adhuc in acie ſtante, inſtare cedentibus perſeveraſſet ; aut ſua culpa victus eſſet, aut aliena virtute viciſſet. jam ſi multitudinem equitum occurrentium extimuiſſet ; victori aut fœde fugien-
31 dum, aut miſerabiliter cadendum fuit. Ne duces quidem copiarum ſua laude fraudandi ſunt; quippe vulnera, quæ quiſque excepit, indicia virtutis
32 ſunt. Hephæſtionis brachium haſta ictum eſt : Per-

dic-

NOTÆ.

fortuna ſua debuit] Plutarchus de fortuna Alexandri duobus voluminibus oſtendit, Alexandrum ſemper adverſa uſum fortuna, quam ſola virtute ubique ſuperarit, contra, quam multi, non bene, ſenſerunt. Ælianus [immo Polyænus 4. 3.] ſtratagemate Alexandri ſuperatum ait Darium. *Alexander*, inquit, *cum Dario ſigna collaturus, præceptum dedit Macedonibus: ubi in Perſarum conſpectum veneritis, procidentes in genua terram manibus conterite. Vbi vero tuba ſignum dederit, tum conſurgentes ſtrenue & fortiter impetum in hoſtes facite. Macedones ita fecerunt. Perſa formam adorationis conſpicati, incitatum ad bellum impetum remiſerunt, animiſque facti ſunt molliores. Darius gloriabatur & gaudebat ſe abſque prælio victoriam obtinere. Macedones ad ſignum tuba exilientes vehementi impetu in hoſtes feruntur, & rupta phalange in fugam convertunt.* Raderus. In extremis verbis Polyæni pro τὴν φάλαγγα ῥήξαντες, *rupta phalange*, legerim, τῇ φάλαγγι, *phalange rumpentes*. Macedonibus enim haud dubie phalangem tribuit.

28 *Pro victore ſe geſſit*] Docet Onoſander cap. 23. ſtrategici ; *Vtile eſſe in ipſo conflictu Imperatorem fauſta & læta militibus inclamare, etſi ea falſa ſunt.* Excitantur enim ea ratione animi, & vires pugnantium bona ſpe geminantur. Fecit hoc in conflictu Parmenio ſupra 4. 16. Idem narrat Livius 10. 41. de Papirio conſule, *clamitante inter prima ſigna, ita ut vox etiam ad hoſtes accideret : captum Cominium ; victorem collegam adeſſe : anniterentur vincere prius quam gloria alterius exercitus fieret.* Inprimis memorabilis eſt locus ejuſdem auctoris, 2. 64. *Romani gradum retuliſſent, ni ſalubri mendacio conſul* (T. Quintius) *fugere hoſtes, ab cornu altero clamitans concitaſſet aciem : impetu facto, dum ſe putant vincere, vicere.* Adde eundem 3. 61. *Freinsh.*

31 *Ne duces*] Arrian. 3. 3. Diodor. 17. 61.

33 Et

diccas, ac Cœnus, & Menidas, ſagittis prope occiſi. Et, ſi vere æſtimare Macedonas, qui tunc 33
erant, volumus: fatebimur, & regem talibus miniſtris, & illos tanto rege fuiſſe digniſſimos.

NOTÆ.

33. *Et regem*] Æque rotundum illud Ciceronis ultima Philippica: *dignus Imp. legione, digna legio Imperatore.* Virdungus ad illa Taciti Agr. 33. *Neque me militum, neque vos ducis pœnituit.*

Digitized by Google

Q. CVRTII RVFI, DE REBVS GESTIS ALEXANDRI REGIS MACEDONVM, LIBER V.

CAP. I.

Dario Mediæ fines ingresso, Arbela poritur Alexander, & Babylone, cujus situs, amplitudo, & corrupti mores describuntur.

1 QVÆ interim ductu imperioque Alexandri vel in Græcia, vel in Illyriis ac Thracia gesta sunt; [a] si quæque suis temporibus reddere voluero; interrumpendæ sunt res
2 Asiæ. Quas utique ad fugam mortemque Darii universas in conspectu dari, & sicut inter se cohærent tempore, ita opere ipso conjungi, haud paulo aptius videri potest. Igitur ante, quæ prælio apud Ar-
3 bela conjuncta sunt, ordiar dicere. Darius media fere

INTERPRETATIO.

a *Si referre singula juxta temporum* ordinem *voluero.*

NOTÆ.

Quæ interim] Narrata Curtio à principio libri sexti, nunc majori ex parte temporis injuria deperdita.

Quæ interim ductu imperioque Alexandri &c.] Potuit quidem geri bellum in Thracia, Græcia, Illyriis, & ubi gentium voles, Alexandri absentis auspiciis; nam sæpe ductus & auspicia diversorum erant hominum; sed nunquam fando auditum est, bellum illud alicujus ductu & imperio gestum, qui ipse *ad legionem*, ut loquitur Plautus, *non adesset*. At credo esse errorem veterum exscriptorum; nam pro *Alexandri* legi debet, *Antipatri*. Fab.

2 *Haud paulo aptius*] Tacit. 12. 40. *Hæc, quamquam à duobus propraetoribus plures per annos gesta, conjunxi, ne divisa haud perinde ad memoriam sui valerent.* Item 13. 9. *Quæ in alios consules egressa conjunxi.* Sic & Vellei. 1. 14. agnoscit: *quod facilius cujusque rei in unum contracta species, quam divisa temporibus, oculis animisque inhæreat.* Itaque Euseb. in Histor. Ecclesiast. proœmio merito sperat, gratum fore, quod aliis ἀνεγκλίτως, *sparsim* memorata, unum in corpus redegerit. Vide & notam nostram ad

fere nocte Arbela pervenit : [a] eodemque magnæ partis amicorum ejus ac militum fugam fortuna compulerat. quibus convocatis exponit ; *haud dubitare se,* 4
quin Alexander celeberrimas urbes, agrosque, omni copia rerum abundantes, petiturus esset. prædam opimam paratamque ipsum & milites ejus spectare. Id suis rebus 5
tali in statu saluti fore, quippe se deserta cum expedita manu petiturum. Ultima regni adhuc intacta esse ; inde bello vires haud egre reparaturum. Occuparet sane ga- 6
zam avidissima gens, & ex longa fame satiaret se auro, mox futura prædæ sibi ; [b] didicisse usu pretiosam supellectilem, pelliceosque & spadonum agmina nihil aliud fuisse, quam onera & impedimenta, [c] eadem trahentem Alexandrum, quibus antea vicisset, inferiorem fore. Plena 7
omnibus desperationis videbatur oratio; quippe Babylonem

INTERPRETATIO.

a *In eumdem locum fortuna direxerat magnum numerum amicorum ac militum* Darii *fugientium.*

b *Se experientia cognovisse &c.*

c *Alexandrum qui isdem onustus erat, debellatum iri* ob ea ipsa, *propter quæ antea victor fuerat.*

NOTÆ.

ad ista Flori 2. 19. *Quæ etsi juncta inter se sunt omnia atque confusa : tamen quo melius appareant, separatim proferentur*, ubi Sisennæ locum aliter accepi quam oportuit. *Freinsh.*

3 *Media fere nocte*] Ingens certe spatium intra paucas horas emensus, milliaria German. 18. cum triente: 600 quippe stadiis Arbela distant à Gaugamelis, ubi prælium est factum. *Rad.*

5 *Bello vires haud egre reparaturum*] Acidal. malebat; *belli vires*, &c, *repeti-turum*, fretus simili Curtii loco, quem considerabimus, volente Deo inf. 5. 10.

6 *Pretiosam supellectilem*] Metellus Roman. dux, *adjumenta ignaviæ* appellabat: ideoque castris edicto removit, ut est apud Salust. belli Iugurth. cap. 45.

7 *Babylonem*] Augustinus: *Babylon interpretatur confusio. Unde colligur, gigantem illum Nemrod fuisse illius conditorem.* Quidam Babylonis conditorem Ninum faciunt, quem cum Nemrodo confundunt. Sed repugnant tempora. Vixit enim certe Ninus post Nemrodum. Forte conditam à Nemrodo, Ninus postea reparavit. Orosius lib. 2. cap. 7. *Babyloniam à Nemrod gigante fundatam, a Nino vel Semiramide reparatam multi prodidere.* Mosis verba, unde id colligunt, habentur Gen. 10. vers. 10. *Fuitque principium ejus regni Babel, Arech,* &c. id est, urbes regni sive imperii ejus præcipuæ. Loquitur autem de Nemrodo. A turri, ut credo, civitas appellata ; aut simul nomen acceperunt à confusione linguarum. Babel, quasi Balbel, id est, σύγχυσις, confusio. παρὰ τὸ בלל confundere. *Drus.* Videtur hæc vox servata ex lingua primitiva. unde in variis

lonem urbem opulentiſſimam dedi cernentibus. jam Suſa, jam cetera ornamenta regni, cauſamque bel-
8 li victorem occupaturum. At ille docere pergit; *non ſpecioſa dictu, ſed uſu neceſſaria in rebus adverſis ſequenda eſſe. Ferro geri bella, non auro: viris, non urbium tectis. omnia ſequi armatos. Sic majores ſuos perculſos in principio rerum, celeriter priſtinam reparaſſe for-*
9 *tunam.* Igitur, ſive confirmatis eorum animis, ſi-

ve

NOTÆ.

linguis, βαβάλιον, balbus, balbile. Græcorum fabulas, qui Babylonis ſtructuram Semiramidi adſcribunt bene refutat ex Beroſo Ioſephus contra Appionem. *Grotius.*

Suſa] Suſa à loci amœnitate & floriditate nomen traxit, quia lingua Perſica, *Suſum*, lilium ſignificat, teſte Athenæo. Stephanus vero ὡσεὶ πόλιν, Suſa vocata ait διὸ τὸ κρίνον, ἃ πολλὰ ἐν τῇ χώρᾳ πηγαῖα ἐκεῖνα. Sita ad fluvium Choaſpem, ac à Dario lautius ædificata, & ædium Regiarum magnificentia ac ornata. Alioquin enim refragaretur vetuſtas, quæ à Tithono ejuſque filio Memnone Suſa condita credidit. unde Herodot. Μεμνόνειον ἄστυ vocat. *Briſſonius.*

8 *Non ſpecioſa dictu*] Lipſius Polit. 4. 13. vult Principem, alto quidem ſplendidoque ingenio: ſed tamen (ex Agric. Tacit. 8. 1.) *eruditum utilia honeſtis miſcere.* quod mireris in Stoico. illi enim recte ſentiebant, *ſola honeſta eſſe utilia.* Egregie tamen in viam redit Lipſius in fine dicti lib. 4. Illud jam *honeſtum* appello, quod unum ita eſt, non quæ videntur, ut ſunt vere omnia ὅσα δὴ (verbis Dionyſ. Longini) ἴχνη πολὺ τὸ ἐξωθεν ὑποτραγῳδούμενον. Non igitur inſipienter Cicero Philip. 2. 15. *immanitati civium primum, & poſtea dignitati*, quo tempore Pompeius *præſenti dignitati potius conſulebat.* Iuſtin. 5. 3.

Sed uſu neceſſaria in rebus adverſis ſequenda eſſe] Specioſa dicta in rebus adverſis ſolum ad doloris oſtentationem faciunt, uſu neceſſaria rei patrandæ inſerviunt. *Res* autem *plus valebunt quam verba*, inquit Pompeius apud Criſpum fragm. lib. 2. Hiſt. Annius Setinus prætor Latinorum apud Livium lib. 8. *Magis ad ſummam rerum noſtrarum pertinere arbitror, quid agendum nobis quam quid loquendum ſit. Facile erit explicatis conſiliis accommodare rebus verba.* Vellei. 2. 110. 3. *Tum neceſſaria glorioſis præpoſita.* Turnus apud Virgil. 11. Æn.

——— *Non replenda eſt curia verbis.*

Loccenius.

Non urbium tectis] Oblique adludit probatam Themiſtocli ſententiam, *patriam municipes eſſe, non mœnia; civitatemque non in ædificiis, ſed in civibus poſitam.* Iuſtin. 2. 12. Vt ſic intelligas, verum eſſe quod apud Ariſtidem, tomo 3. Orat. 2. legimus: *Themiſtoclem comprobaſſe dictum, quod cum Alcæus protuliſſet olim, multi poſtea uſurparunt: non lapides, nec ligna, nec fabrorum artem civitates efficere, ſed ubi viri ſint, qui ſeipſos ſervare norint, ibidem & urbes eſſe & mœnia.*

In principio rerum] Non bene qui putat hic eſſe ſermonem de exitio Cyri. item de cladibus Cambyſis, Darii, Xerxis. hæc enim nec in principio rei Perſicæ acciderunt: illud quem tetigit, priſtinam fortunam haudquaquam reparavit. Plane adſpicit initia Perſarum, cum poſt victoriam de Medis, Harpagi tranſitione partam, ab Aſtyage fuſi, mulierum contumelia pudefacti, reſumpſere certamen. Vide Iuſtin. 2. 6. 10. *Freinsh.*

9 *Im-*

Digitized by Google

ve imperium magis quam consilium sequentibus, Mediæ fines ingressus est. Paulo post Alexandro tra- 10
duntur Arbela, regia supellectili, ditique gaza repleta, quatuor millia talentum fuere: præterea preciosæ vestes: totius, ut supra dictum est, exercitus opibus in illam sedem congestis. Ingruentibus dein- 11
de morbis, quod odor cadaverum totis jacentium campis vulgaverat, maturius castra movit. Euntibus à parte læva, Arabia, odorum fertilitate nobilis

NOTÆ.

9 *Imperium magis*] Consilium sejungitur ab imperio: Liv. 1. 29. *Nec imperium illud meum, sed consilium & imperii simulatio fuit.* & lib. 22. *Non imperio modo, sed consilio etiam ac prope precibus agens.*

10 *Quatuor millia talentûm fuere*] 2400000 aureorum Rhenanorum, proxime ad nostri numismatis mensuram. Diodor. 17. 64. 3000. talenta habet: id est, aureos nostrates 1800000. *Freinsh.*

Preciosa vestes] Vir Eruditus Adversar. 52. 16. malebat *preciosa vis vestis.* Cui adsentior, apud auctores sæpius reperiri singulari numero *vestem.* sed si id sequamur in Curtio, sufficerat legi *preciosa vestis.* ut apud Ciceron. Philip. 2. 27. *maximus vini numerus fuit, per magnum optimi pondus argenti, preciosa vestis, multa & lauta supellex*, &c. Item in Verrem 1. 10. *argenti vestisque stragula quod fuerit, curasse auferendum.*

Ut supra dictum est] Nisi me memoria fallit, fefellit Curtium, si tamen ab ipso hæc parenthesis. Nihil enim tale supra, quod sciam. Immo contra *majorem sarcinarum commeatuumque partem* apud Arbela relictam supra 4. 9. 9. scripsit. Forte tamen capias de alio loco 4. 9. 2. ubi legis, omnes Darii copias Babylonem fuisse contractas. ut ex ipsa re conjicias, quod expresse non est additum, ibi potissimum relicta fuisse impedimenta. *Freinsh.*

Odor cadaverum totis jacentium campis vulgaverat] Odor aerem infecerat, haustus aër viscera: ita propagata lues, ut solet in pestilitate. Proinde magna semper ratio habita est, ut castra à sordibus essent pura. quod in sacris paginis à Domino exercituum Mosi præceptum est. Et Veget. 3. 2. *Si autumnali æstivoque diutius in isdem locis militum multitudo consistat, ex contagione aquarum & oderis ipsius fœditate vitiatis haustibus, & aëre corrupto perniciosissimus nascitur morbus, qui prohiberi non potest aliter, nisi frequenti mutatione castrorum.* Raderus.

11 *Euntibus à parte læva*] Sequuti sumus pristinam scripturam, qualis nimirum fuit, priusquam interpolaretur à Modio. Est enim locus hic à librariis & criticis varie agitatus. Horum primo Glareanum ablego, qui pro *Arabia*, substituerat *Aturiam.* Sed enim in ipsa Aturia prælium id commissum fuisse, ipse, quem Glareanus citat, Strabo à princ. lib. 16. tradidit. Deinde apponit: certissima Arabiæ nota, *odorum fertilitate nobilis regio.* Nec placet, quod alii sejungunt ab invicem hunc sensum, *Euntibus campestre iter est.* Item quod simpliciter dicto *Euntibus*, nec designato loco quo vel qua eant, statui non possit quid lævum dextrumve sit. Taceo jam, quod de *itinere* novo dicatur *uber esse.* Quæ ratio movit Barthium Adversar. 42. 16. ut rescribendum crederet, *Eunt. à parte læva Arabiam* (*odorum f. n. r.*) *campestre iter est. Inter*, &c. quam equidem lectionem (nisi mancus sit hic locus) proximam esse vero putem; unum

12 lis regio, campeſtre iter eſt. Inter Tigrim & Euphratem jacentia tam uberi & pingui ſolo ſunt, ut à paſtu repelli pecora dicantur, ne ſatietas perimat. Cauſa fertilitatis eſt humor, qui ex utroque amne manat, [a] toto fere ſolo propter venas aquarum reſu-
13 dante. Ipſi amnes ex Armeniæ montibus profluunt, ac magno deinde aquarum divortio iter, quod cepere,

INTERPRETATIO.

2 *Cum tota terra quæ juxta eſt, humeſiat* occultis *rivulis aquarum* penetrantium.

NOTÆ.

obſtat, quod repugnat locorum ſitus. In quo tamen quid prohibet erraſſe Curtium? nonne erravit & in aliis locorum deſcriptionibus? Et certe errori anſam præbere potuerit, quod auctores in ipſa Meſopotamia collocant Arabum gentem. Virum Doctum, qui ſic faciebat, *Campeſtre iter eſt int. Tig. & Euphr. Iacentia tam uberis*, &c. ut *Iacentia* Curtio ſint κατακείμενα, paſcua ſive fundi: merito non admittit Sebiſius. *Freinsh.* Aliter Modius, aliter Barthius, cujus emendationem proximam vero putat Freinshemius, niſi locus ſit mancus. Sed nec mancus eſt, & Barthii lectio non ob aliud vero proxima, quam quod minus abit à vulgata, quæ vera eſt. Obſcuritatem parit ἀσαφὲς ῥῆτον, & interjecta laus Arabiæ: ceterum ſimplex ſenſus: Euntibus, qua nempe duxit Alexander, à parte læva, Arabia, & iter campeſtre eſt. Verbum ſubſtantivum pro bis poſito accipiendum. Diſtinctio forte nonnihil juvet: Euntibus à parte læva, Arabia, odorum fertilitate nobilis regio; iter campeſtre eſt. *Grou.*

12 *A paſtu repelli pecora dicantur*] Ridere ſane libet, quoties auctores Latini, terræ fecunditatem commendant, quod à paſtu pecora repelli dicantur, ne ſatietas perimat: quaſi pecora per ſe ipſa neſciant cibi modum, in quantumvis pingui regione. Vtinam multi mortales tam probe noſſent ſibi temperare. Pomponius Mela de Hibernia ſimile quiddam ſcripſit: *eſt adeo luxuriosa herba, non latis modo, ſed etiam dul-cibus, ut ſe exigua parte diei pecora impleant: & niſi pabulo prohibeantur, diutius paſta diſſiliant.* Glareanus. Adde Iuſt. 44. 4. de parte, neſcio qua, Hiſpaniæ: *In hac tanta pabuli lætitia eſt, ut niſi abſtinentia interpellata ſagina fuerit, pecora rumpantur.* In nota ad eum Iuſtini locum dicitur Curtius idem ſcripſiſſe de Arabia: nempe decepit Virum Optimum corruptum, ſeu mavis correctum à Modio exemplar. Nec enim dubium eſſe poteſt, quin id dixerit Curtius de terra interamna, fluminibus Tigri & Euphrate intercepta, quod Arabiæ certe non congruit.

Propter venas] Si hoc communi ſignificatu accipias, aptior certe eſt lectio Aldinorum & alionum Vett. Codd. approbante etiam Cl. Barthio 52. 16. Adverſar. *per venas*. Sed nempe aliud latet. *propter* hic ſignificat idem quod *juxta* ſive *prope*. Sic igitur diſtinguendum, legendumque: *toto ſolo propter, venis aquarum reſudante*. Freinsh.

13 *Divortio iter*] Eodem enim fonte ſcaturientes poſtea divortium faciunt, quod nemo poteſt, niſi qui antea una fuerunt. Divortium eſt intervallum amnium profluentium. *Salluſtius*, inquit Servius ad Æn. 3. *certiſſimus auctor aſſerit, Tigrim & Euphratem uno fonte manare in Armenia, qui per diverſa euntes longius dividantur ſpatio medio relicto multorum millium, qua tamen terra aqua ab ipſis alluitur, Meſopotamia dicitur* [Hoc non exſtat in Servio, ſed Sen. nat. quæſt. 7. 8.] Diverſis tamen fon-

re, percurrunt. duo millia & D ſtadia emenſi ſunt, qui ampliſſimum intervallum circa Armeniæ montes notaverunt. Iidem quum Mediæ & Gordianorum 14
terras ſecare cœperunt, paulatim in arctius coëunt, & quo longius manant, hoc anguſtius inter ſe ſpatium terræ relinquunt. Vicini maxime ſunt his cam- 15
pis, quos incolæ *Meſopotamiam* adpellant; mediam namque ab utroque latere concludunt. Iidem per Babyloniorum fines in Rubrum mare prorumpunt. Alexander quartis caſtris ad Mennim urbem perve- 16
nit.

NOTÆ.

fontibus naſci plerique alii tradidere. Solinus c.40. Euſtath. ad Dionyſ. verſ. 985. *Fontes autem horum duorum fluminum aiunt inter ſe diſtare* 1500. *ſtadiis.* Raderus.

Duo millia] Ex modo relato Euſtathii loco, emendari Curtianum hunc volebat Raderus, ut pro 2500 ſtadiis 1500 reſcriberentur. Sed videntur conciliari poſſe ſcriptores hi, cum Euſtath. loquatur de diſtantia fontium, Curtius de divortio ipſorum fluminum, qua longiſſime invicem diſcedunt. *Freinsh.*

14 *Media & Gordianorum*] Tigris & Euphrates Mediam nuſquam attingunt, tantum abeſt ut ſecent. Ergo pro *Media* legam *Armenia*, & pro *Gordianorum, Gordiæorum*. Neque id temere, ſi quidem præcipuos in Geographicis viros audire voluerimus. *Glareanus.* Sic equidem credebam animo, recte ſentire Glareanum, & ipſe jam vocem *Media* mutaram in *mediæ terræ*, nempe Gordiæorum. Sed cum locum diligentius inſpicerem, & revolverem auctores, diſpiceremque; falli Glareanum deprehendi, qui nuſquam ab Euphrate & Tigri Mediam attingi putat. Diodorum audiat, qui 2.11. ita tradit: *Poſt Nilum & Gangem, totius prope Aſiæ nobiliſſimi amnes ſunt Euphrates & Tigris, ac fontes ſuos habent ex Armenia montibus: diſtantque à ſe invicem ſtadia* 1500. *Ac per Mediam Parataceneamque delati, Meſopotamiam ingrediuntur.* Rader.

15 *Vicini maxime ſunt his campis*] Ita lege, ſcribe, doce; non ut Modius, *vicina*, nam de amnibus agitur, & perpetuatur oratio, ut vere notavit Acidalius. *Raderus.* Sed & quod ſequitur, *campis*, perperam mutarunt quidam in *campi*. ſenſus eſt, amnes hos poſtquam diu in diverſum ierint, ſenſim deinceps jungi, ſed in Meſopotamiæ campis (ſextus enim caſus eſt) maxime ſibi vicinos eſſe: *Tandem* (ſic putem mox legendum, non *Iidem*, ut putabant Acidal. & Rad. minus etiamnum *Eadem*, ut ceteri) *per Babyl. fines in rubrum mare prorumpere.* Freinsh.

Meſopotamiam] Eſt autem Meſopotamia Græcum nomen, quo illi appellarunt iſtam regionem: ſive ab ipſis incolis vocabulo idem ſignificante vocatam: ſive alio quocunque Alexander Imp. Latina voce reddidit, apud Lamprid. c. 56. *Terras Interamnas.* Fuit & *Interamna* civitas Italiæ, ſimili de cauſa ſic nominata. *Freinsh.*

Mediam] *Media* hic adjectio eſt: ut intelligatur terra hiſce incluſa fluminibus. *Glarean.*

16 *Ad Mennim*] Alii *Memnium*, Modii editio *Mennin.* leg. *Memnonis urbem*, vel *Memniam* [forte *Memnoniam*] *urbem.* ut Strabo lib. 17. *Locen.* Strabo tamen in hac orbis parte collocat, ubi tum Alexander egit. Quæ cauſa eſt cur nec Ortelio adſentiar, legenti, *Memnonium.* Putes autem, *cavernam* quam urbi illi tribuit Curtius, adſcribere Plutarch. c. 64. *Ecbatanis.* Niſi forte

nit. Caverna ibi eſt, ex qua fons ingentem vim bituminis effundit, adeo ut ſatis conſtet, Babylonios muros ingentis operis hujus fontis bitumine interli-
17 tos eſſe. Ceterum, Babylonem procedenti Alexandro Mazæus, qui ex acie in urbem eam confugerat; cum adultis liberis ſupplex occurrit, urbem ſeque dedens. Gratus adventus ejus fuit regi. quippe ma-
18 gni operis futura erat obſidio tam munitæ urbis. Ad hoc vir illuſtris, & manu promptus, famaque etiam proximo prælio celebris, & ceteros ad deditionem ſui incitaturus exemplo videbatur. Igitur hunc qui-
19 dem benigne cum liberis excepit : ceterum *quadrato agmine*, quod ipſe ducebat, *velut in aciem irent*, *ingredi* ſuos jubet. Magna pars Babyloniorum conſti-

NOTÆ.

te ibi legendum *Batanis*. hoc enim nomine locum juxta Euphratem adgnoſcit Stephanus. quanquam & duplicia *Ecbatana* probat, altera Mediæ, quorum hæc quidem huc non pertinere conſtat : de illis etiam merito non creditur, cum in Syria collocet. Vide ipſum in Ἀγβάτανα. Interim ſciendum eſt, non de eadem utrumque caverna loqui. Plutarchus enim de caverna narrat, ubi *naphtha* naſcatur : Curtius, ubi *bitumen*. non idem autem utrumque ; præterquam quod expreſſe tradit Plutarch. *naphtham ſimilem eſſe bitumini*. ex eo poteſt intelligi, quod bitumen id adhibitum fuerit ſolidandis Babyloniorum mœnibus, ad quod naphtha, cujus natura eſt, ut facillime flammam rapiat, ineptiſſima fuiſſet. Bitumen autem illud non uno certo loco, ſed *illis locis paſſim exæſtuare*, Iuſt. 1. 2. tradit. *Freinsh.*

17 *In urbem*] Deditam Alexandro fuiſſe Babylonem conſentiunt Plut. Alex. cap. 64. Arrian. 3. 3. & Diodor. 17. 64.

Cum adultis liberis] Vetuſtiores, *cum liberis ejus*. id *ejus* nuper ejecerunt. quod nollet factum ſcriptor Adverſ. 52. 16. qui corruptam eam vocem autumat potius, quam ſpuriam. Sicque tentat, *cum lib. geminis*. Sed pace Viri doctiſſimi, nimis abit hæc lectio à veſtigiis ſcripturæ, ſed & ipſa phraſis eſt horridula. Ego potius nihil mutem, aut leviter : *cum liberis ſuis*.

18 *Et ceteros ad deditionem ſui incitaturus exemplo videbatur*] Non poteſt non eſſe grata imperatori ſpontanea deditio munitarum urbium & fortium hoſtium. Vnde & illorum deditionem primo tentare ſolent, qua obtenta de minus munitis & infirmis facile eſt negotium. Minores enim & imbecilliores majorum fortunam plerumque ſequuntur. Thucydides lib. 2. de Athenienſibus : *Firmiſſimos quoſque in ſuas partes alliciebant : ut valentiorum in primis potentia circumciſa, reliquos, quos poſtremos reliquerant, oppreſſu faciliores haberent*.

19 *Quadrato agmine*] Sic fieri ſolet, ubi metus periculi. Marii quoque circumſpectam diligentiam in itinere faciendo, commendat Saluſt. Iugurth. cap. 45. Livius 24. 35. 7. *agmine ad omnes caſus compoſito ibat*.

In

ſtiterat in muris, avida cognoſcendi novum regem: plures obviam egreſſi ſunt. Inter quos Bagophanes arcis & regiæ pecuniæ cuſtos, ne ſtudio à Mazæo vinceretur, totum iter floribus coronisque conſtraverat; argenteis altaribus utroque latere diſpoſitis, quæ non thure modo, ſed omnibus odoribus cumulaverat. Eum dona ſequebantur, greges pecorum equo-

20 21

NOTÆ.

In muris] Plinius Panegyr. *Non ætas quenquam, non valetudo, non ſexus retardavit, quo minus oculos inſolito ſpectaculo impleret. Te parvuli noſcere, oſtentare juvenes, mirati ſenes*, &c.

20 *Et regia pecuniæ cuſtos*] Habebant enim Perſarum reges in ſingulis provinciis Ærarium Ærariique præfectos. Et ita Curtius, &c. Extat Darii epiſtola apud Ioſeph. 11. 4. qua ſumptus ad templi Hieroſolymitani conſtructionem, ἐκ τῶ βασιλικῶ Γαζοφυλακίου τῶ φόρων τῆς Σαμαρείας, *ex regio ærario tributorum Samariæ*, ſuppeditari mandat. Sic & Eſdræ c. 7. ab Artaxerxe edictum ad omnes qui theſauris ſuis, trans flumen, præpoſiti erant, emiſſum, ut quidquid ab eis Eſdras poſtulaſſet, illico præſtaretur. Pecuniæ ergo, quæ theſauris inferebantur. Cuſtodes habebant, qui Γαζοφύλακες vocantur à Ioſepho, & Γαζοφυλακοῦντες à Diod. Sic. lib. 17. *Briſſon.*

Ne ſtudio à Mazæo vinceretur, &c.] Tacit. 3. Hiſt. *Devicti novo obſequio ad cuncta munia ac res*: ut animos fidemque probent victori aut probare videantur, & mite imperium experiantur. Salluſt. bello Iugurth. *Commeatus ſpe amplior: quia Numida, ſicut plerique in nova deditione, officia intenderant.* Loc.

Floribus coronisque] Perſis mos erat, floribus & odoribus vias, quibus Rex incedebat, ſternere. Herodot. 7. 54. de ponte quo Xerxes Helleſpontum continenti junxit; *omnis generis odores in pontibus congerentes, ac myrto iter conſternentes.* Sed & pro lætitiæ publicæ argumento coronis & floribus vias ſtratas fuiſſe, Herodot. 9. 99. oſtendit. Nam cum nuncius Suſa de captis ab Xerxe Athenis eſſet allatus: *Ades*, inquit, *nuncius relictos ibi Perſas affecit, ut vias omnes myrto ſternerent, odoreſque vicatim incenderent.* Briſſon. lib. 2. Eundem morem aliis quoque gentibus fuiſſe apparet ex Caſaubono in Sueton. Calig. 13. Porro reperies etiam, viam nonnunquam *croco*; ut in fragm. Salluſtii 2. 2. alias *auroſa arena*, quin & ab Heliogabalo *ſcobe auri atque argenti* fuiſſe ſtratam. *Freinsh.*

Argenteis altaribus] Fœdæ ſed veteris adulationis morem primus, quod ſciam, Lipſius adnotavit ad Tac. H. 2. 70. ex Iuſtino 24. 3. Val. Max. Sueton. Calig. 13. Quibus addit Caſaubonus Ciceron. in Verrem 4. 35. ex quo probe colligit, honorem eum diis ſuis primitus habuiſſe homines, cum imagines eorum transferrentur: poſtea tranſlatum ad principes oſtendit. Animadverti etiam hic & ſuperiore libro, altaria ea fuiſſe *argentea*. quod non puto temere factum. nam ſi precium metalli ſpectarent, ex auro facerent. forte igitur color hic placuit. ut in equis ferris, atque veſtibus.

Thure] Thure enim Perſas diis ſuis ſacrificaſſe ex Sidonii Carm. 2. 88.

Fudit thuriferis carchefia cernuus aris:

& hoc Curtii loco clarum eſt. quod tamen Briſſon. ſe legiſſe non meminit, lib. 2. de reg. Perſarum. *Savare.*

21 *Dona*] Apud veteres Perſas moris fuit, ut Regem abſque munere adiret nullus: ac vel tenuiorum munuſcula, & quæcunque pro viribus offerebantur, à Rege ſumma facilitate & hu-

equorumque, leones quoque & pardales caveis præ-
22 ferebantur. Magi deinde ſuo more patrium carmen canentes. Poſt hos Chaldæi, Babyloniorumque non vates modo, ſed etiam artifices cum fidibus ſui generis ibant. Laudes ii regum canere ſoliti: Chaldæi ſiderum motus & ſtatas temporum vices oſten-
23 dere. Equites deinde Babylonii, * ſuo atque equorum cultu ad luxuriam magis, quam ad magnificentiam exacto, ultimi ibant. Rex, armatis ſtipatus, *oppidanorum turbam poſt ultimos pedites ire* juſſit:

INTERPRETATIO.

2 *Hominum atque equorum ornatu, non tantùm ad ſplendorem, ſed etiam ad luxum facto.*

NOTÆ.

humanitate excipi conſueverant. Iſque mos apud Parthos poſt Perſas devictos manſit. Regi ergo iter facienti pro ſe quiſque omnes munera ferebant. Item primitias eorum quæ tellus ferret gignerentque, dono dabant: taliaque Regi Perſidem peragranti à ſingulis, quorum fines pertranſiret, apponebantur. *Briſſonius.*

Leones] Inter regia munera hæc quoque cenſa. Adnotavit Marcellin. Chron. in anno Chr. 496. *India Anaſtaſio Principi Elephantem, quem Plautus poëta noſter Lucam bovem nomine dicit, duoſque Camelo pardalos pro munere miſit.* Feras enim & olim & hodie nimis adamarunt magnates. Philoſtrat. in Apollon. 2. 23. narrat, Regem Babylonium in hortis aluiſſe leones, urſos, pantheraſque ad venationem. idque moris etiam veteribus Medis fuiſſe diſcimus ex Xenophonte *παιδ.* l. 1. *Freinsh.*

22 *Canentes*] Vt ſupra, 3. 3. Vnde colligas, ſolenne hoc ipſis fuiſſe in omni inſigniore pompa. Carmen autem eorum ad deorum laudes pertinuiſſe arbitror. & quia inter eos jam haberi volebat Alexander, per metum & adulationem ad ipſum quoque tranſtulerant. *Idem.*

Chaldæi] Strabo lib. 16. notat, duplicem intellectum eſſe hujus nominis. nam & populum eſſe Babyloniæ, ſic appellatum; & Sectam. Quod certum eſt evenifſe ex eo, quod cum eſſent illi populi deditiſſimi Aſtrologiæ, in eorum quaſi nomen adoptarentur, qui eadem ſtudia tractarent. Idem accidit in aliis, ut *Indæi*, *Hellenes*, ſive *Græci*, *Nazoræi*, *Samaritani*, *Turcæ*, *Picardi*, *Wallenſes*, &c. vocentur, qui inſtitutum cujuſque eorum approbant. *Magi*, qui Magorum diſciplinam exercent. *Mauri*, qui fuſco colore ſunt. *Ægyptii*, qui variis præſtigiis victum expedientes paſſim circulantur. iidem à Gallis etiam *Bohemi*, *Scythæ*. & *Peuſſinii* apud Athen. pro lictoribus, ut notat Salmaſius in Solin. cap. 40. pag. 827. ut apud Roman. *Bruttii*, *Helotæ*, pro ſervis, apud Lacedæm. apud Latin. *Syri*, *Getæ*, *Sardi*. *Samnites*, gladiatorum genus: *Tarentini* & *Scythæ*, equitum. *Atellani*, comœdorum. Sic eſt & in animalibus, arborumque fœtibus, atque mercimoniis, ut appellentur ab ea regione, unde prima cujuſque origo in alias tranſiit. *Indos* pro fœtoribus elephantorum accipi, fœtaſſis haud cuivis notum eſt. Sic non venit peculiaris aliqua natio, ſed ſectæ cujuſdam conſortium. *Freinshemius.*

23 *Ipſe*

Digitized by Google

sit: Ipse cum curru urbem, ac deinde regiam intravit. Postero die supellectilem Darii, & omnem pecuniam recognovit. Ceterum, ipsius urbis pulchri- 24
tudo ac vetustas, non regis modo, sed etiam omnium oculos in semet haud immerito convertit. Semiramis eam condiderat; vel, ut plerique credidere, Belus, cujus regia ostenditur. Murus instruc- 25
tus laterculo coctili, bitumine interlitus, spatium

XXX

NOTÆ.

23 *Ipse cum curru*] More triumphantis supra, 4. 2. 1.

Postero die supellectilem] Iust. 11. 14. 34. *continuis diebus prædam recognoscit.* totidem Oros. 3. 17. ponit: alii 40. Curtius mox 5. 1. 34. *dies* in urbe moratum scribit.

24 *Ceterum, ipsius urbis*] Philostratus Apollon. 1. 18. *Regia etiam ære adoperta fulgent: thalami vero & conclavia virorum, porticus atque atria cum argenteis, tum etiam aureis texturis, atque ipso auro tanquam picturis nitent, &c.* Herodotus 1. 178. ἐκόσμηντο δὲ οὕτως ἐπὶ πλέον ἄλλο πόλισμα τῶν ἡμεῖς ἴδμεν· ornata est, ut nulla alia urbs, quam nos noverimus.

Semiramis] Tres Babylonis conditores nominant tam sacræ, quam profanæ literæ. De Nimrodo testatur Moses Genes. 10. 10. quod initium regni ejus fuerit Babylon. Semiramidem conditricem Babylonis jactitant Herodot. 1. 184. Diod. 2. 7. Strab. lib. 16. Daniel vero, cap. 4. introducit Nabuchodonosorem gloriantem: *Nonne hæc est Babylon magna, quam ædificavi?* Ceterum Berosus Annianus Semiramidi non adscribit nisi ampliationem urbis, & Pererius Nabuchodonosori restitutionem. Plerumque enim nomen Autoris non soli primo fundatori, sed & restauratori & innovatori attribuitur. Tribuit quidem Curtius Babylonis ædificationem Belo: sed eum à Nimrodo non distinguunt Euseb. in pr. Chron. Hieron. in cap. 2. Ose. Augustin. de Civ. Dei 16. 17. *Arnisæus.* Sed Herodot. 1. 184. inique à Stephano reprehensus, rectissime tradit, Babyloniam à multis Assyriorum regibus conditam fuisse paulatim. Unde Ammian. 23. 20. *mœnia quidem urbis à Semiramide constructa fuisse* ait: *arcem autem ab antiquissimo rege Belo.* Freinsh.

Regia] Duæ regiæ erant, de quibus Philostr. 1. 18. Sed longe clarius Diodorus 2. 8. *Regias etiam duas ex utraque pontis regione ad fluvium ædificavit, &c.* Raderus. Templum Beli Plin. 6. 26. suo tempore *adhuc durasse* scribit. Nam à Nabuchodonosore conditum auctor est Berosus lib. 3. à Xerxe dirutum Alexander instaurari jussit.

25 *Murus instructus laterculo*] Hunc inter firmissimos omnis ævi primo loco nominat Seneca de Constant. Sap. 6. 6. Nam & inter septem mundi θαύματα secundum obtinebat gradum, apud Nicetam. Hyginus fab. 223. *latere cocto & sulfure vinctum* fuisse scripsit, fortasse, quia teste Plin. 35. 15. *Sulphuris & bituminis vicina est natura.* Eustathius ad Dion. vers. 1005. novam ex aliorum opinione sententiam profert, interprete Radero: *Babylon sacra urbs muro aheneo circumdata, ut quorundam est sententia, &c.* Ceterum, quod ad Babylonem attinet, cum urbs centum habuerit portas, & fores aheneæ essent omnes, quales Virgilius de Carthaginensis ædis, quam Dido moliebatur, cardinibus cecinit Æneid. 1. 450. Ita, reor, à parte mœnium, portarum, inquam, nonnulli tota mœnia ærea dixere. *Raderus.* Eorum sen-

ten-

xxx & duorum pedum latitudinem amplectitur: quadrigæ inter se occurrentes sine periculo commeare
26 dicuntur. Altitudo muri C cubitorum eminet spatio: turres denis pedibus quam murus altiores sunt. Totius operis ambitus CCCLXVIII stadia complectitur: singulorum stadiorum structuram singulis diebus perfectam esse memoriæ proditum est. Ædificia non

NOTÆ.

tentia, quæ ænea credidit Babylonis mœnia, forte exinde nata est, quod cum ænea monumenta haberentur pro perennibus, atque aliqua ære exstructa essent, ut templi fores apud Ioseph. de bel. Iud. 6. 6. firmissimi quique muri ænei sunt appellati. Hinc est illud Horatii epist. 1. 1.

——— *hic murus aheneus esto,*
Nil conscire sibi.

De *quadrigis* præter ceteros & Propert. 3. 9. Tzetzes Chil. 9. 275. Epigr. Græc. 1. 54.

Καὶ κραταὶς Βαβυλῶνος ὁπὶ δρόμον ἅρμασι τεῖχος.

Et robusta Babylonis murus, curruum decursibus aptus.

Latitudinem amplectitur] Forte *in lat. amplect.* Vt hic sit ordo verborum, *Murus amplectitur spacium* 32. *pedum in lat.* Quomodo fere Livius 37. 31. de Phocæa: *In sinu maris intimo posita hæc urbs est, oblonga forma: duum millium & quingentorum passuum spacium murus amplectitur.* Freinsh.

26 C *cubitorum eminet*] Alii habebant 2 *cubit.* in quam altitudinem cum omnes consentire dicit Raderus, refellitur statim ab omnium præcipuo Herodot. 1. 178. qui eis altitudinem CC *cubitorum regiorum* tribuit. Sed Oros. 2. 6. CC *cubitos* numerat.

Pedibus] *Cubitis* legebat Brisson. lib. 1. ubi describit hanc Vrbem ex auctoritate Strabonis. atque idem etiam tentat apud Plinium 6. 26. 368. *stadia.* Eundem Brisson. etiam, de ambitu ejus Vrbis disceptantem, adi. Tzetzem ex Chil. 9. 275. adscribam: *Omnis autem circuitus fuit Babylonis stadiorum* 360. *Ctesia. Secundum vero Clitarchum ipsum, & eum qui post Alexandrum* (immo *eos qui cum Alex.*) *& secundum Died. ipsum Siculum, trecentorum sexaginta & quinque stadiorum. Cecianus autem Cassius Dion, scripturis Latinis quadringentorum scripsit hanc stadiorum esse. Herodotus autem historicus in Musis novem, & Philostratus ipse in vita Tyanei, stadiorum octuaginta cum quadringentis. Altitudo quinquaginta passuum, murorum, juxta Ctesiam, aliis quinquaginta cubitorum.* Videtur autem Ctesias Tzetzæ veriora describere, quam alii: saltem in iis, quæ scripsit de Babylone. Trecentorum enim ipse sexaginta stadiorum omnem illius perimetrum esse describit. Alii autem augent plus, &c.

Singulis diebus] Non adsentior Brissonio, *hæc verba indicare, numerum stadiorum, dierum, quibus annus constat, numerum æquasse.* quasi necessario hæc verba vertentem annum arguant, & plures paucioresve anno dies cum ratione *singuli* dici non possint? Certe non hoc adspectu adjecit hæc verba Curtius, sed ut doceret, quanto studio atque ardore operi tum institerint, quicumque tandem eos muros eduxerunt. Ita Berosus lib. 3. apud Euseb. indicat, opera Nabuchodonosori, quamquam magna & excellentia, intra 15. dies fuisse perfecta. & Livius 28. 45. Scipionem naves fabricantem *ita institisse operi, ut die* 45. *quam ex silvis detracta materia erat, navis instructa armataque in aquam deducta sint.* Scribit tamen Clitarchus apud Diodor. 2. 7. ambitum urbis continuisse 365. *stadia*

non ſunt admota muris, ſed fere ſpatium unius jugeris abſunt. Ac ne totam quidem urbem tectis oc- 27
cupaverunt; per xc ſtadia habitatur; nec omnia
continua ſunt: credo, quia tutius viſum eſt, plu-
ribus locis ſpargi. cetera ferunt coluntque, ut ſi ex-
terna vis ingruat, obſeſſis alimenta ex ipſius urbis
ſolo ſubminiſtrentur. Euphrates interfluit, magnæ- 28
que molis crepidinibus coërcetur. Sed [a] omnium ope-
rum magnitudinem circumveniunt cavernæ ingentes,
in altitudinem preſſæ ad accipiendum impetum flu-
minis; quod ubi adpoſitæ crepidinis faſtigium exceſ-
ſit, [b] urbis tecta corriperet, niſi eſſent ſpecus lacuſ-
que, qui exciperent. Coctili laterculo ſtructi ſunt, 29
totum opus bitumine [c] adſtringitur. Pons lapideus,
flumini impoſitus, jungit urbem. hic quoque inter
mi-

INTERPRETATIO.

a *Ingentia hæc opera ambiunt magnæ ſpecus in* ſummam *profunditatem depreſſæ, ad excipiendum flumen exundans.*

b *Vrbis domos* eluvione *everteret.*

c *Agglutinatur.*

NOTÆ.

dia, quod anni dies ſtadiorum numero æquare ſtuduiſſet Semiramis. Sed Curtium eo collimaſſe non putem. A quo valde diverſum tradit Tzetzes, non uno die ſingula ſtadia fuiſſe perfecta, & omnia uno anno. *Vt celerius opus conſummaretur, cuilibet ex amicis ſtadium, cum impenſis ad id neceſſariis, attribuit, & anni ſpatio negotium peragere juſſit.* Idem.

Vnius jugeris] Diodor. 2. 7. *Inter domicilia & mœnia via relicta erat duorum jugerum.*

27 *Habitatur*] Melius ita quam ſecundum alios *habitabatur:* quamquam id ante habeat Acidalius. Sic & mox in præſenti loqui pergit: *Cetera ferunt coluntque.*

Tutius] Propter incendia. Tacitus Germ. *Vicos locant, non in noſtrum morem, connexis & cohærentibus ædificiis: ſuam quiſque domum ſpacio circumdat, ſive adverſus caſus ignis remedium, ſive inſcitia ædificandi.*

Cetera ferunt coluntque] Id ab initio ſic inſtitutum vult Curtius: poſtea ampliavit occaſio. Diodor. 2. 9. *Babylonis exigua quædam portio nunc habitatur maximaque intra mœnia pars agrorum cultui eſt expoſita.* Accidit id poſt Seleuciam conditam, à qua valde exhauſtam eſſe Babylonem, hominibus illuc commigrantibus, tradit Plin. 6. 26. & Strabo lib. 16. *Freinsh.*

Obſeſſis alimenta ex ipſius urbis, &c.] Quum Cyrus obſidione cingens Babylonem fame debellare tentaſſet, quam armis deſperabat, incolæ ejus obſidionem ludibrio habebant: quod commeatus major quam in viginti annos ſuppeteret; ut ſcribunt Herodotus l. 1. & lib. 7. Inſt. Cyri. Quamvis autem hic tantus commeatus procul dubio non omnis ex ſolo urbano collectus,

mirabilia Orientis opera numeratus eſt : quippe Euphrates altum limum vehit , quo penitus ad fundamenta jacienda egeſto , [a] vix ſufficiendo ope-
30 ri firmum reperiunt ſolum. arenæ autem ſubinde cumulatæ, & ſaxis, quibus pons ſuſtinetur adnexæ, morantur amnem; qui retentus [b] acrius , quam ſi
31 libero curſu mearet, inliditur. Arcem quoque ambitu xx ſtadia complexam habet. xxx pedes in turrium fundamenta demiſſa ſunt : ad Lxxx ſummum

INTERPRETATIO.

a *Vix ad fundamenta ſuſtinenda ſtabilem humum inveniant.*
b *Violentius incurrit* in pontem, *quam ſi &c.*

NOTÆ.

ſed ex aliis locis adveſtus ſit, domeſtici tamen ſoli fœcunditatem, eum non parum adjuviſſe veriſimile eſt. Sane urbi ac reipubl. quidem admodum utile eſt, præſertim tempore belli ac obſidionis , ſi intra mœnia ſata & agros habeat; amplitudo tamen civitatis ſpacioſior æquo , & gentem potius quam civitatem referens , ſe tota commode uti, ſibi ſufficere , & nota promptaque eſſe nequit. Vnde factum,ut quum Babylon à Cyro capta eſſet,quædam civitatis pars , non niſi poſt triduum illud reſciſceret, teſte Ariſt. 3. Pol.3. Simile quid Livius de Syracuſis à Marcello captis ſcribit lib.25. *In vaſta magnitudinis urbe partium ſenſus non ſatis pertingit.* Hinc Plato lib. 4. de Republ. & Ariſt.7.Polit.4.& 9.Eth. 10.requirunt in bene conſtituta civitate , juſtam civium multitudinem , quæ ſit ad vitæ commoditatem apta , rerum neceſſariarum copia ſtructa , quæ commode regi,ſeipſam noſcere, ſe tota uti, & ſibi ſuiſque ſuccurrere poſſit. *Loccen.*

29 *Sufficiendo*] Al. *fulciendo*. ex utriſque conjiciebat Bongarſ. *ſuffulciendo* ; non male : nec tamen præferam vulgato. *Freinsh.*

Reperiunt] Non recte vir doctus *reperirunt*,ut reſtringat eam rem ad tempus eorum qui pontem exſtruxerunt. Sed videlicet fluminis naturam oſtendit Curtius , ut inde augeat admirationem operis. Cum Euphratis ea conditio ſit , ut altiſſimum limum vehens, ubicumque aliquid inædificare velis, vix firmum præbeat ſolum;tamen immenſi operis pontem ibi fecerunt. Hoc inquam,miratur,inſanam ædificii molem in ſolo non ſatis fido. Oſtendit eam fluminis naturam Strabo lib. 16. Ad foſſas juxta Euphratem faciendas *opera multa opus eſt. Nam cum terra profunda ſit, & mollis,at facile cedat : nullo negotio ab aquis abripitur, & campos nudat, ac limus foſſas implet, eorumque ora obſtruit,&c.*

31 xx *ſtadia*] Ambitus autem tetragonos,ita ut ſingula ambitus latera, tria continerent plethra, hoc eſt , 300 pedes ; adeoque quatuor latera efficiebant pedum 12000. qui numerus iſte 20 ſtadia explet.unum quippe ſtadium pedibus 600 definitur, & plethrum unum pedibus 100. ſed alii quatuor plethra uni lateri aſſignant ; ita, ut 16000 pedum arcis ambitus contineat. Si Curtius 100 pedes ſtadio tribuit , ſalvare res. Nec idem plethron quod jugerum; illud Græcum 100 pedes continet: hoc,qua longum,240.qua latum,120. quod qui non obſervarunt , procul à vero repulſi ſunt. *Rodenus.* Erant duæ arces.Quarum quæ hic deſcribitur,non putem fuiſſe Beli regiam , ſed aliam, à

Se-

mum munimenti faſtigium pervenit. Super arce vul- 32
gatum Græcorum fabulis miraculum, penſiles horti ſunt; ſummam murorum altitudinem æquantes, multarumque arborum umbra & proceritate amœni. Saxo pilæ, quæ totum onus ſuſtinent, inſtructæ 33
ſunt: ſuper pilas lapide quadrato ſolum ſtratum eſt, [a] patiens terræ, quam altam injiciunt; & humoris, quo rigant terras: adeoque validas arbores ſuſtinent moles, ut ſtipites earum VIII cubitorum ſpatium craſſitudine æquent, in L pedum altitudinem emineant, & frugiferæ ſint, [b] ut ſi terra ſua alerentur. Et quum vetuſtas non opera ſolum manu fa- 43
cta;

INTERPRETATIO.

a *Idoneum ferendæ terræ, & aquæ &c.*
b *Quaſi nativo in ſolo conſita eſſent.*

NOTÆ.

Semiramide vel regum aliquo recentiore conſtructam, immo à Nabuchodonoſore, ut efferre in promptu eſt, indicium deferente Ioſepho 10. 11. & Beroſo lib. 3. apud Euſeb. qui & à Ioſepho citatur. *Freinsh.*

32 *Penſiles horti ſunt*] Et hi inter 7. mira à Lactantio habentur, 3. 13. Patebant in ſingula latera quatuor jugera: acceſſus vero montoſus erat, habebatque extructiones alias ex aliis aptas, ita ut theatri aſpectum referrent: ſed extructis autem aſcenſibus ædificatæ erant teſtudines, ſuſtinentes totum viridarii pondus, ſeque invicem ſenſim paululum exſuperantes acceſſu. Fornici autem ſupremo, cujus altitudo erat 50 cubitorum, impoſita erat ſuprema hortorum ſuperficies, ambitui propugnaculorum adæquata. Deinde muri ſumptuoſe firmati & ſtabiliti craſſitudinem habebant pedum 22. Egreſſus autem quilibet latitudinem habebat 10 pedum. Culmina tegebantur lapideis trabibus, longitudine una cum epibolis pedum 16. latitudine vero 4. Tabulatum autem trabibus impoſitum, primo quidem ſubſtratum habebat calamum multo bitumine illitum, deinceps que laterem coctum duplicem gypſo colligatum, tertio ſuperinjectum erat tectum plumbeum, ne aggeris humor altius penetraret: ſuper hæc aggeſta erat terræ magna vis, quæ ſufficeret alendis maximarum arborum radicibus. Solum autem adæquatum & complanatum, plenum erat arborum omnis generis. Fornices, lumen excipientes, quod ſe mutuo excederent, habebant multas & varias Regum dictas: quarum una ſupremam ſuperficiem multis locis inciſam habebat, & machinas ad hauriendas aquas, quibus aquæ magna vis ex flumine ſurſum attollebatur, quod à nemine extero perſpici poterat. *Diodorus.* De hortis penſilibus & Strabo.

33 *Arbores*] Sic terminos cum veteribus conſtrue: *Moles ſuſtinent validæ arbores*: ſi pro *ſuſtinent*, malis *ſuſtinet* me non invito feceris. *Freinsh.*

34 *Et quum vetuſtas*, &c.] Seneca epiſt. 91. 15. *Omnia mortalium opera mortalitate damnata ſunt, & inter peritura vivimus.* Idem eadem epiſt. *Nihil privatim, nihil publice ſtabile eſt; tam hominum, quam urbium fata volvuntur.* Vtilis & neceſſaria meditatio adverſus

cta; [a] sed etiam ipsam naturam paulatim exedendo perimat: hæc moles, quæ tot arborum radicibus premitur, tantique nemoris pondere onerata est, inviolata durat. quippe XX lati parietes sustinent, undecim pedum intervallo distantes, ut procul visenti-
35 bus sylvæ montibus suis imminere videantur. Syriæ regem, Babylone regnantem, hoc opus esse molitum, memoriæ proditum est, amore conjugis victum: quæ desiderio nemorum sylvarumque in campestribus locis, virum compulit amœnitatem natu-
36 ræ genere hujus operis imitari. Diutius in hac urbe quam usquam constitit rex: nec ullus locus disciplinæ militari magis nocuit. Nihil urbis ejus corruptius moribus; nec ad inritandas inliciendasque immo-
37 dicas voluptates instructius. Liberos conjugesque cum hospi-

INTERPRETATIO.

a *Sed etiam ipsa naturæ* opera *sensim consumendo destruat.*

NOTÆ.

superbiam atq; cupiditatem cæcæ mortalitatis. Adde Flor. 1. 12. f. *Freinsh.*

35 *Syriæ regem*] Iosephus 10. 11. & Suidas, *Nabuchodonosorem* hortorum pensilium faciunt auctorem. Plin. 19. 5. *Cyrum* vel *Semiramidem.* cui & Eusthathius in Semiramide subscribit. *Rad. Syrum* etiam *regem*, nomine non edito, hortorum istorum exstructorem, refert Diodorus 2. 10. quem cum Curtio & Iosepho de Nabuchodonosore sentire, credit Rualdus animadverss. cap. 17. in vitas Plutarchi, post Brisson. lib. 1. de reg. Pers. Quibus auctoribus ingens accedit momentum ex consensu Berosi lib. 3. loco, quem Eusebius recitat, & Ioseph. 10. 11. *Freinsh.* Nullus omnino hic obex, si veteres consulamus. Hi enim *Syria* nomine eam quæ Cœle dicitur, & Mesopotamiam, & Damascum, & Adiabenen, & Babyloniam, & Iudæam, & Sophenem complexi sunt, ut ex Mela Plinioque manifestum est. Syriæ Regem pro Assyriæ, ac Assyriæ pro Babyloniæ vocavit. eodem modo quo in aliquot veteris fœderis locis fit, ut recte advertit Scaliger. *Blanck.*

Amore conjugis] *Concubinam* facit Diodor. 2. 10. εἰς χάριν γυναικὸς παλλακῆς, *in gratiam mulieris concubinæ*, Ioseph 10. 11. circa finem, simpliciter γυναῖκα vocat.

Desiderio nemorum] Celebratos illos pensiles hortos absolvit, eo quod uxor educata in Media concupisset quandam patriæ suæ similitudinem. *Ioseph.*

Amœnitatem naturæ, &c.] Alii: *naturæ genium amœnitate hujus operis imitari.* Venustius sane; sed in illam lectionem tot exemplaria conspirant, ut non possim, quin genuinam esse arbitrer. *Freinsh.*

36 *Disciplina militari*] Notum illud proverbii vice jactatum apud Florum 2. 6. 21. *Capuam Hannibali Cannæ fuisse.*

37 *Cum hospitibus*] Tertullianus autem in Apolog. cap. 39. commune hoc facit

hoſpitibus ſtupro coire, modo pretium flagitii detur, parentes maritique patiuntur. Convivales ludi tota Perſide regibus purpuratiſque cordi ſunt: Babylonii maxime in vinum, & quæ ebrietatem ſequuntur, effuſi ſunt. Feminarum, convivia ineuntium, 38
in principio modeſtus eſt habitus; dein ſumma quæque amicula exuunt, paulatimque pudorem profanant: ad ultimum (honos auribus ſit) ima corporum velamenta projiciunt. nec meretricum hoc dedecus eſt, ſed matronarum virginumque, [a] apud quas co-

INTERPRETATIO.

a *Inter quas urbanitatis loco eſt pudicitia proſtitutæ infamia.*

NOTÆ.

facit gentium crimen. *Omnia.* inquit, *indiſcreta ſunt apud nos, præter uxores. In iſto conſortium ſolvimus, in quo ſolo ceteri homines conſortium exercent, qui non amicorum ſolummodo matrimonia uſurpant, ſed & ſua amicis patientiſſime ſubminiſtrant; ex illa, credo majorum & ſapientiſſimorum diſciplina, Græci Socratis, & Romani Catonis, qui uxores ſuas amicis communicaverunt, quas in matrimonium duxerant liberorum cauſa & alibi creandorum. neſcio quidem an invitæ: quid enim de caſtitate curarent, quam mariti tam facile denaverant? O ſapientia Attica, & Romana gravitatis exemplum. Leno Philoſophus & Cenſor.* Vbi conſtat, eruditiſſimum ſcriptorem majori Catoni tribuere, quod Lucan. 2. 331. & alii, minori.

Regibus] Malebat Sebiſ. *regulis.* Sed illud antepono. Movit illum, credo, quod putaret, unum tantum fuiſſe Perſis regem, non plures ſimul. Hoc tamen nihil obſtat, quo minus de pluribus ſibi ſubinde ſuccedentibus Curtius accipiatur. Quin & nihil abſurditatis habuerit interpretari hæc de ævo Curtii, ut complura alia hoc capite. Ejus igitur ævo, quamquam unus cum ſuprema auctoritate eſſet, quem ideo *regem regum* vocatum fuiſſe apparet, multi tota Perſide fuerunt reges: latius ſumpto Perſidis vocabulo, ut fecit Euſebius, qui omnes circumvicinas provincias hac appellatione complectitur. In ea igitur numerata ſunt *regna duodeviginti*, tempore Plinii, apud ipſum 6. 25. Et ſane ſub ipſo Dario, quantum aberat ut præfecti ejus reges dicerentur? Ipſe ſupra, 4. 14. *Duces veſtros regum inſtar.* Freinsh.

38 *Pudorem*] Apud majores noſtros fœminæ ab illuſtriſſimo ſcriptore Romano honorificentiſſimum reportarunt teſtimonium: *Septa pudicitia agunt, nullis ſpectaculorum illecebris, nullis conviviorum irritationibus corrupta.* Tac. Germ. 19. 1.

Virginumque] Nihil video obſtare in re manifeſta, quin recipiam emendationem indubitatam Cl. Barthii, quam propoſuit Adverſ. 52. 16. cum antea legeretur, *virorumque, apud quos, &c.* Et ne quem moveat, *virginum* eum morem eſſe non poſſe, quin ſtatim indignæ ſint hac appellatione; notandum eſt, id verbi non ſemper integritatem adſpicere, ſed notare tantum puellas innuptas. adeo ut Juſtin. 1. 3. appellet *virgines*, quas modo *ſorta* vocaverat. Quin apud Virgil. Eclog. 6. 47. *Virgo* appellatur Paſiphae, quamvis nupta eſſet, & jam liberos enixa. quomodo & *puella* vocem non raro reperiri, alio loco notavimus. *Freinshemius.*

39 comitas habetur vulgati corporis vilitas. Inter hæc flagitia exercitus ille domitor Aſiæ per XXXIV dies ſaginatus, ad ea quæ ſequebantur diſcrimina haud dubie debilior futurus fuit, ſi hoſtem habuiſſet. Ceterum, quo minus damnum ſentiret, idemtidem in-
40 cremento novabatur. Namque Amyntas Andromenis ab Antipatro Macedonum peditum ſex millia ad-
41 duxit : D præterea ejuſdem generis equites. Cum his DC Thracas, adjunctis peditibus ſuæ gentis III millibus & D. & ex Peloponneſo mercenarius miles ad IV millia advenerat, cum CCCLXXX equitibus.
42 Idem Amyntas adduxerat L principum Macedoniæ liberos adultos ad cuſtodiam corporis, quippe inter epu-

NOTÆ.

Comitas] Minutius Felix Octavio; *Iſta enim impudicitia eorum forſitan ſacra ſint, apud quos ſexus omnis membris omnibus proſtat; apud quos tota impudicitia vocatur urbanitas.*

40 *Namque Amyntas Andromenis ab Antipatro*, &c.] Et Mſſ. Dan. ac Pal. & veteres quædam editiones volunt, *Andromeni*. Vidi antiquiſſimam editionem, ſine temporis, loci, aut typographi deſignatione, ſine ſupplementis vulgaribus, in qua erat : *Andromeni*. Ipſum nomen eſt *Andromenes*, ut *Eumenes*, *Anaximenes*. A talibus ejuſmodi genitivos formaſſe veteres notiſſimum eſt. Neque ex Terentio *Chremi*, *Arthonidi*, ex Virgilio *Achilli*, *Vlyſſi*, *Oronti*, tantopere memorabo, quam ex ipſo Cicerone, *Themiſtocli*, *Socrati*, *Ariſteli*, *Theophani*, *Arisbarzani*, ex Salluſtio & Tacito *Perſi*, omnia eodem gignendi caſu. Sic Iuſtinus l. 7. *nullus fortuna Candauli comparandus*. Pro *Candaulis*. quod non adſecutus eſt vir doctus, qui corrigit, *fortuna*. Gronovius.

Ejuſdem generis] *Genus* hic non familiam, aut cognationem ſonat, ſed totam gentem complectitur. Sic apud Salluſt. Cat. 39. 4. *Lentulus ſollicitabat*, &c. *neque ſolum cives, ſed cujuſque modi genus hominum, quod modo bello uſui foret.*

42 *Ad cuſtodiam corporis*] Haud tamen hi miſcendi cum aliis Somatophylacibus, Ptolemæo, Leonato, &c. Hi enim jampridem ex illo puerorum cenſu exempti, poſt magnarum rerum experimenta, in virtutis præmium inter majorum gentium Somatophylacas, ſive corporis cuſtodes, ut Curtius vocat, cooptati ſunt. Arrian. 6. 5. tradit, Alexandrum *Peuceſtam in corporis ſui cuſtodem adſcripſiſſe, quem quidem jam Perſidis ſatrapam conſtituere decreverat, ſed antequam illi ſatrapatum deferret, ne hac quidem honore fidei que teſtimonio carere eum voluit, ob eximium ejus operam apud Malios præſtitam. Fuiſſe autem illi tum temporis ſeptem corporis cuſtodes, Leonatum Antei, Hephæſionem Amyntoris, Lyſimachum Agathoclis, Ariſtonem Piſæi filium, hic Tellaei : Perdiccam Orontis ex Oreſtide, Ptolemæum Lagi & Pythonem Crateæ F. Eordenſes : Octavum vero iis acceſſiſſe Peuceſtam, qui Alexandrum ſcuto ſuo protexerat.* Vbi vides, in hac claſſe neminem fuiſſe præter ſummos amicorum. Illa autem numeroſior corporis cuſtodia, ut functionis plus habebat, ita longiſſime infra hanc dignitatem erat,

epulas hi ſunt regis miniſtri : iidemque equos inеunti prælium admovent, venantemque comitantur; [a] & vigiliarum vices ante cubiculi fores ſervant : [b] magnorumque præfectorum & ducum hæc incrementa ſunt & rudimenta. Igitur arci Babyloniæ, rex 43
Agathone præſidere juſſo, cum DCC Macedonum, trecentiſque mercede conductis; prætores, qui regioni Babyloniæ & civitati præeſſent, Menetem & Apollodorum reliquit. His duo millia peditum dat cum

INTERPRETATIO.

a *Per vices ante cubiculi oſtium vigilias agunt.*

b *Hæc* veluti *ſemina ſunt atque initia unde* exiſtunt *magni duces ac prætores.*

NOTÆ.

erat, immo hujus aliammque ſimilium *ſeminarium*, ut vocatur hic, & infra 8. 6. *Freinsh.*

43 *Prætores*] Στρατηγοὺς, ut vocat Diod. 17. 64. qui nimirum præeſſent militibus: ut Mazæus Satrapa provincialibus. Sic poſtea ſub Impp. Rom. quædam provinciæ ſimul præſidem atque ducem habuere. Aliud igitur eſt hoc loco *Prætor*, aliud *Satrapa*. Aliud etiam Φρούραρχος, quem male cum Στρατηγῷ confundit Interpres Arriani 3. 3. Vbi refert ſimiliter ordinatas Suſis res: *Abulite homine Perſa Satrapa Suſianis relicto, Mazaroque uno ex ſociis præfecto præſidii arcis, & Archelao Theodori F. conſtituto.* debuerat: *Maz. uno ex ſoc. præf. præſidii arcis, & Arch. Th. F. prætore conſtituto.* Iſti præſidiorum præfecti à prætoribus haud aliter differebant, quam in Galliis hodie arcium atque oppidorum à Rege conſtituti præfecti, à ducibus toti provinciæ præpoſitis. *Freinsh.*

Et civitati præeſſent] Nihil abſoni habet hæc *lectio*: ſed neſcio quomodo præplacet alia, *& Ciliciæ*; ſive, ut ex Diod. 17. 64. Bongarſius emendabat *ad Ciliciam*. Quid, ſi ſic legas, *qui regionibus à Babylonia ad Ciliciam præeſſent?* Ex qua abbreviatione uſitariſſima perfacile naſci potuit illud, *regioni Babyloniæ*. Sic enim ſane Diod. *Apollodoro Amphipolita, & Meneti Pellæo, Babyloniis & Satrapiarum ad Ciliciam uſque adminiſtrationem* (evidentius, *tutelam*) *commiſit.* Nec leve argumentum eſt, quod, tradente Arriano 3. 4. Alexander Theſſalis equitibus domum remiſſis, *Meneti per literas mandat, ut quum ad mare pervenerint, navibus in Euboeam tranſvehendos curet.* Quæ quidem res proprie ad Ciliciam ſpectat, ad Babyloniam neutiquam. Legimus quidem ſupra 4. 5. *Ciliciam Socrati traditam*: & apud Arrian. 2. 3. *Balacrum Nicanoris F. Ciliciæ Satrapam*: ſed interim multa potuerunt mutari. Potuit & ille Satrapa Ciliciæ manere, ſicut alias quoque regiones proprios habuiſſe Satrapas conſentaneum eſt; illi autem duo majus adhuc quoque in illo tractu imperium habuiſſe, ut Germanicus apud Tacit. 2. 43. Sed omnem omnino dubitationem præcidit Arrian. 3. 3. ubi diſertis verbis ὑπαρχον ſive *prætorem Syriæ & Ciliciæ*, vocat Menetem. Atque hanc diſpoſitionem etiam ſucceſſores ejus ſervaſſe apparet. *Idem.*

Menetem] Sic ſcribo cum Acidalio, à recto *Menes*. Clarum id ex Græcis, qui de hoc homine ſcripſerunt. Porro, tunc accidiſſe videri poteſt quod narrat Plin. 9. 8. de puero, in laſſo delphino vehi ſolito, quem poſtea *Alex.*

cum mille talentis : utrique præceptum, *ut in ſupple-*
44 *mentum milites legerent.* Mazæum transfugam Satra-
pia Babyloniæ donat; Bagophanem, qui arcem tra-
diderat, ſe ſequi juſſit : Armenia Mithreni Sardium
45 proditori data eſt. Ex pecunia deinde Babyloniæ
Macedonibus equitibus ſexceni denarii tributi; pe-
regrinus eques quingenos accepit : Ducenis pede-
ſtrium ſtipendium menſum eſt.

NOTÆ.

Magnus Babylone Neptuni ſacerdotio præfecit, amorem illum numinis propitii fuiſſe interpretatus. Quo tempore inter ſacerdotes Beli fuit Beroſus hiſtoricus, ut ex ipſius fragmento conſtat, quod apud Euſebium legitur.

45 *Ex pecunia deinde*] Numeravit Alex. ſub ſignis equitum 7000, peditum 40000, quando dimicavit cum Dario. Demus ergo, equitum Macedonum fuiſſe 3500. totidemque peregrinorum. Denarius decem aſſibus, unde & nomen accepit, permutabatur, hoc eſt, quatuor ſeſtertiis numis, ſive duobus victoriatis, quos barbari *barbios* dicunt. Erit ergo Denarius, ex primo Romanorum pretio, octo cruciferi. Singulis ergo Macedonibus, equo bellantibus, cedebant 80 aurei Germani, qui in 3500 ducti, efficiunt 280000: peregrinis 265, quæ in ſorte excreſcunt ad 17500 : ſumma equitibus data 45500, peditibus ſingulis viginti quinque aurei, qui in 40000 ducti, ſummam reddunt 1000000. tota ſumma equitibus & peditibus data, 1045000 aureorum fuit. Quantum vero auri è gazophylacio Babylonico exhauſerit ipſe rex, prodidit nemo. *Raderus.*

Stipendium] Non autem ſtipendium id fuit, ſed donum, ut ratio, & Diodor. 17. 64. docent. Accepit igitur hoc loco ſtipendium Curtius pro voluntaria largitione. an errore & inadvertentia quadam ſtipendium fecit, quod liberalitas erat? *Freinsh.*

CAP. II.

Militibus præmia proponit, ut iis otium excuteret. Suſianam urbem & regum Perſia theſauros recipit, & Siſygambin ſolatur.

1 HIs ita compoſitis, in regionem, quæ *Satra-*
pene vocatur, pervenit. fertilis terra, copia
2 rerum, & omni commeatu abundans. Ita-
que

NOTÆ.

1 *Satrapene*] Hanc etſi nec apud Marcianum, &c. nec quenquam alium legam : & Glareanus omnino *Sitacenem* (quam regionem plerique omnes laudant, & hic Diodor. 17.65. pro *Satrapene* ponit) reſcribendum vellit : *Satrapenen* tamen apud Polybium & Plutarchum in vita Luculli legi putant, quos *Satrapenes* appellat Plutarchus. cujus locum quem Ortelius laudat, nondum reperi. Polybius lib. 5. *Satrapeis* à Satrapene haud dubie. Eſt

Mo-

que diutius ibi ſubſtitit; ac ne deſides otio dimitterent animos, judices dedit, præmiaque propoſuit de virtute militari certantibus. Novem, qui fortiſſimi judicati eſſent, ſingulis militum millibus præfuturi erant; *Chiliarchas* vocabant; tum primum in hunc numerum copiis diſtributis: namque antea quingenariæ cohortes erant; nec 3

NOTÆ.

Mediæ regio, cujus cultores pro Tigrane contra Lucullum propugnarunt. Eadem regio *Sitacene*, recentioribus dicitur *Apolloniatis*, ut docet Strabo. De Satrapene nihil: niſi dicas legendum *Sagapenen*. de qua Strabo l. 16. & eſt in illa vicinia. Certe, quæ de copia rerum & abundanti commeatu affirmantur à Curtio in Satrapene, eadem de Sitacene Siculus narrat. Vel ergo iidem fuere Satrapeni & Sitaceni, vel Curtiana vertenda *Raderus*. Ego puto Diodori auctoritatem hac in re merito magni fieri à Glareano & Freinsh.

2 *Ac ne deſides otio dimitterent animos*] Non diu tenendus exercitus in amœnioribus aliiſque locis; aut exercitiis militaribus, foſſa ducenda, muniendis locis, aliiſve operibus occupandus eſt: ne deſides otio ſolvat animos, aut ex laſcivia tumultuetur. Hujus rei pulcrum etiam exemplum præbuit Scipio, dum Carthagine cum ſuo exercitu moratus eſt, de quo Livius lib. 26. *Primo die legiones in armis quatuor millium ſpatio decurrerunt, ſecundo die arma curare & tergere ante tentoria juſſit, tertio die ſudibus inter ſe in modum juſta pugna concurrerunt, prælatiſque miſſilibus jaculati ſunt. Quarto die quies data, quinto iterum in armis concurſum eſt. Hunc ordinem laboris quietiſque, quoad Carthagine moratus eſt, ſervavit. Remigio claſſici milites tranquillo in altum evecti, agilitatem navium ſimulacris navalis pugnæ experiebantur.* Fructum hujus rei addit: *Hæc extra urbem terra marique corpora ſimul animoſque ad bellum acuebant.* Tacitus de Corbulone 11 Annal. *Ne miles otium exercitaret, inter Moſam Rhenumque viginti trium millium ſpatio foſſam duxit.* Contra de Capuana quiete & otio exercitus Annibalis Liv. l. 23. *Somnus, vinum, epulæ, ſcortæ, balneæque Capuanæ ita enervarunt corpora animoſque, ut magis deinde præteritæ eos victoriæ, quam præſentes tutarentur vires; majuſque id peccatum ducis apud peritos rerum militarium haberetur, quam quod non ex Cannenſi acie protinus ad urbem Romam duxiſſet.* Loccen.

Præmiaque propoſuit] Multa Ageſilai inſtituta videtur æmulatus hic Alexander, inter quæ & iſtud. Nam & illum Xenophon, in oratione de laudibus ipſius poſt initium, tradit *propoſuiſſe turmis equeſtribus præmia, quæcunque ex iis equitandi artem optime teneret: itidemque pedeſtribus, quicunque corporibus eſſet egregie exercitatis.* Idem auctor de utroque Cyro tradit, eos præmiis propoſitis ſuos exciraſſe. *Freinsh.* Quod inſtitutum Romani ferio imitati.

3 *Novem*] Sic hercle retinui cum veteribus, & nota lacunæ quam expreſſit Aldus mox num. 5. Nihil vidi, quod perſuaderet rectius facere, qui olim hic repoſuerunt. *Freinsh.*

Quingenariæ] Alii male *quinquagenariæ*. Nimia enim & inſolens fuiſſet hæc mutatio à quinquagenis ad millenos, & numerus ille cohortis nomine vix dignus. reponendum igitur olim videbam, *quingenariæ*, hoc eſt 500 aut circiter militum, quales & Romanis fuerunt, teſte Vegetio 2. 6. Et nunc, quia aliquas editiones ſic habere, hunc que locum à Lipſio, aliiſque Viris doctis, citari videam, merito recepi. *Idem.*

4 nec fortitudinis præmia geſſerant. Ingens militum turba convenerat, egregio interfutura certamini, teſtis eadem cujuſque factorum, & de judicibus latura ſententiam. quippe [a] verone an falſo honos cui-
5 que haberetur, ignorari non poterat. Primus omnium virtutis cauſa donatus eſt Adarchias ſenior, qui omiſſum apud Halicarnaſſon à junioribus prælium unus maxime accenderat. proximus ei Antigenes viſus eſt : tertium locum Philotas Angeus obtinuit : quartus Amyntæ datus eſt : poſt hos Antigonus, & ab eo Lynceſtes Amyntas fuit : ſeptimum locum Theodotus : * ultimum obtinuit Hellanicus.
6 In diſciplina quoque militaris rei pleraque à majoribus tradita utiliter mutavit. Nam quum ante equites in ſuam quiſque gentem deſcriberentur ſeorſum à cete-

INTERPRETATIO.

a *Vtrum merito an immerito aliquis præmium ferret.*

NOTÆ.

Geſſerant] Ante hac legebatur *ceſſerant*.

4 *Militum turba*] Quam ipſam judicem fecerat Germanicus in agendo centurionatu. Tacit. 1. 44. vide.

5 *Adarchias*] Hunc Curtius 8. 1. 36. *Atharian* vocat : quare vide an hic etiam ita legendum. *Papma*. De pugna à ſenioribus inſtaurata vide Diod. 17. 27. Puto, hominis hujus mentionem etiam habet infra 7. 1. ubi *Apharias* legitur. Denique eundem eſſe, quem Plutarch. de fort. Alex. *Tarriam* appellat. *Freinſh*.

6 *Equites*] De equitibus diſertius Arrianus 3. 3. Κατίςησι ὃ καὶ λόχους ἀνὰ ἑκατὸν ἵππων, ἐν ἑκάστῳ δὲ τούτων λόχῳ ἱππάρχας. *Inſtituit autem in ſingulis turmis decurias duas, cum ante nulla eſſent decuria*. Sequitur in Arriano : Καὶ λοχαγοὺς ἐπέςησεν ἕνα καὶ δέκα ἑκάστῳ ἑκατοντάρχῃ ἐκ τῶν ἑταίρων. Vulcanius interpretatur : *Ad hoc munus ex ſociis eos, qui virtute bellica præſtitiſſent, elegit*. non proprie. melius Facius : *Quarum ductores delegit ex amicorum numero, lectos, qui maxime virtute præſtarent*. Verius tamen tranſtuliſſet etiam Facius, ſi λοχαγοὺς *decuriones* proprie dixiſſet. ſicut λόχος eſt decuria. *Rader*. Quem tamen verborum nimium tenacem in ipſa re offendiſſe deprehendo. Dum enim λόχους & λοχαγοὺς præciſe *decurias & decuriones* vult reddi, non animadvertit, ſe turmas ſeu potius *alam*, quod eſt ἴλη, viginti hominum conſtituere, quam ſcimus longe fuiſſe plurium. nec certe valde honoraſſet amicos Alexander, ſi quemque eorum decem equitibus præpoſuiſſet. Scio quidem, aliquando λόχον denotare decuriam, ubi nimirum res coincidit : ſed non ſemper. Fruſtra ſumus, ſi Græcis nominibus æquipollentia apud Romanos quærimus : cum ipſæ res variaverint. Sufficit, ut quam poteſt proxime accedentes, ἴλην *alam* vertamus, λόχους *turmas* : *Inſtituit in ſingulis alis turmas duas, cum ante nulla eſſent turmæ*. Freinſh.

Deleſſu] Sic feci, cum bene hic inclinarent alii codd. & præſertim Mſſ.

qui

ceteris; exempto nationum discrimine, præfectis, non utique suarum gentium, sed delectis, adtribuit. Tuba, quum castra movere vellet, signum dabat, cu- 7
jus sonus plerumque, tumultuantium fremitu exorien-
te, haud satis exaudiebatur: ergo perticam, quæ un-
dique conspici posset, supra prætorium statuit, ex
qua signum eminebat pariter omnibus conspicuum:
observabatur ignis noctu, fumus interdiu. Iamque 8
Susa adituro Abulites, regionis ejus præfectus, si-
ve Darii jussu, ut Alexandrum præda retineret; si-
ve sponte, filium obviam misit, *traditurum se urbem*
promittens. Benigne juvenem excepit rex, & eo 9
duce

NOTÆ.

qui iidem paulo supra *præfectis* maluerunt. Idem observavi fieri in Gallico Nanceii præsidio, ut nimirum, quoties stationes atque vigiliæ locabantur, sorte ducerentur qui centuriones cuique cohorti præessent, quo ignaris quos secum habituri forent, nec conspirare inter se, aut cum hoste, nec si conspirassent, exsequi consilia in expedito esset.

7 *Perticam*] De signis pugnæ Lipsius de Mil. R. 4. 12. ubi hunc Curtii locum adducit. *Nec*, inquit, *huic rei aliud legi, nisi si forte in Curtio de Alexandro, qui cum tuba sonus haud pariter ab omnibus exaudiretur, cum castra movenda essent*, perticam, quæ undique conspici posset, supra prætorium statuit, ex qua signum eminebat pariter omnibus conspicuum. *Sed id quale fuerit*, inquit Lipsius, *non dicit.* Imo dicit, & statim sequenti versu: *Observabatur ignis noctu, fumus interdiu.* Hoc erat ergo signum profectionis: quemadmodum Israelitis, castra moventibus, per diem nubes, per noctem ignis præcedebat, signa à Deo assignata, & nunquam à castris recedentia. Num. 10. 15. De signis aliarum gentium, & Romanorum, Lipsius ubertim. *Raderus.*

Ignis noctu] Tum enim latissime conspicitur. Igitur, ob evidentem usum, consensu receptum hoc signum. Veget. 3. 5. *Si divisa sint copia, per noctem flammis, per diem fumo significant socii, quod aliter non potest nunciari.* Frontinus 2. 5. elegans ex hoc more strategema refert: *Arabes, cum esset mora consuetudo eorum qua de adventu hostium interdiu fumo, noctu igne significare instituerant, ut sine intermissione ea fierent, præceperunt: qui cum cessantibus luminibus existimarent ignorari adventum suum, avidius ingressi, oppressique sunt.*

8 *Abulites*] Hæc omnia ex Diodoro 17. 65. non solum expressa: sed propemodum etiam translata ubi *Abuletes* vocatur. ut apud Arrian. 3. 3. 11. Hunc tamen postea Alex. cum ex Indis reverteretur, & inopia pabuli laboraret, quod non cum commeatu necessario occurrisset, in vincula compegit, uti Plutarchus cap. 118. testatur. Arrianus 7. 1. una cum filio occisum tradit, quod res Susianorum male administrassent. *Raderus.*

Filium] *Oxeatham*, ut ex Arriano constat. Hunc Alex. Plutarcho c. 118. teste, postea hasta trajecit. Plutarcho *Oxyartes* dicitur. *Raderus.*

9 *Cho-*

duce ad Choaſpen amnem pervenit, delicatam, ut
10 fama eſt, vehentem aquam. Hic Abulites cum do-
nis regalis opulentiæ occurrit. Dromades cameli in-
ter dona erant velocitatis eximiæ; XIII Elephanti à
Dario ex India acciti, non jam terror, ut ſperave-
rant, Macedonum; ſed auxilium: opes victi ad vi-
11 ctorem transferente fortuna. Vt vero urbem intra-
vit, incredibilem ex theſauris ſummam pecuniæ egeſ-
ſit. L millia talentum argenti, non ſignati forma,
12 ſed rudi pondere. Multi reges tantas opes longa æ-
tate cumulaverant liberis poſteriſque, ut arbitraban-
tur, quas una hora in externi regis manus intulit.
13 Conſedit deinde in regia ſella multo excelſiore, quam
pro

NOTÆ.

9 *Choaſpen*] Alii male *Hydaſpen*. Vt & Ortelius notavit. quem non intellexit Raderus, cum ſcriberet, eum *dubitare, idemne ſit Hydaſpes & Choaſpes. ſed fruſtra eſſe.* nunquam enim id Ortelio in mentem venit: ſed hoc, corrigendum eſſe Curtii locum. Idem vitium advertit correxitque in libris Solini cap. 37. Salmaſius in exercit. Plinian. pag. 699. D.

Delicatam] Bongarſius conjiciebat, *regibus dedicatam*. quo ſenſu retento propius ſcripturam eſſet *regi dicatam*. Scimus enim ex Herodoto 1. 188. Strabone, lib. 15. Plinio 31. 3. Solino cap. 33. ex eo ſolo reges Perſarum bibere conſueviſſe. Ea tamen ipſa res argumento ſit, non male ſcribi *delicatam*. nec enim aliter eam aquam delecturos fuiſſe credibile eſt. Non prætereundum videtur, quod Plutarch. de exſilio cap. 8. de eo Perſarum more dubitabundus loquitur. *Freinshemius*.

10 *Opes victi*] Livius 45. 27. *Inchoatas in veſtibulo columnas, quibus impoſituri ſtatuas regis Perſei fuerant, ſuis ſtatuis victor deſtinavit.*

11 *L millia talentûm*] Totidem Arrianus 3. 3. At Iuſtinus 11. 14. Diodorus 17. 66. & Plutarch. cap. 66. *LX millia* habent. *Bernegg.* L millia talentûm efficiunt tricies millies centena millia Philippæorum [immo 3000000000 tricies millies mille Philippæos], hoc eſt, ut vulgo loquuntur, triginta milliones. *Raderus*.

12 *Quas una hora in externi*, &c.] Quam fluxa ſunt fortunæ bona, & quam parum illi opum poſſeſſioni fidendum, quæ multis annis in uſum poſteritatis collecta, una hora in externas & alienas manus infert. Idem Deus Regi Iſraëlitarum prædixit Eſaiæ 39. 6. Horat. lib. 2. epiſt. 2. verſ. 171.

——— *tanquam*
Sit proprium cuiquam, punctò quod mobilis hora,
Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc ſorte ſuprema
Permutet dominos, & cedat in altera jura. Loccenius.

13 *Regia ſella*] Vt opere ipſo oſtenderet, opes Perſarum imperiumque ſe tenere. Notatum aliquid ſimile in Hiſt. Miſc. 16. 7. de Beliſario: *Carthaginem introivit, & adſcendens palatium, in Gelimeris ſolio ſedit.* oſtentui nimirum, Vandalis nunc imperitare Romanos, & horum principem Iuſtinianum. *Freinsh.*

15 *Subiit*

Digitized by Google

pro habitu corporis. Itaque pedes cum imum gradum non contingerent, unus ex regiis pueris mensam subdidit pedibus. & cum spadonem, qui Da- 14
rii fuerat, ingemiscentem conspexisset Rex; *causam mœstitiæ* requisivit. Ille indicat, *Darium vesci in ea solitum: seque sacram ejus mensam ad ludibrium recidentem sine lacrymis conspicere non posse.* [a] Subiit ergo re- 15
gem verecundia violandi hospitales Deos. Iamque *subduci* jubebat: cum Philotas; *minime vero hæc feceris rex,* [b] *sed omen quoque accipe; mensam, ex qua libavit hostis epulas, tuis pedibus esse subjectam.* Rex, Per- 16
sidis fines aditurus, Susa urbem Archelao & præsidium III millium tradidit: Xenophilo arcis cura mandata est: Macedonum ætate graves, præsidere arcis

INTERPRETATIO.

a *Subortus est Regi pudor, quod violasset Deos hospitiorum præsides.*

b *Sed ut* felix *augurium cape, &c.*

NOTÆ.

15 *Subiit ergo regem verecundia*] Veteribus jus hospitalitatis sanctum erat, eoque violare grande nefas. Inde hospitalitatis commercia *sacra mensa* Valer. Maximo 4. 2. 3. Senecæ de ira, 1. 2. dicta. Iuvenali *reverentia mensæ.* Cotys à Rhescupore incautus in convivio catenis oneratus; præter alia, *hospitales mensas* obtestatur, apud Tacit. 2. Annal. *Loccenius.*

Hospitales Deos] Mensæ enim (quæ Persis aureæ & argenteæ) diis sacræ, quibus statuæ deorum inferebantur, veluti tutelæ mensarum & conviviorum. Martialis de sigillo Herculis in mensa Alexandri, Epigr. 9. 44. vers. 7.

Hoc habuit nuper Tellus mensa tyranni,
Qui cito perdomito victor in orbe jacet.

Hospitales Deos vocat, quod velut convivæ & hospites ad mensam invitarentur, & in ipsa mensa eorum statuæ collocarentur. *Raderus.*

Libavit] Epulas diis libasse Persas, & velut cœnæ primitias iis dedisse, docet Xenophon pr. lib. 7. παιδ. *Cyrus ita, uti constituerat, delibatis cibis prandebat; & semper ei, qui maxime indigeret, impertiebatur; quumque post libationem precatus esset, tum ipse bibit, tum ceteri, qui aderant, similiter fecerunt* [Non enim interpreti negligenda erant verba ὅτως ἐποίουν, quæ libationem etiam comprehendunt.] *Brissonius.*

16 *Xenophilo*] Hujus & Callicratis nulla, nec apud Arrianum 3. 3. 20. nec Siculum 17. 65, mentio.

Macedonum] Sic malui cum melioribus libris, quam ut exprimerem certum numerum, quem suspicor ab aliis ingeniose magis, quam vere, ex prima vocis istius litera desumptum. Legimus infra quoque, hos in coloniis relinqui solitos. In ceteris etiam hujus periodi magis vett. Codd. & mensæ

17 arcis cuſtodiæ juſſi. Theſaurorum Callicrati tutela permiſſa: Satrapia regionis Suſiæ reſtituta Abuliti.. Matrem quoque Darii & liberos in eadem urbe de-
18 ponit. Ac forte Macedonicas veſtes, multamque purpuram, dono ex Macedonia ſibi miſſam, cum his, quæ eam confecerant, *tradi Siſygambi* juſſit. Omni namque honore eam, & filii quoque pietate
19 proſequebatur. *Admonerique* juſſit; *ut ſi cordi quoque veſtis eſſet; conficere eam neptes ſuas adſuefaceret, donoque doceret dare.* ad hanc vocem lacrymæ obortæ prodidere animum aſpernantis id munus. quippe non aliud magis in contumeliam Perſarum feminæ
20 accipiunt, quam admovere lanæ manus. Nunciant qui dona tulerant, *triſtem eſſe Siſygambim*; dignaque res excuſatione & ſolatio viſa. Ipſe ergo pervenit ad eam, &, *mater*, inquit, *hanc veſtem, qua indutus ſum, ſororumque non ſolum donum, ſed etiam opus vides. noſtri*

NOTÆ.

meum judicium ſequutus ſum. *Freinshemius.*

18 *His quæ* &c.] Sic optime Pal. 1. Fœminas enim fuiſſe conſentaneum eſt: idque mox patebit ex notatis ad §. 2. 20.

19 *Denoque doceret dare*] Ne cogitarent, ſibi opera ſua victum deinceps parandum, ſed tantum ut tempus commode exigerent. *Raderus.*

Non aliud magis in contumeliam] Servile enim id munus. Inde quæ in ſervitutem incidebant, inter cetera vilia miniſteria, hoc quoque memorabant. ut Hector ad Andromachen, Homerus Il. 7. 454. *Quando aliquis Achivorum loricaterum Lacrymantem abduxerit, liberum diem eripiens: & Argis agens ad alterius telam texeris.* Et certe, feminam principem juberi cogique manus admovere lanæ, contumelioſum eſt. Sicque arbitratum Lycurgum eo munere ſolviſſe mulieres ſuas, idque mandaviſſe ancillis, tradit Xenoph. in pr. de Lacedæm. republiq. Perſides etiam forte nimio luxu opinatæ ſunt, faſtigio ſuo indignum eſſe, ſi quacunque cauſa manus labore occuparent. Sed apud meliores id haudquaquam indecorum fuit, ut mox videbimus. *Freinshemius.* Quaſi non magis deceret hunc ſexum colus, acus, & ſtamen, quam varii calamiſtri, volſellæ, fuci, pigmenta, taxilli, deambulatio, varii generis deliciæ, voluptas & otium. *Locenius.*

20 *Pervenit*] Malui *pervenit*. Idem.

Etiam opus vides] Salomon Proverb. cap. ult. dum deſcribit operas probæ mulieris: *Cum lana*, inquit, *& lino occupatur, veſtem & ſtragula ipſa ſibi texit. Manum ſuam extendit*, ut legit vulgata, *ad fortia, & digiti ejus apprehenderunt fuſum.* Nec diſſimilia officia eidem aſſcribit Virgil. Æn. 8. 410.

——— *femina primum,*
Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerva,

Im-

Digitized by Google

noſtri decepere me mores. [a] *Cave, obſecro, in con-* 21
tumeliam accipias ignorationem meam. Quæ tui moris eſſe cognovi, ut ſpero, abunde ſervata ſunt. Scio, apud 22
vos filium in conſpectu matris nefas eſſe conſidere, niſi cum illa permiſit: Quotieſcunque ad te veni, [b] *donec, ut conſiderem, annueres, reſtiti. Procumbens venerari me ſæpe voluiſti; inhibui. Dulciſſimæ matri Olympiadi nomen debitum, tibi reddo.*

INTERPRETATIO.

a *Ne probri loco habeas quod ignarus feci.*
b *In pedes ſteti, donec tu juberes ſedere* me.

NOTÆ.

Impoſitum.
Græcorum Regum filias & uxores non abhorruiſſe telas operoſæ Minervæ, ex Homeri teſtimoniis & Penelopes penſo notum eſt. De Romanorum moribus teſtatur Arnob. lib. 2. *Matres familiæ veſtræ in atriis operantur domorum ſuarum induſtriam teſtificantes ſuam.* Nam Lucretiam omnes prædicabant, quod, cum ex improviſo ſupervenissent, haudquaquam, ut regias nurus, quas in convivio luxuque viderant tempus terentes, ſed ſera nocte deditam lanæ inter lucubrantes ancillas in medio ædium ſedentem invenerint. Livius 1. 57. Auguſtus ad hanc faciem filiam & neptes inſtituit, ut lanificio aſſuefaceret. Suet. in Auguſt. 64. Cui ſoli omnes feminas olim ſtuduiſſe auctor eſt Plutarch. de clar. mulier. Nec veſte temere alia quam domeſtica uſus eſt Auguſtus, ab uxore, & filia neptibuſq; confecta. Sueton. Aug. 73. *Arnisæus.*

22 *Scio, apud vos filium in conſpectu matris nefas eſſe conſidere*] Idque reverentiæ cauſa. Alias patria poteſtas in liberos apud Perſas tyrannica erat, Ariſt. 7. Ethic. 10. Similem apud Romanos fuiſſe morem indicant illa Capitolini Gordian. cap. 6. *Socero ſuo Annio Severo tantum detulit, ut in familiam ejus quaſi filium migraſſe ſe crederet, ut nunquam cum eo lavarit, nunquam illo præſente ſederit ante prætoram.* Et Tertull. de orat. cap. 12. *Irreverens eſſe adſidere ſub conſpectu, contraque conſpectum ejus, quem maxime revereris, ac veneraris.* Quare non fruſtra monet Curtius 8. 6. *honorem habitum* principum liberis, *quod licebat ſedentibus veſci cum Rege.* Pertinet huc, quod eruditiſſimus Cunæus de Republ. Hebr. 14. probat, *ſedendi jus in atrio ſacerdotum ſoli regi datum, non ipſis ſacerdotibus, nec aliis.* Freinsh.

CAP.

Digitized by Google

CAP. III.

Vxiorum regione superata, Madatem præfectum, ac deditos & captivos, tum libertate tum immunitate donat: Persidemque intrare cogitans, ab Ariobarzane retrocedere cogitur.

1 MITIGATO animo ejus, rex quartis castris pervenit ad fluvium: Pasitigrim incolæ vocant: oritur in montibus Vxiorum, & per L stadia sylvestribus ripis præceps inter saxa devolvi-
2 tur. Accipiunt deinde eum campi, quos clementiore alveo præterit, [a] jam navium patiens. DC stadia sunt mollioris soli, per quod leni tractu aquarum
3 Persico mari se insinuat. Alexander, amne superato, cum IX millibus peditum, & Agrianis atque Græcorum mercenariis millibus III additis millibus Thracum, in regionem Vxiorum pervenit. Finitima Susis est, & in primam Persidem excurrit, ar-
4 ctum inter se & Susianos aditum relinquens. Mada-

tes

INTERPRETATIO.

a *Navigiorum* ferendorum *capax*.

NOTÆ.

1 PAsitigrim] Ne fallare, non est Tigris ille supra descriptus, qui cum Euphrate Mesopotamiam efficit, &c. *Raderus*. Vide omnino Salmasium in Solini cap. 37. pag. 701. Vbi tamen, quod pag. 702. eundem fluvium *Choaspen* veteribus, recentioribus *Eulæum*, vocari tradit, contra quis putare possit, ex Daniele 8. 2. unde constat, Susa urbem sitam fuisse ad flumen אולי *Ulai*. quod mire congruit cum *Eulæo* seu *Eulæo* Græcorum. ut monet Schickardus in suo Tarich.

Vxiorum] Vxiorum duplex genus, alii plana, alii montana colunt: qui in campis degunt, Persarum Satrapis parent: qui in montib. libera gens est, & à regibus è Susis in Persidem tendentibus, mercedem exigunt. Vxii campestres statim se Alexandro dederunt: sed montani miserunt qui dicerent, nunquam se passuros, ipsum angustias penetrare, nisi penderet ipsis, quantum Persarum reges dependissent. Itaque recta in illos movit Alexander. *Raderus*.

3 *Agrianis*] Hæc satis corrupta sunt in Codicibus. Alii *Satrianos* addunt, quos ut Agrianorum istorum illegitimum partum, exesse jubeo. reliqua sic constituam: *atque Grac. mercenariis militibus, tribus additis millibus Thracum*. Freinsh.

4 *Madates*] Hinc corrigi potest Diodor. 17. 67. in cujus exemplarib. legitur τὸν Μίτυ. in aliis, τὸν Μαδὺ scribe τὸν Μαδάτυ. facit hanc correctionem certiorem Xenophon, ex cujus παιδ. lib. 5. conjicere liceat, hoc nomen esse Persicum. Quid autem in aliis

tes erat hujus regionis præfectus, [a] haud ſane temporum multorum homo. quippe ultima pro fide experiri decreverat. Sed periti locorum Alexandrum docent, 5 *occultum iter eſſe per calles, & averſum ab urbe. ſi paucos miſiſſet leviter armatos, ſuper capita hoſtium evaſuros.* Cum conſilium placuiſſet, iidem itinerum fue- 6 runt duces. M & D mercede conducti, & Agriani fere M. Tauroni præfecto dati, ac poſt *ſolis occaſum iter ingredi* juſſi. Ipſe tertia vigilia caſtris motis circa 7 lucis ortum ſuperaverat anguſtias, cæſaque materia cratibus & pluteis faciendis, ut qui turres admoverent, extra teli ictum eſſent, urbem obſidere cœpit. Prærupta erant omnia, ſaxis & cotibus impedita. 8 mul-

INTERPRETATIO.

a Homo *nequaquam temporaria fidei.*

NOTÆ.

aliis auctoribus addatur dematurve huic narratiunculæ, quilibet harum rerum ſtudioſus ex ipſa collatione perfacile deprehendere poterit. Tangit & Strab. lib. 15. *Sunt & alia complures anguſtiæ Vxios tranſeuntibus juxta Perſiam, quas Alexander vi permeavit.* Idem.

Modatus, &c. temporum homo] Curtius hominem temporum dixit, qui totus ad temporum varietatem ſe componit ac mutat. *Gronovius.*

Haud ſane temporum multorum homo, &c.] Modius auctoribus Mſſ. ſuſtulerat τὸ *multorum*; neque ullam varietatem à Modiano contextu hic exhibent codices Gruteri. Et elegantiſſimum eſſe illud, *homo temporum*, pro eo, qui ex fortuna & tempore pendet, & cum eo mutatur, dictumque ut apud Appulcium, *homo morum*; Tertullianum, *homo jocorum*; apud Ariſtcam, ἄνθρωπος ἡφώτων καὶ ποτῶν. in ſacris libris, ἄνθρωπος τ' ἁμαρτίας, ſatis docuimus 1 Obſerv. cap. 24. Quod mitor, diligenti Freinshemio, niſi oblitus eſt, faſtidio fuiſſe. Vulgatum olim, quod ille poſt Modium explosum reduxit, ſenſu caret. *Gronov.*

5 *Super capita hoſtium*] Quod optimum in tali rerum ſtatu, vel etiam unicum eſt conſilium. Ita viſum Xenophonti lib. 4. ἀνάβ. *Multo potius fuerit, aliquam deſerti montis partem clam ipſis furtim nos occupare*, &c. Fecitque Alex. cum hic, tum alibi apud Curtium. Ita liberatos exercitus Romanos à Decio primum, mox à Calpurnio, meminimus ad Florum 2. 2. Germanis, Cæſar de bel. Gal. 7. 67. Idque obſervari præcepit Onoſander, ſtrateg. cap. 7. *Freinsh.*

7 *Tertia vigilia*] Quæ incipiebat media nocte.

Anguſtias] Quæ ad urbem ferebant.

Cratibus] Hæ in duplici uſu: ſive ut tegerent ante latæ: ſive ut foſſas iis explerent, & mixto aggere quaſi per pontes irent. Crates autem, quibus foſſas explebant, non fuerunt elaboratæ ad modum ſtabilium, quas in obſidione defigebant, ſed leviores: fortaſſe nec tecto aut lateribus, ſed ſimplici textu vimineo, quem ante ſe ferebant. *Lipſius.*

Plutei] Plutei fuere olim è tabulis & aſſeribus. quod ipſa vox dicit. nam id *Plutei* Latinis: & diſtincti erant à cratibus, & vineis. Poſtea faciebant

multis ergo vulneribus depulsi, ut quibus non cum hoste solum, sed etiam cum loco dimicandum esset,
9 subibant tamen: quia rex inter primos constiterat, interrogans tot urbium victores; *an erubescerent haerere in obsidione castelli exigui & ignobilis?* simul jam inter hæc eminus petebatur; quum testudine objecta milites, qui ut inde discederet, perpellere nequive-
10 rant, tuebantur. Tandem Tauron super arcem urbis se cum suo agmine ostendit: ad cujus conspectum & animi hostium labare; & Macedones acrius
11 prælium inire cœperunt. [a] Anceps oppidanos malum urgebat; nec sisti vis hostium poterat. paucis ad moriendum; pluribus ad fugam animus fuit: magna pars in arcem concessit. Inde xxx oratoribus missis ad deprecandum, triste responsum à rege red-
12 ditur; *non esse veniæ locum.* Itaque suppliciorum metu perculsi, ad Sisygambim, Darii matrem, occulto itinere, ignotoque hostibus, mittunt, qui peterent, *ut ipsa regem mitigaret*: haud ignari, parentis eam

INTERPRETATIO.

a *Vtrinque imminens periculum.*

NOTÆ.

Pluteos è cratibus, corio intentos. Formam describit Vegetius: *Plutei dicuntur, qui ad similitudinem apsidis contexuntur è vimine: & ciliciis vel coriis protegantur, ternisque rotulis, quarum una in medio, duæ in capitibus apponuntur, in quamcumque partem admoventur, more carpenti.* Cedrenus *Lesas* vocat. sub id ævum etiam *Spalliona* dictæ. Hæc sunt nomina, res eadem, & finis suffodiendi muros. *Idem.*

9 *Iam inter hæc,* &c.] Alii leg. *Simul admonens jam.* ex quo conjecerat Bongars. *Simul admonens.* Eam vocem omnino sustulerat Modius. Sed intercedit Acidalius, glossam potius ista arbitratus, *inter hæc.* Nam inquit, *simul admonens jam*, valet, interea dum admonet etiam, dum milites adhuc instigat. Ego tamen cum Modio vocem *admonens* exturbare malim. *Freinsh.*

Testudine] Testudinum plura genera & formæ. sed præcipua tria, quæ proprie *Testudines* dicuntur. *Prima* Vitruvio *ad congestionem fossarum* quadrata fuit, habens quoquoversus latera singula pedum 25. *Altera* Vitruvio *ad fodiendum comparata*, fossoria, rostrata; nam frontem habet, sicut anguli trigonorum; ut, à muro tela cum in eam mittuntur, non planis frontibus excipiat plagas, sed ab lateribus labentes, sine periculoque fodientes, qui intus sunt, tueatur. *Tertia* denique *Arietaria*, in qua Aries suspenditur. *Lipsius.*

Qui, ut, &c.] Sebis. legebat, *quem ut,* &c.

13 Sa-

eam loco diligi colique. & Madates ſororis filiam ſecum matrimonio junxerat : Darium propinqua cognatione contingens. Diu Siſygambis ſupplicum precibus repugnavit, abnuens, *deprecationem pro illis convenire fortunæ, in qua eſſet : adjecitque, metuere ſeſe, ne victoris indulgentiam fatigaret. ſæpius cogitare, captivam eſſe ſe, quam reginam fuiſſe.* Ad ultimum victa, literis Alexandrum ita deprecata eſt; *ut ipſam excuſaret quod deprecaretur. petere ſe, ut illis quoque; ſi minus, ſibi ignoſceret. pro neceſſario ac propinquo ſuo; jam non hoſte; ſed ſupplice tantum vitam precari.* Moderationem clementiamque regis, quæ tunc fuit, vel una hæc res poſſit oſtendere, non Madati modo ignovit; ſed omnes, & deditos, & captivos libertate atque immunitate donavit : urbem reliquit intactam : agros ſine tributo colere permiſit. A victore Dario plura mater non impetraſſet. Vxiorum deinde gentem ſubactam, Suſianorum Satrapiæ contribuit : diviſiſque cum Parmenione copiis, illum *campeſtri itinere procedere* jubet; ipſe cum expedito agmine jugum montium cepit, [a] quorum perpetuum dor-

13 14 15 16

INTERPRETATIO.

a *Quorum continua ſeries in Perſidem* uſque *extenditur.*

NOTÆ.

13 *Sæpius cogitare, captivam eſſe ſe*] Ita Tacitus 12. Annal. de Mithridate: *Cultu vultuque ad præſentem fortunam accommodato.* Si vero non ſalva dignitatis, tamen virtutis fama cordatis animis erit : qua vel ſuperent vel ferant quamcunque ſortem. Ea ſe erexit Tullius ad Attic. lib. 3. Epiſt. 5. *Inimici mei mea mihi, non meipſum ademerunt.* Loccenius.

14 *Vt ipſam*] Qui vitii verbi *excuſaret* non perceperunt, ſic mutavere : ſed rectè ſe habet vetuſtior lectio, *ut ipſum:* melius etiam ſi facias, *id ipſum.* Freinsh.

15 *Sine tributo*] Contra Arrianus narrat, *tributum annuum impoſitum, equos centum, jumenta quingenta, pecudũ* 30000. *quod pecunia ſignata carerent.*

16 *Contribuit*] Ab uno Satrape interdum plures provinciæ regebantur. Sic Lydiæ Ioniæque totiuſque Phrygiæ eundem Satrapam, Æmylius Prob. in Datame, & Arrian. 1. commemorat. Herodotus quoque 5. 127. Otœtem, τόμον τοῦτε Φρύγιον ϛ Λύδιον καὶ Ἰωνικὸν, obtinuiſſe refert. Apud Arrian. 6. Staſanor, ὁ Ἀρείων, καὶ ὁ Σαράγγων Satrapes Ibidem Phrataphernes Παρθυαίων καὶ Τυρκανίων Satrapes. Sed &, Xerxe regnante, unum eundemque τ Σωσίας, ϛ Φοινίκης, καὶ

17 dorſum in Perſidem excurrit. Omni hac regione va-
ſtata, tertio die Perſidem; quinto anguſtias, quas
illi *Suſidas Pylas* vocant, intrat. Ariobarzanes has
cum XXV millibus peditum occupaverat rupes, ab-
ſciſſas, & undique præruptas, in quarum cacumi-
nibus extra teli jactum barbari ſtabant, de induſtria
quieti, & paventibus ſimiles; donec in arctiſſimas
18 fauces penetraret agmen. [a] Quod ubi contemptu ſui
pergere vident; tum vero ingentis magnitudinis ſa-
xa [b] per montium prona devolvunt: quæ incuſſa ſæ-
pius ſubjacentibus petris majore vi incidebant, nec
19 ſingulos modo, ſed agmina proterebant. Fundis
quoque excuſſi lapides & ſagittæ ingerebantur undi-
que. nec id miſerrimum fortibus viris erat; ſed quod
inulti ferarum ritu velut in fovea deprehenſi cæde-
ren-

INTERPRETATIO.

a *Quod cum cernunt* præ *ipſorum contemptu progredi.*
b *Per montium declivitatem.*

NOTÆ.

Σαμψείας ὕπαρχον fuiſſe, ex Joſepho 11. 8. & Eſdra 3. 6. patet. quibus in locis *ὕπαρχος* appellatur, qui alias *Satrapes*. Brillon.

17 *Perſidem*] At quomodo Perſidem prius intrare potuit, quam Suſidas pylas? Certe, latet hic ingens vitium aut ſcriptoris, aut voluminis. Ego magnopere velim exſectis duabus vocibus legere: *Omni hac regione vaſtata, die quinto* (*die quinti* diceret Agellius) *anguſtias, &c. intravit*. Freinshemius.

Pylas] An & ſic legendum in Diodoro 17. 68. *τὰς Σκοπάδας χαλκίδας πύλας*, pro *πύτρας*.

De induſtria quieti] Simulationis hujus multa paſſim exempla. Livius 29. 34. *Maſaniſſa ex compoſito, nunc terrentis, nunc timentis modo, aut ipſis obequitabat portis, aut cedendo, cum timoris ſimulati ſpecie audaciam hoſti faceret, ad inſequendum temere eliciebat*. Proprium id eſſe Parthorum, notavi ad Flor. 4. 12. *Freinsh.* Frequens hoc ſtrategema, ſilentio & pavoris ſimulatione hoſtem ſecurum in inſidias pertrahere. de quo plura Frontinus lib. 1. Strateg. cap. 6. lib. 11. cap. 5.

19 *Nec id miſerrimum*] Hic imitatio Salluſtii, ut videtur, apud quem Catilina ſic milites ſuos hortatur: *Quod ſi virtuti veſtra fortuna invideriſ, cavete inulti animam amittatis; neu capti potius ſicut pecora trucidemini, quam virorum more pugnantes, cruentam atque luctuoſam victoriam hoſtibus relinquatis*. Illud enim honeſtæ mortis eſt ſolatium, non inultum in bello occumbere. Vide Freinsh. in Florum 3. 3. 17. *Loccen.*

Inulti ferarum ritu] Habent hic quidam libri vocem abundantem, *quod inulti quidem ferarum ritu*. quod non incommodo mutari poſſit ex Bongar. *quod multi, quod ſer. ritu*.

rentur. Ira igitur in rabiem verſa, eminentia ſaxa 20
complexi, ut ad hoſtem perveniant, alius alium levantes, conabantur adſcendere : ea ipſa multorum ſimul manibus correpta & convulſa, in eos, qui commoverant, recidebant. Nec ſtare ergo; nec niti, nec teſtudine quidem protegi poterant, quum tantæ molis onera propellerent barbari. Regem non dolor modo, ſed etiam pudor temere in illas anguſtias conjecti exercitus angebat. Invictus ad eam diem 22
fuerat, nihil fruſtra auſus : impune Ciliciæ fauces intraverat : mari quoque novum iter in Pamphyliam aperuerat : [a] tunc hæſitabat deprehenſa felicitas; nec aliud remedium erat, quam reverti qua venerat. Itaque ſigno receptui dato *denſatis agminibus*, 23
ſcutiſque ſuper capita conſertis, retro evadere ex anguſtiis jubet. XXX fuere ſtadia, quæ remenſi ſunt.

INTERPRETATIO.

a *Tunc* Alexandri *felicitas intercepta vacillabat.*

NOTÆ.

20 *Alius alium levantes*] Cæſar de bel. Gal. 7. 47. *L. Fabius, &c. tres ſuos nactus manipularet, atq; ab iis ſublevatus, murum adſcendit. eos ipſe rurſus ſingulos exceptans, in murum extulit.* Xenoph. Cyr. Cæs. *Cheriſophi copiæ quum tubam audiiſſent, mox ſurſum via manifeſta tendebant, præteribus ceteris per tramites non tritos, qua quiſque forte fortuna pervenerat, pro viribus ſurſum pergentibus, haſtiſq; ſe mutuo ſublevantibus.* Adjiciemus Livii locum de arce Illiturgitana capta, 28. 20. *Levium corporum homines, & multa exercitatione pernocium, claves ſecum ferreas portantes, qua per inæqualiter eminentia rupis poterant, ſcandunt. Sicubi nimis arduum & leve* (ſic ſcrib.) *ſaxum occurrebat, claves per modica intervalla figentes, quum velut gradus feciſſent · primi inſequentes extrahentes manu, poſtremi ſublevantes eos qui præ ſe irent, in ſummum evadunt.* Quem locum compara cum Curtiano infra 7. 11. *Freinsh.*

21 *Tanta molis*] Quibus etiam in oppugnationibus urbium, non homines modo, ſed & machinæ comminuuntur. Vide Lipſii Poliorc. 5. 4.

Pudor] Qui hercle non minus urit animos generoſos : ut aliquando vel mortem præoptent. ſic apud Flor. 2. 6. *Paulum puduit.* & 4. 2. *Curieni pudor ſuaſit, ut amiſſum ſua temeritate exercitum morte ſequeretur.*

22 *Ad eam*] Ex Pal. 1. eſt, quod prætuli vulgato; *ante eam diem.*

23 XXX *fuere ſtadia*] Quid eſt, quod Sicul. 17. 62. unde totus hic locus expreſſus, *trecenta ſtadia regreſſum* dicat: longa locorum intercapedo eſt 300. ſtadiorũ. Trecenta efficiunt 9 mill. Germanica cum ſeſquiquadrante; triginta autem non plenum milliarium. Nullũ tamen reor mendũ intercedere, eo quod Curtius tántum de anguſtiis loquatur, per quas ad unum prope milliare Alex. ingreſſus; Siculus vero de tota itinere & loco caſtris in campo delectis. *Rad.*

CAP. IV.

Captivo quodam iter paucis cognitum aperiente, Persarum exercitum, ipso Ariobarzane occiso, delet Alexander.

1 IAM castris undique aperto loco positis, non consultare modo *quid agendum esset*; sed vates quoque adhibere cœpit à superstitione
2 animi. Sed quid tunc prædicere Aristander, cui tum plurimum credebatur ex vatibus, poterat? Itaque damnatis intempestivis sacrificiis, *peritos locorum convocari* jubet. *Per Mediam iter* ostendebant *tutum apertumque*;
3 sed rex dimittere milites insepultos erubescebat: ita tradito more, ut vix ullum militiæ tam
4 solenne esset munus, quam humandi suos. *Captivos* ergo, *quos nuper exceperat*, *vocari* jubet; inter quos erat quidam Græcæ Persicæque linguæ peritus, qui *frustra eum in Persidem montium dorso exercitum ducere* adfirmat; *silvestres esse calles, vix* [a] *singulis pervios: omnia contegi frondibus,* [b] *implexosque arborum ramos silvas*

INTERPRETATIO.

a *Per quos vix singuli homines ire possint.*
b *Implicatis inter se arborum ramis silvas continuari.*

NOTÆ.

2 PER *Mediam iter*] Extremæ dementiæ damnant Alexandrum, qui *medium iter*, sic enim vulgo legitur, interpretantur *regiam popularemque viam per campos*, Græcis λεωφόρον. si enim tale iter ea parte patuisset, Alexander cum aperto discrimine, nulla urgente necessitate, nullo temeritatis præmio, impeditos illos arduosque calles eligeret? Quanto æquiorem judicem habuit Bongarsium, qui & veram lectionem divinavit, adjutus Mss. suis, in quibus erat *per medium iter*. quam lectionem & alii Mss. fovent. Et sane apertior Persis, qua Medos adspicit. Situm locorum, atque descriptionem, quæ mox subjicitur, Introspice. Hinc apud Diod. 17. 68. periti locorum negant, *alibi patere iter*, ea scilicet parte, qua ingredi conatus erat Alex. Vbi igitur ista via regia? *Multorum tamen dierum circuitu intrari posse.* Curtius etiam addidit qua intrari possit, *per Mediam* scilicet. *Freinsh.*

3 *Sed rex dimittere milites insepultos erubescebat*] Indignum sit, & contra fas naturæ bellique; quum vivi milites terram, in qua steterunt, tam fortiter aut pressérint aut defenderint; & occumbentes corporibus suis texerint, si eos mortuos terra iterum honeste non tegat. *Lotichius.*

5 Per-

ſylvas committere. Namque Perſis ab altero latere perpetuis montium jugis clauditur, quod in longitudinem MDC ſtadia, in latitudinem CLXX[a] procurrit. Hoc dorſum à Caucaſo monte ad rubrum mare pertinet; quaque deficit mons, aliud munimentum, fretum objectum eſt. Planicies deinde ſub radicibus montium ſpatioſa procumbit, fertilis terra, multiſque vicis atque urbibus frequens. Araxes amnis per hos campos multorum aquas torrentium

5 6 7

INTERPRETATIO.

a *Extenditur.*

NOTÆ.

5 *Perſis*] Perſidem Strabo quoque lib. 15. deſcripſit, & poſt hunc Plin. 6. 27. Solinus cap. 54. Ammianus Marcellin. 21. 18. Sed parum inter ſe & cum Curtio conſentiunt. Quicquid eſt terrarum & montium inter mare Caſpium à Septentrione, & ſinum Perſicum, ſeu mare rubrum à Meridie, Perſidi aſſignatur. Hodie tractus ille, qui eſt inter Tigrim, ſinum Perſicum, mare Indicum, ſeu rubrum, Indum & Iaxartem & Caſpium mare, à Sophis Perſiæ regibus poſſidetur. quam terrarum portionem Agrippa apud Plin. 9. 27. Medis, Parthis & Perſis attribuit. *Rudenus.*

MDC *ſtadia*] Longitudo ex Eratoſthenis apud Strabo. lib. 15. ſententia ad Caſpias portas 8000 ſtadiorum eſt, milliaris noſtratia 250. Reliqua non eſt ſupra 2000 ſtadiorum, milliaria noſtratia 62 & ſemis. Longitudo in mediterranea à Suſis Perſepolim ſtadiorum 4200. milliaria noſtratia centum & unum ſupra triginta. Hinc uſque ad Carmaniæ fines 1600 ſtadia, milliaria noſtratia 50. Et hanc poſtremam dimenſionem accepit Curtius tantum, qua regio porrigitur in longum. *Idem.*

Hoc dorſum] Ab Occidente ergo ad Orientem per juga & dorſa montium tendamus, Suſis aſcendamus, per Perſidem tranſeamus, Carmaniam ſuperemus, Drangianam percurramus, ac tandem in Paropamiſum altiſſimum & aſperrimum montem enitamur. qui Ptolemæo Caucaſus eſt, totius Aſiæ eminentiſſimus, glacialis & calvus. de quo infra copioſius. Ad hunc, Larnacem Noachi applicitam ait Goropius in Indo-Scythicis pag. 473. hanc montium catenam intelligit hic, quam dorſum appellat Curtius, per quod poſt terrarum inundationem reliquiæ humani generis in Larnace ſervatæ paulatim ex Oriente & Paropamiſo ſeu ad Babylonem ſunt profectæ, ſeſeque tandem in campos demiſere, & Babylonem condidere. Eſt enim Caucaſus mons Goropio ex antiquis id docenti tam longe extenſus, ut Taurum etiam, qui à Pamphylia ſurgit, ab eodem derivari dicant, & alios quamplurimos montes ingentes, qui pro diverſitate gentium diverſas ſortiantur appellationes, quos Plin. 5. 26. unius Tauri nomine complexus eſt. *Rudenus.*

7 *Araxes*] De hoc vide Plut. de fluminibus cap. 23. Strab. lib. 15. Obſervandum, ab Herodoto 1. 202. Araxen nunc Iſtro majorem, nunc etiam minorem dici. Nam Iſter Araxe haud dubie major eſt circa oſtia, minor circa fontes. Mela 3. 5. graphice nobis fontes, curſum & oſtia Araxis proponit. Solin. c. 15. cum Plin. 6. 9. fontes Araxis ex Heniochorum montibus, brevibus ab Euphrate intervallis derivat, atque in Caſpium mare exonerat. *Idem.*

tium evolvit in Medum: Medus à mari, & ad Meridiem versus, minor amnis eo quem accepit, eve-
8 hitur; gignendæque herbæ non alius est aptior, quidquid adluit floribus vestiens. Platani quoque & populi contegunt ripas; ita ut procul visentibus continuata videantur montibus nemora riparum. quippe obumbratus amnis [a] presso in solum dilabitur alveo; imminentque colles, ipsi quoque frondi-
9 bus læti: [b] radices eorum humore subeunte. Regio non alia tota Asia salubrior habetur; temperatum cœlum: hinc perpetuum jugum opacum & umbrosum, [c] quod æstus levat: illinc mare adjunctum, quod
10 modico tepore terras fovet. His expositis captivus interrogatus à rege, *auditu ne, an oculis comperta haberet, quæ diceret? pastorem se fuisse, & omnes eos calles*

INTERPRETATIO.

a *Fluvius alte cavato intra terram canali decurrit.*
b *Ad* ipsorum *radices permeante aqua.*
c *Quod ardorem mitigat.*

NOTÆ.

In Medum] Rara Medi fluminis apud alios scriptores & geographos mentio. Strabo tamen lib. 15. non præterit, quem Araxe excipi affirmat, non Araxen Medo ut Curtius tradit. Ferri à mari, ait Curtius, ad Meridiem: à Septentrione ergo & Caspio mari. *Minor amnis*, inquit, *eo quem accipit.* Araxes enim major. Sed cum à mari in Meridiem fluat, quomodo rursus in Septentrionem versus in Caspium exoneratur? cum enim Araxen excipiat, & Araxes in Caspium delabatur, ubi hæret Medus? Strabonem sequamur, qui Medum in Araxen decidere docet, per quem rursus ad Septentrionem in Caspium devehitur. Quæ sequuntur apud Curtium de Medo apto ad herbas gignendas, &c. omnia restius Araxi adscribuntur. *Rader.*

A mari] Alii *à mare*. quomodo potuisse dicere Curtium, ostendit Radenus exemplis Ovidii in Ibin, vers. 198.

Et summum Libyco de mare carpat aquam. Atacini:

Cingitur Oceano, Libyco mare, flumine Nilo.

Et Planti:

Dicant in mare Communi captos.

Ipse tamen malit legere: *ad mare meridiem versus*, quod Medus in montibus Septentrionalibus ortus ad mare Persicum, quod è regione Caspii est, versus, iterumque flexus, in Caspium demum delabitur. Habent & Imp. quidam, *ad mare & ad Merid. versus.* mihi tamen Freinshemioque vulgata longe videtur potior.

8 *Platani*] A foliorum latitudine sic dictæ. amant fontes & fluminum ripas, & vina etiam. Vide Plin. l. 12. cap. 1.

Populi] Et populus aquas sitit, & ripas amat.

les percurrisse, respondit : *bis captum, semel à Persis in Lycia; iterum ab ipso.* Subit animum memoria regis 11
oraculo editæ sortis, quippe consulenti responsum erat, *ducem in Persidem ferentis via Lycium civem fore.* Igitur promissis, quanta & præsens necessitas 12
exigebat, & ipsius fortuna capiebat, oneratum; *armari* jubet *Macedonum more, &, quod bene verteret, monstraret iter; quamvis arduum & præceps, evasurum se esse cum paucis. nisi forte crederet, quo ipse pecoris causa esset; Alexandrum pro gloria & perpetua laude ire non posse.* Etiam atque etiam docere captivus, *quam dif-* 13
ficile iter esset, maxime armatis. tum rex, *prædem me,* inquit, *accipe, neminem eorum, qui sequuntur, recusaturum ire qua duces.* Cratero igitur ad custodiam 14
castrorum relicto cum peditibus, quis adsueverat; & iis copiis, quas Meleager ducebat; & sagittariis equitibus M præcepit; *ut castrorum specie manente, plures de industria ignes fieri imperet : quo magis barbari*

NOTÆ.

11 *Lycium civem fore*] Civem ergo non cognomento *Lycium*, ut perperam putavit vir doctus. Similem historiam, ut fere solent variis accommodari miracula, de Cyro Iustin. 1. 6. *Somnio monito, ut quem primum postera die obvium habuisset, socium copiis assumeret.*

12 *Monstraret*] Rectius legas, *monstrare.*

Nisi forte crederet, quo ipse pecoris causa esset, &c.] Sic Appius Claudius apud Livium lib. 5. ad populum: *Obsecro vos: venandi studium ac voluptas hominem per nives ac pruinas in montes silvasque rapit. belli necessitatibus eam patientiæ non adhibebimus, quam vel lusus ac voluptas elicere solet?* sed Alexandri.

Arduæ per præceps gloria vadit iter. Ita noster de eo lib. 9. *Avaritia gloria & insatiabilis cupido fama nihil invium, nihil remotum videri sinebat.* Loccenius.

13 *Eorum*] Impense placeat *meorum*, si absint & illa, *qui sequuntur.*

14 *Et sagittariis equitibus*] Inseritur alicubi, & *sagittariis (ducentis)* & *equitibus.* Male. Non noverant illi genus hocequitum, non temere quidem alias Curtio etiam nominatum. Apud Arrianum frequentius est, qui ἱππακοντιστὰς vocat, ut lib. 3. Ἀγαλασσεῖ ἡ τέτρι ἱππεῖς ἱππάς & τοὺς ἱππακοντιστὰς, & τοὺς τοξότας dicit enim, & alios equites, & hos sagittarios sive jaculatores, cum peditibus etiam sagittariis assumptos. *Acidalius.* Id genus equitum alii vocant ἱππεροξότας, ut Hirtius de bell. Afric. cap. 19. *Sagittariis ac funditoribus, hippotoxotisque quamplurimis.*

Plures de industria ignes fieri imperat : quo magis barbari crederent, ipsum regem in castris esse.] Idem Demetrius tentavit contra Ionatham, 1 Mach. 12. v. 28. 29. Et Darius, ut falleret discessu Scythas, canes atque asinos in castris reli-

quantum emensi erant; sed minus præcipitis atque
23 ardui. Itaque refectis cibo somnoque militibus, secunda vigilia surgit. & cetera quidem haud ægre præteriit. ceterum, qua se jugum montium paulatim ad planiora demittit, ingens vorago concursu
24 cavata torrentium iter ruperat. ad hæc arborum rami alius alio implicati & coëuntes, ut perpetuam objecerant sepem. Desperatio igitur ingens, adeo
25 ut vix lachrymis abstinerent, incesserat. Præcipue obscuritas terrori erat: nam etiam si qua sidera internitebant, continenti fronde tectæ arbores conspicere prohibebant. ne aurium quidem usus superat, sylvas quatiente vento; quæ concutientibus ramis majorem quam pro flatu sonum reddebant.
26 Tandem exspectata lux omnia, quæ terribiliora nox fecerat, minuit: [a] circumiri brevi spatio poterat cluvies; & sibi quisque dux itineris cœperat fieri.
27 Evadunt ergo in editum verticem: ex quo hostium statione conspecta, strenue armati, à tergo se ostendunt nihil tale metuentibus; quorum pauci, qui
28 congredi ausi erant, cæsi sunt. Itaque hinc morientium gemitus, hinc ad suos recurrentium miserabilis facies, [b] integros quoque, antea quam discrimen

INTERPRETATIO.

a *Brevi circuitu* declinari *poterat vorago.*

b *Etiam incolumes fugere coëgit priusquam, &c.*

NOTÆ.

27 *Evadunt ergo in editum verticem*] Ibi Alexander cippum, seu arcum, seu absidem erexit, in qua viatorem secuturum admonuit de lævo viæ latere sequendo, dextro velut invio vitando. Extat inscriptio in vita S. Macarii Romani apud Rosweid. lib. 1. vitæ Patrum, pag. 226. *Absidem ipsam fecit Alexander Philippi* [Ego tamen dubito, an eo tempore hujus nomen adscripturus fuerit Alex.] *Macedo Imperator, quando persecutus est Darium, regem Persarum. Qui terram hanc ingredi voluerit, ad manum sinistram vadat. Ad dexteram enim terra invia, & rapibus & angustiis est plena.* Hanc è Græco translatam nemo dubitabit, qui auctores vitæ, non interpretes legerit. *Raderus.*

Strenue armati, à tergo se ostendunt nihil tale metuentibus] Hic est modus hostem circumeundi, & à tergo invadendi.

men experirentur, in fugam avertit. Fremitu dein- 29
de in caſtra, quîs Craterus præerat, inlato; ad oc-
cupandas anguſtias, in quibus pridie hæſitarat, mi-
les educitur. ſimul & Philotas cum Polyperconte 30
Amyntaque & Cœno diverſum iter ingredi juſſus,
alium terrorem intulit barbaris. Ergo undique Ma- 31
cedonum armis fulgentibus ancipiti malo oppreſſi,
memorabile tamen prælium edunt. ut opinor, igna-
viam quoque neceſſitas acuit; & ſæpe deſperatio ſpei
cauſa eſt. Nudi complectebantur armatos, & ingen- 32
ti corporum mole ſecum ad terram detrahentes, ipſo-
rum telis pleroſque fodiebant. Ariobarzanes tamen, 33
XL ferme equitibus & quinque millibus peditum ſti-
patus, per mediam aciem Macedonum cum multo
ſuorum atque hoſtium ſanguine erupit; Perſepolim
urbem caput regionis occupare feſtinans. Sed à cu- 34
ſtodibus urbis excluſus, conſequutis ſtrenue hoſti-
bus, cum omnibus fugæ comitibus renovato prælio
cecidit. Craterus quoque raptim agmine acto ſuper-
venit.

NOTÆ.

dendi. de quo plura Frontin. lib. 2. Strateg. cap. 4.

31 *Ignaviam quoque neceſſitas acuit*] Statius 10. 487.

Eſt ubi dat vires nimius timor.

Silius 1. 557.

—— *clauſos acuunt extrema periculi,*
Et fractis rebus violentior ultima virtus.

Tacitus H. 3. 60. *eſſe adhuc Vitellio vires acres, ſi deſperaſſent.* & 12. 31. *illi obſeptis effugiis, multa & clara facinora fecere.* Salluſt. Cat. *Neceſſitudo etiam timidos fortes facit.* Vide Lipſium Polit. 5. 18. Veget. 3. 21. *ex deſperatione creſcit audacia.* Hannibal hinc ſtimulat ſuos apud Liv. 21. 44. *vobis neceſſe eſt fortibus viris eſſe, & omnibus inter victoriam mortemve certa deſperatione abruptis, aut vincere, aut, ſi fortuna dubitabit, in prælio potius, quam in fuga, mortem oppetere.* Seneca de clem. 1. 12. *Acerrima virtus eſt, quam ultima neceſſitas extundit.* De Curione Lucanus lib. 4. *Fortis virtute coacta.* In prælio Flandrico inter Hiſpanos & Batavos, cum Mauritius Princeps naves ſolvi, pontem reſcindi juſſiſſet, ut nullum eſſet elabendi ſpatium, virtus fortes, neceſſitas ignavos proſpere pugnare fecit. de quo plura Reidanus in Annal. Belgic. *Leoninus.*

CAP.

Digitized by Google

multis ergo vulneribus depulsi, ut quibus non cum hoste solum, sed etiam cum loco dimicandum esset,
9 subibant tamen : quia rex inter primos constiterat, interrogans tot urbium victores; *an erubescerent haerere in obsidione castelli exigui & ignobilis?* simul jam inter haec eminus petebatur; quum testudine objecta milites, qui ut inde discederet, perpellere nequive-
10 rant, tuebantur. Tandem Tauron super arcem urbis se cum suo agmine ostendit : ad cujus conspectum & animi hostium labare; & Macedones acrius
11 praelium inire coeperunt. [a] Anceps oppidanos malum urgebat; nec sisti vis hostium poterat. paucis ad moriendum ; pluribus ad fugam animus fuit : magna pars in arcem concessit. Inde xxx oratoribus missis ad deprecandum, triste responsum à rege red-
12 ditur; *non esse veniae locum.* Itaque suppliciorum metu perculsi, ad Sisygambim, Darii matrem, occulto itinere, ignotoque hostibus, mittunt, qui peterent, *ut ipsa regem mitigaret* : haud ignari, parentis eam

INTERPRETATIO.

a *Vtrinque imminens periculum.*

NOTAE.

Pluteos è cratibus, corio intentos. Formam describit Vegetius : *Plutei dicuntur, qui ad similitudinem appidis contexuntur è vimine: & ciliciis vel coriis protegantur, ternisque rotulis, quarum una in medio, duae in capitibus apponuntur, in quamcumque partem admoventur, more carpenti.* Cedrenus *Lesas* vocat, sub id aevum etiam *Spallona* dictas. Haec sunt nomina, res eadem, & finis suffodiendi muros. *Idem.*

9 *Iam inter haec,* &c.] Alii leg. *Simul admonens jam.* ex quo conjecerat Bongars. *Simul admonens.* Eam vocem omnino sustulerat Modius. Sed intercedit Acidalius, glossam potius ista arbitratus, *inter haec.* Nam inquit, *simul admonens jam*, valet, interea dum admonet etiam, dum milites adhuc instigat. Ego tamen cum Modio vocem *admonens* exturbare malim. *Freinsh.*

Testudine] Testudinum plura genera & formae. sed praecipua tria, quae proprie *Testudines* dicuntur. *Prima* Vitruvio *ad congestionem fossarum* quadrata fuit, habens quoquoversus latera singula pedum 25. *Altera* Vitruvio *ad fodiendum comparata*, fossoria, rostrata ; nam frontem habet, sicut anguli trigonorum ; ut, à muro tela cum in eam mittuntur, non planis frontibus excipiat plagas, sed ab lateribus labentes, sine periculoque fodientes, qui intus sunt, tueatur. *Tertia* denique *Arietaria*, in qua Aries suspenditur. *Lipsius.*

Qui, ut, &c.] Sebis. legebat, *quum ut,* &c.

13 Se-

Digitized by Google

eam loco diligi colique. & Madates ſororis filiam ſecum matrimonio junxerat : Darium propinqua cognatione contingens. Diu Siſygambis ſupplicum precibus repugnavit, abnuens, *deprecationem pro illis convenire fortunæ, in qua eſſet : adjecitque, metuere ſeſe, ne victoriæ indulgentiam fatigaret. ſæpius cogitare, captivam eſſe ſe, quam reginam fuiſſe.* Ad ultimum victa, literis Alexandrum ita deprecata eſt; *ut ipſam excuſaret quod deprecaretur. petere ſe, ut illis quoque; ſi minus, ſibi ignoſceret. pro neceſſario ac propinquo ſuo; jam non hoſte; ſed ſupplice tantum vitam precari.* Moderationem clementiamque regis, quæ tunc fuit, vel una hæc res poſſit oſtendere, non Madati modo ignovit; ſed omnes, & deditos, & captivos libertate atque immunitate donavit : urbem reliquit intactam : agros ſine tributo colere permiſit. A victore Dario plura mater non impetraſſet. Vxiorum deinde gentem ſubactam, Suſianorum Satrapiæ contribuit : diviſiſque cum Parmenione copiis, illum *campeſtri itinere procedere* jubet; ipſe cum expedito agmine jugum montium cepit, [a] quorum perpetuum dor-

13 14 15 16

INTERPRETATIO.

a *Quorum continua ſeries in Perſidem* uſque *extenditur.*

NOTÆ.

13 *Sapius cogitare, captivam eſſe ſe*] Ita Tacitus 12. Annal. de Mithridate: *Cultu vultuque ad præſentem fortunam accommodato.* Si vero non ſalva dignitatis, tamen virtutis fama cordatis animis erit : qua vel ſuperent vel ferant quamcunque ſortem. Ea ſe erexit Tullius ad Attic. lib. 3. Epiſt. 5. *Inimici mei mea mihi, non meipſum ademerunt.* Loccenius.

14 *Vt ipſam*] Qui vitii verbi *excuſaret* non perceperunt, ſic mutavere : ſed recte ſe habet vetuſtior lectio, *ut ipſum:* melius etiam ſi facias, *id ipſum.* Freinsh.

15 *Sine tributo*] Contra Arrianus narrat, *tributum annuum impoſitum, equos tentum, jumenta quingenta, pecuniæ* 30000 *quod pecunia ſignata careret.*

16 *Contribuit*] Ab uno Satrape interdum plures provinciæ regebantur. Sic Lydiæ Ioniæque totiuſque Phrygiæ eundem Satrapam, Æmylius Prob. in Datame, & Arrian. 1. commemorat. Herodotus quoque 5. 127. Otoetem, τόμων τούτων Φρύγιον & Λύδιον καὶ Ἰωνικὸν, obtinuiſſe refert. Apud Arrian. 6. Stafanor, ὁ Ἀρείων, καὶ ὁ Σατράπης Satrapes Ibidem Phratapbernes Παρθυαίων καὶ Τυρκανίων Satrapes. Sed &. Xerxe regnante, unum eundemque τὸ Σουσίδος & Φουσικὸν, καὶ Σα-

17 dorſum in Perſidem excurrit. Omni hac regione vaſtata, tertio die Perſidem; quinto anguſtias, quas illi *Suſidas Pylas* vocant, intrat. Ariobarzanes has cum XXV millibus peditum occupaverat rupes, abſciſſas, & undique præruptas, in quarum cacuminibus extra teli jactum barbari ſtabant, de induſtria quieti, & paventibus ſimiles; donec in arctiſſimas
18 fauces penetraret agmen. [a] Quod ubi contemptu ſui pergere vident; tum vero ingentis magnitudinis ſaxa [b] per montium prona devolvunt: quæ incuſſa ſæpius ſubjacentibus petris majore vi incidebant, nec
19 ſingulos modo, ſed agmina proterebant. Fundis quoque excuſſi lapides & ſagittæ ingerebantur undique. nec id miſerrimum fortibus viris erat; ſed quod inulti ferarum ritu velut in fovea deprehenſi cæderen-

INTERPRETATIO.

a *Quod cum cernunt* præ *ipſorum contemptu progredi.*
b *Per montium declivitatem.*

NOTÆ.

Σατράπας ἵππαρχον fuiſſe, ex Ioſepho 11. 8. & Eſdra 3. 6. patet. quibus in locis ἵππαρχος appellatur, qui alias *Satrapes.* Briſſon.

17 *Perſidem*] At quomodo Perſidem prius intrare potuit, quam Suſidas pylas? Certe, latet hic ingens vitium aut ſcriptoris, aut voluminis. Ego magnopere velim exſectis duabus vocibus legere: *Omni hac regione vaſtata, die quinto* (*die quinti* diceret Agellius) *anguſtias, &c. intravit.* Freinshemius.

Pylas] An & ſic legendum in Diodoro 17. 68. τὰς Σουσίδας κεκλημένας πύλας, pro πύησας.

De induſtria quieti] Simulationis hujus multa paſſim exempla. Livius 29. 34. *Maſaniſſa ex compoſito, nunc terrentis, nunc timentis modo, aut ipſis obſequitabat portis, aut cedendo, cum timoris ſimulati ſpecie audaciam hoſti faceret, ad inſequendum temere eliciebat.* Proprium id eſſe Parthorum, notavi ad Flor. 4. 10. *Freinsh.* Frequens hoc ſtrategema, ſilentio & pavoris ſimulatione hoſtem ſecurum in inſidias pertrahere. de quo plura Frontinus lib. 1. Strateg. cap. 6. lib. 11. cap. 5.

19 *Nec id miſerrimum*] Hic imitatio Salluſtii, ut videtur, apud quem Catilina ſic milites ſuos hortatur: *Quod ſi virtuti veſtræ fortuna invideriſt, cavete inulti animam amittatis; neu capti potius ſicut pecora trucidemini, quam virorum more pugnantes, cruentam atque luctuoſam victoriam hoſtibus relinquatis.* Illud enim honeſtæ mortis eſt ſolatium, non inultum in bello occumbere. Vide Freinsh. in Florum 3. 3. 17. *Loccen.*

Inulti ferarum ritu] Habent hic quidam libri vocem abundantem, *quod inulti quidem ferarum ritu.* quod non incommodo mutari poſſit ex Bongar. *quod inulti, quod ferarum ritu.*

20 *Alius*

rentur. Ira igitur in rabiem verſa, eminentia ſaxa 20
complexi, ut ad hoſtem perveniant, alius alium levantes, conabantur adſcendere : ea ipſa multorum ſimul manibus correpta & convulſa, in eos, qui commoverant, recidebant. Nec ſtare ergo; nec niti, nec teſtudine quidem protegi poterant, quum tantæ molis onera propellerent barbari. Regem non dolor modo, ſed etiam pudor temere in illas anguſtias conjecti exercitus angebat. Invictus ad eam diem 22
fuerat, nihil fruſtra auſus : impune Ciliciæ fauces intraverat : mari quoque novum iter in Pamphyliam aperuerat : " tunc hæſitabat deprehenſa felicitas; nec aliud remedium erat, quam reverti qua venerat. Itaque ſigno receptui dato *denſatis agminibus*, 23
ſcutiſque ſuper capita conſertis, retro evadere ex anguſtiis jubet. xxx fuere ſtadia, quæ remenſi ſunt.

INTERPRETATIO.

a *Tunc* Alexandri *felicitas intercepta vacillabat.*

NOTÆ.

20 *Alius alium levantes*] Cæſar de bel. Gal. 7. 47. *L. Fabius, &c. tres ſuos naſtus manipularet, atq; ab iis ſublevatus, murum adſcendit. eos ipſe rurſus ſingulos exceptans, in murum extulit.* Xenoph. ἀνάβ. *Cheriſophi copia quum tubam audiſſent, mox ſurſum via manifeſta tendebant, præteribus ceteris per tramites non tritos, qua quiſque forte fortuna pervenerat, pro viribus ſurſum pergentibus, haſtiſq; ſe mutuo ſublevantibus.* Adjiciemus Livii locum de arce Illiturgitana capta, 28. 20. *Levium corporum homines, & multa exercitatione pernicium, claves ſecum ferreos portantes, qua per inæqualiter eminentia rupis poterant, ſcandunt. Sicubi nimis arduum & leve* (ſic ſcrib.) *ſaxum occurrebat, claves per modica intervalla figentes, quum velut gradus feciſſent · primi inſequentes extrahentes manu, poſtremi ſublevantes eos qui præ ſe irent, in ſummum evadunt.* Quem locum compara cum Curtiano infra 7. 11. *Freinsh.*

21 *Tanta molis*] Quibus etiam in oppugnationibus urbium. non homines modo, ſed & machinæ comminuuntur. Vide Lipſii Poliorc. 5. 4.

Pudor] Qui hercle non minus urit animos generoſos : ut aliquando vel mortem præoptent. ſic apud Flor. 2. 6. *Paulum puduit.* & 4. 2. *Cærieni pudor ſuaſit, ut amiſſum ſua temeritate exercitum morte ſequeretur.*

22 *Ad eam*] Ex Pal. 1. eſt, quod prætuli vulgato; *ante eam diem.*

23 *xxx fuere ſtadia*] Quid eſt, quod Sicul. 17. 68. unde totus hic locus expreſſus, *trecenta ſtadia regreſſum* dicat: longa locorum intercapedo eſt 300. ſtadiorũ. Trecenta efficiunt 9 mill. Germanica cum ſeſquiquadrante; triginta autem non plenum milliarium. Nullũ tamen reor mendũ intercedere, eo quod Curtius tantum de anguſtiis loquatur, per quas ad unum prope milliare Alex. ingreſſus; Siculus vero de toto itinere & loco caſtris in campo delectis. *Rad.*

CAP. IV.

Captivo quodam iter paucis cognitum aperiente, Persarum exercitum, ipso Ariobarzane occiso, delet Alexander.

1 IVM castris undique aperto loco positis, non consultare modo *quid agendum esset*; sed vates quoque adhibere cœpit à superstitione
2 animi. Sed quid tunc prædicere Aristander, cui tum plurimum credebatur ex vatibus, poterat? Itaque damnatis intempestivis sacrificiis, *peritos locorum convocari* jubet. *Per Mediam iter* ostendebant *tutum apertumque*; sed rex dimittere milites insepultos erubescebat: ita tradito more, ut vix ullum militiæ tam
4 solenne esset munus, quam humandi suos. *Captivos* ergo, *quos nuper exceperat, vocari* jubet; inter quos erat quidam Græcæ Persicæque linguæ peritus, qui *frustra eum in Persidem montium dorso exercitum ducere* adfirmat; *sylvestres esse calles, vix* [a] *singulis pervios: omnia contegi frondibus,* [b] *implexosque arborum ramos sylvas*

INTERPRETATIO.

a *Per quos vix singuli homines ire possint.*
b *Implicatis inter se arborum ramis sylvas continuari.*

NOTÆ.

2 PER *Mediam iter*] Extremæ dementiæ damnant Alexandrum, qui *medium iter*, sic enim vulgo legitur, interpretantur *regiam popularemque viam per campos*, *Græcis* λεωφόρον. si enim tale iter ea parte patuisset, Alexander cum aperto discrimine, nulla urgente necessitate, nullo temeritatis præmio, impeditos illos arduosque calles eligeret? Quanto æquiorem judicem habuit Bongarsium, qui & veram lectionem divinavit, adjutus Mss. suis, in quibus erat *per medium iter*. quam lectionem & alii Mss. fovent. Et sane apertior Persis, qua Medos adspicit. Situm locorum, atque descriptionem, quæ mox subjicitur, Introspice. Hinc apud Diod. 17. 68. periti locorum negant, *alibi patere iter*, ea scilicet parte, qua ingredi conatus erat Alex.. Vbi igitur ista via regia? *Multorum tamen dierum circuitu intrari posse*. Curtius etiam addidit qua intrari posset, *per Mediam* scilicet. *Freinsh.*

3 *Sed rex dimittere milites insepultos erubescebat*] Indignum sit, & contra fas naturæ bellique; quum vivi milites terram, in qua steterunt, tam fortiter aut pressérint aut defenderint; & occumbentes corporibus suis texerint, si eos mortuos terra iterum honeste non tegat. *Lucanus.*

5 Per-

ſylvas committere. Namque Perſis ab altero latere perpetuis montium jugis clauditur, quod in longitudinem MDC ſtadia, in latitudinem CLXX[a] procurrit. Hoc dorſum à Caucaſo monte ad rubrum mare pertinet; quaque deficit mons, aliud munimentum, fretum objectum eſt. Planicies deinde ſub radicibus montium ſpatioſa procumbit, fertilis terra, multiſque vicis atque urbibus frequens. Araxes amnis per hos campos multorum aquas torrentium

5 6 7

INTERPRETATIO.

a *Extenditur.*

NOTÆ.

5 *Perſis*] Perſidem Strabo quoque lib. 15. deſcripſit, & poſt hunc Plin. 6. 27. Solinus cap. 54. Ammianus Marcellin. 21. 18. Sed parum inter ſe & cum Curtio conſentiunt. Quicquid eſt terrarum & montium inter mare Caſpium à Septentrione, & ſinum Perſicum, ſeu mare rubrum à Meridie, Perſidi aſſignatur. Hodie tractus ille, qui eſt inter Tigrim, ſinum Perſicum, mare Indicum, ſeu rubrum, Indum & Iaxartem & Caſpium mare, à Sophis Perſiæ regibus poſſideretur. quam terrarum portionem Agrippa apud Plin. 9. 27. Medis, Parthis & Perſis attribuit. *Raderus.*

MDC *ſtadia*] Longitudo ex Eratoſthenis apud Strabo. lib. 15. ſententia ad Caſpias portas 8000 ſtadiorum eſt, milliaria noſtratia 250. Reliqua non eſt ſupra 2000 ſtadiorum, milliaria noſtratia 62 & ſemis. Longitudo in mediterranea à Suſis Perſepolim ſtadiorum 4200. milliaria noſtratia centum & unum ſupra triginta. Hinc uſque ad Catmaniæ fines 1600 ſtadia, milliaria noſtratia 50. Et hanc poſtremam dimenſionem accepit Curtius tantum, qua regio porrigitur in longum. *Idem.*

Hoc dorſum] Ab Occidente ergo ad Orientem per juga & dorſa montium tendamus, Suſis aſcendamus, per Perſidem tranſeamus, Carmaniam ſuperemus, Drangianam percurramus, ac tandem in Paropamiſum altiſſimum & aſperrimum montem enitamur. qui Ptolemæo Caucaſus eſt, totius Aſiæ eminentiſſimus, glacialis & calvus. de quo infra copioſius. Ad hunc, Larnacem Noachi applicitam ait Goropius in Indo-Scythicis pag. 473. hanc montium catenam intelligit hic, quam dorſum appellat Curtius, per quod poſt terrarum inundationem reliquiæ humani generis in Larnace ſervatæ paulatim ex Oriente & Paropamiſo ſeu ad Babylonem ſunt profectæ, ſeſeque tandem in campos demiſere, & Babylonem condidere. Eſt enim Caucaſus mons Goropio ex antiquis id docenti tam longe extenſus, ut Taurum etiam, qui à Pamphylia ſurgit, ab eodem derivari dicant, & alios quamplurimos montes ingentes, qui pro diverſitate gentium diverſas ſortiuntur appellationes, quos Plin. 5. 26. unius Tauri nomine complexus eſt. *Raderus.*

7 *Araxes*] De hoc vide Plut. de fluminibus cap. 23. Strab. lib. 15. Obſervandum, ab Herodoto 1. 202. Araxen nunc Iſtro majorem, nunc etiam minorem dici. Nam Iſter Araxe haud dubie major eſt circa oſtia, minor circa fontes. Mela 3. 5. graphice nobis fontes, curſum & oſtia Araxis proponit. Solin. c. 15. cum Plin. 6. 9. fontes Araxis ex Heniochorum montibus, brevibus ab Euphrate intervallis derivat, atque in Caſpium mare exonerat. *Idem.*

tium evolvit in Medum: Medus à mari, & ad Meridiem versus, minor amnis eo quem accepit, eve-
8 hitur; gignendæque herbæ non alius est aptior, quidquid adluit floribus vestiens. Platani quoque & populi contegunt ripas; ita ut procul visentibus continuata videantur montibus nemora riparum. quippe obumbratus amnis [a] presso in solum dilabitur alveo; imminentque colles, ipsi quoque frondi-
9 bus læti: [b] radices eorum humore subeunte. Regio non alia tota Asia salubrior habetur; temperatum cœlum: hinc perpetuum jugum opacum & umbrosum, [c] quod æstus levat: illinc mare adjunctum, quod
10 modico tepore terras fovet. His expositis captivus interrogatus à rege, *auditu ne, an oculis comperta haberet, quæ diceret? pastorem se fuisse, & omnes eos calles*

INTERPRETATIO.

a *Fluvius alte cavato intra terram canali decurrit.*
b *Ad* ipsorum *radices permeante aqua.*
c *Quod ardorem mitigat.*

NOTÆ.

In Medum] Rara Medi fluminis apud alios scriptores & geographos mentio. Strabo tamen lib. 15. non præterit, quem Araxe excipi affirmat, non Araxen Medo ut Curtius tradit. Ferri à mari, ait Curtius, ad Meridiem: à Septentrione ergo & Caspio mari. *Minor amnis*, inquit, *eo quem accipit*. Araxes enim major. Sed cum à mari in Meridiem fluat, quomodo rursus in Septentrionem versus in Caspium exoneratur? cum enim Araxen excipiat, & Araxes in Caspium delabatur, ubi hæret Medus? Strabonem sequamur, qui Medum in Araxen decidere docet, per quem rursus ad Septentrionem in Caspium devehitur. Quæ sequuntur apud Curtium de Medo apto ad herbas gignendas, &c. omnia rectius Araxi adscribuntur. *Rader.*

A mari] Alii *à mare*. quomodo potuisse dicere Curtium, ostendit Radero rus exemplis Ovidii in Ibin, vers. 198.

Et summam Libyco de mare carpat aquam. Atacini:

Cingitur Oceano, Libyco mare, flumine Nilo.

Et Plauti:

Dicant in mare Commani captos.

Ipse tamen malit legere: *ad mare meridiem versus*, quod Medus in montibus Septentrionalibus ortus ad mare Persicum, quod e regione Caspii est, versus, iterumque flexus, in Caspium demum dolabitur. Habent & Imp. quidam, *ad mare & ad Merid. versus*. mihi tamen Freinshemioque vulgata longe videtur potior.

8 *Platani*] A foliorum latitudine sic dictæ. amant fontes & fluminum ripas, & vina etiam. Vide Plin. l. 12. cap. 1.

Populi] Et populus aquas sitit, & ripas amat.

11 *Ly-*

les percurriſſe, reſpondit : *bis captum, ſemel à Perſis in Lycia; iterum ab ipſo.* Subit animum memoria regis 11
oraculo editæ ſortis, quippe conſulenti reſponſum
erat, *ducem in Perſidem ferentis via Lycium civem fo-*
re. Igitur promiſſis, quanta & præſens neceſſitas 12
exigebat, & ipſius fortuna capiebat, oneratum; *ar-*
mari jubet *Macedonum more*, &, *quod bene verteret,*
monſtraret iter; quamvis arduum & præceps, evaſurum
ſe eſſe cum paucis. niſi forte crederet, quo ipſe pecoris cau-
ſa iſſet; Alexandrum pro gloria & perpetua laude ire non
poſſe. Etiam atque etiam docere captivus, *quam dif-* 13
ficile iter eſſet, maxime armatis. tum rex, *prædem me,*
inquit, *accipe, neminem eorum, qui ſequuntur, recu-*
ſaturum ire qua duces. Cratero igitur ad cuſtodiam 14
caſtrorum relicto cum peditibus, quîs adſueverat;
& iis copiis, quas Meleager ducebat; & ſagittariis
equitibus M præcepit, *ut caſtrorum ſpecie manente,*
plures de induſtria ignes fieri imperet : quo magis barba-
ri

NOTÆ.

11 *Lycium civem fore*] Civem ergo non cognomento *Lycium*, ut perperam putavit vir doctus. Similem hiſtoriam, ut fere ſolent variis accommodari miracula, de Cyro Juſtin. 1. 6. *Somnio monito, ut quem primum poſtera die obvium habuiſſet, ſecum copiis aſſumeret.*

12 *Monſtraret*] Rectius legas, *monſtrare.*

Niſi forte crederet, quo ipſe pecoris cauſa iſſet, &c.] Sic Appius Claudius apud Livium lib. 5. ad populum : *Obſecro vos : venandi ſtudium ac voluptas homines per nives ac pruinas in montes ſilvaſque rapit. belli neceſſitatibus eam patientiæ non adhibebimus, quam vel luſus ac voluptas elicere ſolet?* ſed Alexandri.

Arduæ per præceps gloria vadit iter.
Ita noſter de eo lib. 9. *Avaritia gloriæ & inſatiabilis cupido famæ nihil invium, nihil remotum videri ſinebat.* Loccenius.

13 *Eorum*] Impenſe placeat *meorum*, ſi abſint & illa. *qui ſequuntur.*

14 *Et ſagittariis equitibus*] Inſeritur alicubi, & *ſagittarius* (*ducentis*) & *equitibus.* Male. Non noveram illi genus hoc equitum, non temere quidem alias Curtio etiam nominatum. Apud Arrianum frequentius eſt, qui ἱππακοντιστὰς vocat, ut lib. 3. Ἀγαλασσίους τέ τι ἱππικὸν ἱππέας καὶ τοὺς ἱππακοντιστὰς, καὶ τοὺς τοξότας dicit enim, & alios equites, & hos ſagittarios ſive jaculatores, cum peditibus etiam ſagittariis aſſumptos. *Acidalius.* Id genus equitum alii vocant ἱπποτοξότας, ut Hirtius de bell. Afric. cap. 19. *Sagittariis ac funditoribus, hippotoxotiſque quamplurimis.*

Plures de induſtria ignes fieri imperat : quo magis barbari crederent, ipſum regem in caſtris eſſe.] Idem Demetrius tentavit contra Jonatham, 1 Mach. 12. v. 28. 29. Et Darius, ut falleret diſceſſu Scythas, canes atque aſinos in caſtris

ri crederent, ipsum regem in castris esse. Ceterùm, si forte Artobazanes cognovisset, per callium anfractus eum intrare, & ad occupandum iter suum partem copia-
16 *rum tentasset opponere; Craterus in eum inlato terrore* [a] *retineret ad propius periculum conversum agmen:* [b] *sin autem ipse hostem fefellisset, & saltum occupasset; quum trepidantium barbarorum tumultum exaudisset persequentium regem, id ipsum iter, quo pridie pulsi fuerant, ne dubitaret ingredi: quippe vacuum fore, hostibus in se-*
17 *met aversis.* Ipse tertia vigilia silenti agmine, ac ne tuba quidem dato signo, pergit ad demonstratum iter callium. *tridui alimenta portare* militem jusserat
18 leviter armatum. Sed præter invias rupes ac prærupta saxa, vestigium subinde fallentia, nix cumulata vento ingredientes fatigabat: quippe velut in foveas delati hauriebantur; & quum à commilito-

ni-

INTERPRETATIO.

a *Distineret* hostium *copias in discrimen vicinius intentas.*
b *Ipse ab hoste conspectus non esset.*

NOTÆ.

reliquit: quos cum latrantes rudentesque hostis audiret, remanere Darium credidit, teste Frontino. *Leccen.* Imitatus id est Eumenes apud Plutarch. cap. 28. apud Liv. 21. 32. & 22. 42. Hannibal 36. 10. *Ap. Claudius castra metatus latius quam pro copiis, & plures quam quot satis in usum erant, ignes quum accendisset, speciem quam quæsierat, hosti fecit: omnem ibi Romanum exercitum cum rege Philippo esse.*

15 *Craterus in eum inlato,* &c.] Scitum strategema de traducendo exercitu per infesta loca: ita ut Dux, per unum locum irruptionem simulans, & eo hostem avocans, per alium transeat. aut pars exercitus velitationibus quibusdam in se convertat agmen hostile: interim major pars per diversa & occulta transeat. vide Frontin. l. 1. Strateg. c. 5. Gell. l. 3. Noct. Attic. cap. 7. *Leccen.*

16 *Ne dubitaret ingredi*] Lectionum diversitatem apud Modium vide. Nos ex iis hoc exsculpimus, quando pertinaciter libri scripti vocem *regem* habent, ab ea fontem omnis variationis esse. Hæc corrupta scholiis & additamentis occasionem dedit. Emendanda autem iterum *relegere*. Quod ex animi sententia dico, ac ferio, spretis reliquis, ita scribo: *cum trepidantium b. t. exaudisset, relegere ipsum iter q. p. p. f. ne dubitaret.* Non proprie, non venuste magis potuit: & inficete præillo, non *persequi* tantum, vel *ingredi*, sed quidquid aliud excogitare ingenioso glossographi potuissent. *Acidalius.*

17 *Tridui alimenta*] Nec hoc mirandum. usuvenit, ut 30 dierum, & totius mensis cibaria suis humeris ferre cogerentur. quod plurium auctoritate confirmat Lipsius Mil. Rom. 5. 2.

18 *Nix cumulata*] Livius 21. 35. de copiis Hannibalis, in Alpium transitu:

Fessis

nibus levarentur, trahebant magis adjuvantes, quam sequebantur. Nox quoque, & ignota regio, ac 19
dux, [a] incertum an satis fidus, multiplicabant metum: *si custodes fefellissent; quasi feras bestias ipsos posse deprehendi. ex unius captivi vel fide, vel anima, pendere & regis salutem, & suam.* Tandem venere in ju- 20
gum. à dextera iter ad ipsum Ariobarzanem erat: hic Philotam & Cœnon cum Amynta & Polyperconte, expeditam habentes manum, reliquit, monitos; *ut quia eques pediti erat mixtus; qua pinguissimum esset solum, & pabuli fertile, sensim procederent:* duces itineris de captivis dati. Ipse cum armigeris & 21
ala, quam *Agema* appellant, ardua semita, sed longius à stationibus hostium remota, multa cum vexatione processit. Medius erat dies, & fatigatis neces- 22
saria quies; quippe tantumdem itineris supererat, quan-

INTERPRETATIO.

a *De quo dubitabant satisne fidelis* esset.

NOTÆ.

Fessis tædio tot malorum, nivis etiam casus, occidente jam sidere Vergiliarum, ingentem terrorem adjecit, &c.

19 *Incertum*] His enim hominibus temere fides habenda non est, qui sæpius vel cum ipsius vitæ discrimine patriæ consulentes, hostem in impedimenta & avia loca perductum, in maximas angustias conjecerunt: qualia exempla multa leguntur. Ita & Dani *ductore Saxone Harwaro pervenerunt in difficillima loca, cæsique sunt ad unum omnes.* Krantz. Wandal. 2. 40. Vide & Freinsh. in Flor. 3. 11. 7. 1.

Si custodes fefellissent] Recte sic legendum vidit Sebisius: nam profecto de duce itineris hic sermo est. Duces itineris, suspecti præsertim, & ignoti, asservabantur. quod satis constat, additis sc. custodibus. Quamobrem duo hæc verba conjungi amant. ut apud Cicer. ad Attic. 10. 20. *custodia, quibus asservet.* Liv. 24. 45. *cum interim solutum custodes sequabantur, nosse clausum asservabant.* Id etiam morum Alexandri fuisse, satis constat ex Curtio infra 9. 9. *duces secordiæ asservati profuerant.* Freinsh.

20 *Equesque pediti*] Vix hic capio, cum pedites ægerrime ex his locorum tesquis & rupibus eniterentur, quomodo equites fuerint securi. Videtur Curtius non sine auxesi invium iter prorsus inexplicabile reddidisse, præsertim equiti. *Raderus.* Pro Curtio responderi potuit, habuisse equos locis asperis innutritos, quales describuntur Numidæ apud auctores, item Hispani, quorum certe multa millia per Alpes traduxit Hannibal, & ne hoc mireris, etiam elephantos. ut noveris, verum dicere Tacit. 15. 59. *multa experiundo comperi, qua feguibus ardua videantur.* Certe, in Romanis equitibus necessitas & timor id docuit, apud Livium 22. 14. *qui prope intuti callibus ad dictatorem perfugerunt.* Freinsh.

27 *Eva-*

quantum emensi erant; sed minus præcipitis atque
23 ardui. Itaque refectis cibo somnoque militibus, secunda vigilia surgit. & cetera quidem haud ægre præteriit. ceterum, qua se jugum montium paulatim ad planiora demittit, ingens vorago concursu
24 cavata torrentium iter ruperat. ad hæc arborum rami alius alio implicati & coëuntes, ut perpetuam objecerant sepem. Desperatio igitur ingens, adeo
25 ut vix lachrymis abstinerent, incesserat. Præcipue obscuritas terrori erat: nam etiam si qua sidera internitebant, continenti fronde tectæ arbores conspicere prohibebant. ne aurium quidem usus supererat, sylvas quatiente vento; quæ concutientibus ramis majorem quam pro flatu sonum reddebant.
26 Tandem exspectata lux omnia, quæ terribiliora nox fecerat, minuit: [a] circumiri brevi spatio poterat cluvies; & sibi quisque dux itineris cœperat fieri.
27 Evadunt ergo in editum verticem: ex quo hostium statione conspecta, strenue armati, à tergo se ostendunt nihil tale metuentibus; quorum pauci, qui
28 congredi ausi erant, cæsi sunt. Itaque hinc morientium gemitus, hinc ad suos recurrentium miserabilis facies, [b] integros quoque, antea quam discrimen

INTERPRETATIO.

a *Brevi circuitu* declinari *poterat vorago.*
b *Etiam incolumes fugere coëgit priusquam, &c.*

NOTÆ.

27 *Evadunt ergo in editum verticem*] Ibi Alexander cippum, seu arcum, seu absidem erexit, in qua viatorem secuturum admonuit de lævo vix latere sequendo, dextro velut invio vitando. Extat inscriptio in vita S. Macarii Romani apud Rosweid. lib. 1. vitæ Patrum, pag. 226. *Absidem istam fecit Alexander Philippi* [Ego tamen dubito, an eo tempore hujus nomen adscripturus fuerit Alex.] *Macedo Imperator, quando persecutus est Darium, regem Persarum. Qui terram hanc ingredi voluerit, ad manum sinistram vadat. Ad dexteram enim terra invia, & rupibus & angustiis est plena.* Hanc è Græco translatam nemo dubitabit, qui auctores vitæ, non interpretes legerit. *Raderus.*

Strenue armati, à tergo se ostendunt nihil tale metuentibus] Hic est modus hostem circumeundi, & à tergo invadendi.

Digitized by Google

men experirentur, in fugam avertit. Fremitu dein- 29
de in caſtra, quîs Craterus præerat, inlato; ad oc-
cupandas anguſtias, in quibus pridie hæſitarat, mi-
les educitur. ſimul & Philotas cum Polyperconte 30
Amyntaque & Cœno diverſum iter ingredi juſſus,
alium terrorem intulit barbaris. Ergo undique Ma- 31
cedonum armis fulgentibus ancipiti malo oppreſſi,
memorabile tamen prælium edunt. ut opinor, igna-
viam quoque neceſſitas acuit; & ſæpe deſperatio ſpei
cauſa eſt. Nudi complectebantur armatos, & ingen- 32
ti corporum mole ſecum ad terram detrahentes, ipſo-
rum telis pleroſque fodiebant. Ariobarzanes tamen, 33
XL ferme equitibus & quinque millibus peditum ſti-
patus, per mediam aciem Macedonum cum multo
ſuorum atque hoſtium ſanguine erupit; Perſepolim
urbem caput regionis occupare feſtinans. Sed à cu- 34
ſtodibus urbis excluſus, conſequutis ſtrenue hoſti-
bus, cum omnibus fugæ comitibus renovato prælio
cecidit. Craterus quoque raptim agmine acto ſuper-
venit.

NOTÆ.

dendi. de quo plura Frontin. lib. 2. Strateg. cap. 4.

31 *Ignaviam quoque neceſſitas acuit*] Statius 10. 487.

Eſt ubi dat vires nimius timor.

Silius 1. 557.

—— *clauſos acuunt extrema pericli,*
Et fractis rebus violentior ultima virtus.

Tacitus H. 3. 60. *eſſe adhuc Vitellio vires acres, ſi deſperaſſent.* & 12. 31. *illi obſeptis effugiis, multa & clara facinora fecere.* Salluſt. Cat. *Neceſſitudo etiam timidos fortes facit.* Vide Lipſium Polit. 5. 18. Veget. 3. 21. *ex deſperatione creſcit audacia.* Hannibal hinc ſtimulat ſuos apud Liv. 21. 44. *vobis neceſſe eſt fortibus viris eſſe, & omnibus inter victoriam mortemve certa deſperatione abruptis, aut vincere, aut, ſi fortuna dubitabit, in prælio potius, quam in fuga, mortem oppetere.* Seneca de clem. 1. 12. *Acerrima virtus eſt, quam ultima neceſſitas extundit.* De Curione Lucanus lib. 4. *Fortis virtute coacta.* In prælio Flandrico inter Hiſpanos & Batavos, cum Mauritius Princeps naves ſolvi, pontem reſcindi juſſiſſet, ut nullum eſſet elabendi ſpatium, virtus fortes, neceſſitas ignavos proſpere pugnare fecit. de quo plura Reidanus in Annal. Belgic. *Loccenius.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. V.

Ad Perſepolim properans, captivorum Græcorum IV M liberat.

1 REx eodem loco, quo hoſtium copias fuderat, caſtra communivit. Quamquam enim undique fugati hoſtes victoriam conceſſerant; tamen præaltæ præcipiteſque foſſæ, pluribus locis objectæ, abruperant iter: ſenſimque & caute progrediendum erat; [a] jam non hoſtium, ſed loco-
2 rum fraude ſuſpecta. Procedenti ei literæ redduntur à Tiridate, cuſtode regiæ pecuniæ, indicantes, *eos, qui in urbe eſſent, audito ejus adventu, diripere velle theſauros; properaret occupare: expeditum iter eſſe,*
3 *quamquam Araxes amnis interfluat.* Nullam virtutem re-

INTERPRETATIO.

a *Cum jam non hoſtium inſidiæ, ſed locorum* difficultas *timerentur.*

NOTÆ.

1 *Locorum fraude ſuſpecta*] Hoc μετωνυμικῶς. fraus enim non cadit, niſi in hominem, & humani generis hoſtes ſtygios genios: nam cœleſtes non fallunt. Poterant tamen & loca eſſe ſuſpecta, ab hoſtibus ad perniciem aliorum comparata & inſtructa, cum ſæpe in pontibus, ſilvis, campis, montibus fiunt, quando ſcrobes fodiuntur, muricæ & ſtimuli, tribulique & pali defodiuntur. *Rader.* Fraudem locis tribuit Curtius, ob foſſas præaltas, ſive eas ad impedienda itinera hoſtes effeciſſent, ſive ipſius naturæ impetus, ut ſupr. 5. 4. Simili figura dici ſolent *inſida* loca. ut apud Flor. 3. 4. *inſidum glacie flumen.* in Tacit. 1. 61. *fallaces campi*, &c. *Freinsh.*

2 *Occupare*] Inſertæ vulgo binæ voces, *theſauros dimiſſos:* quas plane inſitivias non Modius, non alius mihi perſuadebit. Emendo ego: *properaret occupare theſauros ditiſſimos; expeditum iter eſſe.* Invitabat & incitabat eum, quod cum iter facile, tum præda eſſet maxima. *Acidal.* Putarem tamen, contra Acidalium, vulgatam lectionem bene ſe habere. *Blanck.*

Quamquam Araxes] Valde dubito de ſcriptura hujus loci. nec enim ita in levi habendum puto hunc fluvium, ut diceretur *expeditum iter eſſe, quamquam interfluat amnis*, quem propter copiam aquarum nec nando ſuperare poſſis, nec vado. Id autem ſic fuiſſe, clarum ex ſequentibus. nam Alexander ibi pontem ſtruere neceſſe habuit. Scripſit omnino Curtius: *expeditum iter eſſe, quam qua Ar. amnis interfluit.* Hoc eſt, ſi inire rationem poſſit tranſiendi fluminis, ceterum iter in expedito fore. Et ſane apparet, Alexandrum non temere ad fluvium procurrentem, ibi ſubſtitiſſe hiantem & circumſpicientem, quomodo tranſiret, ſed ante capto conſilio, à peritis locorum edoctum, eo animo proceſſiſſe, ut ad pontem fabricandum vicorum iſtorum, de quibus Curtius, materia ureretur. Vnde facile intelligitur, fabros etiam aut

regis istius magis, quam celeritatem laudaverim. relictis enim pedestribus copiis, tota nocte cum equitibus, itineris tanto spatio fatigatis, ad Araxem prima luce pervenit. Vici erant in propinquo; quibus direptis ac dirutis, pontem ex materia eorum, subditis saxis, [4] strenue induxit. Iamque haud procul urbe erant; quum miserabile agmen, inter pauca fortunæ exempla memorandum, regi occurrit. Captivi erant Græci ad quatuor millia fere, quos [5] Persæ

INTERPRETATIO.

a *Admodum diligenter constituxit.*

NOTÆ.

aut præmisisse, aut secum deduxisse: denique omnia ex præparato fuisse gesta. *Freinsh.*

3 *Celeritatem*] In celeritate itinerum conficiendorum nullum ex omni memoria antiquitatis & posteritatis Alexander habuit parem præter Iulium Cæsarem, cui plerumque etiam celeritas peperit victoriam. ut verum sit, quod Vegetius 3. 1. pro oraculo dixit, *quia in reb. bellicis celeritas amplius valet prodesse, quam virtus.* Cicero, in epist. ad Attic. 8. 9. Cæsaris commendat celeritatem, quando dicit, *ei rei illud est incredibili celeritate.* Vnde ejus dictum, *Veni, vidi, vici.* Celebrat & Arrianus 3. 4. 7. & 20. incredibilem Alexandri celeritatem. Ælian. histor. Var. 10. 4. eandem prædicat: *Alexander Philippi ter quadringenta stadia continuo itinere armatus confecit, & antequam quietem caperet exercitus, cum hostibus congressus eosdem vicit. Quadringenta stadia* conficiunt novem nostratia milliaria ferme cum triente. Illud τρὶς seu *ter*, accipe pro diversis temporibus. *Freinsh.*

4 *Pontem*] Hic ad Augusti fere ævum permansit, nisi quod fluminis incrementa valde ruperunt. postea Augustus firmiorem subjecit. *Servius.* Dubitat tamen Sebisius, an eousque durare potuerit, tumultuario tantum opere constructus. Ego plane alium pontem fuisse credo, de quo Virgilius: imo & alium fluvium. Nam de Armenio Araxe Virgilius Servio; Curtius de Persico: quos non pro uno fluvio habendos, etiam Salmasio ad Solinum cap. 1201. placuit, & multis rationibus ostendi potest. *Freinsh.*

5 *Quatuor millia*] Diod. 17. 69. & Iustin. 11. 14. non nisi *octingentos* recensent. Apud Plutarchum & Arrianum nulla horum mentio. *Radenus. Octingentos* numerat & Suidas in Ἀλέξανδρος. [6]

6 *Alios pedibus*] Ita beatos Christi martyres in Cappadocia & Ponto cruribus debilitatos fuisse tradit Euseb. hist. Eccl. 8. 18. & Sozomenus 1. 10. Sic & Andronicus Imp. in Prusaenses sævit, *quorundam pedibus amputatis, nonnullis oculo dextro & pede sinistro mutilatis, aliis contra.* Eam pœnam servorum fugitivorum Constantius esse voluit, *ut pede amputato debilitentur.* l. 3. C. de serv. fugit. alterutro scil. non utroque. id enim fieri prohibuit Iustinian. Nov. 134. c. 13. Similem in modum scribit Seneca, quendam Persarum regem totius populi nares recidisse in Syria, inde *Rhinocoluram* loci nomen esse lib. 3. de ira c. 20. In Walachia prisci moris esse ferunt, ut affectati Principatus rei, recisa nare dextra, in perpetuum infamiæ signum notentur; & hac deformitate oris, spes omnis

6 Persæ vario suppliciorum modo adfecerant. alios pedibus, quosdam manibus auribusque amputatis, inustisque barbararum literarum notis, in longum sui ludibrium reservaverant; & quum se quoque alienæ ditionis esse cernerent; volentes regi occurrere non
7 prohibuerant. Inusitata simulacra, non homines videbantur; nec quidquam in illis præter vocem poterat adgnosci. plures igitur lachrymas commovere, quam profuderant ipsi. quippe in tam multiplici variaque fortuna singulorum, intuentibus similes quidem, sed tamen dispares pœnas, quis maxime miserabilis

NOTÆ.

mnis imperii illis præcidatur. Gotharzes Mcherdatem, apud Tacit. 12. Annal. *auribus decisis vivere jubet, ostentui clementiæ suæ, & in reo dehonestamento.* Tyrannus ille quondam Russorum Iohannes Basilides, Cancellario suo ad se vocato, quasi aliquid in aurem dicturus, eandem ipsi ex gratia amputavit. Nam gratiæ apponi voluit, quod non totum caput præcidisset. Sed talem gratiam hosti precari solent homines. Quin in hostem sic grassari, quod etiam nostræ ætatis memoriæ non ignotum, ferinum esse censetur, & paris vel majoris ultionis aliquando fuit irritamentum. Quid? quod una plagarum divinarum humanis delictis debita: Ezech. c. 23. vers. 25. *Ponam zelum meum in te, nasum tuum & aures tuas præcident.* Loccen.

Manibus] Diodor. 1. 78. ubi falsarius Ægyptiaca *lex utramque manum præcidi jussit, ut qua quisque corporis parte in legem peccasset, hac ad finem usque irreparabili cum damno & ipse culpam lueret, & alios, pœna hac sua commonefactos, ab id genus facinore deterreret* Plurima etiam alia delicta manuum amputatione coercebantur, ut ex infinitis Historicis patet.

Auribusque] Idem quoque supplicium inter alia pertulisse Christianos Martyres, ex Euseb. hist. Eccles. 8. 24. discimus. Et illi quidem immerito: ceterum justissimo jure Iudæi sub Constantino, quos ille, patriam armis repetentes, hac rebellionis impressa nota passim dissipavit. De aliis ejusmodi mutilationibus causisque ex quibus irrogabantur, vide præcipue eruditiss. Fabrum semestr. 3. 19.

Inustisque] Mos notandi frontes & inurendi, non Persis tantum & barbaris usurpatus, sed Græcis etiam & Romanis usitatus. Multa nos passim de stigmatis ad Martialem. Lipsius Electorum 2. 15. plurima de eodem argumento. *Raderus.*

7 *Similes quidem*] Propter Acidalii conjecturam, etiam Radero probatam, explanandum hic est necessario, quid simile distet à pari. Par enim esse dicitur, quod tantundem habet virium, aut magnitudinis, quamquam alia sit forma aut specie: ut contra simile, quod eandem figuram habet, magnitudine dispari. puta, duobus angulis rectis pares sunt qui triangulum constituunt: quamquam dissimiles. quadrato quadratum simile: quamquam possit esse dispar. Sic itaque, in hac miserorum turba, similis erat omnium pœna, quippe mutilatio: sed tamen dispar: levius enim afflicti erant qui aures pura, quam qui manus, pedesve, aut oculos perdiderant. & quamquam revera erat calamitatis diversitas, tamen tristi hoc spectaculo subito offuso,

rabilis esset, liquere non poterat. Vt vero *Iovem* il- 8
li *tandem Gratiæ ultorem aperuisse oculos* conclamavere; omnes pari supplicio adfecti sibi videbantur. Rex abstersis, quas profuderat, lachrymis, *bonum habere animum* jubet; *visuros urbes suas conjugesque:* & castra inde duo ab urbe stadia communit. Græci ex- 9
cesserant vallo, deliberaturi, quid potissimum à rege peterent: quumque aliis *sedes in Asia rogare*; aliis *reverti domos* placeret; Euthymon Cymæus ita locu- 10
tus ad eos fertur. *Hi qui modo ad opem petendam ex tenebris & carcere procedere erubuimus, ut nunc est, supplicia, (quorum nos pudeat magis an pœniteat, incertum est) ostentare Græcis velut lætum spectaculum cupimus. At ii* 11
optime

Notæ.

so, non liquere poterat intuentibus, quis maxime esset miserabilis in tanta turba miserorum. His igitur sic, ut debent, acceptis, inepte subjicieretur: *omnes pari supplicio affecti sibi videbantur.* quod tamen Acidal. ea adseveratione volebat, ut si hic falleret aut falleretur, nec credere ultra quicquam, nec credi velle pacisceretur. Ego vero potius omnia alia credam, quis enim ferret ita loquentem, in *disparibus pœnis pari calamitate affecti sibi videbantur?* Deinde, si sic volebat, cur retinuit illud *sibi?* quo expuncto, illud *videbantur* rectius retulisset ad præcedens *intuentibus.* Sed fefellit Virum eruditum & acutum, tum mens Curtii, tum ipsa vis verborum. Vtraque hoc volunt: agmen hoc miserorum ipso conspecta movisse lachrymas procul visentibus, dein, postquam propius suggressum, etiam clamorem cum sustulisset, mixtum commemoratione malorum suorum, & congratulatione vindictæ, sic tetigisse animos audientium, ut non secus affirmarentur, ac si ipsi idem supplicium in suis corporibus pertulissent. *Freinsh.*

11 *At ii optime miserati ferunt, qui abscondunt* Seneca Thyeste v. 318.

Tacere multis distitur vita malis.

Cæcilius apud Gell. 2. 22. *Is demum miser est, qui erumnam suam nequit occultare.* Cicero Philip. 12. *Vincam,* inquit, *animum, mihique imperabo. dolorem justissimum, si non potero frangere, occultabo.* Sed si quis occultet dolorem, cui non ferendo sit, quid aliud, quam medicinam ejus respuit, & cor suum mœrore macerat atque tandem conficit? quod est desperantis, & invisam quærentis abrumpere lucem, contra divinas & naturæ leges. Quidni ergo præstet, dóloris partem in amici sinum exonerare; ut ita divisa sarcina fiat levior; aut verbis lachrymisque vel explere quodammodo vel egerere dolorem; quam cor illo tacite exedere? Ovid. lib. 5. Trist. eleg. 1. v. 49.

At poterâ, inquis, melius, mala ferre silendo,
Et tacitus casus dissimulare tuos.
Exigis ut nulli gemitus tormenta sequantur,
Acceptoque gravi vulnere flere vetas.
Ipse Perilleo Phalaris permisit in ære
Edere mugitus, & bovis ore queri, &c.
Est aliquid fatale malum per verba levare;
Hoc querulam Progne Haleyonemque facit.

optime miserias ferunt, qui abscondunt: nec ulla est tam familiaris infelicibus patria, quam solitudo, & status prioris oblivio. Nam qui multum in suorum misericordia ponunt, ignorant, quam celeriter lachrymæ inarescant. Nemo fideliter diligit, quem fastidit; nam & calamitas querula est; & superba felicitas. Ita a *suam quisque fortunam in consilio habet, quum de aliena deliberat: & nisi mu-*

INTERPRETATIO.

a *Sua quisque fortuna rationem habet.*

NOTÆ.

Strangulat inclusus dolor atque exæstuat intus:
Cogitur & vires multiplicare suas.

Ita Severus in carm. bucol.

Nam divisa, minus sarcina fit gravis;
At quicquid tegitur, sævius incoquit.

——— *Prodest sermo doloribus.*

Nonnunquam tamen utile est, dissimulare dolorem: ut si Dux militum causa simulatâ lætitiâ res adversas tegat, donec eis remedium aptum invenerit. velut Æneas apud Poëtam:

Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

Interdum etiam potest quis tali dolore premi, quem exprimere apud amicos non audet, vel quod suspecta eorum fides; vel quod apud alium prohibet dignitas; apud alium ipsius facti pudor, ut Chremes apud Comicum de se loquitur. Tunc vero tutissimum est Deo aperire, & eum optimum medicum patienter in spe & silentio præstolari.

Quam celeriter lachrymæ inarescant] Hoc ad Apollonium rhetorem, ut primum auctorem refert Tullius lib. 1. de invent. *Commotis animis diutius in conquestione morari non oportebit. quemadmodum enim dixit rhetor Apollonius: Lachryma nihil citius arescit.* Vid. & 10. ad Attic. ep. 16. Cur autem lachrymæ cito arescant, causam affert Cl. Vossius lib. 3. Comment. Rhet. cap. 6. §. 4. partim quod lachrymæ sunt salsæ & calidæ: partim quia aliena mala non adeo in pectus descendunt, ut diu durent. Vnde Cicero in Partit. *Cito arescit lachryma, præsertim in alienis malis.*

12 *Nemo fideliter diligit*, &c.] Par illud lib. 10. *Neminem ei satis fidum esse quem metuat.* ubi plura.

Calamitas querula est] Videtur expressum ex illo Ciceronis l. 12. ep. 40. ad Attic. Scis, quam sit φιλαλητος συμφορα, id est *querula calamitas*. Alibi noster: *Modum verborum tenere misero difficile.* Tullius pro Sulla: *Difficile est tacere quum doleas.* Causa est, quod ex questu quædam doloris levatio speratur. cui addas illud Plinii l. 8. ep. 16. *Est quædam etiam dolendi voluptas: præsertim, si in amici sinu defleas, apud quem lachrymis tuis vel laus sit parata vel venia.* Loccenius.

Superba est felicitas] Quæ fastidit abjectas voces & humilem querelam. Quæ molestè fert, obtundi se querelis miserorum: in quorum fortuna horret fragilitatis humanæ speculum, & dedignatur, occursu eorum tanquam sævo omine, interpolari sua gaudia. *Freinsh.*

Ita suam quisque fortunam, &c.] Rectè & utiliter quis suæ sortis justus æstimator erit, animoque propriam volvet, quoties alienam cogitat. si enim in utraque, quam incerta & lubrica sint humana recognoscat, non aliter potest, quin ad modestiam alliciatur. Seneca lib. 3. de ira, cap. 26. *Ad rerum humanarum conditionem respiciendum est, ut omnium accidentium æqui judices simus.* Hoc in captis quatuor Regibus Sesostris, in capto Crœso Cyrus fecit. *Locc.*

Et nisi mutuo essemus miseri] Vulgò in solatii parte solet poni, socios calamitatis nactum esse: quod ita quis non

mantno essemus miseri, olim alius alii potuissemus esse fastidio : Quid mirum est, fortunatos semper parem quærere? Obsecro vos, olim vita defuncti, quæramus locum, 13
in quo hæc semesa membra obtruamus : ubi horribiles cicatrices celet exilium. Grati profecto conjugibus, quas juvenes duximus, revertemur! Liberi in flore & ætatis & rerum adgnoscent, & fratres ergastuli detrimenta? Et 14
quota pars nostri tot obire terras potest? procul Europa in ultima Orientis relegati, senes, debiles, majore membrorum parte mulctati, tolerabimus scilicet, quæ armatos & victores fatigaverunt. Conjuges deinde, quas raptis sors 15
& necessitas unicum solatium adplicuit, parvosque liberos, trahimus nobiscum, an relinquimus? cum his venientes nemo adgnoscere volet. relinquemus ergo extemplo præ- 16
sentia pignora, quum incertum sit, an visuri simus ea quæ petimus? Inter hos latendum est, qui nos miseros nosse cœperunt. Hæc Euthymon. Contra Theætetus Athenienſis orſus eſt dicere. *Neminem pium habitu corporis*

NOTÆ.

non videatur conditione pejor aliis : nec fastidiat illam sortem, quam cum pluribus communem habet : nihilque in eo præcipue dolendum esse sciat, quod accidit ceteris : Ovid. 15. Metam. Fab. 44.

——— Quoties flanti Thesea heros,
Siste modum, dixit : nec enim fortuna querenda
Sola tua est, similes aliorum respice casus :
Mitius istæ ferent.

Verum hic non solum externa calamitatis societas respicienda est, sed imprimis interna ejus causæ & finis : ita patientius feretur. *Lostenius.*

13 *Grati*] Reduximus veram lectionem ex Mſſ. nonnullis. Per ironiam autem hæc dicta, aculeum habent : quod qui non receperunt in gratiis, mutaverunt, *ingrati*. Freinsh.

Et fratres] Hanc & copulam in membranis non esse Modius notat : & videri sibi aliud omnino latens ulcus subesse. Recte suspicatus ille : nobis ipsum ulcus magis notum, quod & tanamus levi manu. scribemus : *Liberi in flore & ætatis & rerum, patres agnoscent. ergastuli detrimenta?* Quod si copulam obteri non pateris, muta in *ut : ut patres agnoscant.* quomodo Vellei. 2, 26. *At nunc si qui tamen habuerat, vix ut genitor agnoscatur.* Addalius.

14 *Præsentia pignora*] Male interpreteris, (si cum vulgatis *præsentium* retinucas) præsentium conjugum, fruitra, præsentium nostrum. Omnino *præsentia* scribendum. Voce *pignorum* conjuges hic simul & liberi veniunt. alibi nec hi tantum, sed necessarii quicunque. *Acidalius.*

17 *Neminem pium, &c.*] Arist. 3. Eth. 5. *Nemo oculis per naturam, morbum, aut vulnus hostile, privato, alio ve-*

poris ſuos æſtimaturum; utique ſævitia hoſtis, non natura calamitoſos. Dignum eſſe omni malo, qui erubeſceret fortuita: triſtem enim de mortalitate ferre ſententiam; & deperare miſericordiam, quia ipſe alteri denegaturus
18 *ſit. Deos, quod ipſi nunquam auſi optare forent; offerre patriam, conjuges, liberos, & [a] quidquid homines vel*
19 *vita æſtimant, vel morte redimunt. Quin illi ex hoc carcere erumperent, [b] alium domi eſſe cœli hauſtum; alium lucis adſpectum: mores, ſacra, linguæ commercium*

INTERPRETATIO.

a *Quidquid homines æque ac vitam diligunt, vel mortis periculo tuentur.*

b *Iucundius in patria duci ſpiritum.*

NOTÆ.

corporis vitio laboranti probrum objicit, ſed miſericordia potius commovetur. cui autem ex violentia aut alia intemperantia hoc evenerit, ſi culpatur ab omnibus.

Et deſperare miſericordiam] Seneca lib. 2. de Ira, cap. 34. *Cogitemus, quotiens a dignoſcendum difficiles eramus, an expediat, omnes nobis inexorabiles eſſe. quam ſæpe veniam qui negavit, petit? quam ſæpe pedibus ejus advolutus eſt, quem à ſe repulit?* Ipſe Spiritus S. Iacobi 2. verſ. 13. *Iudicium abſque miſericordia* minatur illi, *qui non præſtiterit miſericordiam.*

19 *Alium domi eſſe cæli hauſtum*] Hoc in lib. 23. Cod. de poen. ita imitatione expreſſum eſt: *Privati auræ communis hauſtu & lucis aſpectu.* Vbi de carcere detentis ſermo eſt. Quamvis ſolum patrium forte aſperius, & cœlum non ſatis clemens alicui contigerit, tamen, ſecundum proverbium, *Domus chara, domus optima.* Loccen.

Mores, ſacra, linguæ, &c.] Lib. 6. noſter: *Non ſacris, non moribus, non linguæ commercio nobiſcum cohærentes.* Sacrorum, morum, & linguæ commercium, firmum eſt unionis vinculum. Vnde Livius lib. 28. non absre miratur, qui potuerit Annibal, tam procul à patria in Italia, ſolo hoſtili, per tredecim annos, tot milites, gente, lingua, moribus, ſacris diverſos, in officio & quiete continere. *Neſcio*, inquit Livius, *an mirabilior fuerit Annibal adverſis, quam ſecundis rebus. quippe qui cum & in hoſtium terra per annos tredecim, tam procul ab domo, varia fortuna bellum gereret exercitu non ſuo civili, ſed miſto ex colluvione omnium gentium, quibus non lex, non mos, non lingua communis, alius habitus, alia veſtis, alia arma, alii ritus, alia ſacra, ita quondam nuo vinculo copulaverit eos, ut nulla nec inter ipſos, nec adverſus ducem ſeditio exiteriſt; cum & pecunia ſæpe in ſtipendium, & commeatus in hoſtium agro deeſſent.* Quis non cogitet, hic ſingulari virtute, ſolertia & moderatione opus fuiſſe? quas etiam in noſtris imperatoribus miramur, dum exercitum, patria, moribus, lingua diſcretam ita continent. *Loccen.*

A barbaris experi] Hoc non intellexit Raderus, ut nuper ex vaſtis ejus commentariis didici. Egregie explicat Nicias apud Thucydidem lib. 11. *Quotquot antea pro Athenienſibus, quamvis non eſſetis, habebamini. & cum ob ſermonis peritiam, tum ob inſtitutorum imitationem, toti Græcia ſummo in pretio eratis.* Et Ariſtides rhetor in panathenaïco: *Totæ veſtram ſapientiam & inſtitu-*

tio-

cium etiam à barbaris expeti; qua ingenita ipsi omissuri sint sua sponte; non ob aliud tam calamitosi, quam quod illis carere coacti essent. Se certe redisturum ad penates & in patriam; tantoque beneficio regis usurum: si quos contubernis, liberorumque, quos servitus coegisset adgnoscere amor detineret; relinquerent, quibus nil patria carius est. Pauci hujus sententiæ fuere; ceteros consuetudo, natura potentior, vicit. Consenserunt, *petendum esse à rege, ut aliquam ipsis adtribueret sedem.* Centum ad hoc electi sunt: quos Alexander ratus, quod

NOTÆ.

tudinem terra affulat, vestrumque sermonem toti hominum generi communem judicant. Ita factum est, ut per vos orbis totus in unum sermonem consenserit, &c. Gronovius.

Ingenita ipsi omissuri sint sua sponte] Sic legendum videram; socioque nunc meo ante hoc novennium Vormatia scripseram, his verbis: Ingenita *hic legendum, non* ingentia, *ut tuis visi liquere potest.* & vero nuper Gronovius in eruditis ad socerum meum literis, indicato Ignatium Hannielem voluisse, *qua in Græcia nati*, vel *qui ipsi in Græcia nati*; subjicit: *Quis dubitabit, hic Curtium scripsisse*: quæ ingenita ipsi omissuri: Quo minus veritus sum suum Curtio tribuere. Notissima hæc phrasis, & usu trita. Apulcii lib. 9. *ingenita mihi curiositate recreabar.* Arnobius l. 1. *Qui quamne est hominum, &c. cui non sit ingenitum, non affixum, imo ipsis pene in genitalibus matris non impressum, non insitum, esse regem ac dominum, cunctorum quacumque sunt moderatorem?* Sic *vetera & ingenita odia.* Seneca de benef. 5. 16. Hoc ergo loco suadet Theætetus, non esse deserenda patria & ingenita bona, cum etiam barbari, quibus nativa non sunt, ea summo opere appetant. Ita noster supra 3. 6. *ingenitam* Macedonibus *erga reges suos venerationem* dixit. Multo enim flagitiosius est, deesse bonis, velut ipso successionis jure ad nos devolutis, quam alienis & aliunde petendis. Hinc in omnibus fere adhortationibus promptissimus locus est, à majorum virtutibus quosque excitandi. *Freinsh.*

20 *Detineret*] Vulgati quidam auctores uno verbo, *amor detineret*; *haberent, relinquerent.* Unde fortassis emendandum: *si q. c. l. q. f. c. a. amor detineret, manerent: reliqui irent, quibus nil patria carius est*, vel *esset.* Sed fortassis, inquam; nec enim certo scio. *Acidalius.* Ego potius nihil mutem, *si quos, &c. amor detineret, haberent: relinquerent, quibus patria, &c.* ii qui amarent tantopere conjuges, liberos, haberent sibi, fruerentur: alii, qui patriam præponerent, relinquerent serviles illas necessitudines. aut si *relinquendi* verbum pro dimittere accipis, quædam divortii species fecit, ut *habendi* verbo usus, solenne illud tangeret: *res tuas tibi habe.* Freinsh.

21 *Consuetudo, natura potentior*] Multa, quæ natura jucunda non sunt, assueta placent. & consuetum quasi naturæ jam insitum fit. Arist. 1. Rhet. cap. 10. 11. Est autem consuetudinis non solum in bonam, sed etiam malam partem vis magna. Cicero lib. 1. de 11. *Tantam esse corruptelam malæ consuetudinis, ut ab ea tanquam ig culi extinguantur à natura dati, exoriantur que & confirmentur vitia contraria.* Quod autem consuetudo sit natura potentior, patet etiam in feris, quæ quasi exuta feritate mitem naturam induunt erga homines, à quibus

quod ipse præstare cogitabat, petituros, *jumenta*, inquit, *adsignari quæ vos veherent: & singulis vestrum mille denarium dari jussi. Quum redieritis in Graciam, præstabo, ne quis statum suum, si hac calamitas absit,* 23 *vestro credat esse meliorem.* Illi obortis lachrymis terram intuebantur, nec aut erigere vultus, aut loqui audebant: tandem rege tristitiæ causam exigente, Euthymon similia iis, quæ in consilio dixerat, re- 24 spondit. Atque ille non fortunæ solum eorum, sed etiam pœnitentiæ misertus; *terna millia denariûm singulis dari* jussit: denæ vestes adjectæ sunt; & armenta cum pecoribus ac frumento data: ut coli serique adtributus iis ager posset.

NOTÆ.

bene habitæ atque educatæ sunt. vide Gellium lib. 5. cap. 14. Solinum cap. 18. Ovidium lib. 1. de Ponto el. 4. Ex eadem consuetudine fit, ut diversi generis animalia societatem quandam inter se jungant. vid. Bodin. Theatr. nat. lib. 3. p. m. 307. *Loccen.*

23 *Terram intuebantur*] Vt solent, quos fortunæ suæ pœnitet pudetve. Sic apud Livium 45. 8. Perseus *terram intuens, diu tacitus flevit.*

24 *Pœnitentiæ*] Crediderat enim, eos, cum antea reditum in patriam mallent, nunc accuratiori sortis suæ contemplatione sententiam mutavisse. *Freinsh.*

Terna millia denariûm singulis dari jussit] Singulis 300 Philippæos. summa 1200000 Philippæorum sive 1600000 florenorum. *Radevus.* Insignis liberalitatis fuit Alexander. Si fides illi, qui scripsit vetera Scholia in Dionem, habenda est, eo animo fuit, ut si quo die non benefeciſſet alicui, seipsum reprehendens exclamaret: ΣΗΜΕΡΟΝ ΟΥΚ ΕΒΑΣΙΛΕΥΣΑΜΕΝ: HODIE, NON REGNAVIMUS. vid. Morell. in Scholia ad Dionem pag. 13. Inprimis illa beneficentia Alexandri laude digna est, quam exercuit in milites bello mutilatos, usque victum præbuit; ut hodieque à bene constitutis Reipubl. tales ex publico ali solent. quod etiam naturalis æquitas suadet, nimirum ut qui pro Republ. ac patria defendenda impendendæ annos suos ac valetudinem, pensationem aliquam jacturæ illius fructumque laborum recipiant. Siracides cap. 26. v. 32. *Duobus nominibus afficitur tristitia cor nostrum: & vir bellator inopia deficit, & virum gentes flocci faciunt.* Loccen.

CAP.

CAP. VI.

Opulentiſſima Perſepolis direpta, interiorem Perſidis regionem petit, ac Mardorum domat gentem.

POSTERO die convocatos duces copiarum docet; *nullam infeſtiorem urbem Græcis eſſe quam regiam veterum Perſidis regum. hinc illa immenſa agmina infuſa: hinc Darium prius; deinde Xerxem Europæ impium intuliſſe bellum. excidio illius parentandum eſſe majoribus.* Iamque barbari, deſerto oppido, qua quemque metus agebat, diffugerant; quum rex phalangem nil contatus inducit. Multas urbes, refertas opulentia regia, partim expugnaverat; partim in fidem acceperat: ſed urbis hujus divitiæ vicere præterita. In hanc totius Perſidis opes congeſſe-

1 2 3

NOTÆ.

1 *Poſtero die*] De hac urbe ejuſque divitiis & excidio conſule Briſſon. lib. 1. pag. 47. In ea fuiſſe columnam eam æneam credo, in qua inſcriptum fuerat juxta leges Cyri, quid ſingulis diebus in prandium cœnamque regis inſumendum eſſet. Vide Polyæn. 4. 3. 32. Admodum appoſite huc tranſtulit Raderus, quod de Troiæ ruinis exclamaverat Poeta Æn. 2. 361.

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet, aut poſſit lachrymis æquare dolorem!
Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos. Freinsh.

Regiam] Regia in arce ſita erat; quæ triplici muro cincta fuit, Diodoro teſte. Horum primus immenſo ſumptu extructus erat, altitudine cubitorum 16. exornatus pinnis. Secundus, fabrica priori aſſimilis, duplo altior erat. Tertii ambitus figura erat quadrilatera: ejus autem murus altitudinem habebat cubitorum 60. duro lapide, & ad perpetuitatem appoſitiſſimo, ædificatus. Latera ſingula æneas habebant portas, quibus valli ænei 20. cub. longitudine. Hi quidem ad percellendos ſpectantium animos, illæ ad firmitatem comparatæ. Qua parte arx ad Orientem ſpectabat, aberat ab ea 4 jugeribus mons, qui *Regius* vocabatur, in quo erant ſepulcra Regum. In eadem arce etiam erant Regiæ manſiones complures, extructæ ſumptuoſe: & theſauri ad pecuniarũ cuſtodiã accommodate fabricati.

Parentandum] Sic & Strabo lib. 15. Speciosum hoc dictu, re inane, imo perniciosum fuiſſe, poſtmodum agnovit ipſe Alexander mox 5. 7. & apud Plut. cap. 69. *Ceterum neque mihi hoc prudenter ab Alexandro factum videri poteſt, neque ulla de veteribus Perſis hac ratione ultio ſumpta fuiſſe.* Arrian. 3. 4. Neque enim jam Perſarum urbem excidebat, ſed ſuam: ut prudenter de Sardibus captis Cyro reſpondiſſe Crœſum refert Herodot. 1. 88. *Freinsh.*

3 *Opes*] Inter quas etiam fuiſſe dubitat Freinshemius ſtatuas excellentium artificum, inductus loco Plin. 34. 8. *Harmodium & Ariſtogitonem tyrannicidas, quos a Xerxe Perſarum rege capios*

ferant barbari. aurum argentumque cumulatum erat: [a] vestis ingens modus: supellex non ad usum modo, 4 sed ad ostentationem luxus comparata. Itaque inter ipsos victores ferro dimicabatur; pro hoste erat, qui preciosiorem occupaverat prædam: & quum omnia, quæ reperiebantur, capere non possent; jam [b] res non 5 occupabantur, sed æstimabantur. Lacerabant regias vestes, ad se quisque partem trahentes: dolabris preciosæ artis vasa cædebant: nihil neque intactum erat, nec integrum ferebatur; abrupta simulachrorum membra, ut quisque avellerat, trahebat. 6 Neque avaritia solum, sed etiam crudelitas in capta urbe grassata est: auro argentoque onusti vilia captivorum corpora trucidabant; passimque obvii cædebantur, [c] quos antea precium sui miserabiles fecerat. 7 Multi ergo [d] hostium manus voluntaria morte oc-

INTERPRETATIO.

a *Magna vestium* preciosarum *copia.*

b *Res non* temere *rapiebantur, sed æstimata* precio *deligebantur.*

c *Quos* præcii *spes misericordia dignos antea effecerat.*

d *Præverterunt hostium gladios.*

NOTÆ.

captos victa Perside Athenienses remisit Magnus Alexander. Sic & Carthaginenses utramque patriam suam captis statuis exornavisse, supra 4. 3. legimus. Nec tamen negat, alibi quoque collocare eas statuas potuisse Xerxem, ut Susis, Ecbatanis, Persagadis, &c.

Ad usum modo] Ita Florus 1. 16. scribit, fuisse Samnitium *gentem aureis & argenteis armis, discolori veste, usque ad ambitum armatam* & 3. 12. Romanos, *Armenios & Britannos, ut non in usum, ita ad imperii speciem magna nomina acquisisse.*

4 *Itaque inter ipsos*, &c.] Quid enim in animis cupiditate amentibus non possit avaritia? Notarunt idem & alii. In occupatione Constantinop. Silvius Æneas cap. 7. de Europa: *præda ipsos postremos direptores in mortuam perniciem agebat*, &c. His enim Taciti in direpta Cremona verbis, H. 3. 33. 3. secure utitur. Vide Quintil. 9. 3. 50.

Iam res] Ita rectius, quam ut vulgo, *nam res.*

Non occupabantur] Quod alias fieri solet in ejusmodi direptionibus, ut proxima quæque invadantur, metu ne cunctando amittatur opportunitas rapiendi, dum ceteri impigre quæ possunt sibi vindicant. At in tanta rerum copia, cum viderent plus esse prædæ, quam ut omnis absportari posset, elegerunt preciosiora, dispexeruntque ne frustra se vilibus sarcinis onerarent. Ita supra 3. 13. factum. *Freinsh.*

5 *Vilia captivorum*] Tac. H. 3. 13. 3. *vilem ad prædam, in ludibrium trahebant.*

Precium sui miserabiles fecerat] Nec enim aliam ob causam miserebantur eo-

Digitized by Google

occupaverunt; precioſiſſima veſtium induti, è muris ſemetipſos cum conjugibus ac liberis in præceps jactantes. Quidam ignes, quod paulo poſt facturus hoſtis videbatur, ſubjecerant ædibus, ut cum ſuis vivi cremarentur. Tandem *ſuis rex corporibus, & cultu feminarum, abſtinere* juſſit. [8] Ingens pecuniæ captivæ modus traditur, prope ut fidem excedat. ceterum, aut de aliis quoque dubitamus; aut credimus, in hujus urbis gaza fuiſſe CC & XX millia talenta; ad quæ

INTERPRETATIO.

a *Ingens captæ pecuniæ ſumma* fuiſſe *dicitur.*

NOTÆ.

eorum victores, quam ut ex diſtractione corporum illorum rem facerent. *Freinsh.*

§ *Suis*] Acidalius malebat *ſuos*: quod accuſandi caſu plerumque cum *jubere* verbo Latini utantur, ſi infinitivum, at loquuntur, alii quidem adderent. Sed defendit receptam lectionem Gronovius ſimilibus exemplis Curtii 7. 1. *armigero lanceam ei dare juſſit* (qui tamen locus adhuc dubius eſt) & §. 1. Inſt. de fideic. hered *juſſit conſulibus auctoritatem ſuam interponere.*

Corporibus] Quibus? feminarumne tantum? at quanta hæc inæqualitas, his non corpora tantum ſalva eſſe, ſed & cultum; viris nevitam quidem? at illis certe abunde præſtitiſſe putari poterat, ſi incolumitatem conceſſiſſet meliori ſexui negatam. Credo, voluiſſe abſtineri corporibus in univerſum, præterea feminarum cultu; ut ita ædibus finem imponeret, rapinis modum. Quamquam eum præcipue feminarum etiam pudicitiæ conſuluiſſe non inficior, in hanc laudem alias ambitioſum, ut ſupra 3. 12. 22. Nam *captivis mulieribus cum ipſe abſtinuit, tum vim facientes punivit.* Plutarch. pr. de fortuna. *Idem.*

9 C *&* XX *millia talenta*] Diodorus 16. 57. ſcribit; *non deeſſe auctores, qui non minus ſacrilegio* Phocenſium ex templo Delphico *abreptum fuiſſe tradant, quam Alexander in Perſarum thefauris poſtea acquiſivit.* Non adſentior eruditiſſimo Viro, qui lib. 4. de Aſſe, *non* centum & viginti millia talenta *legit, refragante loquendi conſuetudine dictorum, ſed* centum millia & viginti talenta. Id quidem haud difficulter largiar, *talenta* ſic non recte dici. quomodo & Acidalius hic adnotat; & ipſe Budæus ſub fin. lib. 1. legendum monet *talentûm.* Sed nimirum id potius reformandum erat, quam numerus iſte tantopere minuendus, ut viginti talenta ſuperent de viginti millibus. hic enim per millena talenta computare videmus Curtium, ut in immenſa opulentia; ad quam indicandam præfatione opus ſibi putavit. non itaque hic enumeraſſet ſingularia talenta, nec certe adjeciſſet viginti talenta centum millibus, nec plura quidem, ut arbitror. *Freinsh.* Centum & viginti millia talenta facere noſtrorum aureorum, ſeu ſcutatorum, ſeu coronatorum, ſeu Philippæum (nam hæc vocabula promiſcue hac in re uſurpantur) *ſeptuagies bis millies centena millia*, cenſet Raderus. Immo Freinshemius, *ſeptuagies bis millena millia*, 7200000. Quibus ſi addas quinquaginta millia talentûm, Suſis excepta, fore *centies bis millies centena millia*, rurſum Raderus. Iterumque Freinshemius, immo *bis & centies millena millia*, 102000000. Denique ſex milibus talentûm, quæ efficiunt 3600000. & rapta ſunt à Paſar-

quæ vehenda (namque ad uſus belli ſecum portare decreverat) *jumenta & camelos à Suſis & Babylone contrahi* juſſit. Acceſſere ad hanc pecuniæ ſummam captis Perſagadis ſex millia talentorum. Cyrus Perſagadum urbem condiderat, quam Alexandro præfectus ejus Gobares tradidit. Rex arcem Perſepolis, 111 millibus Macedonum præſidio relictis, *Nicarchidem tueri* jubet: Tyridati quoque, qui gazam tradiderat, ſervatus eſt honos, quem apud Darium habuerat: magnaque exercitus parte & impedimentis ibi relictis, Parmenionem Craterumque præfecit. Ipſe cum mille equitibus, peditumque expedita manu,

NOTÆ.

gadis, inſuper adjectis, conficiunt ſummam poſitam *centum & octo millionum*, ſeu *centies octies millenûm millium Philippeûm*, ut alibi reddit Freinshemius. Sic illi. Sed & error calculi eſt, & ſummæ parum Latine pronunciantur. Primam dicerent Romani, *ſeptingenties vicies centena millia*: alteram, *millies & vicies centena millia*. Quibus junctis ſi inſuper addas tricies ſexies centena millia, conficiunt Latine enunciata *millies quinquagies ſexies centena millia*, 105600000. vulgo, *centum & quinque milliones cum ſexcentis millibus aureorum*. Sic & quingenta millia talentûm, quæ Cyrum devicta Aſia reportaſſe teſtatur Plinius, aureorum noſtrorum non *trecenties millena millia*, ſed *ter millies centena millia* numerarent Romani; ſive *centies vicies millies ſeſtertiûm*. I. Fr. Gronov.

10 *Perſagadis*] Sic omnino tenui cum multis & bonis libris, quamquam alii præferant *Paſargadis*: quomodo nomen hoc ſcribi ſolitum à Græcis, indubitabili teſtimonio eſt Dionyſius Alex. verſ. 1069. ſicque reperitur apud Herod. 1. 125. Arrian. 3. 6. Strabon. l. 15. & Ptolemæum. quamquam Stephano Παςαργάδαι ſint geminato Γ. quomodo & Solini nupera editio habet c. 55. Plin. 6. 26. *Paſſagardæ* appellat, proxime à vera lectione. Appian. in Mithridat. *Parſagadæ*. Verum enim urbis nomen eſſe *Parſagada* facile credent, qui Hebraicam linguam à primo ſaltem limine ſalutarunt: viam prælucente etymo; nam *Perſarum caſtra* ſignificare, Diotimus ex Anaximene apud Stephanum, & Euſtath. ad Dionyſ. verſ. 1069 ſcribunt. adſignata etiam cauſa, quod bello Cyri contra Aſtyagem, ibi Perſarum caſtra fuiſſent. quod & Strabo lib. 15. confirmat. ita *Caſtrorum* nomen multis civitatibus fuiſſe, ſupra ad 4. 7. 2. dictum. quibus adde *Characem Spaſinis*, apud Plin. 6. 27. *Perſagada* igitur, vel *Parſagada*, levi, nec Hebræis etiam inuſitata, literarum tranſpoſitione, in *Paſargada* tranſiit. quomodo Ciliciæ urbs, quæ Marcellino 14. 23. ab auctoris nomine *Anazarbus* eſt, in *Anavarzam* mutatur cum alibi, tum in Hiſt. Hieroſol. Willermi Tyrenſis 3. 18. *Idem*. Curtius vocat *Paſargadum* urbem: incolas ipſos τὴν Παςαργάδαν. Non dubium ergo eſt, huic genti nomen dediſſe antequam urbem Παςαργάδας à Cyro conditam; in qua poſt mortem & ipſe conditus ſepulchro. lib. 5. 6. 10.

Gobares] Rutgerſius legendum cenſet, *Chobares*: ut lib. 7. 4. 8.

11 *Arcem*] Quam deſcribit Diodorus 17. 71. & nos in pr. hujus capitis delineavimus.

12 *Ver-*

nu, interiorem Persidis regionem, [a] sub ipsum Vergiliarum sidus, petiit: multisque imbribus & prope intolerabili tempestate vexatus, procedere tamen, quo intenderat, perseveravit. Ventum erat ad iter 13
perpetuis obsitum nivibus, quas frigoris vis gelu adstrinxerat. Locorum squalor & solitudines inviæ fatigatum militem terrebant, *humanarum rerum terminos se videre* credentem. Omnia vasta, [b] atque sine ullo humani cultus vestigio adtoniti intuebantur; & *antequam lux quoque & cœlum ipsos deficerent*, reverti jubebant. Rex castigare territos supersedit: 14
ceterum ipse equo desiliit, pedesque per nivem & concretam glaciem ingredi cœpit. erubuerunt non sequi, primum amici, deinde copiarum duces; ad ultimum milites. Primusque rex dolabra glaciem perfringens, iter sibi fecit: exemplum regis ceteri imi-

INTERPRETATIO.

a *Sub ipsum sideris Pleiadum* occasum.

b *Sine ullo humanæ habitationis signo.*

NOTÆ.

12 *Vergiliarum*] Curtius hic de occasu Pleiadum seu Vergiliarum intelligendus: nam quando Sol cum Scorpione adscendit, Taurus cum Pleiadibus filis & Suculis descendit, & hyemem inchoat: est enim Taurus Scorpioni oppositus. Plinius 2. 47. *Vergiliarum occasus hyemem inchoat, quod tempus in III. Idus Novembris incidere consuevit.* Et cum Curtio mire facit hæc explanatio Vergiliarum occidentium. Quæ enim hic ab Alexandro gesta narrantur, per hyemem facta, sequentia mox verba testantur: *multisque imbribus*, &c. Radetus. Sic intelligendus geminus Livii locus 21. 35. *Festinatio tot malorum, nivis etiam casus; cadentes jam sidere Vergiliarum, ingentem terrorem adjecit. Per nuda nive saltus*, &c. Freinshemius.

14 *Rex castigare territos supersedit: ceterum ipse equo desiliit*, &c.] Milites aut territi, aut belli itineris ve laboribus fatigati, si fame obmurmurent, non ideo statim sunt castigandi, ne ad impatientiam plane adigantur; sed exemplo potius & vigore Ducis ad superandas difficultates sunt excitandi. Noster lib. 8. *Nec ulla res magis salutis fuit, quam quod multiplicato labore sufficientem malis, quibus ipsi cederent, regem deserere erubescebat.* Confer Onosandrum Strategici capite 42. §. 2. ubi ostendit, militum vulgus non adeo potentiorum comminationibus cogi, quam exemplis verecundiam pulsantibus.

Erubuerunt] Vide pulcherrimum cap. 15. discursum Cuteri in Taciti verba, 14. 24. 1. *Sola ducis patientia mitigabantur, eodem plura quam gregario milite tolerante.*

Dolabra] Hæc distincta à securi, li-

cet

15 imitati sunt. Tandem propemodum invias sylvas emensi, humani cultus rara vestigia & passim errantes pecorum greges reperere: & incolæ, qui sparsis tuguriis habitabant, quum se callibus inviis septos esse credidissent; ut conspexere hostium agmen, interfectis, qui comitari fugientes non poterant; devios montes, & obsitos nivibus petive-
16 runt. Inde per colloquia captivorum paulatim feritate mitigata, tradidere se regi. [a] nec in dedi-
17 tos gravius consultum. Vastatis deinde agris Persidis, vicisque compluribus redactis in potestatem; ventum est in Mardorum gentem bellicosissimam, & multum à ceteris Persis cultu vitæ abhorrentem. Specus in montibus fodiunt, in quos seque ac con-ju-

INTERPRETATIO.

a *Nihil acerbè factum adversus eos qui se dediderant.*

NOTÆ.

ret forma sit securis, sed unica & simplici acie, parte altera in mucronem acuminata, quæ serviebat maxime muris diruendis, ut securis vallo & lignis cædendis. Eo sensu Corbulo dicebat, *Hostem delabra vincendum esse*, id est, opere & munitionibus. *Lipsius.*

15 *Comitari*] Alii *sequi*. quod istius interpretamentum est.

17 *Mardorum*] Recte viderunt viri eruditi pugnam inter hunc locum, & alium infra 6. 5. ubi tradit, Alexandrum tum primum invasisse Mardos. eaque in re assertorem habet Arrianum 3. 5. & Diodor. 17. 77. præsentis autem expeditionis neminem, quod sciam, habet testem. Nec placet, cum Radero, conjectura Glareani, qui alteribi censet legendum *Margi*. cum Margiana longe diversa fuerit à Mardorum terra, situ, cultuque, & incolarum moribus. Neque tamen accedo Radero, qui conciliandis his locis ait, videri sibi duplices fuisse Mardos, cognomines voce, sed teris longe inter se diremptos: quod niminum Sallas, ubi de Mardis agit, duabus sectionibus, utrique nomen præmittit: *Mardi Gens tota latrociniis dedita*, &c. & iterum: *Mardi gens hominum multitudine abundans*, &c. Sed hoc videlicet indicio est, à diversis auctoribus, sed de una eademque gente, hæc hausisse Suidam. quod vel sexcentis aliis ipsius exemplis certissime affirmare promptum esset. sic statim seq. pagina, ubi de Marino, idem facit: quo loco qui duos Marinos vellet comminisci, valde falleretur. Nondum ergo defessus est Curtius: nec ergo fane reperio, quod pro hoc loco adferam: nisi forte per incuriam uno tempore gesta divisit, diversos auctores sequutus. Potest etiam dici, Mardos devictos postea rebellasse, eaque ratione de novo vinci debuisse. Hoc aliquo modo probatur ex cap. seq. *nuper subactis quos vicerat, novumque imperium aspernantibus*, ait Blanchardus.

Pe-

juges & liberos condunt : pecorum, aut ferarum carne veſcuntur. Ne feminis quidem pro naturæ habitu molliora ingenia ſunt : [a] comæ prominent hirtæ : veſtis ſuper genua eſt : funda vinciunt frontem; hoc & ornamentum capitis & telum eſt. Sed hanc quoque gentem idem fortunæ impetus domuit. Itaque trigeſimo die, poſteaquam à Perſepoli profectus erat, eodem rediit. Dona deinde amicis ceteriſque pro cujuſque merito dedit. propemodum omnia, quæ in ea urbe ceperat, diſtributa.

18 19 20

INTERPRETATIO.

a *Hirſuti* earum *capilli eriguntur*, *veſtis ad genua non deſcendit*.

NOTÆ.

Pecorum aut ferarum carne veſcuntur] Intellige, *tantum* : non cum pane, ut aratores populi. ſic majores noſtros victitaſſe retulit Cæſar de bell. Gall. 6. 22. Sic Polyb. 2. 27. Gallis tribuit τὸ κρεωφαγεῖν, *carnibus veſci*, tanquam proprium morem : quamquam etiam agriculturæ non expertes ibi faciat, quod mitioribus populis adeo barbarum viſum, ut propemodum fame ſe premi putarent, in quantalibet carnium copia, ſi deeſſet panis. Xenophon Ἀνάβ. lib. 1. *Iam frumentum milites defecerat, &c. quamobrem ſe carnibus milites ſuſtentabant.* Tacit. 14. 24. *Ipſe exercitusque, ut nullis ex prædio damnis, ita per inopiam & labores ſatisfecerant, carne pecudum propulſare famem adacti.* Freinsh.

18 *Funda*] Strabo lib. 3. de Baleari bus. *Tres fundas circum caput habent, unam longioribus habenis, ad longiores jactus : alteram brevibus, ad breviores : tertiam mediis, ad medios.* De diſcrimine & cauſa, bene & vere : ambigo, an de poſitu. & an non melius Diodor. 5. 18. qui diſponit *unam circa caput, alteram circa ventrem, tertiam in ipſa manu?* Commodius hoc videatur, aptiuſque. Et de capite, non novum: cum etiam Mardis, genti Perſicæ, ſimile Curtius ſcribat factitatum. *Funda vinciunt frontem.* Sed funda, non fundis : & vidi imaginem in columna veteri Antonini, in qua Balearis capite, & ventre, & humeris eam geſtat. *Lipſius.*

CAP.

CAP. VII.

Alexander in convivio, à Thaide aliisque castrensibus scortis impulsus, Persarum regiam incendit: deinde persequi Darium statuit.

1 CETERUM ingentia animi bona; illam indolem, qua omnes reges anteceſſit; illam in ſubeundis periculis conſtantiam; in rebus moliendis efficiendiſque velocitatem; in deditis fidem; in captivis clementiam; in voluptatibus permiſſis quoque & uſitatis temperantiam; haud tolerabili vini cupiditate fœdavit.
2 Hoſte & æmulo regni reparante tum quum maxime bellum; nuper ſubactis, quos vicerat, novumque imperium aſpernantibus; de die inibat convivia.

NOTÆ.

1 *Cæterum ingentia animi bona*, &c.] Præter veteres notoſque ſcriptores, qui facinus hoc Alexandri narrant & vituperant, vide Cæl. Rhodig. var. lect. 14. 15.

In captivis clementiam; in voluptatibus permiſſis quoque & uſitatis temperantiam] Veterum dictum, *Sapientiam vino obumbrari*. Plin. lib. 23. cap. 1. Cyclops vino obrutus, oculo privatur: ita ebrii oculo mentis intellectu. Agnovit ipſe Muhammedes, quamvis voluptatibus deditiſſimus, non facile poſſe ſtrenuum imperatorem eſſe, qui ſimul ſit ſtrenuus potator ideo ſuis militibus vinum diſſuaſit, in Sureta Baccara. verſ. 220. *Loccenius.*

2 *De die inibat convivia*] *De die convivia*, ſunt tempeſtiva: quæ nimirum, ut longius luxui atque voluptatibus ocium eſſet, temporius inibantur. De his prolixe Lipſius ad Annal. 14. Taciti, Excurſu A. Cetera, ut de tempeſtivis conviviis protinus adſentior magno Lipſio; ſic eſt, quod de intempeſtivis dubitem. ſunt enim quæ ſuadent non opponi tempeſtivis, ut quomodo illa de die fuerint inita, ſic hæc noctu: ſed intempeſtiva capiamus, quæ temporibus, hoc eſt, rerum publicarum privatarumque ſtatui non conveniunt. Atque hoc malint ipſa duo exempla ex tribus quæ adducit Lipſius. Caligula apud Suet. cap. 45. *Senatum populumque objurgavit edicto, quod Cæſare præliante intempeſtiva convivia*, &c. *celebrarent*. quid enim? non objurgaſſet, ſi tempeſtiva celebraviſſent? Audis, quo ſenſu intempeſtiva vocet, nimirum tempori non congruentia *Cæſare præliante*: ergo & ceteras voluptates jungit; *circum, & theatra, & amœnos ſeceſſus*. Sic & Curt. 6. 2. *intempeſtiva convivia* objicit Alexandro, quia rebus gerendis, quæ tum urgebant, impedimento futura. Eodem certe loco ſtatim repetit hanc vocem, additis aliis, quæ Lipſianam interpretationem minime omnium patiuntur? ait enim, *quum intempeſtivis conviviis dies pariter noctesque conſumeret*. Vides ergo, intempeſtiva conviviis tam diei tribui, quæ alia ſignificatione proprie *tempeſtiva* dicuntur, quam etiam nocti. *Freinsh.*

Fe-

vivia, quibus feminæ intererant : non quidem quas violari nefas esset; quippe pellices licentius quam decebat cum armato vivere adsuetæ. Ex his una 3
Thaïs & ipsa temulenta, *maximum apud omnes Græcorum initurum gratiam* adfirmat, *si regiam Persarum jussisset incendi. exspectare hoc eos, quorum urbes barbari delessent.* Ebrio scorto de tanta re ferente senten- 4
tiam, unus & alter, & ipsi mero onerati, adsentiunt. rex quoque fuit avidior, quam patientior : *quin igitur ulciscimur Græciam, & urbi faces subdimus?* Omnes incaluerant mero : itaque surgunt temulen- 5
ti ad incendendam urbem; cui armati pepercerant.

Pri-

NOTÆ.

Femina] Quod turpe Græcis habitum, ex Æmilii Probi exordio discere: *Quem enim*, ait, *Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? &c. quod multo sit alitet in Græcia : nam neque in convivium adhibetur, nisi propinquorum,* &c. Apud Babylonios id in usu fuisse, supra vidimus. Quos imitari cum voluissent Persæ ad Macedonum regem Amyntam missi, debitum petulantiæ suæ præmium retulerunt, astu Alexandri interfecti. Vide Iustin. 7. 3. Nec enim, ut illi fingebant, Persicum eum fuisse morem, ostendit eo loco Bernecerus. In qua historia Herod. 5. 18. etiam sic introducit loquentem : *Nobis, Persa, ista consuetudo non est, sed viros à feminis semovendi.* Verum Curtius innuit, Alexandrum Babylonica convivia jam celebrare occepisse. Id Verri patrique ejus objicit Cicero Verr. 3. 68. *qui in patris luxuria sic vixerit, ut nullum unquam pudicum neque sobrium convivium viderit.* Huiusmodi convivia etiam Augusto cordi fuisse, ex ejus vita apud Sueton. cap. 69. constat. *Idem.*

4 *Ebrio scorto de tanta re ferente,* &c.] Meretrices turpi obsequio amantium animos facile invadunt, quos dum possident, quo volunt traducunt: nec e plebe solum, sed etiam superiores, si illis sint addicti. qui dum alios regunt, à solis meretricibus pro lubitu reguntur. Vnde Diogenes dixit : *Scorta regum esse reginas : petere enim quodcunque eis videretur.* Et Lucret. lib. 4. de sconti amore. *Adde quod alterius sub nutu degitur ætas.* Loccenius.

Subdimus] Veram lectionem arbitror Pal. 1. *subicimus* pro *subjicimus* : quomodo in Curtianis codd. perpetuo scribi monuerunt, qui eos inspexerunt. *Freinsh.* Non dubito, quin verbum *fuit* ab inepto homine fuerit insertum, & Curtius scripserit : *Rex quoque avidior quam patientior. quin igitur ulciscimur Græciam, & urbi faces subdimus?* In quibus auctor intelligi voluit per artem omissum *inquit.* Quo nihil frequentius in narrando. Nec video, quare veram lectionem *subjicimus*, quod in uno est codice, potius quam *subdimus*, arbitretur Freinshemius. Certe & lib. 6. est, *suisque primum sarcinis face subdita.* I. F. Gronovius.

5 *Pepercerant*] Sic est, nec te moveat quod supr. 5. 6. legis: *excidio illius parendum esse majoribus.* Non enim tum statim illud loquutum vult intelligi Curtius. Cujus hæc verba esse potius arbitror, quam Alexandri: qui forte nihil in eum sensum dixit; aut. si dixit, fuit id accendendis militum ani-

Primus rex ignem regiæ injecit; tum convivæ & miniſtri, pelliceſque. Multa cedro ædificata erat regia: quæ celeriter igne concepto, late fudit incen-
6 dium. Quod ubi exercitus, [a] qui haud procul ab urbe tendebat, conſpexit; fortuitum ratus, ad o-
7 pem ferendam concurrit. Sed ut ad veſtibulum regiæ ventum eſt; vident regem ipſum adhuc adgerentem faces. Omiſſa igitur, quam portaverant, aqua; aridam materiam in incendium jacere cœpe-
8 runt. Hunc exitum habuit regia totius Orientis, [b] unde tot gentes ante jura petebant: patria tot regum; unicus quondam Græciæ terror; molita mille navium claſſem, & exercitus, quibus Europa inundata eſt; contabulato mari molibus, perfoſſiſque mon-

INTERPRETATIO.

a *Qui non longe à Perſepoli caſtra habebat.*
b *Ex qua tot populi antea leges accipiebant.*

NOTÆ.

animis, ad contemnenda pericula. quæ in oppugnatione urbis haud immerito ſuſpicari poterant eſſe ſubeunda. Sed neque ſupr. 5. 6. ubi dicit, Perſas ipſos ædibus ſuis ignem ſubjeciſſe, ſtatim intelligendum eſt, totam urbem periiſſe. *Freinsh.*

Cedro] Quæ *non ſentit cariem nec vetuſtatem.* Plinio 16. 40. teſte, proinde [immo *inepia abietis*, ait Plinius.] claſſes quoque è cedro in Ægypto & Syria ædificatæ. *Memorabile*, inquit Plinius, *& Vitæ templum Apollinis, ubi Numidicarum cedrorum trabes durant, ita ut poſitæ fuere prima urbis ejus origine, annis mille centum octoginta octo.* Ingens eſt arbor, Dioſcoride etiam teſte. *Maxima* (Plinii verba ſunt) *ea in Cypro traditur ad undecirnem Demetrii ſtatuſſe, centum triginta pedum, craſſitudinis vero ad trium hominum complexum.* Salomon etiam, ut eſt in 3. 5. Regum, multam cedrum ad templi molitionem & laquearia, domumque regiam, adhibuit, ita ut vix nobilior cedro materia fuiſſe videatur. *Rad.* Sic in regia Ecbatanis *univerſa materia erat è cedro, aut cupreſſo.* Polyb. 10. 24.

[b] *Contabulato mari molibus*] Sueton. Calig. 19. 5. de Baiano ſinu ponte juncto: *Scio, pleroſque exiſtimaſſe, talem à Caio pontem excogitatum æmulatione Xerxis, qui non ſine admiratione aliquanto anguſtiorem Helleſpontum contabulaverit.* Pete eam hiſtoriam ab Herodoto 7. 33.

Perfoſſiſque montibus] Xerxes Athô Thraciæ montem perfodit, non tam commodioris navigationis ergo, quam jactantiæ gratia, ut conjicit Herod. 7. 24. Quo ex facto ingens poſtea campus declamationum. Himerius apud Photium Cod. 243. τότε ἐκεῖνος περιχωμένην ἐκ ποῦ ἠρύετο, ἀλλ' ὅπου τῆς φύσεως ἤρχετο. ὑπεῖδε γὰρ θαλάττης μὲν ἔπεισεν, ὅτι μέσου ἐκαπέλλετο θαλάττης μέν· ὅσα γε, ἢ ὁ ποῦ θαλάττης χεομένου. quod fragmentum evidenter ad Xerxem ſpectat: quem dicit non ποῦ ἠρύετο (quod corruptum eſſe arbitror) ſed ab ipſa natura incepiſſe oſtentare inſolentiam ſuam,

Digitized by Google

montibus; in quorum ſpecus fretum immiſſum eſt. Ac ne longa quidem ætate, quæ excidium ejus ſequuta eſt, reſurrexit. Alias urbes habuere Macedonum reges, quas nunc habent Parthi, hujus veſtigium non inveniretur, niſi Araxes amnis oſtenderet. haud procul mœnibus fluxerat, inde urbem fuiſſe xx ſtadiis diſtantem, credunt magis quam ſciunt accolæ. Pudebat Macedones, tam præclaram urbem à comeſſabundo rege deletam eſſe. Itaque res in ſerium verſa eſt; [a] & imperaverunt ſibi, ut

INTERPRETATIO.

a *Et ſibi ultrò perſuaſerunt ut putarent, &c.*

NOTÆ.

ſuam, mari terram inſponentem, per medios autem montes navigantem, ut ita mari tanquam terra, terra tanquam mari uteretur. Vide Senecam ſuaſoria ſecunda. Tangit eam hiſtoriam & Marcianus Geographus:

Τὸν Ἄθω ᾧ παραπλέουσιν παράλιος πόλις
Ἀκανθός ἐστιν Ἀνδρίων ἀποικία.
Παρ' ἣν διῶρυξ δείκνυται τετμημένη
Ἐπὶ σταδίους. Ξέρξην ᾐτιῶντο αὐτὴν τεμεῖν.

Athon montem prælegenti maritima civitas occurrit, Acanthus, Andriorum colonia. Iuxta quam oſtenditur foſſa ſeptem ſtadiorum, ubi Xerxes montem ſecuiſſe dicitur. Eum montem cum Dinocrates (ſic enim potius, quam Straſicrates) in Alexandri imaginem redigere vellet, ita regem ei reſpondiſſe fingit Plut. de fort. Alex. 2. 6. *Tu tamen, Athon montem intactum relinque. Satis eſt, eum eſſe monimentum petulantiæ, quam unus in eum rex* (Xerxes videlicet) *exercuerit.* Freinsh.

9 *Longa quidem ætate*] Quadringentorum circiter annorum ad Curtium.

Reſurrexit] Machab. 1. 6. urbs iſta vocatur *Elymaïs*, quomodo & apud Joſeph. 12. 13. niſi forte perinde eſt, & *Elymaïs* idem quod *Perſepolis*, ab *Elam*, qua voce Perſis ſignificabatur. Vtut ſit, ſane permagna apud me in talibus eſt auctoritas Curtii, quem ex hiſtoria nihil temere affirmare video. & vero cum latuiſſet inſtauratio tam præclaræ urbis, ſi qua interim fuiſſet ſubſecuta? haud ſane arbitrer. Itaque, ſi qua poſtea hoc nomine urbs fuit, vocabulum potius idem, quam idem ſolum habuiſſe credidetim. Nec enim adſentiar Sanſovino, qui eam urbem alio nomine adhuc ſcribit eſſe caput Perſiæ. ſic enim lib. 6. *Idem.*

Macedonum] Divinabam, *Medorum*. ut ſcilicet ſimul intelligantur & Perſæ. Sic mox de *Ecbatanis capite Mediæ: Vrbem hanc nunc tenent Parthi.* Et ſane jure quæras, cur hoc loco, ubi de Perſepoli ſermo eſt, mentionem faciat urbium, quæ Macedones tenuerint. Si tamen *Macedonum* retineas; intelliges de ſucceſſoribus Alexandri, non qui Macedoniam, ſed qui has terras tenuerunt, uſque ad Arſacis tempora. hoc eſt, de Nicanore Seleuco, Antiocho Seleuci, Seleuco Antiochi, à quo defecere Parthi. *Idem.*

Veſtigium] Sic de Veiis Florus 1. 12. *Hoc tunc Veientes fuere: nunc fuiſſe quis meminit? quæ reliquiæ? quodve veſtigium? Laborat annalium fides, ut Veios fuiſſe credamus.* Sic Carthaginis ſolo aratrum inductum eſſe, à Modeſtino in lib. 21. quib. modis uſus fr. amitt.

11 ut crederent, *illo potiſſimum modo fuiſſe delendam.* Ipſum, ut primum gravatam ebrietate mentem quies reddidit, pœnituiſſe conſtat, & dixiſſe; *majores pœnas Perſas Græcis daturos fuiſſe, ſi ipſum in ſolio regia-*
12 *que Xerxis reſpicere coacti eſſent.* Poſtero die Lycio, itineris, quo Perſidem intraverat, duci, XXX talenta dono dedit. Hinc in regionem Mediæ tranſiit, ubi ſupplementum novorum militum à Cilicia occurrit. peditum erant quinque millia, equites mille: utriſque Plato Athenienſis præerat. his copiis auctus, Darium perſequi ſtatuit.

NOTÆ.

didicimus. Ioſephus de bell. Iud. 7. 1. *ambitum civitatis* (Hieroſol.) *ita complanavere diruentes, ut qui ad eam accediſſent, habitatam aliquando eſſe vix crederent.*

11 *Vt primum gravatam ebrietate mentem quies reddidit*] Quamquam, ut Laberius ait:

Homo ebriatus ſomnó ſanari ſolet.

non tamen evaporatis per quietem fumis crapulæ, ſtatim excutitur ægritudo animi, ſi quid per ebrietatem commiſerit, cujus vera æſtimatio poſt diſcuſſam temulentiam, & pœnitentia ſubit animum. Scaliger, 3 Epidorp.

Noſtratis carnalia ſpeculare parumper,
Vt poſtridie lacrymas pœnitentiamque
Inſania componat, & oſcitet deleret.
Loccenius.

CAP.

Digitized by Google

CAP. VIII.

Darii, suos ad pugnam hortantis, oratio.

ILLE jam Ecbatana pervenerat caput Mediæ. urbem hanc nunc tenent Parthi, [a] eaque æstiva agentibus sedes est. Adire deinde Bactra decreverat: sed veritus, [b] ne celeritate Alexandri occuparetur; consilium iterque mutavit. Abe-

INTERPRETATIO.

a *Hic locus est in quo æstatem degunt.*
b *Ne Alexandri diligentiâ anteverteretur.*

NOTÆ.

1 ILLE *jam Ecbatana pervenerat caput Mediæ urbem*] Sic expedirem distinctione: *ille jam Ecbatana pervenerat. Caput Mediæ urbs hæc: nunc tenent Parthi.* Gronov.

Ecbatana] Herodot. 1. 98. *Dejoces igitur imperio potitus, Medos compulit unum oppidum condere: ut hoc uno communito exornatoque, aliorum non ita magnam curam haberent. Obsequentibus quoque hac in re Medis, mœnia constituit ampla simul & valida, quæ nunc Ecbatana appellantur, &c.* Plin. 6. 14. contra: *Ecbatana caput Mediæ Seleucus condidit.* Ego interpretor prius diruta, postea à Seleuco instaurata. neque dubitandum. Alii Dario Hystaspis F. attribuunt. Est & aliud oppidum in Syria huic amplissimæ civitati cognomine. Herod. 3. 62. Ἐγβάτανα τῆς Συρίης. Est autem nomen compositum. prius membrum monosyllabum est, nomen fortasse proprium. Nam id asserere meum non est. Alterum constanter asserimus Chaldaicum esse, & *palatium*, sive *regiam* significare. בֵּית *Bethan*, aut *Baithan*. Vnde & illa urbs sine priore membro dicitur Βαθάνεια, vel Βατάνεια, auctore Stephano. Βάτανα bis legitur apud Isidorum Characenū. Demetrius apud Stephan. *Agbatana duplicia sunt: alia quidem Media, alia vero Syria.* Diversitas prioris membri AT-Βάτανα, & ET-Βάτανα, satis ostendit, vocem esse compositam. *Scaliger* ad Num. Euseb. 1309. ubi *Dejoces Ecbatanam condit.* Diodor. 2. 13. antiquiorem eam urbem facit Semiramide, & propterea multo magis Dejoce. Historia Iudith. cap. 1. quendam *Arpaxad* ejus conditorem tradit. Ceterum, pro *Ecbatana* in Curtianis Codd. aliquot locis scriptum est *Batana* & *Batava*. ut non immerito dubites sic scripsisse Curtium: quando & in aliis auctoribus ita reperiri ex Scaligeri verbis didicimus, eoque modo apud Nonium in *Cercurus* ex Lucillio scriptum fuisse tradit Bapt. Pius, Annotat. poster. sylloge 3. c. 130. *Bathanam & Babylonem ibo.* quamquam ibi rescribendum omnibus etiam Curtianis locis putaverit *Ecbatana* vel *Ecbatanam.* Freinsh.

Vrbem hanc] Plures Mss. *Vrbs hæc*: manifesto indicio, nihil horum esse à Curtio.

Æstiva agentibus] Alii *gentibus*: omissis quæ sequuntur, *sedes est.* pro quo Raderus mallet *regibus.* Acidal. *genti.* sed rectum est *agentibus*, ut intelligantur Parthi, non quilibet, sed reges. Ceterum, æstiva ibi habuere, quia Ecbatana Aquilonі obversa, per æstatem frigent, cum in Asia passim vapor solis omnia accendat. Athenæus 12. 2.

2 Aberat ab eo Alexander ſtadia MD, ſed jam nullum intervallum adverſus celeritatem ejus ſatis longum videbatur. Itaque prælio magis, quam fugæ ſe præ-
3 parabat. XXX millia peditum ſequebantur, in quibus Græcorum erant quatuor millia, fide erga regem
4 ad ultimum invicta. funditorum quoque & ſagittariorum manus quatuor millia expleverat, præter hos III millia & CCC equites erant, maxime Bactrianorum. Beſſus præerat, Bactrianæ urbis re-
5 gioniſque præfectus. Cum hoc agmine Darius paulum declinavit via militari, juſſis præcedere lixis impedimentorum cuſtodibus. Conſilio deinde advoca-
6 to: *ſi me cum ignavis*, inquit, *& pluris qualemcumque vitam honeſta morte æſtimantibus, fortuna junxiſſet;*
7 *tacerem potius, quam fruſtra verba conſumerem. Sed majore, quam vellem, documento, & virtutem veſtram, & ſi-*

NOTÆ.

Perſarum reges Suſis hyemarunt, æſtivarunt in Ecbatanis, in Perſepoli per autumnum morati, Babylone vero anni reliqua parte. Parthorum etiam reges ver traducunt Rhagis, hyemant Babylone: in Hecatompylo, quod ex anno ſupereſt, tranſigunt. Hic igitur *Rhagas* pro Ecbatanis nominat.

2 *Stadia* MD] Quadraginta ſeptem (ſtadiis minus quatuor) milliaria Germanica, Italica centum & octoginta ſeptem, eoque amplius.

3 XXX *millia peditum*] Mihi fide hic dignior Arrian. 3. 4. Darium ab Ecbatanis fugiſſe, *cum exercitu equitum trium millium, peditum ſex millium.*

4 *Funditorum*] Peculiaris iſta manus, non comprehenſa numero 30000 ſuperiorum. levis nimirum hæc armatura. Adde infra ad 5. 12. 4. *Freinsh.*

5 *Impedimentorum cuſtodibus*] Alii *impedimentorumque*: quod ſcilicet lixis ea nollent committi: ſed nihil mutandum puto. Hi enim jumentorum, curruum, &c. cuſtodes rectoreſque erant, nec tamen obſtabant, quin ubi res poſceret, extra ordinem militare præſidium adderetur. *Idem.*

Conſilio] Ne te fallat Vir Doctus in Hiſt. Fori Rom. 3. 13. qui putat, fuiſſe hic *gregarios ſimul cum illuſtribus convocatos.* Certe enim non fuerunt. non hoc ex ſua majeſtate duxiſſet Darius. Et ut hoc parum validum arbitreris, ipſam hiſtoriam inſpice, nullam de cujuſquam gregarii admixtione ſuſpicionem ibi reperies. niſi id unum, quod ſequitur: *ex multis millibus, &c.* ſed ea oratio etiam ſibi conſtat, ſi ad duces præſentes, quamquam abſentibus eorum copiis, referatur. Sane, fraudi fuit Erudito Viro lectio alia & deterior. quorundam codicum: *Concilio*, quod, ut ibidem ille oſtendit, *ad plebecula temere coacta turbam fere refertur.* Scio tamen, ſæpe confundi, ſeu quod promiſcue uſurpari ſolita eſſent, ſive procivis unius literæ error multis in locis obſervatum ab auctore diſcrimen ſuſtulit. *Idem.*

6 *Si me cum ignavis*, inquit, *& pluris qualemcumque*, &c.] At ſtrenuis bone-

ſta

& fidem expertus; magis etiam conniti debeo, ut dignus talibus amicis ſim, quam dubitare, an veſtri ſimiles adhuc ſitis. Ex tot millibus, quæ ſub imperio fuerunt meo, bis me victum, bis fugientem perſequuti eſtis. Fides veſtra & conſtantia, ut regem me eſſe credam, facit. Proditores & transfugæ in urbibus meis regnant: non hercule qui tanto honore digni habeantur; ſed ut præmiis eorum veſtri ſolicitentur animi. meam tamen fortunam quam victoris maluiſtis ſequi; digniſſimi, quibus, ſi ego non poſſim, dii pro me gratiam referant. & me hercule referent. Nulla erit tam ſurda poſteritas, nulla tam ingrata fama; quæ non in cœlum vos debitis laudibus ferat. Itaque, etiamſi conſilium fugæ, à qua multum abhorret animus, agitaſſem; veſtra tamen virtute fretus, obviam iſſem hoſti. Quouſque enim in regno exſulabo, & per fines imperii mei fugiam externum & advenam regem? quum liceat experto belli fortunam, aut reparare quæ amiſi; aut honeſta morte defungi. Niſi forte ſatius eſt exſpectare victoris arbitrium; & Mazæi & Mithrenis exemplo precarium accipere regnum nationis unius. ut jam malit ille

8 9 10 11 12

NOTÆ.

ſta mors turpi vita potior eſt, ut Agricola apud Tacit. ait.

7 *Etiam*] Vide legendumne, *id jam*. Acidalius.

8 *Fides veſtra & conſtantia*, &c.] Dum conſtans eſt ſubditorum erga regem ſuum fides, etiam ſua vi nititur regnum. Senec. Trag.

Ferrum tuetur Principem melius fides. Loccen.

9 *Non hercule*] *Nam proditores etiam ſii quos anteponunt, inviſi ſunt.* Tacit. 2. 58.

Digniſſimi, quibus, ſi ego non, &c.] Seneca lib. 4. de Benef. cap. 11. *Ignoto naufrago navem, qua revehatur, & damus & inſtruimus. Diſcedit ille vix ſatis noto ſalutis auctore, & nunquam amplius in conſpectum noſtrum reverſurus, debitores nobis deos delegat, precaturque illis pro ſe gratiam referant.* Ita hodieque ſolent, qui acceptis beneficiis ſe referendæ gratiæ impares indicant. Sane, qui verum & unum Deum precatur alicui beneficiorum remuneratorem, ille optime precatur. Nemo enim ſic remunerari poteſt, atque Deus: à quo & qui dat & qui accipit beneficia, omnia ſua habet. *Loccen.*

11 *In regno*] Eadem fortuna Mithridatis fuit, eadem Iugurthæ: quem Florus 3. 1. *finium ſuorum regnique fugitivum* venuſte appellat: quomodo fere Cyprianus libro 4. de idol. vanit. Iudæos *ſoli & cœli ſui profugos*. Quo loco male diſtinguitur: *Diſperſi & vagabundi vagantur ſoli. Et cœli ſui profugi per hoſpitia aliena jactantur.* Freinshemius.

13 *ille gloriæ ſuæ, quam iræ obſequi.* [a] *Nec dii ſiverint, ut hoc decus mei capitis aut demere mihi quiſquam aut condonare poſſit: nec hoc imperium vivus amittam, idem-*
14 *que erit regni mei, qui & ſpiritus, finis. Si hic animus, ſi hæc lex, nulli non parta libertas eſt: nemo è vobis faſtidium Macedonum; nemo vultum ſuperbum ferre co-*
15 *getur. Sua cuique dextra aut ultionem tot malorum pariet; aut finem. Equidem quam verſabilis fortuna ſit, documentum ipſe ſum.* [b] *nec immerito mitiores vices ejus exſpecto. Sed ſi juſta ac pia bella dii averſantur; forti-*
16 *bus tamen viris licebit honeſte mori. Per ego vos decora majorum, qui totius Orientis regna cum memorabili laude tenuerunt; per illos viros, quibus ſtipendium Macedonia quondam tulit; per tot navium claſſes in Græciam miſſas; per tot trophæa regum oro & obteſtor, ut nobilis-*
17 *tate veſtra gentiſque dignos ſpiritus capiatis: ut eadem con-*

INTERPRETATIO.

a *Nec Dii patiantur ut hoc* diadema *frontis meæ ornamentum, aliquis mihi detrahere poſſit, aut reddere* amiſſum.

b *Nec ſine ratione ſpero favorabilem ejus mutationem.*

NOTÆ.

13 *Vivus*] Sic apud Sueton. cap. 42. Nero querebatur, ſe *inaudita & incognita pati, qui imperium ſuum vivus amitteret.* Id enim nondum acciderat Romæ: qui enim id tenuerant, non niſi cum ſpiritu poſuerunt, excepto Sylla, qui ſponte abdicavit. reliquis cordi fuit, quam apud Liv. 24. 22. marito Demarata ſæpe ingerit, Dionyſii tyranni vox: qua *pedibus tractum, non inſidentem equo, relinquere tyrannidem dixerit debere.* quod quidem aliter alii referunt. *Freinsh.*

14 *Sua cuique dextra,* &c.] Sunt Agricolæ apud Tacitum: *Nobis ſunt manus & arma: & in his omnia.*

15 *Equidem quam verſabilis fortuna ſit,* &c.] Inde Livius l. 9. Darium vocat *exemplum caſuum humanorum,* quibus documento fuit, non præſenti fidere fortunæ: quæ etiam ſummos dignitatum apices à ſe tenui filo ſuſpendit, & cum ita viſum eſt, vel mentorunt, abrumpit. *Lucens.*

16 *Gentiſque*] Cujus autem gentis nobilitatem laudat Darius? An Perſarum? atqui illos notaverat voce *veſtra.* an Macedonum? at quid de horum nobilitate & fortitudine ſentiat, cum in aliis orationibus, tum in præcedentibus verbis ſatis docuit. Lego indubitato: *nobilitate veſtra geſtiſque.* Iſocrates ad Philippum. μεγάλην παὶ δόξαν καὶ πρόπτασαν καὶ σοὶ καὶ τοῖς ἐκγόνοις ἢ τοῖς ὑφ' ὑμῶν πραγμένοις· *magnam gloriam decentem & te & majores tuos, reſque à vobis geſtas.* Gronovius. Ita ſupra 3. 7. Siſinem Nabarzanes ſtimulat, *ut dignum aliquid nobilitate ac moribus ſuis ederet.* Cæterum, ſi quis malit retinere *gentiſque*, habet quo defendat. *nobilitate veſtra, gentiſque,* hoc eſt,

conſtantia animorum, qua præterita toleraſtis, experiamini, quidquid deinde fors tulerit. Me certe in perpetuum aut victoria egregia nobilitabit, aut pugna.

NOTÆ.

eſt, qua privatim quiſque ob genus aut facta pollet, quaque gens univerſa ob imperii magnitudinem atque diuturnitatem celebris eſt. Hac forma legimus aliquoties in hoc auctore, *ſe urbemque dedere*, cum tamen incolis deditis, urbs utique dedita intelligeretur. item *ſe gentemque*; ut non ſolum princeps gentis ſuo nomine ſe dedidiſſe putetur, ſed & ſe, & ſimul totam gentem in fidem victoris tradere. Præſertim autem in illa exhortatione magnam vim habet utriuſque argumenti conjunctio, ut non à privata tantum virtute, ſed & gentis gloria quiſque ſtimuletur. Sic apud Senec. ſuaſor. 2. *Trecenti ſumus: ſed viri; ſed armati; ſed Lacones.* Ita Livius conjungit *vires & Romanes.* Freinsh.

CAP. IX.

Varia Magnatum ſententia ac tumultus, ob Nabarzanis, qui cum Beſſo proditionis ſocietatem inierat, conſilium.

HÆc dicente Dario, præſentis periculi ſpecies omnium ſimul corda animoſque horrore perſtrinxerat, nec aut conſilium ſuppetebat, aut vox; quum Artabazus, vetuſtiſſimus amicorum, quem hoſpitem fuiſſe Philippi ſæpe diximus, *Nos vero*, inquit, *precioſiſſima veſtium induti,* 1

NOTÆ.

1 *Sæpe diximus*] Ait ſæpe dixiſſe: nec vel ſemel invenio in hoc & ſuperioribus libris, quos habemus. in amiſſis primo & ſecundo an uſquam meminerit, quis ſcire poteſt? Credere tamen id liceat: at ſæpe ibi feciſſe, non hoc etiam licet. Igitur, ſi cui ita videatur, in locum *ſæpe*, reponam *ſupra*, quod reſpiciat ad priores duos, aut alterum eorum, & magis ſecundum, in quo conjicere poſſumus locum fuiſſe potius ei mentioni. Si minus aliis hoc videtur, at illos delere penitus jubebo. Infra 6. 5. 2. ſcio idem dici. *Acidalius.* Non tamen impoſſibile eſt, duobus iſtis libris crebram hujus hominis factam fuiſſe mentionem. erat enim occaſio narrandi, quo tempore quave cauſa patria pulſus Philippum adjuverit, quæque interim, dum ibi eſſet, egerit, quomodo deinde redierit. Conſentaneum enim eſt, Curtium utique primo libro de prædeceſſoribus Darii, deque Alexandri patre Philippo, nonnulla, & utique extrema tradidiſſe, ut ad ſequentis hiſtoriæ planiorem intellectum neceſſariæ narrationes præſtruerentur. *Freinsh.*

Precioſiſſima veſtium induti] Xenophontis ἀναβάσ. lib. 3. locus huic valde eſt ſimilis: poſtquam enim recitaſſet ultima verba ex oratione Cleano-

ti, armisque quanto maximo cultu possumus adornati, regem in aciem sequemur: ea quidem mente, victoriam 2 *ut speremus, mortem non recusemus.* Adensu excepere ceteri hanc vocem. sed Nabarzanes, qui in eodem consilio erat cum Besso, inauditi antea facinoris societate inita, regem suum per milites, quibus ambo præerant, comprehendere & vincire decreverant: ea mente, ut si Alexander ipsos insequutus foret, tradito rege vivo, inirent gratiam victoris, [a] magni profecto cepisse Darium æstimaturi; sin autem eum effugere potuissent, interfecto Dario, regnum sibi occuparent, bellumque renovarent. 3 Hoc parricidium cum diu volutassent, Nabarzanes [b] aditum nefariæ spei præparans; *Scio, me*, inquit, *sententiam esse dicturum, prima specie haudquaquam au-*

ri-

INTERPRETATIO.

a Qui *haud dubiè plurimi faceret* quòd *Darium vivum obtinuisset.*
b *Viam nefario consilio exequendo quærens.*

NOTÆ.

noris; *ubi fortissimis animis dimicavimus, quicquid diis visum fuerit, feramus.* subjicit: *Hinc Xenophon surgit, quam elegantissime potuit, ad pugnam ornatus. Existimabat enim, si dii victoriam largirentur, pulcherrimum ornatum victoriæ convenire: sin moriendum esset, elegantissimo se dignum cultu judicabat, quo ornatus diem in terris extremum clauderet.* Sic & M. Curtium *equo quam poterat maxime exornato insidentem armatum se in spectum immisisse*, Livius 7. 6. 5. tradit. De Cleopatra ad Flor. 4. 11. 11. diximus. Mos exinde fluxit, quod hominum alii crederent, ista sibi apud inferos profutura (unde apud multos barbaros ea quæ vivis acceptissima erant, in rogum aut sepulcrum immittuntur) aut per invidiam secum asportarent quæ possent, ne inimici iis potirentur. *Idem.*

2 *Inauditi antea facinoris societate inita*] Simpliciter indicat, istam perfidiam ante ea tempora nunquam in Persis fuisse auditam, apud quos semper *regum eximia majestas*, ut infra, 5. 10. dicit, fuerat.

Regem suum per milites] Horrendum est parricidium, *beneficia in scelus verti, & sanguini ejus non parci, pro quo sanguis effundendus erat*, ut alibi Seneca loquitur. *Loccen.*

3 *Scio, me*, inquit, *sententiam esse dicturum*, &c.] Nota hic fœdam adulationis artem in Nabarzane, quam specie libertatis incrustat, ut ex animo loqui videatur. Hoc est, quod Tacitus dixit: *Malignitati falsa species libertatis inest.* Conf. Aulic. inculp. cap. 7. §. 2. & seqq. *Loccenius.* Secundo opponit religionem & infelicitatem, ad deterrendum Darium, quo pertexit ambitiosi & improbi, ut videre est in variis historiis, sæpe abuti solent: quippe *nil efficacius multitudinem regit.* (Curtius supra 4. 10. 7.) &, ut ait Justinus 8. 2. 7. *Inter illæ à diis proximus habetur, per quem deorum majestas vin-*

di-

ribus tuis gratam. Sed medici quoque graviores morbos aſperis remediis curant; & gubernator, ubi naufragium timet, jactura, quidquid ſervari poteſt, redimit. Ego 4
tamen, non ut damnum quidem facias, ſuadeo; ſed ut te ac regnum tuum ſalubri ratione conſerves. Diis adverſis bellum inimus; & pertinax fortuna Perſas urgere non deſinit. novis initiis & ominibus opus eſt. Auſpicium & imperium alii trade interim, qui tamdiu rex adpelletur, donec Aſia decedat hoſtis, victor deinde regnum tibi reddat. Hoc autem brevi futurum ratio promittit. Bactra 5
intacta ſunt: Indi & Saga in tua poteſtate: tot populi, tot exercitus, tot equitum peditumque millia ad renovandum bellum vires paratas habent; ut major belli moles ſuperſit, quam exhauſta ſit. Quid ruimus belluarum ritu 6
in perniciem non neceſſariam? Fortium virorum eſt, magis

NOTÆ.

dicatur. Verum hujuſmodi homines prætextu cœli, captant terras. Tertio addit fraudi ſuæ delinimenta, & ſpes præclaras in poſterum colligit ex adjunctis, ſi Darius tantiſper huic infelicium rerum velut effuſo torrenti ſe ſubtrahat. Quarto, quod vafræ antis eſt, etiam ſententioſus eſt inſidiator, quo ſincerius loqui videatur, & facilius in errorem inducat. Sed χρυσᾶ παραγγέλματα ſuſpecta prudentibus oratio. Ad ſummam, rem de compacto gerunt perfidioſi, ut in Velabro olearii:

Sic multi, animus quorum atroci junctus malitiæ eſt,
Compoſita dicta ex pectore evolvunt ſuo,
Quæ cum componas dicta factis, diſcrepant.

Accius in Eumenidib. *Raderus.*

Medici] Plutarch. apophth. de Scipione: *Bonum imperatorem is idem, ut medicum, ad malum curandum ultimo demum loco ferrum adhibere.* Tac. 3. 54. *nec corporis quidem morbos, veteres, & diu auctos, niſi per dura & aſpera coërcitos.*

Gubernator] Cyrillus, in cap. 16. cap. 1. quæſt. 7. *Sicut ii, qui mare navigant, tempeſtate urgente, navique periclitante anxiati, quædam exonerant, ut cetera ſalva permaneant: ita & nos, cum non habemus ſalvandorum omnium negotiorum penitus certitudinem, deſpicimus ex iis quædam, ne cunctorum patiamur diſpendia.* Ex hac cauſa orta eſt Lex Rhodia de jactu, cujus adhuc in Digeſtis nonnulla ſuperant veſtigia.

6 *Quid ruimus belluarum ritu, &c.*] Belluarum eſt cæco impetu ruere in perniciem, hominum vero fortium nec occupare nec metuere periculum. Iuvenalis Sat. 10.

Fortem poſce animum mortis terrore carentem,
Qui ſpatium vitæ extremum inter munera ponat
Naturæ, qui ferre queat quoſcunque labores. Loccenius.

Fortium virorum eſt] Hæc illa ſunt, quibus jugulare Stoicos adverſa omnis manus ſolet: pro quibus ſcutum habeo equidem quod opponam, niſi religio me vetet. In hanc mentem igitur & Lucan. 7. 105.

7 *gis mortem contemnere, quam odisse vitam. Sæpe tædio laboris* [a] *ad vilitatem sui compelluntur ignavi: At virtus nihil inexpertum omittit. Itaque ultimum omnium mors*
8 *est,* [b] *ad quam non pigre ire satis est. Proinde, si Bactra, quod tutissimum receptaculum est, petimus; præfectum regionis ejus Bessum, regem temporis gratia statuamus. Compositis rebus justo regi tibi fiduciarium restituet imperium.*
9 Haud mirum est, Darium non temperasse animo, quamquam tam impiæ voci quantum nefas subesset, latebat. itaque, *pessimum*, inquit, *mancipium, reperisti optatum tibi tempus, quo parricidium aperires!* stri-
10 ctoque acinace interfecturus videbatur: ni propere Bes-

INTERPRETATIO.

a *Ad contemptum suæ vitæ.*
b *Ad quam sufficit nos ire non invitos.*

NOTÆ.

——— *fortissimus ille est,*
Qui promptus metuenda pati, si comminus instent,
Et differre potest.

Illa virgo apud Statium:

Non est, ut putas, virtus, pater,
Timere vitam: sed malis ingentibus
Obstare, nec se vertere, ac retro dare.

Cæsar, de bel. Gal. 7. 77. *Animi est ista mollities, non virtus, inopiam paulisper ferre non posse. Qui se ultro morti efferant, facilius reperiuntur, quam qui dolorem patienter ferant.* Curtius; *Fortium, &c.* Biberunt omnes è patera Aristotelis; cujus hoc scitum in Ethicis 3. 7. *Mori autem fugienda paupertatis, aut amoris, aut molestia causa, id vero non est animi virilis, sed potius vilis & ignavi.* Lipsius ad ista Taciti H. 2. 46. *Majore animo tolerari adversa, quam relinqui.* Quo loco defensurus videtur αὐτοχειρίαν, quam tamen aperte damnat tota dissertat. 23. lib. 3. manuductionis ad Stoïcam Philosoph. Contra Stoïcos tamen hac etiam in parte facere videntur ipse Seneca Epist. 78. *Aliquando & vivere, fortiter facere est.* & Epist. 104. *Qui perseverat mori, delicatus est.* Et inprimis epist. 24. *Utrumque monendi, &c.* sic legenda arbitror; *In utrumque muniendi ac firmandi sumus, & ne nimis amemus vitam, & ne nimis oderimus.* Vere pro se Josephus de bel. Iud. 3. 14. *Itidem timidus est habendus, qui mori non vult cum opus est; & qui vult, cum oportet, &c.* Debebant meminisse Stoici Imperatoris sui jussis in omnibus obsequi. Sicut igitur non inutilis tantum miles esset, sed & facto, & vero magis exemplo perniciosus, qui cum maxime in hostem esset pugnandum, in sua viscera ferrum mergeret: ita pro transfuga est quilibet homo, qui quamcunque stationem, in qua Deus eum collocaverit, injussu summi illius Imperatoris deserit. Et certe omnia exempla, qui sibi manus intulerunt, profecta sunt ex quadam animi mollitie, cum officii sui contemptu, quod ab unico illo bono magistro nondum didicerant, aut si didicessent, flagitiose neglexerant. Sed ô miseros, qui sero deprehendunt, infinitis partibus majora pluraque supplicia in immortali ista morte, ubi nihil præter pœnam virit, esse deferenda, quorum effugium alia ulterior mors non reperiat. *Freinsh.*

7 Ita-

Beſſus Bactrianique, triſtium ſpecie; ceterum, ſi perſeveraret, vincturi, circumſtetiſſent. Nabarza- 11
nes interim elapſus, mox & Beſſus ſequutus, copias, quibus præerant, *à cetero exercitu ſecedere* jubent; ſecretum inituri conſilium. Artabazus con- 12
venientem præſenti fortunæ ſententiam orſus, mitigare Darium temporum identidem admonens cœpit. *Ferret æquo animo qualiumcumque, ſuorum tamen, vel ſtultitiam, vel errorem. Inſtare Alexandrum [a] gravem, etiamſi omnes præſto eſſent; quid futurum, ſi, perſequuti fugam ipſius, alienentur a rege?* Ea re paruit Arta- 13
bazo; & quamquam movere caſtra ſtatuerat, turbatis tamen omnium animis, eodem in loco ſubſtitit. ſed adtonitus mœſtitia ſimul & deſperatione, tabernaculo ſe incluſit. Ergo in caſtris, quæ nullius re- 14
gebantur imperio, varii animorum motus erant; nec in commune, utantea, conſulebatur. Dux Græco- 15
rum militum Patron *arma capere* ſuos jubet, *paratoſque eſſe ad exſequendum imperium.* Perſæ receſſerant: 16
Beſſus cum Bactrianis erat; tentabatque Perſas abducere, *Bactra, & intacta regionis opulentiam, ſimulque quæ manentibus inſtarent pericula*, oſtentans. Perſarum

INTERPRETATIO.

a *Qui metuendus* erat, *etiamſi* Darium ſui *omnes comitarentur.*

NOTÆ.

7 *Itaque ultimum*] Acidalius aptius credit *Vtique*. Freinshemius *Itaque* mavult, optime cohærens præcedentibus. cui merito aſſentior. *Virtus nihil inexpertum omittit. Itaque ultimum omnium mors eſt.* non ergo præcipienda, aut priori loco tentanda, quam ea, quæ ordine præcedunt. quæ ſi omnia exhauſta ſint, tum demum tempus eſt *non pigre eo ire.*

12 *Suorum tamen*] Hoc *tamen* omittunt quidam impreſſi, & mox alieno loco inferciunt: *Inſtare tamen Alexandrum, &c.*

13 *Ea re paruit*] Alii leg. *à rege? & ii? agre paruit.* Haud dubito, quin veriſſime emendaverit Acidalius: *alienentur? Ægre paruit &c.* Sic etiam ſub fin. hujus cap. *agre à Dario impetravit.*

Sed adtonitus mœſtitia ſimul & deſperatione, &c.] Sed mox *ſolitudinem, quam pro ſolatio potiverat, perofus.* Receſſus quidem, precum, ſtudiorum & conſiliorum cauſa utilis. Sed animum mœrore affectum ſæpe magis turbat, quam ſolatur. vid. Horat. lib. ep. 1. 11. Senec. epiſt. 10. 25. 28.

ſarum omnium eadem fere fuit vox, *nefas eſſe deſeri regem*. Inter hæc Artabazus omnibus imperatoriis fungebatur officiis. ille Perſarum tabernacula circumire, hortari, monere nunc ſingulos, nunc univerſos, non ante deſtitit, quam ſatis conſtaret, imperata facturos. Idem ægre à Dario impetravit, *ut cibum caperet*, [a] *animumque regis*.

INTERPRETATIO.

a *Et regiam conſtantiam* reſumeret.

NOTÆ.

35. 28. 55. Scaliger 3. Epidorp. *Si prudentia, ſi ratio, non loca curam* | *Deleat; decet haud loca, ſed mutare ipſum.* Loccenius.

CAP. X.

Beſſi & Nabarzanis de Dario prodendo aut occidendo nefaria deliberatio; quam miris artibus occultant.

1 AT Beſſus & Nabarzanes olim agitatum ſcelus exſequi ſtatuunt, regni cupiditate accenſi: Dario autem incolumi tantas opes
2 ſperare non poterant. Quippe in illis gentibus regum eximia majeſtas eſt. ad nomen quoque barbari conveniunt; & priſtinæ veneratio fortunæ ſequitur
3 adverſam. Inflabat impios animos regio cui præerant, armis viriſque & ſpatio locorum nulli earum gentium ſecunda. tertiam partem Aſiæ tenet: multitudo juniorum, exercitus, quos amiſerat Darius, æ-

qua-

NOTÆ.

2 *Quippe in illis gentibus*] Tetigimus ſupra ad 3. 6. 17.

Et priſtina veneratio fortunæ ſequitur adverſam] Merito fides ſubditorum erga Magiſtratum in utraque fortuna eadem erit, ſi veram ſubjectionem & amorem ſuo capiti probare velint. Nam ut Nazarius in paneg. ait; *quos impenſe amamus, obſervantia illorum integra eſt, etiamſi fortuna delapſa eſt.* Sed cum hac dilapſa cuſtodes corporis regii, & non pauci Perſæ, tandem perfide dilapſi ſunt. *Loccenius.*

4 Vi-

quabat. Itaque non illum modo; sed etiam Alexandrum spernebant: [a] inde vires imperii repetituri, si regionis potiri contigisset. Diu omnibus cogitatis, placuit per milites Bactrianos, ad omne obsequium destinatos, regem comprehendere; mittique nuncium ad Alexandrum, qui indicaret, *vivum adservari eum.* si, id quod timebant, proditionem aspernatus esset; occisuri Darium, & Bactra cum suarum gentium manu petituri. Ceterum propalam comprehendi Darius non poterat; tot Persarum millibus laturis opem regi: Græcorum quoque fides timebatur. Itaque quod non poterant vi, fraude adsequi tentant: pœnitentiam secessionis simulare decreverant, & excusare apud regem consternationem suam. Interim qui Persas solicitarent mittuntur: hinc spe, hinc metu militares animos versant; [b] *ruinæ rerum illos subdere capita; in perniciem trahi; cum Bactra pateant, exceptura eos donis & opulentia quantam animis concipere non possint.* Hæc agitantibus Artabazus supervenit, sive regis jussu, sive sua sponte: adfirmans, *mitigatum esse Darium, & eundem illis amicitiæ gradum patere apud regem.* Illi lachrymantes nunc purgare se, nunc Artabazum orare, *ut causam ipsorum tueretur, precesque perferret.* Sic peracta nocte, sub

4 5 6 7 8 9 10 11 12

INTERPRETATIO.

a *Ex ea regione vires* ad recuperandum *imperium accepturi.*
b *Illos* suas *cervices supponere ruenti imperio.*

NOTÆ.

4 *Vires imperii repetituri, si regionis potiri contigisset*] Totius Asiæ, Persidis, Babyloniæ, Mediæ, & quicquid Dario paruisset, recuperaturi, si Bactrianam regionem occupassent, sibique parere coëgissent. Vel, inde vires bello accisas instauraturi. *Rad.* Forte legend. *vices imperii repetituri,* hoc est, vicissim repetituri imperium orbis terrarum, quod jam Alexander occupaverat, hoc enim eorum consilium fuisse, supra quoque 5. 9. 2. ostendit: cogitabant enim idem, quod sic expressit Lucan. 2. 12.

——— *Fors incerta vagatur,*
Fertque refertque vices.

9 *Ruina rerum illos*] Similitudine eadem aliter utitur Barclaius lib. 1. Argenid. *Iussus est nihil movere Gelanorus, sed tanquam è convulsa domus exci-*

dio

ſub lucis ortu Nabarzanes cum Bactrianis militibus in veſtibulo prætorii aderat, [a] titulum ſolennis officii occulto ſceleri præferens. Darius ſigno ad eun-
13 dum dato, currum priſtino more conſcendit. Nabarzanes ceterique parricidæ procumbentes humi, quem paulo poſt in vinculis habituri erant, [b] ſuſtinuere venerari, lachrymas etiam pœnitentiæ indices profuderunt. adeo humanis ingeniis parata ſimula-
14 tio eſt. [c] Preces deinde ſuppliciter admotæ, Darium, natura ſimplicem & mitem, non credere modo quæ
15 adfirmabant, ſed etiam flere coëgerunt. Ac ne tum quidem cogitati ſceleris pœnituit, quum intuerentur, qualem & regem & virum fallerent. Ille quidem ſecurus periculi quod inſtabat, Alexandri manus, quas ſolas timebat, effugere properabat.

INTERPRETATIO.

a Sub *ſpecie obeundi conſueti obſequii arcanum crimen tegens.*
b *Auſi ſunt adorare.*
c *Poſtea preces quas ſupplicium more adhibuerunt.*

NOTÆ.

dio cervices ſubtrahere. quem locum longe diverſum in ſenſum detorquet interpretatio Germanica. *Freinh.*

Donis] Alii leg. *bonis.*

12 *Nabarzanes cum Bactrianis militibus in veſtibulo prætorii aderat, titulum ſolennis officii occulto ſceleri præferens*] Et paulo poſt: *Nabarzanes ceterique parricidæ procumbentes humi, quem paulo poſt in vinculis habituri erant, ſuſtinuere venerari, lachrymas etiam pœnitentiæ indices profuderunt. adeo humanis ingeniis parata ſimulatio eſt.* Hæ ſunt detestandæ artes perfidorum & inſidiatorum, ut ſolenne officium occulto ſceleri prætexant, ficto obſequio, ficta fronte, crocodyli lachrymis eum, cui inſidias tendunt, nihil tale exſpectantem perdant. Sic Abner à Ioab occiſus eſt ſimulatione blandæ ſalutationis. Spitamenes ab uxore ſimulato captus eſt obſequio apud Curtium lib. 8. Dion circumventus & interfectus eſt à Callicrate ſimulatione officii. Treveris fuit ſimulatam obſequium erga Voculam, quo incautiorem opprimerent, apud Tacitum 4. Hiſt. Veriſſimum de his Ciceronis effatum 1 in Verrem: *Nulla ſunt occultiores inſidiæ, quam quæ latent in ſimulatione officii aut in aliquo neceſſitudinis nomine. nam cum qui palam eſt adverſarius, facile cavendo vitare poſſis. hoc vero occultum, inteſtinum, domeſticum malum non modo non exiſtit, verum etiam opprimit antequam perſpicere atque explorare potueris.* Sedula itaque hic cautione opus eſt, ne ſub ficta amici perſona peſſimus obrepat inimicus. Simile de Cæſaris nece Suetonius cap. 82. *Aſſidentem conſpirati ſpecie officii circumſteterunt.*

CAP.

CAP. XI.

Insidiæ proditorum Dario aperiuntur. qui Græcorum præsens tutumque respuit auxilium; paratus perire, si salvum esse nollent sui milites.

PATRON autem, Græcorum dux, præcepit 1
suis, *ut arma, quæ in sarcinis antea ferebantur, induerent; ad omne imperium sunm parati & intenti.* Ipse currum regis sequebatur, occasioni im- 2
minens adloquendi eum: quippe Bessi facinus præsenserat. sed Bessus, id ipsum metuens, custos verius, quam comes, à curru non recedebat. Diu er- 3
go Patron cunctatus, ac [a] sæpius sermone revocato, inter fidem timoremque hæsitans, regem intuebatur, qui ut tandem advertit oculos; Bubacem spadonem 4
inter proximos currum sequentem *percontari* jubet, *numquid ipse velit dicere.* Patron, *se vero, sed remotis* er-

INTERPRETATIO.

[a] *Sæpe inhibita voce sua.*

NOTÆ.

1 *Patron*] Meminit hujus Arrianus, quamquam *Parenem* pro Patrone vocet. Phocensem patria fuisse, idem tradit.

In sarcinis] Tanquam omnibus ad iter potius fugamque quam ad prælium paratis. Nec enim fere expediebantur, hoc est, ex sarcinis atque tegminibus proferebantur, aptabanturque arma, quam ubi prælium speraretur. De quo more Lipsium in Analect. ad Milit. Roman. dial. 2. vide. Sic ergo & alia hujus auctoris loca capienda. ut sup. 3. 8. *itineri quam prælio aptiores erant, raptimque arma capiebant.* & de Alexandri militibus in transitu Tigris supr. 4. 9. *cumulis sarcinarum passim fluitantibus rex monet, ut satis haberent arma retinere*: tanquam quæ & ipsa inter ceteras sarcinas erant. Idque magis etiam intelligetur ex Xenophontis loco lib. 4. ἀναβάσ. Atque hinc ex contrario cognoscitur, quid sit *itineri simul & prælia paratum esse*: nempe armis non in sarcinas colligatis, sed aptatis corpori, & ad congressum paratis iter facere. *Freinsh.*

2 *Custos*] non aut corpus ejus tueretur; sed ne qua elaberetur, quem vel capere vel mactare cupiebat. *Raderus.*

3 *Revocato*] Sic olim legendum conjeceram, & postea expressum vidi in uno Elzeviriano posteriore: nescio, quid sibi velint alii, *sermone revocatus*, at *revocato sermone* est, cum sæpe dicturus toties se repressisset, vocemque jam prodire valentem quasi reprehendisset. *Freinsh.*

4 *Bubacem*] An è Bubacene natum? multi enim peregrini à patria nomen traxerunt. Est autem Bubacene Asiæ haud procul ab Indis à Polyperconte subacta, ut inf. 8. 5. Curt. docet. *Rad.*

Ipse] Pal. 1. *ipsi*. probe.

Loqui velle cum eo] Acidalius de his quoque verbis dubitat, sed cum sensum

arbitris, loqui velle cum eo respondit. Iussusque *propius accedere*, sine interpete, nam haud rudis Græcæ
5 linguæ Darius erat; *Rex*, inquit, *ex L millibus Græcorum supersumus pauci, omnis fortunæ tuæ comites; & * in hoc tuo statu iidem, qui florente te fuimus: quascumque sedes elegeris, pro patria & domesticis rebus petituri.*
6 *Secundæ adversæque res tuæ copulavere nos tecum. Per hanc fidem invictam oro & obtestor, in nostris castris tibi tabernaculum statue, nos corporis tui custodes esse patiaris. Amisimus Graciam; nulla Bactra sunt nobis; spes omnis in te, utinam & in ceteris esset. Plura dici non attinet. custodiam corporis tui externus & alienigena non*
7 *deposcerem, si crederem alium posse præstare.* Bessus, quamquam erat Græci sermonis ignarus, tamen stimulante conscientia indicium protecto Patronem detulisse

INTERPRETATIO.

* *Æquè fidi atque extitimus te felice.*

NOTÆ.

sum habeant, inque omnibus libris reperiantur, & vero si iste mos admittatur, nihil unquam suspicione vacuum sit futurum; merito ferimus.

5 *Haud rudis*] En & barbari reges Græce discebant. quod hodie miraculum, si quis principum, regum, Cæsarum, Græce vel discat, vel sciat. quam tamen linguam Carolus Magnus, omnis Germaniæ & Occidentis imperator, optime percalluit, cum Michaëlis Rangabæ legatos Græce perorantes humanissime audivit, & Cuspiniano teste, magnis muneribus prosecutus est. Mithridates, rex Ponti, duarum & viginti linguarum idiomatá percalluerat, quot nempe gentibus imperitabat. Romani Cæsares omnes Græce norant. Sane Darium Græce sciviſſe haud valde mirandum est, quippe cui cum Græcis, florentissimo tum temporis literis armisque populo, plurimum erat commercii, quique suo sub Imperio nationis ejus linguæque civitates haberet haud paucas.

Ex L millibus] Persarum *copiis* 30000 *Græcorum, mercede conducta, adjecta sunt*, ut supr. 3. 9. refert Curtius. posset igitur non injuria cuiquam, rem attentius consideranti, oboriri suspicio, ut pro *quinquaginta, triginta* legendum crederet. *Popma.* Si tamen omnes ad Granicum, ad Issum, ad Gaugamela colligas, facile quinquaginta millia conficias. *Raderus.* Imo multo plura: quando Leosthenes *Græcos conductitios, qui Persis stipendia fecerant, ad quinquaginta prope militum millia in naves impositos, invito etiam Alexandro, in Graciam incolumes reportavit.* Pausan. l. 8.

7 *Bessus, quamquam erat Græci sermonis ignarus, interpretis Græci relato sermone*, &c.] Besso, ut vides, omnis dubitatio exempta est, *relato sermone interpretis.* Sed qui tandem, cum nullius interpretis opera usum fuisse regem dicat? Quamobrem rescribendum puto, *Interpretis Græci remotione.* Faber.

Stimulante conscientia indicium] Mens, male sibi conscia vel jam pe-

Digitized

tuliſſe credebat : & interpretis Græci relato ſermone exempta dubitatio. Darius autem, quantum ex vultu concipi poterat, haud ſane territus, percontari Patrona *cauſam conſilii*, *quod afferret*, cœpit. Ille 8
non ultra differendum ratus, *Beſſus*, inquit, *& Nabarzanes inſidiantur tibi, in ultimo diſcrimine & fortunæ tuæ & vitæ. Hic dies aut parricidis aut tibi futurus ultimus.* Et Patron quidem egregiam conſervati Regis 9
gloriam tulerat. [a] Eludant licet, quibus forte ac te- 10
mere humana negotia volvi agique perſuaſum eſt. [b] Equidem æterna conſtitutione crediderim, nexuque cauſarum latentium, & multo ante diſtinatarum,

INTERPRETATIO.

a *Eſto, hoc irrideant qui putant res humanas caſu & fortuito evenire.*

b *Ego quidem exiſtimo unumquemque* hominum *implere vitæ modum ſibi conſtitutum immutabili* fatorum *lege.*

NOTÆ.

petrari vel mox perpetrandi ſceleris, nunquam eſt quieta & ſecura. quod enim ſecum animo verſat, non tam audet quam timet: ne, vel antequam perpetretur, notitia & indicio alterius detegatur, vel poſtquam perpetratum eſt, pœna comes premat. Vnde Stat. 2 Thebaid.

——— *O caca nocentum*
Conſilia! & timidum ſcelus!

Et 3 Thebaid.

——— *ſceleriſque patroni*
Supplicium exercent curæ: tunc plurima verſat
Peſſimus in dubiis augur timor.

8 *Et fortunæ*] Non audio Acidalium, qui *et* pro *&* velit: nec in anterioribus potius *concipi* quam *conſpici* legendum arbitror: cum enim utrumque recte dicatur, unus, puto, librorum conſenſus eſt, qui monſtrare poſſit utrum utri præferri debeat.

9 *Tulerat*] Hoc eſt, laturus fuerat, ſi ſcilicet paruiſſet Darius. Hujus formulæ in priſcis ſcriptoribus occurrunt exempla. Ammianus 21. 25. *Si permeato flumine nullum qui reſiſteret inveniſſet, abſque difficultate penetraret Euphratem.* & 19. 13. *ni obſtitiſſet violentior curſus, in ipſis tentoriis obtruncaverat.* & 26. 15. *cuncta confuderat, ni gladio periſſet ultore.* Liv. 34. 29. *difficilior facta oppugnatio erat, ni T. Quintius, &c. ſupervenniſſet.* Florus 4. 2. *peractum erat bellum ſine ſanguine, ſi Pompeium Brundiſii opprimere potuiſſet. & coperat. ſed, &c.* Tac. 1. 63. *trudebanturque in paludem, &c. ni Cæſar productas legiones inſtruxiſſet.*

10 *Eludant licet*] Sic plane Liv. 6. 41. *Eludant nunc licet religiones, quid enim, &c.*

Suum quemque ordinem] Merulæ editio, *quaque*. quam lectionem præfert Acidalius, nimirum quia omnia fato regantur. *Freinsh.* communem veram putat, ut ad homines, quorum præcipua in hoc theatro ſcena eſt, tantum reſpexerit Curtius. Vtraque lectio legitima eſt, ſi ad res, quibus accommodatur, rite referatur. Propius tamen accedo poſteriori ſententiæ. *Blanckardus.*

rum, ſuum quemque ordinem immutabili lege per-
11 currere. Darius certe reſpondit; *quamquam ſibi Græcorum militum fides nota ſit; nunquam tamen à popularibus ſuis receſſurum. difficilius ſibi eſſe damnare, quam decipi. quicquid forſ tuliſſet, inter ſuos perpeti malle, quam tranſfugam fieri.* a *Sero ſe perire, ſi ſalvum eſſe ſui mili-*

INTERPRETATIO.

a Iam *tardiùs ſe moriturum* eſſe, *ſi proprii milites ipſum perire vellent.*

NOTÆ.

Immutabili lege percurrere] Hic Curtius vitato defectu, dum negat, forte ac temere res humanas volvi, incidit in exceſſum cum Stoicis, ſtatuendo immutabilem fati neceſſitatem: cum tamen quoddam εὐεξέλεγκτον ac libertas actionum in rebus externis ac civilibus detur; divina autem providentia tanquam prima cauſa per medias ad ſecundas cauſas agat, & omnia juſte ad bonos fines ordinet. Hoc ergo exitium non ex irrevocabili fati lege evenit Dario; quum vel potuiſſet ordinaria media ſe ſervandi, à Patrone & aliis oblata, complecti: vel ſi finis imperii ac vitæ violentus manebat Darium, manebat ob antegreſſa ejus & populi delicta. Vide hic Rader. & Lipſ. l. 1. de Conſtantia c. 20. *Locen.* De Fato vide etiam Lipſium Polit. 1. 4. ſatis prolixe & accurate diſſerentem. Auctoribus ibi relatis compara Marcellin. 23. 11. *Poſthabito tamen ſuaſore cautiſſimo* (non ſecus atque Darius Curtianus) *fidentius ultra tendebat; quoniam nulla vis humana vel virtus meruiſſe unquam potuit, ut quod præſcripſit fatalis ordo, non fiat.* Aurel. Victor, in Numeriano: *Arduum fatalia devertere: eoque futuri notitia ſuperflua.* Senecam ſuaſor. 3. *Hoc Ceſtius diligenter diviſit dixit enim, deos rebus humanis non interponere arbitrium ſuum: ſi interponant, voluntatem eorum ab homine non intelligi: ut intelligatur, non poſſe fata revocari. Si non ſint fata, ſacra profutura: ſi ſint, non poſſe mutari.* ex Homer. Od. 3. verſ. 147.

Οὐ γὰρ τ' ἀθάνατοι θνητῶν περὶ πάντα νοήμονες αἰὲν ἐόντες.

Non etenim divûm mens vertitur æternorum.

11 *A popularibus*] Neque id ſine ratione: nam eo facto maximopere eos offendiſſet: &, ut ſeq. cap. loquitur, *parricidio excuſationem obtuliſſet.* Nam quanta cum invidia res iſta conjuncta fuerit, ſatis apparet ex eo, quod infra 6. 4. 3. Nabarzanes non aliud magis prætexit facinori. Sic & Macedones, infr. 10. 4. 5. nihil moleſtius tulerunt, quam regem cuſtodes corporis ex Perſis delegiſſe. Sertorium multi, qui cum eo fugerant, Romani, poſtea deſeruerunt, *hac præcipue cauſa, quod is cuſtodes à Celtiberis undique acciverat, & Romanis à corpore amotis, eorum loco exteris ſe crediderat. Non enim milites æquo animo perferre poterant, ſe infidelitis ab eo argui.* Appian. lib. 1. civil. *Freinsh.*

Sero ſe perire] Similiter Scipio apud Liv. 28. 27. *Equidem ſi totum exercitum meum mortem mihi optare crederem, hoc ſtatim ante oculos veſtros morerer,* &c. ad quem locum nos ex Iſocrate, Cicerone, Seneca, Plutarcho, Caſsio, aliiſque plura. Gruterus ad iſta Suet. Calig. 56. *ſponte ſe periturũ, ſi & illis mors digna videretur.* Tiberius, qui inter initia imperii, *quoties caſus ita tuliſſet, precari ſolitus eſt tantum ſibi vitæ & imperii tempus, quantum reipubl. conduceret*: poſtea quoque accuſato Lentulo, quaſi vitæ principis inſidias ſtrueret; *vitæ ſe jam dignum ampliùs negavit, ubi Lentulo quoque ipſi infenſus eſſet.* Dio, lib. 57.

Solon

milites vollent. Patron desperata salute regis, ad eos, 12
quibus præerat, rediit; [a] omnia pro fide experiri paratus.

INTERPRETATIO.

a *Certus quidlibet tentare ad fidelitatem Dario* approbandam.

NOTÆ.

Gelon comperta conjuratione armatus in concionem ascendit; mox exutis armis, dedere se, vitamque suam universis dixit; occiderent, si ita viderentur. *Ælian. hist. Var.* 13. 37.

Milites] Posset quidem abesse hæc vocula, sed eum in omnibus libris compareat, nec lædat sententiam, aut structuram verborum, quis spuriam cum Acidalio pronunciet?

CAP. XII.

Bessus Darium fictis verbis & lachrymis delusum comprehendit, aureisque vinctum compedibus, in sordido vehiculo ad Alexandrum deduci curat.

AT Bessus [a] occidendi protinus regis impetum 1
conceperat. sed veritus ne gratiam Alexandri, ni vivum eum tradidisset, inire non posset; dilato in proximam noctem sceleris consilio, agere gratias incipit, *quod perfidi hominis insidias, jam* [b] *Alexandri opes spectantis, prudenter cauteque vitasset. donum eum hosti laturum fuisse regis caput. nec mirari,* 2
hominem mercede conductum omnia habere venalia: sine pignore, sine lare, [c] *terrarum orbis exsulem; ancipitem hostem;*

INTERPRETATIO.

a *Darii confestim necandi præcipitem cupiditatem sensit.*
b *Quem Alexandri felicitas jam alliciebat.*
c Illum *toto orbe exulem, utriusque* simul *partis hostem, ad eorum arbitrium huc illuc moveri, qui plus offerrent.*

NOTÆ.

1 *Conceperat*] An *ceperat?* quomodo & alibi non semel legitur. [a] Putaverim utrumque constare. [b] *Blanckardus.*

Agere gratias incipit] Et hic perfidæ simulationis exemplum in Besso occurrit, *suum flagitium alii objectare* ut loquitur Tacitus, 2 Hist. de quo plura exempla notavit Muretus, lib. 1 Var. lect. cap. 12. & sic,

Quum magna mala superest audacia causa,
Creditur à multis fiducia.

ut loquitur Iuvenalis Sat. 13. *Lorten.*

3 *hoſtem ; ad nutum licentium circumferri.* Purganti deinde ſe, *deoſque patrios teſtes fidei ſuæ* invocanti, Darius vultu adſentiebat, haud dubius quin vera deferrentur à Græcis ; ſed eo rerum ventum erat, ut tam periculoſum eſſet non credere ſuis ; quam deci-
4 pi. XXX millia erant, quorum inclinata in ſcelus levitas timebatur ; IV millia Patron habebat : quibus ſi credidiſſet ſalutem ſuam, damnata popularium fi-
5 de, [a]parricidio excuſationem videbat offerri. Itaque quæ præoptabat immerito, quam jure violari. Beſſo tamen inſidiarum conſilium purganti reſpondit ; *Alexandri ſibi non minus juſtitiam, quam virtutem eſſe perſpectam. Falli eos, qui proditionis ab eo præmium exſpectent ; violatæ fidei neminem acriorem fore vindicem ulto-*

INTERPRETATIO.

a *Rationem ſuppeditari excuſandæ cædis* Darii.

NOTÆ.

3 *Sed eo rerum ventum erat*, &c.] Tunc eſt tam periculoſum non credere ſuis quam decipi, quum re quidem ſuſpecta, ſed nondum manifeſta, diffidens animos ſuſpectorum magis à ſe avertere, & ſceleri occaſionem alicujus excuſationis aperire poteſt. Livius lib. 3. *Multi & varii timores. inter ceteros eminebat terror ſervilis, ne ſuus cuique domi hoſtis eſſet, cui nec credere, nec non credendo, ne infeſtior fieret, fidem abrogare, ſatis tutum erat.* Seneca lib. 2 de ira, cap. 23. *Plurimum mali credulitas facit. Sæpe ne audiendum quidem eſt : quoniam in quibuſdam rebus ſatius eſt decipi, quam diffidere.* Verum ubi manifeſta perfidiæ quorundam exſtant argumenta & certa indicia, tamen adhuc diffidere velle, infelicis eſt ſimplicitatis & ſtoliditatis. quæ etiam Dario fraudi fuit & malo, ſed peſſimis auctoribus. Vide Cl. Bœcleri Characteres Politicos Velleianos, eruditæ ptudentiæ ſcriptum, c. 11. §. 29. 30. *Loccen.*

4 *XXX millia erant*] Totus igitur exercitus erat, ne Græcis quidem exclusis, 1. 8. 3. Quid, ſi reſcribamus, *tria millia*, ut de Bactrianis intelligatur. nam ceteros innocentes fuiſſe, ſequentia probant. *Sebiſius.* Cui ne adſentiar, facit quod tota iſta argumentatio concideret, qua Darium Curtius oſtendit noluiſſe paucorum ſocietatem amplecti, multo pluribus neglectis offenſiſque. Quod autem triginta potius millia, quam triginta tria & trecentos nominavit (ad eum enim numerum ſuperiori loco relata ratio conſurgit) more conſueto auctorum fecit, qui rotundo numero uti gaudent. Græcis autem exceptis, tamen adhuc triginta millia barbarorum fuiſſe, & ſupra ad 5. 8. oſtendimus, & hoc etiam loco adjuti evidenter confirmare poſſumus. *Freinsh.*

5 *Violatæ fidei neminem acriorem fore vindicem ultoremque.*] Quod Alexander re ipſa præſtitit, dum Beſſum fratri Darii plectendum dedit, & cruci affigi juſſit. de quo plura ad lib. 7. *Loccen.*

6 *More*

altoremque. Iamque nox adpetebat, quum Persæ 6
more solito armis positis ad necessaria ex proximo
vico ferenda discurrunt. At Bactriani, ut imperatum erat à Besso, armati stabant. Inter hæc Darius 7
Artabazum acciri jubet; expositisque, quæ Patron detulerat, *haud dubitare* Artabazus *quin transeundum esset in castra Græcorum. Persas quoque periculo vulgato sequuturos.* Destinatus sorti suæ, & jam nullius 8
salubris consilii patiens, unicam in illa fortuna opem Artabazum ultimum illum visurus amplectitur; perfususque mutuis lachrymis, *inhærentem sibi avelli* jubet: *capite deinde velato*, ne inter gemitus digredientem velut à rege intueretur; in humum pronum corpus abjecit. Tum vero custodiæ ejus adsueti, 9
quos regis salutem vel periculo vitæ tueri oportebat, dilapsi

NOTÆ.

6 *More solito*] Nec Parthis patrium aut consuetum fuisse, noctu pugnare, Plutarchus in Crasso cap. 57. tradit. Cujus locum huic nostro comparat Brisson. lib. 3. de regno Pers.

8 *Perfususque*] Rutgersius legendum censet, *profusisque.*

Velut à rege] Alii *velut à rego.* Quæ ego apta non negem plane, neque eo minus à naturali aliquo interpolata constanter ausim affirmare. De rogo sit aliquid; atque ipse scio, quid dici, qui interpretari, qui defendi possit. Verum enimvero Curtius aliter scripsit. ac vera lectio non diu quæsita, feliciter inventa nobis. Nam vel quovis sacramento contenderim rescribendum: *vel à tergo.* Hæc Curtii mens, hic Darii adfectus, qui abeuntem amicum nec à tergo sustinebat intueri. Sic *Radero* probante *Acidalius.* Fatuum illud, *velut à rege*; nec magis profecto falsum, *vel à tergo*, quo juveniliter se effert Acidalius. Unica & vera lectio est à libris Modii: *velut à rego*: quam ille frustra traducit, & miror, potuisse in partes Raderum trahere. De Artabazo loquitur digrediente ab Dario: quomodo? non tanquam à rege, ne quidem ut à vivo, sed velut à funere aut rogo vel busto, inter gemitus aut lachrymas. Ex ritu antiquis usitato. Tibullus: *Et fleat effusis ante sepulchra comis.* Petronius, cum *lachrymarum ubertim manantium* & aniculæ *fletu confusæ* mentionem fecisset: *Quid vos in cellam meam tanquam anterecens bustum venistis? utique die feriarum, quæ etiam lugentes rident.* Hoc non est aliquid quod dici, qui interpretari, qui defendi possit: sed hic est solus & verus Curtii sensus. Nam Darius velavit caput, more etiam inter antiquos usitato, de rebus suis desperantium & quasi fortunæ se dedentium, ne intueretur amicum discedentem inter gemitus & lachrymas, sive ominis & religionis causa, sive quod turpe judicaret cum Tito, quemquam, nedum tam fidum ac probatum, à sermone principis tristem discedere. *I. F. Gronovius.*

dilapſi ſunt; cum armatis, quos jam adventare credebant, haud rati ſe futuros pares. Ingens ergo in tabernaculo ſolitudo erat, paucis ſpadonibus, quia quo diſcederent, non habebant, circumſtantibus re-
10 gem. At ille remotis arbitris, diu aliud atque aliud conſilium animo volutabat. Iamque ſolitudinem, quam paulo ante pro ſolatio petiverat, peroſus; *Bu-*
11 *bacem vocari* jubet. quem intuens, *Ite*, inquit, *conſulite vobis, ad ultimum regi veſtro, ut decebat, fide exhibita. ego hic legem fati mei exſpecto. forſitan mireris quod vitam non finiam? alieno ſcelere, quam meo mori*
12 *malo*. Poſt hanc vocem ſpado gemitu non modo tabernaculum; ſed etiam caſtra complevit. Inrupere deinde alii, laceratiſque veſtibus lugubri & barbaro
13 ululatu regem deplorare cœperunt. Perſæ, ad illos clamore perlato, adtoniti metu, nec arma capere, ne in Bactrianos inciderent; nec quieſcere audebant,
14 ne impie deſerere regem viderentur. Varius ac diſ-

ſonus

NOTÆ.

9 *Armatis*] Alii auctores: *tum* vel *cum armati*, forte non fruſtra ibi inſerta vocula; & poteſt fuiſſe *tot armatis*.

Non habebant] Quippe viles apud alios & contempti, quæ inter ceteras cauſa Cyrum movit, ut ejuſmodi homines ſibi fidiſſimos futuros crederet. ſi Xenophonti in lib. 7. *raiſ*. fides habenda. *Freinsh.*

10 *Peroſus*] Simile illud Tac. 2. 31. in extrema anxietudine Libonis, *ipſis, quas in noviſſimam voluptatem adhibuerat, epulis excruciatus.*

11 *Alieno ſcelere*] Sic Florus lib. 4. cap. 7. in fin. de Bruto & Caſſio, illos in abolitione animarum ſuarum ſuo judicio, *alieno ſcelere* uſos ſcribit. Seneca epiſt. 70. *Stultitia eſt timore mortis mori. Venit qui occidat. Exſpecta; quid occupas? quare ſuſcipis aliena crudelitatis procurationem?* Ib. Scribonia gravis femina ad Druſum Libonem, ſecum agitantem, an ipſe ſibi conſciſceret mortem, an exſpectaret ab aliena manu: *Quid te delectat alienum negotium agere?* Non ſolum autem ſceleſtus, ſed etiam nimis ſævus in ſe ipſum eſt, qui ſua manu corpus & animam ſuam perdit. *Lucan.*

Quam meo] Non audio Acidalium, qui inſerta vocula malit, *quam metu meo*. Sane potuiſſet ita ſcribere Curtius, ſed voluiſſe, quis monſtret? & tamen ſic concepta ſententia Dario non indigna, ipſa autem ſtructura verborum etiam elegantior. At ſupra 3. 6. de Alexandro ſic locutus eſt, *ſatius eſt alieno me mori ſcelere quam metu meo?* ſcilicet pro ſubjectæ materiæ ratione aliter ibi loqui non poterat. quæ hic longe diverſa, aliam quoque ſententiam poſtulavit. Sic Carthaginenſes apud Flor. 2. 15. *patriam ſuam malebant hoſtium mœnibus, quam ſuis muris.* Freinsh.

16 De-

sonus clamor sine duce ac sine imperio totis castris referebatur. Bessо & Nabarzani nunciaverant sui, *regem à semetipso interemptum esse.* planctus eos decepерat. Itaque citatis equis advolant, sequentibus quos ad ministerium sceleris delegerant: & quum tabernaculum intrassent, *quia regem vivere* spadones indicabant, *comprehendi vincirique* jusserunt. Rex curru paulo ante vectus, & deorum à suis honoribus cultus, [a] nulla externa ope admota, captivus servorum suorum, in sordidum vehiculum pellibus undique contectum imponitur. Pecunia regis, & supellex, quasi jure belli diripitur, onustique præda, per scelus ultimum parta, fugam intendunt. Artabazus cum iis, qui imperio parebant, Græcisque militibus Parthienem petebat, omnia tutiora parricidarum contuitu ratus. Persæ, promissis Bessi onerati; maxime quia nemo alius erat, quem sequerentur; conjunxere se Bactrianis, agmen eorum tertio adsequuti die. Ne tamen honos regi non habe-
retur;

INTERPRETATIO.

a *Nulla externi* hostis *illata vi.*

NOTÆ.

16 *Deorum*] Post hanc vocem intrudunt libri *auspiciis.* quod videtur Freinshemio ex inepta glossa marginali, volenti explicare, quid sint deorum honores, in textum irrupisse.

Nulla externa ope admota] De hujus quoque loci integritate multum dubitat. nec abest multum, quin mutilum pronunciet, &c. Et tamen integer etiam videri locus, si recte capias, possit. *Non admota externa ope*, cujus jam scilicet egebat, à suis plane destitutus. Infra 6. 3. *regem suum etiam externa opis egentem.* Acidalius. Melius tamen illud *nulla externa ope*, cum Berneggero retuleris ad *captivus.* Darius fuit à servis propriis captus, nulla externa ope admota, hoc est, ut servi non juvarentur juberenturve ab hostibus. Freinsh.

17 *Pecunia*] Strabo lib. 15. de thesauris Alexand. *Nonnulli omnia undique Ecbatano comportata; dicunt fuisse 100 & 80 millia talentorum; 8 millia vero, qua cum Dario è Media fugiente exportata, ab iis direpta fuerunt, qui eum necaverunt.* Arrianus 3. Darium Ecbatanis *ad VIII M talentum abstulisse* scribit. uter horum verius narret, nostra parum interest.

19 *Persæ, promissis Bessi onerati*] Scelcratis omnia sunt honesta cum pretio, ut Crispus ait.

Nemo alius erat] Tum enim facile est exercitu vel regno potiri. vide Tacit. 6. 34. 3. *inanem mox regiam Æeta, vacuosque Colchos repetivit.* Freinsh.

rotur ; aureis compedibus Darium vinciunt : nova ludibria ſubinde excogitante fortuna. Et ne forte cultu regio poſſet adgnoſci ; ſordidis pellibus vehiculum intexerant : ignoti jumenta agebant, ne percontantibus in agmine monſtrari poſſet : cuſtodes procul ſequebantur.

NOTÆ.

20 *Aureis compedibus Darium vinciunt*] Dio Chryſoſtomus oratione ultima, & Iuſtinus 5. 11. narrat hujuſmodi vinculis oneratos etiam à Cyro Aſtyagen, ab Artaxerxe Cyrum fratrem. Antonius quoque regem Armeniæ *Artavaſdem fraude deceptum catenis, ſed ne quid honori deeſſet, aureis vinxit*. ut Velleius 2. 82. refert. *Popma.* Ad hæc fortaſſis exempla alludens Tertul. de cultu feminarum 1. 6. *Apud barbaros quoſdam, quia vernaculum eſt aurum & copioſum, auro vinctos in magiſtulis habent, & divitiis malos onerant tanto locupletiores, quanto nocentiores.* Quem locum illuſtrat alius ex Heliodori Æthiop. lib. 9. ubi de Theagene. De Dario & Iuſtinus 11. 15. Sic in Appiani Mithrid. rex ille filium cognominem *vocatum ad ſe vinxit aureis compedibus, nec multo poſt necavit.*

Procul ſequebantur | Eundem nimirum ad finem, ne inde ſuſpicio oriretur, regem eo curru vehi. *Freinsh.*

CAP. XIII.

Alexander, audita Darii periculo, ad Perſarum exercitum contendit. Beſſus autem cum parricidis alus arma vultumque mutans victoris, Darium, multis confoſſum vulneribus, relinquit, fugaque ſibi conſulere conatur.

1 ALEXANDER, [a]audito Darium moviſſe ab Ecbatanis; omiſſo itinere, quod patebat in Mediam, fugientem inſequi pergit ſtrenue. 2 Tabas oppidum eſt in Parætacene ultima: ibi transfugæ

INTERPRETATIO.

a *Ubi nunciatum eſt Darium Ecbatanis diſceſſiſſe.*

NOTÆ.

1 PAtebat] Alii petebat. Forſan legend. *parabat.*

2 *Tabas* | Non auſim adſirmanti Radero credere, vere emendare Glareanum *Ragas*. præterquam enim quod ea Mediæ urbs non *Ragæ* nominatur recto caſu, ſed *Rhagæ*; etiam ſupra veri ſidem non eſt, aliam ibi fuiſſe, *Tabas*, nec ſane multum ad rem facit, quod Stephanus tres hoc nomine urbes alibi, nullam in Parætacene nominet. Scribit quidem Arrianus 3. 4. 16. Alexandrum Rhagas perveniſſe, ſed in tota iſta narratione ſæpius à Curtio diſſidet, ut hunc ex illo corrigere non ſatis tutum ſit, aut integrum. *Freinsh.*

3 Re-

fugæ nunciant, *præcipitem fuga Bactra petere Darium.* Certiora deinde cognoscit ex Bagysthene Baby- 3
lonio, *non equidem vinctum regem, sed in periculo esse aut mortis, aut vinculorum.* Rex ducibus 4
convocatis; *maximum*, inquit, *opus, sed labor brevissimus supereſt; Darius haud procul destitutus à suis, aut oppressus. In illo corpore posita est victoria nostra: & tanta res celeritatis præmium.* Omnes pariter concla- 5
mant, *paratos ipsos sequi; nec labori, nec periculo parceret.* Igitur raptim agmen cursus magis quam itineris modo ducit: ne nocturna quidem quiete diurnum laborem relaxante. Itaque quingenta stadia 6
proces-

NOTÆ.

3 *Bagysthene Babylonio*] Rectum videatur hic cum Radero sequi Arrian. 3.4.12. qui Bisthanem hunc appellat, Ochi, qui ante Darium regnaverat, filium. Sed sunt quæ dissuadent, tum, quod modo dixi, perpetuus fere horum auctorum in ista narratione dissensus: tum etiam quod hic additur *Babylonio*, quod cur illi Bisthani tribui debeat, docendum erat. Raderus *Megisthane* edidit: atque ita Modii codices habuisse affirmat. Certe Brissonius lib. 1. *Megistanem Babylonium* hic reperit, atque sic Persarum Parthorumque proceres purpuratosque interdum appellari, non paucis Græcorum Latinorumque scriptorum locis ostendit. Supra etiam 5.1. 20. habuimus *Bagophanem Babylonium*, quo & ipso loco dubitabam, an *Megistanem* legi rectius foret, cum alix edd. *Bagistanem* habeant. Est & *Megistanum* mentio in Sirac. 23. 19. *εἰς μέσον δὲ μεγιστάνων συνεδρίασις; nam inter purpuratos considebit.* Item in adjunctis Eusebianis: Μετὰ δὲ τὸν Ἀλέξανδρον τελευτῶντες τῷ βασιλείαν οἱ μεγιστᾶνες αὐτοῦ. *Post Alexandri vero finem dividentes imperium proceres ejus.* Et aliquanto post: Καὶ εἰσῆλθον οἱ μεγιστᾶνες Ναβυχοδονόσορ εἰς τὴν πόλιν. *Et ingressi sunt Megistanes Nabuchodonosoris urbem* Hierosolyma. Inter Latinos est & Frontinus strategem. 2.9. *in quendam ex Megistanis* (Armenis) *quos ceperat, animadvertit.* Idem.

4 *Supereſt*] Hæc ita edidimus volentibus bonis Codd. & egregio sensu. Ipsum quippe Darium vocat maximum opus, & brevissimum laborem, eadem figura, qua infra 7.5. *Spitamenes eum* (Bessum) *tenebat, collo inserta catena, tam barbaris, quam Macedonibus, gratum spectaculum.* Hic loquendi modus paulo ignotior, corrupit hunc locum, quem præ manibus habemus; itidem ut alium Livii, quem ad Flor. 4.2. emaculavimus. *Idem.*

In illo corpore posita, &c.] Imperator supremus cæsus vel captus est maximum cladis suorum & victoriæ hostium momentum: quum pastore cæso grex plerumque dissipetur: Vel ut Virgilius de navi quæ caret gubernatore, loquitur: *Cadit, quoniam spoliata magistro est.* Vide & Gruteri discuss. cap. 10. ad illa Taciti 4. 21. 5. *Non nisi duce interfecto, requiem belli fore.* Loccenius.

5 *Nec labori*] Forte fuit, *ne labori, neu periculo parceret.*

proceſſit: perventumque erat in vicum, in quo Da-
7 rium Beſſus comprehenderat. Ibi Melon Darii in-
terpres excipitur. corpore non potuerat agmen ſe-
qui, & deprehenſus celeritate regis, tranſfugam ſe
eſſe ſimulabat. Ex hoc acta cognoſcit. ſed fatigatis
8 neceſſaria quies erat. Itaque delectis equitum ſex
millibus, trecentos, quos *Dimachas* appellant, ad-
jungit: dorſo hi graviora arma portabant, ceterum
equis vehebantur; quum res locuſque poſceret, pe-
deſtris

NOTÆ.

6 *Vicum*] Nomen non exprimit. Iuſtinus, 11. 15. *in vico Parthorum Thara* vinctum fuiſſe ſcribit; non etiam ibi interfectum.

7 *Interpres excipitur*] Reges, Perſi ſermonis ignaros, Græcos per interpretem audiebant: atque ita, Syloſontis Samii verba à Dario exaudita Herodotus 3. 140. refert. Themiſtoclem quoque, ubi primum in Artaxerxis conſpectum colloquiumque venit, per interpretem locutum, Plutarch. in Them. cap. 47. ſcribit. Sic etiam cum peregrinis egiſſe reges indicat Herod. lib. 3. ſermones à Dario, coram Græcis, habitos cum Indis narrans. *Briſſon.*

8 *Dimachas*] Alexander maximus Imperatorum invenit, ut apud Sixtum Arcerium pag. 156. not. ad Ælian. Iulius Pollux teſtatur. cujus hæc verba ſunt: *Erat & aliud equitum genus*, Dimachæ *dicti, ex inventione Alexandri, armorum apparatu inſtructi leviore, quam qui eſt peditum gravis armatura, graviore vero, quam qui eſt equitum: exercitati in utramque, & pedeſtrem, & equeſtrem pugnam: ut & in loci equitatui aptis equis utantur: & ut ne, ſi in loca devenirent iniqua, & minus apta, omnino ad pugnandum inepti eſſent, idemque experirentur, quod Lydis quandoque accidit. Equum autem apprehendebat ac cuſtodiebat famulus aliquis, qui in ſolitum eum uſum una ſequebatur: iſte qui ex equo deſcenderat, conſeſtim inter pedites armatos pugnabat.* Annotavit etiam Arcerius ex Heſychio eoſdem dictos Διμάχους· *Dimachæ ſunt, qui Hamippi dicti, qui quidem interdum pedites, interdum equites pugnant.* Hamippi autem, quaſi dicas, *pedes ſimul & eques.* Non abſimiles ab iſto genere ſunt equites, qui hodie in militia noſtra *Dragons* nuncupantur, bombardas geſtantes oblongas ex humeris dependentes. *Raderus.* Dimachas iſtos eo demum tempore inſtituiſſe Alexandrum, ex Arriano 3. colligas: *quum intelligeret, non poſſe pedites ſe feſtinanter equitantem ſequi, equites circiter quingentos equis deſilire juſſit, & duces peditum aliosque præſtantiſſimos quoſque, ita ut pedites armati erant, equos conſcendere.* Quam rem, licet alia de cauſa, imitatus Cæſar de bel. Gall. 1. 42. *commodiſſimum eſſe ſtatuit, omnibus equis Gallis equitibus detractis, legionarios eo milites legionis decimæ, cui quam maxime confidebat, imponere.* Hamippos autem iſtos ex equis pugnaviſſe, ex Iſæo; quam inter pedites, ex Thucydide & Xenophonte, Harpocrationis Lexicon notat: additque, à Philochoro eoſdem προδρόμους ſive *antecurſores* vocari. Valde falſus eſt Vir doctus in Miſcellaneis, qui apud Curtium pro *Dimachas*, ut falſo edebatur, dubitavit legere *Dimeritas*, aut *Diectinitas*: cum hæc ipſa poſterior vocula in Marcellino 27. 10. & Capitolini M. Antonino cap. 21. corrupta ſit, legendumque pro ea, *Diegmita*, ut oſtendit *Cl. Salmaſius* ad dictum Capitolini locum. *Freinsh.*

10 *Ipſe*

destris acies erat. Hæc agentem Alexandrum adeunt 9
Orsillos & Mythracenes; qui Bessi parricidium exosi transfugerant; nunciabantque, *stadia* D *abesse Persas; ipsos brevius iter monstraturos.* Gratus regi adven- 10
tus transfugarum fuit. Itaque prima vespera ducibus iisdem cum expedita equitum manu monstratam viam ingreditur; Phalange, *quantum festinare posset, sequi* jussa. Ipse quadrato agmine incedens, ita cursum regebat, ut primi conjungi ultimis possent. CCC 11
stadia processerant, quum occurrit Brocubelus Mazæi filius, Syriæ quondam prætor. is quoque transfuga nunciabat, *Bessum haud amplius quam* CC *stadia abesse. Exercitum, utpote qui nihil præcaveret, incompositum inordinatumque procedere. Hyrcaniam videri petituros. si festinaret sequi, palantibus superventurum. Darium adhuc vivere.* [a] Strenuo alioqui cupiditatem con- 12
sequendi transfuga injecerat. itaque calcaribus subditis, [b] effuso cursu eunt. Iamque fremitus hostium iter ingredientium exaudiebatur; sed prospectum ademerat pulveris nubes. paulisper ergo inhibuit cursum, donec consideret pulvis. Iamque conspecti à 13
barbaris erant, & abeuntium agmen conspexerant; nequaquam futuri pares, si Besso tantum animi fuisset

INTERPRETATIO.

a Alexandro *jam satis* sua sponte *diligenti desiderium attulerat persequendi illos.*

b *Celerrimo.*

NOTÆ.

10 *Ipse quadrato*] Vereor ut hæc bene sana sint. Dixit eum cum expeditis equitibus iter ingressum, phalangem sequi jussisse quantum posset: nunc statim subjungit, *ipsum* quadrato agmine incessisse. Quid, si fuerit, *sequi jussa quadrato agmine. Incedens, &c.* Phalangem nimirum quadrato agmine sequi jussit, ut Arrianus monstrat. 3. ὁ δὲ ἄλλας πεζὰς, phalangem nimirum, ὁ πεζὸς ἱππεῖ. ubi illud ὁ πεζὸς reddidit Doctiss. interpres, *quadrato agmine*, ex ipsa mente auctoris. *Idem.*

11 *Brocubelus*] Alii *Proculus*, quod Romanum nomen est: at illud & barbaricum; & propius accedens ad id quod ei homini imponit Arrian. 3. *Antibelum* appellans. *Idem.*

13 *Si Besso tantum animi fuisset ad prælium*] Ad mala facinora proditores & improbi solum strenui sunt. Ma-

cid.

set ad prælium, quantum ad parricidium fuerat. Namque & numero barbari præstabant, & robore: ad hoc refecti cum fatigatis certamen inituri erant.
14 Sed nomen Alexandri, & fama, [a] maximum in bello utique momentum, pavidos in fugam convertit.
15 Bessus, & ceteri facinoris ejus participes, vehiculum Darii adsequuti, cœperunt hortari eum, *ut conscenderet equum, & se hosti fuga eriperet.* Ille *deos ultores adesse* testatur, & *Alexandri fidem* implorans, negat, *se parricidas velle comitari.* Tum vero ira quoque accensi, tela injiciunt in regem; multisque con-
17 fossum vulneribus relinquunt. Iumenta quoque, ne longius prosequi possent, convulnerantur; duobus
18 servis, qui regem comitabantur, occisis. Hoc edito

INTERPRETATIO.

a Cujus *magna vis est in bello.*

NOTÆ.

crobius lib. 2. Saturn. cap. 1. de Alcibiade. *Tantum fortis fuit adcrimina.* Invenalis de sortis:

Fortem animum præstant rebus quæ turpiter audent. Loccen.

14 *Nomen*] Sic apud Claud. de bello Gild. v. 384. Stilico ad Honorium:

——— *plus nominis horror*
Quam tuus ensis aget.

Tacit. in Germania: *Expetuntur legationibus, & muneribus ornantur, & ipsa plerumque fama bella profligant.* Loquitur autem de Principibus sive Iudicis, quorum inter alias officium erat *jura per pagos vicosque reddere.* Blanck.

16 *Deos ultores*] Nihil huc facit aut *Arimanes* Persarum, aut *malus genius*, ex Agathia & Plutarchi Alexand. c. 52. Nam in hoc loco ὁ δείσας Πέρσαις, nihil aliud est, quam *pertinax* illa *fortuna*, quæ, Curtii verbis, *Persas urgere non desinebat.* eademque vi est exclamatio illa Darii, quæ Annibalis, apud Liv. 27. 53. *agnosco fortunam Carthaginis.* *Arimanem* autem quamvis pro principio mali haberent Persæ, forte post Manichæorum insaniam, quæ in illis partibus plurimum polluerat, non tamen sequitur, eum potius vindicem malorum statuisse, quam bonum aliquem deum. Vindicta enim scelerum, cum ex justitia oriatur, ad finem bonum, & mortalitati salutarem, non certe adscriptam fuisse ab hominibus, ratione non omnino destitutis, credibile est, malo genio: quem & ii non per justitiam, tanquam delicta ulciscceretur, sed quod calamitatibus humanis delectaretur, mala immittere credebant, ut *Vejovem* suum Romani, & modo Indi suos *Aygnanos*, quos ideo venerantur, ne noceant. At bonis geniis ultionem tribuerunt omnes gentiles, adeoque istud in ore vulgi erat, Deus, scilicet ille verus & unus (hoc enim est illud testimonium animæ, de quo Tertullianus librum composuit) ultor erit. Ergo & ex suis diis, quos pro bonis habebant, Iovi, *Vindicis* cognomen Romani indiderunt; *Ulteris*, Marti. Flor. 3. 11. *dii fœderum ultores.* Vide Plut. de Cleomene c. 73. apophth. Lacon. *Freinsh.*

Tela injiciunt in regem] Perditissimorum hominum pertidiam magis etiam aggra-

to facinore, [a] ut vestigia fugæ spargerent, Nabarzanes Hyrcaniam, Bessus Bactra, paucis equitum comitantibus, petebant : barbari ducibus destituti, qua quemque aut spes ducebat, aut pavor, dissipabantur : [b] tantum equites congregaverant se, incerti adhuc, resistere ne melius esset, an fugere. Alexander, hostium trepidatione comperta, Nicanorem cum equitum parte ad inhibendam fugam præmittit : Ipse cum ceteris sequitur. 1111 ferme millia resistentium occisa sunt; reliquum agmen more pecudum intactum agebatur, jubente rege, *ut cædibus abstineretur*. Nemo captivorum erat, qui monstrare Darii vehiculum posset : singuli, ut quæque prehenderant, scrutabantur; nec tamen ullum vestigium fugæ regis exstabat. Festinantem Alexandrum vix tria millia equitum persequuta sunt. at in eos, qui lentius sequebantur, incidebant universa fugientium agmina. vix credibile dictu, plures captivi, quam qui caperent, erant : adeo omnem sensum territis fortuna penitus [b] excusserat, ut nec hostium

19 20 21 22

INTERPRETATIO.

a *Ut fugæ sua signa dividendo* fallerent *hostes.*
b *Ademerat.*

NOTÆ.

aggravat canis exemplum, qui parricidis istis longe mestior, prosperiorem quam illi meretur memoriam. *Nam Dario cum à Besso multis vulneribus confossus esset, & jaceret stratus, omnibus mortuum relinquentibus, canis ab eo educatus solus permansit fidelis, eumque, tametsi non amplius ab eo nutriretur, eodem affectu observavit, ac si adhuc viveret.* Ælian. hist. anim. 6. 25. *Idem.*

18 *Qua quemque*] Flor. 3. 11. *Reliquiæ infelicis exercitus, quo quemque rapuit fuga, &c. distractæ.*

Incerti adhuc] Sic bene conjungitur *adhuc*. nam Acidal. jungebat voci *resistere*, vel etiam *melius* : utrumque sensus penitius introspectus renuit.

20 *Singuli*] Freinshemius mavult *singulos, ut quemque prehenderant*. Quod si ei accedas, exponendum erit de captivis, ex quibus sciscitabantur de Dario rege. Si lectionem veterem præferas, de vehiculis locus intelligendus. Mihi tamen utraque lectio placet, cum suis rationibus historiæ accommodatis suffulciatur. *Blanck.*

22 *Territis*] Plutarchus extremo lib. 1. de fort. Alexand. *Rationes periculo imminente franguntur, atque imaginationibus judicium expellitur, ubi prope adsunt res terribiles. Metus enim non solum memoriam consternat, ut ait Thucydides; sed & institutum animi omne, & laudabilem cœnatum incitationemque.*

24 *Ge-*

ſtium paucitatem, nec multitudinem ſuam ſatis cer-
23 nerent. Interim jumenta, quæ Darium vehebant, nullo regente deceſſerant militari via, & errore delata per IV ſtadia, in quadam valle conſtiterant, æ-
24 ſtu, ſimulque vulneribus fatigata. Haud procul erat fons, ad quem monſtratum à peritis Polyſtratus Macedo ſiti maceratus acceſſit: ac dum galea hauſtam aquam ſorbet, tela jumentorum deficien-
25 tium corporibus infixa conſpexit. Miratuſque confoſſa potius, quam abacta eſſe, ſemivivi ***

Veteres ſcripti cuſique hic deficiunt. quæ in recentioribus adtexuntur, ut à genuinis dignoſci poſſint, minori typo ſubjiciemus. Et quamquam alibi nova ſupplementa ſuis quaque locis inſerenda promiſerim: quum ob alias cauſas; tum etiam inprimis, ne ſi recepta mutarentur, plus ex ea re confuſionis, quam commodi naſceretur; quando etiam verſiculi & Index ad recentiora exemplaria reſponderent: ſupplementa noſtra in calce Curtiani operis ſeparatim proponi, conſultius viſum eſt: Inde, qui volet, petat.

* hominis corpus, cum propius acceſſiſſet, in ſordido vehiculo pellibus contecto ſitum reperit: atque Darium, multis quidem vulneribus confoſſum, adhuc tamen ſpirantem, eſſe cognovit. Qui adplicito captivo, quum civem ex voce cognoviſſet, *id ſal-*

tem

NOTÆ.

24 *Galea*] Quia militis poculum galea. Tibullus lib. 2. eleg. 6. verſ. 7.

Quod ſi militibus parces, erit hic quoque miles
Ipſe levem galea qui ſibi potet aquam.

25 *Semivivi*] *Hæc ultima*, inquit Modius, *hujus libri vox in membranis fuit, niſi quod qua deeſſe videbantur, à neſcio quo, ex Juſtino velut ſupplementum adjecta erant. ſed hæc talia ſatius erit apud ipſos auctores legere, quam Curtio temere aliena, ut pannum purpura aſſuere.* Idem finis eſt in Conſtantienſi codice. Nos igitur non vulgare tantum ſupplementum, ſed etiam noſtrum, auctoris verbis ſubjecimus, ne lectorem interrupta hiſtoriæ ſeries moraretur: & tamen alio charactere expreſſimus, addita etiam monitiuncula, ne quis amplius exiſtimaret habenda pro Curtianis, quod video retro doctiſſimis viris accidiſſe, non quin ſtatim videre potuerint aliena eſſe, ſi diſquirendum putaſſent, ſed quoniam iiſdem typis ſtatim textui ſubnexa erant, feſtinantes facile fefellerunt.

29 *Jam-*

tem præſentis fortunæ ſolatium ſe habere dixit, quod apud intellecturum loquuturus eſſet, nec incaſſum poſtremas voces emiſſurus. Hæque 27
Alexandro perferri jubet: Se nullis in eum meritorum officiis, maximorum autem illi debitorem mori. Agere tamen ei maximas gratias, pro beneficiis in matrem, conjugem, liberoſque ſuos impenſis: iis enim vitam, & priſtini ſtatus reverentiam dignitatemque conceſſam: ſibi autem à cognatis atque amicis, quibus & regna & vitam dederit, illa omnia erepta eſſe. precari ſe, ut illi victori terrarum omnium imperium contingat. Ultionem ſceleris erga ſe perpetrati, non ſolum ſua, 28
ſed exempli, omniumque regum cauſa, non negligere, illi quum decorum, tum utile futurum. Iamque deficiens aquam popoſcit: quam adla- 29
tam poſtquam bibit, Polyſtrato, qui eam tulerat: *Quiſquis es mortalium*, inquit, *hoc mihi extremum univerſæ calamitatis genus accidit, ut pro tanto in me beneficio dignas tibi grates referre nequeam; at referat Alexander: Alexandro vero dii, pro ejus ſumma in meos* 30
humanitate ac clementia. Cui hoc fidei regiæ unicum dextræ pignus pro me dabis. Hæc dicentem, accepta Polyſtrati manu, vita deſtituit. 31
Quibus Alexandro nunciatis, ad corpus demortui perveniens, tam indignam illo faſtigio mortem, lachrymis proſequutus eſt. demptaque ſibi chlamyde, corpus illius contexit: atque regio ornatum cultu, ad matrem Syſigambim, patrio regioque more ſepeliendum, atque regiis majorum ſuorum tumulis inferendum, miſit.

NOTÆ.

29 *Iamque deficiens aquam popoſcit*] Cicero lib. 5. Tuſc. Quæſt. *Darius in fuga cum aquam turbidam & cadaveribus inquinatam bibiſſet, negavit unquam ſe bibiſſe jucundius: nunquam videlicet ſitiens biberat.*

31 *Lachrymis*] Notatum id in aliis quoque, eos illachrymaſſe victis hoſtibus. Sic Eumenes *cade Crateri nunciata advectus ad eum, atque ubi ſpirantem & mentis compotem vidit, equo delapſus illachrymavit, dextramque ei injecit*, &c. Plutarchus Eum. cap. 13. Nec alienum eſt quod de M. Marcello refert Valer. Max. 5. 1. eum captis à ſe Syracuſis *fletum cohibere non potuiſſe: quem ſi quis ignarus vir* (ſorte *viri*) *aſpexiſſet, alterius victoriam eſſe credidiſſet.* Atque idem etiam de Scipione in excidio Carthaginis proditur.

Chlamyde] Idem in Marcello fecit Annibal apud Plutarch. Marc. cap. 53. & Val. Max. 5. 1. ext. *Puniceque* (id eſt *puniceo*) *ſagulo, & corona donatum laurea rogo impoſuit.* Vbi obiter reſcribe *aurea*. ſic enim Plutarchum in libris Valerii, nam ipſum inſpexit, legiſſe, ex Græcis verbis ambiguum eſſe non poteſt, καὶ χρυσῆν ἐμβαλὼν στέφανον. Sed de chlamyde, pridem Annibal Æmilium funerans, apud Silium 10. 569.

——— *fulgentia pingui*
Murice, ſuſpirans, inicit velamina, & auro
Intextam chlamydem.

Sic Antonius Brutum honoravit. Plutarch. Ant. c. 28. & Bruto c. 78. Alexandri tumulum Caracallus apud Herod. 4. 15. *Freinſh.*

Q. CVRTII RVFI,

DE

REBVS GESTIS ALEXANDRI REGIS MACEDONVM,

LIBER VI.

CAP. I.

Prælii inter Lacedæmonios atque Macedones descriptio, & pax ab Alexandro victore Græcis, qui eo absente defecerant, concessa.

1 PVGNÆ discrimen immisit, obtruncatisque,
2 qui promptius resistebant, magnam partem hostium propulit. Cœperant fugere victores: & donec avidius sequentes in planum deduxere, multi cadebant; sed ut primum locus, in quo stare posset, fuit, æquis viribus dimicatum est. Inter omnes tamen Lacedæmonios rex
3 eminebat, non armorum modo & corporis specie; sed etiam magnitudine animi, [a] quo uno vinci non
4 potuit. Vndique nunc cominus, nunc eminus petebatur;

INTERPRETATIO.

a *Quo solo invictus fuit.*

NOTÆ.

PVgnæ] Hanc quoque lacunam explere tentamus. Interim consulatur Diodor. 17. 48. & 17. 63. Ceterum adsentior Radero, capienda hæc de Agide; qui cum videret suos laborantes & prope jam victos, *immiserit se in medium pugnæ discrimen.* quæ fere verba supra quoque 3. 11. 2. leguntur: *ceteros in medium belli discrimen strenue transfert.* Freinsh.

3 *Magnitudine animi*] Vnde cum corpus deficeret, & jam de genu pugnaret Agis (ut & Alexander libr. 9.) animus tamen non defecit, qui viros fortes invictos præstat. Ovid.

Omnia deficiunt, animus tamen omnia vincit:
Ille etiam vires corpus habere facit.

Furius apud Gellium lib. 18. cap. 11. *vires sunt vulnera vires.* Loccenius.

4 Cir-

batur; diuque arma circumferens, alia tela clypeo excipiebat, corpore alia vitabat: donec hasta femora perfossa plurimo sanguine effuso destituere pugnantem. Ergo clypeo suo exceptum armigeri raptim in castra referebant, jactationem vulnerum haud facile tolerantem. Non tamen omisere Lacedæmonii pugnam; & ut primum sibi quam hosti æquiorem locum capere potuerunt; densatis ordinibus effuse fluentem in se aciem excepere. [a] Non aliud discrimen vehementius fuisse memoriæ proditum est. Duarum nobilissimarum bello gentium exercitus [b] pari Marte pugnabant. Lacedæmonii vetera; Macedones præsentia decora intuebantur: illi pro libertate; hi pro dominatione pugnabant: Lacedæmoniis dux; Macedonibus locus deerat. Dici quoque unius tam multiplex casus modo spem, modo metum utriusque partis augebat, velut de industria inter fortissimos viros certamen æquante fortuna. Ceterum angustiæ

INTERPRETATIO.

a *Nullum aliud certamen.*
b *Æquis viribus.*

NOTÆ.

4 *Circumferens*] Quia ubique expositus periculo. Sic in nocturna pugna, & ancipiti discrimine, Tac. H. 4. 29. 3. *unde clamor acciderat, circumagere corpora.*

5 *Effuse fluentem*] Sic scribendum esse ipsa res indicat, dein Acidalii lectio, quam & Raderus approbat.

8 *Vetera*] Nam in veteri quoque fama multum roboris. Simillimus huic locus est in Iustino 30. 4. 15. ubi jam & Macedonum gloria consenuerat, Romana vigente: *utrinque concitati milites prælio concurrunt, alteri Orientis, alteri Occidentis imperio gloriantes; ferentesque in bellum, alii majorum suorum antiquam & obsoletam gloriam, alii virentem recentibus experimentis virtutis florem.*

Libertate] Tacit. 2. 46. 4. *His vocibus instinctos exercitus propria quoque causa stimulabant, cum a Cheruscis Longobardisque pro antiquo decore aut recenti libertate, & contra, augenda dominationi certaretur.* Sed libertas fortiores stimulos habere debet. Philippus apud Iust. 30. 4. 7. *tanto fortius hoc bellum quam illa sustinendum, quanto sit libertas imperio carior.*

10 *Angustiæ loci*] Sic apud Senec. suasor. 2. Pompeius Silo: *Xerxes multos secum adduxit; Thermopylæ paucos recipiunt. nihil refert, quantas gentes in nostrum orbem Oriens effuderit, quantumque nationum secum Xerxes trahat; tot ad nos pertinent, quot locus ceperit.*

ſtiæ loci, in quo hæſerat pugna, non patiebantur totis congredi viribus. ſpectabant ergo plures, quam inierant prælium, & qui extra teli jactum erant, cla-
11 more invicem ſuos accendebant. Tandem Laconum acies langueſcere, lubrica arma ſudore vix ſuſtinens; pedem deinde referre cœpit urgente hoſte, ac aper-
12 tius fugere. Inſequebatur diſſipatos victor, & emenſus curſu omne ſpacium, quod acies Laconum ob-
13 tinuerat, ipſum Agim perſequebatur. Ille, ut fugam ſuorum, & proximos hoſtium conſpexit, *depone* ſe juſſit: expertuſque, membra an impetum
14 animi ſequi poſſent, poſtquam deficere ſe ſenſit [a] poplitibus ſemet excepit; galeaque ſtrenue ſumpta, clypeo protegens corpus, haſtam dextra vibrabat, ultro vocans hoſtem, *ſiquis jacenti ſpolia demere audeat.*
15 Nec quiſquam fuit, [b] qui ſuſtineret cominus congredi; procul miſſilibus adpetebatur, ea ipſa in hoſtem retorquens: donec lancea nudo pectori infixa eſt: qua ex vulnere evulſa inclinatum ac deficiens caput clypeo pauliſper excepit; deinde linquente ſpiritu pariter ac ſanguine, moribundus in
16 arma procubuit. Cecidere Lacedæmoniorum v. millia, & CCCLX. ex Macedonibus haud amplius CCC. ceterum vix quiſquam niſi ſaucius revertit in caſtra. Hæc victoria non Spartam modo, ſocioſque ejus; ſed etiam omnes, [c] qui fortunam belli ſpectaverant,
17 fregit. Nec fallebat Antipatrum, diſſentire ab animis

INTERPRETATIO.

a *In genua ſe ſuſtinuit.*
b *Qui auderet propius* cum eo *pugnare.*
c *Qui belli exitum expectaverant.*

NOTÆ.

Clamore] Vt fieri ſolet à ſpectantibus. Livius 1. 25. *clamore, qualis ex inſperato faventium eſſe ſolet, Romani adjuvant militem ſuum.*

16 *Haud amplius CCC*] Edd. aliæ CLX.
17 *Nec fallebat Antipatrum, diſſentire ab animis*] Nihil hic deeſt; ne fallere. Sed Curtius hæc ita ſuiſte propoſuit.

mis gratulantium vultus; sed bellum finire cupienti opus erat decipi. & quamquam fortuna rerum placebat; invidiam tamen ,, [a] quia majores res erant, quam quas præfecti modus caperet, metuebat. quippe Alexander hostes vinci voluerat; [b] Antipatrum vicisse, ne tacitus quidem indignabatur: suæ demptum gloriæ existimans, [c] quidquid cessisset alienæ. Itaque Antipater, [d] qui probe nosset spiritum ejus, non est ausus ipse agere arbitria victoriæ: sed concilium Græcorum, *quid fieri placeret*, consuluit. A quo 18 19

INTERPRETATIO.

a *Quia illustriores erant res* ab eo gestæ, *quam præfecti fortuna postularet.*

b *Non dissimulanter dolebat Antipatrum esse victorem.*

c *Quidquid in alterius* gloriam *cessisset.*

d *Quia recti perspexerat ejus indolem, non est ausus quidquam statuere, ut victor, ex arbitrio* suo.

NOTÆ.

fuit, ut tamen non deessent verba pleno sensui, si cum judicio legantur. Ita sæpissime optimi quique scriptores volunt quædam intelligi ex consequentia verborum, quæ ipsi non aperte dixerunt. Sic apud Tacit. 2. 46. *missus Drusus, ut retulimus, pacis firmator.* cum id nullo expresso verbo retulisset, sed ita indicasset, ut lectori rerum simul orationisque non imperito facile intelligi potuerit. Sic apud Liv. 36. 15. *ad recipienda oppida,* &c. *ierunt. Erant autem hæc Ægimium, Ericinum, Gomphi, Sulana, Tricca,* &c. *Inde Pellinæum,* &c. Ubi supra nominata oppida non expresse quidem scripsit esse recepta, sed tamen ex dictis, & præsertim vocula *Inde*, intelligi voluit. Hic itaque pari modo cum de *gratulantium vultu* loquatur, ipse intelligere per te potes, eos & coram ipso stetisse, & ut ipsum convenirent, profectos esse, idque ex eorum civitatibus & ædibus adeo: sed ista omnia commemorare putidum & puerile foret. Sic in fine hujus capitis non exserte tradit, Lacedæmoniorum Megalopolitanorumque legatos ad Alexandrum profectos fuisse (quæ etiam causa fuit cur Vir quidam Eruditus putaret ibi quoque aliquid deesse) sed ex omnibus circumstantiis ab attento lectore facile colligi posse, sufficere putavit. *Freinsh.*

Opus erat] Eodem modo simulaverunt apud Tacit. 1. 11. *Patres, quibus unus metus si intelligere viderentur.*

Invidiam] Ex hoc aliisque compluribus exemplis demonstrat Gruter. dissert. in Tacit. 33. 8. & seqq. *quam flet in lubrico Dux regini, qui necessario utique subvertatur, si res ei cum principe iniquiore.*

18 *Antipatrum vicisse, ne tacitus quidem indignabatur*] Antipatri prælium etsi felix adeo extenuavit, ut μυομαχίαν, murium pugnam, teste Plutarcho, appellaret. Princeps alia victoriæ præmia cete, is communia, sed titulum & decus rerum bene gestarum sibi proprium ac primum esse cupit. Plura ad lib. 8. Interim inspiciantur Aulicus inculpatus cap. 33. §. 3. 4. 5. 6. & Zevecotius in Flori lib. 4. cap. 9.

Sua demptum gloriæ existimans] Inde *Perdiccam oderat, quod esset bellicosus: Lysimachum, quod imperatoria arte peritus: Seleucum, quod forti animo esset: Antigoni vero liberalitas eum offendebat,*

20 A quo Lacedæmonii, *nihil aliud quam ut oratores mittere ad regem liceret* precati, veniam defectionis præter auctores impetraverunt. Megalopolitani, quorum urbs erat obsessa à defectione, Achæis & Ætolis CXX talenta dare jussi sunt. Hic fuit exitus belli, quod repente ortum, prius tamen finitum est, quam Darium Alexander apud Arbela superaret.

NOTÆ.

& Attali imperatoria dignitas, & Ptolemæi prosperitas. Ælian. hist. var. 12. 16. Turpis nævus in tanto principe; & indicium animi non vere magnanimi.

20 *A quo Lacedæmonii, nihil aliud,* &c.] Scribend. existimo: *precati, gratis veniam defectionis, præter auctores impetraverunt. Megalopolitani, quorum urbs erat obsessa, defectionis rei Achæi & Elei* CXX *talenta dare jussi.* Achæi nempe & Elei conjuncti Lacedæmoniis fuerunt, & Megalopolitanos desciscere nolentes obsederunt, agro haud dubie vastato & direpto, pro quibus detrimentis illa exacta est pecunia. Lacedæmonios *gratis* ait impetrasse veniam, dicturus contrarium de ceteris. *Grenovius.*

Mittere ad regem liceret precati] Ita postea fere observatum apud Romanos, ut Imperatores ducesque de pace cum hostibus suo arbitrio non agerent, sed annuerent petentibus, ut legatos Romam mittere liceret. Vide Liv. 10. 5. 26. 27. 37. 7. 38. 10. & passim. *Freinshemius.*

Veniam defectionis] Omisi duo verba *non gravate*, quæ inculcaverat Modius, volente cum libris veteribus Acidalio.

Præter auctores impetraverunt] Sic fere semper statutum à prudentissimis quibusque. Eximia illa consultatio apud Livium 28. 26. *utrum in auctores tantum seditionis (erant autem hi numero non plus quam quinque & triginta) animadverteretur, an plurium supplicio vindicanda tam fœdi exempli defectio magis quam seditio esset? Vicit sententia lenior, ut unde orta culpa esset, ibi pœna consisteret: ad multitudinem castigationem satis esse.* Nam si ultra punias, *haud* fere *medicina, sed clades est*, verbis Germanici apud Tacitum 2. 49. 3.

A defectione] Forte *pro defectione*, hoc est, ut alii legunt, *ad defectionis multam.* Si tamen *à defectione* retineas, recte cum præcedenti *obsessa* junges: capiesque, urbem à defectione, id est, post defectionem, obsessam fuisse. Prior tamen expositio forte probabilior ex mente Blanckardi.

CAP.

Digitized by Google

CAP. II.

Alexander bello invictus, otio & delitiis frangitur. unde rumor in castris, qui torpentem excitat.

SED ut primum instantibus curis laxatus est animus, militarium rerum quam quietis otiique patientior; excepere eum voluptates: & quem arma Persarum non fregerant, vitia vicerunt. Intempestiva convivia, & perpotandi pervigilandique insana dulcedo, ludique, & greges pellicum, omnia in externum lapsa sunt morem, quem æmulatus quasi potiorem suo, ita popularium animos

INTERPRETATIO.

a *Bellicis laboribus* ferendis, *quam otio* fruendo *aptior.*

NOTÆ.

1 *Sed ut primum instantibus curis*] *Amisso* videlicet, *cui æmulari consueverat*, ut de Athenienſium civitate loquitur Iuſtin. 6. 9. Matute tamen excuſſit iſtum torporem Alexander. *Freinsh.*

Et quem arma Perſarum non fregerant] Ita Seneca de Hannibale hybernis Campaniæ fracto: *Armis vicit, victus eſt.* ep. 51. Sic ſolet uſuvenire militaribus viris, ut belli negotiis aſſuefacti, quietis non ſatis capaces ſint; niſi ad eam ferendam ſe ratione & uſu attemperaverint.

2 *Intempeſtiva convivia*] *Eum ſingulis diebus in cœnam, ad quam vocavit ſexagenos, aut ſummum ſeptuagenos convivas, expendiſſe centenas minas Ephippus Olynthius tradidit, ut eſt apud Athenæum lib. 4. Hæ vero efficiunt aureos Ungaricos 848. ſemuncialem unum, duodenarios quinque, duplos duos, ſimplum unum.* Agricola.

Lapſa ſunt] Alii omittunt, *ſunt*: propius, opinor, à vero Freinsheimius etiam altius metuit, & ita potius olim hæc concepta fuiſſe ſuſpicatur: *quem arma Perſarum non fregerant, vicerunt intempeſtiva convivia, & p. p. i. d. l. e g. p. o. in externum lapſa morem, &c.* Non male profecto, licet alia interpunctio tolerari poſſit. *Blanck.*

Quem æmulatus quaſi potiorem ſuo] Ex illa ſuperiorum levi & promiſcua externi moris æmulatione, ſpreto patrio more, popularium animorum averſio naſci ſolet. Tacitus de Patthorum regulo Vonone externa adſciſcente: *Qui ipſorum moribus aliena, perinde odium pravis & honeſtis.* Ex conſtanti vero principum obſervatione domeſticorum morum amor civium erga eoſdem, ipſis & Principatu, firmus oritur. Plutarchus de Ageſilao: *Reduxi*, inquit, *in patriam, mox in oculis fuit civium, ex vita victuque ſuſpiciendus.* Neque enim, ut plerique omnes imperatores, alius quam profectus erat rediit; vel alienis motus ritibus faſtidivit & rejecit domeſticos: ſed perinde ac illi qui nunquam tranſiverant Eurotam, patrios colens & amplectens mores; non cœnam variavit, non balneum, non uxoris cultum, non ornatum armorum, non ſupellectilem. *Loccan.*

animos oculosque pariter offendit, ut à plerisque
3 amicorum pro hoste haberetur. Tenaces quippe disciplinæ suæ, [a]solitosque parco ac parabili victu ad implenda naturæ desideria defungi, in peregrina &
4 devictarum gentium mala impulerat. Hinc sæpius comparatæ in caput ejus insidiæ: secessio militum: & liberior inter mutuas querelas dolor: ipsius deinde nunc suspiciones; quas excitabat inconsultus pavor:
5 ceteraque his similia, quæ deinde dicentur. Igitur quum intempestivis conviviis dies pariter noctesque consumeret; [b]satietatem epularum ludis interpolabat: non contentus artificum, quos è Græcia excitaverat, turba. quippe captivæ feminarum jubebantur *suo ritu canere*, inconditum & [c]abhorrens peregrinis auribus

INTERPRETATIO.

a *Tenui ac vulgari cibo ad suppeditanda corpori necessaria uti assuetos, peregrinis devictorum Persarum vitiis inficerat.*

b *Convivia ad satietatem* agitata, *intermiscebat spectaculis.*

c *Ingratam exterorum* Macedonum *auribus cantilenam.*

NOTÆ.

5 *Contentus artificum*] Gifanius in observ. in Ling. Lat. *Contentus alicujus rei: pro, re aliqua. Claud. I C. lib. 37. Cum quis decedens. §. Nuptura. in fine de leg. 3. Quemiam in his expressit, ut contentus esset partis dimidia doris. Sic Curtius, Contentus artificum. ubi vulgo tamen contra vet. lib. addunt, opera.* Hactenus Gifanius. qui si ita in Mss. reperit, mirum à nullo alio unquam hactenus animadversum fuisse. Sane in omnibus quos vidi, aut de quibus relatum mihi est, vel *turba* adjectum est, vel *turba*, nullibi, quod sciam, omissa ista voce. Ego quidem in his talibus memini diffidere. Ejusdem generis esse arbitror quod infra 9. 4. volunt scripsisse Curtium, *majora omnium. In oculis duo majora omnium navigia submersa sunt.* Qui tersissimum auctorem tam horridi sermonis reum faciunt, næ illis aut judicium deest, aut voluntas vere de antiquorum geniis sentiendi. Sed de eo loco infra pluribus. *Freinsh.*

6 *Græcia*] Livius 45. 32. de Pauli Æmilii ludis: *Nam & artificum omnis generis, qui ludicrum edendum faciebant, ex toto orbe terrarum multitudo, & athletarum, & nobilium equorum, convenit; & legationes cum victimis: & quidquid aliud decorum hominumque causa fieri magnis ludis in Græcia solet.* Ibi enim ejusmodi hominum maxima erat copia, quia *ibi ludicras quoque artes exercere honestum erat.* Auctor de Causs. corruptæ Eloq.

Feminarum jubebantur] Lubenter cum lib. Bong. excidisse jubeam hanc vocem. nam video inde receptam fuisse, quod in aliquibus scripserant *turba* pro *turba*. quam vocem proinde non ad *artifices* referendam putarunt, sed ad *captivæ*: & cum à *turbis captivis* non admodum suave carmen expectarent delicati homines, restrinxerunt cum chorum adjectione vocula, ad feminas. *Freinsh.*

6 *Vere-*

auribus carmen. Inter quas unam rex ipſe conſpexit 6
mœſtiorem quam ceteras, "& producentibus eam verecunde reluctantem. excellens erat forma, & formam pudor honeſtabat; dejectis in terram oculis, & quantum licebat, ore velato, ſuſpicionem præbuit regi, nobilorem eſſe, quam ut inter convivales ludos deberet oſtendi. Ergo interrogata *quanam eſſet?* 7
neptem ſe Ochi, qui nuper regnaſſet in Perſis, filio ejus genitam eſſe, reſpondit, *uxorem Hiſtaſpis fuiſſe.* propinquus hic Darii fuerat, magni & ipſe exercitus prætor. Adhuc in animo regis tenues reliquiæ priſtini 8
moris hærebant. itaque fortunam regia ſtirpe genitæ, & tam celebre nomen reveritus; *non dimitti modo captivam, ſed etiam reſtitui ei ſuas opes* juſſit: *virum quo-* 9
que requiri, ut reperta conjugem redderet. Poſtero autem die præcepit Hephæſtioni, *ut omnes captivos in regiam juberet adduci.* ubi ſingulorum nobilitate ſpectata,

INTERPRETATIO.

2 *Cum pudore reſiſtentem iis qui ipſam in medium pertrahebant.*

NOTÆ.

6 *Verecunde reluctantem*] Sic de Aſpaſia *ad cœnam Cyri inter alias mulieres introducta*, Plutarch. Artaxerxe cap. 42. *parantibus adducere ipſam cubiculariis: Va ei, inquit, mihi qui admoverit manus.* Additque, Cyrum inde etiam indolem mulieris perſpexiſſe atque æſtimaſſe.

Et formam pudor honeſtabat] Virginalis ac matronalis verecundia etiam deformes ornat, formoſas elegantiores reddit. Ælianus lib. 13. Var. hiſt. cap. 1. τί ὃ ἄτιμος αἰσχίον γίνοιτο αὐθ@, ἀστιφὲς κρᾶλὸν τὸ αἰσχυντον αἰδοῖδευ πεπαιδομένης παρθένυ; *Qui flos tam pulcher aut elegans inveniri poteſt, quam vultus virginis ad verecundiam compoſitus?* Virgilius 11. Æn. de Lavinia virgine.

—— *Oculos dejecta decoros.* Loccen.

Nobiliorem eſſe] Quo majore virtutis dignus ſceleſtus ille Nero, qui, natus in urbe Severa, ubi iſtarum artium ſtudium inſamia ſequebatur, non ſolum ipſe cecinit, ſaltavit, aurigavit, ſed & *nobilium familiarum poſteros, egeſtate venales, in ſcenam deduxit.* Tacit. 14. 14. *Freinsh.*

7 *Filio ejus*] Vide ſupra ad 3. 13. 12.

8 *Fortunam regia ſtirpe genitæ, &c.*] Vere regium eſt, reges ac principes regio ſanguine ortis, ſed faſtigio dejectis, vel ob ſimilitudinem ſanguinis ac priſtinæ fortunæ, vel quod rerum viciſſitudinem in conſilio habent, ſuccurrere. Cicero pro lege Manilia: *Hoc jam fere ſic fieri ſolere accepimus, ut Regum afflictæ fortunæ, facile multorum opes alliciant ad miſericordiam, maxime eorum qui aut reges ſunt, aut in regno vivunt: quod regale nomen iis magnum & ſanctum videtur.* Loccen.

ctata, [a] ſecrevit à vulgo, quorum eminebat genus. Decem hi fuerunt; inter quos repertus eſt Oxathres Darii frater, non illius fortuna, quam indole animi
10 ſui clarior. Sex & viginti millia talentum proxima præda redacta erant: è quis duodecim millia in congiarium militum abſumpta ſunt. par huic pecuniæ
11 ſumma, cuſtodum fraude ſubtracta eſt. Oxydates erat nobilis Perſes, qui à Dario capitali ſupplicio deſtinatus, cohibebatur in vinculis; huic liberato ſatrapeam Mediæ adtribuit: fratremque Darii recepit in cohortem amicorum, omni vetuſtæ claritatis honore
12 ſervato. Hinc in Parthienen perventum eſt, tunc ignobilem gentem; nunc caput omnium, qui poſt Euphra-

INTERPRETATIO.

a *Sejunxit à vulgari* captivorum *turba* illos, *quorum ſtirps* nobilitate *excellebat*.

NOTÆ.

10 *Viginti millia talentûm*] Acidalius hunc & ſequentem numerum tranſpoſitos fuiſſe judicat, & omnino cohærere vult de Oxathris & Oxydatis fortuna narrationem. quem plane ſecutus eſt Raderus. Aldus totum eum verſum aut non reperit in libris ſuis; aut ſi reperit, pro ſpurio habuit: omiſit enim. Hoc quidem patet, etiam ita ut illi volunt tranſpoſitum, non admodum concinnum eſſe aut congruum antecedentibus & ſequentibus verbis. Sane de Oxydatis fortuna diu ante tradidit Arrian. 3. 4. cum adhuc viveret Darius. Et ſi hæc non reſeecemus ad vivum, tamen vitioſus adhuc eſſe videtur. apparet enim, totam eam pecuniæ vim, ex Curtii ſententia, tum fuiſſe alienatam atque exhauſtam. ea ratio ut conſtet, aut pro 26. legendum eſt 24. aut 13 pro 12. *Freinsh.*

Proxima præda redacta] Nam præda non pro militum lubitu diripienda eſt, ſed ad totam civitatem, aut ad regem, cujus auſpiciis bellum geritur, pertinet. Niſi quod leviora nonnulla, & alia aliis etiam de cauſis militi permittuntur. qua de re præclare, ut ſolet, diſſerentem vide Grotium de jure belli 3. 6. & deinceps.

Congiarium] Quintilianus: *Congiarium, commune nomen eſt liberalitatis, atque menſuræ.* Male Vir doctus exiſtimat, congiarium ſemper eſſe munus imperatorium, quo donabatur populus: ut ex hoc Curtii loco manifeſtum. Non tamen diffiteor, apud Plinium Secundum, immo & Tacitum, ſic accipi. *Blanchardus.*

Cuſtodum fraude] Diodorus 17. 74. *A gazarum cuſtodibus* ΔΙΧ Μ *talentûm acceperat. Præter hæc in militem diſtributa, cum ornamentis & poculis,* ΙΓ *millia talentum efficiebant. Summa autem furto ſublatorum, & per vim abſtractorum, longe amplior cenſebatur.*

11 *In vinculis*] Seneca ep. 91. *ſæpe majori fortunæ locum fecit injuria.* Porro de carceribus Perſarum Briſſon. lib. 2.

12 *Caput*] Iuſtinus 41. 1. 1. *velut diviſione orbis cum Romanis facta, imperium Orientis* eis aſſerit: Tacit. 2. 60. Parthis *vim*, Romanis *potentiam* tribuit. Vt mirari Livii 9. 18. ſtomachum libeat, *repertos ex Græcis qui Parthorum contra nomen Rom. gloriæ faverint.* Nec ambi-

Euphratem & Tigrim amnes ſiti, rubro mari terminantur. Scythæ regionem campeſtrem ac fertilem occupaverunt; 13 graves adhuc accolæ. ſedes habent & in Europa, & in Aſia: qui ſuper Boſphorum colunt, adſcribuntur Aſiæ; at qui in Europa ſunt, à lævo Thraciæ latere ad Boryſthenem, atque inde ad Tanaïm alium amnem, recta plaga adtinent. Tanaïs 14 Europam & Aſiam medius interfluit. nec dubitatur, quin Scythæ, qui Parthos condidere; non à Boſphoro, ſed ex regione Europæ penetraverint. Vrbs erat ea tempeſtate clara Hecatompylos, con- 15 dita

INTERPRETATIO.

a *Vicini etiamnum importuni* Perſis.

NOTÆ.

ambigam, hos Græcos Strabonem imitatum lib. 11. ubi Parthos *tantum poſſidere terrarum, tot gentibus dominari* affirmat, *ut ob imperii magnitudinem, Romanorum potentiæ quodammodo pares ſint.* Reineccius de regno Parthico.

13 *Graves adhuc accolæ*] De Scythis intellige, qui accolæ tum Parthorum, nec imperio eorum ſubjecti, & ſæpius hoſtes. Iuſtinum lib. 41 & 42. & Tac. 6. 36. 6. 44, &c. inſpice. Proinde jocabatur Acidalius, cum emendandum ſuſpicaretur, *gnavi adhuc agricolæ.* Nec ſerio rem diſpexit Raderus, qui accolas Romanis fuiſſe tradit Parthos; cum Curtio de Scythis Parthorum accolis ſit ſermo. *Freinsh.*

Boryſthenem] *Tricoſi ſunt qui negant Boryſthenem eſſe, qui hodie* Neper, *aut* Niepet *vocatur. Nam de Boryſthene ita ſcribit Periegetes Dionyſius:*

Vbi Boryſthenis fluvii extenſa aqua
Miſcetur Euxino, Arietis ante frontem.

(promontorio nomen eſt.) *Hodie in toto illo tractu nullus magnus fluvius in Euxinum exoneratur è regione τῦ κριῦ μετώπυ* (Frontis arietis) *in fine Taurica peninſulæ, prater* Neper. *Ergo* Neper *eſt Boryſthenes. Et* Bog, *qui in illum illabitur, is eſt Hypanis: quod & doctis quoque placere video.* Scalig. in Euſ. num. 1362.

14 *Medius*] Inde *terminus gentium*, hoc eſt Europæarum atque Thracicarum, appellatur Floro 3. 4.

Parthos condidere] Perſas etiam à Scythis conditos Marcellinus 31. tradit. Quod non quidem eſt impoſſibile: tamen magis Parthos ab eo, vel auctore certe, quem ibi ſequitur, intelligi, credibile eſt. Et vulgo notum, circum ea tempora Perſarum Parthorumque nomina promiſcue à Græcis Latiniſque fuiſſe uſurpata, ſicut etiam aliquanto prius Perſarum & Medorum, ex eadem cauſa. Vide eruditiſſimas Cl. Salmaſii notas in Tertullian. de pallio cap. 2. ubi *Scytha exuberant Perſas.* Et ipſe Marcellin. præced. cap. dixerat, Perſas vicinos populos *in gentilitatem nominis ſui traxiſſe.* Freinsh.

15 *Vrbs erat ea tempeſtate clara Hecatompylos.*] Vox ipſa Græca eſt, & è Græcia profectos conditores oſtendit. urbem ſignificat, quæ centum habeat portas. Sed Polybius 10. 25. aliam etymi cauſam adfert: *In media Parthia hæc urbs ſita eſt: cum autem diverticula viarum ad omnes regiones ibidem coëant, ex eventu ipſo centum portarum nomen locus invenit.* Strabo lib. 17. à Caſpiis portis ad Hecatompylon regiam Parthorum (ita appellat) 1260 ſtadia auctore Apollodoro numerat, hoc eſt, 128 ſtadia ſupra 39 milliaria Germanica.

dita à Græcis: ibi ſtativa rex habuit, commeatibus undique advectis. Itaque rumor, otioſi militis vitium, ſine auctore percrebruit; *regem contentum rebus, quas*
16 *geſſiſſet, in Macedoniam protinus redire ſtatuiſſe.* Diſcurrunt lymphatis ſimiles in tabernacula, & itineri ſarcinas aptant: ſignum datum crederes, ut vaſa colligerent. Totis caſtris tumultus hinc contubernales ſuos requirentium, hinc onerantium plauſtra, per-
17 fertur ad regem. Fecerant fidem rumori temere vulgato Græci milites, *redire* juſſi *domos*, quorum equitibus ſingulis denariorum ſena millia dono dederat.
18 Ipſis quoque finem militiæ adeſſe credebant. Haud ſecus quam par erat territus Alexander, qui Indos atque ultima Orientis peragrare ſtatuiſſet; præfectos copiarum in prætorium contrahit: obortiſque lachrymis, *ex medio gloriæ ſpatio revocari ſe, victi magis, quam vi-*
19 *ctoris fortunam in patriam relaturum* conqueſtus eſt. *nec ſibi ignaviam militum obſtare, ſed deorum invidiam; qui fortiſſimis viris* [a] *ſubitum patriæ deſiderium admoviſſent, paulo poſt*

INTERPRETATIO.

a *Repentinam patriæ* reviſendæ *cupiditatem immiſiſſent.*

NOTÆ.

Raderus. Quod Strabo regiam eam Parthorum vocat, id confirmat lectionem Mſſ. apud Athen. 12. 2. *Parthorum reges, &c. hyemant Babylone.* ubi vulgo lacuna eſt, χειμάζουσι δὲ ἐν Βαβυλῶνι [.... τὸ λοιπὸν τὸ ἑπταετές.] quam optime explent. τὸ δ' ἄλλο δὲ ἐν Ἑκατομπύλῳ τὸ λοιπόν. *in Hecatompylo autem reliquum anni exigunt.* Fuit & Thebarum cognomen *Hecatompylæ*, à centum portis quas habebant: quod cum hac urbe Parthica non eſt confundendum. *Idem.*

Vitium] haud dubie vera hæc eſt ſcriptura, quam in Cod. Sigebergenſi Modio repertam merito vulgatæ præfert Acidal. Raderus etiam ex Conſtantienſi codice firmat. Sic apud Tacit. 14. 58. *Ha mote fama, credentium odio angebantur.*

16 *Signum datum*] Polybius. 6. 38. de Romana diſciplina: *E caſtris ſuis diſcedunt hunc in modum. Cum primum ſignum datum eſt, tabernacula ſua detendunt, & ſarcinas componunt omnes, &c.* Quem ad locum vide Lipſium de Mil. Rom. 5. 12.

17 *Sena millia*] Diodorus 17. 74. ἐδωρήσατο ὁ μὲν ἱππέαν ἑκάστῳ τάλαντον, τὸν δὲ πεζὸν μνᾶς ἑκατόν. *Equitibus ſingulis talentum dono dedit, peditibus denas minas.* Adde Plut. Pompeio cap. 56. Talentum igitur, & ſena millia denariorum, eandem ſortem efficiunt. De peditibus autem tacuiſſe Curtium, cum equites nominaſſet, mirum mihi fit; & libenter hominum aut temporum injuriam incuſem. *Freinsh.*

post in eandem cum majore laude famaque redituris. Tum 20
vero pro ſe quiſque *operam ſuam* offerre: difficillima quæque poſcere; polliceri *militum quoque obſequium, ſi animos eorum leni & apta oratione permulcere voluiſſet. Nunquam infractos & abjectos receſſiſſe, quoties ipſius alacritatem & "tanti animi ſpiritus haurire potuiſſent. Ita ſe facturum eſſe* reſpondit. *Illi vulgi aures præparent ſibi.* ſatiſque omnibus, quæ in rem videbantur eſſe, compoſitis; *vocari ad concionem exercitum* juſſit, apud quem talem orationem habuit.

INTERPRETATIO.

a *Tam alacris animi ſenſus percipere.*

NOTÆ.

20 *Apta oratione*] *Oratio ducum ad milites nihil non perficit.* Grut. diſcurſ. ad Tacit. cap. 54. Quare merito Vitellium culpat Tacit. H. 3. 36. hac etiam de cauſa, quod *alloquio militem non firmaret.*

21 *Aures præparent ſibi*] Sic apud Tac. 1. 28. 6. in ſeditione militari: *accitur centurio Clemens, & ſi alii bonis artibus grati in vulgus: ii vigiliis, ſtationibus, cuſtodiis portarum ſe inſerunt, ſpem offerunt, metum intendunt, &c.* Ioſeph. 15. 8. *Ita affectos rex excitabat, duces eorum appellando, & quantum in ſe erat conando illis animum addere. cumque generoſiores quoſdam in meliorem ſpem reſtituiſſet: tum demum auſus eſt etiam exercitum alloqui, quem prius viderat in recentibus cladibus nullam orationem admittere.*

CAP. III.

Hortatoria Alexandri ad milites oratio, ut bellum, in Aſia inchoatum, perſequantur & abſolvant.

MAgnitudinem *rerum, quas geſſimus, milites, in- 1*
uentibus vobis, minime mirum eſt, & deſiderium quietis, & ſatietatem gloriæ occurrere. Vt 2
amittam Illyrios, Triballos, Bœotiam, Thraciam, Spartam, Achæos, Peloponneſum: quorum "alia ductu meo, alia

INTERPRETATIO.

2 *Alia per me ipſe, alia per meos Prætores ſubegi.*

NOTÆ.

2 *Alia ductu meo*] Sueton. in Auguſto 211. *Domuit autem partim ductu, partim auſpiciis & ſuis, &c.* Apud Plin. 3. 20. extat de eodem Auguſto vetus inſcriptio: *Quod ejus ductu auſpiciisque gentes Alpinæ omnes, quæ*

Digitized by Google

3 *alia imperio auſpicioque perdomui. ecce orſi bellum ad Helleſpontum. Ionas Æolidem ſervitio barbariæ impotentis exemimus; Cariam, Lydiam, Cappadociam, Phrygiam, Paphlagoniam, Pamphyliam, Piſidas, Ciliciam, Syriam, Phœnicem, Armeniam, Perſidem, Medos,*
4 *Parthienem habemus in poteſtate. plures provincias complexus ſum, quam alii urbes ceperunt. & neſcio, an enumeranti mihi, quædam ipſarum rerum multitudo ſubdu-*
5 *xerit. Itaque ſi crederem, ſatis certam eſſe poſſeſſionem terrarum, quas tanta velocitate domuimus; ego vero, milites, ad penates meos, ad parentem ſororeſque, & ceteros cives, vel renitentibus vobis erumperem: ut ibi potiſſimum parta vobiſcum laude & gloria fruerer; ubi nos uberrima victoriæ præmia exſpectant: liberorum, conjugum, parentumque lætitia; pax; quies; rerum per virtutem par-*
6 *tarum ſecura poſſeſſio. Sed* a *in novo, & (ſi verum fateris volu-*

INTERPRETATIO.

a *In recenti, & adhuc* quaſi *voluntaria dominatione, cujus jugum barbari nondum ſubacto collo perſerunt.*

NOTÆ.

qua à mari ſupero ad inferum pertinebant, ſub imperium pop. Rom. ſunt redacta. Ductu, id eſt, per ſe ipſum; auſpiciis, quando per legatos bellum agitur, ut notum eſt. Tamen apud Plautum confunduntur. Soſia enim de hero Amphitruone loquens, Amphitr. 1. 1. qui contra Theleboas militaverat, ait: *ut geſſerit remp. ductu, imperio, auſpicio ſuo.* & ipſe Amphitruo 2. 2. *eos auſpicio meo, atque ductu, primo cœtu vicimus.* Nam vere Creontis Thebani regis auſpiciis bellum patratum fuerat. *Pichena.* Lipſius oſtendit Curtium hoc loquendi genus ad res Græcanicas tranſtuliſſe à more Romano, quem ipſe diligenter explicat in opere de Militia Rom. 2, 12.

4 *Quædam*] Malim *quaſdam*, niſi intelligas loca vel regna. Lycaoniam certe prætermiſit, niſi ſub Cappadocia comprehendas. prætermiſit & Lyciam, cujus mentio ſupra 3. 3. *Rad. Quædam* etiam hic edidit olim Frobenius.

6 *Sed in novo*, &c.] Ergo illi populi videntur Alexandro *jam domiti ut pareant, nondum ut ſerviant.* Quod de Britannis recens ſubactis Tacit. Agric. 13. Interim experientia teſtatum poſtea fecit, gentes illas Aſiaticas, utpote ſervitio ſuetas, adeo de Alexandri jugo depellendo non cogitaſſe, ut etiam diu poſtea, in medio rerum curſu, nullo certo herede, rege mortuo, ſatrapis ducibuſque ejus promptiſſime parueriint. Multarum itaque gentium ſpiritus alieni imperii impatientes ſunt, at ſane non omnium. Sciverunt hoc veteres Galli, quorum Civilis apud Tacit. Hiſt. 4. 17. accurate diſtinguit inter nationes: *Servirent Syria, Aſiaque, & ſuetus regibus Orions: multos adhuc in Gallia vivere ante tributa genites.* Ita Florus lib. 4. cap. 12. de

volumus) *precario imperio, adhuc jugum ejus rigida cervice ſubeuntibus barbaris, tempore, milites, opus eſt, dum mitioribus ingeniis imbuantur, & efferatos mollior conſuetudo permulceat. Fruges quoque maturitatem ſta-* 7
tuto tempore exſpectant: adeo etiam illa ſenſus omnis expertia, tamen [a] *ſua lege miteſcunt. Quid? creditis* 8
tot gentes alterius imperio ac nomine adſuetas, non ſacris, non moribus, non commercio linguæ nobiſcum cohærentes; eodem prelio domitas eſſe, quo victæ ſunt? Veſtris armis continentur, non ſuis moribus; & qui præſentes metuunt, in abſentia hoſtes erunt. Cum feris beſtiis res eſt, quas captas & inclusas, quia ipſarum natura non poteſt, longior dies mitigat. Et adhuc ſic ago, 9
tamquam omnia ſubacta ſint armis, quæ fuerunt in ditione Darii. Hyrcaniam Nabarzanes occupavit; Bactra non poſſidet ſolum parricida Beſſus; ſed etiam minatur: Sogdiani, Dahæ, Maſſagetæ, Sacæ, Indi ſui juris ſunt. Omnes hi, ſimul terga noſtra viderint, ſequentur. Illi enim ejuſdem nationis ſunt; non alienigenæ 10
& externi. ſuis autem quique parent placidius: etiam
quum

INTERPRETATIO.

a *Suo tempore* paulatim *matureſcunt.*

NOTÆ.

de exteris gentibus: *Necdum aſſueta frenis ſervitutis tumida gentium inflataque cervices ab impoſito nuper jugo reſiliebant.* Quos ergo natura ſua nequit, ingenium commode tractantium, dies & conſuetudo mitigabit. Seneca lib. 3. de ira cap. 17. *Manſuete immanſueta tractanda ſunt.*

Precario] Quamquam enim Perſarum rex magnis aliquot præliis victus erat; multas tamen nationes habebat id imperium, quarum unaquæque ſuis viribus bellum contra Macedonas gerere potuiſſet: itaque recte dicit, precario potius imperio eas teneri, quam vi, ſi verum fateri oporteat. quanquam enim poſtea de armis ſuis ſubjiciat; intelligit tamen, in illis ad obtinendum tantum imperium plus terroris eſſe, quam vitium. *Idem.*

7 *Statuto*] Numquid melius *ſtatu*? ut alibi in his libris.

9 *Simul terga*] Hunc quoque locum occupaverat nullo jure *ſi* particula: ut notavit Raderus. item Amſt. & Lugd. edd. prætermiſſam video. aliæ habebant, *ſimul ſi terga, &c.*

10 *Suis autem quique parent placidius*] Noſter lib. 7. *Alienigenam dominum nemo pati vult.* Cauſa eſt major notitia & reverentia domeſtici etiam qualiſcunque imperii, quam externi & novi. Livius lib. 42. ſcribit, Græcos prætuliſſe rigidum Perſei indigenæ imperium, miti Eumenis exteri imperio, & inter alias hanc cauſam af-

Digitized by Google

11 *quùm is præeſt, qui magis timeri poteſt. Proinde, aut quæ cepimus, omittenda ſunt; aut quæ non habemus, occupanda. Sicut in corporibus ægris, militet, nihil quod nociturum eſt, medici relinquunt; ſic nos quidquid obſtat imperio, recidamus. Parva ſæpe ſcintilla contempta magnum excitavit incendium. Nihil tuto in hoſte deſpicitur: quem ſpreveris, valentiorem negligentia facies.*
12 *Ne Darius quidem hereditarium Perſarum accepit imperium:*

NOTÆ.

affert: *Seu fama & majeſtate Macedonum regum præoccupati, ad ſpernendam originem novi regis.* His paria dixit Ariſtides Oratione Sicula poſteriore: *non jam illos magis oderunt, quam nos metuunt: ſicut a nobis inter ſe ſint conciliati. Mallent enim profecto domeſticos ac pares, etiamſi nonnihil ſit illis concedendum, quam alienos & advenas.* Hinc eſt cur maximi fieret Annibali Pyrrhus apud Livium 35.14. *Artem etiam conciliandi ſibi homines eam habuiſſe, ut Italica gentes regis externi, quam populi Rom. tam diu principis in ea terra, imperium eſſe mallent.*

Timeri] Senſus: etiam aſperum & immitem principem, dum indigena ſit, tolerari præ externo & alieno, quantumcunque humano & leni. *Freinsh.*

11 *Medici relinquunt*] Hauſit ex Hippocrate Epidemion 6. 2. cujus hic eſt aphoriſmus: *Quæ relinquuntur in morbis poſt criſin, recidivas facere conſueverunt.* Atque idem & Avicennæ ſcitum eſt.

Parva ſæpe ſcintilla contempta, &c.] Cicero Philip. 5. *Omne malum naſcens facile opprimitur: inveteratum, fit plerumque robuſtius.* Curtiana ſimilitudine utitur & Florus 3. 5. *incendia parum fideliter extincta majore flamma revivi-ſcunt.* Idem proverbium apud Siracidem c. 11. & alios occurrit. cujus ſententiam aliis verbis expreſſit Latinus Pacatus paneg. *Ex quam parvis veniunt mala (ſæpe) principiis.*

Nihil tuto in hoſte deſpicitur, &c.] Securitas fugienda. *Nemo celerius opprimitur, quam qui nihil timet; & frequentiſſimum initium calamitatis, ſecuritas.* Vellei. 2. *Sæpe & contemptus hoſtis cruentum certamen edidit, & inclyti populi regeſque perlevi momento victi ſunt.* Livius 21. 43. *Nihil tuto*, &c. Itaque ego *ut nihil timendi, ſic nihil contemnendi auctor ſim.* Liv. 25. 18. *Quo magis præceptum illud in omnium animis eſſe debet: Nihil in bello oportere contemni, nec ſine cauſa dici: Matrem timidi flere non ſolere.* Probus in Thraſyb. *Incredibile eſt, nimia fiducia quanta calamitati ſoleant eſſe.* Lipſius. Sic apud Tacit. 2. 40. cautiſſimus imperator in motu ſervi *nihil ſpernendum reputabat.* Romani multos ex contemtu ſui ſuperarunt. Plinius paneg. *Non unquam niſi ex contemtu imperii noſtri factum eſt ut vinceremur.* Qui enim in alterius contemtu, in ſui nimia fiducia &, quæ inde, ſecuritate verſatur, quæ eum præcipitat. Spinæus lib. 2. de tranq. anim. p. m. 62. de Gallis ſuis: *In noſtra natione quæ clades acciderunt, ea maxima ex parte noſtræ arrogantiæ ſunt. Nihil enim eſt quod ſapiens hoſtes nobis effecerit ſuperiores, quam eorum contemtus, & nimia noſtræ virtutis confidentia, qua nos plerumque feſellit & præcipites dedit: teſte Cutræa pugna cum Belgis, Pictonica cum Anglis, Iuberolica cum Lofranis, & Nicopolitana cum Turcis.* Paſtorius Flori Polon. lib. 3. cap. 3. ubi de adverſo prælio Polonorum cum Cruciferis, ſub Caſimiro tertio, agit, non minus erudite, ut cetera, quam ſuccincte: *Hæc omnia ex contemtu fere hoſtis orta; quum ante prælium quidam flagellis aurigarum fe gau-*

183

rium: sed in sedem Cyri, beneficio Bagoæ castrati hominis, admissus, ne vos magno labore credatis Bessum vacuum regnum occupaturum. Nos vero peccavimus, mi- 13
lites, si Darium ob hoc vicimus, ut servo ejus traderemus imperium, qui ultimum ausus scelus, regem suum, etiam externæ opis egentem, certe, cui nos victores pepercissemus; quasi captivum in vinculis habuit: ad ultimum, ne à nobis conservari posset, occidit. Hunc vos 14
regnare patiemini? quem equidem cruci adfixum videre festino, omnibus regibus gentibusque fidei, quam violavit, meritas pœnas solventem. At hercule, si mox 15
eumdem Græcorum urbes aut Hellespontum vastare nunciatum erit vobis; quo dolore adficiemini, Bessum præmia vestræ occupasse victoriæ? Tunc ad repetendas res festinabitis; tunc arma capietis. Quanto autem præstat 16
territum adhuc & vix mentis suæ compotem opprimere? Quatridui nobis iter supereſt, qui tot proculcavimus nives; tot amnes superavimus; tot montium juga transcurrimus. Non mare illud, quod exæstuans iter fluctibus occupat, euntes nos moratur; non Ciliciæ fauces & angustiæ includunt: plana omnia & prona sunt. In ipso 17
limine victoriæ stamus. pauci nobis fugitivi & domini sui interfectores supersunt. Egregium me hercule opus, & inter prima gloriæ vestræ numerandum posteritati famaque tradetis, Darii quoque hostis, finito post mortem ejus

NOTÆ.

vos se jactaverant. Usque adeo nec in bello cuiquam bene cedit arrogantia, & vel minimus hostis tum maxime contemnendus esse desinit, cum contemnitur. Loccenius.

12 *Sedem Cyri*] Quod Plut. lib. 2. de fort. Alexand. in Darii precatione *Cyri thronum* dixit. Horat. Od. 2. 2. *Cyri solium.* Curtius *Cyri sedem* vocat. *Brisson.*

13 *Certe, cui nos victores pepercissemus, &c.*] Indignissimum & valde atrox facinus, cum cui ipsi hostes pepercissent, ab intimo amicorum occidi: quemadmodum Sulpitius queritur Marcello ad Tullium 4 fam. ep. 12. *Cui inimici propter dignitatem pepercerant, inventus est amicus, qui ei mortem afferret.* Idcirco fallax simulataque amicitia nocentior est aperta inimicitia. *Loccenius.*

17 *Prima*] Alii; *pramia* non istud quidem male, sed tamen illi non præstuletim.

Darii] Multi & meliores libri: *Darium quoque hostem*: & sane oritur dubita-

ejus odio, parricidas esse vos ultos, neminem impium ef-
18 *fugisse manus vestras. Hoc perpetrato, quanto creditis Persas obsequentiores fore, quum intellexerint, vos pia bella suscipere; & Bessi sceleri, non nomini suo, irasci?*

NOTÆ.

bitatio sic fuisse, omissa voce *parricidas*, quæ mox sequitur. *Freinsh.*

Finito post mortem, &c.] Salvianus l. 2. contra avaritiam: *Omnis inimicitia morte dissolvitur.* Hoc dictis & exemplis variorum auctorum satis illustrarunt Camerar. 1. Horar. subcis. cap. 3. Piccartus observat. dec. 6. c. 6. *Loccen.*

CAP. IV.

Zioberis miri fluminis descriptio. Alexander Nabarzani per literas salutem quærenti veniam pollicetur. Deinde mari Caspio & Hyrcaniæ proximus, quosdam Darii præfectos recipit in gratiam.

1 SVMMA militum alacritate, jubentium, *quocumque vellet, duceret*, oratio excepta
2 est. nec rex moratus impetum; tertioque per Parthienem die ad fines Hyrcaniæ penetrat; Cratero relicto cum iis copiis, quibus præerat, & ea manu, quam Amyntas ducebat, additis sexcentis equitibus, & totidem sagittariis: ut ab incur-
3 sione barbarorum Parthienem tueretur. Erygyium *impedimenta*, modico præsidio dato, *campestri itinere ducere* jubet. Ipse cum phalange & equitatu CL stadia emensus, castra in valle, qua Hyrcaniam adeunt, communit. Nemus præaltis densisque arboribus

NOTÆ.

1 *Alacritate*] Sequuto effectu, quem supr. 6. 2. 20. ei promiserant duces. Ea re nihil non effici posse imperatoribus, ex Gutero cognosces.

2 *Ea manu*] Non dubito sic scribendum supr. 5. 4. *Cratero relicto cum peditibus quis adsueverat, & eis copiis quas Meleager ducebat.* Et de hac ipsa re Arrian. 3. Κρατερὸν δὲ πλεῖ τι αὐτῶ τάξιν ἔχοντα, ἐς τὰ Ἀμύντα, &c. *Craterum cum suo & Amynta agmine, cum equitibus*, &c. Et vero absurdus vulgatorum sensus *ex manu*, qui vellet sexcentos, seu, ut alii codd. habent, sex ista millia equitum, &c. fuisse ex manu quam Amyntas ducebat. quod ita non fuisse constat. *Freinsh.*

Sexcentis] Ita melius, quam aliorum, *sex milibus.* Arrianum 3. vide.

3 *Erygyium*] Hic à Sabellico Ennead. 4. 5. vitiatos codices sequuto, per-

ribus umbroſum eſt, pingue vallis ſolum rigantibus aquis, quæ ex petris imminentibus manant. Ex 4
pſis radicibus montium Zioberis amnis effunditur, qui tria fere ſtadia in longitudinem univerſus fluit; deinde [a] ſaxo, quod alveolum interpellat, repercuſſus, duo itinera velut diſpenſatis aquis aperit. [b] Inde torrens & ſaxorum, per quæ incurrit, aſpe- 5
ritate violentior, terram præceps ſubit. Per CCC ſtadia conditus labitur: rurſuſque [c] velut ex alio fonte conceptus editur, & novum alveum intendit; priore ſui parte ſpatioſior. quippe in latitudinem 6
XIII ſtadiorum diffunditur: [d] rurſuſque anguſtioribus coërcitus ripis iter cogit; tandem in alterum amnem cadit, cui *Rhidago* nomen eſt. Incolæ adfir- 7
mabant,

INTERPRETATIO.

a *A rupe qua tenuem ejus alveum interrumpit, reſiliens; duos canales ſibi facit, quaſi ex æquo diviſis undis.*

b *Poſtea rapidior* factus, &c. *ſubter humum repentè conditur.*

c *Velut ex alia ſcaturigine natus oritur, & novum canalem ingreditur, latior quàm priùs fuerat.*

d *Iterumque coarctatus ripis minus diſtantibus, alveum contractiorem habet.*

NOTÆ.

perperam appellatur *Phrygius*. De aliis edd. vide in variis.

Imminentibus manant] Ita ſupra 3. 4. 12. *Dorſum montis imminebat via, crebris aberrantibus rivis, qui ex radicibus montium manant*. Sane Gebhardus in Crepund. 3. 23. citans hunc locum, ait: Sic eleganter Curtius, *imminentes petras* dixit. Sunt tamen qui *eminentibus* legant. *Freinsh.*

4 *Sioberis*] Diodoro 17. 75. eſt *Stibætis*, Στιβοίτης. Cujus quidem vocis ductus etiam in Curtiano nomine apparent, quod facilius corrumpi potuit, quam illud Græcum. Certe non longe abludit *Zibetis*, quomodo Boccatium legiſſe pro Zioberi Raderus ait. Item *Ziobetis* & *Oberis* Manuſcriptorum. Ceterum multorum fluminum par natura proditur, *qui ſe caniculis condant vel in partem, vel in totum, de quibus Georgius Agricola* lib. 3. *de natura eorum quæ effluunt ex terra.*

Interpellat] Conſtantienſis manu exaratus Radero teſte exerte habet *interpellat*, quomodo etiam Acidalius legendum putat, non *interpetat*.

6 *Rhidago*] Nec hoc nomen apud alios memini legere. Nam quod nonnulli Rhindacum ex Rhidagone [videntur igitur illud *Rhidago* pro primo caſu accipere, quod ego cum Sabellico, Enn. 4. 5. pro tertio habebam] faciunt, procul à vero abeunt. Rhindacus enim Stephano eſt civitas inter Helleſpontum & Phrygiam, unde Rhindaceni populi ſeu cives. Plinio idem nomen eſt fluvius inter eundem Helleſpontum & Phrygiam; ſed hic

mabant, *quacumque dimissa essent in cavernam, quæ propior est fonti, rursus ubi* [a] *alind os amnis aperit, existere.* Itaque Alexander *duos tauros, qua subeunt aquæ terram, præcipitari* jubet, quorum corpora ubi rursus erumpit, expulsa videre, qui missi erant, ut ex-
8 ciperent. Quartum jam diem eodem loco quietem militi dederat; quum literas Nabarzanis, qui Darium cum Besso interceperat, accipit; quarum sententia hæc erat: *Se Dario non fuisse inimicum; immo etiam quæ credidisset utilia esse suasisse: & quia fidele con-*
9 *silium regi dedisset, prope occisum ab eo. Agitasse Darium, custodiam corporis sui, contra jus fasque, peregrino militi tradere, damnata populariam fide, quam per ducentos & triginta annos inviolatam regibus suis præ-*
10 *stitissent.* [b] *Se in præcipiti & lubrico stantem consilium à præsenti necessitate repetisse. Darium quoque cum occidisset Ba-*

INTERPRETATIO.

a *Ubi fluvius novum exitum habet, emergere.*
b *In periculoso & ancipiti statu positum.*

NOTÆ.

noster mille prope parasangis abest ab Hellesponto & Phrygia. Glareanus *Syderin* à Plinio dictum putat, conjectura dubia & incerta. *Raderus.*

Quacumque dimissa essent] Sic malui sensu, & nonnullis editt. volentibus, longe melius, quam ut habebant alii; *quicunque dimissi.*

9 *Ducentos & triginta annos*] Hoc *Q. Curtius justissimo & ne minimum quidem fallente calculo tradidit: cui etiam adsentitur B. Hieron. ad IX cap. Danielis.* Atlas Major Mercatoris, in regno Persico.

10 *Se in præcipiti & lubrico stantem consilium à præsenti necessitate*] Sic l. 7. *Consilium quod necessitas subjecerat, iuit.* Hoc Tacitus dixit, *Consilium è re capere.* quod prudentis esse, quis inficias eat? Plin. lib. 6. epist. 29. *Necessitati parere, pars rationis est.* Escovedus apud Stradam de bell. Belg. prudenter: *Non semper in consultationibus rationi permittitur eligere. interdum necessitate circumscribimur. quo tempore qualibet statio, seu tempestatem fugientibus pro porta habenda est.* Guicciardinus alibi: *Consilia quæ necessario capiuntur, excusationibus non indigent.* Locenius.

Repetisse] Prorsus (cum Modio) & ipse malo *repetisse*, præ vulgatorum *reperisse.* quod tamen neque ipsum inelegans præpositione mutata: *consilium è præsenti necessitate reperisse* id est, quæsisse & invenisse consilium è re nata, atque ut præsens necessitas subjiciebat. *Acidalius.* Excusat autem se à necessitate, quæ summum quibusvis factis præstare creditur patrocinium. Sic apud Thucyd. 1. 12. Athenienses: *Nec invidiosum est, aliquem qui in summum periculum deducatur, consulere utilitatibus suis.* Poplicola apud Dionys. 5. *Necessitati imparet suus humani*

ho-

Bagoan, hac excuſatione ſatis feciſſe popularibus, quod inſidiantem ſibi interemiſſet. *NIHIL eſſe miſeris* 11
mortalibus ſpiritu carius. amore ejus ad ultima eſſe propulſum. ſed ea magis eſſe ſequutum, quæ coegiſſet neceſſitas, quam quæ optaſſet. In communi calamitate ſuam 12
quemque habere fortunam: Si venire ſe juberet, ſine metu eſſe venturum. Non timere, ne fidem datam tantus rex violaret: deos à deo falli non ſolere. Ceterum ſi, 13
cui fidem daret, videretur indignus, multa exilia patere fugienti: patriam eſſe, ubicumque vir fortis ſedem elegerit. Nec dubitavit Alexander, fidem, 14
quo

NOTÆ.

Ingenii vires: omneſque tum demum de decore diſpiciunt, cum jam verſantur in ſuto.

Inſidiantem] Sic etiam facinus ſuum excuſavit Tiſſaphernes, ducibus Græcorum cæſis. *Xenophon* ἀναβ. lib. 2. Ratio autem, cur Darius occiſo Bagoa ſatisfaciundum popularibus putaverit, eſt, quod Bagoas potentia & gratia apud populum plurimum pollebat, tum etiam ipſi illi Dario imperium dederat: purgandus igitur erat, ne pro ſummo beneficio necem reddidiſſe videretur, atque ex eo facto odium gentis incurreret, animum regis ſubdolum & crudelem odiis & fortaſſe ſeditionibus agitaturæ. *Freinsh.*

11 *Nihil eſſe miſeris mortalibus ſpiritu carius*] Amorem ac deſiderium vitæ naturale eſſe ſcimus: quia natura amat ſui conſervationem, averſatur ſui deſtructionem. Tullius lib. 1. de LL. *Mors fugitur quaſi diſſolutio naturæ; vita expetitur, quia nos, in quo nati ſumus, continet.* Inprimis qui Chriſtiani ſumus, ex verbo Dei non ignorare debemus, hominem à Deo ad vitam, non mortem creatum eſſe. Mortem autem per peccatum in mundum veniſſe, Rom. 5. 12. Et quum nobis Chriſtus ſit vita, mors lucrum, vita altera præ hac maxime deſiderabilis eſſe debet, mors vero terribilis eſſe nequit. *Loccenius.*

Amore ejus ad ultima eſſe propulſum] Nimirum ſpiritus atque vitæ ſuæ, non ſane Darii, quod perſuadere nobis vult Raderus.

In communi calamitate ſuam quemque habere fortunam] Vt qui in una navi eadem bona ac mala plerumque communi ſorte ac diſcrimine verſantur. Cicero 4 fam. epiſt. ult. *In magno omnes, ſed tamen communi periculo ſumus. quare non debet aut propriam & præcipuam poſtulare, aut communem recuſare.* Vid. Val. Max. lib. 7. cap. 2. *Loccenius.*

13 *Multa exilia patere fugienti: patriam eſſe*] Proſper:

Non metuo exilium, mundus domus omnibus una eſt.

Plura hujuſmodi apud Muretum Var. Lect. 2. 3. *Loccenius.* Ovid. Faſt. 1.

Omne ſolum forti patria eſt, ut piſcibus æquor

Πατρὶς γὰρ ἰχθῦσ πᾶσ' ὅ τ' ἂν ἐφέλῃ πόσ &c.

Tenĉteri apud Tacit. H. 4. 64. *Quemodo lucem diemque omnibus hominibus, ita omnes terræ fortibus viris natura aperuit.*

14 *Nec dubitavit Alexander fidem*] Mirot Sabellicum Enn. 4. 5. cum Nabarzanis literas verbis Curtianis recitaſſet, contra manifeſtam auctoris mentem ſubjicere: *Ad hæc nihil Macedo reſpondit.* cum Curtii verba eundem

[a] quo Perſæ modo accipiebant, dare, *Inviolatum, ſi veniſſet, fore.* Quadrato tamen agmine & compoſito ibat; ſpeculatores ſubinde præmittens, qui explo-
15 rarent loca. levis armatura ducebat agmen; phalanx eam ſequebatur; poſt pedites erant impedimenta. & gens bellicoſa, & natura ſitus difficilis aditu, [b] cu-
16 ram regis intenderat. Namque perpetua vallis jacet, uſque ad mare Caſpium patens. Duo terræ ejus velut brachia excurrunt: media flexu modico ſinum faciunt, lunæ maxime ſimilem, quum eminent
17 cornua nondum totum orbem ſidere implente. Cercetæ, Moſyni, & Chalybes à læva ſunt: ab altera parte Leucoſyri, & Amazonum campi; & illos qua vergit ad Septentrionem; hos ad occaſum converſa
18 proſpectat: Mare Caſpium dulcius ceteris, ingentis magnitudinis ſerpentes alit: piſces longe diverſi ab aliis

INTERPRETATIO.

a *Data fide* polliceri *futurum* ipſum *incolumem ſi* ad Regem *acceſſiſſet.*

b *Alexandri ſolicitudinem auxerat.*

NOTÆ.

plane ſenſum habeant, quem illa Virgil. Æn. 3. 610.

Ipſe pater dextram Anchiſes haud multa moratus,
Dat juveni, atque animum præſenti pignore firmat.

Quo Perſæ modo accipiebant] Scilicet ut dextram rex daret, aut præſenti, aut per internuncium. vide Briſſon. lib. 1. pag. 107.

Quadrato tamen agmine] Liv. 35. 3. 2. *inde quadrato agmine ad Piſas duxit.* Contra ibid. 35. 1. 4. *Superior alius: nam & acie frequenti armatis adverſus longum & peditum turba decorum agmen, & recenti milite adverſus feſſos longo itinere concurrerat.* Quæ addenda notatis ſupra ad 5. 1. 19.

16 *Luna*] Strabo lib. 11. an de hoc ſitu locutus? *Sequitur Hyrcania, exinde mare altum jam fit, donec Medicos & Armenios attingant montes. Horum montium radices in lunæ formam curvantur, qua ad mare deſinentes, intimum maris ſinum efficiunt.* Sic & Plinius 6. 13. *ubi cœpit in latitudinem pandi, lunatis obliquatur cornibus.*

17 *Moſyni*] Sic potius quam *Moſſini*, ſcribendum certum eſt. quantum quidem ad priorem ſyllabam attinet, ex Tibullo 4. 1. verſ. 146.

Quaque Hebrus, Tanaïſque, Getas rigat atque Moſynas.

A Græcis fere *Moſynæci* dicti ſunt, quod in turribus habitarent, quæ gentili lingua *Moſyni* dicerentur. *Freinshemius Moſyni* etiam habet Carolus Stephan. licet *Moſſini* teneat Ortelius. *Blanck.*

18 *Piſces*] Valde hic turbant libri: planum eſt fuiſſe: *ſerpentes alit, & piſces longe diverſi ab aliis coloris.*

Qui-

aliis coloris. quidam *Caſpium*, quidam *Hyrcanum* adpellant: alii ſunt qui *Mæotim paludem in id cadere* putent: & argumentum adferunt; *aquam, quo dulcior ſit quam cetera maria, infuſo paludis humore miteſcere.* A 19 Septentrione ingens [a] in litus mare incumbit, longeque agit fluctus, & magna parte exæſtuans ſtagnat. idem alio cœli ſtatu recipit in ſe fretum, eodemque impetu,

INTERPRETATIO.

a *Pelagus in vaſtum littus effunditur, & procul impellit undas; ſed magna ejus pars, poſtquam exæſtuando* diffuſa eſt, *in modum ſtagni* remanet.

NOTÆ.

Quidam Caſpium] Hæc verba omittuntur in quibuſdam editt. quæ res movit Sebiſium, ut reliqua quoque delenda opinaretur, præſertim cum crederet, Caſpium & Hyrcanum mare non pro uno eodemque uſurpare auctorem, infr. 7. 3. 21. ubi certe manifeſtam antitheſin inſtimit inter Caſpium & Hyrcanum. Sed poſſit dici, cum ex diverſis auctoribus ea hauſiſſe, & cum alii Caſpio, alii Hyrcano mari, eandem rem adſcriberent, etiam re, ut nomine, ſeparatos iſtos ſinus, cum iſta ſcriberet, credidiſſe, præſentis loci immemorem. Sic ſupra etiam nobis in Mardos duplicem Alexandri expeditionem ex una fecerat. Vel potius cum Mela 3. 5. dicemus, Caſpium mare interdum generaliter ſumi, ut & Caſpius ſinus proprie ita dictus, & Hyrcanus, & vero Scythicus eo nomine comprehendatur: interdum primum horum ſinuum *proprie & totius nomine Caſpium appellari.* Et hoc verum eſt. Vtcunque autem ea ſe habeant, illud utique conſtat, idem mare ab aliis Caſpium vocatum, ab aliis Hyrcanum. Plut. Alex. Sic Arrian. 7. Corrigendus leviter idem Arrian. 5. 4. *Indicum ſinum cum Perſico confluere, Hyrcaniam cum Perſico ſinu conjungi.* lege, ἐς τὸν Περσικὸν τὸν Ἰνδικόν· *Hyrcanium* (nempe ſinum) *cum Indico.* Adde Strab. lib. 11. Qui Hyrcanium mare pro Pontico accipiunt, non mihi magis, quam Radero ad 3. 1. 12. & Sebiſio perſuadent. Cum aliis etiam facit Dionyſ. verſ. 49. *Caſpio profundum fluentem intromittit mari: Quod etiam Hyrcanium alii nuncuparunt.* Zonaras in Alex. *barbari quidam circa pelagus Hyrcanum, quod & Caſpium dicitur.* Sic & hodie multis nominibus vocari ab accolis gentibus Indicis, apud Ortelium, & in Atlante Mercatoris leges! *Freinsh.*

Mæotim] Hanc credo fuiſſe rationem, propter quam nonnulli Caſpium mare cum Pontico confuderint, quod viderent Curtium illi tribuere Mæotidis influxum, quem conſtat ad Ponticum ſpectare: deinde etiam dulciùs ceteris facere; quod itidem Ponto convenit. Sed enim id ex aliorum opinione ſe ſcribere teſtatur Curtius. Eos autem Macedonas fuiſſe, cum Alexandro militantes, prodit Strabo lib. 2. qui multa finxerint, quo latius orbem domuiſſe viderentur; Iaxarti Tanaïs nomen, Caucaſi Parapaniſo indiderint. Idem & Plutarchus arguit, in Alex. De argumento autem, quo illi apud Curtium contendunt, Mæotim illabi Caſpio mari, dulcedine nimirum aquarum, vide prolixe differentem Stuckium in Periplum Ponti Euxini ab Arriano ſcriptum, ubi de ſapore Pontici maris. *Idem.*

impetu, quo effuſum eſt, relabens, [a] terram naturæ ſuæ reddit. & quidam credidere, non Caſpium mare

INTERPRETATIO.

a *Terram* retegens, *priſtino in ſtatu* illam *relinquit*.

NOTÆ.

19 *Non Caſpium*] Dubitatio orta, quod longinqua loca ſint, & feris gentibus habitata. Quæ eadem cauſa confudit veram de *portis Caſpiis* narrationem. Quæ quoniam & ipſæ ad res Alexandri pertinent, hoc loco tractari poteſt. Nam, ut Æn. Silvius c. 33. de Aſia fatetur, *de portis Caſpiis multa memoria eſt. Nemo tamen ſatis explicat, ubi terrarum exiſtant.* Et ſane fallitur Raderus, quod in prolegomenis c. 8. *perpetuam vallem*, cujus hoc in Curtii capite ter recurrit mentio, pro Caſpiis pylis accipit. Primo igitur in Ptolemæi tabulis inter Mediam & Parthicam collocantur. Ibidem ponit eas & Strabo l. 22. & Arrian. 3. cui conſentiunt Diognetus & Beton itinerum Alex. menſores apud Plin. 6. 17. circa fin. & Eratoſthenes apud Strab. lib. 11. Item Plin. 6. 14. Solin. cap. 47. Duris apud Strab. l. 1. Hi ergo omnes Caſpias portas inter Mediam atque Parthiam conſtituunt. ubi cum nulli habitent Caſpii, cauſam nominis non reperio. niſi forte cum Silvio dicas ideo ſic vocatas videri, quod per eas nonnullis gentibus tranſitus ſit ad mare Caſpium. Quod ipſum etſi veteribus ſcriptoribus traditum ſciam, tamen quomodo accipiam, non diſpicio. *Babyloniis* enim *& Perſis*, nam ii nominantur, via alia longe propior & commodior eo eſt, niſi tabulæ Geographicæ fallunt. Cum autem longe hinc Caſpii montes abſint, quo loco mare iſtud maxime ad Occidentem vergit, ibi quoque alias anguſtias Caſpiarum portarum nomine indigitatas reperio. Is enim locus ad prohibendum ſeptentrionalium gentium tranſitum idoneus eſt, eoque portis occluſus ab Alexandro traditur. At in prioribus Caſpiis pylis, quæ nec ad Septentriones vergunt, ſi idem tentaſſet, etiam inſanire videretur, qui Parthos Medoſque, utroſque ipſius in imperio ſitos, inexpugnabili munitione ſecluderet. Quæ ratio, conjuncta aliis, efficit, ut non dubitem, omnes eos, qui Alexandri clauſtra in Caſpiis pylis nominant, de eo loco accipiendos eſſe. Abruptæ Caſpii montis rupes, uſque adeo ad mare coarctant iter, ut exeſi fluctibus, devoratique in profundum ejus litoris margines, vix duorum ſtadiorum aditum tranſeuntibus relinquant. Ea enim forma Derbenthum in edita montium crepidine ſitum eſt, ut duobus ex quadrato ſaxo muris, ad mare deductis, inferiora ædificia, & navigiorum ſtationem, tanquam duobus brachiis complectatur, non majore quam trecentorum paſſuum intervallo. quod ſpacium ſingulis utrimque ferreis portis, ſuperſtantibuſque propugnaculis, ita munitur, ut perpetuis cuſtodiis, niſi clara luce & explorato littore, viatores nec admittantur, nec recepti intra portam, altera prius emittantur, quam portorium perſolvant. *Schickardus.* Hunc eſſe locum quem *Caſpiam viam* appellat Tacitus, firmiter mihi perſuadeo. *Hiberi*, ait 6. 33. *locorum potentes Caſpia via Sarmatam in Armenios raptim effundunt.* Deque eodem iterum loqui credo H. 1. 6. *numeri, quos idem Nero electos præmiſſoſque ad clauſtra Caſpiarum* (ſcil. portarum) *& bellum quod in Albanos parabat*, &c. cum Suetonio loquens in Nerone 10. 4. atque iis, *qui in Armenia cum Corbulone res geſſere*, ut conſtat ex Plin. 6. 13. quamquam hic contendat, non *Caſpias* eas *portas*, ſed *Caucaſeas* dici debuiſſe. Sane turbavit Plinium, quod ſciret, alias illas Caſpias portas, quæ à plerisque veterum ita vocarentur, longe ab iis regionibus diſtare; Albaniam autem Caucaſo connecti noverat. Et ſane ab eo

mare esse; sed ex India in Hyrcaniam cadere, cujus
[a] fastigium, ut supra dictum est, perpetua valle sub-
mittitur. Hinc rex xx stadia processit semita prope- 20
modum invia, cui sylva imminebat, torrentesque &
eluvies iter morabantur. nullo tamen hoste obvio,
penetravit; tandemque ad ulteriora perventum est.
Præter alios commeatus, quorum tum copia regio 21
abundabat, pomorum quoque ingens modus nasci-
tur, & uberrimum gignendis uvis solum est. Fre- 22
quens arbor faciem quercus habet, cujus folia mul-
to melle tinguntur: sed nisi [b] solis ortum incolæ oc-
cupaverint, vel modico tepore succus extinguitur.
xxx hinc stadia processerat; quum Phrataphernes ei 23
occurrit, seque & eos, qui post Darii mortem pro-
fugerant, dedens: quibus benigne exceptis ad op-
pidum Arvas pervenit. hic ei Craterus & Erigyius
occurrunt. Præfectum Tapurorum gentis Phrada- 24
tem adduxerant. hic quoque in fidem receptus, mul-

tis

INTERPRETATIO.

a *Quæ à montibus in continuam planitiem extenditur.*

b *Nisi solis ortum anteverterint, quamvis exiguo calore mel in va-
pores solvitur.*

NOTÆ.

eo demum tempore angustias montis Caspii, Caspias portas vocari cœpisse, videre videor: cum ii qui res ibi gererent, nomen aliud aptius non invenirent, quam ut à Caspio monte Caspias dicerent, sicut ab Amano Amanicas. *Freinsh.*

Ex India in Hyrcaniam cadere] Hoc putabat & Arrian. 5. quamquam 7.3. dubie sentiens. Varias veterum ea de re sententias necessario omittimus, & jam relatæ sunt aliquæ sup. ad 6.4. Antiquissimam autem Herod. 1.203. *Hoc mare per sese est, nec cum ullo alio commisceturr* recentiores approbant. *Id.*

22 *Quercus*] Idem Diodor. 17.75. Forte eo respexit Virg. ecl. 4.

Et dura quercus sudabunt roscida mella.

24 *Hic quoque in fidem receptus*, &c.] Ita Scipio in Hispaniam tendens, quoscunque potest sibi socios benigne adsciscit, & provinciales humaniter tractat: hac clementiæ fama sibi plures adjunxit, quam vi & armis, ut legere est apud Livium lib. 21. Idem Scipio Sueticus GVSTAVVS MAGNVS feliciter in Germania expertus est, ut de eo testatur Petr. Baptista Burgus lib. 1. belli Suec. p. m. 69. & addit: *Inter militaria axiomata non spernendum duxerim, reddere sibi amicos illius provinciæ incolas, in qua bellum gerendum.* Certe clementia victoris est magnes ferrum Martiale trahens, & ipsos armatos exarmans, parteſque victoris sponte sequi jubens. *Loccen.*

25 tis exemplo fuit experiendi clementiam regis. Satrapem deinde Hyrcaniæ dedit Menapim. exul hic regnante Ocho ad Philippum pervenerat: Tapurorum quoque gentem Phradati reddidit.

NOTÆ.

25 *Menapim*] Arrianus 3. *Post hæc Amynapem Parthum, qui sibi una cum Mazæo* (scribe Μαζάκῃ *Mazace*) *Ægyptum tradiderat, Parthorum & Hyrcanorum satrapem constituit.* *Amynapes* Arriano, qui *Menapis* Curtio. adjectione literæ *A*, quæ in ejusmodi nominibus est frequentissima. Sic *Axuerses* & *Amistris* alibi vocantur; qui frequentius *Xerxes*, & *Esther*. quod me docuit Scaliger in Eutebium. Apud Stephanum in Ἀμαζόνιον *Mazaum* pro *Amazæo*. apud Strab. & Pliū. 6. 14. *Amardi* & *Mardi*. apud Plin. 6. 7. *Riphæi Arimphæi*. Sic *Derceto* aliis *Atergatis* est. Vt propemodum suspicer, illud *A*, ubi præter rationem additum est, nihil aliud esse quam articulum, qui Hebræis fere est ה. & in illas quoque gentes perveniisse videtur, si non eadem scriptura, certe vicino sono. Ejusmodi vitia in Cedreno & aliis ejusdem commatis Græcis scriptoribus non pauca corrigit Leuncl. in Pandect. Turcic. quæ res opinionem meam haud mediocriter firmat. Contra accidit, ut, qui in uno aut altero ejusmodi vocabulo falsi fuerunt, si moneantur id eo accidisse, quod articulum voci junxerint, deinceps omnia ejusdem soni vocabula suspecta habeant, & interdum etiam radicales literas detrahant. quod accidisse credo in iis, quibus *A*, quod habebant, violenter ademptum est. *Freinsh.*

CAP. V.

Artabazo summa cum animi benevolentia excepto, Græcis, qui Darium adjuverant, parcit Alexander, & Mardorum gente debellata, Amazonica cujusdam reginæ petitioni satisfacit.

1 IAMQVE rex ultima Hyrcaniæ intraverat, quum Artabazus (quem Dario fidissimum fuisse supra diximus) cum propinquis Darii ac suis liberis modicaque Græcorum militum manu 2 occurrit. Dextram venienti obtulit rex; quippe & hospes Philippi fuerat, quum Ocho regnante exularet; & [a] hospitii pignora in regem suum ad ultimum fides

INTERPRETATIO.

a *Fidelitas ad mortem usque* ab eo *servata in Darium*, *hospitii gratiam adhuc superabat*, *&c.*

NOTÆ.

1 *Hospes Philippi fuerat*] Historiam pete ex Diodoro 16. 53.

2 *Et hospitii pignora in regem suum ad ultimum*] Fidei integritas suo regi probata.

fides conſervata vincebat. Comiter igitur exceptus, 3 *Tu quidem* inquit, *rex perpetua felicitate floreas. ego ceteris lætus, hoc uno torqueor, quod præcipiti ſenectute, diu frui tua bonitate non poſſum.* nonageſimum & quintum annum agebat. Novem juvenes, eadem matre 4 geniti, patrem comitabantur: hos Artabazus dextræ regis admovit, precatus *ut tam diu viverent, donec utiles Alexandro eſſent.* Rex pedibus iter plerumque faciebat: 5 tunc

NOTÆ.

bata, etiam exterorum regum favorem in adverſis meretur. Contra qui ſuis fidus non fuit, ſuſpectus etiam erit aliis. Hinc Cæſar longe pluris fecit eos qui in fide Pompeii perſtiterant, quam qui eum deſeruerant. illos erga ſe quoque fidos fore putavit: hos minus; teſte Dione lib. 41. *Leccn.*

Fides conſervata vincebat] Hoc eſt, præpollebat apud Alexandrum, ut ob hoſpitii memoriam eum amaret, & magis etiam propter fidem in regem ſuum. Eo magis, quod etiam apud Græcos id uſu receptum eſſet. Vnde Ageſilaüs ad Pharnabazum, referente Xenoph. lib. 4. Ἐλλην. *Non ignorare te arbitror, etiam Græcis in urbibus hoſpitiorum neceſſitudines inter homines contrahi. Nihilominus ubi bellum inter urbes ipſas geri cœptum eſt, una cum patria quilibet hoſpitibus bellum facit. Quin etiam ſi res ita ferat, nonnunquam multo ſe hoſpites occidunt.* Cauſam reddit Badius apud Liv. ium 25. 18. *publicis fœderibus ruptis dirempta ſimul & privata jura eſſe.* ubi itidem pugna hoſpitis cum hoſpite narratur. *Freinſh.*

3 *Senectute*] Similis oratio Berzellai ad Davidem Sam. 2. 19. v. 35. *Quot ſunt dies annorum vitæ meæ, ut adſcendam cum rege in Ieruſalem? &c.*

Nonageſimum & quintum annum] De macrobiis vide Plin. hiſt. nat. 7. 48.

4 *Eadem matre*] *Artabazo è Mentoris & Memnonis ſorore undecim filii, & decem filiæ prognati fuerant.* Diodor. 16. 63. De ſimili matrimonii fœcunditate Phlegon; *Antigonus narrat, Alexandria mulierem quandam quatuor partubus viginti fœtus edidiſſe, quorum major pars enutrita ſit. Eademque in urbe alia mulier quinque infantes una peperit, tres maſculos, duas feminas; quos ſuis ſumptibus alii juſſit Trajanus imperator. eademque mulier, circumacto exinde anno tres infantes peperit. Hippoſtratus in libello de Mineë, Ægyptum perhibet ex una uxore Europa, Nili filia, quinquaginta filios procreaſſe. Itemque Danaüs, ex unica Europa, Nili filia, quinquaginta tulit filias.* Hoc poſtremum pro fabula videtur habuiſſe Euſebius. eam enim liberorum multitudinem adſcribit pellicibus. At de Alexandrina muliere quod narratum eſt, confirmatur & ab Iuliano in l. 36. de ſolut. Quem locum opinor reſpexiſſe Auguſtin. cap. 115. quæſt. ex utroque teſtam. *Legitur cautum in quodam juris libello, mulierem aliquando quinque peperiſſe.* Niſi forte magis Gaium in l. 7. de reb. dubiis, qui eam feminam (eandem enim fuiſſe, veroſimile eſt) ad D. Hadrianum perductam narrat. *Freinſh.*

5 *Rex pedibus iter plerumque faciebat*] Non enim erat ex iis quos *uſum pedum amiſiſſe* cavillatur Plin. Paneg. ſed Plutarcho teſte, in vita, cap. 39. *ſi iter faceret minus urgens, diſcebat ſimul in progrediendo aut jaculari, aut in curſum concitatum inſilire & deſilire.* Sic & ille Rom. Alexander *in agmine nonnunquam equo, ſæpius pedibus, antibat.* Sueton. 57. Plinii locum citatum ſic conſtitui poſſe putamus: *Te ad ſidera tollet humus; te communia & confuſa privatis veſtigia.* Quod equidem inſigne laboris militaris ac tolerantiæ re-

tunc *admoveri ſibi & Artabazo equos* juſſit; ne ipſo ingrediente pedibus, ſenex equo vehi erubeſceret. 6 Deinde ut caſtra ſunt poſita, *Græcos*, quos Artabazus adduxerat, *convocari* jubet: at illi, *niſi Lacedæmoniis fides daretur*, reſpondent, *ſe quid agendum ipſis* 7 *foret*, *deliberaturos*. Legati erant Lacedæmoniorum miſſi ad Darium, quo victo [a]adplicaverant ſe Græ- 8 cis mercede apud Perſas militantibus. Rex *omiſſis ſponſionum fideique pignoribus*, *venire eos* juſſit, *fortunam quam ipſe dediſſet habituros*. Diu cunctantes, pleriſque conſilia variantibus, tandem *venturos ſe* polli- 9 centur. At Democrates Athenienſis, qui maxime Macedonum opibus ſemper obſtiterat; venia deſperata, gladio ſe transfigit. ceteri, ſicut conſtituerant, ditio-

INTERPRETATIO.

a *Adjunxerant ſe Græcis.*

NOTÆ.

giæ exemplum fuit. quod etiam imitatus eſt Trajanus, de quo Plinius in paneg. *Per hoc omne ſpatium cum legiones duceres, ſeu potius (tanta velocitas erat) raperes, non vehiculum unquam, nec equum reſpexiſti.* Iſti patientiæ opponitur Μαλακία vel mollities illorum, qui nunquam niſi equo vel curru incedunt: quaſi pedum uſum amiſiſſent: de qua Ariſtoteles 7. Eth. 9. Et Seneca epiſt. 55. Eo nomine Cicero falſe perſtringit Verrem 5. Verrin. *In labore atque itineribus uſque eo ſe præbebat patientem atque impigrum, ut eum nemo unquam in equo ſedentem videret. Nam, ut mos fuit Bithyniæ regibus, lectica hexaphoro ferebatur, in qua pulvinus erat perlucidus, Melitenſi roſa fartus.* De Fabio Dictatore narrat Plutarchus in ejus vita: Quod primus omnium à Senatu petierit, ut ſibi in bello liceret equo vehi; idque antiquitus lege prohibitum erat: ut cum in pediratu maximum exercitus robur poneretur, ei Dux ſemper in acie adſtaret. *Loccen.*

6 *Lacedæmoniis*] Vera haud dubie lectio eſt, quam exhibet optimus Cod. Dan. *niſi ſid. Lacæd. eſt inopenſibus daretur*: ſi leviter emendes, & *Sinopenſibus*. de quibus Arrian. 3. ſi tamen id recipimus, eliminanda eſt ex ſeq. verſ. vox *Lacedæmoniorum*. Etcinſh.

8 *Quam ipſe dediſſet*] Vide ſupra ad 4. 11. ubi ait, *ſe in Aſiam non veniſſe, ut ab aliis acciperet, ſed ut aliis daret.* quibus in verbis extidiſſe unum puto, *ut ab aliis leges acciperet*. Idem.

9 *Democrates*] An Demochares frater Demoſthenis? de quo Plutarchus in Demoſthenis vita. Nam de Democrate nihil memini legere. *Red.* At ille Democrates neque frater fuit Demoſthenis, ſed ex ſorore nepos, ut in Cic. de orat. 2. 23. & Bruto cap. 83. ὁ Δημοσθένους ἀδελφιδοῦς eſt Æliano hiſt. var. 3. 7. ex quo capite liquet, eundem eſſe quem Parrheſiaſten vocarum adfirmat Seneca de ira 3. 23. Sed & ipſe Plutarch. in vita Demoſth. c. 9. in libello de decem oratoribus, expreſſe tradit, ſorore ejus genitum fuiſſe. ubi etiam ait, Antipatro oratori, ab Athenienſi petenti reſtitiſſe. Superfuit igitur Alexandro. nam id peſt mortem

ditioni Alexandri se ipsos permittunt. mille & D mi- 10
lites erant. præter hos legati ad Darium missi XC.
In supplementum distributus miles; ceteri remissi
domum, præter Lacedæmonios, quos *tradi in custo-*
diam jussit. Mardorum erat gens confinis Hyrcaniæ, 11
cultu vitæ aspera, & latrociniis adsueta. hæc sola
nec legatos miserat; nec videbatur imperata factura.
Itaque rex indignatus, si una gens posset efficere, ne
invictus esset; impedimentis cum præsidio relictis,
invicta manu comitante procedit. Noctu iter fece- 12
rat, & prima luce hostis in conspectu erat: tumul-
tus magis quam prælium fuit. Deturbati ex colli-
bus, quos occupaverant, barbari profugiunt; pro-
ximique vici ab incolis deserti capiuntur. Interiora 13
regionis ejus haud sane adire sine magna vexatione
exercitus poterat. Iuga montium præaltæ sylvæ ru-
pesque inviæ sepiunt; ea quæ plana sunt, novo mu-
nimenti genere impedierant barbari. Arbores densæ 14
sunt ex industria consitæ, quarum teneros adhuc ra-
mos manu flectunt, quos intortos rursus inserunt
terræ; inde velut ex alia radice [a] lætiores virent
trunci. hos [b] qua natura fert, adolescere non sinunt; 15
quippe alium alii quasi nexu conserunt, qui ubi mul-

ta

INTERPRETATIO.

a *Viridiores repullulant stipites.*

b *Hos crescere non patiuntur quocunque* ramorum *indoles poscceret.*

NOTÆ.

tem regis accidit, ut ex ejusdem libri cap. 7. constat. Immo ex cap. 10. diu postea vixisse. Ergo non potest substitui huic Democrati. *Idem.*

10 *Mille & D milites erant*] Sic legendum, licet reclament vulgati codices fere omnes. Nam Curtius paulo ante 6. 5. refert, Artabazum *cum modica Græcorum militum manu* Alexandro occurrisse; & Arrianus 3. Græcos mercenarios, qui cum Artabazo erant, circiter 1500 fuisse ait, qui se ipsos Alexandro permiserint. *Pepma.* Consentit & Diodor. 17. 76. Hunc etiam numerum exprimunt Stockholmianæ & Elzevirianæ edd.

Cæteri] Pertinet hæc vox ad legatos, quos domum remisit, exceptis Laced. Arrianum, ubi modo, vide.

11 *Rex, &c. invicta manu comitante procedit*] Lege: *Rex, expedita manu comitante procedit.* Faber.

Invicta] Repetita videtur hæc vox ex superiore linea; sane aliud hic fuit, quod

ta fronde veſtiti ſunt, operiunt terram. itaque occulti nexus ramorum velut laquei perpetua ſepe iter
16 cludunt. Vna ratio erat cædendo aperire ſaltum: ſed hoc quoque magni operis. [a]crebri namque nodi duraverant ſtipites, & in ſe implicati arborum rami ſuſpenſis circulis ſimiles, [b]lento vimine fruſtrabantur
17 ictus. Incolæ autem, ritu ferarum virgulta ſubire ſoliti; tum quoque intraverant ſaltum, occultiſque telis hoſtem laceſſebant. Ille venantium modo latibula ſcrutatus, pleroſque confodit: ad ultimum *circumire ſaltum milites* jubet, *ut ſi qua pateret,*
18 *irrumperent*. Sed ignotis locis plerique oberrabant. excepti ſunt quidam; inter quos equus regis, *Bucephalam* vocabant: quem Alexander non eodem quo

INTERPRETATIO.

a *Frequentes nodi induraverant truncos.*

b *Flexibilibus flagellis* cedentibus *irritas reddebant* ſecurium *ictus.*

NOTÆ.

quod jam non divino, niſi cui placeat, *reliqua manu*, quod equidem ſenſus videtur requirere. *Freinsh.*

16 *Duraverant*] Vulgo *nodaverant*. Sed & hoc, & illud aliorum, *nodaverant*, pariter ineptum. Quis nodos nodare dicat? quid autem ad rem, ſi nodi ſtipites nudarunt? quos tamen illi quomodo nudarunt? Emendo, *duraverant*. Acidalius. Cujus conjecturam optimis libris confirmari videns recepi. Rutgerſius dicit delendum eſſe τὸ *nodi*. & librarium ob ſequentis vocis ſimilitudinem importune iteraſſe. Sed retinet *nodaverant*.

17 *Venantium*] Tacit. Agric. 37. 5. *Agricola validas & expeditas cohortes indaginis modo, & ſicubi arctiora erant, partem equitum, dimiſſis equis, ſimul saltuosas ſilvas equitem perſultare juſſit.*

18 *Bucephalam*] Aliæ editiones *Bucephalum* habent. Græcis vel Βουκέφαλος vel Βουκεφάλας. ita Latinis utrumque expreſſum. De hoc Bucephalo plura in proluſionibus cap. 8. Hic de aliis hoc genus equis eruditis, variaſque artes doctis traderem, niſi jam pridem Lipſius epiſtolarum volumine ad Belgas tertio, epiſtola 56. ad contubernales, bene longa, laborem meum occupaſſet, memorandaque è variis ſcriptoribus prodidiſſet, quo lectorem etiam curioſiſſimum remittimus, ubi de hoc ipſo Bucephalo narrat. Sed miror ab ipſo hunc Curtii locum non animadverſum. *Raderus.* Vide Plutarch. Alex. cap. 9. Plin. 8. 42. Agell. 5. 2. Strab. lib. 15. Solin. cap. 47. Plutarch. de Solert. animal. cap. 34. Feſtum, Etymologicum Græcum, ubi nominis ratio redditur; Arrian. 5, &c. ubi inter alia, non à *Mardis*, ut Curtius, ſed ab *Vxiis* exceptum fuiſſe ſcribit. Illud notatu dignum, Romæ collem Quirinalem, hodie *montem Cabalum* dici: quæ appellatio ſub Impp. coepit, *à duabus ſtatuis marmoreis Alexandri Magni*

quo ceteras pecudes animo æstimabat. nam ille nec in dorso insidere suo patiebatur alium; & regem, quum vellet adscendere, sponte sua genua submittens excipiebat, credebaturque sentire quem veheret. Majore ergo quam decebat, ira simul ac dolore stimulatus, *equum vestigari* jubet; *& per interpretem pronunciari, ni reddidissent, [a] neminem esse victurum.* Hac denunciatione territi, cum ceteris douis equum adducunt. Sed ne sic quidem mitigatus, *cædi sylvas* jubet, [b] *adgestaque humo è montibus planiciem ramis impeditam exaggerari.* Iam aliquantulum altitudinis opus creverat, quum barbari, desperato regionem, quam occupaverant, posse retineri, gentem suam dedidere. Rex obsidibus acceptis *Phradati tradere eos* jussit. Inde quinto die in stativa revertitur. Artaba-

19 20 21 22

INTERPRETATIO.

a *Nullum illorum non trucidatum iri.*
b *Congesta terra impleri.*

NOTÆ.

Magni regis Macedonum, equum Bucephalum domantis, quas Alexandria Constantinus Imp. Romam transtulerit, atq; in medio thermarum à se in Quirinali extructarum collocaverit, ut Onuphrius & Georgius Fabricius adnotant. Eum etiam in nummis suis exprimi curasse Alexandrum, colligo ex Zamosii analect. Antiquit. Dacix c. 11. ubi dicit: *equum habet Alexandri in moneta.* Sed & Lazius rer. Græcar. lib. 1. nummi talis effigiem exhibet.

Sentire] Ita de elephanto Martialis Epigr. 1. 17.

Quod pius & supplex elephas te, Cæsar, adorat,
Hic modo qui taurо tam metuendus erat:
Non fecit hoc jussus; nulloque docente Magistro,
Crede mihi, numen sentit & ipse tuum.

Nec illud ejusdem est abs re de spectaculo etiam aliarum ferarum, Epigramm. 1. 149. vers. ult. & penult.

Hæc clementia non paratur arte:
Sed norunt cui serviant leones.

De elephante Pori regis mira narrat Curtius ipse 8. 14. 39. *Rad.* Plurima ejusmodi observarunt Ælianus in hist. anim. Plutarch. de solertia anim. & alii complures, veteres, novique.

20 *Exaggerari*] Congesta humo exæquari, obtectis ramis qui prius eminentes iter impeditum reddiderant. *Freinsh.*

21 *Aliquantulum*] Addenda præpositio: *in aliquantulum.* sup. 4. 2. *in altitudinem montis opus excreverat.* Acidalius.

Tradere] Immo *tradi* potius, si consuetum loquendi morem attendas. Sed ne id quidem huic loco accommodum. quem enim id jusserit, & cur non potius ipse præsens traderet? mirum, ni scripserit Curt. *Phradati parere eos jussit.* De re vide Arrian. 3. cui hic Satrapa, eo loco, & paulo supra est *Antephradates.* Freinsh.

22 Ge-

tabazum deinde, geminato honore, quem Darius habuerat ei, remittit domum. Iam ad urbem Hyrcaniæ, in qua regia Darii fuit, ventum erat. ibi Nabarzanes accepta fide occurrit, dona ingentia fe-
23 rens. inter quæ Bagoas erat ſpecie ſingulari ſpado, atque in ipſo flore pueritiæ; cui & Darius fuerat adſuetus, & mox Alexander adſuevit: ejuſque ma-
24 xime precibus motus Nabarzani ignovit. Erat, ut ſupra dictum eſt, Hyrcaniæ finitima gens Amazonum, circa Thermodoonta amnem Themiſcyræ in-
25 colentium campos. Reginam habebant Thaleſtrim, omni-

NOTÆ.

22 *Geminato honore*] Geminis provinciis præfecit. *Rad.* Quæ explicatio nullo certo fundamento nixa, mihi non ſatisfacit; & tamen non habeo melius dicere. *Freinsh.*

Vrbem Hyrcaniæ] Modus loquendi qualis apud Virgil. Æn. 3. 293.

——— *Buthroti aſcendimus urbem.*

vulgo, *Buthrotum*. Hyrcania enim non eſt gentis & provinciæ, ut ſupra, ſed civitatis nomen. Multæ enim regiones communia habent nomina cum ſuis urbibus primariis. [ut Babylonia, Bactra, &c.] Proinde Hyrcaniam hanc Ptolemæus metropolim appellat in Hyrcania. Arrian. vero 3. eandem ſuo proprio nomine dictam ait *Zadracarta*, & *Zendracarta*. *Motis inde caſtris in Hyrcaniam progreſſus Zadracartæ urbem petit*. Et infra 3. 4. diſertius: *His rebus peractis, ad Zendracartæ maximam Hyrcaniæ urbem, ubi regia erat, exercitum duxit*. Eadem ergo urbs & *Zadracarta*, & *Zendracarta* (niſi codices fallunt) & *Hyrcania* dicta. *Raderus*. Hujus urbis iterata mentio eſt apud Iuſtin. 38. 9. De ea igitur capiendus Appian. fine Syriac. de Demetrio: *captus vixit in Phraata regia*. A Scythis *Cariath* dici, Thevetus apud Ortelium tradit. *Freinsh.*

23 *Adſuevit*] Hunc tamen Plutarchus à ſcelere hoc excuſat. quod tamen aliis merito ſuſpectum. Auctor noſter lib. 10. cap. 1. *Bagoæ ſpadoni, qui Alexandrum obſequio corporis devinxerat ſibi, nullum honorem habuit*. Ibidem vocatur *ſcortum regis*. Additur denique *exercuiſſe potentiam, flagitio & dedecore quæſitam*. vide Athenæum. *Blanck.*

24 *Erat, ut ſupra dictum eſt, Hyrcaniæ finitima gens Amazonum*, &c.] Male Curtius gentem Amazonum Hyrcaniæ finitimam affirmat. Error ex eo originem trahit, ut optime Freinshemius vidit, quod non procul mari Caſpio (quod etiam Hyrcanum dicitur) ab antiquis collocentur; eoque, quia huic finitima, juxta Hyrcaniam colere debere. Themiſcyra autem fuit metropolis Amazonum, Strabone in Ponti & Amiſi civitatis deſcriptione auctore. An vero Amazones fuerint unquam, diſputare ſupersedeo. Licet enim de iis plurima fabulis involuta ſint, non tamen diffitendum, ea originem trahere è fonte aliquo veritatis. Vide Goropium Becanum libr. 8. qui Amazonica inſcribitur. & Freinshemium in hanc notam. *Blanck.*

25 *Thaleſtrim*] Sive *Minotheam*. nam binominem faciunt Iuſtin. 12. 3. & Oroſius 3. 18. Straboni lib. 11. eſt *Thaleſtria*. Ottoni Friſingenſi 2. 25. corrupte *Aleſtra*. Cedreno *Thalmis*. Freinsh.

Hæc

omnibus inter Caucaſum montem & Phaſim amnem imperitantem. Hæc cupidine viſendi regis accenſa finibus regni ſui exceſſit; & quum haud procul abeſſet, præmiſit indicantes, *veniſſe reginam adeundi ejus cognoſcendique avidam.* Protinus facta poteſtate ve- 26
niendi, ceteris juſſis ſubſiſtere, CCC feminarum comitata proceſſit. Atque ut primum rex in conſpectu fuit, equo ipſa deſiliit duas lanceas dextra præferens. Veſtis non toto Amazonum corpore ob- 27
ducitur; nam læva pars ad pectus eſt nuda, cetera deinde velantur. nec tamen ſinus veſtis, quem nodo conligunt, infra genua deſcendit. Altera papilla in- 28
tacta ſervatur, qua muliebris ſexus liberos alant; aduritur dextra, ut arcus facilius intendant, & tela vibrent. Interrito vultu regem Thaleſtris intueba- 29
tur, [a] habitum ejus haudquaquam rerum famæ parem

INTERPRETATIO.

a *Staturam* corporis *non æqualem famæ rerum* ab eo geſtarum.

NOTÆ.

Hæc cupidine viſendi regis accenſa finibus regni ſui exceſſit, &c.] Regina Arabiæ accendebatur cupidine laudabili ſapientiam Salomonis coram auribus accipiendi, eaque animum fœcundandi. Hæc vero Thaleſtris accenſa fuit turpi cupidine ſuſcipiendæ ex Alexandro extra matrimonium prolis. Et Cleofis Indorum regina concubitu redemit regnum ab Alexandro: unde *ſecretum regium* ab Indis appellata eſt. Iuſtin. 12. 7. 11. Curt. lib. 8. p. m. 275. Numquid hodieque non plures excitat feminas cupido ſpectandi formam, decus & ſplendorem externum maguatum (nonnullas etiam libido) quam ſtudium & admiratio virtutum?

26 *Duas lanceas*] Sic & apud Virgil. Æn. 1. 317. deſcribitur Æneas:

Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.

29 *Habitum*] Non reſpicit ad *venuſtatem* formæ, ſed *dignitatem*, ut diſtinguit Cicer. Offic. 1. quæ non eſt niſi in iis qui præter reliquam corporis ſymmetriam, etiam eminenti ſtatura ſunt. hos igitur præcipue venerabantur barbari, *εἰδος* illud *ἀξιον τυραννιδος*, *formam imperio dignam* cum Euripide vocare ſolent. Inde & ſupra 3. 12. 17. Syſigambis, mulier, ut omnia docent, haudquaquam rudis ſenſus, Hephæſtionem pro rege habuit, quod habitu corporis Alexandro præſtaret. Apud Romanos *atat Galba & irriſui & faſtidio erat, aſſuetis juventæ Neronis, & imperatoras forma ac decore corporis (ut eſt mos vulgi) comparantibus.* Tacit. Hiſt. 1. 7. Contra Ariobarzanes *ob inſignem corporis formam, volentibus Armeniis præficitur.* apud eundem 2. 4. Nec omiſit id in Trajano extollere Plinius paneg. *jam firmitas, jam proceritas corporis, jam honor capitis, & dignitas oris, nonne longe lateque principem oſtentant?* Nec in ſuo rege Samuel 1. 10. *Stetitque in medio populi* (Saul,) *& altior*

rem oculis perluſtrans. quippe hominibus barbaris in corporum majeſtate veneratio eſt; magnorumque operum non alios capaces putant, quam quos
30 eximia ſpecie donare natura dignata eſt. Ceterum interrogata, *num aliquid petere vellet*: haud dubitavit fateri, *ad communicandos cum rege liberos ſe veniſſe: dignam, ex qua ipſe regni generaret heredes. feminini ſe-*
31 *xus ſe retenturam; marem reddituram patri.* Alexander, *an cum ipſo militare vellet?* interrogat: & illa, cauſata, *ſine cuſtode regnum reliquiſſe*; petere perſeverа-

NOTÆ.

tior fuit univerſo populo ab humero & ſurſum. Et ait Samuel ad omnem populum. Certe videtis quem elegit Dominus, quoniam non ſit ſimilis illi in omni populo. Recte igitur in politiſſimo opere de Rep. Hebræor. l. 14. Cunæus, Curtium tacite reprehendens, cum locum Samuelis ſupra relatum recitaſſet: *Quare profecto non jam barbarorum illud duntaxat, ſed hominum etiam exculti ſſimorum eſt, majeſtatem corporis venerari, magnorumque operum illos capaces putare, quos eximia ſpecie natura donavit. Ariſtotelis, maximi auctoris, ſcitum eſt, ſi qui naſcantur tanto aliis corpore excellentiores, quanto ſimulacris hominum antecellunt deorum imagines, dignos videri reliquos, qui his ſerviant.* De Pori regis forma narrabit Curtius infra 8. 14. 13. Sæpe tamen falluntur qui ex ſolo adſpectu judicant. Pulchre Tac. Agric. *adeo ut plerique quibus magnos viros per ambitionem æſtimare mos eſt, viſo adſpectuque Agricolæ, quærerent famam, paucis interpretarentur.* Freinsh.

Barbaris in corporum majeſtate veneratio eſt, &c.] Nonnunquam quidem natura (vel naturæ auctor Deus) magnis mentibus digna corporum domicilia metatur, & ex vultu hominis ac decore membrorum colligi poteſt, quantos illos cœleſtes ſpiritus intrarit habitator, ut oratorie loquitur Eumenius in paneg. Sed Deus etiam quoties ipſi placet, in exili vaſe ingentes theſauros recondere poteſt. At barbari de animi præſtantia plerumque ex corporis præſtantia judicant. unde & hanc in rege eligendo inprimis ſpectare ſolent, teſte Ariſtot. 7. Polit. cap. 14. Dextre vero judicantes non externa ſpecie, ſed dotibus animi maxime, æſtimant homines.

30 *Haud dubitavit*] Diverſum plane narrat Arrianus, Alexandrum juſſiſſe reginæ nunciare, *ſe ad eam generandæ prolis cauſa proſecturum.*

Redditurum] Ex more Amazonum, ſi fides Philoſtrato in fine Heroïcorum, & Iornandi de reb. Get. cap. 7. propius vero, quam alii, qui debilitaſſe eas mares liberos aut interfeciſſe tradunt. Cui affine eſt quod narrat M. Paul. Venetus 3. 37. de duabus inſulis inter Soccoteram & Cheſmacoram, quarum incolæ Chriſtiani ſint: nam alteram earum à viris, alteram à mulieribus habitari: has nunquam inſulam virorum ingredi: illos autem quotannis per tres menſes quemvis cum uxore ſua degere, dehinc ſua in loca reverti. Liberos mares apud matres ad duodecimum uſque ætatis annum educari, poſtea ad patres transmitti. *Idem.*

31 *Cauſata*] Cedrenus tamen ait, Alexandrum eam *ſociam belli adſciviſſe.*

31 *Acri-*

verabat, *ne a se inritam spei pateretur abire.* Acrior ad 32
Venerem feminæ cupido quam regis, ut paucos dies subsisteret, perpulit. XIII dies in obsequium desiderii ejus absumpti sunt. Tum illa regnum suum; rex Parthienem petiverunt.

INTERPRETATIO.

b *Spe sua frustratam discedere permitteret.*

NOTÆ.

32 *Acrior ad Venerem femina cupido*] Hæc fidem fecit dicto veteri de levibus feminis amore ardentibus, quod est apud interpretem veterem Iuvenalis in Sat. 6. *Vna uncia libidinis in masculis, undecim in feminis.* quod dictum Tiresiæ attribuit Cælius Rhodiginus lib. 14. Antiq. lect. cap. 14. Confer Scaligerum de Subtilit. exerc. 131. 9.

Quam regis] *Ob immodicam forte illam vini appetentiam, ad Venerem ideo proclivis non fuit, quoniam, ut explicat Aristoteles in quæstionibus physicis* (quæst. 11. & 32. sect. 3.) *hominum ejusmodi genitura in aquam eliquescat. Hieronymus in Epistolis Theophrastum referre tradit, Alexandrum ad Venerem ignavum fuisse. Cum ergo mater Olympias curasset, &c.* Athenæus 10. 10. Cui adde Plutarch. Sympos. 1. 6.

XIII *dies*] *Trogus* XXX *scribit: quod tempus ad conceptum deprehendendum magis idoneum fuisse mihi videtur, quam quod Curt. posuit.* Sabel Ennead. 4. 5. Sed hodie etiam apud Iustinum *tredecim dies* eduntur: & Diod. 17. 77. cum Curtio consentit.

Regnum suum] Placet hic adnotare, quod alibi non reperi, ex Mart. Capellæ lib. 9. de nupt. Philol. *Quid Amazones? nonne ad calamos arma tractabant? quarum una, quæ concipiendi studio venerat, cum Alexandrum salutaret, donata tibicine, ut magno munere, gratulata discessit.* Freinsh.

Digitized by Google

CAP. VI.

Macedones Alexandri offenduntur moribus, qui ut seditionem averteret, ad bellum Besso inferendum mentem convertit. quod & strategemate inchoat: ac Satibarzanem, quod defecisset, primum persequitur: Babaros a montibus dispellit: Artacacnam expugnat.

1 HIc vero palam cupiditates suas solvit; continentiamque & moderationem, in altissima quaque fortuna eminentia bona, in super-
2 biam ac lasciviam vertit. Patrios mores disciplinámque Macedónum regum salubriter temperátam, & civilem habitum, velut leviora magnitudine sua du-

INTERPRETATIO.

a *Popularem* vivendi *modum.*

NOTÆ.

1 *Hic vero palam cupiditates suas*] Concinunt in hanc rem præter proprios hujus historiæ conditores, Athenæus lib. 12. *Alexander Asia subjugata Persica stola est usus.* & mox: *Ephippus scribit, Alexandrum sacras etiam vestes in convivio gestasse, nunc quidem Ammonis purpuream, per ambitum divisam, & cornua, tanquam deum: nunc vero Diana, cum curru veheretur. sæpius sub extima veste stolam Persicam ostentasse, ab humeris superne; eum arcu, & sibyne: aliquando & indumentum Mercurii: cetera, ferme quotidie chlamydem purpuream, tunicam albo distinctam: tiaram, quæ diadema regium sustineret: & amicis ad eum convenientibus, talaria, petasum in capite, in manibus caduceum, nonnunquam leonis pellem, & clavam, ut Herculem.* Ioannes Antiochenus in excerptis Valesii: *Alexander Macedo extincta Persarum dominatione, atque occiso Dario, mente corruptus ad voluptates corporis declinavit. Nam & Persicam vestem induit, ac decem mille juvenes corporis custodes habuit. ac trecentis pellicibus est usus: adeo ut Macedonici imperii forma in Persicam migrasse videretur.* Ælian. hist. var. 9. 3. post descriptionem tabernaculi custodumque ejus: *neque quisquam facile ad regem accedere audebat. Magnus enim timor existebat ex eo, quod superbia & fortuna in tyrannidem elatus esset.* De tabernaculo ejus barbaricæ opulentiæ, luxu decantatissimo, varii passim: quibus jungi potest Plinius 34. 8. *Idem.*

Continentiamque & moderationem] Idem Tullii judicium pro Dejotaro, modestiam & temperantiam non privatas solum, sed & regias virtutes esse. Eo vero commendatiores erunt hæ virtutes magnatibus, quo proclivior in maximæ fortunæ abusu ad libidinem ac superbiam lapsus est. *Lucenius.*

2 *Civilem habitum*] Vide quæ huc pertinentia veterum monita affert Iustus Lipsius lib. 3. Civilis Doctrinæ cap. 15. & in Notis ad idem illud caput: ubi etiam ex Synesio addocet, plerosque illos veteres leviter & sine cura seipsos habuisse, non ab apparatu, sed ab animo reges; & introrsum à plebe differentes, extrorsum vel gregariis similes visos. Cujus quidem Synesii verbis fidem asserunt, apud

ducens; [a] Persicæ regiæ, par deorum potentiæ fastigium æmulabatur. Iacere humi venerabundos pati 3
cœpit; paulatimque servilibus ministeriis tot victores gentium imbuere, & captivis pares facere expetebat. Itaque purpureum diadema distinctum albo, 4
quale Darius habuerat, capiti circumdedit, vestemque Persicam sumpsit; ne omen quidem veritus, quod à victoris insignibus in devicti transiret habitum. & ille se quidem Persarum spolia gestare dice- 5
bat: sed cum illis quoque mores induerat; superbiamque habitus animi insolentia sequebatur.

[b] Lite-

INTERPRETATIO.

a *Persicorum regum arrogantiam divinæ magnitudini se exæquantem imitabatur.*

NOTÆ.

apud Xenophontem, Plutarchum, Corn. Nepotem, & alios, Agesilaus, Aristides, Epaminondas & Phocion: apud Q. Curtium Alexander Magnus, antequam in externos desciscceret: apud Polybium, Philopœmen: apud Livium Hieron, ejusq; filius Gelon, reges Syracusani: apud Suetonium Augustus; apud Tacitum Vespas. Ac ne longum faciam, tales exinde exstitere fere optimi Principum, Trajani, Adriani, Antonini, Pertinaces, Severi, Alexandri, &c. *Virdung.*

3 *Pati cœpit*] Sic edidi, Veteres sequutus. quæ verba recentiores sine causa eliminarunt, cum potius extrema hujus periodi vocula *expetebat*, ejicienda foret. *Freinsh.*

4 *Vestemque Persicam*] Quam eandem fuisse cum Medica, quantum quidem tum temporis regium ornatum contingebat, facile ostendi potest. ut argutari videatur Plutarchus, alias quoque amori hujus regis nimium deditus, in excusationem ejus adferens, non Medicum vestitum, quod plane barbaricus esset, adsciviisse, sed eum cum Persico temperasse, quasi hic minus barbaricus fuerit. Olim certe Persas Medis frugaliores fuisse, in confesso est; sed nemo negat, cum imperio & luxum ad eos transisse. Xenophontem fine Cyropæd. & Strab. l. 11. circ. fin. vide. Atq; hinc est, ut nihil referre putarint auctores, Medicam eam vestem appellarent, an Persicam. Immò Arrianus, acerrimi vir judicii, interdum *Medicam* vocat, ut 4. Interdum *Persicam*, ut 3. Et Ælianus, quam, hist. var. 1. 32. *Medicam stolam*; eam, 1. 32. *Persicam* appellat. *Freinsh.*

Ne omen quidem veritus] Sensum hunc attigit & Iustin. 12. 3. *velut in leges eorum quos vicerat, transiret.* Arrian. 4. *Cidarim Persicam, iis quos prælio vicerat ademptam, cum eo ornatu, quem ipse olim victor gestare solebat, commutare non erubuit.* Tertullian. de pallio cap. 4. *vicerat Medicam gentem, & victus est Medica veste: triumphalem cataphractam amolitus, in captiva sarabara decessit.* Pertinet huc Polybii judicium 9. 10. *Quoties aliquis relictis populi vincentis institutis, eorum qui vincuntur mores æmulatur, sine controversia dici potest, delictum hoc versari ejus qui ita faciat: quum præsertim simul illa subeunda sit, quæ talia solet comitari, invidia: res una omnium maxime potentatus proditis fugienda.*

5 *Superbiamque habitus animi, &c.*]

6 Literas quoque, quas in Europam mitteret, veteris annuli gemma obſignabat: iis; quas in Aſiam ſcriberet, Darii annulus imprimebatur; ut appareret, 7 unum animum duorum non capere fortunam. Amicos vero & equites, cumque his principes militum, aſpernantes quidem, ſed recuſare non auſos, Per-

INTERPRETATIO.

a *Vnius mentem non ſufficere utriuſque imperio.*

NOTÆ.

Exemplum in Herode Act. 12. 21. in Hieronymo Hieronis Syracuſanorum regis nepote, de quo Livius lib. 21. *Superbum ejus habitum convenientes ſequebantur mores.* Et Tacitus: *Serica veſtis viros fœdabat.* Superbia autem illa non in filo aut lana, non in veſte hominis, ſed ipſo homine ſita eſt: ſi cum novo & inſolenti habitu, ut ſæpe fit, novus ac inſolens induatur animus, aut hic in illo oſtentetur. *Loccenius.*

6 *Literas*] Huic affine eſt quod Plut. in Phocione cap. 22. & Ælian. hiſt. var. 1. 25. narrant, *nulli, per Phocionem cum ſcriberet, τὸ χαίρειν*, id eſt, ſalutem, *appoſuiſſe.* Alexand. in diebus Genial. & Antipatrum addit. Simillimum autem, quod, Polyæno 4. 3. teſte, *ſi in Macedonibus, aut etiam Græcis judicium exercerat, mediocre vulgareque ſorum probabat: ſin inter barbaros, ſplendidum & imperatorium.* Item quod *cernens Hephæſtionem ad inſtitutum ſuum ſe accommodantem, Craterum vero patriis inſiſtentem moribus, hoc interprete Græcis & Macedonibus reſponſabat, illo barbaris.* Plutarch. cap. 83. Hujus rei vera cauſa fuit, quod nondum volebat ſupra Græcos & Macedonas, libertati aut civili imperio adſuetos, tam ſuperbo & dominico verius quam regio faſtigio ſe efferre. Sed ita *paulatim*, ut loquitur ſupra, ſibi ſtruebat gradum, ut quæ in aliis diu vidiſſent, poſtea in ſe quoque experirentur, non ita haberent pro novo & inaudito more. Populos enim illos, tot per annos civiliter habitos, non audebat ad duriora ſubito vertere. Sic fere Auguſtus in provinciis templa ſibi decerni paſſus eſt: *in urbe pertinaciſſime abſtinuit hoc honore.* Sueton. Aug. 52. immo & in Italia, ſecundum Dionem lib. 54. abſtinuit. *Freinsh.*

Darii annulus imprimebatur] Briſſon. lib. 1. conſule, & Kirchm. de annulis cap. 6. de Philippi ſigillo Plut. cap. 14.

Vnum animum duorum, &c.] Par illud Taciti: *Vnum imperium, unius animo regendum.*

7 *Aſpernantes*] Non tamen omnes: quippe certum eſt, Peuceſtam. non ſpreviſſe. Ceterum valde hic pugnant auctores. Iuſtinus 12. 3. 9. cum noſtro conſentit, amicos Alexandri Medicas veſtes accepiſſe. Verum Arrianus & Diodorus ſcribunt, unum omnium Macedonum Peuceſtam Perſicum habitum ſumpſiſſe: & ipſi nonnihil inter ſe diverſi. Nam Arrian. extremo lib. 6. ſcribit, eum collaudatum *receptæ Medicæ veſte*; ſic enim potius interpretandum, quam cum aliis *mutatæ*. forte in ipſo quoque textu *με τα ἐσθῆτι* potius *μὴ Μηδικῆν* ſcribendum eſt, quam *μετα ἐσθῆτι*, niſi forte & hoc eundem ſenſum reddat, ut Latinorum *mutare*. Curtius ſupra 3. 7. *exilium patriæ ſedes mutaverat.* hoc eſt, relicta patria in exilio remanſerat. ſic etiam mutare Medicam veſtem fortaſſe recte dixeris; durum tamen certe eſt. At Diod. 19. 14. ait dici *Alexandrum hunc ſoli ex Macedonibus induiſſe, ut Perſicam geſtaret ſtolam.* qui ſi ita ſcripſit, falſus eſt. Sed quod hi de *ſolo* Peuceſta narrant, confutat Plut. cap. 83. qui Hephæ-

Perſicis ornaverat veſtibus. Pellices CCC & LX, 8
totidem quot Darii fuerant, regiam implebant; quas ſpadonum greges, & ipſi muliebria pati adſueti, ſequebantur. Hæc luxu & peregrinis infecta moribus 9
veteres Philippi milites, rudis natio ad voluptates, palam averſabantur; totiſque caſtris unus omnium ſenſus ac ſermo erat, *plus amiſſum victoria, quam bello quæſitum eſſe. Tum maxime vinci ipſos, dedique* 10
alienis moribus & externis: "tantæ moræ precium, domos quaſi in captivo habitu reverſuros. pudere jam ſui, regem victis quam victoribus ſimiliorem, ex Macedonia im-

INTERPRETATIO.

a Pro *tam diuturnæ expeditionis præmio.*

NOTÆ.

phæſtionem ea quoque inſtituta ſequutum ait, adjecta inſigni veritatis nota, ea de cauſa Alexandrum ad reſponſa barbaris danda, illo potiſſimum interprete uſum. Porro etiam diu ante Alexandrum, *Pauſaniam abjecto popularium & gentilium pallio ſtolam Perſicam induiſſe*; & mox ejus exemplo Alcibiadem, apud Athenæum libro 12. traditur. Aliis etiam Græcis, ſi legationem apud Regem obirent, ſolebat dono dari Medica ſtola. Auctor Ælian. hiſt. var. 1. 22. *Idem.*

8 *Pellices* CCC *&* LX] Ad numerum dierum anni: in tot enim dies annum Perſæ dividebant. Diodor. 17. 77. *Concubinas inſuper, prout Darius conſuevérat, circumducere ſecum capit: quarum turba dierum numero haud inferior erat.* Hic tamen obſerva, Curtium de annis Perſarum inconſtanter loqui, aut certe mendum chartas ejus occupaſſe. nam ſupra 3. 3. 10. numerat diſtincte 365 dies, cum dicit: *Magos trecenti & ſexaginta quinque juvenes ſequebantur, purpureis amiculis velati, diebus totius anni pares numero.* Hoc capite rurſus pellices 360 rotundo numero poſuit. Ita quinarium vel neglexit, vel certe ſibi ipſe non conſtat. *Raderus.* Scaliger de emend. temp. lib. 3. docet, Perſis, Chaldæis, Armeniis, Syriis, Hebræis, Ægyptiis, unum eundemque annum fuiſſe, numero dierum parem noſtro. Unde videretur hoc in loco Curtii vitium eſſe ſcripturæ, niſi defendi poſſet eo, quod tantum numerum pellicum hic indicaverit, nullo ad dies anni reſpectu habito. Et quamquam hoc Diodorus fecerit, neceſſe tamen non eſt idem & in Curtio tradi. Accedit quod & ab aliis, quorum ad lib. 3. habita eſt mentio, in pellicum numero variant. Ergo nihil hic muto. Quamvis & Reineccius in regno Macedonico Diodori verba de 365 pellicibus accipiat: cujus verba adpingam. *Concubinas Diodorus Alexandro tribuit 365. in quibus commemorantur: Thaïs Attica, quæ poſtea nupſit Ptolemæo Lagi: Campaſpe Larifſæa, Æliano Pancaſta: qui quidem addit, eam primam fuiſſe meliorum, cujus commercio Alexander uteretur. Hanc conceſſit poſtea Apelli, &c.* Plin. 35. 10. vide *Freinsheim.*

9 *Plus amiſſum victoria*] Licet multum lucreris felici bello, plus tamen amittis victoria non recte uſurpara. Vere dictum Salluſtio de Republ. ordinanda: *Qualicunque modo victorium compeſueris, ita alia omnia futura.* Loccenius.

11 *imperatore Darii Satrapen factum.* Ille non ignarus, & principes amicorum, & exercitum graviter offendi, gratiam liberalitate donisque recuperare tentabat. sed, opinor, liberis precium servitutis ingratum
12 est.. Igitur ne in seditionem res verteretur; [a]otium interpellandum erat bello; cujus materia opportune
13 alebatur. Namque Bessus veste regia sumpta, *Artaxerxen adpellari se* jusserat; Scythasque & cæteros Tanaïs accolas contrahebat. Hæc Satibarzanes nunciabat: quem receptum in fidem, regioni, quam
14 antea obtinuerat, præfecit. Et quum grave spoliis adparatuque luxuriæ agmen vix moveretur; *suas primum*,

INTERPRETATIO.

a *Quies interrumpenda erat* renovato *bello*, *cujus occasio commode parabatur.*

NOTÆ.

11 *Gratiam liberalitate donisque recuperare tentabat*] Sed Philippus Alexandrum filium eo nomine reprehendit apud Tullium 2. Offic. *Quæ tu malum*, inquit, *ratio in istam spem adduxit, ut eos fideles putares fore, quos pecunia corrupisses, & ad amorem tui compulisses? id à charitate præstatur.* Largitio quidem, si absit à suspicione corruptionis, nec sit extorta; & in tempore & cum judicio erga bene meritos exercita, multum quidem valet ad conciliandum animos. sed ne licentiam vulgo cuivis sceleri præbeat, severitate disciplinæ temperatam esse oportet. Lucullus in hoc rigidus, in altero nimis remissus, milites in quiete & amore tenere nequivit. Dio lib. 52. Confer Bœcl. in Velleium pag. 131. 132. *Loccenius.*

Liberis precium servitutis ingratum est] Sic Arminius Taciti 2. 9. *irridet* in flavio fratre *vilia servitutis præmia*: irrisurus quidem haud minus, etiam si majora frater nominasset. Comparavimus olim hunc Curtii locum cum Floro 4. 2. 92. *gravis erat liberis ipsa beneficiorum potentia*, &c. vide ib. Preinsh. Nobile est symbolum egregii populi: *Non bene libertas vel toto venditur auro.* Idem.

12 *Alebatur*] Inepte sic edi vidit Sebisius, qui rescribit *habebatur.* Ab eo abit Freinshemius, ac reponit *debatur.* Ego emendationem utramque non rejicio, propius tamen posteriori accedo. *Blanck.*

13 *Artaxerxen*] Quod nomen ante eum & Ochus adsumpserat; apud Ctesiam. Consilii rationem aperit Justin. 10. 3. *Darii nomine, ne quid regiæ majestati deesset, honoratus.* Sic apud Diodor. in excerptis belli servilis, duo mancipia, alter *Antiochum* se vocari jussit, alter *Tryphonem.* Est enim in ea re nonnihil momenti. adeo ut Regillianum solius occasione nominis ad imperium evectum legamus in Pollionis XXX tyrannis, loco nono. *Freinsh.*

14 *Luxuria agmen*] Illustre exemplum apud Ælian. hist. var. 9. 3. *Perdiccam & Craterum deditos arti pugilandi, sequebantur stadiales magnitudine diphthera, quibus amplissimum locum comprehendebant in castrametationibus, ut in eo se exercerent: sequebatur etiam eos multus pulvis per ju-*

mum, *deinde totius exercitus ſarcinas*, *exceptis admodum neceſſariis*, *conferri* juſſit *in medium*. Planities ſpatioſa erat, in quam vehicula onuſta perduxerant. Exſpectantibus cunctis, quid deinde eſſet imperaturus; *jumenta* juſſit *abduci*; *ſuiſque primum ſarcinis face ſubdita*, *cæteras incendi* præcepit. Flagrabant exurentibus dominis, quæ ut intacta ex urbibus hoſtium raperent, ſæpe flammas reſtinxerant; nullo ſanguinis precium audente deflere, quum regias opes idem ignis exureret. Brevis deinde oratio mitigavit dolorem; habileſque militiæ & ad omnia parati, lætabantur, *ſarcinarum potius*, *quam diſciplinæ feciſſe jacturam*. Igitur Bactrianam regionem petebant. Sed Nicanor, Parmenionis filius, ſubita morte correptus, magno deſiderio ſui adfecerat cunctos. Rex ante omnes mœſtus, cupiebat quidem ſubſiſtere funeri adfuturus; ſed penuria commea-

15 16 17 18 19

NOTÆ.

menta vectus, *qui ad exercitiorum certamina pertinebat*. *Leonnatum & Menelaüm*, *venandi ſtudio deditos*, *aulæa centum ſtadiorum ſequebantur*. *Ipſi vero Alexandro tabernaculum erat centum lectorum ſpatii capax*, &c.

Conferri juſſit] *C. Marius*, inquit Frontius 4. 1. *recidendorum impedimentorum gratia*, *quibus maxime exercitus agmen oneratur*, *vaſa & cibaria militum in faſciculos aptata furcis impoſuit*, *ſub quibus & habile onus*, *& facilis requies eſſet*: *unde & in proverbium tractum eſt*, *Muli Mariani*. *Philippus etiam pater Alexandri*, *cum primum exercitum conſtitueret*, *vehiculorum uſum omnibus interdixit*, *equitibus non amplius quam ſingulos calones habere permiſit*: *peditibus autem denis ſingulos*, *qui molas & funes ferrent in æſtiva exeuntibus*: *triginta dierum farinam collo portare imperavit*. Alexandræi hujus facti meminit & Polyæn. ſtrat. 4. 3. Sic etiam ante Alexandrum Græci à Xenophonte perſuaſi: *Tlauſira tentoriaque cremarunt*. *Deinde vaſa ſuper vacanea cum indigentibus communicant*: *cetera in ignem abjiciunt*. Xenoph. ἀνάβ. lib. 3. Scipionis imperio ad Numantiam *ſcorta*, *calones*, *ſarcinæ*, *niſi ad uſum neceſſaria*, *amputantur*. Flor. 2. 18. *Freinsh.*

15 *Suiſque primum*] Sic apud Tacit. 1. 67. Cæcina legatorum tribunorumque equos fortiſſimo cuique bellatori diſtribuens, *arſus* legitur *à ſuis*.

16 *Sanguinis precium*] Animæ & corporis apud Tacit. 1. 17. *denis in diem aſſibus animam & corpus æſtimari*.

17 *Diſciplina*] Quæ certe valde laborat in militari otio. ſæpius id noſtro tactum graviter exprimit Buchananus hiſt. Scot. lib. 5. ubi de Arcturo. *Fracti voluptatibus Brittones*, *cum ſegnius militiæ munera obirent*, *nec iidem viderentur*, *qui tot præliis Saxones fuderant*, *tantumque per otium luxurioſum viderentur ad temeritatem adjeciſſe*, *quantum de ſeveritate diſciplinæ detraxiſſent*, &c.

meatum festinare cogebat. Itaque Philotas cum II millibus & DC relictus, ut justa fratri persolveret: 20 ipse contendit ad Bessum. Iter facienti literæ ei adferuntur à finitimis Satraparum; è quibus cognoscit, *Bessum quidem hostili animo occurrere cum exercitu: ceterum Satibarzanem, quem Satrapem Ariorum ipse* 21 *præfecisset, defecisse ab eo.* Itaque [a] quanquam Besso imminebat, tamen ad Satibarzanem opprimendum præverti optimum ratus, levem armaturam & equestres copias educit, totaque nocte strenue facto iti- 22 nere, improvisus hosti supervenit. Cujus cognito adventu Satibarzanes cum II millibus equitum (nec enim plures subito contrahi poterant) *Bactra per-* 23 fugit, ceteri proximos montes occupaverunt. prærupta rupes erat, qua spectat Occidentem: eadem qua vergit ad Orientem [b] leniore submissa fastigio, multis arboribus obsita, perennem habet fontem, 24 ex quo largæ aquæ manant. Circumitus ejus XXX & II stadia comprehendit. in vertice herbidus campus. *In hoc multitudinem imbellem considere* jubent: ipsi, qua rupes erat, arborum truncos & saxa ob-

mo-

INTERPRETATIO.

a *Etsi in Bessum* ire *properabat.*
b *Magis acclivi jugo depressa.*

NOTÆ.

20 *Satrapem*] Si hæc vox loco suo maneat, pro sequente *præfecisset*, simpliciter *fecisset*, scribendum judicat Acidalius. Idem quoque pro *Satrapem* non incommode *Satrapia* substituendum opinatur, ac tum verbo *præfecisset* jungendum. Longe melius cum Freinshemio legerem, *Satrapem*, &c. *refecisset*, cum antea Ariorum præfectus fuisset, ut supra in hoc capite dicit. *Blanck.*

24 *Qua rupes erat*] Qua aditus erat ad rupem; vel qua rupes erat, id est, per totam undique rupem, & omnes ejus partes, ut quidem Raderus explicat. Melius Acidalius: *nulla munitione opus rupes ipsa satis arduum munimentum. Contra potius, qua rupes deerat, illic natura deficiente, manu & arte subveniendum fuisse. Sed non ita tamen auctor scripsit. cujus hæc à conjectura nostra non arbitraria, sed certa lectio*, qua rupes federat. *hoc est*, ubi leniore fastigio *erat* submissa, *quomodo paulo ante locutus; in ipsa descriptione.* Bongarsio videbatur post vocem *rupes* aliquid deesse.

16 In-

moliuntur. XIII millia armata erant. In horum 25
obsidione Cratero relicto, ipse Satibarzanem sequi festinat. & quia longius eum abesse cognoverat; ad expugnandos eos, qui edita montium occupaverant, redit. Ac primo *repurgari* jubet, *quidquid ingredi pos-* 26
sent: deinde ut occurrebant inviæ cotes, præruptæque rupes; inritus labor videbatur obstante natura. Ille, 27
ut erat animi semper obluctantis difficultatibus; quum & progredi arduum, & reverti periculosum esset, versabat se ad omnes cogitationes, aliud atque aliud, ita

INTERPRETATIO.

2. *Ut erat ingenio adversus omnia impedimenta pugnante.*

NOTÆ.

26 *Ingredi possent*] Vir doctus corrigit *ingeri*, & accipit de saxis & lapidibus, aliis, quæ barbari in subeuntes ingerere potuissent, ea removeri repurgarique jussisse Alexandrum. Sed quis repurgatoribus iis securitatem præbuit, ut barbari illi placati & propitii aspicerent se exarmari, neque telis suis in ipsos illos repurgatores uterentur? Rectum haud dubie est *ingredi*, ut & Raderus bene sentit. nempe, *qua via patebat, priusquam ad cautes & rupes accederetur, repurgari jubet: exscindi sylvas, fruteta, senticeta, ut non singuli, sed plures una simul incedere possent.* Est ergo hic *quidquid* pro *quousque*, vel *quacunque* positum, aut *quacunque* (loca scil.) Ingredi possent. Quo exemplo supra 3. 9. *quicquid in illis angustiis adiri poterat.* Livius 8. 39. *quicquid progrediebantur, magis magisque turbatos hostes cernebant.* qui hoc *quicquid* alibi reddit per *quoad.* 34. 47. *Boiorum Ligurumque agros populatum esse quoad progredi silva paludesque passa sint.* Iustinus per *quatenus* 12. 10. *Quatenus aut terrarum solitudines prodire passa sunt.* Non ergo est quod Acidalio accedamus defectum hunc locum habenti. Nam ad illud, quod pro argumento adfert, mox dici, Craterum in obsidione Arracacæ relictum fuisse, quod ante nullibi sit expressum, jam supra ad 6. 1. 17. respondimus, multa apud auctores proponi tanquam dicta, quæ intelligenda sint ex consequentibus, disertis verbis non tradita. De repurgando itinere similiter Livius 44. 4. 8. *per invia transgressus praemissis qui repurgarent iter, Attalum & Misagenem, cum sua gentis utrumque auxiliaribus, praesidio esse saltum aperientibus jubet.* Freinsh.

Inritus labor videbatur obstante natura] Quædam ignavis fieri non posse videntur, si difficulter fiant; quæ tamen consilio & pertinaci labore tandem vincuntur & perficiuntur. Si vero quid invita natura tentetur, in tempore desistere præstat, quam inriti laboris ludibrio & impensarum dispendio temere moliri. Quidam hic inanem magnitudinis gloriam captant; ut Caligula, *qui nihil tam efficere concupiscebat, quam quod effici posse negaretur*; non attento quid publice expediat.

27 *Versabat se ad omnes cogitationes, aliud atque aliud, &c.*] Hoc est argumentum perplexæ mentis, rursus ac prorsus meare; ut Varro in Satyra Andabatæ loquutus est: *Mortales multi rursus ac prorsus meant.* Hoc scite Comicus expressit in Phædria, Eunu-

ita ut fieri ſolet ubi prima quæque damnamus, ſubjiciente animo. hæſitanti, quod ratio non potuit;
28 fortuna conſilium ſubminiſtravit. Vehemens Favonius erat, & multam materiam cecideràt miles, aditum per ſaxa molitus. [a] hæc vapore torrida ina-
29 ruerat. Ergo *adgeri alias arbores* jubet; *& igni dari alimenta:* celeriterque ſtipitibus cumulatis faſtigium
30 montis æquatum eſt. tunc undique ignis injectus cuncta comprehendit. flammam in ora hoſtium ventus ferebat; fumus ingens velut quadam nube abſ-
31 conderat cœlum. ſonabant incendio ſylvæ; atque ea quoque, quæ non incenderat miles, concepto igne proxima quæque adurebant. Barbari ſupplicio-rum ultimum, ſi qua intermoreretur ignis, effugere tentabant; ſed qua flamma dederat locum, hoſtis
32 obſtabat. Varia igitur cæde conſumpti ſunt. alii in medios ignes; alii in petras præcipitavere ſe; quidam manibus hoſtium ſe obtulerunt: pauci ſe-
33 miuſtulati venere in poteſtatem. Hinc ad Craterum, qui Artacacnam obſidebat, redit. Ille, omni-

INTERPRETATIO.

a *Hæc* ligna *ardore* Solis *exſiccata erant.*

NOTÆ.

chi a. 4. ſc. 2. *Dum rus eo, capi egomet mecum inter viam, ita ut ſit, ubi quid in animo eſt meleſtia, aliam rem ex alia cogitare.* Et in Pamphilo, Andr. a. 1. ſc. 5. *Tot impediunt curæ quæ meum animum diverſim trahunt.* Et mox: *Dum in dubio eſt animus, paulo momento huc illuc impellitur.* Apud Virgil. Laomedontius heros

Cuncta videns magno curarum fluctuat æſtu:
Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,
In partesque rapit varias, perque omnia verſat.

28 *Inaruerat*] Sebiſius malebat *inarſerat.* Materiem aridam concepiſſe ignem fortuitum: quo viſo Alexander putaverit occaſionem expugnandæ rupis ſibi dari, atque incendio alimenta ſuggeri juſſerit. Id mihi jam minus, quam olim, diſplicèat, reputanti multoties factum narrari, ut ſpontaneo incendio per nimii æſtus vaporem ſylvæ conflagraverint. niſi mox ſequeretur ſtipitibus cumulatis ignem demum injectum. Sed hercle modo etiam *igni dari alimenta* juſſerat, quod qui potuit, ſi nullus adhuc ignis fuit excitatus? *Idem.*

32 *Varia igitur cæde*] Alii legunt *clade.*

33 *Artacacnam*] Variant hic impreſſi codices. In nonnullis eſt, *Artacanam*, in aliis *Artacnam.* quam lectionem ut veriorem ſecuti ſumus, cujus

omnibus præparatis, regis exſpectabat adventum, captæ urbis titulo, ſicut par erat, cedens. Igitur 34
Alexander *turres admoveri* jubet; ipſoque adſpectu territi barbari; è muris ſupinas manus tendentes, orare cœperunt, *iram in Satibarzanem defectionis auctorem reſervaret*; *ſupplicibus ſemet dedentibus parceret*. Rex data venia, non obſidionem modo ſolvit, ſed omnia ſua incolis reddidit. Ab hac urbe digreſſo, 35
ſupplementum novorum militum occurrit. Zoilus D equites ex Græcia adduxerat: III millia ex Illyrico Antipater miſerat. Theſſali equites C & XXX cum Philippo erant: Ex Lydia II millia, & DC pere-

INTERPRETATIO.

a *Gloriam expugnatæ urbis* Alexandro *reſervans.*

NOTÆ.

jus & Plinius in Commentatione Indiæ lib. 6. cap. 13. meminit: tametſi Diodorus 17. 78. hanc urbem ejus regionis inſignem & ſitu munitiſſimam *Chortacana* vocat. Arrian. 3. 5. *Artacoanam*. in qua regia Areorum erat. *Popma.* Cod. Conſtantienſis præfert *Artacana*. apud Strabonem lib. 2. eſt *Arctacana*. *Articaudnam* putant apud Ptolemæum. *Raderus.*

Cedens] Id poſtea quoque Agrippæ præceptum fuit; hominis, elogio Velleii 2. *parendi, ſed uni, ſcientiſſimi*, apud Dion. lib. 49. *Duo hæc, eum qui ſuæ ipſius incolumitatis curam gereret, obſervare; ut negotio præfectus difficultatem rerum ipſe ameliretur* (ſic vertit Lipſ. Polit. 3. 11.): *alterum, ut rei benegeſta nomen iiſdem principibus reſervaret.* Principes enim ſuſpicioſi ſunt, & præterea bellorum decora non ad alium pertinere debere arbitrantur: *& cetera utcunque facilius diſſimulari, ducis boni imperatoriam virtutem eſſe.* Prudens ejus rei idem Agrippa apud Tacit. Agr. 8. *nunquam in ſuam famam geſtis exultavit, ad auctorem & ducem, ut miniſter, fortunam referebat.* Sic & Ioab ad Davidem, Samuel. 2. 12. Joſeph. 7. 7. exemplo, huic Curtiano ſimillimo. Idem Germanorum olim mos: principem *defendere, tueri, ſua quoque fortia facta gloriæ ejus aſſignare.* Tacit. Germ. 14. *Freinsh.* Qui enim fortunam ad imperatorem refert, ut miniſter, fortunam magis ſibi devincit quam imperator. Quippe non manet non noſtrum, quod quia noſtrum, alteri, qui major & ſub quo ſumus, liberaliter imputamus. In laudes ſuas liberalis eſt, qui eas aliis impendit; & fortunæ ſuæ tenax, qui eam in auctorem transfudit. *Boxhornius.*

34 *Iram in Satibarzanem defectionis auctorem reſervaret*] Plut. Apophth. Rom. cap. 34. Pompeius *cum Mamertinos univerſos conſtituiſſet necare, quod ſtetiſſent ab adverſariis, Sthenis injuſte Pompeium agere dixit, quod unum ſontem, multos innocentes occidere vellet, ſe ſolum in culpa eſſe, qui amicis perſuaſiſſet, inimicoſque vi adegiſſet ad factionem Mamertam.* quo dicto ſibi & civitati veniam imperavit.

35 *Ab hac urbe digreſſo, ſupplementum novorum militum occurrit*] Difficilis me hercle locus, & à ſubtiliſſimis varie agitatus. Antequam Alexander Artacacnam in ſuam poteſtatem redegiſſet, ab eaque eſſet digreſſus, ſupplemen-

peregrinus miles advenerant: CCC equites gentis
36 ejuſdem ſequebantur. Hac manu adjecta Drangas pervenit. bellicoſa natio eſt. Satrapes erat Barzaëntes, ſceleris in regem ſuum particeps Beſſo. Is ſuppliciorum, quæ meruerat, metu profugit in Indiam.

NOTÆ.

mentum novorum militum occurrit. Horum duces præcipui Zoïlus & Philippus erant. Theſſali equites cum hoc erant, qui pro novis militibus habentur, quod ab Alexandro Ecbatanis in maritimam oram remiſſi de novo militiæ nomen dediſſent. Peregrinus miles pro pedite habendus, quia alias ſic ab equitibus diſcernitur. *Blanck.* vide Arriani locum 3. 5. 13.

CAP. VII.

Conjurationem in Alexandrum Dymnus Nicomacho, hic per Cebalinum fratrem Alexandro detegit. Hinc mors Dymni, qui ipſe ſibi manus refert.

1 IAM nonum diem ſtativa erant, quum [a]externa vi non interritus modo rex, ſed invi-
2 ctus, [b]inteſtino facinore petebatur. Dymnus modicæ apud regem auctoritatis & gratiæ, exoleti, cui

INTERPRETATIO.

a Ab hoſtium *externorum viribus.*
b *Domeſticorum ſcelere periclitabatur.*

NOTÆ.

1 NON interritus modo] Vulgo, *non tutus modo.* Sed ſtatim ſe prodit ejus lectionis tepor, quamquam Aldi judicio bonæ: ideo mutarunt varie. Acidal. invertit ordinem, *non invictus modo, ſed tutus.* quod quidem meliorem paulo ſenſum habet, atque à Radero receptum eſt. Idem Acidal. ex vet. lectione, *non interritus modo*, cum recenti conjuncta, excudere tentat *intentatus.* Sed hoc à ſcriptura longe abit, & longius adhuc à bono ſenſu. Non enim *intentatus* externa vi fuit. unde enim tot prælia, vulnera, pericula? deinde ridicule hæc opponentur, *intentatus & invictus.* Quidam Mſſ. habere dicuntur, *non territus modo.* Sed vera lectio eſt, *non interritus modo.* Alexandrum nulla vis externa terruit; nec hoc ſolum, ſed etiam ubi ingruiſſet, non vicit. Idem jam petitur domeſticis inſidiis, & quod hoſtes non potuerunt, amici moliuntur. Ita juſta verba ſenſus, & juſtum ordinem verba conſequuntur. Nam *interritum* eſſe, minus eſt, quantum ad hunc locum attinet, quam *invictum.* Multos enim vis hoſtilis etſi non terruit, obruit tamen & oppreſſit. At hunc, quem tantum extulerat animi magnitudo, ut periculum omne deſpiceret; tantum fortuna, ut nulla vi ſuperaretur,

Digitized by Google

cui *Nicomacho* erat nomen, amore flagrabat; obſe-
quio uni ſibi dediti corporis victus. Is, quod ex vul- 3
tu quoque perſpici poterat, ſimilis adtonito, remo-
tis arbitris cum juvene ſeceſſit in templum, *arcana*
ſe & ſilenda adferre præfatus: ſuſpenſumque expecta- 4.
tione *per mutuam caritatem & pignora utriuſque animi*
rogat, *ut adfirmet jurejurando, [a]quæ commiſiſſet, ſilen-*
tio eſſe tecturum. Et ille ratus, nihil, quod etiam cum 5
perjurio detegendum foret, indicaturum, *per præ-*
ſentes deos jurat. Tum Dymnus aperit, *in tertium* 6
diem inſidias regi comparatas, ſeque ejus conſilii forti-
bus viris & illuſtribus eſſe participem. Quibus juvenis au- 7
ditis,

INTERPRETATIO.

a Ea *quæ* Dymnus ipſi *aperiret.*

NOTÆ.

tur, inteſtinum facinus perit. Inducta eſt hæc comparatio ad duplicem finem: ut videamus, nihil in humanis rebus tutum eſſe, &, ut huc trahere liceat verba Livii 30. 44. *qui foris hoſtem non habet, domi invenire:* deinde ut ipſa facinoris magnitudo objiciatur animis, ex præſtantia viri, contra quem admittebatur. Similis illa periodus Ammiani 29. de Valentiniano: *ſecurus interim hoſtium externorum, inteſtinis pene perierat fraudibus.* Freinshemius.

2 *Victus*] Melius cum membranis Modianis *vinctus.* Nam ea metaphora frequens in amoribus. Sic apud Tacit. 4. 10. *corrupta ad ſcelus Livia, Sejanum Lygdi quoque ſpadonis animum ſtupro vinxiſſe.* Ovid.

Ipſe ego prada recens factum modo vulnus habebo,
Et nova captivæ vincula mente feram. Idem.

2 *Pignora utriuſque animi*] Vir Doctus Adverſ. 27. 15. ſuſpicatur leg. *pign. quius utriuſque an.* cui non accedo. Simplicius eſt explicare de benevolentia, utriuſque mutuis officiis teſtata. ſic mox, ut hoc loco *pignora animi* vocat, *benevolentiæ pignus* dixit. Altera ejus conjectura probabilior, qua mox pro *commiſiſſet*, malebat *commiſſa eſſent.* Sed tamen vulgatum rectum eſt: & ejuſmodi temporum enallage alibi quoque in his libris defenditur.

5 *Per præſentes deos*] Nicomachus ratus nihil dicturum, quod cum perjurio, ſeu violato etiam jurisjurandi ſacramento, eſſet aperiendum, jurat per *præſentes deos*, qui in illo templo, ad quod deductus erat, colebantur. Non eſt aſſecutus vim verborum Glareanus, quod ingenue fatetur. Ferebat ita veterum conſuetudo Macedonum, uti ducti ad templum tactis altaribus & ſimulacris jurarent; quod erat per præſentes deos jurare. Iuſtin. 24. 2. *Quo perducto in ſanctiſſimum Jovis templum veterrimæ Macedonum religionis, Ptolemæus, ſumptis in manus altaribus, contingens ipſa ſimulacra & pulvinaria deorum, inauditis ultimiſque execrationibus adjurat, ſe ſincera fide matrimonium ſororis petere.* Videtur & Ovidius de Triſt. 2. 53. ad formulam per præſentes deos jurandi alludere, quamvis Auguſtum alloquatur:

Per

ditis, [a] *ſe vero fidem in parricidio dediſſe* conſtanter ab-
8 nuit, *nec ulla religione, ut ſcelus tegat, poſſe conſtringi.* Dymnus, & amore & metu amens, dextram exoleti complexus, & lachrymans, orare primum,
9 *ut particeps conſilii operiſque fieret. ſi id ſuſtinere non poſſet; attamen ne proderet ſe, cujus erga ipſum benevolentia præter alia hoc quoque haberet fortiſſimum pignus,*
10 *quod caput ſuum permiſiſſet fidei adhuc inexpertæ.* Ad ultimum averſari ſcelus perſeverantem metu mortis terret: *ab illo capite conjuratos pulcherrimum facinus*
11 *inchoaturos.* Alias deinde *effeminatum & muliebriter timidum*, alias *proditorem amatoris* adpellans, nunc ingentia promittens, interdumque regnum quoque, verſabat animum tanto facinore procul abhorren-
12 tem. Strictum deinde gladium modo illius, modo ſuo admovens jugulo; [b] ſupplex idem & infeſtus expreſſit tandem, *ut non ſolum ſilentium, ſed etiam ope-*
13 *ram* polliceretur. namque [c] abunde conſtantis animi, &di-

INTERPRETATIO.

a *Negat ſe fidem obſtrinxiſſe ad* celandam *conjurationem* in regem.

b *Idem orans & minitans* ſimul, *extorſit* ab eo, *ut &c.*

c *Vt erat mente admodum firma.*

NOTÆ.

Per mare, per terras, per tertia numina juro,
Per te præſentem conſpicuumque deum. Rad.

7 *In parricidio*] Acidalius cum Radero non venuſtius tantum, ſed & rectius ſcribendum putat, *in parricidium.* Freinshemius vulgatum tuetur. Ego prioribus accedo, licet librorum auctoritate non ſuffulciatur. Aliquo tamen modo communis lectio ſubſiſtit. *Blanck.*

Nec ulla religione, &c.] Turpis promiſſi aut flagitii fides non ſtringit aut obligat, etiamſi juramentum acceſſerit; quod ſcelere non debet impleri. Confer atur etiam Aulici inculpati cap. 36. §. 7. & Mynſinger. cent. 2. obſ. 78. *Loccenius.* Graviter C. Claudius apud Dionyſ. 9. 19. *Quod ſi vos clandeſtino fœdere obſtrinxiſtis, fidemque mutuæ deos teſtes ac vindices adhibuiſtis (forſitan enim & tale quidpiam à vobis factum eſt) cogitate, fœdus illud, ſi ſervetur, impium eſſe, ut contra patriam acciverentur: ſi vero violetur, piaro. dii enim ad honeſta & juſta, non ad turpia & injuſta pacta adhiberi amant.*

9 *Si id ſuſtinere non poſſet*] Alii leg. *Si id non ſuſtineret.*

13 *Namque*] Optime hæc vox connectit ſequentia ſuperioribus. Reſpondet enim tacitæ objectioni, aut dubitationi, & explicat, quo conſilio ſilen-

& dignus, qui pudicus eſſet, nihil ex priſtina voluntate mutaverat. ſed, *ſe captum Dynhi amore*, ſimulabat *nihil recuſare*. Sciſcitari inde pergit, *cum quibus tantæ rei ſocietatem iniſſet. plurimum referre, quales viri tam memorabili operi admoturi manus eſſent.* Ille, & amore & ſcelere male ſanus, ſimul. gratias agit, ſimul gratulatur; *quod fortiſſimus juvenum non dubitaſſet ſe jungere Demetrio corporis cuſtodi, Peucolao, Nicanori. adjicit his Aphœbetum, Locenum, Dioxenum, Archeppolim, & Amyntam.* Ab hoc ſermone dimiſſus Nicomachus ad fratrem, *Cebalino* erat nomen, quæ acceperat, defert. Placet *ipſum ſubſiſtere in tabernaculo; ne ſi regiam intraſſet, non adſuetus adire regem, conjurati proditos ſe eſſe reſciſcerent.* Ipſe Cebalinus ante veſtibulum regiæ, neque enim propius aditus ei patebat, conſiſtit; operiens aliquem ex prima cohorte amicorum, quo introduceretur ad regem. Forte ceteris dimiſſis, unus Philotas Parmenionis filius, incertum quam ob cauſam, ſubſtiterat in regia.

14 15 16 17 18

NOTÆ.

lentium & operam ſpoponderit ille, quem toto animo ab eo ſcelere abhorruiſſe dixerat. Nihil ergo deeſt ante iſtam particulam, quod putaverat Adverſariorum ſcriptor. *Freinsh.*

17 *Ex prima cohorte amicorum*] *Nam plures fuiſſe amicorum cohortes, & quaſi gradus*, aliis ſcriptorum exemplis docet Lipſius ad illa Taciti 6. 9. *quem Druſo fratri percarum, in cohortem ſuam tranſtulerat.* quem vide. Eundem morem Euſeb. de vita Conſt. 4. 1. reſpexiſſe his verbis, *Comitum alios in primo ordine collocavit, alios in ſecundo, alios item in tertio,* probat Salmaſius ad Follionis Macrinam, in fine. De eodem Sueton. Tib. cap. 46. *tribus claſſibus factis pro dignitate cujuſque, prima ſexcenta ſeſtertia, ſecunda quadringenta diſtribuit, ducenta tertia, quam non* amicorum, *ſed* Græcorum *appellabat.* Vbi vide, an rectius ſit ſcrib. *ſexcena, quadringena, ducena.* Ejus gradus amicos, τοὺς μιγέντας φίλους vocat Plutarch. Alex. cap. 83. Ab his ergo cohortibus nomen diu poſt invenerunt *cohortalini*, de quibus tit. Cod. lib. 12. quod ſcilicet in præſidium cohortibus miniſtrarent. Eſt enim ea rerum humanarum mutabilitas, ut & nomina ſummis rerum hominumve tributa, tractu temporis ſenſim devolvantur ad infimos. Nam ut quiſque propior cuidam dignitati ſibi videtur, ita nomen ejus affectat: & cum hoc à multis fit, tanquam ſede ſua emotum uſque transfertur ad viliores. dum ii qui primi id geſſerant, cernentes, fraudi ſibi eſſe, ſi, quos ordine antiſtent, ab iis nomine non diſtinguantur, nova ſubinde vocabula excogitant: donec omnibus exhauſtis tandem redeatur in orbem. Atque idem in veſtitu animadvertas, ut illuſtrium pompam imitentur nobiles,

gia. huic Cebalinus, [a] ore confuſo magnæ perturbationis notas præ ſe ferens, aperit, quæ ex fratre compererat; & *ſine cunctatione nunciari regi* jubet. 19 Philotas laudato eo, protinus intrat ad Alexandrum; multoque invicem de aliis rebus conſumpto ſermone, nihil eorum, quæ ex Cebalino cognoverat, 20 nunciat. Sub veſperam eum prodeuntem in veſtibulo regiæ excipit juvenis; *an mandatum exſequutus foret* requirens. 21 Ille, [b] *non vacaſſe ſermoni ſuo regem*, cauſatus, diſceſſit. Poſtero die Cebalinus venienti in regiam præſto eſt: intrantemque admonet *pridie communicata cum ipſo rei.* Ille *curæ ſibi eſſe* reſpondit: ac ne tum quidem regi, quæ audierat, aperit. Cœ- 22 perat Cebalino eſſe ſuſpectus. Itaque non ultra interpellandum ratus, nobili juveni, *Metron* erat ei nomen, [c] ſuper armamentarium poſito, *quod ſcelus* 23 *pararetur*, indicat. Ille Cebalino in armamentario abſcondito, protinus regi, corpus forte curanti, 24 *quid ei index detuliſſet*, oſtendit. Rex, ad comprehendendum Dymnum miſſis ſatellitibus; armamentarium intrat. ibi Cebalinus gaudio elatus, *habeo te*, 25 inquit, *incolumem ex impiorum manibus ereptum.* Percontatus deinde Alexander quæ noſcenda erant, ordine cuncta cognoſcit. Rurſuſque inſtitit quærere, *quotus dies eſſet, ex quo Nicomachus ad eum detuliſſet indi-*

INTERPRETATIO.

a *Perturbato vultu.*
b *Cauſam afferens quod Regi non vacaſſet* attendere *ſuæ delationi.*
c *Armamentarii præfecto.*

NOTÆ.

biles, horum plebeii cives: donec illi abſtineant profanato & vulgato jam cultu, aliumque inceptent, idem mox paſſurum. *Freinsh.*

22 *Metron erat ei nomen*] Radcrus cum Acidalio legit, *Metroni*; cum & in Conſtant. Mſ. legatur, *Metron ei*. Idque præferam vulgato, *Metron erat nomen ei*, in quo nulla Curtianæ venuſtatis in oratione diſponenda veſtigia. Ita bis hoc ipſe capite, *Nicomacho erat nomen: Cebalino erat nomen.* Freinsh.

27 *Decurriſſe*] Alii *detuliſſe* legunt.

21 Rex

indicium? Atque illo fatente, *jam tertium esse*; exi- 26
stimans, haud incorrupta fide tanto post deferre quæ audierat, *vinciri eum* jussit. Ille clamitare cœpit, 27
eodem temporis momento quo audisset, ad Philotam decurrisse: ab eo percontaretur. Rex item quærens, *an* 28
Philotam adisset? an institisset ei, ut perveniret ad se? perseverante eo affirmare quæ dixerat; manus ad cœlum tendens, manantibus lachrymis, *hanc sibi à carissimo quondam amicorum relatam gratiam* querebatur. Inter hæc Dymnus, haud ignarus quam ob cau- 29
sam accerseretur à rege; gladio quo forte erat cinctus, graviter se vulnerat, occursuque satellitum inhibitus, perfertur in regiam. Quem intuens rex, 30
quod, inquit, *in te, Dymne, tantum cogitavi nefas; ut tibi Macedonum regno dignior Philotas me quoque ipso videretur?* Illum jam defecerat vox. itaque edito gemitu, vultuque à conspectu regis averso, subinde collapsus exstinguitur. Rex, Philota *venire in regiam* 31
jusso, *Cebalinus*, inquit, *ultimum supplicium meritus, si in caput meum præparatas insidias biduo texit;* [a] *hujus criminis reum Philotam substituit: ad quem protinus indicium detulisse se adfirmat. quo propiore gradu amicitiæ me contingis, hoc majus est dissimulationis tuæ facinus;* 32

& ego

INTERPRETATIO.

a *Philotam suo loco reum sceleris fecit.*

NOTÆ.

28 *Rex item quarens*] Forsan *iterum*. Acidalius. Quem sequutus Raderus sic expressit. Sed certe fuit *item item*, hoc est, *identidem*, ut nunc malunt scribere. Sæpius enim quæsiit, ut solet, ubi objicitur animo res inopinata, & minime exspectata. *Identidem* est subinde, repetitis vicibus. sic infra 6. 9. *Soletis identidem à me petere.* Firmat emendationem & quod sequitur: *perseverante eo affirmare.* quod arguit, non semel interrogatum fuisse. *Freinsh.*

Carissimè] Vt patet ex Plutarcho cap. 16. & 19.

32 *Hoc majus est dissimulationis tuæ facinus*] Infra in sua orat. ad milites Alexander: *Subest nimirum silentio facinus.* Qui conscius est conjurationis, & vel dolo dissimulat, vel negligentia transmittit, quod ad Regis caput spectat, majestatis quoque reus censetur, etiamsi ex eo audierit, de cujus fide dubitare queat. Vide Isocrates orat. 3. ad Nicoclem ait, Eadem pœna dignos esse supprimentes hujusmodi facinus,

& ego Cebalino magis, quam Philotæ id convenire fateor. Faveniem habes judicem, ſi quod admitti non oportuit,
33 *ſaltem negari poteſt.* Ad hoc Philotas haud ſane trepidus, ſi animus vultu æſtimaretur, *Cebalinum quidem ſcorti ſermonem ad ſe detuliſſe; ſed ipſum tam levi auctori nihil credidiſſe* reſpondit; *veritum ne jurgium inter amatorem & exoletum, non ſine riſu aliorum, de-*
34 *tuliſſet. Quum Dymnus interemerit ſe ipſum, qualiacumque erant, non fuiſſe reticenda.* complexuſque regem, orare cœpit, *ut præteritam vitam potius quam culpam, ſilentii tamen, non facti ullius, intueretur.*

Haud

NOTÆ.

qua facinoroſos. Quantum enim in illis eſt, ſilentio vires conjurationi addunt; quamvis ipſius facti non ſint forte participes. Vide lib. 5. §. 6. Cod. ad leg. Iul. Majeſt. lib. 6. D. de pœnis, & Elberti Leonini Conſilium 89. n. 3. Scip. Gentilis de Conjur. lib. 1. c. 9. §. conſciis. *Lectem.*

33 *Vultu*] Seneca Controv. 2. 13. *Magna conſilia non bene vultus tegit.*

Levi auctori] non tamen Philotæ conveniebat ponderare auctoritatem indicis, ſed regi, ad quem illum audita detuliſſe oportuit. Nam levibus momentis ſumma verti conſtat, & *vel unius inſidiis patere regem.* Ergo Claudio apud Suet. 37. *Nulla adeo ſuſpicio, nullus auctor tam levis exſtitit, à quo non mediocri ſcrupulo injecto ad cavendum* (haëtenus bene) *ulciſcendumque compelleretur.* Hæc igitur ad Principem deferenda: cujus prudentiæ eſt diſpicere, quam ſimilitudinem veri habeat indicium. Qua in re laudabilis eſt Iuliani prudentia, apud Marcell. 22. 23. A quo delator ejuſmodi, qui municipem quendam rerum novarum apud Imp. arguebat *juſſus eſt ut* vilis, *ardua rei* vilem *incuſans, abiret tacitus & innoxius.* Freinsh.

34 *Non fuiſſe reticenda. complexuſque regem*] Valde hic feſtinantur omnia, defenſio, objectorum remotio, preces, complexus etiam; atque interim nullæ Alexandri partes. Ego nihil video, quod mutare ſententiam cogat, qui olim ante verba, *cum Dymnus*, aliquid intercidiſſe credidi. Nam quomodocumque interpreteris, non ſane cohæret oratio, & omnino non omiſit Curtius interſerere verba regis. Deinde quid hoc, *quod nulla dum impetrata venia in amplexus regis ruit?* itane ſolent ſupplices, quibus læſæ majeſtatis crimen intenditur? Si genua complecti feciſſet, ſcirem quid diceret. At hoc, quod dicit, valde dubito, an licuerit etiam *cariſſimo quondam amicorum.* Ipſe quidem infr. 6. 10. 11. non regem ſe amplexum dicit, ſed *dextram* ejus. Sane pro Tiridate magni regis fratre, rege ipſo, anxie paciſcebantur Parthi apud Tac. 15. 31. *ne complexu provinciæ obtinentium arceretur.* Severus teſte Spartiano c. 2. *quum eum quidam municipum ſuorum Leptitanus, præcedentibus faſcibus, ut antiquum contubernalem, ipſe plebeius, amplexus eſſet, fuſtibus eum ſub elogio ejuſdem pravitatis cecidit, Legatum P. R. homo plebeius temere amplecti noli.* Tanti amplexus præſidum æſtimabatur erga provinciales: immo erga regem exterum. Idne temere licuiſſet ſubdito adverſus ſuum regem, eumque Alexandrum, ſupra mortale faſtigium ſe efferentem, nec jam Philippi, ſed Hammonis filium? Ego geminas hic lacunas intercedere ſuſpi-

Haud facile dixerim, crediderítne ei rex, an altius 35
iram suppreſſerit; dextram reconciliatæ gratiæ pignus obtulit; & *contemptum magis, quam celatum indicium esse videri sibi* dixit.

NOTÆ.

suſpicor; alteram ante *cum Dymnus*; alteram ante *complexusque*. Idem.

35 *Haud facile dixerim*, &c.] Sed vero est similius, quod altius iram suppreſſerit, dum ut paulo infra narrat auctor, *non cunare modo, sed etiam familiariter colloqui cum eo, quem damnaverat, sustinuit*. Similia de simulato Tiberii affectu erga Libonem majestatis accusatum: *Interim Libonem ornat prætura, convictibus adhibet, non vultu alienatus, non verbis commotior; adeo iram condiderat*. Iram Principes hic supprimere sueti, vel quod nolunt statim videri errasse in eo amando, qui nunc odio dignus haberi cœpit. Vel si se prorsus indignum Principis amore fecerit, ante rem non penitus exploratam; vel potentiæ amici metum restinctum, immatura adhuc videtur ulciscendi puniendive occasio. *Locenius.*

Videri sibi dixit] Si tollas illud *sibi*, ex vulgari usu vocem *videri* transfers ad forensem, quo & usus Curtius tam hic, quam infra 6. 11. *satis quæsitum videri*. *Videri* enim judicis vox est, causa cognita pronunciantis. Clarum id ex Cicer. Academ. quæst. 2. ubi, *quæ jurati judices cognovissent, ut ea non esse facta, sed ut* videri *pronunciarent*, à majoribus institutum ait. Sic apud Festum; *parum cavisse* videri *pronunciat magistratus, cum de consilii sententia capitis quem condemnaturus est*. Sic intelligendus Cassius apud Tacit. 14. 43. *Pronunciemus ultro, dominum jure cæsum videri*. l. 4. C. ad l. Corn. de Sicar. *cum qui inferenda cædi voluntate præcesserat, jure cæsum videri*. Plin. 14. 13. *Cn. Domitius judex pronunciavit, mulierem videri plus vini bibisse, quam valetudinis causa*. Vide omnino Cujac. observ. 3. 26. *Idem.*

CAP. VIII.

Amicorum regiorum consilio Philotas, Parmenionis filius, conjurationis auctor & particeps creditus, capitur, ac velato capite in regiam abducitur.

ADVOCATO tamen consilio amicorum, cui 1
tum Philotas adhibitus non est, *Nicomachum introduci* jubet. Is eadem, quæ detu- 2
lerat ad regem, ordine exposuit. Erat Craterus regi carus in paucis, & eo Philotæ ob æmulationem di-

NOTÆ.

2 IN *paucis*] Adeo ut æquipararet cum Hephæstioni, quem quantum dilexerit, satis ostendit Curtius infra, 10. 4. hunc φιλαλέξανδρον, *Alexandri amantem*, Craterum φιλοβασιλέα *regis amantem* appellans. Plutarch. c. 83. Diodor. 17. 114. *Idem.*

Philotæ ob æmulationem dignitatis ad-

3 dignitatis adverſus. neque ignorabat, ſæpe Alexandri auribus [a] nimia jactatione virtutis atque operæ gravem fuiſſe: & ob ea non quidem ſceleris, ſed
4 contumaciæ tamen ſuſpectum. Non aliam [b] premendi inimici occaſionem aptiorem futuram ratus, odio ſuo pietatis præferens ſpeciem; *Vtinam*, inquit, *in*
5 *principio quoque hujus rei nobiſcum deliberaſſes. Suaſiſſemus, ſi Philotæ velles ignoſcere, patereris potius ignorare eum quantum deberet tibi; quam uſque ad mortis metum adductum, cogeres potius de periculo ſuo, quam de tuo cogitare beneficio. Ille enim ſemper inſidiari tibi pote-*

INTERPRETATIO.

a *Nimia oſtentatione fortitudinis meritorumque* ſuorum odioſum fuiſſe.

b *Perdendi Philotæ opportunitatem.*

NOTÆ.

verſus] Quid frequentius in aula, quam odium ex æmulatione dignitatis? contra eum remedia in Aulico inculpato Paſtorii cap. 20. vide.

3 *Jactatione virtutis*] Idem attulit perniciem Silio: de quo Tacit. 4. 18. *Credebant plerique auctam offenſionem* (Tiberii) *ipſius intemperantia, immodice jactantis, ſuum militem in obſequio duraviſſe, cum alii ad ſeditionem prolaberentur.* De Philotæ jactantia etiam apud Plutarch. cap. 86. cum apud Damaſcum recepta eſſet præda. quo tamen loco Plut. fugit ratio, eodem tempore illud, atque hoc, de quo nunc agimus, accidiſſe. Ioſephus 19. 7. de Sila: *in familiaribus colloquiis moleſtus erat regi Agrippæ, interdum extollens ſe immodice, & ſæpe prioris fortunæ adverſitates in memoriam revocans, ut oſtentaret, quam ſtudioſus ipſius cultor fuerit, nunquam non labores in ejus gratiam exhauſtos memorans, &c.* Idem.

4 *Premendi inimici occaſionem*] *Inconſilium atrocius* merito vocat l. fin. C. de malef. & mathem. *proprium inimicum ſub hujuſmodi vindictæ nomine conficere.*

Odio ſuo pietatis præferens ſpeciem] Non ſpecioſior ars tegendi odium quam pietatis & ſtudii erga Principem velum ac prætextus. notum hoc nimis aulis artificium. *Loccen.*

5 *Quantum*] Salutem, famam, dignitatem; quæ omnia incolumia præſtitiſſet rex ignoranti, ſi compertam ſibi conjurationem diſſimulaſſet. *Freinh.*

De periculo ſuo] Plutarch. Artaxerxe cap. 3. de fratre ejus Cyro: *Non acquieſcens illa in provincia, neque indulgentia memor fraterna* (nam inſidianti pepercerat) *ſed vinculorum, ira conſultrice acrius quam ante ad regnum geſtivit.* Scilicet *ingrata res eſt malitia nacta veniam*, ut ait Appianus in Mithridat. de Pharnace, qui obtenta à patre venia, tamen eum ad necem adegit. Sic enim intelligendum, quod ibi legitur: *Ac ne inſidiæ quidem eum fefellerunt, niſi noviſſima: tum quoque ultro circumventus periit.* Senſu auctoris non ſatis expreſſo. qui hic eſt: *Ac ne inſidiæ quidem eum fefellerunt, ne noviſſimæ quidem: ſed ſponte auctorem earum venia proſecutus, per eas periit.* ἐκὼν παρέπλευσε ταῖς ἐπιβουλαῖς. quæ vox poſita videtur pro *ignoſcere.* Hoc enim ab eo factum par-

poterit; tu non ſemper Philotæ poteris ignoſcere. Nec eſt 6
quod exiſtimes, eum, qui tantum facinus auſus eſt, ve-
nia poſſe mutari. ſcit eos, [a] qui miſericordiam conſumpſe-
runt, amplius ſperare non poſſe. At ego, etiam ſi ipſe 7
vel pœnitentia vel beneficio tuo victus quieſcere volet; pa-
trem ejus Parmenionem, tanti ducem exercitus, & in-
veterata apud milites tuos auctoritate, haud multum in-
fra magnitudinis tuæ faſtigium poſitum, ſcio non æquo
animo ſalutem filii ſui debiturum tibi. QVÆDAM 8
beneficia odimus. meruiſſe mortem confiteri pudet. Super-
eſt, ut malit videri injuriam accepiſſe, quam vitam. proinde
ſcio, tibi cum illis de ſalute eſſe pugnandum. Satis hoſtium 9
ſupereſt, ad quos perſequendos ituri ſumus: latus à domeſticis
hoſti-

INTERPRETATIO.

a *Qui gravitate* criminis *clementiam omnem exhauſerunt.*

NOTÆ.

paulo ante, narraverat, & ſeqq. poſtulant. ſtatim enim ſubjicitur ea gnome, *Ingrata res, malitia nacta veniam.* Ergo infr. 7. 2. ſimili fere ſenſu Amyntam & fratres compellat Alexander: *Vos autem, juvenes, malo beneficii mei obliviſci, quam periculi veſtri meminiſſe.* Ergo & Celſum, Galbæ fidum, Otho ſtatim inter intimos amicos accepit, *non quaſi ignoſceret*, ut ait Tacit. Hiſt. 1. 71. Plutarch. etiam Othone c. 1. ſenſu eodem quo Curtius, juſſiſſe ſcribit, ut *cauſa potius oblivioni eretur, quam venia meminiſſet.* Idem.

6 *Nec eſt quod exiſtimes, eum,* &c.] Noſter lib. 7. *Nullis meritis perfidia mitigari poteſt.* ubi vide Notas. Sed & operæ erit, ad hunc locum vidiſſe Cl. Barthium lib. 27. Adverſ. cap. 15.

7 *Parmenionem*] Arrian. 3. ſcribit, propter eum metum maxime interfectum mox fuiſſe Parmenionem.

8 *Quædam beneficia odimus*] Quod fit præſertim in magnis beneficiis, & quæ gravant capientem. Tacit. 4. 18. *Beneficia eo uſque læta ſunt, dum videntur exſolvi poſſe; ubi multum antevenere, pro gratia odium redditur.* De iiſdem Curtius, &c. Lipſius ad iſta Senecæ de benef. 2. 24. *Tutius eſt quoſdam offendere, quam demeruiſſe. argumentum nihil debentium, odio quærunt.* Interdum etiam *gravis eſt ipſa beneficiorum potentia*, ut ait Florus 4. 2. Evenit ergo quandoque, *ut quoſdam habeamus infeſtiſſimos, non poſt beneficia tantum, ſed propter beneficia.* Seneca de benef. 3. 1. Illa beneficia odio ſunt, quæ habent invidioſam cauſam, aut in quibus gratia eſt oneri. Vide Senecam lib. 2. de benefic. cap. 19. lib. 5. cap. 16. Quum Carolus V Franciſco I. Regi Galliæ capto deliberationem inſtituiſſet, an mitioribus an vero durioribus conditionibus cum eo agendum eſſet. Albæ Dux duriores ſuaſit: quod qui eo redacti ſunt, ut eos beneficio opus habuiſſe pudeat, iidem illud ſe accepiſſe indignentur. *Loccen.*

hoſtibus muni. hos ſi ſubmoves, nihil metuo ab ex-
10 *terno.* Hæc Craterus. Nec ceteri dubitabant, *quin conjurationis indicium ſuppreſſurus non fuiſſet, niſi auctor aut particeps. Quem enim pium & bonæ mentis, non amicum modo, ſed ex ultima plebe, auditis quæ ad eum delata erant, non protinus ad regem fuiſſe cur-*
11 *ſurum? Ne Cebalini quidem exemplo, qui ex fratre comperta ipſi nunciaſſet, Parmenionis filium, præfectum equitatus, omnium arcanorum regis arbitrum? ſimulaſſe etiam non vacaſſe ſermoni ſuo regem, ne index alium internun-*
12 *cium quæreret. Nicomachum, religione quoque deum adſtrictum, conſcientiam ſuam exonerare properaſſe: Philotam, conſumpto per ludum jocumque pene tot die,*

NOTÆ.

9 *Hoſtibus*] Illud *hoſtibus* futilis gloſſa eſt librarii, qui *domeſticos* non omnes hic cenſeri putabat; recte quidem, ſi acumen in repetitione ex ſuperiori eadem voce petendum animadvertere potuiſſet. *C. Barthius.*

10 *Suppreſſurus*] Rectiſſima præſumptio, quamquam (ut ſunt res hominum) non ubique certa. Reperitur enim, qui nullo malo conſilio preſſit, ſed ut diligentius rem exploraret. quod de Marcello ſcribit Procopius lib. 3. Goth. in conjuratione contra Iuſtinianum. Sed ibi omnia cum fide prudenter acta, ſimile nihil habent cum Philotæ negotio, cujus ſumma defenſio eſt, *ſe non credidiſſe tam levi auctori.* Cur enim ab ipſius incredulitate, cum ſumma negligentia conjuncta (ut jam abfuiſſe dolum largiamur) incolumitas regis pendeat? Certe legi Iuliæ olim æquum viſum eſt, in adulterio uxoris diſſimulato *puniendum eſſe maritum, cum excuſare ignorantiam ſuam non poteſt, vel adumbrare patientiam prætextu incredibilitatis,* ut eſt in l. 29. de adult. Hoc in privato crimine, ſi cum Majeſtate compares, cujus incolumitati totius reipubl. ſalus innititur. Nullo igitur modo excuſandus eſt Philotas, aut pro inſonte habendus. Iuriſconſultorum aliqui nulla diſtinctione omnes, qui inſidias in principem reticeant, eadem pœna afficiendos putant, qua ſceleris complices *quando maleficium committitur in perſonam, cujus poteſtati debet eſſe ſubjectus* ille qui reſcivit de facinore. Licet autem, pro diverſitate circumſtantiarum, alii atque alii gravius puniendi ſint, merito tamen Impp. in l. Quisquis. §. pemult. C. ad L. Iul. Maj. eandem pœnam interminati ſunt *conſciis*; ut viciſſim indicibus impunitatem & præmia.

11 *Nunciaſſet*] Sola interpunctione lucem reddimus loco parum alias intellecto. Comparationem enim odioſam inſtituit inter quemvis ex vulgo, & Philotam, ea nobilitate, ea apud regem gratia, tot præmiis auctum, tot honoribus: ut appareat, graviſſimum eſſe delictum, quod tamen multiplici nexu regi devinctus, quæ ad caput illius pertinebant, texiſſet: cum alii omnes, quamquam longe minori vinculo adſtricti, pro nefario ſcelere id habiti fuiſſent. *Ne Cebalini quidem exemplo* (ſic enim cum Mſſ. legendum) motum fuiſſe Parmenionis filium. nam hæc ita cohærent, *fuiſſe curſurum? Ne Ceb. quidem exem. qui ex fr. comp. ſi nunciaſſet, Parm. fil. Pr. equ. o. a. regis arbitrum? ſimulaſſe etiam,* &c. Confer Tac. I. 42. *Freinsh.*

14 Quum

die, a gravatum esse pauca verba ad caput regis pertinentia, tam longo & forsitan supervacuo inserere sermoni. At enim non credidisse talia deferentibus pueris! cur igitur extraxisset biduum, tanquam indicio haberet fidem? dimittendum fuisse Cebalinum, si delationem ejus damnabat. IN SUO quemque periculo magnum animum habere; quum de salute regis timeretur, credulos esse debere; vana quoque deferentes admittere. Omnes igitur *quæstionem de eo, ut participes sceleris indicare cogeretur, habendam esse* decernunt. Rex, admonitos, *ut consilium silentio premerent*, dimittit. *Pronunciari* deinde *iter in posterum diem* jubet, ne qua novi initi consilii daretur nota. Invitatus est etiam Philotas ad ultimas ipsi epulas, & non cœnare modo, sed etiam familiariter conloqui cum eo, quem damnaverat, sustinuit. Se-

13 14 15 16

INTERPRETATIO.

a *Non esse dignatum.*

NOTÆ.

14 *Quum de salute regis timeretur*] Imitabimur hic liberos de salute parentum interdum nimis sollicitos: quod tamen excusat redundans affectus. Tullius etiam seorsò credit de conjuratione Catilinæ, additque orat. 3. in Catil. *Egò non arbitrabar, in tantis reipub. periculis mihi esse nimiam diligentiam pertimescendam.* Laurentius Medices prudenter dixit; *Nullam suspicionem superfluam putandam, qua vita Principatusque salutem respiceret.* ita tamen, ut suspicio facinoris ad cavendum, facinus ipsum ad ulciscendum valeat. secus atque Claudius Imp. qui hic præceps erat. *Nulla adeo suspicio, nullus auctor tam levis exstitit, a quo non mediocri scrupulo injecto, ad cavendum ulciscendumque compelleretur*, ut refert Sueton. *Loccen.*

16 *Invitatus*] Nec quicquam de mutato regis animo suspicaretur. Domitianus *Alterum summarum* pridie quam in crucem ageret, sibi familiariter in toto assidere jussit, paribus etiam eum de cœna dignatus, securumque & hilarem dimisit. Eadem benevolentiæ signa erga Aretinum Clementem indemnatum exhibuit. Suet. c. 11. Vt & Mithridates tetrarchas Galatiæ uno convivio omnes trucidavit, præter tres qui effugerunt, ut est apud Appianum in Mithridaticis. Absalomus sanctissimi regis degener & impius filius per speciem convivii Ammonem fratrem interemit. *Rader.* Tiberius, tollere constituens *Libonem, ornat præturæ, convictibus adhibet, non vultu alienatus, non verbis commotior; adeo iram condiderat.* Tacit. 2. 28. Idem Asinium sic adortus est. *Quum enim is legatus ad Tiberium venisset convivio acceptus est: literæque ad senatum simul a Tiberio missæ, quibus eum accusabat. ita res inexpectata ac inusitata Galla accidit, ut eadem die Tiberii conviva esset, cum eoque amice compotaret, & in senatu damnaretur: misso etiam ad hoc prætore, qui eum vinctum ad supplicium duceret.* Dio lib. 58.

17 Secunda deinde vigilia, luminibus exſtinctis, cum paucis in regiam coëunt Hephæſtion, & Craterus, & Cœnus, & Erigyius: hi ex amicis; ex armigeris autem Perdiccas & Leonnatus. Per hos imperatum, *ut, qui ad prætorium excubabant, armati vigi-*
18 *larent.* Iam ad omnes aditus diſpoſiti milites; *equites quoque itinera obſidere* juſſi; ne quis ad Parmenionem, qui tum Mediæ magniſque copiis præerat,
19 occultus evaderet. Attarras autem cum trecentis armatis intraverat regiam: huic decem ſatellites traduntur, quorum ſingulos deni armigeri ſequeban-
20 tur. Ii ad alios conjuratos comprehendos diſtributi ſunt: Attarras, cum trecentis ad Philotam *miſſus*, [a] clauſum aditum domus moliebatur, quinquaginta juvenum promptiſſimis ſtipatus. nam ceteros cingere undique domum juſſerat, ne occulto aditu
21 Philotas poſſet elabi. Illum, [b] ſive ſecuritate animi, ſive fatigatione reſolutum, ſomnus oppreſſe-
22 rat; quem Attarras torpentem adhuc occupat. Tandem ei ſopore diſcuſſo quum injicerentur catenæ; *VICIT*, inquit, *bonitatem tuam, rex, inimicorum acerbitas.* nec plura loquutum capite velato in regiam

INTERPRETATIO.

a *Occluſam domus januam convellebat.*

b *Sive fiducia conſcientia* ſecurum, *ſive laſſitudine languentem.*

NOTÆ.

19 *Singulos deni*] Primo electi fuerant decem, quibus maxime fidebatur, ii deinde jubebantur ſinguli denos alios ex amicis notiſque ſuis adſciſcere. Hoc & alibi factum, fiĕtumve. Nam & Xenophon in Cyropæd. & Livius, & alii, ſimilia exempla habent, quod ſatis ſcio. Eſt is *mos militaris, quo vir virum legit*, de quo ad Tacit. H. 1. 18. *Freinsh.*

22 *Vicit*, inquit, *bonitatem tuam, rex*, &c. Ita Florus 4. 2. 93. *Clementiam Cæſaris vicit invidia.* Quod & de ſuis inimicis metuens Demoſthenes ad Athenienſes ep. 2. ſcribit: Μὴ κυρωτέρους ὑμῶν ἰσχύειν τοὺς παρ' ὑμῖν χαρίτος μοι φθόνος. *Ne committatis ut iſtorum odia plus valeant, quam veſtra benevolentia.*

Capite velato] Non ex more quodam,

giam adducunt. Postero die rex edixit, *omnes armati coirent.* Sex millia fere militum venerant: præterea turba lixarum calonumque impleverant regiam. Philotam [a]armigeri agmine suo tegebant, ne ante conspici posset a vulgo, quam rex adloquutus milites esset. [b]De capitalibus rebus vetusto Macedonum modo inquirebat exercitus: in pace, erat vulgi. nihil potestas regum valebat; nisi prius valuisset auctoritas. Igitur primum Dymni cada-

23 24 25

INTERPRETATIO.

a *Sua turma incluseraut Philotam.*

b *Antiquo Macedonum more milites judicabant de criminibus* belli tempore: *in pace* jus hoc *plebis erat.*

NOTÆ.

dam, sed ne agnitus, nondum comperta causa cur comprehensus esset, vulgi ceterorumque consternationem concitaret. *Idem.*

23 *Sex millia*] Quid ita? sex millia tantum habuit sub signis Alexander, cum paulo ante 6. 6. plures sex millibus in supplementum Zoïlo duce acceperit? Codices nonnulli, quod deterius est, tantum quinque millia numerant, & quidem Mss. sed nullum, ut reor, mendum in numero, nullus error in scriptura, si recte attendas. Nam quamvis præceperit rex, ut omnes armati convenirent, intelligendi sunt tamen Macedones potissimum, quorum judicio stabant rei. lege enim Macedonica judicati sunt, non aliorum Græcorum, nec peregrinorum militum, aut mercede conductorum. Interfuere tamen alii, præsertim ex ducibus, non Macedones, ut infra 6. 9. ipse Philotas testatur. Rex ipse Macedones judicaturos affirmat infra 6. 9. eoque rogat Philotam, qua lingua uti velit in dicenda causa. *Raderus*

25 *De capitalibus rebus vetusto*, &c.] Idem suo testimonio firmat Polybius lib. 6. & Cornelius Nepos in vita Eumenis: *Hic, qui defecerant, exercitu* (Macedonico) *suffragium ferente, capitis absentes damnantur.* Hinc mixti status regni Macedonici notas colligit Grotius de jure belli & pac. 1. 3. 20. *Loccen.*

In pace, erat vulgi] Mirum interpretamentum horum verborum est in Radero: Apud Macedonas rex ipse populum seu exercitum foris, plebem domi consulere debebat, in cujus pace, auctoritate, potestate reus erat, donec juberet reum vivere vel mori. At ego sic capiebam, quasi dixisset, *in pace, erat vulgi:* quam tamen voculam pro more suo omisit. *Id*, ea res, nimirum ut judicaret in capitali causa. *In pace*, dixit, hoc est, tempore pacis, vulgi id erat. Exemplum ejus apud Probum, Eumene; *Hic, qui defecerant, exercitu suffragium ferente, capitis absentes damnantur; in his Eumenes.* Idem & Diodor. 18. 37. narrat. *Freinsh.*

Nisi prius valuisset auctoritas] Cicer. offic. 3. de Regulo, qui captivos negabat reddi debere; *Cujus cum valuisset auctoritas:* hoc est, cum persuasisset patribus ita faciundum. Hujus igitur loci sensus hic est: Rex pro potestate necem reo inferre non poterat, nisi prius populo approbasset sententiam.

cadaver infertur, pleriſque, quid patraſſet, quove caſu exſtinctus eſſet, ignaris.

NOTÆ.

Sic apud Sulpic. Sever. lib. 2. hiſt. ſacr. hæc opponuntur: poteſtate *regis uſum, ubi* auctoritate *ſua parum* valuiſſent. Oppoſitio etiam horum vocabulorum fit à Livio, ubi de Romulo agit: *Evander tum ea, profugus ex Peloponneſo, auctoritate magis quam imperio regebat loca.* Auctoritas vero eſt eminentia quædam ſingularis, virtutibus honoribuſque adepta, unde dictis factiſque plurimum defertur. Apud Ciceronem & Tacitum auctoritas plerumque ſenatui tribuitur, apud Plinium etiam Principi. Sic & in inſcript. Brixienſi: EX SENATVS CONSVLTO, ET EX AVCTORITATE CÆSARIS, *Blanckardus.*

CAP. IX.

De conjuratione, adverſus Philotam, expoſtulatoria Alexandri ad milites oratio. coram quibus Philotas adductus, defenſionem parat.

1 REx deinde in concionem procedit, vultu præferens dolorem animi. Amicorum quoque mœſtitia exſpectationem haud parvam 2 rei fecerat. Diu rex demiſſo in terram vultu adtonito ſtupentique ſimilis ſtetit. tandem recepto animo; *Pene*, inquit, *milites, paucorum hominum ſcelere vobis ereptus ſum. Deûm providentia & miſericordia vivo. Conſpectuſque veſtri venerabilis cogit, ut vehementius parricidis iraſcerer; quoniam ſpiritus, immo unus vitæ mea*

NOTÆ.

1 *Haud parvam rei fecerat*] Sic eſſe legendum non dubitabis, cum Variarum libellum introſpexeris. Ego libens etiam præcedens vocabulum mutem, *haud parva rei*. Freinsh.

2 *Veſtri*] Excerpta Vat. Lect. Bongarſ. notant in Mſſ. eſſe *veſtri*: adſcriptumque eſt nomen *Gellius*. opinor, Virum illum Clariſſimum id adnotaſſe, quod pro vera haberet eam lectionem, *conſpectus veſtri*, pro *conſpectus veſter*, & ex Agellio defendere ſtatueret, in cujus Noct. Attic. 20. 6. ejus generis exempla reperiuntur. Atque ſic etiam locum hunc ſcripſit C. Barth. Adverſ. 20. 6. apud quem bonos ſcriptoris hujus Codd. fuiſſe novimus. Item Rubenius Elector. 1. 33. Vt putem, genuinam eſſe lectionem, præ illa editionum, *veſter*. Ita ſupr. 4. 12. dicere maluit *originem ſui* quam *originem ſuam*. Freinsh.

Spiritus] Suppoſititium eſt, libenterque verbum vicarium eidem, *ſupremum*. Ruben. d. l. at Barthius *ſpiritus* legit: ego illud longe præferam, qui ſciam, eo ordine ſæpe conſurgere orationem. *Freinsh.*

4 Au-

meæ fructus eſt, tot fortiſſimis viris, & de me optime meritis, referre adhuc gratiam poſſe. Interrupit ora- 3
tionem militum gemitus, obortæque ſunt omnibus lachrymæ. Tum rex, *quanto*, inquit, *majorem in animis veſtris motum excitabo, quum tanti ſceleris auctores oſtendero: quorum mentionem adhuc reformido; & tanquam ſalvi eſſe poſſint, nominibus abſtineo? Sed* [a] *vin-* 4
cenda eſt memoria priſtinæ caritatis, & conjuratio impiorum civium detegenda. Quomodo autem tantum nefas ſileam? Parmenio, illa ætate, tot meis, tot parentis mei meritis devinctus, omnium nobis amicorum vetuſtiſſimus, ducem tanto ſceleri ſe præbuit. Miniſter ejus 5
Philotas Peucolaum, & Demetrium, & hunc Dymnum, cujus corpus adſpicitis, cæteroſque ejus amentiæ in caput meum ſubornavit. Fremitus undique indignantium 6
querentiumque tota concione obſtrepebat: qualis ſolet eſſe multitudinis, & maxime militaris; [b] ubi aut ſtudio agitur, aut ira. Nicomachus deinde, & 7
Metron, & Cebalinus producti, quæ quiſque detulerat, exponunt. Nullius eorum indicio Philotas [c] particeps ſceleris deſtinabatur. itaque [d] indignatione preſſa vox indicum ſilentio excepta eſt. Tum 8
rex, *qualis*, inquit, *ergo animi vobis videtur, qui hujus rei delatum indicium ad ipſum ſuppreſſit? Quod non fuiſſe vanum, Dymni exitus declarat. Incertam* 9
rem

INTERPRETATIO.

a *Superandus eſt ſenſus prioris* mei in illos *amoris.*
b *Cum amore vel odio incitatur.*
c *Deſignabatur conjurationis ſocius.*
d *Sedata* militum *ira, teſtimonium delatorum auditum eſt* cum *ſilentio.*

NOTÆ.

4 *Autem*] Malo *enim.* Bongarſius.

7 *Particeps*] Ita in Codice Conſtantienſi exaratum eſt, & Modius legit. vulgo *in participes.* Scriptum cum Acidalio reor, *inter participes.* Raderus. Sic mox 6. 9. *inter conjuratos.* Mſſ. lectio eſt *inparticeps.* unde fieri quidem poſſet *in parte capti ſcel.* ſed non placet Freinshemio, ut nec mihi.

9 *Mo-*

rem deferens, tormenta non timuit Cebalinus: Metron ne momentum quidem temporis diſtulit exonerare
10 *ſe, ut eo, ubi lavabar, inrumperet. Philotas ſolus nihil timuit, nihil credidit. ô magni animi virum! Iſte, ſi regis periculo commoveretur, vultum non mu-*
11 *taret? indicem tanta rei ſolicitus non audiret? Subeſt nimirum ſilentio facinus, & avida ſpes regni praecipitem animum ad ultimum nefas impulit. Pater Mediæ praeſt. ipſe apud multos copiarum duces meis*
12 *praepotens viribus, [a] majora, quam capit, ſpirat. Orbitas quoque*

INTERPRETATIO.

a *Plura, quam quorum capax ſit, affectat.*

NOTÆ.

9 *Metron*] Certiſſimam Acidalii correctionem ſequuti ſic edidimus, quod & Raderus jam fecerat. Omnia urgent & poſtulant ita legi: etiam illud, *Philotas ſolus nihil timuit*: quod *ſolus* valde tepidum foret, ſi unum tantum nominaſſet, qui timuerit. Sed robuſtiſſimum hoc, quod dicitur irrupiſſe quidam ad regem, ubi lavabatur; quod non Cebalino, ſed Metroni convenire, ex ipſo Curtio ſatis perſpicue conſtat.

10 *Solus*] Invidioſe hoc & acerbe. Cato apud Salluſt. Cat. in Cæſarem: *Sin in tanto omnium metu ſolus non timet, eo magis refert, me mihi atque vobis timere.*

Nihil timuit] Cave negationem tollas, ni ſententiam deteriorem velis reddere. Cebalinus rem detulit, etiam cum periculo tormentorum, per quæ inquiri poterat, ſi quid in ejus delatione ſuſpectum fuiſſet: quod evincunt etiam illæ voces, *incertam rem deferens.* Niſi enim ſtatim patuiſſent inſidiæ, torqueri potuiſſet, ut cujus ope, conſilio, quibus indiciis tantam rem detuliſſet, cognoſceretur. *Freinsh.*

Iſte] Veram puto lectionem, quam & libri præferunt: *Iſte ſi regis periculo commoveretur, &c.* Longe certe deterior illa: *Iſte regis per. cum moneretur.* Hoc enim vult efficere; Philotæ non eſſe curæ ſalutem regis, atque id deinde trahit in crimen conjurationis.

11 *Et avida ſpes regni praecipitem animum, &c.*] Videtur Curtius ante oculos habuiſſe illud Salluſtii: *Natura mortalium avida imperii, & praceps ad explendam animi libidinem.* quæ & multos præcipitavit.

Meis praepotens viribus] Hic oblitus Alexander arcani politici præceptoris ſui: *Communem regni regiſque tutelam eſſe, non ad unum omnia deferre.* Ariſt. 5. Polit. 11. *Loccen.*

Spirat] Hoc malui, quod calidius eſt, & *avida* illi *ſpei* magis congruit: lentius erat illud vulgatorum, *ſperat.* Freinsh.

12 *Orbitas*] Nam illa contempta, & injuriæ obnoxia, tanquam nullo vindice. Vt contra liberi *ſubſidia* ſunt *dominationi*, ut vocantur Tacito 1. 3.

Τέγγνοι παῖδες, ἴφυμα δόμων. id eſt, vertente Lipſio; *Munimen aulæ regii ſunt liberi.* Suetonius de Galba 17. *Deſpectui eſſe non tam ſenectam ſuam, quam orbitatem ratus, Piſonem, &c. filiumque appellans, perduxit in caſtra.* Et de eodem Tacit. H. 1. 16. *Hac de cauſa Nerva, qui propter ſenectutem minime honorabatur, ſed contemptus erat, in Capitolium conſcendit, ibique magna voce, Quod felix, &c. Trajanum adopto.* Xiphilin. ex Dione.

Quod

quoque mea, quod ſine liberis ſum, ſpernitur. Sed errat Philotas. in vobis liberos, parentes, conſanguineos habeo: VOBIS ſalvis, orbus eſſe non poſſum. Epiſtolam de- 13
inde Parmenionis interceptam, quam ad filios Nicanorem & Philotam ſcripſerat, recitat; haud ſane indicium gravioris conſilii præferentem. Namque 14
ſumma ejus hæc erat: *primum veſtri curam agite: deinde veſtrorum: ſic enim quæ deſtinavimus, efficiemus.* Adjecitque rex, *ſic eſſe ſcriptam, ut ſive ad filios per-* 15
veniſſet; à conſciis poſſet intelligi: ſive intercepta eſſet; [a] falleret ignaros. At enim Dymnus, quum ceteros par- 16
ticipes ſceleris indicaret, Philotam non nominavit. hoc quidem illius non innocentiæ, ſed potentiæ indicium eſt, quod ſic ab iis timetur etiam, à quibus prodi poteſt, ut quum de ſe fateantur, illum tamen celent. Ceterum Philotam ipſius indicat vita. Hic Amynta, qui mihi con- 17
ſobrinus fuit, & in Macedonia capiti meo impias compara-

[a] INTERPRETATIO.

a *Non intelligeretur* ab iis qui *conſcii non erant.*

NOTÆ.

Quod ſine liberis ſum] Annon hæc eſt explicatiuncula vocis *orbitas?*

In vobis liberos, parentes,] Sic Clearchus ad ſuos milites: *Vos mihi patriam, vos amicos, vos ſocios duco; vobiſcum, ubicumque fuero, honoratum me fore exiſtimo.* Xenoph. lib. 1. ἀνάβ. Huc alluſit Thomas Morus eleganti epigrammate:

Princeps pius nunquam carebit liberis:
Totius eſt regni pater.
Princeps abundat ergo feliciſſimus
Tot liberis, quot civibus.

17 *Conſobrinus*] Amyntas Perdiccæ Maced. regis F. fuit ſub tutela Philippi patrui. Filiæ nuptiis ab eo honoratus, Alexandro ſucceſſori vitæ inſidias parat, cæde ejus regnum ad ſe retracturus: quibus detectis, & pœnas ſceleratæ conatus luit, & in amicum Philotam Parmenionis F. occultum Regis odium concitat. *Polyænus* 8. 59. *Juſtinus*, *Oroſius* 3. Curtius pro ſororio *conſobrinum* Alexandri vocat, corruptis haud dubie exemplaribus. *Reinec.* Quod de *conſobrino* apud Curt. dicit, idem & apud Juſt. 12. 6. & Oroſ. 3. 18. exſtat. Ergo nullum in ſcriptura mendum eſt; ſed *conſobrinus* pro patruele ponit; quod à pleriſque, & Trebatio, factum teſtatur Paulus in l. 10. de gradibus. Fallitur ergo & Raderus, qui inde argumentatur, Amyntam Olympiadis ſorore & Ariſba rege Moloſſorum genitum. Nam Perdiccæ filium diſerte facit Polyænus, & ipſe Curt. 6. 10. Non autem eſt Amyntas, qui Dario militavit. nam ille apud Memphim occiſus eſt, alterum Alexander ſuſtulit, ut ex Juſtino conſtat. Ille Antiochi filius fuit, Arrian. 1. hic Perdiccæ. An autem idem ſit, qui cum Parmenione & Attalo in Aſiam à Philippo præmittitur, apud Juſt. 9. 5. & Oroſ. 3. 14. dubitari poteſt. *Freinsh.*

At-

paravit insidias, socium se & conscium adjunxit. Hic Attalo, quo graviorem inimicum non habui, sororem
18 *suam in matrimonium dedit. Hic, quum scripsissem ei, pro jure tam familiaris usus atque amicitiæ, [a] qualis sors edita esset Iovis Hammonis oraculo, sustinuit rescribere mihi*: se quidem gratulari, quod in numerum deorum receptus essem: ceterum misereri eorum, quibus vivendum esset sub eo, [b] qui modum hominis
19 excederet. *Hæc sunt etiam animi pridem alienati à me & invidentis gloriæ meæ indicia; quæ quidem, milites, quamdiu licuit, in animo meo pressi. Videbar enim mihi partem viscerum meorum abrumpere; si, in quos tam*
20 *magna contuleram, viliores mihi facerem. Sed jam non verba*

INTERPRETATIO.

a *Cujusmodi responsum datum fuisset ab, &c.*
b *Qui humanæ sortis* conditionem *superare* vellet.

NOTÆ.

Attalo] Hujus Attali sororem Philippus pater, expulsa cum filio Olympiade, in matrimonium accepit. Plut. cap. 15. non sororem Attali, sed sororis filiam Cleopatram ductam ait, ita ut Attalus Cleopatræ avunculus fuerit. Odium autem Alexandri in Attalum inde exarsit, uti tradit Plutarchus: In nuptiis Cleopatræ, quam Olympiadi superinduxit, Attalus seu frater, seu patruus, seu avunculus sponsæ, in epulo nuptiali, cum vino incaluisset, hortatus est Macedones, ut justum à diis ex Philippo & Cleopatra regni exposcerent heredem & successorem. quo dicto non immerito inflammatus Alexander: *Quid, inquit, scelus? nos tibi spurii videmur?* simulque cum dicto, craterem, Lapitharum ritu, in os Attali jaculatus est. Qua re incensus ipse Philippus, filium stricto ferro insecutus est, sed felici per iram & vinum casu, pede offenso prolapsus, Alexandro spatium dedit se subducendi. qui interim in patrem jocatus: *Hic*, inquit, *Macedones parabat ex Europa in Asiam transmittere, qui è lecto in lectum sine labore transire non potuit.* Indeque cum matre patria excessit, & Olympiadem in Epiro collocavit, ille in Illyricum se contulit, ægre inde à patre etiam vocante reductus. Idem Athenæus 13. 1. Attalus interim cum Parmenione & Amynta in Asiam adversus Persas missus, occiso Philippo, res novas moliri cœpit, & regno tendere insidias. quod non ignorabat Alexander. qui illum subornasso cum armatorum manu (immo dolo, non vi, cæsus est Attalus) Hecatæo in Asia sustulit. Quod describit Diodorus 17. 5. Idem Attalus, impurissimum monstrum, Pausania juvene ludibrio convivarum objecto, occasionem præbuit Philippi regis occidendi, qui cum vindicare injurias Pausaniæ de Attalo sæpius questi negligeret, pro reo ipse reus pœnas morte luit, ut Justinus 9. 7. prolixe denarrat. *Raderus.*

20 *Lingua temeritas*] Quam fere semper præcedere Lipsius Polit. 10. 4. notat. Eademque est sententia Cassii apud Tacit. 14. 44. *Creditisne servum interficiendi domini animum sumpsisse, ne non vox minax excideret? nihil per temeritatem*

ba punienda ſunt; [a] linguæ temeritas pervenit ad gladios. Hos, ſi mihi creditis, Philotas in me acuit. Id ſi ipſe ad- 21
miſit, quo me conferam, milites? cui caput meum cre-
dam? Equitatui, optimæ exercitus parti, principibus no-
biliſſimæ juventutis unum præfeci; ſalutem, ſpem, victo-
riam meam fidei ejus tutelæque commiſi. Patrem[b] in idem 22
faſtigium, in quo me ipſi poſuiſtis, admovi: Mediam,
qua nulla opulentior regio eſt; tot civium ſociorumque
millia imperio ejus ditionique ſubjeci. [c] VNDE præſi-
dium

INTERPRETATIO.

a *Sermonis procacia proceſſit* uſque *ad arma.*
b *Ad eundem gradum proxime evexi.*
c *Ab iis periculum* mihi *creatum eſt, à quibus tutamen quærebam.*

NOTÆ.

ritatem proloqueretur? Sunt tamen exempla in contrarium, ſed non hujus loci. *Freinsh.*

Id ſi ipſe admiſit] Pronomen à præcedenti voce repetii, cetera à Mſſ. Editi, *ſi ipſum dimiſere*; ſenſu non quidem inepto, ſed qui longius abit à libris. Quem nos elicimus, Antipatri eſt apud Plutarch. Apophthegm. cap. 50. *occiſum ab Alexandro Parmenionem cum audiviſſet, dixit: Si Parmenion inſidiatus eſt Alexandro, cui tandem credendum erit?*

21 *Equitatui*] In prælio Iſſico, *univerſo equitatui ſociorum Philotæ Parmenionis F. præerat.* Arrianus 3. 2. qui tamen τῶν ἑταίρων dixit, quod interpretes *ſociorum.* Sed illud ἑταίρων *amicorum* reddere debuerant, ut in aliis ejuſdem auctoris locis jam inter has notas animadverti. Idque vel ex hoc Curtii loco clarèſceret, *optima exercitus parti, principibus nobiliſſimæ juventutis.* Vides, de Macedonibus ſentire regem. Ergo & apud Arrianum evidenter diſtinguuntur. cum enim hunc *amicorum* τῶν ἑταίρων equitatum jam in dextro cornu collocaſſet; ſtatim *ſocios* equites, τοὺς ξυμμάχους, poſuit. *Freinsh.*

Vnum] Addit hoc non temere diligentiſſimus auctor: ſed quia poſt Philotæ necem duos deinceps rex præpoſuit, idem conſilium ſequutus, quo & Ægypti adminiſtrationem pluribus credidiſſe ſupra notavimus. Docet hoc unus, quod ſciam, Arrian. 3. 5. 24. *Poſt hæc Alexander equitatui duos ex amicis, Hephæſtionem Amyntoris filium, & Clitum Dropidis præfecit, diviſiſque in duas partes ſociorum copiis (neque enim Philotam volebat tot equitibus, qui alioquì præſtantiſſimi totius equitatus & dignitate, & bellica virtute erant, ſolum præfectum eſſe) ad eos pervenit, &c.* Vbi iterum pro *ſociorum* copiis, *amicorum* lege; & adverte ſimile Curtianæ obſervationi de eorum dignitate & præſtantia elogium. Ceterum, quid eſt illud de Philota, quem jam occiſum narraverat? De eone ultra jam quæſtio eſſe poteſt, quotæ copiarum parti præponatur? ὅτι καὶ Φιλώτου ἀν ἠξίωτο ἵππου τοξότων ἡγεῖσθαι, &c. ἐξηγεῖσθαι. Vanum eſt, dicere, ne Philotæ quidem, dum viveret, totum eum equitatum commiſiſſe: contrarium enim & ipſe Arrianus jam affirmavit, & ad finem Philotæ ſic fuiſſe Curtius indicat. Hoc quoque loco de ea re non cogitare Arrianum, patet. nam Philotæ morte expoſita, tum demum de ſucceſſoribus ejus, & diviſa in duos poteſtate loquitur. Credo ſcripſiſſe; ὅτι καὶ φίλων ἀν ἠξίωτο ἕνα, &c. *neque enim quemquam*

23 *dium petieram, periculum exſtitit. Quam feliciter in acie occidiſſem, potius hoſtis præda, quam civis victima? nunc ſervatus ex periculis, quæ ſola timui, in hæc incidi,*
24 *quæ timere non debui. Soletis idemtidem à me, milites, petere, ut ſaluti meæ parcam. Ipſi mihi præſtare poteſtis, quod ſuadetis faciam. ad veſtras manus, ad veſtra arma confugio: invitis vobis ſalvus eſſe nolo; volentibus, non*
25 *poſſum, niſi vindicor.* Tum *Philotam*, religatis poſt tergum manibus, obſoleto amiculo velatum, juſſit *induci*. facile adparebat, motos eſſe tam miſerabili
26 habitu, non ſine invidia paulo ante conſpecti. Ducem equitatus pridie viderant; ſciebant, regis interfuiſſe convivio. repente non reum modo, ſed
27 etiam damnatum, immo vinctum, intuebantur. Subibat animos Parmenionis quoque, tanti ducis, tam clari civis, fortuna: qui modo duobus filiis, Hectore

INTERPRETATIO.

2 *Adeo lugubri ſpecie* Philotæ, *quem non multo ante felicem, cum invidia viderant.*

NOTÆ.

quam amicorum volebat unum tot equitibus, &c. præfectum eſſe. Nimirum Philotæ negotio monitus, nolebat in unius deinceps manu tantam eſſe vim copiarum, ut ſi movere quid vellet, regi poſſit eſſe formidabilis. *Idem.*

22 *Petieram*] Bong. *petieram in periculo*, auctius: &, opinor, melius.

24 *Invitis vobis ſalvus eſſe nolo*] Ita Nicocles apud Iſocratem. p.m.65. ait: quo ipſe tutior fuerit, eo ſecuriores fore ſubditos. *Leccen.*

26 *Immo vinctum intuebantur*] Hoc enim aliquanto amplius eſt, quam damnatum. Damnati enim demum vinciebantur exſecutionis gratia, ſi ſoluti cauſam dixiſſent. Vnde intelligas, cur Philotas infra 6. 10. dicat: *vincti hominis non ſupervacuam ſolum, ſed etiam invisam defenſionem eſſe, quæ judicem non docere videatur, ſed arguere.* quippe qui jam prædamnaſſet reum. Et Amyntas 7. 1. *ſine præjudicio dicimus cauſam, liberis corporibus.* Sæpe tamen & ex vinculis cauſam dicebant, præſertim in gravioribus criminibus: & ubi ſuſpicio ſuberat ne fugeret reus, aut pet vim eximeretur. Cæſar de bel. Gal. 1. Helvetii *moribus ſuis Orgetorigem ex vinculis cauſam dicere coëgerunt.* Quod quamquam moribus Helvetiorum tribuat, idem tamen & apud Romanos ſæpe obſervatum eſt. Sane D. Paulum, quanquam civis Roman. eſſet, ex vinculis cauſam dixiſſe, conſtat ex Actor. 26. 29. Item Vibium Serenum ex Tac. 4. 28. Sueton. Nerone, cap. 36. *Conjurati è vinculis triplicium catenarum dixere cauſam.* Sic l. Cornelia cavebatur, ut occiſo domino, *de his, qui ante quæſtionem habitam fugerint, ſi aperto teſtamento liberi ſcripti inveniantur, lege de Sicariis judicium fiat, itaut ex vinculis cauſam dicant.* Et l. 2. de

ctore & Nicanore, orbatus a cum eo, quem reliquum calamitas fecerat, abſens diceret cauſam. Itaque Amyntas, regis prætor, inclinatam ad miſericordiam concionem rurſus aſpera in Philotam oratione commovit. *Proditos eos eſſe barbaris: neminem ad conjugem ſuam, neminem in patriam, & ad parentes fuiſſe rediturum. velut truncum corpus dempto capite, ſine ſpiritu, ſine nomine, aliena terra ludibrium hoſtis futuros.* Haudquaquam proſper ipſius, Amyntæ oratio grata regi fuit: quod conjugum, quod patriæ admonitos, pigriores ad cetera munia exſequenda feciſſet. Tunc Cœnus, quamquam Philotæ ſororem matrimonio ſecum conjunxerat; tamen acrius quam quiſquam in Philotam invectus eſt: *parricidam eſſe regis, patriæ, exercitus* clamitans: ſaxumque, quod forte ante pedes jacebat, eripuit, emiſſurus in eum; ut plerique credidere, tor-

28 29 30 31

INTERPRETATIO.

a *Cum Philota, quem* ſolum *adverſa fortuna patri reliquerat ſit perſtitem, defendere ſe in judicio capitis abſens* cogebatur.

NOTÆ.

cuſtod. reor. ſervus capitali crimine poſtulatus, ſi non defendatur, ex vinculis cauſam dicere jubetur. Ex quibus tamen animadvertas, regulariter non ita fuiſſe, ſed ut ſoluti reſponderent. Hinc igitur illa Philotæ vincula, quod jam judicio regis prædamnatus eſſet: hinc & obſoletum illud amiculum, cui falſo aliam cauſam attribuunt. *Freinsh.*

28 *Amyntas*] Si diligenter rem introſpicias, ſatis apparebit, non eſſe pro eodem habendum, qui infra ab initio lib. 7. cauſam dicit. Eſt & alius Amyntas Arrhabæi filius apud Arrian. 1. & 5. ubi de pugna ad Granicum.

29 *Haudquaquam proſper ipſius*, &c.] Alii leg. *proſpe*, alii *pro re*, alii *proſpereo*. Elegans character pigri militis, domum magis quam bellum reſpicientis, depingitur ab elegantiſſimo Terentio in ſocio Thraſonis Sanga, quem ita ſcilicet animat Gnatho. Eunuchi a. 4. ſ. 7. in fine: *G. Sanga, ita uti fortes decet milites, domi ſocique fac viciſſim ut memineris.* Ad quæ Sang. *S. Iamdudum animus eſt in patinis. G. Frugi es.* Et Vlyſſes apud Homerum Il. 2. v. 236. de Achivis domuitionem urgentibus; *Eos tanquam pueros tenellos & feminas deſiderio redeundi domum flagrare.* Quam cordate Appius Claudius apud Liv. lib. 5. *Si ad ipſum bellum nihil pertineret, ad diſciplinam certe plurimum intereſt, inſueſcere militem non ſolum parta victoria frui; ſed ſi res etiam lentior ſit, patienter ferre, & quamvis ſera ſpei exitum exſpectare. & ſi non ſit æſtate perfectum bellum, hyemem opperiri: nec, ſicut æſtivæ aves, ſtatim autumno tecta ac receſſum circumſpicere.* Loccenius.

tormentis ſubtrahere cupiens. ſed rex manum ejus inhibuit, *dicendi prius cauſam debere fieri poteſtatem*
32 *reo*, *nec aliter judicari paßurum ſe* adfirmans. Tum dicere juſſus Philotas, ſive conſcientia ſceleris, ſive periculi magnitudine amens & adtonitus; non ad-
33 tollere oculos, non hiſcere audebat. Lachrymis deinde manantibus, linquente animo in eum, à quo tenebatur, incubuit: abſterſiſque amiculo ejus oculis, paulatim recipiens ſpiritum ac vocem,
34 dicturus videbatur. Iamque rex, intuens eum, *Macedones*, inquit, *de te judicaturi ſunt: quero, an*
35 *patrio ſermone ſis apud eos uſurus.* Tum Philotas, *pre-*

ter

NOTÆ.

31 *Tormentis ſubtrahere*] Sive ipſius Philotæ miſeratione, ſive ne tormentorum cruciatu victus plures, & forte Cœnum quoque ipſum nominaret. quomodo apud Tacit. 2. 68. 3. *Remmius evocatus priori cuſtodiæ regis adpoſitus, quaſi per iram gladio eum tranſigit. unde major fides, conſcientiæ ſceleris, & metu indicii, mortem Vononi inlatam.* Cujus rei metu conſtituerunt Impp. pereleganti l. 7. fin. C. de malef. & mathem. ut, *ſi quisquam clandeſtinis ſupplicüs etiam manifeſtum reum maleficæ artis oppreſſerit, ultimum ſupplicium non evadat, gemina ſuſpicioni obnoxius, quod aut publicum reum, ne facinoris ſocios publicaret, ſeveritati legum & debita ſubtraxerit quæſtioni, aut proprium fortaſſis inimicum ſub hujuſmodi vindictæ nomine conſilio atrociore confecerit.* Ceterum priori potius ſuſpicioni poterat obnoxius eſſe Cœnus. Ei artificio adfine eſt, quod in Valerio Pontico vindicatum ait Tacit. 14. 11. qui & ipſe, ſpecie accuſandi, reos ſubtrahebat acriori cognitioni, *quod reos*, ait auctor, *ne apud præfectum urbis arguerentur, ad prætorem detuliſſet, interim ſpecie legum, mox prævaricando, ultionem eluſurus.* Vnde fluxit illa quorundam ſcriptis tradita cautela, ut vocant: *ultimo ſupplicio damnatum, gravieri aliquo crimine: unde atrociori pœna irrogari debeat, poſtulare.* Sed ut ad Curtium redeamus, fere conſilium, quod Cœno hic tribuitur, apud Dionem lib. 40. cujuſdam Romani fuit, qui Craſſum occidit, *ne vivus in hoſtium manus veniret.* Quomodo C. Vettii ſervus dominum poteſtati hoſtium eripuit, ut Seneca de benef. 3. 23. narrat. & alius C. Marium. de quo Valer. Maxim. 6. 8. Sic apud Tacit. H. 3. 65. *obvius è Germanicis militibus Vitellium infeſto ictu, per iram, vel quo maturius ludibriis eximeret. an tribunum appetierit, in incerto fuit.* Freinsh.

Dicendi prius] Si ſecus fiat, tyrannicum eſt. Plutarchus pulchre: *Vt in vulnere prius apparet ſanguis quam plaga, & ut prius emicat fulgur, quam audiatur tonitrus: ita apud tyrannos prius erumpit condemnatio quam probatio; & perit delatus antequam convincatur.* Loccen.

Cauſam dicendi] Hoc malui. ſic ſupra 4. 3. *ſacrum repetendi.* Freinshemius.

34 *Patrio ſermone*] De Macedonum lingua Athenæus 3. 33. *Atticos etiam pleroſque novi, eo quod cum Macedonibus verſati ſint & permixti, à Macedonicis vocibus & loquendi proprietate non abhorrere.* Strabo quoque, cum ſubjecta

ter Macedonas, inquit, *plerique adſunt, quos facilius, quæ dicam, percepturos arbitror, ſi eadem lingua fuero uſus, qua tu egiſti. non ob aliud, credo, quam ut oratio tua intelligi poſſet à pluribus.* Tum rex, *ecquid vi-* 36
detis, odio etiam ſermonis patrii Philotam teneri? ſolus quippe [a] *faſtidit eum dicere. Sed dicat ſane utcumque cordi eſt; dum memineritis, æque illum à noſtro more, atque ſermone abhorrere.* Atque ita concione exceſſit.

INTERPRETATIO.

a *Dedignatur illo uti.*

NOTÆ.

ctas Macedonibus gentes enumerat, pleraſque duplici ſermone uſas ſcribit, patrio nempe, & Macedonico. Quod vero Lazius de Græcia tradit, parum à vero arbitror, Macedonum & Græcorum linguas tam diſtinctas fuiſſe, quam ſint hodie Latina & Germanica. Omnes ſcriptores, qui de dialectis Græcæ linguæ agunt, Macedonicam inter Græcas numerant, niſi quod ſingulari dialecto, ut Laconica, Bœotica, Sicula, cum reliquis uteretur. Facile tamen conceſſerim, rudes literarum Macedonei elegantem & Atticum ſermonem non intellexiſſe, nec Atticos Macedonum. ut hodie, qui in principum palatiis verſantur; ægre Helvetiorum, qui in agris duntaxat vixerunt, nuſquam unquam emigrarunt, aut peregrinati ſunt, voces aſſequuntur; nec Helvetii Palatinorum. Quemadmodum & vulgaris Græcorum hodierna non patrium diſtat ab erudita, ut ægre ſe mutuo intelligant: videturque communis Græcorum, ἡ κοινή. *Raderus.* Vide Cl. Salmaſium in libro de dialectis Græcorum.

36 *Sermonis patrii*] Cujus uſum diligenter retineri, ex dignitate populorum eſt, ut oſtendit Clapmar. de arcan. rerumpubl. 3. 22. De Latinæ linguæ obſervantia apud Romanos Lipſ. de recta pronunc. Lat. ling. cap. 3.

Teneri] Freinshemius putat, veram ſcripturam aliorum Codd. *Ecqui videtis, adeò etiam ſermonis patrii Philotam tædere?* Certe rotundior eſt, & omnino melior: ideo recepit. Vt prius fuerit, in variis reperies.

Eum] Non damno *eum*, malo tamen *eo*. *Dicere* eſt cauſam agere. Nolebat ſcilicet agere patrio ſermone. Acidalius, approbante Radero. Quin lege *faſtidit eum*, expuncto *dicere*. Freinshemius.

CAP. X.

Apologetica Philotæ oratio, qua conjurationis accusationem pro lite refellit.

1 IVM Philotas, *VERBA*, inquit, *innocenti reperire facile est; modum verborum misero*
2 *tenere difficile. Itaque inter optimam conscientiam, & iniquissimam fortunam destitutus, ignoro, a quo-*
3 *modo & animo meo, & tempori paream. Abest quidem optimus causæ meæ judex: qui cur me ipse audire noluerit, non me hercule excogito; quum illi utrimque cognita causa tam damnare me liceat quam absolvere; non cogiita vero liberari ab absente non possum, qui à præsente*
4 *damnatus sum. Sed quamquam VINCTI hominis non super-*

INTERPRETATIO.

a *Qua ratione & indoli meæ & præsenti statui* orationem *accommodem.*

NOTÆ.

1 *Modum verborum misero tenere difficile*] Tacit. 4. 69. *Quando mæsta, ubi semel prorupere, difficilius reticentur.* App. in Punic. de Hammone: *εἰσὶ γὰρ συμφοραὶ ποιοῦσι μακρηγόρους, miseria disertos* (loquaces) *faciunt.* Sic apud Thucyd. 3. 9. Platæenses: *Hominibus in hanc conditionem redactis, ut necessarium, ita difficillimum est finem loquendi facere, quia cum fine loquendi finiri vita periclitatur.* Synesius epist. 119. ἀδὺ γὰρ ἂν γένοιτο τῷ παθόντι ῥητορικώτερον. *Nihil enim possit eo esse, qui perpessus sit, disertius.* In eandem sententiam Nazianzenus: ἀδὺ τῷ πάσχειν διηγεῖσθαι. *Freinsh.* Livius lib. 29. *Dant animum ad loquendum libere ultima miseria.* Vlysses de se apud Ovid. Metamorph. 13. 148.

——— *Dolor ipse disertum Fecerat.*

3 *Vtrimque*] Legerim cum Acidalio *utique.* Possit tamen ferri etiam Modiana scriptura, *utrimque* hoc sensu; cum illi utrimque ex accusatione & defensione cognita, seu ab accusatoribus & defensoribus agitata causa. Et ita quidem opinatur Raderus, cujus sententiæ accedo, quia utraque lectio satis sibi constat. Aliquanto tamen plus tribuo lectioni Modianæ. *Blanck.* Alias de Alex. tradit ex Plutarcho Zonaras, tomo 2. eum consuevisse, dum accusator diceret, aurem altera manu obstruere, reo se illam servare professum. Cujus hic non fuit memor. *Frein.*

4 *Vincti hominis*, &c.] Quia odio adversariorum jam prædamnatus erat Philotas. Et fac, illud non fuisse, tamen tantæ existimationis virum inter vincula & lictorum manus versari, non parum ipsi detrahit honoris & famæ. *Alligati vinculis sine dedecore in publico comparere non possunt*, ait Vlpianus in l. 10. ex quib. caus. maj. *Quantum autem de honestate & auctoritate ejus qui arguitur detractum est, tantum de facultate totius defensionis est diminutum*, ut loquitur Tullius l. 2. de inventione. *Lect.*

Su-

Digitized by Google

ſupervacua ſolum, ſed etiam inviſa defenſio eſt, quæ judicem non docere videtur, ſed arguere; tamen utcumque licet dicere, memet ipſe non deſeram, nec committam, ut damnatius etiam mea ſententia videar. Equidem cujus 5
criminis reus ſim, non video. inter conjuratos nemo me nominat: de me Nicomachus nihil dixit: Cebalinus pluſquam audierat, ſcire non potuit. Atqui conjurationis ca- 6
put me fuiſſe credit rex! potuit ergo Dymnus [a] eum præterire, quem ſequebatur? præſertim quum quærenti ſocios, vel falſo fuerim nominandus; quo facilius, qui verebatur, poſſet impelli. Non enim detecto facinore nomen meum præ- 7
teriit, ut poſſet videri ſocio pepercíſſe; ſed Nicomacho, quem taciturum arcana de ſemetipſo credebat, confeſſus, aliis nominatis, me unum ſubtrahebat. Quæſo, commi- 8
litones, ſi Cebalinus me non adiſſet, nihil me de conjuratis ſcire voluiſſet; num hodie dicerem cauſam nullo me nominante? Dymnus ſane & vivat adhuc, & velit mihi par- 9
cere. quid cæteri? qui de ſe confitebuntur, me videlicet ſubtra-

INTERPRETATIO.

a *Me pratermittere quem habebat* conjurationis *ducem.*

NOTÆ.

Supervacua ſolum] *Sera poſt damnationem innocentia defenſio eſt*, ait Quintilianus declam. 372. Seneca Medea verſ. 198. *Vox conſtituto ſero decreto venit.* ὑ γὰς ἰσιν ἐν καιρῷ τοῖς ἀτυχοῦσιν ἀπολογίαι, *Intempeſtiva enim eſt miſeris verborum contentio*, ait Appiani verbis Hanno.

Arguere] Injuſtitiæ, ſi prædamnavit indicta cauſa, qui innocentiam ſuam docere poteſt. Eleganter id transfert ad eos, qui intemperantiæ luxuique dediti ſunt, Chryſoſt. ſerm. 1. de non frequentandis theatris, quibus ſi de virtute loquaris, offenduntur eo ſermone, ἐ ῥηθήσεται ἀπλῶς δικαιοσύνη, ἢ σωφροσύνης, ἢ σεμνότητος· οὐκέτι γὰ ἔχει σοι διδάσκαλία, ἀλλὰ κατηγορία τὰ λεγόμενα. *Verba de temperantia & ſeveritate vita adverſo animo excipiet: quæ enim ita dicentur, non docere te videbuntur, ſed arguere.* Freinshemius.

Mea ſententia videar] Quod erat futurum ſi agnoſceret crimen: nam *Confeſſus quodammodo ſua ſententia damnatur.* l. 1. de confeſſ. Is αὐτοκατάκριτος eſt S. Paulo ad Titum 3. 11. *Idem.*

6 *Vel falſo*] Sic Catilina *nominat ſocios: præterea multos cujuſque generis innoxios, quo legatis animus amplior eſſet.* Salluſt. Cat.

Verebatur] Sic Aldus. quod retineo. Senſus eſt, eum qui dubitabat, metuebat ſe jungere. *Freinsh.*

7 *Sed Nicomacho*] Pal. 3. habet, *ſi Nicomachus*, Amſt. *Nicomacho*. Vulgatæ edd. *pepercíſſe Nicomachus*. Acidalii ſcripturam approbante etiam Freinsh. in textum merito recepi, propter certiſſimam hiſtoriæ neceſſitatem.

ſubtrahent! MALIGNA eſt calamitas; & fere na-
10 *xiis quum ſuo ſupplicio crucietur, [a]adquieſcit alieno. Tot conſcii, ne in equuleum quidem impoſiti verum fatebuntur? Atqui nemo pareit morituro; nec cuiquam moritu-*
11 *rus ut opinor. Ad verum crimen & ad unum revertendum mihi eſt. Cur rem delatam ad te tacuiſti? cur tam ſecurus audiſti? hoc qualecumque eſt, confeſſo mihi ubicumque es Alexander, remiſiſti: dextram tuam amplexus*
12 *reconciliati pignus animi, convivio quoque interfui. Si credidiſti mihi; abſolutus ſum: ſi pepercisti; dimiſſus. [b]vel judicium tuum ſerva. Quid hac proxima nocte, qua digreſſus ſum à menſa tua, feci? quod novum facinus delatum ad te, mutavit animum tuum? gravi ſopore adquieſcebam, quum me [c]malis indormientem meis inimici vin-*
13 *ciendo excitarunt. Vnde & parricidæ & proditori tam alta*
14 *quies ſomni? SCELERATI conſcientia obſtrepente quum*

INTERPRETATIO.

a *Alterius* ſupplicio *ſublevatur.*
b *Saltem mane in ſententia quam tuliſti.*
c *In* medio *periculo conſopitum.*

NOTÆ.

9 *Crucietur*] *Naturali quadam deplorata mentis affectu, morientibus gratiſſimum eſt commori.* Seneca Controverſ. 9. 6.

10 *Morituro*] Veriſſime dixit quod ſupra 6. 9. 16. jaciebatur, metu potentiæ ejus Philotam à conſciis non nominatum. moriturus enim, cum jam ultra nihil pati poſſit, nullius potentiam curare poteſt. Ita Caligula *ſciebat innumerabilia eſſe, quæ objicere illi nemo, niſi perituras, audiret.* Seneca de ira 3. 19. Sic Virgil. Æn. 4. 604.

Quem metui moritura?

Certe per amicitiam aliquando accidit, ut conſcii celarentur. quomodo in conjuratione contra Claudium, *de ſe Novius confeſſus, conſcios non edidit.* Tacit. 11. 22. Apud Liv. 24. 5. Theodorus *de ſe ipſe haud cunctanter faſſus, conſcios celabat.* Freinsh.

11 *Revertendum*] Modius cum Acidalio legit *prævertendum*: Freinshemio mihique vulgata placet.

Reconciliati] Ioſeph. 15. 2. *Poſt hæc colloquium ad reconciliationis fidem datis viciſſim dexteris diſceſſerunt, omni, ut tum videbatur, ſuſpicione ſublata.*

13 *Et proditori*] Acidalius conjicit legendum *& prodito. Non cadit*, ait idem, *ſecuritas, & ſecuritas uſque ad ſomnum, & ſomnum denique tam profundum, non hæc, inquam, cadit in parricidam, & parricidam quidem, qui ſe proditum jam ſciat & delatum.* Quod ſi ſyllabam abjici nolis, inquit Freinshem. eodem ſenſu fieri poſſit, *& prodita re.*

14 *Scelerati conſcientia obſtrepente*] Horat. lib. 2. Carm. ode 16. veri. 15.

Leves ſomnos timor aut cupido
Sordidus aufert.

At

quum dormire non possint ; agitant eos furiæ, non cogitato modo, sed & consummato parricidio. At mihi securitatem primum innocentia mea ; deinde dextra tua obtulerant : non timui, ne plus alienæ crudelitati apud te liceret, quam clementiæ tuæ. Sed ne te mihi credidisse pœniteat, res 15 *ad*

NOTÆ.

At somnus *innoxiæ securitatis index*, ut ait Val. Max. 8. 1. 13. non tamen *certissimus*, uti addit. Nam obrepere etiam scelerato aliquando potest ex defatigatione, vel induratione animi, aliave causa. *Loccenius.*

Quum dormire non possint] Eodem modo Cicero pro Roscio cap. 23. docet, Clœlii Tarracinensis filios de cæde patris delatos publico judicio fuisse absolutos, quod *aperto ostio dormientes*, in eodem conclavi *reperti* essent. cui narrationi subjicit hæc verba : *Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis sæpenumero videtis ; eos qui aliquid impie sceleratèque commiserint, agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus. sua quemque fraus & suus terror maxime vexat : suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit ; sua malignæ cogitationes conscientiaque animi terrent : hæ sunt impiis assiduæ domesticaque furiæ, quæ dies noctesque parentum pœnas à conscelleratissimis filiis repetant.* Idem narrat Valer. Max. 8. 1. Nero matrem occisurus insidiis, *cum magna trepidatione vigilavit, operiens cæptorum exitum.* Sueton. 34. *Raderus.* Cæterum, de argumento somni, quo maxime nititur Philotas, operæ precium esse duxi adscribere quæ notat Gruterus ad ista Livii 1. 51. *Turnum ex somno excitatum circumsistunt custodes. Ex somno* additum haud sine causa. nam, ut Tibullus ait lib. 3. eleg. 4. vers. 20.

Somnus sollicitas deficit ante fores.

Et alioqui :

——— *quis alta tuenti Somnus ?*

Argumento isti nixa oratio Philotæ, &c. Addatur Plutarch. Brutus. c. 18. m. Ceterum, simulari posse hujusmodi securitatem animi ; pulchre deduxere Quintilianus senior Declamatione altera. Libaniusque Declamat. 44. Quin imo, curis gravissimis vexatos, tandem arcto somno devinciri, exemplo Alexandri Magni ostendit Curtius 4. 13. Octavii Augusti Suetonius 16. Othonis, idem 11. Hactenus *Gruter.* Similis fere est Demetrii defensio apud Livium 40. 14. *miseria hæc & metus crapulam facile excusserunt, quæ si non interveniissent, insidiatores nos sopiti jaceremus.* Et 40. 15. *E convivio & comessationibus prope semisomnus raptus sum ad causam parricidii dicendam.* Philotam autem gravat suus etiam somnus. Si enim verum esset, magnis cogitationibus vacantem somnum non capere, unde tanto viro parricidii in regem insimulato, etiamsi innocens fuisset, tam alta quies ? quin gesta revolveret, & quid in futurum condita forte regis ira gignere, quibusque remediis obviam iri posset, expenderet. *Freinsh.*

Furia] Sallust. de Catilina. *Animus impurus, diis hominibusque infestus, neque vigiliis, neque quietibus sedari poterat, ita conscientia mentem excitam vastabat, &c.*

Crudelitati] Apud Acidal. verba ista recitantem exulum est *credulitati* : quod ut sæpe factum in his vocibus errore mutatum credidi. Si enim consulto mutasset, indicaturus fuit. Retinendum ergo *crudelitati*, & est ipsa sententia, quam expressit supra 6. 8. quod & Raderus vidit.

15 *Sed ne te mihi*] Simplicissimus sensus : Ne te pœniteat excusanti tum mihi credidisse, sive ne temere aut frustra credidisse videaris, iterabo hic excusationem apud Macedones, ut constet & his, merito habitam mihi fidem, nec sine vera causa, quæ audieram, silentio me pressisse. *Acidalius.*

ad me deferebatur à puero, qui non teſtem, [a]non pignus indicii exhibere poterat, impleturus omnes metu, ſi cœ-
16 *piſſet audiri. Amatoris & ſcorti jurgio interponi aures meas credidi infelix, & fidem ejus ſuſpectam habui, quod non ipſe deferret, ſed fratrem potius ſubornaret. timui, ne negaret mandaſſe ſe Cebalino; & ego viderer multis*
17 *amicorum regis fuiſſe periculi cauſa. Sic quoque quum laſerim neminem, inveni, qui mallet perire me, quam*
18 *incolumem eſſe. [b]quid inimicitiarum creditis exceptorum fuiſſe, ſi inſontes laceſſiſſem? At enim Dymnus ſe occidit? num igitur facturum eum divinare potui? minime.*
19 *Ita quod ſolum indicio fidem fecit, id me, quum à Ce-*
20 *balino interpellatus ſum, movere non poterat. At hercule, ſi conſcius Dymno tanti ſceleris fuiſſem, bidno illo proditos eſſe nos, diſſimulare non debui; Cebalinus ipſe*
21 *tolli de medio nullo negotio potuit. Deinde poſt delatum indicium, quo perituras eram, cubiculum regis ſolus intravi, ferro quidem cinctus. cur diſtuli facinus? an ſine Dymno non ſum auſus? ille igitur princeps conjurationis*
22 *fuit. ſub illius umbra Philotas latebam, qui regnum Macedonicum adfecto. Et quis è vobis corruptus eſt donis? quem ducem,*

INTERPRETATIO.

a *Nec certum argumentum* fux *delationis.*
b *Quantum odii putatis* me *paſſurum fuiſſe.*

NOTÆ.

16 *Amatoris*] Ex eodem fonte elevatur Æbutii indicium apud Liv. 39. 13. *orare cœpit, ne mulieris libertinæ cum amatore ſermonem in rem non ſeriam modo, ſed capitalem etiam verti vellet: terrendi ejus cauſa, non quod ſciret quicquam, eam locutam eſſe.*

21 *Quo perituras eram*] Alii *quid opperiturus.* quam lectionem laudat Acidalius. Ego cum Modio illam malim, quæ Mſſ. firmata, vim etiam ex eo capit, quod ſupra dixerat, *morituram nemini parcere.* Indicium ait, delatum eſt, quo, niſi innocens eſſem, perituras eram; quid igitur diſtuli facinus occaſione oblata? ſcilicet quod innocentiæ meæ fiderem.

22 *Donis*] Quod certe ſolent ſolenniter, qui res novas moliuntur. Id Piſoni objectum Tacitus 3. 13. refert, *rerum novarum ſtudio Piſonem vulgus militum per licentiam & ſociorum injurias eo uſque corrupiſſe*, ut parens legionum *à deterrimis appellaretur.* Sed inprimis *animoſius corruptor* fuit Otho, de quo Sueton. 4. *Nullo igitur officii aut ambitionis in quemquam genere omiſſo, quoties cuna principem acciperet, aureos cervicanti coherti virilim dividebat: nec eo minus alium alia via militum*

Digitized by Google

ducem, quem prefectum impensius colui? Mihi quidem objicitur, quod societatem patrii sermonis asperner; quod Macedonum mores fastidiam. [a]sic ergo imperio, quod dedignor, immineo. Iam pridem nativus ille sermo com- 23
mercio aliarum gentium exolevit; tam victoribus, quam victis peregrina lingua discenda est. [b]Non me hercule ista 24
me magis ladunt, quam quod Amyntas, Perdiccæ filius, insidiatus est regi; cum quo quod amicitia fuerit mihi, non recuso defendere, si fratrem regis non oportuit diligi à no-

INTERPRETATIO.

a *Sic ambio regnum* Macedonum *quod contemno.*
b *Ista nihilo plus mihi nocent.*

NOTÆ.

militum demerebatur, &c. & Tacit. H. 1. 24. Denique idem advertes in omnibus, qui plus quam civilia agitabant. *Freinsh.*

23 *Tam victoribus*, &c.] Vtilitas peregrinarum linguarum ex commercio & usu publico satis evidens est. non tamen nimio linguarum exoticarum amore fastidiemus & contemnemus vernaculam: ne cum eadem mores vernaculos ac domesticos spernamus; atque sic nobis accidat, quod de Philota ante dixit Alexander: *aque illum à patrio more atque sermone abhorrere.* qua de re plura Berneggerus quæst. Polit. in Tacitum 195. Piccart. dec. 3. cap. 10. Boecler. in Velleium pag. 280. *Loccenius.*

24 *Defendere*] Satis vexatus est hic locus. nam alii negationem tollunt ex illis, *non oportuit.* alii ex prioribus, *non recuso.* frustra. Verissime Rubenius elector. 1. 33. *dependere*, literula immutata, sed longe commodiore sensu. Ego paratus sum, inquit, luere hanc culpam, & pœnas pendere, si nefas amare eum, quem rex amat. Quam emendationem nullo merito improbat Vir Doctus Adverſ. 28. 6. nec enim nesciebat vim vocis *defendere* Rubenius, sed propter sequens membrum, *sin autem*, locum hunc tueri non posse animadvertebat. Quapropter etiam omnino retinenda *si* particula: *si fr. regis non oportuit diligi.* quamquam etiam Mss. habeant, *sed fratrem.* Nec cum aliis admittam eam notionem verbi *defendere*, ut sit, *pro ea culpa satisfacere, si culpa sit.* Idem.

Si fratrem regis] Vt hic locus probe intelligatur, removenda necessario sunt Raderi errata. quibus multipliciter obscurat verum ejus sensum. Vide suo loco totam ejus notam. Ergo *fratrem matris noverca Cleopatræ, avunculum Alexandri* minime dicemus, *si recte loquamur.* Verum Attalus nequaquam frater regis fuit, sed Amyntas, qui hic nomine fratris intelligitur. frater enim patruelis fuit. patrueles autem supra ad 6. 9. 17. interdum solo fratrum nomine venire notavimus, quo loco de Attalo nobis inquisitum est. Quem neque Curtius hoc loco fratrem regis intelligit, neque adeo Iust. 9. 7. 3. sed Caranum, ut diserte idem auctor 11. 2. 3. *Æmulum quoque imperii Caranum fratrem ex noverca susceptum, interfici curavit, qui paucis ante regis obitum diebus è Cleopatra Philippo natus erat.* ut mirum sit, confundi cum Attalo, à quo nomine, genere, ætate, denique aliis omnibus tam erat diversus. Denique satis elumbis esset argumentatio, si frater regis Attalus diligendus fuit; ergo & Amyntas con-

25 *a nobis. ſin autem IN ILLO fortunæ gradu poſitum*
etiam venerari neceſſe erat; utrum, quæſo, quod non di-
vinavi, reus ſum? an impiorum amicis inſontibus quoque
moriendum eſt? Quod ſi æquum eſt, cur tamdiu vivo?
26 *ſi injuſtum, cur nunc demum occidor? At enim ſcripſi,*
miſereri me eorum, quibus vivendum eſſet ſub eo, qui ſe
Iovis filium crederet! Fides amicitiæ, veri conſilii pericu-
loſa libertas, vos me decepiſtis! vos, quæ ſentiebam, ne
27 *reticerem, impuliſtis! ſcripſiſſe me hæc fateor regi, non*
de rege ſcripſiſſe. [a] non enim faciebam invidiam, ſed pro
eo timebam. dignior mihi Alexander videbatur, qui Io-
vis ſtirpem tacitus adgnoſceret; quam qui prædicatione ja-
28 *ctaret. Sed quoniam oraculi fides certa eſt; ſit deus cauſæ*
meæ teſtis. retinete me in vinculis, dum conſulitur
Hammon in arcanum & occultum ſcelus. Interim, qui
regem noſtrum dignatus eſt filium, neminem eorum,
29 *qui ſtirpi ſuæ inſidiati ſunt, latere patietur. Si certiora*
oraculis

INTERPRETATIO.

a *Non odium* illi *conſtabam*, *ſed* ne incurreret, illi *metuebam*.

NOTÆ.

conſobrinus: præſertim ſi perpendas, qua occaſione proferatur. Sic igitur habe, verba iſta, *regis fratrem*, non ad alium quam Amyntam pertinere, fratrem regis, nempe patruelem, *Freinsh.*

25 *Vtrum*] Τέτο ἐστὶ illud. Emendo veriſſime *iterum*. Reſpicit ad illud prius: *Num igitur facturum eum hoc divinare potui?* Acidalius. Si cui tamen adhuc placeat vulgata lectio, me adſentientem habet: nam neſcio, quomodo vox ſequens, *quæſo*, repudiat alterum.

27 *Scripſiſſe*] Nihil erat neceſſe geminare verbum *ſcripſiſſe*: quod vulgati poſteriore loco venuſtius omittunt. At ſententia duplex poteſt eſſe. Ad regem ſcripſi, non ad alium de rege: quod ſi factum, invidiam iſſe factum videri queam. Nunc quia ad ipſum, pro fama ſcilicet ejus timuiſſe me & de exiſtimatione fuiſſe ſollicitum apparet. Aliter paulo & multo forſaſſe verius ita: ſcripſi regi, ſed non regi; nec de rege, ſed amico. Id præcedentia videntur poſcere: *Fides amicitiæ*, &c. Acidalius. Prior interpretatio vera eſt. Illud etiam *ſcripſiſſe* recte repeti Radero placet, & auctoritate Mſſ. defenditur.

28 *In Arcanum*] Freinshemius hanc lectionem ſuſpectam non habet, niſi quod vox *Interim*, quæ & Modium offendit, locum ſuum non digne tueri videatur. Acidalius tamen ejuſdem non inelegantem eundem uſum & apud alios ſæpe, & apud Senecam unum frequentiſſime reperiri affirmat. Illud ei non conceſſerim ſupra 4. 13. pro *& vultu ejus interrito*, &c. legend. *& ex vultu ejus interim*, &c.

10 At

oraculis creditis esse tormenta; [a] *ne hanc quidem exhibendæ veritatis fidem deprecor. Solent rei capitis abhibere vo-* 30
bis parentes. duos fratres ego nuper amisi; patrem nec ostendere possum, nec invocare audeo; quum & ipse tanti criminis reus sit. Parum est enim tot modo libero- 31
rum parentem in unico filio adquiescentem, eo quoque orbari, ni ipse in rogum meum imponitur. Ergo, carissime 32
pater, & propter me morieris, & mecum. Ego tibi vitam adimo, ego senectutem tuam exstinguo! Quid enim me procreabas infelicem adversantibus dis? an ut hos ex me fructus perciperes, [b] qui te manent? Nescio, adolescentia 33
mea miserior sit, an senectus tua: ego in ipso robore ætatis eripior; tibi carnifex spiritum adimet, quem si fortuna exspectare voluisset, natura reposcebat. Admonuit me patris 34
mei mentio, quam timide & contanter, quæ Cebalinus detulerat ad me, indicare debuerim. Parmenio enim, quum audisset, venenum a Philippo medico regi parari, deterrere eum voluit epistola scripta, quo minus medicamentum biberet, quod medicus dare constituerat. Num creditum est patri meo? num ullam auctoritatem ejus litera habuerunt? Ego 35
ipse

INTERPRETATIO.

a *Non recuso hanc quoque rationem* inire *probandæ veritatis.*

b *Qui tibi impendent.*

NOTÆ.

30 *Adhibere vobis parentes*] Nihili verbum in hac re, *adhibere*. Mihi liquet, *exhibere* corrigendum: cui respondet, quod hic jam habes, *ostendere*. Sic & 7. 2. in simili pene caussa: *Iussus est fratres suos exhibere*. Nec in dissimili adeo, quamquam non eadem, supr. 6. 10. *pignus indicii exhibere*. Ceterum hic an non adstricte nimis scriptum, *solent exhibere parentes?* Non nercle vero parentes tantum, sed omnino propinquiore cognatione reum contingentes: & statim subditur de ipsis fratribus. Vnam alteramque vocalem puto periisse, quam conjectura quilibet facile revocarit. *Acidalius*. Hujus priorem emendationem, licet Rádero probatam, non admittit Freinsh. Præsertim cum loca, quæ firmandæ suæ sententiæ adducit, de alia longe causa dicant. Posteriorem plane rejicit; nam *parentes* etiam largius pro cognatis propinquisque sumuntur. Exempla autem rei, ex Cic. pro Sylla cap. 31. pro Flacco cap. ult. & pro Sextio cap. ult. Val. Max. 8. 1. (nam illud ex Lipsii Monitis de Eponina huc non pertinet) adduxit Raderus.

Duos fratres ego nuper amisi] Hectorem in Nilo submersum 4. 21. Nicanorem hoc libro commemoratum.

Patrem] In Media verfantem.

35 *In-*

ipſe, quoties quæ audieram detuli, cum ludibrio credulitatis repulſus ſum. Si & quum indicamus, inviſi; & quum tacemus, ſuſpecti ſumus; quid facere nos oportet?
36 Quumque unus è circumſtantium turba exclamaſſet, *BENE MERITIS non inſidiari.* Philotas, *Recte,*
37 inquit, *quiſquis es dicis. Itaque ſi inſidiatus ſum, pœnam non deprecor; & finem facio dicendi, quoniam ultima verba gravia ſunt viſa auribus veſtris.* Abducitur deinde ab iis qui cuſtodiebant eum.

NOTÆ

35 *Inviſi*] Freinsheimio non diſplicet conjectura fratris Melchioris, *inriſi*, quo participio & Tacit. uſus 4. 9. *ad vana & toties inriſa revolutus.* Aut ſi quis participium ſpernat, fieri poſſit *inriſui.* quod firmatur fere ſimili loco Plinii: *Pleriſque ultro etiam irriſui ſumus, iſta commentantes, ac frivoli operis arguimur.* nam ineptam diligentiam contemptus potius ſequitur quam ſimultas. Volunt hoc & præcedentia: *cum ludibrio credulitatis repulſus ſum.* Sic ſupra 6. 8. ait, *veritum ne jurgium inter amatorem & exoletum* non ſine riſu *aliorum detuliſſet.*

37 *Veſtris*] Nondum video, cur vocalem hanc expunctam velint, & generalem hanc ſententiam, non ad præſentem concionem reſtringendam: *ultima verba gravia ſunt auribus.* Immo potius grata ſunt, ſi impatientiam auditoris ſine moleſti ſermonis ſolantur. Reſpicit Philotas ultima ſua verba, quibus fuerclamatum eſt. Ego ſane tantum abſum, ut libris habentibus hoc pronomen adimi cenſeam, ut potius addendum putem non habentibus. *Freinsh.*

CAP. XI.

Concio a quodam Belone accenſa, in Philotam ſurgit. Is paulo poſt, ut ſe cruciatibus liberaret, ficta conjurationis circumſtantias aperit. cumque aliis, qui accuſantur, ſaxis à Nicomacho obruitur.

1 ERAT inter duces manu ſtrenuus Belon quidam, pacis artium & [a] civilis habitus rudis, vetus miles; ab humili ordine ad eum gra-
2 dum, in quo tunc erat, promotus: qui tacentibus ceteris, ſtolida audacia ferox, admonere eos cœpit; *quoties quiſque diverſoriis, quæ occupaſſent, proturbatus eſſet, ut purgamenta ſervorum Philotæ reciperentur*

eo

INTERPRETATIO.

a *Politioris vitæ ignarus.*

3 Victus

eo unde commilitones expulisset. Auro argentoque vehi- 3
cula ejus onusta totis vicis stetisse: ac ne in vicina quidem diversorii quemquam commilitonum receptum esse; sed per dispositos, quos ad somnum habebat, omnes procul relegatos, ne femina illa murmurantium inter se silentio verius, quam sono excitaretur. Ludibrio ei fuisse 4
rusticos homines, Phrygasque & Paphlagonas adpellatos: qui non erubesceret, Macedo natus, homines linguæ suæ per interpretem audire. Cur Hammonem consuli 5
vellet? eundem Jovis arguisse mendacium, Alexandrum filium adgnoscentis: scilicet veritum ne invidiosum esset, quod dii offerrent. Quum insidiaretur capiti regis & ami- 6
ci, non consuluisse eum Jovem: nunc ad oraculum mittere, dum pater ejus solicitaretur, qui præsit in Media; & pecunia, cujus custodia commissa sit, perditos homines ad societatem sceleris impellat. Ipsos missuros ad oraculum, 7
non qui Jovem interrogent, quod ex rege cognoverint; sed qui gratias agant: qui vota pro incolumitate regis optimi

NOTÆ.

3 *Vicina*] Cum sic haberet Aldus, non potui mutare: est enim hoc huic loco præ ceteris accommodatissimum.

4 *Fuisse rusticos*] Sic recte: quamquam Acidalius mallet, *fuisse se: rustic.* Quo sane facto periret elegantia sensui. Nec quidquam ad rem facit Philippi jocus, qui rusticos esse Macedonas dicebat, & scapham scapham appellabat, in Plutarch. apophth. cap. 31. illud enim ad laudem potius pertinebat. Philotas opprobrii causa aliena vilium & rudium populorum nomina iis indidit. *Idem.*

Per interpretem] Quod quidem majorem dignitatis speciem conciliat magnis potestatibus, in Philota tamen excusari non debet, qui id sibi tribueret apud cives suos, quod ne reges quidem usurpasse apparet ex eo, quod passim tradunt auctores, eos *magna libertatis umbra* præfuisse, ut Curt. 4. 7. & hunc ipsum Alexandrum comem admodum fuisse supra infraque aliquoties prolixe narrant. Ea igitur res valde aggravat Philotæ superbiam. Non certe superbius fecit Pallas, si Philotam & Macedones compares cum Pallante liberto quidem, sed & ipso præpotente, & ipsius libertis. Tamen apud Tacit. 13. 23. *nec tam grata Pallantis innocentia, quam gravis superbia fuit: quippe nominatis libertis ejus, quos conscios haberet, respondit; nihil unquam se domi, nisi nutu aut manu significasse, vel si plura demonstranda essent, scripto usum, ne vocem consociaret.*

6 *Pecunia*] Quæ sane ingens erat, centum octoginta millia talentum, hoc est, centies octuagies millies centena millia Philippæorum: Centum & octo milliones. *Raderus.* ex Diod. 17. 80. & lib. 15. Strabonis. Ceterum 108. milliones enunciantur centies octies millia. Sequentia hujus numeri verba constituimus, ut esse dicuntur in Mss.

9 *Res*

8 *timi perſolvant.* Tum vero univerſa concio accenſa eſt; & à corporis cuſtodibus initium factum, clamantibus, *diſcerpendum eſſe parricidam manibus eorum.* Id quidem Philotas, qui graviora ſupplicia metue-
9 ret, haud ſane iniquo animo audiebat. Rex in concionem reverſus, ſive ut in cuſtodia quoque torqueret, ſive ut diligentius cuncta cognoſceret; concilium in poſterum diem diſtulit: & quamquam in veſperam inclinabat dies, tamen *amicos convocari* jubet. & ceteris quidem placebat, *Macedonum more*
10 *obrui ſaxis*; Hephæſtion autem & Craterus & Cœnus *tormentis veritatem exprimendam eſſe* dixerunt: & illi quoque, qui aliud ſuaſerant, in horum ſententiam tranſeunt. Conſilio ergo dimiſſo, Hephæſtion
11 cum Cratero & Cœno ad quæſtionem de Philota
12 habendam conſurgunt. Rex Cratero accerſito, & ſermone habito, [a] cujus ſumma non edita eſt; in intimam diverſorii partem ſeceſſit, & remotis arbitris in multam noctem quæſtionis exſpectavit eventum.
13 Tortores in conſpectu Philotæ omnia crudelitatis
14 inſtrumenta proponunt. Et ille ultro, *quid ceſſatis*, inquit, *regis inimicum, interfectorem, confitentem occide-*

INTERPRETATIO.

a *Cujus argumentum vulgatum non eſt.*

NOTÆ.

9 *Rex*] An repeti placet ex præcedenti dictione, *At rex*? profuerit hoc vinciendæ ſententiæ: cujus tamen rei non admodum ſtudioſus eſt Curtius.

In veſperam] Simili phraſi utitur Hiſtoricus Ann. 1. *Flexo in veſperam die.*

10 *Cœnus*] Mirum hoc de Cœno, qui modo ipſum tormentis ſubtrahere volebat, cum jam contra aliorum ſententiam ſuadere quæſtionem. Niſi forte hoc voluit ad purgandam ſuſpicionem, quam incurrere illo conſilio potuiſſe, ſupra ad 6. 9. notavi. neſcio quid pro illo, à Curtio dici poſſit. *Freinsh.*

12 *In intimam*] Plutarch. cap. 88. narrat, non quidem interfuiſſe quæſtioni, ſed exaudiviſſe foris, velo diſcretum, *quod viſum arceret, auditum non adimeret*, ut loquitur Tacit. 13. 5.

13 *In conſpectu*] Hoc ita nunc obſervatur, ſi forte reus apparatu tam atroci territus, tormentorum cruciatus ſpontanea confeſſione præveniat. *Freinsh.*

15 Ob-

tidere? quid quæstione opus est? cogitavi, volui. Craterus exigere, *ut quæ confiteretur, in tormentis quoque diceret.* Dum corripitur, dum obligantur oculi, 15
dum vestis exuitur, *deos patrios, gentium jura*, nequidquam apud surdas aures invocabat. Per ultimos deinde cruciatus, utpote damnatus, & inimicis in gratiam regis torquentibus laceratur. Ac primo quanquam hinc ignis; illinc verbera, jam [a] non 16
ad quæstionem, sed ad pœnam ingerebantur; non vocem modo, sed etiam gemitus [b] habuit in potestate: sed postquam intumescens corpus ulceribus, fla- 17
gellorum ictus nudis ossibus incussos ferre non poterat; *si tormentis adhibituri modum essent, dicturum se, quæ scire expeterent, pollicetur, sed finem quæstioni fore, jurare eos per Alexandri salutem* volebat, *remove-* 18
rique tortores. Et utroque impetrato, Cratero inquit,

INTERPRETATIO.

a *Non ad inquirendam* veritatem, *sed ad* eum *cruciandum adhibebantur.*

b *Repressit.*

NOTÆ.

15 *Obligantur oculi*] Vt feralibus istis tenebris magis etiam angeretur, & admota crudelitatis tormenta, quanto inopinata, vehementius paveseeret. Hodie iis, qui gladio percutiuntur, integuntur oculi, mitiorem ob causam: ne scilicet adspectu carnificis perterriti, preces ultimas turbatiori mente profundant. deinde ne speculatorem forte subducto capite, aut projectis manibus frustrentur, vel impediant. De qua re notabilis Bironii historia. Tamen & antiquitus id etiam observatum vel ex Iosepho de bel. Iud. 7. 14. & Hegesippo 5. 47. constat: *dum percussor moratur, clausis jam fasciola oculis, sese proripuit ad Romanos.* Idem.

16 *In potestate*] Vt nec clamaret, nec ingemisceret, ut *plerique* in l. 1. §. 23. de quæstion. Philotas ergo primum sano adhuc & integro corpore fortissime & constantissime verbera, faces, & cruciatus pertulit; at ubi corpus exulceratum est, cœpit fateri. His plane contraria scripsit Plutarchus Alexand. cap. 88. *Inde correptum torserunt assistentibus quæstioni regis amicis & Alexandro pone obtensam aulæam exaudiente. Quo tempore eum dixisse aiunt, cum miserandis & abjectis vocibus precibusque Philotæ Hephæstionem compellaret; adeone mollis tu, Philota, & effœminatus tantas res moliebare?* Alias cap. 85. ut strenuum, ferreum, laborum tolerantem laudarat Plutarchus. Ne tamen videantur pugnare inter se Curtius & Plutarchus, dici potest, primum tormenta fortiter à Philota exantlata, dein lacerato & exulcerato corpore ad preces descendisse. *Raderus.*

18 *Per Alexandri salutem*] Per genium seu νεῦμα regis aut Cæsaris jurabant

19 quit, *dic quid me velis dicere.* Illo indignante, *ludificare eum*, rursusque revocante tortores; *tempus petere* cœpit, *dum reciperet spiritum, cuncta que sciret,*
20 *indicaturus.* Interim equites, nobilissimus quisque, & ii maxime, qui Parmenionem propinqua cognatione contingebant, postquam Philotam torqueri fama vulgaverat, legem Macedonum veriti, qua cautum erat, ut propinqui eorum, qui regi insidiati erant,

NOTÆ.

bant veteres pagani; per salutem principis, Christiani. ut in Apolog. cap. 32. docet Tertullianus. Imperatores Arcad. & Honor. in l. si quis major. 41. C. de transact. *Eos etiam hujus legis vel jactura dignos esse jubemus, vel munere, qui nomina nostra placitis inserentes* SALVTEM PRINCIPVM *confirmationem initarum juraverint esse pactionum.* Ita Theodosius minor Eudociam conjugem suam adegit, ut per salutem suam juraret, se comedisse pomum. Aula S. cap. 17. *Rad.* De Eudocia narrat Græca temporum Epitome, quam Eusebio conjunxit Scaliger.

20 *Legem*] Sic Athenienses Arthmium, quod aurum corrumpendis Græcis ex Persia attulisset, ignominiosum & hostem populi Ath. & sociorum esse jusserunt, *ipsum & genus ejus*, Demosth. & Aristid. Panath. Merito Marcellin. 23. 31. Persarum eas leges, *per quas ob noxam unius propinquitas perit*, vocat *abominandas*. Vt enim, ad coërcendam hominum malitiam pluribus adstrictioribusque vinculis, hanc quoque legem haberi fortassis salubre fuerit, ita eam, si casus inciderit, præfracte exequi, extremæ foret injustitiæ. Quod si Deus quid in contrarium olim jussit, scimus id eum fecisse justissimis de causis, etiamsi quænam illæ fuerint, nesciamus. Merito autem laudat Areopagitas Ælian. hist. var. 5. 18. quod gravidas damnatas non punirent, nisi edito partu, *solventes à damnatione innocentem infantem, & eam, que commiserat supplicium, solam morte mulctantes.* quod etiam nostris moribus laudabiliter obtinet. Exsecranda è contrario est sententia, qux *in omnes qui vel in carceribus tenebantur, vel in exilium acti erant, in omnes eorum cultores & cognatos, capitalis lata est & in libellos relata* sub Andronico, ut testatur Nicetas lib. 2. de imperio illius. Injustum est eos manere pœnas, quorum non sunt peccata, ac iniquus haberetur à Patribus Deus, si damnaret innoxium. Vltra metus progredi non debet, quam reperitur delictum. *Insanæ* temeritatis vitium est, ob incertum metum ad certissimum exitium properare. Intolerabilis ergo Arcadii & Honorii lex ad Eutychianum Præfectum Prætorio, ubi filiis reorum perduellionis imperatoria lenitate vita conceditur, cum paterno deberent perire supplicio. An quæso lenitas, concedere vitam, & affligere perpetua egestate? an quæso clementiæ locus, cum vita ipsis supplicia, mors autem solatia largiatur? Nescio, inquit clarissimus Grotius, quis Christianorum ausus sit Imperatoribus hæc dictare. Optime profecto, naturalis enim æquitas in hac causa ita perspicua, ut ab Ethnicis etiam sit observata. Pulchre Cicero lib. 4. de nat. deorum: *Ferretur ulla civitas latorem ejusmodi legis, ut condemnetur filius aut nepos, si pater aut avus deliquissent?*

Vt propinqui eorum, &c.] Hanc legem ut nimis rigidam postea abrogavit Alexander. Vnde auctor subjungit: *Legem se supplicii conjunctis sontium remittere.* Et lib. 8. ad Hermolaüm Alexander. *Olim istum morem occidendi cum scelestis insontes propinquos parentes-*

que

erant, cum ipsis necarentur; alii se interficiunt; alii in devios montes vastasque solitudines fugiunt: ingenti per tota castra terrore diffuso, donec rex, tumultu cognito, [a] *legem se supplicio conjunctis sontium remittere* edixit. Philotas, verone an mendacio liberare se à cruciatu voluerit, anceps conjectura est; quoniam & vera confessis, & falsa dicentibus, idem [b] doloris finis ostenditur. Ceterum, *Pater*, inquit, *meus Hegelocho quam familiariter usus sit, non ignoratis. Illum dico Hegelochum, qui in acie cecidit: ille omnium malorum nobis causa fuit. Nam quum primum* Iovis filium *se salutari jussit rex, id indigne ferens ille*, hunc igitur regem agnoscimus, *inquit*, qui Philippum dedignatur patrem? actum est de nobis, si ista perpeti possumus. NON HOMINES solum, sed etiam deos despicit, qui postulat deus credi. Amisimus Alexandrum, amisimus regem: incidimus in superbiam, nec diis quibus se exæquat, nec hominibus, quibus se eximit, tolerabilem. Nostronc sanguine deum fecimus, qui nos fastidiat, qui gravetur mortalium adire concilium? Credite mihi, ET NOS, si viri sumus, à diis adoptabimur. Quis proavum hujus

21 22 23 24 25 26

INTERPRETATIO.

a *Se mortis lege eximere reorum cognatos.*
b *Eadem tormentorum cessatio proponitur.*

NOTÆ.

que solvi. quod etiam justitiæ convenientius est, ut pœna teneat solos delicti auctores. *Loccen.*

21 *Et vera confessis, & falsa dicentibus, idem doloris finis ostenditur*] Ulpianus in l. 1. §. 23. de quæst. Val. Max. lib. 8. cap. 4. & Langlæus lib. 9. Semestr. cap. 1. & 2. plura notarunt de quæstionum & tormentorum lubrico & ancipiti modo: qui etiam effecit, ut in regno Sueciæ illorum non sit usus. *Loccen.*

25 *Et nos*] Alludit dictum, quod Alexandro tribuit Plutarch. cap. 49. *Cunctorum quidem esse mortalium Deum communem parentem, sed peculiariter sibi adoptare optimum quemque.*

26 *Proavum hujus Alexandrum*] Duos hoc nomine Macedoniæ reges offert historia, ad quos ista trahi possint, Alexandrum cognomento Divitem, & alium, Philippi fratrem, hujus Alexandri patruum. De hoc Raderus accipit, & ut omnia rectius quadrent, miram genealogiæ rationem commiscitur, proavum dici contendens, qui

hujus Alexandrum, quis deinde Archelaüm, quis Perdiccam occiſos ultus eſt? hic quidem interfecto-
27 ribus patris ignovit. *Hac Hegelochus dixit ſupra cœnam: & poſtera die prima luce a patre accerſor. Triſtis erat, & me mœſtum videbat. audieramus enim, quæ*
28 *ſolicitudinem incuterent. Itaque ut experiremur, utrum ne vino gravatus effudiſſet illa, an altiore concepta conſilio; accerſiri eum placuit. Venit: eodemque ſermone ultro repetito adjecit*, ſe ſive auderemus duces eſſe, [a] proximas à nobis partes vindicaturum; ſive deeſſet ani-
29 mus, conſilium ſilentio eſſe tecturum. *Parmenioni*, vivo adhuc Dario, intempeſtiva res *videbatur*; non enim ſibi, ſed hoſti eſſe occiſuros Alexandrum: Dario vero ſublato præmium regis occiſi Aſiam, & totum Orientem interfectoribus eſſe ceſſurum. *Ad-*

pro-

INTERPRETATIO.

a *Primum poſt nos* conjurationis *curam ſuſcepturum.*

NOTÆ.

tot ante gradibus regnum tenuiſſet, quaſi contendas, Veſpaſiani patrem recte dici Vitellium, avum Othonem, proavum Galbam. Verum etiam ſic opus habet ejecto Ptolemæo Alorite, quod ille non fuerit, ut illi quidem fingere lubet, ex genere Carani. At ſi genus aſpiciendum eſt, cur à ſucceſſionibus regum appellationes cognationis trahit? aut ſi attendenda ſucceſſio, cur generis requirit propinquitatem? Certe, ſi nullum aliud eſſet argumentum, hunc Alexandrum à Curtio non indigitari, niſi hoc unum, quod tam male aſſeritur, ſufficere potuiſſet. Sunt autem præter id duo ſatis valida. primum, quod ante ceteros hujus caſum ponit, etiam vocula *deinde* innuens, priorem interfectum. alterum, quod poſterioris Alexandri mors non neglecta, ſed vindicata fuit à fratre Perdicca, qui percuſſorem ejus Aloriten Ptolemæum regno ſimul vitaque privavit, ut apud Diod. 15. 77. legimus. Ergo potius ad Alex. Divitem, qui & Philellen, iſta verba pertinere videntur. quem quod *proavum* appellat Curtius, cum eſſet abavus; nihil mirum aut inſolens facit. Inculcandum enim eſt denuo, quod de confuſis cognationum vocabulis ſupra ſemel iterumque monuimus. Eadem plane videtur eſſe cauſa Libanii Declam. 16. qui eum Alexandrum, quem noſtri proavum vocat Curtius, *avum Philippi* appellat, πάππον. hæc enim vox etiam pro ulteriori gradus avis accipi poteſt. quomodo & Latina apud Iuven. 8. verſ. 133.

De quocunque volet proavum *tibi ſumito libro.*

Archelaüm De rege Archelao Curtium ſentire neceſſe eſt, cum hic exempla eorum referat, qui reges impune occiderunt. De Perdiccæ nece diverſa ſentiunt auctores, quos vide in Reinecc. regno Macedonico. *Freinsh*

Interfectoribus Soli Alexandro Lynceſtæ. Iuſtinus 11. 2. *Ante omnia cædis conſcios ad tumulum patris occidi juſſit, ſoli Alexandro Lynceſtarum fratri peperit.*

probatoque consilio, in [a] *hac fide data est & accepta. Quod* 30
ad Dymnum pertinet, nihil scio; & hæc confessus intelli-
go non prodesse mihi, quod prorsus sceleris expers sum.
Illi rursus tormentis admotis, quum ipsi quoque ha- 31
stis os oculosque ejus everberarent; ut hoc quoque
crimen confiteretur, expressere. Exigentibus dein- 32
de, *ut ordinem cogitati sceleris exponeret; quum diu Ba-*
ctra retenturæ regem viderentur, timuisse respondit,
ne pater LXX natus annos, tanti exercitus dux, tantæ
pecuniæ custos, interim exstingueretur, ipsique, spoliato
tantis viribus, occidendi regis causa non esset. Festinasse
ergo se, DVM premium haberet in manibus. Repræ- 33
sentasse consilium, cujus patrem fuisse auctorem nisi cre-
derent, tormenta quamquam tolerare non posset, tamen
non recusaret. Illi conlocuti *satis quæsitum videri*; ad 34
regem revertuntur. qui postero die & *quæ confessus*
erat Philotas reciiari; & ipsum quia ingredi non po-
te-

INTERPRETATIO.

[a] *Ad ea* præstanda *fides utrimque obligata est.*

NOTÆ.

sit. Et ipse Curtius 4. 7. *Philippi autem omnes interfectores luisse supplicia.* Iustinus tamen 7. 9. etiam Olympiadem, adeoque ipsum Alexandrum conscium fuisse cædis Philippi testatur, imo Pausaniam percussorem Philippi ab Olympiade fuisse subornatum & immissum in Philippum conscio etiam ipso Alexandro. Quæ omnia Alexander dissimulavit. *Raderet.* Intelligit igitur hic solum Lynceſtem Alexandrum, de quo mox 7. 1. Quod autem *interfectoribus* de uno plurative dixit, facit ad intendendam vim orationis. Tale est illud apud Tacit. 1. 10. *Interfectos Egnatios, Iülos, &c.* cum unus Egnatius, unus Iülus fuisset interfectus; & alia sexcenta. *Freinsh.*

30 *Prorsus*] Alii leg. *prius.*

33 *Patrem fuisse auctorem*] Melioribus libris constanter abest vox *auctorem.* quod suspicionem mihi non ineptam, ut puto, parit, esse eam glossema vocis *patrem*, quam non vulgari significatu hic positam; aliquis adpicto receptiore vocabulo exponere voluerit. Sensus igitur est: Totum se consilium *exposuisse*, suum illud esse: nec quemquam alium auctorem ejus nominare posse: nimirum illius ultimi, quo occupare destinaverat patris obitum. At si alios forte conscios aut suggestores ab eo velint exprimere, nec se *patrem* (hoc est auctorem) ejus fuisse credant, non se recusare tormenta. Ea notione Ovid. de Ponto 4. 5. vers. 29.

Quidque parens ego vester agam.

Græco more. Athenæus prisc. operis: Ἀθηναῖος μὲν ὁ τῆς βίβλου πατήρ. Maximus Tyrius sermone octavo: ἀλλὰ εἴτε μαντικὴ, εἴτε ἐξήγησις τις ἐστὶν ὁ τῆς λύγκου πατήρ. *Freinshemius.* Freinshemius hic *repræsentare consilium* interpretatur exponere, & quasi re figura-

cumſtantes ſe vidit, *Demetrium & ſemetipſum id facinus cogitaſſe* confeſſus eſt. Omnes ergo à Nico- 38
macho nominatos, more patrio, dato ſigno, ſaxis, obruerunt. Magno non modo ſalutis, ſed etiam 39
vitæ periculo liberatus erat Alexander: quippe Parme-

NOTÆ.

te nexarum conſcientia linguam, ut de Chonodomario loquitur Marcellin. 16. 33. & 17. 25. de Zizai: *amiſſo vocis officio præ timore.* Quod ipſum attendi jubet, ſed caute, l. 10. §. 2. de quæſt. *Plurimum quoque in excutienda veritate etiam vox ipſa, & cognitionis ſubtilis diligentia adfert. nam & ex ſermone, & ex eo, quæ quis conſtantia, quæ trepidatione quid diceret, quædam ad illuminandam veritatem in lucem emergunt.* Aliud exemplum ſuppeditat Tacit. 15. 66. *Non vox adverſum ea Fenio, non ſilentium, ſed verba ſua præpedians, & paveris manifeſtus, &c.* Adde infr. 7. 1. Ita fere *Demetrium Philippi filium, quem pater ad ſatisfaciendum ſenatui miſerat, turba querelarum confuſum repente obticuiſſe* narrat Iuſtin. 32. 2.

Demetrium & ſemetipſum id facinus cogitaſſe confeſſus eſt] Ex hoc rei judicatæ exemplo liquet, etiam cogitationem, ſed conſilio participatam & actui deſtinatam, capitis pœnam mereri. Sic enim hic voce COGITASSE uſum Curtium, notat Scipio Gentilis ad leg. quiſquis. C. ad leg. Iul. majeſt. 59. Majeſtatis. 6. Cod. ad leg. Iul. Majeſt. *Ex eo tempore quo hanc cogitationem ſubiit, propter cogitationem dignus eſt pœna.* Et Apuleius 4. Florid. *In* (hujuſmodi) *maleficiis etiam cogitata ſcelera non adhuc perfecta judicantur, cruenta mente, pura manu.* Locc.

38 *Omnes ergo à Nicomacho nominatos*] Adverſus molitiones Acidalii, qui argutatur, Curtium hic duplici nomine accuſari poſſe negligentiæ, quod omnes à Nicomacho nominatos ſaxis obrutos ſcripſerit, quaſi aut omnes illi, aut præter eos nemo fuiſſet punitus; bene tuetur auctorem Raderus: nihil hic eſſe mutandum, nec pro *à Nicomacho nominatos*, audaciſſima conjectura legendum *à Macedonibus damnatos*, neque *etſi à Nicom. non nominati*, Sed & Amyntam, quem à Nicomacho nominatum Acidal. evaſiſſe ſupplicium putat, non eſſe cum, cujus ſtatim libro ſeq. ampla habetur mentio. Deinde hic dici, *omnes à Nic. nominatos*, non propter Calſin & Philotam, de quibus jam per ſe conſtabat, ſed Demetrium & alios cum eo antea nominatos. *Freinsh.*

Saxis obruerunt.] *Apud Perſas quoque lapidibus obrui interdum nocentes ſolebant: & ita Bagoraſus, ut Cteſias refert, juſſu regis lapidibus eſt obrutus. Idemque paſſum Pharnaryam Eunuchum, idem Cteſias ſcribit.* Briſſ. Athenienſes etiam Æſchylum hac morte damnaſſe Ælian. hiſt. var. 5. 19. ſcribit. Per ſeditionem militum idem accidit Poſthumio, *inſectanti, quas promiſerat, prædas*, ut ait Florus 3. 22. apud Livium 4. 50. & poſtea Q. Pompeio, teſtibus Valer. Max. 9. 7. Velleio 2. 20. Liv. epit. 77. Quod autem Curtius hic ait *more patrio*, ei ſimilis locus eſt in Marcellino 26. 26. *eos qui inter Conſtantianos merebant, priſco more militibus dedit occidendos.* De lapidatione eſt & apud Euripidem Oreſte verſ. 48.

——— *Hæc dies autem eſt dicta,*
In qua ferant ſententiam Argivi;
An oporteat nos mori lapidante ſaxo,
An acuto enſe feriri collum.

Ceterum, ut notavit Popma, de ſupplicio Philotæ diſſentitur. nam Diodor. 17. 80. capitali ſupplicio affectos, generaliter; Arrianus 3. à Macedonibus jaculis confoſſos narrat. *Freinsh.*

39 *Et invidia*] Inſignis hæc eſt correctio Rubenii Elect. cap. 33. *non mo-*

Parmenio & Philotas, principes amicorum nisi palam fontes, sine indignatione totius exercitus non
39 potuissent damnari. Itaque anceps quæstio fuit: dum inficiatus est facinus, crudeliter torqueri videbatur: post confessionem, Philotas ne amicorum quidem misericordiam meruit.

NOTÆ.

do salutis, sed & invidiæ. Alexander, inquit, non solum salutis & capitis discrimen effugit, sed etiam invidiæ & calumniarum flammam, per confessionem hanc Philotæ. Quod egregie firmant sequentia, & simillimus iste locus Taciti 15. 73. *Nero, vocato senatu, oratione inter patres habita, editum apud populum, & collata in libros indicia, confessionesque damnatorum adjunxit. Etenim crebro vulgi rumore lacerabatur, tamquam viros insontes ob invidiam aut metum exstinxisset.* Idem nostro ævo factum videmus. Non enim falso conquerebatur Domitianus apud Suet. 21. *Conditionem principum miserrimam, quibus de conjuratione comperta non crederetur, nisi occisis.* Certissima igitur est emendatio Viri ingeniosissimi: quamquam eam refellere conetur Doctus Adversariorum scriptor lib. 28. cap. 6. defensa vulgari lectione *etiam vita.* Ei jam respondimus quærenti, cur post salutem Curtius demum dicat de invidia. Quod autem ipse vitam sic distinguit à salute, ut totius vitæ cursum atque ordinem designare dicat, id vero non magnopere ad rem facit. nec à vita sufficienter distinguit salutem. nam si semel salutis fecisset naufragium, certe jam de eo vitæ tempore atque ordine supervacaneum erat quærere. Post hæc scripta, cum viderem jam in Edit. receptam esse Rubenii correctionem, ego quoque exprimendam putavi. *Idem.*

Philotas] Hic vero dele vocem *Philotæ*, quæ tam manifesta temeritas glossæ, ut mirum sit haud etiam pridem deprehensam. Curtius quidem si addidisset, non eo quo nunc est loco, sed initio statim posuisset. Sed nec addidit, nec opus fuit, cum in medio, non alium quam Philotam, designari. *Acid.* Eademque erat Bongarsii sententia, vocem eam aut ex glossa esse, aut lineæ superiori proximæ intexiendam. Cui etiam supta eliminandum id nomen videbatur, in his; *nec ab ipso Philota.*

Q. CUR-

Q. CVRTII RVFI, DE REBVS GESTIS ALEXANDRI REGIS MACEDONVM, LIBER VII.

CAP. I.

Alexander Lynceſtem majeſtatis reum interfici curat. deinde in Amyntam & Simmiam Philotæ amicos inquirit, qui ſuam innocentiam gravi oratione tuentur.

PHILOTAM ſicut recentibus ſceleris ejus 1
veſtigiis jure adfectum ſupplicio cenſuerant
milites; ita POSTQVAM deſierat eſſe
quem odiſſent, invidia in miſericordiam
vertit. Moverat & claritas juvenis; & patris ejus 2
ſenectus atque orbitas. Primus Aſiam aperuerat regi 3
omnium periculorum ejus particeps; ſemper alterum
in

NOTÆ.

1 *POſtquam deſierat*] Livius pari modo de vulgi animis erga Manlium ob crimen perduellionis ſaxo Tarpeio dejectum lib. 6. *Populum brevi poſtquam periculum ab eo nullum erat, per ſe ipſas recordantem virtutes, deſiderium ejus tenuit.* Cornelius Nepos in Dione: *Hujus de morte ut palam factum eſt; mirabiliter vulgi immutata eſt voluntas. nam qui vivum eum tyrannum vectarant, eundem liberatorem patriæ, tyrannique expulſorem prædicabant. Sic ſubito miſericordia odio ſucceſſerat, ut eum ſuo ſanguine, ſi poſſent, ab Acheronte cuperent redimere.* Ita vulgus ſæpe affectibus eſt æquipar. *Lucanus.*

Invidia in miſericordiam] Affine eſt illud Livii 29. 22. de Pleminio: *jam ſeneſcente invidia, molliebatur ira.*

Vertit] Editiones aliæ habent *vertitur*. Non male, ſi ad præſens tempus referatur. Imo ſic pari paſſu cum alia lectione ambularet. Prætulerim tamen cum Modio, Manutio, & Freinshemio *vertit*, ſicut in textu edimus. Apparet enim, præterito tempore ab auctore noſtro concepta eſſe.

3 *Primus*] Philippi patris Alexandri miſſu. Diod. Siculus 16. 92. *Hoc anno Philippus rex ſummus belli dux à Græcis factus, bellum Perſicum illicoavit, ac ſtatim Attalum & Parmenionem, cum parte copiarum & mandatis, ut urbes ibi Græcas liberarent, in Aſiam præmiſit.* Adde Juſtin. 9. 5. 8. Gemiſtum lib. 2.

multo antequam Philotas regem voluisset occidere, exhiberetur. A duobus indicibus, sicut supra diximus; delatus, tertium jam annum custodiebatur in vinculis, eundem in Philippi quoque cædem conjurasse cum Pausania, pro comperto fuit: sed quia primus Alexandrum *Regem* salutaverat; supplicio magis quam crimini fuerat exemptus. Tum quoque Antipatri soceri ejus preces justam regis iram morabantur. [a] Ceterum recruduit soporatus dolor, quippe veteris periculi memoriam præsentis cura renovabat. Igitur Alexander ex custodia educitur, jussasque dicere, quam toto triennio medi-

6 7 8

INTERPRETATIO.

a *Sed ira* jam *sopita*, tunc *renovata est*.

NOTÆ.

6 *Supplicio magis*] Sic apud Liv. 36. 35. Epirotis *responsum datum est, quo veniam impetrasse, non causam probasse videri possent.* Sic apud Iustinum 32. 1. *Demetrius veniam patri, non jure defensionis, sed patrocinio pudoris obtinuit, quod ipsum decreto senatus significatum est, ut appareret, non tam absolutum regem, quam donatum filio patrem.* Ex contrario Lucretia 1. 58. *ego me, etsi peccato absolvo, supplicio non libero.* Valde enim differunt probare, & ignoscere: quod merito notat in Planco Velleio 2. 83. *qui clementiam victoris pro sua virtute interpretabatur; dissitens id probatum à Cæsare, cui ille ignoverat.*

7 *Antipatri soceri*] Diodor. 17. 80. *propter necessitudinem, quæ cum Antigone ipsi intercedebat.* At nulla ei cum Antigono fuisse necessitudo memoratur: deinde credibilius est, Antipatri precibus id datum, qui tum per Alexandri absentiam Macedoniæ præpositus erat; quam Antigoni, viri quidem jam tum illustris, sed nondum eo provecti, ut suspicari debeamus, id eum ab Alexand. petere ausum. Vide igitur num in Diodoro scribendum, διὰ τὴν ἐκεῖνα ἀνεψιότητα. *Freinsh.*

Soporatus] Satis elegans lectio, sed cui antehabet Freinshemius B. 1. *suppuratus dolor.* Sane eadem translatione Seneca utitur, epist. 80. *Horum, qui felices vocantur, hilaritas ficta est: aut gravis & suppurata tristitia.*

8 *Toto triennio*] Computavit simul annum currentem, nec dum exactum: quod frequentissime fieri, præsertim in annis imperiorum recensendis, non uno loco ostendit Scaliger ad Eusebium. Sic & Diodor. 17. 80. τετάρτῳ μὲν ἤδη χρόνῳ ἐν φυλακῇ τυγχάνοντος. At infr. 8. 8. *per biennium dilatus* dicitur, nimirum non computatis mensibus qui excedebant. quamquam non dissimulo, ibi quoque libros nonnullos habere triennium. sic paulo ante. Eadem ratione Tacitus ann. 1. *neque Decemviralis potestas ultra biennium.* Quasi dixisset, non pluribus annis, quam duobus, non habita ratione dierum, nec mensium, sed annorum tantum. non valuit tribus annis, ergo non ultra duos. Sic aliquando secula enumeramus, nullo adspectu annorum qui supersunt. Vt cum Florus septingentis annis includit vitam Pop. R. ad Augustum usque, cum nimen supersint adhuc 9 aut 10 anni. *Freinsh.*

meditatus erat defensionem, hæsitans & trepidus pauca ex iis, quæ composuerat, protulit: ad ultimum non memoria solum, sed etiam mens eum destituit.
9 Nulli erat dubium, quin TREPIDATIO conscietiæ indicium esset, non memoriæ vitium. itaque ex iis qui proxime adstiterant, [a]obluctantem adhuc
10 oblivioni lanceis confoderunt. Cujus corpore sublato, rex *introduci jussit Amyntam & Simmiam*: nam Polemon, minimus ex fratribus, quum Philotam
11 torqueri comperisset, profugerat. Omnium Philotæ amicorum hi carissimi fuerant: ad magna & honorata ministeria, illius maxime suffragatione producti: memineratque rex, summo studio ab eo conciliatos sibi. nec dubitabat, *hujus quoque ultimi*
12 *consilii fuisse particeps.* Igitur, *olim esse sibi suspectos matris suæ literis, quibus esset admonitus, ut ab his salutem suam tueretur. Ceterum [b]se invitum deteriora credentem, nunc manifestis indiciis victum, jussisse vinciri.*

INTERPRETATIO.

a *Cum adhuc conaretur memoriæ vitium vincere.*
b *Se, qui non libenter malo crederet.*

NOTÆ.

9 *Trepidatio conscientiæ indicium*] Tacit. 3 Hist. de T. Ampio Flaviano: *Tanquam nimius pavor conscientiam arguret.*

10 *Profugerat*] Quæ res suspicionem criminis & conscientiæ movet. Ideo Senatusconsulti Syllaniani interpretibus placuit, ut *qui ante quæstionem habitam fugerint, si aperto testamento libera scripta imponantur*, multo duriore conditione causam dicant, quam si non fugissent. l. 23. §. 1. ad S. C. Syllan. *Confitetur enim de omnibus, quisquis se* subterfugere judicium dilationibus putat. capi nullas. de præsumpt. ubi late Felinus.

11 *Amicorum*] *Considera quomodo Alexander tractaverit Philota atque Parmenionis amicos atque familiares: atque Dionis amicos Dionysius, Plauti Neto, Sejani Tiberius turserint atque necaverint*, &c. Plutarch. cap. 10. de multitud. amicor. Docens, non temere sapientem illigari debere potentium hominum amicitiis.

12 *Se invitum deteriora credentem*] Princeps non erit promus ad deteriora credenda de subditis, nisi iisdem probentur, quo sibi subditos maxime devinciet: nec facile dabit patulas aures calumniatoribus, aut cuivis suspicioni. Iacobus Rex in Dono Regio sic hortatur filium suum: *Quum hereditarius tyrannorum morbus sit suspicio, exulcerata conscientia fructus, in alteram partem peccato potius: ne cuiquam crimen suspicionis affingas, qui illius semper extra inscius fuerit atque ignarus.* Locc. nius.

11 Fu-

viri. Nam pridie quam detegeretur Philotæ ſcelus, quin in 13
ſecreto cum ipſo fuiſſent, non poſſe dubitari. fratrem vero,
qui profugerit, quum Philotas torqueretur, aperuiſſe fu-
gæ cauſam. Nuper præter conſuetudinem, officii ſpecie, 14
amotis longius ceteris, [a]admoviſſe ſemetipſos lateri ſuo,
nulla probabili cauſa: ſeque mirantem, [b]quod non vice
ſua, tali fungerentur officio; & ipſa trepidatione eorum
perterritum; ſtrenue ad armigeros, qui proximi ſeque-
bantur, receſſiſſe. Ad hoc accedere, quod quum Anti- 15
phanes, ſcriba equitum, Amyntæ denunciaſſet, pridie
quam Philotæ ſcelus deprehenſum eſſet, ut ex ſuis equis
more ſolito daret iis, qui amiſiſſent ſuos; *ſuperbe re-*
ſpondiſſe, niſi incepto deſiſteret, brevi ſciturum quis
ipſe eſſet. *Iam linguæ violentiam, temeritatemque ver-* 16
borum, quæ in ſemetipſum jacularentur, nihil aliud eſſe,
quam ſceleſti animi indicem ac teſtem. quæ ſi vera eſ-
ſent, idem meruiſſe eos, quod Philotam; ſi falſa, exi-
gere ipſum ut refellant. Productus deinde Antipha- 17
nes, *de equis non traditis, & adjectis etiam ſuperbe mi-*
nis, indicat. Tum Amyntas, facta dicendi poteſtate; 18
ſi ni-

INTERPRETATIO.

a *Acceſſiſſe ad ipſius latus, nulla veriſimili ratione* adductos.
b *Quod extra ſuum tempus tale obſequium exhiberent.*

NOTÆ.

13 *Fugæ cauſam*] Cujus fugæ? ſuæ ipſius: nec enim de alia hic agitur. at quid hoc eſt, aperuit fugæ ſuæ cauſam fugiendo? quis credat auctorem ſic loqui! Sane, niſi quid aptius comminiſcantur alii, ego vocem illam *fugæ* remittam iis à quibus initio intruſa eſt: qua ſublata recte ſe habebunt omnia. Pridie quam detegeretur Philotæ ſcelus, Amyntam in ſecreto fuiſſe: ejus ſecreti cauſam, quidque ibi actum ſit, aperuiſſe fratrem Amyntæ qui profugerit, eoque modo palam fecerit, ſe fratreſque ſuos in eodem cum Philota conſilio fuiſſe. *Freinsh.*

14 *Amotis*] Quidam editi, *amotis*. quæ lectio ſpeciem veritatis habet, ipſam non habet.

15 *Reſpondiſſe*] Ordo poſtulat, *reſpondiſſet*. niſi hoc argumento eſt, initio hujus numeri inculcata eſſe duo verba ſpuria: *accedere, quod.*

16 *Iam linguæ violentiam*, &c.] Exempla, ſed deteſtanda non imitanda, Doeg & Simei; qui quo animo eſſent erga Davidem, linguæ vimlentia teſtabantur. *Loccenius.*

18 *Tum Amyntas*] Sic feci, clare præeuntibus libris: *Inde captus* (alii, *captum*) *Amyntas*. leg. enim *indicat. Tum Amynt*; quæ particula hic neceſſaria eſt. Ita ſupr. 6. 9. 6. 10. *Tum Philotas: Tum rex*, &c. Idem.

Ar-

cauſam, liberis corporibus animiſque. habitum etiam, quo te comitari ſolemus, reddidiſti. [a] *Cauſam non poſſumus; fortunam timere deſinemus. Te quæſo, permittas mihi id primum defendere, quod à te ultimum objectum eſt. Nos, rex, ſermonis adverſus majeſtatem tuam habiti nullius conſcii ſumus nobis. Dicerem jampridem, viciſſe te invidiam, niſi periculum eſſet, NE ALIA maligne dicta crederes blanda oratione purgari. Ceterum etiam ſi militis tui vel in agmine deficientis & fatigati, vel in acie periclitantis, vel in tabernaculo agri & vulnera curantis, aliqua vox aſperior eſſet accepta; meruera-mus fortibus factis,* [b] *ut mallès ea tempori noſtro imputare, quam animo. Quum quid accidit triſtius, omnes rei ſunt: corporibus noſtris, quæ utique non odimus, infeſtas admovemus manus; parentes liberis ſi occurrant, & ingrati & inviſi ſunt. Quum donis honoramur; quum præmiis onuſti revertimur, quis ferre nos poteſt? quis illam animorum alacri-*

21 22 23

INTERPRETATIO.

a *Cauſa noſtra nequimus diffidere.*

b *Vt velles ea potius tribuere temporis* conditioni, *quam noſtra* in te *voluntati.*

NOTÆ.

illius judicium ſuo vult judicio præverire. Loccen.

22 *Si militis tui, vel in agmine deficientis & fatigati*] Hujus rei illuſtre dedit exemplum Antigonus rex Maced. qui quum noctu quoſdam ex militibus ſuis exaudiſſet omnia mala imprecari ſibi, quod ipſos in difficile iter & inextricabile lutum deduxiſſet, acceſſit ad eos qui maxime laborabant, & cum ignorantes à quo adjuvarentur, explicuiſſet: *Nunc*, inquit, *maledicite Antigono, cujus vitio in hæc miſerias incidiſtis: ei autem bene optate, qui vos ex hac voragine eduxit.* apud Senecam lib. 3. de ira cap. 21. De Tiberio Velleius 2. 114. 3. *Non ſequentibus diſciplinam, quatenus exemplo non nocebatur, ignovit; admonitio frequens inerat, & caſtigatio, vindicta rariſſima: agebatque medium, plurima diſſimulantis, aliqua inhibentis.* Non omnia militum dicta factaque ad vivum ab imperatore reſecanda ſunt; niſi ex malitia profecta fuerint; ſed aliquid meritis antegreſſis dandum; quædam temporis cauſa diſſimulanda ſunt. *Loccen.*

Accepta] Etſi nec ſcripti nec cuſi libri aliter, legendum tamen *excepta*, opinatur Acidalius. Non plane aſſentitur Freinshemius. Ego veram emendationem judico.

23 *Corporibus noſtris*] A corporis ſui odio abhorret natura. Ita S. Paulus ad Epheſ. cap. 5. verſ. 29. οὐδεὶς γάρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησεν. *Nullus unquam ſuam ipſius carnem odio habuit.*

Donis honoramur] Stewechius in Amob. lib. 4. corrigit *oneramur*. quod non placet, ob mox ſequentem vocem *onuſti*. Berneggerus.

24 *Mi-*

Digitized by Google

24 alacritatem continere? MILITANTIVM nec in-
dignatio, nec lætitia moderata eſt. ad omnes adfectus im-
petu rapimur. vituperamus, laudamus, miſeremur, ira-
ſcimur, utcunque præſens movit adfectio. Modo In-
diam adire & Oceanum libet; modo conjugum & libe-
25 rorum patriæque memoria occurrit. Sed has cogitationes,
has inter ſe conloquentium voces, ſignum tuba datum fi-
nit: in ſuos ordines quisque currimus, & quidquid ira-
rum in tabernaculo conceptum eſt, in hoſtium effunditur
capita. Vtinam Philotas quoque [a] intra verba peccaſſet.
26 Proinde ad id revertar, propter quod rei ſumus. Amici-
tiam, quæ nobis cum Philota fuit, adeo non eo inficias,
27 ut expetiſſe confitear. An vero Parmenionis, quem tibi
proximum eſſe voluiſti, filium, [b] omnes pene amicos tuos
28 dignatione vincentem, cultum a nobis eſſe miraris? Tu
her-

INTERPRETATIO.

a *Vtinam non ultra ſermonis* libertatem *deliquiſſet.*
b *Qui univerſos ſexe ſuperabat gratia* apud te.

NOTÆ.

24 *Militantium nec indignatio*, &c.] Eodem modo Tacit. 2. Hiſt. ubi de Valente: *Vulgus utroque immodicum:* dum ad affectus impetu rapitur.

Modo] Sic diſtinxit Freinshemius, admonitus ipſa ſenſus hujus ſtructura, quam & Acidalius animadvertit.

25 *Quidquid irarum in tabernaculo conceptum eſt*] Ita Germanicus ad ſeditioſos milites apud Tacit. 1. Annal. *Quos jam pudor & gloria intrat, eluant hanc maculam, iraſque civiles in exitium hoſtibus vertant.*

In hoſtium effunditur capita] Sic Germanicus poſt ſeditionem militarem precatur deos ſuos; *eluant hanc maculam, iraſque civiles in exitium hoſtibus vertant.* Tacit. 4. 43.

26 *Revertar*] Recte hoc contra Acidalium tuetur Raderus. nam ille hic, & ſupra 6. 10. *prævertar* legit. Reverendi autem verbum aptius eſt. reditur enim ad id quod ſupra jam tactum, at nondum ſatis pertractatum erat. *Præverti* autem eſt, ſepoſitis interim aliis, rem certam exequendam ſibi ſumere. Sicut in ipſo Taciti exemplo, quod pro ſua ſententia adducit Acidalius. ex 2. 56. *præverti ad Armenios*, eſt *Armenios prius adire*, quam reliqua negotia adgrederetur. ibi enim non poterat dici *reverti* Germanicus ad Armen. apud quos nondum fuerat. Sed hic longe diverſa res eſt: & ni has emendationes admittimus verbi *revertendi*, perierit: quid enim obſtet, quin ubicunque repertum alteri cedere cogatur? *Freinsh.*

Amicitiam, quæ nobis cum Philota fuit, &c.] Tota hæc Amyntæ oratio, ut & cauſa, ſimillima eſt illi Terentii apud Tacit. 6. 8. Et membra ſane aliquot ſunt, quæ Lipſio videntur hinc tranſlata. Apud principem gratioſos in florenti eorum fortuna offendere, vertente eadem ſectari, utrumque periculoſum. Senec. epiſt. 55. *Quoties aliquos amicitia Aſinii Galli, quoties Sejani*

hercule, ſi verum audire vis, rex, hujus nobis periculi cauſa es. Quis enim alius effecit, ut ad Philotam decurrerent, qui placere vellent tibi? Ab illo traditi ad hunc gradum amicitiæ tuæ adſcendimus. Is apud te fuit, cujus gratiam expetere; & iram timere poſſemus. Annon 29 *propemodum in tua verba, tui omnes te præeunte juravimus*, eoſdem nos inimicos amicoſque habituros eſſe, quos tu haberes? *hoc ſacramento pietatis obſtricti aver-*

NOTÆ.

ni odium, deinde amor merſerat. aque enim offendiſſe illum, quam amaſſe periculoſum fuit. Themiſtoclem etiam innoxium amicitiæ cum Pauſania uſus & miſſi crebro nuncii ac literæ, in ſuſpicionem proditionis vocaverunt, ut eſt apud Plutarchum in lib. de utilit. ex inimic. Idem periculum ſubiere Phocionis amici, teſte eodem. Et Cælius propter amicitiam Catilinæ, conſcius conjurationis & particeps habitus; à qua tamen eum purgatum it Cicero in orat. pro Cælio. Quamvis autem ex reorum crimine inſontibus amicis periculum creari non debeat, quum hi ab illis ſint ſeparandi, ut lex 22. C. de pœnis loquitur; tamen amici quoque ſedulo cavebunt, ne ſuſpicionem de ſe talem præbeant, quaſi conſcii eſſe, aut conſentire videantur crimini amici; quod non abſque diſcrimine futurum eſſet. *Lecom.*

29 *In tua verba*] Multis millibus hæc melior lectio præ iſta quorundam librorum: *an non propemodum tuo verberatu:* è qua ineptiſſima tamen affirmare pene auſim, in hac meliore etiamnum reliquam vocem *propemodum*, quæ delenda ſit & abolenda, niſi mutanda verius, ut *pridem* reſcribatur. Ego deleri malim, cui perſuaſum, alienam, atque inde natam. Cum primum non intellectum illud eſſet *in tua verba*, & corruptum in *tuo verberatu*, nimium id alicui & indignum viſum, verberibus adactos ad juramentum; eoque ut mitigaret, eam vocem addidit: qua nunc reparata vera lectione nihil opus. *Acidalius.*

Juravimus] Sacramenti militaris formula erat, *omnes ſe pro Imp. cæſus, quoad vitam profuderint, perlaturos.* Huc reſpexit Arrian. 1. 14. Epict. *Deo quoque vos oportet ſacramentum dicere, quale milites Cæſari. Illi autem captis ſtipendiis jurant, ſalute Cæſaris nihil antiquius ſibi fore.* Illud utique diſſimulare non poſſum, formulam eam *eoſdem inimicos amicoſque habituros eſſe*, non propriam fuiſſe ſacramentis militaribus. quamquam ſic quoque juraſſe Lacedæmonios, ſcripſerit Alexand. ab Alexand. 1. 20. quem non alium locum, quam hunc Curtii in animo habuiſſe putaverim. quo autem modo pro Macedonibus Lacedæmonios aut legerit, aut ſcripſerit, neſcio: id ſcio, duo illa nomina ſæpius invicem ſe populiſſe loco. Curtius autem, quia hic de amicitia ſermo erat Amyntæ, paulo violentius ad militare ſacramentum traxit verba coëundis fœderibus ſolennia. Livius 29. 23. *ſocietas inter populum Carthaginenſem regemque, data ultro citroque fide, eoſdem amicos inimicoſque habituros, jurejurando affirmatur.* & 38. 11. *hoſtes eoſdem habeto, quos popul. Romanus.* Lentulus in epiſt. fam. Ciceron. 12. 15. *juraverant Rhodii, eoſdem hoſteis ſe habituros, quos S. P. Q. R.* Xenophon hiſt. Græc. lib. 2. inter conditiones pacis Athen. cum Lacedæmoniis fuiſſe refert: τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν καὶ φίλον νομίζοντας, Λακεδαιμονίοις ἕπεσθαι. *Freinsh.* Finita conſcriptione, Tribuni ſuæ cujuſque legionis milites congregantes, & unum ex omnibus maxime idoneum eligentes, ſacramento

tem & exigentem; nisi quod MELIOR est causa 33
sunm non tradentis, quam poscentis alienum. Ceterum, 34
rex, equos decem habui, è quis Antiphanes octo jam distribuerat iis, qui amiserant suos. Omnino duos ipse habebam: quos quum vellet abducere homo superbissimus, certe iniquissimus, nisi pedes militare vellem, retinere cogebar. Nec insicias eo, liberi hominis animo loquutum es- 35
se me cum ignaviſſimo; & [a] hoc unum militiæ suæ usurpante, ut alienos equos pugnaturis distribuat. Huc enim malorum ventum est, ut verba mea eodem tempore, & Alexandro excusem, & Antiphani. At hercule mater de 36
nobis inimicis tuis scripsit. Vtinam PRVDENTIVS esset solicita pro filio, & non inanes quoque species anxio animo figuraret. Quare enim non adscribit metus sui causam? Denique, non ostendit auctorem, quo facto dictove nostro mota tam trepidas tibi literas scripsit. O miseram con- 37
ditionem meam, cui forsitan non periculosius est tacere quam dicere. Sed utcumque cessura res est, MALO tibi defensionem meam displicere, quam causam. Adnosces autem quæ dicturus sum; quippe meministi, quum me ad perducendos ex Macedonia milites mitteres, dixisse te,

mul-

INTERPRETATIO.

a *Qui id solum de militaribus* laboribus *præstat.*

NOTÆ.

opum, quas, occiso rege, ex amicitia Philotæ habituri essent, jam tum ferociſſent. eam enim superbiam pro argumento habebant pluſquam civilia cogitantium. Ergo & cum Amyntas regerit crimen, non sane suspectum facere conatur Antiphanem, *perinde quasi & ipse voluerit indicium effugiendo declinare*; quod sane quam perinepte feciſſet: sed quod esset ipse, ut mox loquitur, *homo superbissimus, certe iniquissimus.* Quamquam enim multa ejuſmodi prudentes ſcienteſque præterimus, interdum non poſſumus, quin à Curtii noſtri mente manifeſtam vim defendamus. *Freinsh.*

33 *Melior est causa*] Ita leges juris tradunt: *In pari causa, potior est conditio possidentis.* l. 95. de R. I.

35 *Et Antiphanes*] Homini vili, nec cum rege ſolum meo, ſed nec mecum uſquam comparando.

36 *Inimicis*] Forte, *ut inim.* Bongarſ.

Et non inanes quoque species, &c.] Seneca epiſt. 13. *Nonnunquam nullis apparentibus ſignis, qua mali aliquid pronunciant, animus ſibi falſas imagines fingit.* quod inprimis in amore ac deſiderio ardentis maxime matris erga liberos deprehendimus. Cicero lib. 2. epiſt. 24. ad Attic. *Non ignoro, quam ſit amor ad omnia ſollicitus.*

multos [a] integros juvenes in domo tuæ matris abſcondi. 38 *præcepiſti igitur mihi*, ne quem præter te intuerer, ſed detrectantes militiam perducerem ad te. *Quod equidem feci, & liberius, quam expediebat mihi, exſequutus ſum imperium tuum. Gorgian, Hecateum & Gorgatan; quo-* 39 *rum bona opera uteris, inde perduxi. QVID igitur iniquius eſt, quam me, qui ſi tibi non paruiſſem, jure daturus fui pœnas; nunc perire quia parui? Neque enim illa alia matri tuæ perſequendi nos cauſa eſt, quam quod* 40 *utilitatem tuam muliebri præpoſuimus gratiæ. Sex millia Macedonum peditum, & DC equites adduxi, quorum pars ſequutura me non erat, ſi militiam detrectantibus indulgere voluiſſem. Sequitur ergo, ut, quia illa propter hunc cauſam iraſcitur nobis, tu mitiges matrem, qui iræ ejus nos obtuliſti.*

INTERPRETATIO.

a *Laboris expertes.*

NOTÆ.

37 *Iuvenes*] Diodor. 17.49. *Alexander res ad Gazam exſecutus, Amyntam* 10 *navium claſſe inſtructum in Macedoniam miſit, cum mandato, ut qui inter juvenes eximii haberentur, ad militiam deligeret.* Meminit & noſter ſupra 4. 6.

39 *Quia parui*] Ejuſdem argumenti defenſio eſt apud Senec. Epiſt. Controv. 3, 9. *Ergo nihil intereſt, venenum domino aliquis dederit, an negaverit?*

40 *Sex millia*] Nihil tam opportunum corruptionibus, quam notæ numerorum. Quæ hoc loco mire fœdarunt editionem Merulæ, alioquin etiam ſatis mendoſam. Nam ibi ΧΙΔΙΟΜΥΣ tranſierunt in literas, ut pro *VI. M. Macedonum peditum*, legatur *Vim Mac. ped.* non tam inepto ſenſu, quam falſo. Idem caſus & alios corrupit auctores, & quod nunc reminiſcor Probum in Eumene extremo: *cum ab anno vicefimo (ut ſupra oſtendimus) ſeptem annos Philippo apparuiſſet, & tredecim apud Alexandrum eundem locum obtinuiſſet, in his uni equitum ala præfuiſſet.* Apparebit enim, ſimul dixero, legendum, *in his*, (ſcilicet annis) 8 (nempe annos) *equitum ala præfuiſſet.* Freinsh.

CAP.

CAP. II.

Amynta & fratribus in gratiam receptis, Polydamas à rege jussus, in Mediam celeriter profectus, Parmenionem interfici curat. Vnde indignatio & seditio, quæ tandem extinguitur.

DVM hæc Amyntas agit, forte supervene- 1
runt, qui fratrem ejus Polemonem, de quo ante dictum est, fugientem consequuti vinctum reducebant. Infesta concio vix inhiberi potuit; quin protinus suo more saxa in eum jaceret. Atque 2
ille sane interritus, *nihil*, inquit, *pro me deprecor; modo ne fratrum innocentiæ fuga imputetur mea. Hæc si defendi non potest, meum crimen sit. horum ob idipsum melior est causa, quod ego, qui profugi, suspectus sum.* At hæc eloquuto universa concio adsensa est. La- 3
chrymæ deinde omnibus manare cœperunt, adeo in contrarium repente mutatis; [a] ut solum pro eo esset, quod maxime læserat. Iuvenis erat primo ætatis flo- 4
re pubescens, quem inter equites tormentis Philotæ conturbatos alienus terror abstulerat. Desertum eum à comitibus, & hæsitantem inter revertendi fugiendique consilium, qui sequuti erant occupaverunt. Is tum flere cœpit, & os suum converberare: 5
mœ-

INTERPRETATIO.

2 *Vt nihil aliud ipsius causæ faveret, quam quod* antea *gravissime* ipsos *offenderat.*

NOTÆ.

1 *Dum hæc Amyntas agit*] Longe aliter Arrianus 3. 5. 23. Amyntam ipsum, jam absolutum, ad fratrem reducendum esse profectum, eodemque die reduxisse.

2 *Suspectus sum*] Ergo illi suspecti non debent esse, qui non fugerunt.

3 *Solum*] Ipsum crimen, quod ei intendebatur, fuga nimirum, quæ ut in juvene, cui justus fuisset metus; ut primo ira, sic deinceps per misericordiam accepta est. *Idem.*

5 *Et os suum converberare:*] Quod ita solitum in dolore notat Cresollius Vacat. Autumn. 2. 2. Sic infra 8. 2. *Laniare deinde os unguibus.* Apud Virg. aliquoties, ut 4. 673. & 12. 871.

Vnguibus ora soror fœdans & pectora pugnis.

Et 11. 85.

Pectora nunc fœdans pugnis, nunc unguibus ora.

mœstus, non suam vicem; sed propter ipsum peri-
6 clitantium fratrum. Moveratque jam regem, non concionem modo: sed unus erat implacabilis frater; qui terribili vultu intuens cum, *Tum*, ait, *demens, lachrymare debueras, quum equo calcaria subderes, fra-*
7 *trum desertor, & desertorum comes. Miser quo, & unde fugiebas? Effecisti, ut reus capitis, accusatoris uterer verbis.* Ille *peccasse se; sed gravius in fratres, quam in semet ipsum*, fatebatur. Tum vero neque lachrymis, neque adclamationibus, quibus studia sua multitudo profitetur, temperaverunt. Una vox erat pari omnia consensu, *ut insontibus & fortibus viris parceret.* Amici quoque, data misericordiæ occasione,
8 consurgunt, flentesque regem deprecantur. Ille silentio facto, *& ipse*, inquit, *Amyntam mea sententia fratresque ejus absolvo. Vos autem, juvenes, MALO beneficii mei oblivisci, quam periculi vestri meminisse. Eadem fide redite in gratiam mecum; qua ipse vo-*
9 *biscum revertor. Nisi quæ delata essent, excussissem; valde dissimulatio mea suspecta esse potuisset. Sed satius est purgatos esse, quam suspectos. Cogitate, neminem absolvi posse,*

NOTÆ.

Mœstus, non suam vicem;] Hoc adscribendum exemplis amoris fraterni. Sallustius: *Quis amicior quam frater fratri?*

6 *Tum, ait, demens*] Sic apud Livium 30. 44. Hannibal suos cives castigat de intempestivo fletu: *Vestra ista absurda atque abhorrentes lachrymæ sunt. Tunc flere decuit, quum adempta nobis arma, incensa naves, interdictum externis bellis. illo enim vulnere concidimus.* Simile quid habent illa in Senecæ Contr. Epit. 3. 7. *non perdidisti tunc filium, sed tunc extulisti.* Et hoc Syphacis apud Livium 30. 13. *Tunc se insanisse, quum hospitia privata & publica fœdera omnia ex animo ejecisset, &c.* cum præcedentibus.

Accusatoris] Melius forte *accusatorii.*

8 *Vos autem, juvenes, malo beneficii mei oblivisci, &c.*] Sic Craterus apud Curt. lib. 6. *Patereris potius ignorare quantum deberet tibi, quam usque ad mortis metum adductum cogeres potius de periculo suo quam tuo cogitare beneficio.* Videtur expressisse Curtius ex illo Sallustii in bello. Iug. *In Republ. multo præstat beneficii quam maleficii commemorem esse.* Loccen.

9 *Suspecta esse potuisset.*] Tacitus Hist. 11. *ne dissimulans suspectior foret, paucos incusavit.* Ceterum Palmerius & Modius legunt *suspectari.* quæ vox Radero mihique suspecta, neque unquam apud auctorem nostrum reperitur. Quare scribendum censet *suspecta haberi.* Constantiensis codex habet *supputare.* à qua lectione non longe abcunt

posse, [a] *nisi qui dixerit causam. Tu Amyntae ignosce fra-* 10
tri tuo. erit hoc [b] *simpliciter etiam mihi reconciliati animi tui pignus.* Concione deinde dimissa, *Polydamanta* 11
vocari jubet. Longe acceptissimus Parmenioni erat, proximus lateri in acie stare solitus. Et quamquam 12
conscientia fretus, in regiam venerat; tamen ut jussus est *fratres suos exhibere*, admodum juvenes, & regi ignotos ob ætatem: fidueia in solicitudinem versa trepidare cœpit, [c] sæpius quæ nocere possent, quam quibus eluderet, reputans. Iam armigeri, quibus im-

INTERPRETATIO.

a *Nisi qui se in judicio defenderit.*

b *Sincere.*

c *Magis cogitans ea quæ* ipsi *obesse poterant, quam quibus* illa *purgare* posset.

NOTÆ.

eunt excerpa Manuscriptorum codicum Freinshemii, habentium *superare*. *Suppurare* vehementer probat Klokius.

10 *Mihi reconciliati, &c.*] Demiror vero quid Iustino & Orosio fuerit in mente, cum scripsere, ille 12. 6. hic 3. 18. Amyntam consobrinum interfectum, cum interim Alexandrum Lyncestem omittant, cui succidaneam hostiam substituunt Amyntam; cum Amyntas, Curtio & Arriano testibus, fuerit absolutus: Plutarchus & Diodorus nullam Amyntæ faciant mentionem: sed hujusmodi labes Iustinus plures contraxit. *Rad.* Cujus ego potius demiror ἀδιαφορίαν, deinde inconstantiam, denique securitatem sui alienique judicii. Amyntam hunc Andromenis confundit aliquoties cum aliis cognominibus: deinde iterum separat: interdum alium à se ipso facit. Quod tamen eram dissimulaturus, nisi ad falsa & toties obtrusa revolutus, etiam suæ negligentiæ dicam impingeret vetustis scriptoribus, Recte enim scripsisse Iustinum & Orosium, ex iis quæ ad Curt. 6. 9. notata sunt, intellectu promptum est. Non enim de hoc Amynta loquebantur, sed de Amynta Perdiccæ: ac ne de hac conspiratione quidem; sed ex rebus longe ante gestis crudelitatis ejus argumenta conquirebant. *Freinsh.*

12 *Fiducia in solicitudinem versa trepidare*] Fiducia bonæ causæ in solicitudinem verti ac trepidare tunc solet, quum quis capitis causam agens vel defendens, reputat sæpe, quid sibi, vicibus scilicet rerum humanarum incertis, vel ob judicem male affectum, vel ob dubium causæ eventum nocere, quam quibus causam suam præsidiis tueri & obtinere possit. Tullius eadem sententia in orat. pro P. Quintio: *Omnes quorum in alterius manu vita posita est, sæpius illud cogitant, quid possit is, cujus in ditione ac potestate sunt, quam quid debeat facere.* Et Quintilianus declam. 266. *Aliquando reo nocet & ipsa fiducia.*

Eluderet] Mira codicum varietas, & nullus prope consensus. Hadrianus Iunius edidit, *illuderetur*, & ante Iunium Erasmus. Constantiensis Ms. præfert *eluderet*. Modius, *aut legendum*, inquit, elueret, *aut certe*, quibus eluderet. *nam vulgata illa* eluderetur *&* illuderetur, *quicquid Glareanus cum*

imperatum erat, produxerant eos; quum exſanguem metu Polydamanta *propius accedere* jubet. ſubmotiſque omnibus, *ſcelere*, inquit, *Parmenionis omnes pa-*
14 *riter adpetiti ſumus, maxime ego ac tu; quos AMICITIÆ ſpecie feſellit. ad quem perſequendum puniendumque (vide quantum fidei tuæ credam) te miniſtro*
15 *uti ſtatui. obſides, dum hoc peragis, erunt fratres tui. Proficiſcere in Mediam, & ad præfectos meos literas ſcriptas manu mea perfer. velocitate opus eſt, qua celeritatem famæ antecedas. noctu pervenire illuc te volo, poſtera die,*

NOTÆ.

Huttano ſuo deliret, ferri non debent. Hoc enim vult dicere Curtius; magis ea agitaſſe animo Polydamanta, quibus ſive dictis, ſive factis regem aut laſiſſet, aut in læſæ majeſtatis ſuſpicionem venire potuiſſet, quam illa quibus hæc dilui & excuſari ſolent. Mihi nec Modianum *eluereт* nec *eluderet*, nec Eraſmianum *illuderetur*, nec Glareanianum *eluderetur* ſatis placet; ſed Acidalianum *fideret*, quod prorſus ad rem eſt. *ſapius*, inquit Curtius, *quæ nocere poſſent, quam quibus fideret, reputans.* quæ nocere? familiaritas Philotæ, dicta temere olim vel prolata, & ad regem delata, vel facta quædam, quæ in ſuſpicionem cadere poſſent præ bona conſcientia, qua ſola niteretur. & fortaſſe pro *illuderetur* legendum erat *niteretur*, quod nunc occurrit, & perinde ad rem facit ac *fideret*. Rad. Sed Loccenius conjecerat *eluderet* vel *elaberetur*. Ex omnibus iſtis lectionibus putat Freinshemius ſcripſiſſe Curtium *dilueret*. quod per incuriam transpoſitis, ut ſolet, literis, deinde *iluderet, eluderet, illuderet*, & ſimilia pepetit. Similis huic loco Ciceronis ſententia pro Quintio cap. 2. *Omnes quorum in alterius manu vita poſita eſt, ſapius illud cogitant, quid poſſit is cujus in ditione ac poteſtate, quam quid debeat facere.*

13 *Parmenionis*] Non inficiabor, quoties neceſſitas flagitat, licere principi limen juris ordinarium excedere, & de facto reum capi, & incognita judicibus cauſa eum necari jubere, ſi modo viam ordinariam damnoſam eſſe, vel indubitatum periculum afferre poſſe, cognoverit. Neque princeps fere ullus eſt, qui ad hos nonnunquam modos confugere non cogatur. Sic Alexander à Parmenione ſe tutum præſtitit. Sic Tiberius à Sejano. Sic à duce Guiſio Henricus III. Galliæ rex. cum in ſimilibus, & cum hujuſmodi hominibus, alia conſilia capere, arduum ſit. Quod reip. temporibus Servilius magiſter equitum contra Sp. Melium pariter effecit. *Amirat. diſſert. polit.* 12. 1.

Actu] Qui, ut mihi fidiſſimus, me ſublato, non minus periclitaberis. Solent enim fere in regum cædibus involvi & illi, ex quibus conjurati periculum & ultionem metuunt. Deinde eam ob rationem tu maxime Parmenionis ſcelere appetitus es, quod in communi omnium diſcrimine, quamquam par eſſet exitium, tua tamen fortuna gravior fuiſſet futura per amicitiæ ſpeciem decepti. *Freinsh.*

14 *Obſides*,] Hoc quidem non ſatis apte ſubjicitur tam propinquis illis: *vide quantum fidei tuæ credam.*

15 *Velocitate opus eſt*] Tacitus 5. Annal. *Sabinum capere feſtinavit, quo vera ſeu falſa antecret.* vid. Boecler. ad Velleium 2. 88. 3.

16 *Si-*

die, quæ ſcripta erunt, exſequi. Ad Parmenionem quo- 16
que epiſtolas feres; unam a me; alteram Philotæ nomine ſcriptam. ſignum annuli ejus in mea poteſtate eſt. ſic pater credens a filio impreſſum, quum te viderit, nihil metuet. Polydamas, tanto liberatus metu, impenſius 17
etiam, quam exigebatur, promittit operam. Conlaudatuſque & promiſſis oneratus, depoſita veſte quam habebat, Arabica induitur. Duo Arabes, 18
quorum interim conjuges ac liberi, vinculum fidei obſides apud regem erant, dati comites. Per deſerta etiam ob ſiccitatem loca camelis, undecima die, quo deſtinaverat, perveniunt. Et prius quam ipſius 19
nunciaretur adventus, rurſus Polydamas veſtem Macedonicam ſumit, & in tabernaculum Cleandri (prætor hic regius erat) quarta vigilia pervenit. Redditis deinde literis, conſtituerunt prima luce ad 20
Parmenionem coïre. Namque ceteris quoque literas regis adtulerat. Iam ad eum venturi erant, quum Parmenioni *Polydamanta veniſſe* nunciaverunt. qui 21
dum lætatur adventu amici, ſimulque noſcendi, quæ rex

NOTÆ.

16 *Signum*] Eodem dolo uſus eſt Annibal annulo Marcelli potitus, non tamen pari ſucceſſu. Livium 27. 30. vide. Felicius apud Diod. 16. 53. annulo Hermeæ Mentor Rhodius. *Idem.*

17 *Depoſita veſte quam habebat*] Precium eſt conferre totum hoc negotium cum eo quod prius acciderat, Arriano deſcriptum: ubi Alexandrum Lynceſtem, qui tum in parte exercitus Parmenioni credita aberat, comprehendi rex curavit. *Amphoterum Alexandri quidem filium, Crateri autem fratrem, ad Parmenionem mittit, Pergenſibus aliquot, qui itineris duces eſſent, adjunctis. Amphoterus, patrio atque aſſueto illi regni habitu aſſumpto, ne in itinere agnoſceretur, clam ad Parmenionem pervenit: ac nihil quidem ab Alexandro literarum adfert (nihil enim hac de re literis committendum judicarat) ſed verbis mandata exponit, atque ita Alexander hic capitur, & cuſtodia traditur.*

18 *Undecima die*] *Hos aiunt camelis curſoribus (dromedariis appellant) XXX, XL ve dierum itinere diebus undecim peracto, rem confeciſſe.* Strabo lib. 15. in deſcript. Arianæ. Vide Geſnerum & Aldrovandum.

19 *Polydamas*] Abundare cenſeam nomen Polydamantis, quod addi nihil neceſſe, cum de alio nemine agatur. Venuſtior omnino ſermo, ſi deleatur. *Acidalius.*

20 *Namque*] Lectionem hanc ineptam judicat Acidal. concinnam aliam: *Nam ceteris quoque quibus literas regis attulerat, ad eum venturi erant, cum Parm.* Mihi contra videtur. Nam hoc

rex ageret, avidus (quippe longo intervallo nullam ab eo epistolam acceperat) *Polydamanta requiri* jubet.
22 Diversoria regionis illius magnos recessus habent, amœnosque nemoribus manu consitis; ea præcipue
23 regum satraparumque voluptas erat. Spatiabatur in nemore Parmenion medius inter duces, quibus erat imperatum literis Regis, ut occiderent. Agendæ autem rei constituerant tempus, *quum Parmenion à*
24 *Polydamante literas traditas legere cœpisset.* Polydamas procul veniens, ut à Parmenione conspectus, vultu lætitiæ speciem præferente, ad complectendum eum cucurrit; mutuaque gratulatione functi; Polydamas
25 epistolam ab rege scriptam ei tradidit. Parmenion vinculum epistolæ solvens, *quidnam rex ageret?* requirebat. Ille *ex ipsis literis cognoturum esse* respondit.
26 Quibus Parmenion lectis; *Rex*, inquit, *expeditionem parat in Arachosios. Strenuum hominem & nunquam cessantem! Sed tempus saluti suæ tantas jam parta gloria par-*
27 *cere.* Alteram deinde epistolam, Philotæ nomine scriptam lætus, quod ex vultu notari poterat, legebat. Tum ejus

NOTÆ.

cum non recte sic cohæret. ut alia omittam. Vulgatam sic explico. constituerunt coïre ad Parm. omnes simul, non modo Cleander & Polydamas, sed ceteri quoque. Sitalces puta, Menidas, & alii. nam ad illos etiam habuerat literas Polydamas. Ergo dum eunt, nunciatur Parmenioni Polydamantis adventus. *Freinsh.*

22 *Præcipue*] Quid dubitamus legere *præcipua?*

23 *Literæ traditæ legere cœpisset*] Sic Domitianus interficitur apud Suetonium in vita 17. Cassius Longinus apud Hirtium de bel. Alex. sic C. Cæsar Augusti nepos vulneratur apud Florum 4. 12.

25 *Solvens*] Explicat hunc locum cap. 4. Instit. epistolicæ Lipsius: & uberrime Kirchmannus de annulis c. 7. Unde locum Plauti Pseud. 1. 1. 40. *Per ceram & linum, literasque interpretet*, contra Mureti conjecturam, *per ceram & lignum*, recte tuetur Rob. Titius Locor. Controv. 14. 14.

27 *Nomine*] Manu non potuit, nisi imitatrice.

Lætus] An aliquid de arcanis, & ad consilia tecta ambigue de industria insertum, ut exploraretur affectus? *Rodenus.*

Tum ejus latus gladio hausit Cleander, &c.] Ne te in errorem inducat Iustin. 12. 5. *Parmenion quoque senex, dignitate regi proximus, cum Philotæ filio, de utroque prius quæstionibus habitis, interficitur.* quasi Parmenionem eodem tempore locoque, quibus filium, ipsum quoq; pariter tortum interiisse scribat. intelige, mentem ejus breviter ista & proinde

ejus latus [a] gladio haurit Cleander, deinde jugulum ferit; ceteri exanimem quoque confodiunt. Et ar- 28
migeri,

INTERPRETATIO.

[a] *Enſe tranſfigit.*

NOTÆ.

inde obſcurè complexi hanc eſſe: Sub idem ferme tempus occiſum eſſe Parmenionem (quem ob dignitatem prius nominavit) cum filio: poſtquam in utriuſque caput quæſitum fuiſſet: non utroque tamen, ſed uno Philota tormentis adhibito. *Freinsh.* Solet aliquando conjurationis ac perduellionis crimen abſque prævia cauſæ cognitione & ſtrepitu forenſi ſubito plecti: ut moræ majoriſque tumultus periculo occurratur; & illud malum opprimatur, antequam opprimat; ſed, ſi ſit manifeſtum, non dubium crimen. Hic autem in quæſtionem non abs re venit, an Parmenio ex noto conjurationis crimine, an vero ex nuda ſuſpicione occiſus fuerit ab Alexandro. Hoc certe Hiſtorici, non illud aſſerunt. Alexander quidem apud Curt. 6. 9. 4. dicit: Parmenionem *ſe ducem tanto ſceleri* præbuiſſe: idque probare conatur partim ex *auctoritate* & *potentia* ejus, apud Cur. 6. 9. 11. & 22. partim ex *occultis conſiliis*, & interceptis *literis Parmenionis* ea de re ad filios Nicanorem & Philotam ſcriptis, apud Curt. 6. 9. 15. Sed quod *auctoritatem & potentiam Parmenionis* attinet, quum ipſe Alexander eum tantum fecerit, ut ipſe fatetur d. loc. *Meis prepotens viribus.* Item: *In idem faſtigium, in quo me ipſi poſuiſtis, admovi*; utique hoc ſibi tanquam auctoritatis illius auctori imputare debuiſſet; aut ſi abuſus tantæ auctoritatis ſoli Parmenioni ſit imputandus; certe nondum manifeſtum perduellionis, inauditumque damnari fas non erat: quod Hermolaus, apud Curt. 8. 7. 5. Alexandro exprobrat: *Parmenio indicta cauſa trucidatus eſt.* Quod vero *occulta conſilia* ferebantur agitaſſe pater & filius in caput Alexandri, id quoque meris conjecturis, non aliquo certitudinis fundamento nitebatur. Nam, ut Diodorus Siculus lib. 17. p. m. 551. ſcribit, *Etiamſi tunc non aderat Parmenio, tamen filii opera ſua tentare inſidias viſus eſt*, vel, ut interpres vertit, *ſuſpicio erat.* Græcus contextus habet, δόξας πατρωΐαν τὴν ἐπιβουλὴν. Similem in modum Arrianus lib. 3. p. m. 72. ſcribit, adductum fuiſſe Alexandrum ad ſicarios in caput Parmenionis emittendum: ſive quod haud VERISIMILE videretur Alexandro, quum Philotas regi inſidias ſtruxiſſet, Parmenionem patrem conſilii ejus ignarum fuiſſe: ſive, ut maxime conſcius non eſſet, periculoſum videretur, interfecto filio ſupereſſe tantæ auctoritatis apud omnes virum. At veriſimilia, ſuſpicio & metus criminis non ſufficientes ad occidendum cauſæ ſunt. Pulcre Iulianus apud Ammian. Marcellin. lib. 22. *Non eſſe imperatorium, obliquis flecti indiciis ad damnandum capitis hominem.* Tandem Alexander ex *literis Parmenionis* ad filios datis argumentum conjurationis ejuſdem petebat. Illarum literarum ſumma hæc erat: *Primum veſtri curam agite, deinde veſtrorum; ſic enim quæ deſtinavimus, faciemus.* Has literas quamvis ita ſcriptas dixerit Alexander, ut, *ſive ad filios perveniſſent, à conſciis poſſent intelligi; ſive intercepta eſſent, fallerent ignaros*, Curtius tamen 6. 9. 14. negat, *eas indicium gravioris conſilii pra ſe tuliſſe.* Et hoc lib. 7. cap. 2. n. 33. 34. ita de Parmenione præter cetera ſcribit: *Acer conſilio; manu ſtrenuus; carus principibus; vulgo militum acceptior. Hæc impulerint illum ad regni cupiditatem, an tantum ſuſpectum fecerint, ambigi poteſt: quia Philotæ ultimis cruciatibus victus, verane dixerit, quæ facta probari non poterant; an falſis tormentorum petierit finem, re quoque recenti cum magis poſſet liquere, dubitatum eſt.* Hinc ergo colligere eſt, Parmenionem non

migeri, qui ad aditum nemoris adſtiterant; cognita cæde, cujus cauſa ignorabatur, in caſtra perve-
29 niunt; & tumultuoſo nuncio milites concitant. Illi armati ad nemus, in quo perpetrata cædes erat, coëunt: & *ni Polydamas, ceteriquæ ejuſdem noxæ participes dedantur; murum circumdatum nemori everſuros* denunciant; *omniumque ſanguine duci parentaturos.*
30 Cleander *primores eorum intromitti* jubet; literaſque regis ſcriptas ad milites recitat, quibus *inſidiæ Parmenionis in regem, preceſque, ut ipſum vindicarent,*
31 continebantur. Igitur cognita regis voluntate, non quidem indignatio; ſed tamen ſeditio compreſſa eſt. Dilapſis pluribus pauci remanſerunt, qui, *ſaltem ut*
32 *corpus ipſius ſepelire permitterent*, precabantur. Diu id negatum eſt, [a]Cleandri metu, ne offenderet regem, pertinacius deinde precantibus, materiem conſternationis ſubtrahendam ratus, capite deciſo truncum
33 humare permiſit. ad regem caput miſſum eſt. Hic exitus Parmenionis fuit, militiæ domique clari viri. Multa ſine rege proſpere; rex ſine illo nihil magnæ rei

INTERPRETATIO.

a *Quod timeret Cleander, ne &c.*

NOTÆ.

ut manifeſtum conjurationis, ſed ut ſuſpectatum, juſſu Alexandri occiſum fuiſſe. Vid. etiam Boecler. Charact. Polit. Vell. cap. 5. n. 9.

32 *Caput miſſum*] Vide quæ Freinſhemius notavit in Florum 4. 9. 7. h.

33 *Hic exitus*] Seneca Suaſoria 6. *Quoties magni alicujus mors ab hiſtoricis narrata eſt, toties fere totius conſummatio vitæ, & quaſi funebris laudatio redditur. hoc ſemel atque iterum à Thucydide factum, idem in pauciſſimis perſonis uſurpatum à Salluſtio, Livius benignius omnibus magnis viris præſtitit. Sequentes hiſtorici multo id effuſius fecerunt.* Thucydides id feciſſe videtur in Pericle 2. 12. & 7. 18. in Nicia Salluſtiana exempla periiſſe videntur cum hiſtoriis. Tacitum de Arminio vide extremo Annali ſecundo. Noſtri eſt infra etiam 10. 1. 38. Arriani 3. 5. *Atque hic quidem Darii vitæ exitus fuit, &c. vir quod ad res bellicas attinet, &c.* Iuſtini 12. 16. *Deceſſit Alexander menſem unum, annos tres & triginta natus: vir ſupra humanam potentiam magnitudine animi præditus.*

Sine rege] Elegans formula. Coripus 1. 144. ad Iuſtinum;

——— *nihil ille peregit,*
Te ſine.

Sidonius carm. 255.

——— *omnia tecum.*
Te ſine multa facit.

M. Tull. pro Muræna cap. 9. *Simul-*
tas

rei gesserat. felicissimo regi & [a]omnia ad fortunæ suæ exigenti modum satisfecit. LXX natus annos, juvenis ducis & sæpe etiam [b]gregarii militis munia explevit. acer consilio; manu strenuus; carus principibus; vulgo militum acceptior. Hæc impulerint 34
illum ad regni cupiditatem; an tantum suspectum fecerint, ambigi potest. quia Philotas ultimis cruciatibus victus verane dixerit, quæ facta probari non poterant; [c]an falsis tormentorum petierit finem, re quoque recenti cum magis posset liquere, dubitatum est. Alexander, quos mortem Parmenionis 35
conquestos esse compererat, separandos à cetero exercitu ratus; in unam cohortem secrevit, ducemque his Leonidam dedit, & ipsum Parmenioni quondam intima familiaritate conjunctum. Fere iidem 36
erant, quos alioqui rex habuerat invisos. nam quum experiri vellet militum animos; admonuit, *qui literas in Macedodiam ad suos scripsissent, iis, quos ipse mittebat, perlaturis cum fide traderet.* Simpliciter ad necessarios suos quisque scripserat, quæ sentiebat: aliis gravis erat; plerisque non ingrata militia. Ita & 37
agen-

INTERPRETATIO.

a *Qui res omnes* volebat *suæ felicitatis magnitudine respondere.*
b *Infimi ordinis militum implevit officia.*
c *An falsis* confitendo *quæsierit finem cruciatuum.*

NOTÆ.

tas res & magnas sine Imperatore gesserat, nullam sine hoc Imperatore. Simili formula in Thrasybulo: *primum Peloponnesio bello multa bis sine Alcibiade gessit; ille nullam rem sine hoc.* Sidon. iterum Carm. 5. 237.

Nil sine te gessit, cum plurima tu sine illo.

Hæc Savaro ad Sidonium.

Juvenis] Talis describitur Pompeius apud Plutarch. cap. 105. *Sicut juvenis exercitationes obibat. Magnum enim erat ad animos excitandos momentum, Pompeium Magnum videre annos duode-sexaginta natum in armis certantem peditem, inde in equo,* &c.

Explevit] Sunt qui nobis hic obtrudant, *explicuit.*

36 *Nam quum experiri vellet militum animos*] Hoc est tentare milites, & fama sui frui Ducem, quod de Germanico refert Tacitus, & consilium ex motu animorum sumere.

Ingrata] Defendenda mihi hæc lectio a sententia Viri eruditi, qui putat, falsum hoc esse, *plerisque non ingratam fuisse militiam*: idque ostendere tot sedi-

agentium gratias; & querentium literæ exceptæ sunt. Et qui forte tædium laboris per literas erant questi, [a]*hanc seorsum cohortem à cæteris tendere ignominiæ causa* jubet: fortitudine usurus in bello; libertatem linguæ ab auribus credulis remoturus. Et consilium temerarium forsitan (quippe fortissimi juvenes contumeliis inritati erant) sicut omnia alia felicitas regis
38 [b]excepit. nihil illis ad bella promptius fuit. incitabat virtu-

INTERPRETATIO.

a *Separatam à reliquis tabernacula sua ponere.*
b *Emendavit.*

NOTÆ.

seditiosas voces totius exercitus, quæ & tandem mundum enavigaturum Regem retraxerint. Dico enim, illa tempora non esse confundenda cum his, de quibus in præsenti sermo est. Ergo nihil hic acutius, ut ille ait, latet: nec sentit Curtius, plerisque temporis diuturnitate militiæ amorem evanescere cœpisse; multo minus, nihil verius quam legendum, *plerisque non jam grata militia*. Nam receptam lectionem certissime affirmant illa quæ sequuntur: *agentium gratias litteræ exceptæ*. qui enim egissent, nisi quibus non ingrata militia? plerosque autem hos fuisse, adverso alterius partis exemplo constat, quos in singularem cohortem contribuit, ignominiaque affecit, nec facturus, nec ausurus, si adeo fuissent multi. *Freinsh.*

Excepta sunt] Idem, præter Iust. 12. 5. & Diodor. 17. 81. Polyæn. 4. 3. qui & modum tradit: *Cum tabellarii tres stathmos abessent, revocatis iis litteras resignavit*, &c. Simili commento usus est Goas (sic enim pro *Glos* legendum ex Diod. 15. 3. & 18. ostendit Casaub.) Persa, apud eundem Polyæn. 7. 20. *Idem.*

37 *Et qui forte tædium laboris*] Non inducerem animum credere Viris doctis hæc verba, *Et qui forte tædium laboris per literas erant questi*, expungenda esse, si perspicerem, qua ratione sensu non turbato ferri possint. *Idem.*

Seorsum] Sic apud Frontin. 4. 1. 17. 18. & 20. idem fecisse leges Ap. Claudium, Otacilium Crassum, & Corbulonem Romanos. De quo postremo & Tacit. 13. 36. Comparari cum hoc facto potest Cæsaris consilium apud Dion. lib. 42. cum legionarios, quos exauctoraverat, suppliciter id petentes iterum reciperet: *ferociores enim & malis facinoribus edendis idoneos, ex Italia secum, ne quid ibi tumultuosa concitare possent, abduxit, eosque in Africa aliis alios occasionibus haud iniquo animo passus est perire. nam & hostibus per eos cladem inferebat, & malis ipse hominibus levabatur.* Idem.

Libertatem linguæ ab auribus, &c.] Nam ut Tacitus 1 Annal. docet: *Querelæ, ambigui sermones sunt turbamenta vulgi.*

Et consilium temerarium forsitan, &c.] Ne contumeliis ad desperationem accendantur milites, ignominiæ causa à ceteris separari; artis militaris est, integros à seditiosis specie honoris aut necessitatis segregare, aliove remittere. de qua arte Vegetius lib. 3. de re milit. c. 4. & hoc *prudentius consilium* ibidem vocat. sed consilium Alexandri fortuna juvit.

38 *Incitabat virtutem*] Vti qui non plane natura sordidus, insignem aliquam maculam vesti aspersam, si potest, tollit; nec plures adhærere facile patitur: ita non plane conclamatæ sa-

lutis

virtutem & ignominiæ demendæ cupido; & quia fortiora facta in paucis latere non poterant.

NOTÆ.

lutis nec prorsus improbus sed erectioris animi homo aliquam ignominiæ labem virtute abstergere, & culpam eximio decore emendare studebit. Servius Tullius in orat. ad Dictatorem causam militum agens apud Liv. lib. 6. *Equidem ficubi loco cessum, si terga data hosti, si signa fœde amissa, tamen hoc à te impetrari æquum censerem, ut nos virtute culpam nostram corrigere, & abolere flagitii memoriam nova gloria paterer.* Lex militaris Ægyptiorum ordinum desertoribus, aut imperatorum jussa non exsequentibus, non mortis sed infamiæ extremæ pœnam decernebat. Quod si postea ignominiam strenuitate abolevissent, in pristinum statum restituebantur. Ita cum ignominiam gravius morte supplicium faceret Legumlator, simul infamiam pro summo malo habendam docere voluit: simul mortis pœna affectos, nihil vitæ communi profuturos: honore vero dejectos pristini nominis & ingenuitatis desiderio plurimum adhuc boni effecturos censebat; ut refert Diodorus Siculus lib. 1. Servius à Q. Mucio objurgatus, turpe esse patricio & nobili & causis oranti jus in quo versatur ignorare, *ea velut contumelia tractus*, ita juri civili operam dedit, ut prope centum & octoginta libros relinqueret. Pomponius in l. 2. §. 44. de orig. jur.

Ignominia] Nam ignominiam plus timet fortis, quam necem. Nobile hujus paradeigma est apud Agathiam lib. 1. de Fulcare: *Cum vero ei etiam sic adhuc integrum esset quam facillime fugam capessere, suique, ut ita faceret, hortarentur; & quo pacto, inquit, Narsetis linguam sustinuerim, temeritatis me insimulantem?* Rader. Sic & apud Flor. 4. 2. Curioni *victo patebat fuga, sed pudor suasit, ut amissum sua temeritate exercitum morte sequeretur.* Ceterum etiam Cannenses legiones, item captivi à Pyrrho redditi, aliique sic ignominiosi, præ ceteris forti fidelique opera rempublicam ad eluendam probri sui maculam juverunt, ut à scriptoribus hist. Roman. passim traditur. Eamque animi affectionem puerilibus etiam ingeniis insitam ostendit Quintil. 1. 2. *dolor victum ad depellendam ignominiam concitabat.* Freinsh.

CAP.

CAP. III.

Varios populos sub jugum mittit Alexander, ac XVI diebus cum exercitu Caucasum superat.

1 HIs ita compositis, Alexander Arianorum Satrape constituto, *iter pronunciari* jubet in *Agriaspas*, quos jam tunc mutato nomine *Euergetas* appellabant; ex quo frigore victusque penuria Cyri exercitum affectum, tectis & commeatibus

NOTÆ.

1 *Arianorum*] Quos hic Arianos vocat, supr. 6. 6. 20. & infra 7. 3. 2. Arios appellat, quibus Satibarzanem prætorem seu Satrapen dederat, qui à Besso ad Alexand. defecerat, & rursum ab Alexandro ad Bessum, de quo mox infra 7. 3. 2. copiosius. Plinius 6. 23. etiam Arianam regionem nominat, & describit. Ne quid tamen dissimulem, Plinius diversos facit Arianos ab Ariis, quos eosdem facere videtur Curtius. *Parthia*, inquit Plin. 6. 25. *habet ab ortu Arios, à meridie Carmaniam & Arianos.* Strabo lib. 15. *Eorum qua propter Indum sunt, partem habent Indi, cum prius essent Persarum: ea Alexander Arianis ademit, & peculiaria regnola constituit.* Idem distinguit Arios ab Arianis. Arianam fuse describit. Certe Ariani si diversi fuere, non procul tamen ab Ariis coluere, Asiaticæ gentes & Indis proximæ. Mela Ariam & Arienen vocat cap. 1. *Inde proxima est Ariene, deinde Aria, & Gedrosis & Persis ad sinum Persicum.* Solinus etiam cap. 55. Arios & Arianos vicinos facit, ubi de Parthia loquitur. *Raderus.* Qui etiam pro *Arianorum* in Curtio legendum putat *Ariorum*: cui non adsentior. De Ariis & Arianis plura & exquisitiora Cl. Salmasius ad Solin. cap. 55.

Satrape] Arsace; ut Arrianus 3. 5. 27. auctor est, quem Alexander infra 8. 3. prætorem in Mediam misit, Oxidati successurum. *Raderus.*

Agriaspas] Imo puto Ἀγριάσπας vocatos, non Ἀριάσπας, ut & apud Curtium, & Arrian. 3. *Ariaspa*, ab urbe Ariaspa; quam in Drangiana locat Ptolemæus. Drangiana autem Arachosiæ ad orientem vicina. Urbs autem *Ariaspa* sita in confinio Drangianæ & Arachosiæ. Hi sunt Ariaspæ, quorum oppidum *Prophthasiam* esse tradit Plinius, quam in Drangiana ponit Ptolemæus. *Prophthasia oppidum Ariaspurum, Drangæ, Argetæ.* Ita legendum, non *Zaraspurum*. Alii *Zariaspa* populi in Bactriana à Ptolemæo ponuntur. *Salmas. in Solin. pag. 1175.* Georgius Alexandrinus apud Aldum legebat *Arimaspas*, videlicet ex Diod. Siculo 17. 81. vel Cedreno. Quomodo & Iustinus scripsit 12. 5. si tam vera est Soceri mei conjectura, quam profecto est similis veræ. Nam quod ibi legitur, *Drancas, Euergetas, Parymas, Parapammenos*, &c. sic reformabat: *Drancas, Euergetas, Arimaspas, Parapam, &c.* Freinshemius.

Euergetas] Interpretatio nomine Persico sic vocabant Græci non etiam populares, ne fallare; non magis hercle quam *Mesopotamiam* ita vocaverint incolæ: aut Africæ illi populi seipsos *Nomadas* aut *Numidas* apud Sallust. Iugurth. 18. 4. Persis igitur *Orsanga* erant illi benefici, ut ex Herod. 8. 85. tradunt Briss. lib. 1. de regno Pers. & Defid. Herald. adversar. 1. 9. ubi multa de regum Persicorum gratitudine in bene

bus juverant. Quintus dies erat, ut in eam regio- 2
nem pervenerat. cognoscit, *Satibarzanem, qui ad Bessum defecerat, cum equitum manu irrupisse rursus in Arios.* Itaque Caranum, & Erigyium cum Artaba- zo & Andronico, & sex millibus Græcorum pedi- tum DC equites sequebantur. Ipse LX diebus gen- 3
tem Euergetarum ordinavit, magna pecunia ob egregiam in Cyrum fidem donata. Relicto deinde, 4
qui iis præesset, Amenide (scriba is Darii fuerat) Arachosios, quorum regio ad Ponticum mare per- tinet, subegit. Ibi exercitum, qui sub Parmenio- ne

NOTÆ.

bene meritos. Euergetarum & Cyri, præter Alexandrinæ hist. scriptores, etiam Strabo lib. 15. meminit.

2 *Caranum*] Pro Carano Diod. 17. 81. suggerit *Stasanora*, qui certe no- tior: est enim cui hi ipsi Arii vicinique Drangæ post mortem regis obvene- runt. Idque vel eo videtur factum, quod ante iis locis res gessisset, incolisque notus esset, vicissimque notos haberet. Justinus tamen 13. 4. *Stataurem* vo- cat: Sed *Stasanorem* Diod. etiam 18. 3. & Strabo fine lib. 14. ubi & patria ejus proditur. fuit enim Solius ex Cypro. Curtium tamen tuetur Arrianus 3. qui & ipse Caranum Erigyio conjunxit. Artabazum & Andronicum Alexan- der antea ad Græcos milites, qui post Darii cædem se dedebant, miserat, ut tradit Arrian. 3. Ergo horum etiam hic conjunctim mentionem fecit Curtius. *Idem*

Sequebantur] Ubi igitur verbum *mi- sit*, aut aliud simile, ex quo tota ista narratio pendeat?

4 *Qui iis praesset*] Immo *liberos di- misit*, secundum Arrianum 3. 5. 25.

Scriba] Principe fere loco apud Per- sarum regem hoc genus scribarũ erat, regemque etiam in castra sequebantur. De quibus Brisson. l. 1. Sic inf. 8. 11. est Alexandri scriba Mullinus. Eumenes quoque scribæ Alexandri fuit, in quo notat Probus, id officium *apud Graecos honorificentius esse, quam apud Romanos, nam apud nos*, inquit, *revera, sicut sunt, mercenarii, scriba existimantur. at apud illos è contrario, nemo ad id officium ad- mittitur, nisi honesto loco, & fide, & indu- stria cognita, quod necesse est omnium consiliorum eum esse participem.* Vbi Lambinum vid. Hos ergo scribas inter amicos regum fuisse etiam ex Arriano constat: *Scribam*, ait, *praterea exterit ad- junxit, Eunostum Xenophanti filium, ex amicis.* Freinsh. Vide l. 8. cap. 2. p. 136.

Arachosios, quorum regio ad Pontī- cum mare pertinet, subegit] Verius *ad Indicum*. quamquam ne sic quidem ve- re. nam Gedrosi in medio. Nisi po- tius ipsius auctoris error est, quem ex hoc loco & alio, hoc cap. Glareanus, & Ortelius in *Arachosia*, dubitant Ponticum pro Hyrcano accipere. quod Freinshemio vix credibile videtur, tantopere aberrasse auctorem, harum rerum, quod satis constat, non usque adeo imperitum. Quin & illo loco *Indicum* pro *Pontico* scripsisse potuit, quod cum Hyrcano eum conjunxisse, nihil mirum est, quando supr. 6. 4. vi- detur cum aliis credere, mare, quod Hyrcaniam alluit, *non Caspium esse, sed ex India in Hyrcaniam cadere.* Et hæc Freinshemii quidem conjectura est: quam tamen non antehabeo Sal- masianæ: Curtium fortassis in Græco auctore legisse μέχρι Πόντου παρήκοντι

regio-

ne fuerat, occupavit. ſex millia Macedonum erant, & CC nobiles, & quinque millia Græcorum cum equitibus ducentis; haud dubie robur omnium virium regis. Arachoſiis datus Menon prætor, IV millibus peditum, & DC equitibus, in præſidium relictis. Ipſe rex nationem, ne finitimis quidem ſatis notam, quippe [a] nullo commercio volentem mutuos uſus, cum exercitu intravit. *Parapamiſadæ* adpellantur, agreſte hominum genus, & inter

INTERPRETATIO.

a *Quæ nulla mercium permutatione ſocietatem* cum aliis *habet*.

NOTÆ.

regionem Arachotorum. qui de mari Indico intelligebat. Ille Πόντον ſpeciali appellatione pro mari Pontico acceperit. Arrianus ſæpe Πόντον vocat Indicum mare. Hæc ſcripſit ad Solini c. 54. pag. 1176. Infra tamen 7. 4. denuo inculcat ſuum *mare Ponticum*. ut ea conſtantia incertam facint non meam modo conjecturam, ſed quicquid de ejus mente dici aut cogitari poſſe videatur.

Ducentis] Alii libri *ſexcentis*, quod eſt probabilius.

5 *Menon*] Μένων vocat Arrian. 3. 5. 26. Atque ita etiam in Curtio ſcribendum arbitratus ſum, antequam Var. Lect. inſpicerem, quas poſtea deprehendi nullum dubitationi locum relinquere. Nomen id fuit duci Græco in expeditione minoris Cyri apud Xenophontem. Sic & in Strabonis Mſſ. Μένωνα legi, quo loco nunc Μέμνονα edunt, notat Caſaub. in lib. 11. ibi *ſunt & auri metalla in Hyſpiratide apud Cambala, ad quæ Memnonem cum militibus miſit Alexander*. quod de hoc Menone intelligo. quod vocabulum ſolita correctorum temeritate facile in notius illud Memnonis abiit. Eſt igitur, ſi recte conjicio, ille ipſe *Menon Cerdimas*, quem Syriæ, quam Cœlen vocant, præfectum ab Alex. fuiſſe, ſupra ad 4. 12 contra Curtium defendimus, ex Arriano 2. 3. At vero Memnon, cui Alexandrum parcendum judicaſſe Themiſtius orat. 9. refert, non eſt alius, quam ille celeberrimus Rhodius. *Freinsh.*

Ne finitimis] Eadem fere verba in Sen. ep. 59. legi ſup. ad 7. 1. notavimus.

Volentem mutuos uſus] Locutionem hanc quis damnet? ac neſcio tamen, *volentem* ſcripſit Curtius, an non omiſſurus illa fuit, *mutuos uſus*. Salluſtius, Tacitus, aliique maluiſſent, ſcio, apud quos crebrum, *volentem eſſe alicui rei*. Nec abſurda conjectura, ſi delenda quis iſta ſuſpicetur. Mihi tamen id nemo perſuadeat, nec ego ulli velim. Illud credo potius, ac credent facile mecum omnes, pro *volentem*, *colentem* reponendum. *Acidalius*. Modius vero Novantiq. 8, 7. perſuadet ſibi Curtium ſcripſiſſe *nullo commercio volentem*, omiſſis illis, *mutuos uſus*. idque multis defendere conatur Palmerius ad Salluſt. Iug. 73. 2. *volentia de ambobus acceperant*. Sed ne unum quidem exemplum affert hoc poſitu *volens commercio eſt*, ſed omnia iſto longe diverſo, *volenti eſt commercium*. Vt ita violentæ eius conjecturæ longe præferat Acidalianam Freinshemius, quamvis Acidalius quoque ipſe ſentiat, vulgatam lectionem damnari non oportere.

6 *Parapamiſadæ*] Apud Gemiſthum Plethonem duplici M ſcribuntur Παραμμισάδαι. Fera gens Gemiſti etiam ætate voluit vindictam exigere à Pe-

ſnter barbaros maxime inconditum. locorum aſpe-
ritas, hominum quoque ingenia duraverat. gelidiſ- 7
ſimum Septentrionis axem ex magna parte ſpe-
ctant: Bactrianis ad Occidentem conjuncti ſunt:
Meridiana regio ad mare Indicum vergit. Tugu- 8
ria latere primo ſtruunt, & quia ſterilis eſt terra
materiæ, in nudo etiam montis dorſo, uſque ad
ſummum ædificiorum faſtigium eodem laterculo
utuntur. Ceterum [a] ſtructura latior ab imo, pau- 9
latim incremento operis in arctius cogitur; ad ulti-
mum

INTERPRETATIO.

a *Ædificium ab infima parte latius, ſenſim dum aſſurgit in angaſtius coarctatur.*

NOTÆ.

Peloponneſis tanquam Græcis, ob illatum ſibi à Macedonibus olim bellum. Gemiſtus Pletho in poſter. orat. ad Theodorum principem. *Loccenius. Paropanitæ* vocat Cedrenus: alii aliter.

Inter barbaros] Videtur dicere, ipſis etiam barbaris fuiſſe pro barbaris, ut de Myſis Flor. 4. 12. *Myſi quam feri, quam truces fuerint, quam ipſorum etiam barbari barbarorum, horribile dictu eſt.*

Locorum aſperitas hominumque ingenia duraverat] *Tales ſunt hominum mores, qualis eſt locorum ſitus ubi degunt.* ut præter ipſam experientiam, multis auctorum teſtimoniis oſtendit Gruterus toto diſcurſu 45. ad illa Taciti Agric. 11. *Poſitio cœli corporibus habitum dedit.* Eodem modo intelligenda verba Flori 4. 12. 10. *Dalmatæ plerumque ſub ſilvis agunt: inde in latrocinia promptiſſimi.* Atque id in delectu militum attendendum, ex vero docet Lipſius Polit. 5. 12. Ceterum in unoquoque ipſius potius natura doteſq; quam patria, ſpectandæ ſunt. Nam in ejuſmodi judiciis ſæpius cum magna arrogantia, juncta non minor imperitia offenſiones non iniquas provocat, quas caute ſimul & graviter declinat Marula Coſmogr. 2. 1: ubi agit *de moribus Europæorum.* Sic Florus lib. 3. cap. 4. *Silvarum & montium ſitus cum ingenio conſentiebat.* Sed recta educatio non parum illam ingeniorum aſperitatem mitigare poteſt.

8 *Tugurla*] Totum hunc locum, ut paſſim alios, deſumpſit Curtius ex Diodoro 17. 82.

Latere primo] *Lateraticæ domos conſtituerunt primi Euryalus & Hyperbius fratres Athenis: antea ſpecus erant pro domibus,* ſi fides Plinio 7. 56. Illud autem *primo* non bene concoquo, an fuit *ab imo?* hoc eſt, ex ipſo fundamento ad ſummum uſque culmen, ut deinde adjicit. *Freinsh.*

Etiam montis] Et hoc parum liquide. Vnde Bongarſ. legend. dubitabat *etiam montium.* Vulcan. ad illa Arriani 3. 6. 2. *Ejus* (Caucaſi) *ab ea parte tum temporis ut plurimum nudum dorſum erat*: in margine notat Curtium ita concipere: *in nudo ejus montis dorſo.* Sed cum nullum adhuc montem nominaverit, putat Freinshemius non habere iſtud pronomen quo referatur. Quin etiam vulgatam lectionem ſic exponi poſſe; ut oſtendat totam eam regionem caruiſſe arboribus, non jacentis ſolum, ſed *etiam* ipſos montes, in quibus tamen fere lætius proveniunt ſilvæ. *Idem.*

mum in carinæ maxime modum coït. ibi foramine
10 relicto ſuperne lumen accipiunt ad medium. Vites & arbores; ſi quæ in tanto terræ rigore durare potuerunt, obruunt. Penitus hyeme defoſſæ latent. quum nive diſcuſſa aperiri humus cœpit, "cœ-
11 lo ſolique redduntur. Ceterum adeo altæ nives premunt terram, gelu & perpetuo pene rigore conſtrictæ, ut nec avium quidem, feræve ullius veſtigium exſtet. Obſcura cœli verius umbra, quam lux, nocti ſimilis premit terram; vix ut quæ pro-

pe

INTERPRETATIO.

a *Aëri & ſolis luci exponuntur.*

NOTÆ.

9 *Carina*] Nec aliter pleraque in Germania tecta, quam in carinæ aut ſepulchri aggeſti formam fiunt & clauduntur, latera tamen æquali ſpacio uſque ad tecta ſurgunt; tecta ipſa carinam invertam imitantur. *Rad.* Vnde autem forma iſta ædificiorum Numidis familiaris fuerit, docet Salluſt. Iugurth. 18. 2. *Ex eo numero* (Herculis exercitu) *Medi, Perſa, & Armenii navibus in Africam transvecti, proximos mari noſtro locos occupavere. Sed Perſa intra Oceanum magis: ſique alveos navium inverſos, pro tuguriis habuere, &c. Ceterum adhuc ædificia Numidarum agreſtium, quæ mapalia illi vocant, oblonga, incurvis lateribus tecta, quaſi navium carina ſunt.* Vt illi navium alveis, ita Scythæ apud Iuſtin. 2. 2. *plauſtris, coriis, imbrium hyemiſque cauſa tectis, pro domibus utuntur.* Antiquiſſimis hominibus *ſpecus erant pro domibus*, ut putat Plin. 7. 56. & Ovid. Metam. 1. 121.

Ad medium] Hunc locum, de quo Modius quid ſtatuendum ſibi ſit, ſe neſcire candide fatetur, diſtinctiuncula ſaltem juvat Loccenius, & ſic legendum putat. *foramine relicto ſuperne, lumen accipiunt ad medium. Vites, &c.* Diodor. 17. 82. ἐς δὲ μέσον τὸν ὑπογεῖον ἀπολελειμμένον φῶς δεχόμενον. *in medio ſoterraneum luci excipiundæ eſt relictum.* ut hodieque in locis quibuſdam ſeptentrionalibus videre eſt. Mox addit Curtius: *Vites & arbores, ſi quæ in t. t. r. d. potuerunt, obruunt. Penitus hyeme defoſſæ latent.* vel ſic: *obruunt penitus. hyeme d. l.* Itaq; non ad medium obruunt vites, ut hyeme plane conſpici nequeant, ſed penitus defoſſæ lateant. Deod. *Vites & arbores aggeſta tellure operiunt, &c.* Loc.

10 *Vites*] Quod etiam fit in toto Mœni tractu & Nicri. Minus autem in Alſatia, ut notat Colerus ad Alex. dies genial. 4. 7. ubi rem miram, ſed tamen, ut illi videtur, certam, recenſet, ideo referendam hic quoque: *In citeriori Germania intra Danubium loca eſſe, in quibus, niſi contra frigora & gelu ac feram ſævamque hyemem, vites maxima parte anni ſub nivibus humo contecta jaceant, quum nulla his contra immodica frigora tempeſtateſque firmitas ſit, utpote in tractu gelidiſſimo, prorſus algore intereant. Eas demum liquatis nivibus, æſtate anni ingruente, & calore cœli, mirifice germinare, & frondes geniculatas emittere, ſed vini parum effundere. Interque eas nonnullas, neſcio qua cœli temperie, ſeu occulta & cæca origine, vites exiſtere peculiari miraculo, & admirationis præcipuæ: quæ claviculos & plerumque candicantia folia ex puro aere germinent, & ſimul coaleſcant, illoſq; vidiſſe* (amicum, qui retulerit Alexandro) *& manibus attrectaſſe, &c.*

11 Te-

Digitized by Google

pe ſunt conſpici poſſint. In hac tamen omnis hu- 12
mani cultus ſolitudine deſtitutus exercitus, quid-
quid malorum tolerari poteſt, pertulit; inopiam,
frigus, laſſitudinem, deſperationem. Multos exa- 13
nimavit rigor inſolitus nivis; multorum aduſſit pe-
des: plurimorum oculis præcipue perniciabilis fuit.
fatigati quippe in ipſo gelu deficientia corpora ſter-
nebant; quæ quum moveri deſiſſent, vis frigoris ita
adſtringebat, ut rurſus ad ſurgendum conniti non
poſſent. A commilitonibus torpentes excitabantur. 14
neque aliud remedium erat, quam ut ingredi coge-
rentur. Tum demum vitali calore moto, membris
aliquis redibat vigor. Si qui tuguria barbarorum 15
adire potuerunt, celeriter refecti ſunt. ſed tanta ca-
ligo erat, ut ædificia nulla alia res quam fumus oſten-
deret. Illi numquam ante in terris ſuis advena viſo, 16
quum armatos repente conſpicerent; exanimati me-
tu, quidquid in tuguriis erat, adferebant: *ut cor-
poribus ipſorum parceretur* orantes. Rex agmen circum- 17
ibat pedes, jacentes quoſdam erigens, & alios;
quum

NOTÆ.

12 *Tamen*] Mavult Freinsh. *tum*, quas particulas ſæpe vicisſim permutari video.

13 *Plurimorum oculis præcipue*, &c.] Hujus rei cauſam diſcuſſi in Indice Philologico. Remedio fuit Cyri militibus, ut inter pergendum nigri quid ante oculos geſtarent. veluti Xenophon libr. 4. de exped. Cyri ſcribit. ut enim albedo plus, ita nigredo minus lucis habere umbræque plenior eſſe ſtatuitur ab Opticis. *Locten.*

Quippe] Acidal. volebat, *fatigatique in ipſo gelu*, &c. Sed iſtud *quippe* oſtendit quomodo acciderit, quod modo præfatus fuerat.

14 *Ingredi*] Idem apud Xenoph. d. loc. Vnicum pedibus præſidium, ſi corpus aſſidue moverent.

15 *Fumus*] In Bactrianis id acciderit refert Ælian. hiſt. var. 12. 37. ubi *milites ipſos vicos ceperunt, ex fumo inhabitari conjicientes, & nivem à foribus auferentes.*

17 *Rex agmen circumibat pedes*] Hoc eſt quod præcepit Leo Imp. cap. 9. Tactic. ſectione 12. *Sin admodum lubrica difficiliaque loca fuerint, te ipſum oportet primum eo tranſire; deinde ibi conſiſtere & commorari, donec omnes ſine offenſione tranſierint.* Similia leguntur de Iuliano, Iphicrate, Corbulone, quæ refert Grut. diſcurſ. cap. 15. ad Tac. 14. 24. *Sola Ducis patientia mitigabantur: eodem plura quam gregario militi tolerante.* Eximium eſt præceptum, quod Cambyſem Cyro tradidiſſe fingit Xenoph. παιδ. lib. 1. *In rebus agendis, ſi per æſtatem gerenda ſint, ſolem Imperator in omnium oculis perpeti ſupra ceteros debet:*

quum ægre ſequerentur, adminiculo corporis ſui excipiens. nunc ad prima ſigna; nunc in medium; nunc in ultimo agmine itineris multiplicato labore
18 aderat. Tandem ad cultiora perventum loca eſt, commeatuque largo recreatus exercitus: ſimul & qui conſequi non potuerant, in illa caſtra venerunt.
19 Inde agmen proceſſit ad Caucaſum montem, cujus dorſum Aſiam perpetuo jugo dividit: hinc ſimul, quod Ciliciam ſubit, illinc Caſpium fretum, & amnem

NOTÆ.

per hyemem frigus: quum laborandum eſt, labores, &c.

In medium] Potius alicui ſit, in *medio*. nam cur non eodem flexu addat *in ultimum?* Mihi ut obſcurum, cur hoc noluerit; ita clarum, illud maluiſſe. Sic & 3. 11. 4. *Itaque ipſi in medium Perſarum undique circumfuſi egregie ſe tuebantur.* Et delectatur alias ea forma 6. 5. 26. *ut primum rex in conſpectum fuit.* Iterum 3. 5. *in Ciliciam fore.* Quæ nec Ciceroni infrequens. ad Attic. 15. 4. *quo die in Tuſculanum eſſem futurus.* Acidalius.

18 *Loca eſt*] Poterat abeſſe, ſed cum libri ſcripti editique teneant, quid nos poſſumus?

Potuerant] Iraſcribendum Acidalio monenti ob ipſius rei evidentiam paruimus.

19 *Caucaſum*] Omnes opinor terrarum deſcriptores Caucaſum cum Tauro jungunt, & confundunt: Strabo lib. 11. Plin. 5. 27. Ptolemæus, Diodorus, Philoſtratus, Apollon. 3. 1. Solinus cap. 38. Curtius, Ariſtobulus, & ex illo Arrianus 3. 6. Mela 1. 15. Euſtathius ad Periegetem. Sed nemo accuratius & planius ſuper eo diſputat atque Goropius in Indo-Scythicis, pag. 474. qui & ex Plinio rationem nominis & diſcrimen duorum montium Tauri & Caucaſi aperte oſtendit, & omnia diſerte exponit. cujus hoc loco pro interpretatione Curtii verba apponerem, niſi pluſcula eſſent, quæ tute leges. *Rad.* Ceterum negant peritiſſimi auctores, Caucaſum Alexandro viſum, ſed aliis montibus id inditum nomen ab adulatoribus, ob cauſam, quam Euſtathius in Dionyſ. verſ. 1159. refert. Quæ magnam partem hauſiſſe videtur ex Arriano 5. 1. Certe quæ hoc capite aliiſque ſeqq. ſcripſit Curtius, dubitare non ſinunt, quin per hunc Caucaſum, ad quem jam *agmen pervenit*, intelligendus ſit Paropamiſus. Idque diſerte tradit Arrian. 5. 1. 21. *Taurus, &c. Paropamiſe monti committitur, quem Macedones Alexandro militantes Caucaſum appellabant, ſtudio (ut fertur) Alexand. res geſtas amplificandi. quaſi Caucaſum continuata victoria Alexander ſuperaſſet. Fieri autem poteſt ut hic ipſe mons cum altero Scytharum Caucaſo coëat, quemadmodum Taurus cum hoc. atque ego quidem idcirco ſuperius (3. 6. 1.) hunc montem Caucaſum vocavi, & deinceps hoc nomine appellabo.* Quæ poſtrema ad evitandam confuſionem probe notanda ſunt tam Arrianum legenti, quam alios auctores; nam & alios conſilio uſos, & forte hunc ipſum Curtium, licet animadvertere. Ceterum hoc modo non tam auxiſſe eos gloriam Alexandri, quam minuiſſe, docet maximus auctor Strabo lib. 11. qui dignus eſt audiri: *Quæ autem augendæ gloriæ vulgata ſunt* (ſic enim verto τὰ φερόμενα τὸ ἔνδοξον θηρώμενα) *etſi in iis conſentiant omnes, tamen qui conſuxere, adulandi quam veritatis fuerunt ſtudioſiores. Quale eſt, quod Caucaſum in montes Indicos eiſque vicinum mentien-*

tale

nem Araxem, aliaque regions Scythiæ deserta spectat. Taurus secundæ magnitudinis mons committitur 20
Caucaso, à Cappadocia se adtollens Ciliciam præ-
terit, Armeniæque montibus jungitur. Sic inter se 21
tot juga velut serie cohærentia perpetuum habent
dorsum, ex quo Asiæ omnia fere flumina, alia in
Rubrum, alia in Caspium mare, alia in Hyrcanum
& Ponticum decidunt. XVII dierum spatio Cauca- 22
sum superavit exercitus. Rupes in eo X in circumi-
tu stadia complectitur, quatuor in altitudinem exce-
dit,

NOTÆ

tale transfuderunt, à montibus qui supra Colchidem & Euxinum mare siti sunt, quos Graci Caucasum nominant, amplius 30 stadiorum milibus ab India distantes: ibique Prometheum vinctum fabulose tradunt, cum nihil ulterius versus ortum Solis cognovissent, &c. Atque eadem fere reperit lib. 5. Ceterum ista nominum confusio tam Curtium hoc loco, quam & Ptolemæum, in graves errores induxit: illum ut uni monti adscriberet simul, quæ separatim ad alterutrum pertinent: hunc ut Ἀλεξάνδρου στήλας ultra septentrionalem Caucasum poneret: quas ultra hunc Indicum fuisse ponendas Salmasius ille ad Solini cap. 38. pag. 789. docet. idque etiam ostendunt illa Dionysii, versu 1162. *Emodos montes adiit, quorum sub radice vel vitor orientalis ingens unda Oceani. Ubi duabus columnis positis in finibus terræ, exultans ad fluentum rediit Ismeni.* Ex eodem fonte illum quoque Curtii errorem manare, quod ex hoc suo Caucaso orta flumina in Ponticum decidere mare scribit, mox demonstrabimus. Multa etiam de utroque hoc Caucaso disputat in periplum Ariani Stuckius. *Freinsh.*

21 *Et ponticum*] Supra ad 7. 3. 4. Curtium defendi posse diximus, si emendes *& Indicum*: sed verius est ipsius esse hallucinationem, ex confusione ea ortam, quam fecit communicatum Indicis montibus Caucasi vocabulum. Hoc ut manifestius fiat, consideremus quod modo monuimus, quot res diversis montibus adscribendas uni tribuerit. Primo dicit Alexandrum venisse ad Caucasum montem, Indicum intelligens: mox, *cujus dorsum Asiam perpetuo jugo dividit*: quod de Indico est falsissimum: de Pontico dubium. ea enim res ab aliis Tauro tribuitur. Ideo in pace Antiochi jubetur rex, *Asia omni, quæ eis Taurum est, decedere* apud Liv. 37. 45. idem judicium est de sequentibus mox; *sic inter se tot juga*. id de Caucaso Pontico & Tauro verum est sic connecti; sed de Indico hoc Caucaso vel Paropamiso, docendum fuerat. Ergo cum de fluminibus ex his montibus exortis verba facit, toto animo ab Indico Caucaso aversus, Ponticum magis videtur cogitasse. Quem iterum in sequentibus amandat, Indicumque recipit, cum eodem tempore 17 *dierum spatio superatum* scribit. Et statim tamen ad verum Caucasum redit, quando *de Promethei* fabula subjicit. Denique cum *Alexandriam* ibi conditam ait, iterum de Indico monte intelligendus est. Ergo & quod de Pontico mari scribit, id excipere flumina ex his montibus nascentia, sic capiendum est, ut intelligantur ea, quæ ex Caucaso proprie ita dicto continentibusque jugis orta, in mare Ponticum influunt. *Idem.*

dit, in qua *vinctum Prometheа fuiſſe* antiquitas tradit.
23 Condendæ in radicibus montis urbi ſedes electa eſt. VIII millibus ſeniorum Macedonum & præterea militibus, quorum opera uti deſiſſet, permiſſum, in novam urbem conſidere. Hanc quoque *Alexandriam* incolæ adpellaverunt.

NOTÆ.

22 *Prometheа*] Quid Prometheus commiſerit, ut in crucem ageretur, docent omnes veterum fabulæ. Æſchylus tragicus primo dramate *Prometheus* inſcripto. Heſiodus in Ἔργοις & Θεογονία. Lucian. duob. dialogis, *Prometheus ſeu Caucaſus*, & *Promethei ac Iovis*. Claudianus in 4 panegyrico conſulatus Honorii Auguſti. Sed præter hos Corop. novo more, ratione, ingenio, ſenſu ab omnibus diverſo, fabulam doctiſſime in Indoſcyth. explanat, omniaque ad Noam arcæ fabricatorem refert. de Prometheo etiam Salianus An. Mundi 1557. num. 24. *Raderus*. Porro fabulam Promethei non ad hunc Caucaſum pertinere, jam in ſuperioribus notis explicatum eſt. Nec tamen nocet addere, verum locum ejus viſum ab Arriano, ut ipſe teſtatur in periplo Ponti Euxini 1. 34. Item à Pompeio, cum res iis locis gereret. Appianus in Mithrid. & Apollonio apud Philoſtratum in vita 2. 2. *Freinsh.*

23 *Seniorum*] Vnus Mſ. *ſervorum*. quod verum putat Freinsh. nam cur idem bis diceret? *Seniores* & *ii quorum opera uti deſiſſet*, nonne iidem ſunt? Scribit igitur: *Septem millibus ſervorum, & Macedonum praterea inutilibus, quorum, &c.* Sic omnino fuit: Duo genera hominum in ea oppida impoſuit, ſervos, & milites inutiles. infra 7. 6. 27. *Incolæ novæ urbi dati captivi, quos reddito pretio dominis, liberavit*. De inutilibus militibus, tam Cambyſi ante Alexandrum, quam ipſi, ſæpius ita viſum eſt. Sic enim colonia *fuit Cambiſis* (Cambyſis) *inter Neſos & Marchadas, deductis eo agris exercitus*. Plin. 9. 29. apud eund. 6. 27. Charax oppidum *conditum eſt primum ab Alexandro Magno: qui colonis ex urbe regia Durine (quæ tum interiit) deductis, militumque inutilibus ibi relictis, Alexandriam appellari juſſerat*. Hanc ipſam urbem denuo ſic auxit colonis, ut tradit Arrian. 4. 4. 12. Idem fecit in Alexandria ad Tanaim: *Vrbem, quam condere ſtatuerat, viginti dierum ſpatio muro circumplexus, eam Gracis mercenariis habitandam dat, & finitimis barbaris, quibus ſua ſponte ea commigrandi voluntas fuit, nonnullis etiam Macedonibus, qui inepti bello erant*. Arrian. 4. 1. Idem obſervavit in urbe Arabica quam condidit, nam *coloniam eo deduxit ex Gracis mercenariis, voluntariis, & qui aut ſenectute, aut caſu aliquo inepti bello facti erant*. Arrian. 7. 4.

Alexandriam] Quam deinceps propter errorem ſupra notatum ex Indicis finibus tranſtulerunt ad Septentrionalem Caucaſum; ut Sanutus in ſecretis fidel. cruc. 3. 13. ex Haythono. *Alexandri oppidum* appellat Plin. 6. 17. ex Bione & Diogneto: additque *hanc urbem ſub ipſo Caucaſo eſſe poſitam*: quod de Indico Caucaſo ſive Paropamiſo capiendum; ut patet ex dictis, & Arriano 3. 6. & 4. 4. De ea ſentit Strabo lib. 15. *Exeſſe ibi* (in Paropamiſadis) *hyeme, & urbi condita, habent Indiam ſuperne ad dextram, per ſumma montium tranſivit Bactrianam*. Freinsh.

CAP.

CAP. IV.

Bessus de bello adversus Alexandrum inter epulas consultat, sapientique Cobaris consilio minime acquiescit. Interim rex Bactra pervenit. ubi de Græcorum defectione, Satibarzane singulari certamine occiso, advenit ei nuncius.

AT Bessus, Alexandri celeritate perterritus, 1
diis patriis sacrificio rite facto; sicut illis gentibus mos est, cum amicis ducibusque copiarum inter epulas de bello consultabat. Graves 2
mero *suas vires* extollere: *hostium* nunc *temeritatem*; nunc *paucitatem* spernere. præcipue Bessus, ferox 3
verbis, & parto per scelus regno superbus, ac vix potens mentis, dicere; *Socordia Darii crevisse hostium famam. occurrisse enim in Ciliciæ angustissimis faucibus*; 4
quum retrocedendo posset perducere incautos in loca naturæ situ invia, tot fluminibus objectis, tot montium latebris, inter quas deprehensus hostis, ne fugæ quidem, nedum resistendi occasionem fuerit habiturus. Sibi placere 5
in Sogdianos recedere, Oxum amnem velut murum objec-

NOTÆ.

1 *Mos est*] Quem ex aliis quoque auctoribus, puto Herod. 1. 1. 33. Athen. 4. 6. Scholiaste Aristoph. in Equites, ad verba Οἶνε γὰ τύραις. Suida in Οἶνε πεῖν. Maximo Tyri. Orat. 12. Ammiano 18. 10. Strabone lib. 15. docet Brisson. de regno Pers. lib. 2. Idem majoribus nostris tribuit Tac. Germ. cap. 22. Illud notandum, quod apud Athenæum 10. 10. Ctesias & Duris scribunt: *Ex omnibus festis diebus eo solo quo Persa Mithræ sacra faciunt regem inebriari.* Eum ergo morem etiam Curtium hoc loco in animo habuisse putem: eoque præmisisse de sacrificio diis facto, ut ita Bessus, qui pro rege se tum gerebat, nihil tum præter legem Persarum feciisse videatur. Noli ad consuetudinem populi Rom. transferre, quod Æmil. Paulus apud Liv. 44. 22. queritur: *in omnibus circulis, atque etiam, si diis placet, in conviviis esse, qui exercitus in Macedoniam ducant, &c.* nec enim de iis loquitur, quibus de ratione belli serio deliberandum erat; sed conditionem ducum miseratur, quorum consilia gestaque ab otiosis &, ut fere solet, imperitis inter pocula & mensas reprehendi examinarique consuevissent. *Freinsh.*

3 *Famam*] Acidalius nihil mutat, sed, quid si *fortunam*? inquit. Imo utramque lectionem constare putat Blanckardus, cum Darii socordia & fama & fortuna creverint.

5 *Murum*] Sic Persæ apud Xenoph. ἀνάβασ. 2. *vocabantur, ut Graci pos-*

jecturum hoſti; dum ex finitimis gentibus valida auxilia
6 *concurrerent. Venturos autem Choraſmios, & Dahas, Sacaſque, & Indos, & ultra Tanaïm amnem colentes Scythas; quorum neminem adeo humilem eſſe, ut humeri ejus non poſſent Macedonis militis verticem æquare.*
7 Conclamant temulenti, *unam hanc ſententiam ſalubrem eſſe:* & Beſſus *circumferri merum largius* jubet,
8 debellaturus ſuper menſam Alexandrum. Erat in eo convivio Cobares, natione Medus, ſed magicæ artis (ſi modo ars eſt, [a]non vaniſſimi cujuſque ludibrium)

INTERPRETATIO.

a *Potiuſquam mendaciſſimi cujuſque fallacia.*

NOTÆ.

tem tranſirent, ac in inſula manerent, in qua ex parte una Tigri fluvio, ex altera alveo (foſſa) *pro munimento utebantur.*

7 *Et Beſſus circumferri merum largius jubet,* &c.] Hoc eſt Thraſonum & ignavorum ingenium, ut inter pocula tantum fortes ſint: promptiores in menſa quam acie debellare hoſtem, ipſi jam debellati victique à vino. quales & Tyrrheni apud Virgilium 11. Æn. ad quos ſic Tarchon: verſ. 733.

Quo ferrum quidve haſtas geritis tela inrita dextris?
At non in Venerem ſegnes nocturnaque bella,
Aut ubi curva choros indixit tibia Bacchi,
Exſpectate dapes & plena pocula menſæ.
Hic amor, hæc ſtudium.

Sic ille apud Comicum: *ubi adhibit plus paulo ſua quæ narrat facinora?*

8 *Cobares*] Diodorus Siculus 17. 83. *Bagadaten* appellat; qui rem copioſius exponit.

Magicæ artis] Multa ſuper magis & magia ſupra ex Briſſonii regno Perſico allata & diſputata, quæ tu apud eundem videbis lib. 2. Hic Curtius videtur de Magia ſuperſtitioſa, præſtigiatrice & dæmoniaca loqui. Omnis magiæ naturalis, artificialis, & præſtigiatricis formas deſcribit doctiſſimus noſter Delrius diſquiſ. mag. lib. 1. cap. 2. quem conſules. Curtius de artificiali videtur loqui, cum *artem* appellat. *Rad.* Qui intercedentibus pauciſſimis lineis, aliter atque aliter de mente Curtii pronunciat. quem de magicâ arte, qualis apud Perſas fuerat, ſentire, hoc eſt mixta ex naturali & præſtigiatrice, facile quivis intelligat. Nam quod propter vocabulum *artis*, de artificiali ſentire putat, nimis leve argumentum eſt: cum & aliæ ſpecies, vel ab uno Plinio compluribus locis *artis* nomine appellentur. Vide de ea & Heroaldi præfationem in Aſinum Apuleianum. *Freinsh.*

Vaniſſimi] Idem de ea arte judicium eſt Plinii, infinitis prope locis: unum ex potioribus adſcribam. Sic ergo librum 30 orditur: *Magicæ vanitatis ſapius quidem antecedentis operis parte, ubicunque cauſa locuſque poſcebant, arguimus, detegemuſque etiamnum: in pauris tamen digna res eſt, de qua plura dicantur, vel ex ipſa, quod fraudulentiſſima artium, plurimum in toto terrarum orbe, plurimiſque ſæculis, valuit,* &c. Ipſoſque adeo Magos atque circulatores vulgari appellatione *vanos* appellatos, ex verbis Capitolini in M. Antonino c. 13. *Vanum quidam, qui divinanda urbis exſtrue-*

Digitized by Google

brium) magis profeſſione, quam ſcientia celeber; alioquin moderatus & probus. Is quum præfatus 9 eſſet; *ſcire ſervo utilius parere dicto, quam adferre conſilium; quum illos, qui pareant, idem quod ceteros maneat: qui vero ſuadeant, proprium periculum.* poculum ei,

NOTÆ.

cum conſciis requirent, &c. putat Heraldus ad iſta Arnobii lib. 1. *Magicarum artium ludi.* Sed in Capitolini loco aliam lectionem, *Plane cuidam*, ex libris vett. & ratione, præferunt eruditiſſimi commentatores. Ceterum artis magicæ ludibrium etiam agnoſcit Propertius illo verſu, Eleg. 1. 1. v. 19.

At vos deducta quibus eſt fallacia Lunæ.

Vbi *fallaciam* dicit Lunæ deductæ, recte ſentiens Magorum carminibus non ipſam Lunam ſede ſua detrahi, ſed mortalium oculos vana ſpecie deludi, ut id fieri arbitrentur. *Freinsh.*

9 *Servo utilius parere dicto, quam adferre conſilium*] Eadem fere ſententia in iſtis Plauti Mil. Glor. 2. 2.

——— Sc. *quid propius fuit,*
Quam ut perirem ſi locutus fuiſſem hero! P. *ergo ſi ſapis,*
Muſſitabis. Plus oportet ſcire ſervum, quam loqui.

M. Terentius apud Tacit. 6. Annal. ad Tiberium Imp. *Tibi ſummum rerum judicium Dii dedere, nobis obſequii gloria relicta eſt.* Conſilium tamen non tam ex perſona quam per ſe æſtimandum, non à quo ſed quale ſit. Cato:

Vtile conſilium dominus ne deſpice ſervi.
Nullius ſenſum, ſi prodeſt, temſeris unquam.

Macrobius 1 Saturnal. 11. *Non eſt, quod amicum tantum in foro & in curia quæras. ſi diligenter attenderis, invenies & domi. tu modo vive cum ſervo clementer, comiter quoque & in ſermonem illum, & nonnunquam in neceſſarium admitte conſilium.* Lorcen.

Proprium periculum] Quæ res efficit, ut dum illud timendo prudentes ſilent, reſp. maximis damnis afficiatur. Eleganter id oſtendit Lycurgus Orator in princ. contra Leocratem, querens: τὰ ἰδία κινδυνεύοντα, ἐὰν μὲν τῆς κοινῆς ἀπεχθανόμενον, ἀ φιλόπολιν, ἀλλὰ φιλοπράγμονα δοκεῖν εἶναι. *cum qui ſuo periculo rem gerat, & pro communi bono inimicitias ſuſcipiat, non civitatis, ſed negotiorum amantem videri.* Quam vulgi opinionem & iniquam, & publice noxiam eſſe, latius proſequitur. *Idem.*

Poculum ei] Beſſus Cobari tradidit poculum, ut colligitur ex ſequentibus: Forte ipſum etiam nomen ejus inſerendum: *Beſſus poculum ei*, &c. eſt enim in nonnullis lib. magna hic lacuna. Neſcio autem an non interpretandum hoc ſit de more, qui & apud Græcos fuit, ut in ſympoſiis audiretur ille, qui haberet calicem. Vnde acutiſſimus ille locus in Demoſthenem apud Plutarch. c. 15. Cum enim ille, calice inſignis cælaturæ, aliiſque donis ab Harpalo acceptis, male audiret, ſeque purgare volentem *non audiret populus*, *exurgens quidam falſe ait: Non audietis, Athenienſes, iſtum, qui calicem habet?* Vbi inter varias lectiones à Stephano ſubnexas egregium eſt ſcholium: ἐν γὰρ τοῖς συμποσίοις οἱ κύλικα ἔχοντες ᾖδον τὰ λεγόμενα σκόλια. *Nam in compotationibus, qui calicem habebant, canebant ſcolia quæ appellantur.* Vt nimirum eo quaſi inſigni totum ſodalitium agnoſceret, cujus eſſet cantilena, adque eum ſe obverteret. quem morem in nonnullis Galliæ locis exacte obſervari vidi. Sunt autem σκόλια, μέλη παροίνια, ſive cantiunculæ potatoriæ, interdum & amatoriæ, quales inter vinum cani ſolent. cujus generis ſunt pleraque, ſi non omnia, Anacreontica. Vide eruditiſſimas animadverſ. Caſaub. in Athenæum 15. 14. An igitur

ei, quod habebat in manu, tradidit. quo accepto
10 Cobares: *Natura*, inquit, *mortalium hoc quoque nomine prava & ſiniſtra dici poteſt; quod in ſuo quiſque*
11 *negotio hebetior eſt, quam in alieno. turbida ſunt conſilia eorum, qui ſibi ſuadent. obſtat metus; alius cupiditas;*

NOTÆ.

igitur & apud Perſas talis conſuetudo fuerit, an, ut ſæpe fieri ſolet, ab una gente ad aliam tranſtulerit Curtius, doctorum eſto judicium.

10 *Dici*] Antonius hiſt. part. 1. tit. 3. cap. 2. §. 14. verba hæc recenſens ſcribit *duci*. quod fieri poſſit. Illud non perinde, Cobari ea tribui tamquam ad Alexandrum Babylonem contra magorum placitum ingredientem prolata. Illam autem lectionem *dici*, etiam probare videtur Cunæus, qui ſic expreſſit illa Curtiana in Sardis venalibus, à Mirandula pronunciari faciens. *Freinsh.*

In ſuo quiſque negotio hebetior eſt, quam in alieno] Ideoque recte Sirachides 32.20. monet: *Fili, ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebit* & magnus ille Salomon Prov. 3.7. & 12. 15. *Ne ſis ſapiens apud temet ipſum.* Nempe, quod à Sophocle ſcriptum eſt,

Rebus in arduis ſapienti
Quid conſilii capiat, ſæpe eſt
Difficile. Chokier.

Hic Curtius pulchre aperit cauſas, cur homines ſæpe melius aliis quam ſibi ipſis conſulere queant; cauſæ iſtæ verba ſunt affectus, quibus erga nos magis quam alios movemur. Nam in adverſis dolor, in ſecundis lætitia major æquo, & rerum propriarum amor impediunt ſana conſilia. Sed in alienis animus affectibus ſolutior ac liberior, etiam rectius in medium conſulit. Tullius apud Dionem Caſſium l. 38. *Longe*, inquit, *aliud eſt pro aliis verba facere, quam ſibi ipſi conſulere. Nam quæ pro aliis dicimus, ea cum à recta atque integra ratione proficiſcantur, utique vim ſuam obtinent. verum animus, ubi quis eum morbus occupavit, obtunditur, caligoque ei offunditur, ita ut nihil idoneum excogitare poſſit.* Ille morbus eſt perturbatio animi. Idem comprobat Terentius Heaut. act. 3. ſc. 1. *Itan' comparatam eſſe hominum naturam omnium, aliena melius ut videant & judicent quam ſua? An eo fit, quia in re noſtra aut gaudio ſumus prapediti nimio, aut ægritudine?* Sen. in lib. de tranq. an. *Familiariter domeſtica aſpicimus, & ſemper judicio favor efficit.* Proinde affectus rationis habenis ſunt regendi, & in noſtro negotio cogitandum quid judicaturi eſſemus, ſi id eſſet alterius. *Lectm.*

11 *Turbida*] Quod hic ſequebatur vocabulum, *facta*, cum Bong. Cod. & Radero diſpunxi.

Obſtat metus] Affine eſt quod notat Tacit. 3, 67. in Silano reo: *propria in metu qui exercitam quoque eloquentiam debilitat.* Et ex apologia Demetrii locus prolixior apud Livium 40. 15. unde pauca hæc exſcribam: *attonitus repentino atque inopinato malo, vix quid objiceretur, intelligere potui: nedum ſatis ſciam quo modo me tuear.* Omiſi autem vocem *aliis*, quæ hic præcedebat in quibuſdam edd. elegantius enim ſic dixit; *obſtat metus, alius cupiditas*; quam ſi dixiſſet: *alius metus, alius cupid.* quales formæ loquendi Taciti dictionem valde commendant peritis & adſuetis. *Freinsh.*

Cupiditas] Cupidinem atque iram peſſumos conſultores vocat Salluſt. Iug. 64. & in fine capitis: *animus cupienti nihil ſatis feſtinatur.* Quomodo & Claudian. de raptu Proſerp. 3.137.

——— *nulla tenenti*
Mobilitas, tardos queritur non ire jugales, &c.

& Liv. 29. 35. *deſiderio indigentium auxilii tardius cuncta movebantur:* Ita cupido feſtinationem parit. quo nihil rectis conſiliis cogitari poſſit iniquius.

Id

tas; nonnunquam naturalis eorum, quæ cogitaveris, amor. nam in te ſuperbia non cadit. expertus es unumquemque, quod ipſe repererit, aut ſolum aut optimum ducere. Magnum onus ſuſtines capite, regium inſigne. hoc aut moderate perferendum eſt, aut quod abominor, in te ruet. conſilio, non impetu opus eſt. Adjicit deinde, quod apud Bactrianos vulgo uſurpabant: *canem timidum vehe-* 12 13

NOTÆ.

Id ſapientiſſime ex Fabii perſona Livius 22.39. expreſſit: *Omnia non properanti clara certaque erunt: feſtinatio impavida eſt & caca.* Idem.

Quæ cogitaveris] Quo ingenio Laconem deſcribit Tacit. H. 1. 26. *conſilii quam vis egregii, quod non ipſe afferret, inimicus; & adverſus peritos pervicax.*

12 *Magnum onus ſuſtines capite, regium inſigne*] Vide Gruteri diſcurſ. ad Tacit. c. 5. Summam totius rei complectitur illa ex intima ſapientiæ medulla educta ſententia Socratica in l. 1. Platonis, de rep. *ſi ex bonis viris conſtaret civitas, in ea ita certatim eo cives incumberent ne imperarent, veluti hodie pugnant ut imperent.* Vere corona eſt ſplendidum onus, cui ferendo non eſt niſi magnus & æquus animus. Varro lib. 4. de ling. Lat. *Onus eſt bonos qui ſuſtinet remp.* Seneca de tranq. an. c. 5. *Debet ſemper plus eſſe virium in latore, quam onere. Neceſſe eſt opprimant onera, quæ ferente majora ſunt.* Horat. lib. 1. epiſt. 17. v. 39.

——— *hic onus horret,*
Ut parvis animis & parvo corpore majus:
Hic ſubit & perfert.

Scite Schickardus cap. 4. theor. 12. de jure reg. Hebr. *Diadema ſitulis compare, quibus ancilla aquam in capite geſtant. ut enim ſub illis ſubſilire non licet, niſi ab aquarum mole opprimi velint, & tota conſpergi: ſic regis coronam cenſeo tale onus eſſe, quod niſi moderate feratur, ipſum geſtantem & quotquot in propinquo ſunt, ruina ſua gravitet fevire queat,* Loccenius.

Non impetu] Vell. 2. 31. *Diſſuadebant optimates; ſed conſilia impetu victa ſunt.*

13 *Canem timidum vehementius latrare, quam mordere*] Thraſonum eſt, turgidis minis dira inoliri. at Chremes (Terentianus) ad rem gerendam promptior. Sic & Athenienſes (de quibus Liv. 31. 44.) ad bene dicendum, quam ad gnaviter agendum accommodatiores fuiſſe leguntur. Nec Aiaci promptum fuit dicere, nec Vlyſſi bellare. Et Lacedæmonii verbis parciſſimi, virtute longe præcelluerunt. apud Homerum Il. 3. 8. Græci taciti pugnam ineunt, ſed vim ſpirantes, cum barbari immani clamore accurrerent. Denique mulieres lingua melius quam viri belligerantur. Eraſmus Adag. 3. 7. Nobile hujus dicti Curtiani documentum infra eſt 9. 1. *Nobiles ad venandum canes in ea regione ſunt, latratu abſtinere dicuntur, &c.* Raderus. Pertinet eo nota, quam communi Græcorum inurit Livius 8. 22. *Graci, gens lingua magis ſtrenua, quam factis.* Et hæc de jactantia ante prælium potius accipienda: eorum videlicet, *quorum omnis vis virtuſque in lingua ſita eſt.* ut ait Salluſt. de Rep. ord. Orat. 2. Nam in ipſo prælio clamorem haud parvi momenti ſæpe fuiſſe, ſupra ad 3. 10. annotarum eſt. *Freinshemius.* Elegans Bactrianorum adagii & allegoricus ſenſus facile patet: Ignavum verborum minis, quam factis acriorem eſſe. Ita Cicero pro Roſcio de impudentibus accuſatoribus: *Alii veſtrum anſeres ſunt, qui tantummodo clamant, nocere non poſſunt. alii canes, qui & latrare & mordere*

vehementius latrare, quam mordere. altiſſima quæque flumina minimo ſono labi. Quæ inſerui, ut qualiſcumque inter Barbaros potuit eſſe prudentia, traderetur.
14 In his audientium ſuſpenſam dederat exſpectationem ſui. Tum conſilium aperit, utilius Beſſo quam gratius. *In veſtibulo*, inquit, *regiæ tuæ velociſſimus conſiſtit rex. Ante ille agmen, quam tu menſam iſtam mo-*
15 *vebis. Nunc ab Tanai exercitum accerſes, & armis flumina oppones. ſcilicet qua tu fugiturus es, hoſtis ſequi non poteſt? iter utrique commune eſt; victori tutius.*

Licet

NOTÆ.

dere poſſunt. Richardus Staniburſtus de ſuis Hibernis lib. 1 Hiſt. *Minas non jactant; latrare nolunt; mordere volunt.* A. Vitellius apud Tacitum 14 Annal. *Optimum quemque jurgiis laceſſens, & reſpondenti reticens; ut pavida ingenia ſolent.* Iul. Cæſar Scaliger lib. 1 Epidorp. auguſto, qualis ipſe, carmine:

FACERE NON DICERE.

Qualis teneræ ætate juvencula catellus,
Cauſa vacuus, murmure baubatur acuto.
Contra vetulus non niſi præſenſa reſignat.
Sic eſt ſtolidus, ſic ſapiens. Ille minatur
Cunctis ſine cauſa, temere, ſemper, ubique.
Sapiens ſæviet vulnera. poſt facta loquetur.

Altiſſima quæque flumina minimo ſono labi] Hoc Bactrianorum proverbium apud nos quoque pervagatum de illis qui pauconum verborum, ſed reconditæ ſunt ſapientiæ, aut virtutis. Id Cato lib. 4. diſtich. 27. ſic expreſſit:

Qua flumen placidum eſt, forſan latet altius unda.

Alfonſus Arragoniæ rex aliquando interrogatus, Cur, qui vere ſaperet, taciturnior eſſet; qui minus, loquacior: prudenter reſpondit: Qui vere ſapit, habet intus unde gaudeat, alitur quippe ejus animus ſapientia: quo pabulo contentus acquieſcit. Ex diverſo qui minime ſapit, ejus animus quum intus non habeat quidquam unde implearur gaudeatve, foris quærit unde vana ſaltem oſtentatione ſapere videatur. Confer proverb. *Profundum ſulcum, &c. Sed ſapientiæ*, qua quis ſibi ſolum domi ſapit, exigua eſt utilitas, niſi per decentem ſermonem atque uſum in alios diffundatur. Sirachides cap. 20. v. 30. *Sapientia abſcenſa & theſaurus inviſus, quæ utilitas in utriſque?* Ceterum Alfonſius hic non mutum ſapientem intelligit, ſed illum qui in tempore tacere, in tempus loqui poteſt, & elegantibus notis ab inſipiente garrulo diſcriminat. *Lorcen.*

14 *Suſpenſam dederat*, &c.] Acidalius vere emendavit: *In his audientis* (quod eſt, *audientes*) *ſuſpenderat exſpectatione ſui.* cui ſuffragatur ipſe Curtius 9. 7. eodem modo locutus: *Ea ipſa res omnium animos exſpectatione ſuſpenderat.* Rader. Offenditur tamen adhuc illo principio Freinshemius. *In his.* forte igitur fuit: *Ut his audientis ſuſp. exp. ſui; tum conſ. aperit.* Aliter enim ne quidem probe cohæreant.

Quam tu menſam] Παροιμιακῶς hoc. *Dictum factum.* paræmia eſt de re dicto citius perfecta, &c. Eraſmi adag. 2. 9. 82. & 3. 6. 85. conſule.

15 *Li-*

Licet ſtrenuum metum putes eſſe, velocior tamen ſpes eſt.
a Quin validioris occupas gratiam, dediſque te, utcumque ceſſerit, meliorem fortunam dedituſ quam hoſtis habiturus? Alienum habes regnum, quo facilius eo careas. incipies forſitan juſtus eſſe rex, quum ipſe fecerit, quitibi & dare poteſt regnum & eripere. Conſilium habes fidele, quod b diutius exſequi ſupervacuum eſt. Nobilis equus umbra quoque virga regitur: ignavus ne calcari quidem concitari poteſt. Beſſus & ingenio & multo mero ferox, adeo exarſit, ut vix ab amicis, quo minus occideret eum (nam ſtrinxerat quoque acinacem) contineretur. Certe è convivio proſilivit haudquaquam potens mentis. Cobares inter tumultum elapſus, ad Alexandrum transfugit. VIII millia Bactrianorum habebat armata Beſſus, quæ quamdiu propter cœli intemperiem, Indiam potius Macedones petituros crediderant, obedienter imperata fecerunt: poſtquam adventare Alexandrum compertum eſt: in ſuos quiſque vicos dilapſi, Beſſum reliquerunt. Ille cum clientium manu, qui non mutaverant fidem, Oxo amne ſuperato, exuſtiſque navigiis,

INTERPRETATIO.

a *Cur non ultro expetis amicitiam* Alexandri *potentioris*.
b *Quod pluribus verbis inculcare inutile foret*.

NOTÆ.

25 *Licet ſtrenuum metum putes eſſe*] Inde illud vulgo notum:

——— *pedibus timor addidit alas*,

ex Virg. Æneid. 8. 224. Reſpexit Euripid. in ſupp. φόβος με ἀναπτέρωι. Gebhardus in Corn. Nep. Themiſtocl. pag. 74. *Servit Cobares, cum iſta dicit, cauſa. Metus profecto ignavorum ac timidorum pedibus celeres addere alas ſolet.*

18 *Nobilis equus umbra quoque*, &c.] Elegans comparatio ſtrenui & ignavi cum nobili & degenere equo. Scite quoque Horat. lib. 1. ep. 15. v. 13.

Equi frenato eſt auris in ore.

21 *Clientium*] Hi erant, qui propius magnatibus devincti, magna beneficia fere perpetua fide penſabant, ne in extremis quidem patronos ſuos deſerentes. Ergo olim ſtante re Rom. *ut quisque opibus, domo, paratu ſpecioſus, per nomen & clientelas inluſtrior habebatur*. Tacit. 3. 55. Proin apud eundem 13. 37. maxima Tiridatis erat vis in *propriis clientelis*. Et Pompeii filio graviter inculcat *clientelas* à patre relictas Cato apud Hirtium de bell. Afr. c. 22. Nihil ergo mirum, ſi viciſſim pro ipſis omnem lapidem movebant patroni. illuſtri Cæſaris exemplo. quem ita de

ſe

vigiis, quibus tranſierat, ne iiſdem hoſtis uteretur; 22 novas copias in Sogdianis contrahebat. Alexander Caucaſum quidem, ut ſupra dictum eſt, tranſierat; ſed inopia frumenti prope ad famem ventum erat. 23 Succo ex ſeſama expreſſo, haud ſecus quam oleo artus perungebant. Sed hujus ſucci ducenis quadragenis denariis amphoræ ſingulæ; mellis, denariis trecentis nonagenis; trecenis vini æſtimabantur; triti- 24 ci nihil aut admodum exiguum reperiebatur. *Siros* vocabant barbari: quos ita ſolerter abſcondunt, ut niſi qui defoderunt, invenire non poſſint. In iis conditæ fruges erant. In quarum penuria milites fluviatili piſce & herbis ſuſtinebantur. 25 Iamque *hæc* ipſa alimenta defecerant; quum jumenta, quibus one-

NOTÆ.

ſe dixiſſe ex Agell. 5. 13. comperimus: *neque clientes ſine ſumma infamia deſeri poſſunt, quibus etiam à propinquis noſtris opem ferre inſtituimus.* Freinsh.

22 *Ad famem*] Malo legere *prope famem*. ut apud Tacit. H. 3. 21. *prope ſeditionem ventum.* Berneggerus.

23 *Seſama*] Seſama & Seſamum Latinis. Plinius 18. 18. *Seſama ab Indis venit.* Columell. 11. 7. Græcis Σήσαμον apud Theophraſt. 8. 5. & Dioſcoridem 2. 121. Arabibus *Semſem* aut *Senſera*. Italis *Seſamo*. Hiſpanis *Iorgilium* & *Alegria*. Gallis *Iugeoline*. Vide Matthiol. ad Dioſcorid. 2. 92. Videntur, ut eſt in notis ad illa Petronii, *mellitos verborum globulos, & omnia dicta factaque quaſi papavere & ſeſamo ſparſa*, antiqui dulciariis operibus, palati gratia ſeſamum aſperſiſſe. Macedones tamen ab eſu Seſami abſtinuere; ſed liquore inde expreſſo, velut oleo artus inunxere. *Raderus.*

Perungebant] Ad mitigandum frigus, quod uncta membra commodius ferunt, tum quia oleum habet calorem, quem corpori communicat: tum etiam quod eo oblitî pori facilius excludunt externum frigus. Ea ratione Annibal ad Trebiam viciſſe Romanos legitur apud Florum 2. 6. *Hoſtes frigidum & nivalem nacti diem, quum ſe ignibus prius oleoque foviſſent, &c. noſtra nos hyems vicerunt.* De creberrimo apud veteres olei uſu etiam vulgo notiſſimum. *Freinsh.*

Amphora] Veniebat ergo amphora una 24 Philippicis numis: ita ut Philippicus 20 victoriatis ſeu 40 ſeſtertiis numis æſtimetur, hoc eſt, argenteo, qui 80 cruciferis ſeu 20 baziis; ut vulgo appellantur, conſtabat. Amphora vulgaris continebat 48 ſextarios, qui efficiunt hodie 24 menſuras noſtrates. Denarius 8 ſtaurophoris ſeu cruciferis permutatur: qui 10 olim aſſibus reſpondebat, unde & nomen denarii à 10 aſſibus accepit. Qua de re copioſe diſputavi in commentar. ad Martial. ut & de amphora. *Raderus.*

24 *Siros*] Fuerunt ſcrobes ſubterraneæ, vel ſpeluncæ, vel cryptæ, vel putei, in quibus triticum etiam ad 50 ann. poterat incorruptum ſervari. De Siris Varro de re ruſt. 1. 57. *Quidam granaria habent ſub terris uti ſpelunca, quas vocant ſiros ut in Cappadocia ac Thracia.* Vitruv. 6. 8. *Qui autem fructibus ruſticis ſervium, in eorum veſtibulis ſtabula, taberna; in aedibus cryptæ, horrea.*

ap-

onera portabant, cædeſe juſſi ſunt: horum carne, dum in Bactrianos perventum, traxere vitam. Ba- 26
ctrianæ terræ multiplex & varia natura eſt. alibi multa arbor & vitis largos miteſque fructus alit: ſolum pingue crebri fontes rigant: quæ mitiora ſunt, frumento conſeruntur, cetera armentorum pabulo cedunt. Magnam deinde partem ejuſdem terræ ſte- 27
riles arenæ tenent: ſqualida ſiccitate regio non hominem, non frugem alit: quum vero venti à Pontico mari ſpirant, quicquid ſabuli in campis jacet, converrunt. Quod ubi cumulatum eſt, magnorum collium procul ſpecies eſt, omniaque priſtini itineris veſtigia intereunt. Itaque qui tranſeunt campos, 28
navi-

NOTÆ.

apotheca, ceteraque quæ ad fructus ſervandos. Columell. 1. 6. *Poſſunt etiam defoſſa frumenta ſervari, ſicut tranſmarinis quibuſdam provinciis, ubi puteorum in modum, quos appellant Siros, exhauſta humus, editos à ſe fructus recipit.* Plin. 18. 30. *Servantur in ſcrobibus, quos Siros vocant, ut in Cappadocia & Thracia, &c. Varro auctor eſt, ſic conditum triticum durare annis quinquaginta, milium vero centum.* Obſerva interim, apud ſcriptores nunc Latina vocali ſcribi *Siros*, nunc Græca *Syros*: Suidæ Σιῤῥὸς duplici ῥ, & Σεῖρος, *Sirrhus foſſa in qua ſemina conduntur.* Etymologus vocem παρὰ τὸ σῶν σίτους πρεῖν deducit, quaſi vox ſit compoſita pro σιτοπρος, à conſervandis frumentis facta & dicta. *Rad. Conditoria frugum occulta* ſunt Marcellino 31. 18. ubi de Thracia loquitur. Quod magis etiam firmet ſententiam Caſauboni in Athen. 4. 3. in verba Anaxandridæ, βολβῶν πρὸν δωδεκέτηρον. ubi ait: Σιρὸς eſt *fovea in uſum granarii vel apotheca cavata. Heſych.* etiam σίρον *interpretatur: quia in doliis præter vinum etiam alia ſervabant.* Siros *vocant auctores rei ruſticæ Varro & Columella. Varro hoc amplius ſirorum in Thracia plurimum fuiſſe uſum ſcribit. cur igitur hic* (in Athenæo) *mutemus, ubi de rege Thraciæ ſermo eſt?* In Vngaria autem vina frumentaque ſic recondi uſitatiſſimum eſſe, ex indigenis regionis comperio. *Freinsh.*

25 *Carne*] De hoc itinere Strabo lib. 15. *Via erat nuda arborum, niſi quod rari aderant terebinthi frutices, ſumma alimenti inopia, ut jumentorum carnibus veſcerentur. atque iis crudis propter lignorum penuriam: ſed ad hanc cruditatem concoquendam ſilphii copia præſens auxilio erat.* Silphium autem Latinis *laſerpitium* vocari ex Plinio 19. 3. notum eſt: & ex eodem 12. 17. longe aliud eſſe *maſtichen.* Ergo non recte confundit Silvius in hiſt. de Aſia cap. 79. ubi dicit, quoſdam putare *Silphium, id eſt, maſtichen*, alibi non naſci, quam in Chio inſula. *Idem.*

27 *Venti*] Sic fere Plutarch. Alex. cap. 46. Arrianus 3. 1. deſcribit Ammonitidem: *Quotieſcunque Auſter eâ in regione ſpirat, magna vi arena viam obruit, ita ut omnia virûm veſtigia obducantur, & perinde ut in pelago, qua eundum ſit, cerni præ arena non poſſit. Neque enim ſigna ulla ſive nota ad viam extant, non collis, non arbor, non certi tumuli, ex quibus viatores itineris rationem colligere ut nauta ex aſtris, poſſint.* Et de his regionibus 6. 5. *Duces deletis à vento*

via

navigantium modo noctu ſidera obſervant, ad quorum curſum iter dirigunt, & propemodum clarior
29 eſt noctis umbra, quam lux. ergo interdiu invia eſt regio, quia nec veſtigium, quod ſequantur, inveniunt; & nitor ſiderum caligine abſconditur. Ceterum ſi quos ille ventus, qui à mari exoritur, de-
30 prehendit, arena obruit. Sed qua mitior terra eſt, ingens hominum equorumque multitudo gignitur. [Itaque Bactriani equites xxx millia expleverant.]
31 Ipſa Bactra, regionis ejus caput, ſita ſunt ſub monte Paropamiſſo. Bactrus amnis præterit mœnia. is
32 urbi & regioni dedit nomen. Hic regi ſtativa habenti nunciatur ex Græcia *Peloponnenſium Laconumque defectio.* nondum enim victi erant, quum proficiſcerenNOTÆ

via veſtigii, via ſeſe oblitos eſſe dicebant. Neque enim in arena qua denſa aquaque omni ex parte viam obduxerat, eam cognoſci poſſe, quod neque arbores juxta viam poſitæ eſſent, neque firmus aliquis certuſque collis extaret: neque ex aſtris noctu, aut ex ſole interdiu itineris rationem obſervarent, &c.

28 *Sidera obſervant*] De locis Arriani proxime adductis dubius ſum, an rectius ſit huc trahere, ut idem dicat, quod & rario ſuadet, & alii auctores probant: nullis aliis viæ ſignis extantibus, homines ea per loca facientes iter, ut, nautas aſtris pro ducibus uſos. Silius 3. v. 52. à fine.

Errantem campo, & ſemper media arva videntem,
Sidoniis Cynoſura regit fidiſſima nautis.

Lucan. 9. 495.

——— *nec ſunt diſcrimina terra*
Ulla, niſi atheria, medio velut æquore, flamma.
Sideribus novere viat.

Plinius 4. 5. de Syrte minori: *E terra autem ſiderum obſervatione ad eam perdeſerta harenis, perque ſerpentis iter eſt.* Vbi illa *è terra autem*, non concoquo. nec tamen cogitandi jam habeo tempus. niſi quod appareat omnia ſe rectius habitura, ſi particula priori abjiciatur. Si teneas, legam *Æterna. Æterna ſiderum obſervatione*, hoc eſt, longa, perpetua, ſicut in noſtro 4. 14. *æterna ſordes.* Sed ad alia properamus. Ælian. de hiſtor. an. 7. 48. *reliquis urbibus* (in Africa) *quorum ſitum ex aſtris forte* (quod aiunt) *conſiciebat*, &c. Sic ergo hi loquuntur, ut Arrianus: nulla eſſe ſigna, quibus itineris rationem colligere, ut nautæ ex aſtris, poſſint. Non ergo tandem habebant eadem aſtra, quæ nautæ: aut nautæ alio doctore quam neceſſitate inceperunt aſtra obſervare, cum nullum aliud viæ haberent indicium? Quid ergo ſi tentemus in priori Arriani loco referibere: ἄλλοι δὲ οἱ ἐδίπλωσαν τὰς πορείας τῶν ἀστέρων τῶν πορείας, καθάπερ οἱ ναῦται, τοῖς ἄστροις: & in altero: ἄλλοι τε ἐς τὰ ἄστρα οἱ μάλιστα ἀπὸ ἡμέρας ἐφορῶντες τὸν ἥλιον μαλακῶς ἐδίπλωσαν τὰς πορείας. *Freinsh.*

29 *Interdiu*] *Namque dies confundit*, Silius 3. v. 53. à fine.

31 *Caput*] Propert. 3. 10. de Semiramide:

Juſſit & imperio ſurgere Bactra caput.

32 *Nondum*] His verbis ſe ipſum explicat Curtius, non de nova defectione

rentur tumultus ejus principia nunciaturi : & alius præſens terror affertur; *Scythas, qui ultra Tanaïm amnem colunt, adventare Beſſo ferentes opem.* Eodem tempore, *quæ in gente Ariorum Caranus & Erigyius geſſerant*, perferuntur. Commiſſum erat prælium in- 33
ter Macedones Arioſque. Transfuga Satibarzanes barbaris præerat; qui quum pugnam ſegnem utrimque æquis viribus ſtare vidiſſet; in primos ordines adequitavit, demptaque galea, inhibitis qui tela jaciebant; ſi quis *viritim dimicare vellet*, provocavit ad pugnam, *nudum ſe caput in cartamine habiturum.* Non tulit ferociam barbari dux exercitus Erigyius, 34
gravis quidem ætate; ſed & animi & corporis robore nulli juvenum poſtferendus. Is galea dempta caniciem oſtentans; *venit*, inquit, *dies, quo aut victoria, aut morte honeſtiſſima, quales amicos & milites Alexander habeat, oſtendam.* Nec plura eloquutus 35
equum

Notæ.

ctione ſe loqui, ſed de bello Spartano, quod ſupra initio libri ſexti deſcripſerat. Ejus autem eventum nondum ſciebat Alexander, ſed tantum qui principia motus ejus nunciarent, per tanta terrarum ſpatia demum ad eum pervenerunt. Valde igitur falluntur, qui defectionis ejus cauſam vel ad Philotæ ſupplicium, vel ad edictum quo rex jubebat exules Græcorum à ſuis recipi, putant referendum. nam utrumque hoc geſtum, Antipatri de Lacedæmoniis victoria, poſterius fuit. Nec ſane bis cum Laconibus pugnavit Antipater: ut ex hoc loco male intellecto, volunt exſculpere. *Freinsh.*

Erigyius] Breviter id tangit Arrianus 3. 5. quem ab interpretum levi errato libero. *Artabazum Perſam, & Erigyium Caranumque unum ex ſociis.* Non hæc eſt mens Arriano, ſed hoc vult: *Art. Perſam. & Erig. Caranumque ex amicis.* De eo quod *ſocios* interpretantur, ubi *amicos* debebant, jam ſemel atque iterum dictum eſt. nunc accedit, illa verba ἢ ἐπὶ ἐμοὶ non ad unum Caranum pertinere, ſed haud minus ad Erigyium. certum hoc, ſi aliunde non eſſet, ex ipſius verbis apud Curtium mox, *quales* amicos *& milites Alexander habeat, oſtendam.* Freinshemius.

34 *Gravis quidem ætate*] Curtii verba mihi in mentem revocant paræmiam: *Dares Entellum provocat.* Explicavit verbum hoc Eraſmus Adag. 3. 1. 69. *Meminit*, inquit, *Hieronymus* (in epiſt. ad Auguſtinum) *Daretis & Entelli. Conveniet uti, ſi quando quiſpiam juvenili temeritate laceſſet aliquem, non perinde promptum ad ſuſcipiendum certamen, verum intolerandum, ſi ſemel inierit: Qui ſenum ferme mos, uti libenter ſuſſugiant negotia, ſuſcepta pertinaciter gerant. Sumtum eſt ex Æneid. 5. 369. ubi Dares quiſpiam viribus fretus & ferox juventa, ultro proſiliens in medium, quemvis ad certamen provocat, &c.* Raderus.

Galea dempta] Neſcio cur hoc refe-

equum in hoſtem egit. Crederes imperatum, ut acies utraque tela cohiberent. protinus certe receſſerunt dato libero ſpatio; [a] intenti in eventum, non duorum modo, ſed etiam ſuæ ſortis, quippe alienum
36 diſcrimen ſequuturi. Prior barbarus emiſit haſtam, quam Erigyius modica capitis declinatione vitavit. At ipſe inteſtam fariſſam equo calcaribus concito in medio barbari gutture ita fixit, [b] ut per cervicem
37 emineret. Præcipitatus ex equo barbarus adhuc tamen repugnabat. Sed ille extractam ex vulnere haſtam rurſus in os dirigit. Satibarzanes haſtam manu complexus, quo maturius interiret, ictum hoſtis
38 adjuvit. & barbari duce amiſſo, quem magis neceſſitate quam ſponte ſequuti erant, tunc haud immemores meritorum Alexandri, arma Erigyio tradunt.

Rex

INTERPRETATIO.

a *Intuentes quis foret exitus fortunæ non* ſuorum *ſolum ducum, ſed etiam ſuæ* univerſorum, *quia ducis* quique *ſortem participaturi* erant.

b *Ut trans collum extaret* haſta.

NOTÆ.

rant ad morem alloquendi regem, de quo infra 9. 5. Non enim hac cauſa caput nudavit Erigyius, ſed accepta barbari conditione, qui ſic obtulerat certamen, oſtentandæ virtutis cauſa. quomodo Paul. Warnefrid. de geſt. Langobard. 1. 20. Herulos omnino nudos pugnaſſe ſcribit, *operientes ſolummodo corporis verecunda.* Sed de capite intecto uſitatius. ita *ſpectatus & Sacrovir pugnam pro Romanis ciens, oſtentanda, ut ferebat, virtutis.* apud Tacit. 3. 41. Ita minor *Cyrus nudo capite pugnam exſpectans conſtitit. Aiunt ceteros etiam Perſæ capitibus nudis aleam prælii ſubire.* Xenophon lib. 1. ἀνάβ. σ. Vt ita hic quoque Satibarzanes eam obſervarit conſuetudinem, hoſtique provocanti morem geſſerit Erigyius, ne deterior virtute vel periculi metuentior videretur. *Freinsh.*

35 *Imperatum*] Nam certe aliter difficile eſt ab utraque acie id obtinere. quod egregie repræſentavit Barclai. Argen. lib. 4. apud quem in duello Radirobanis & Poliarchi *ægre tandem, nec antea quam ſæpius juſſus, receſſit è medio miles, Regibuſque arenam reſtituit.*

Duorum] Non diſplicet. Vide tamen num fuerit, *ducum?*

38 *Neceſſitate*] Sic apud Liv. 45. 26. Paſſarone *nemo adverſus prapotentes vires hiſcere audebat* & 29. 3. *culpam in auctores belli, Indibilem, ceteroſque principes, &c. conferentibus, &c.* à quibus videlicet coacti eſſent. Ammian. 21. 23. de Aquileienſibus: *Reſidui omnes abierunt innoxii, quos in certaminum rabiem neceſſitas egerat, non voluntas.* Sic apud Plutarch. Pompeio cap. 17. Sthenes profitetur *ſe amicis perſuaſiſſe, inimicos vi adegiſſe ad ſactionem Marianam.*

Arma Erigyio tradunt] Quod deditionis non ſignum modo, ſed pignus.

Idem

Rex his quidem lætus, de Spartanis haudquaquam 39
ſecurus, magno tamen animo defectionem eorum
tulit; dicens, *non ante auſos conſilia nudare, quam ipſum*
ad fines Indiæ perveniſſe cognoviſſent. Ipſe Beſſum per- 40
ſequens copias movit: cui Erigyius ſpolia barbari,
ceu opimum belli decus, præferens occurrit.

NOTÆ.

Idem aliquoties reperias apud Livium, ut 29. 3. *tradentibuſque arma & dedentibus ſeſe.* 40. 41. *in deditionem venerunt, armaque tradiderunt.* 40. 16. *per deditionem Ligures recipi, & receptis arma adimi.* Per duellum finire arma non probatur, quum ab ancipiti fortuna pendeat, & in præjudicium belli fiat, cujus eventus Deo inprimis committendus eſt. licet nonnulli probent, ſi ex publico pacto & communi auctoritate ineatur. Alias in duello verum decus & gloria eſſe nequit, quum gloriæ Dei & mandatis ejus repugnet; veluti de duello reſpondebat Henricus Borbonius Princeps Condæus. *Loccen.*

39 *Cognoviſſent*] Hoc ita dicentem Curtius facit Alexandrum, non quod revera ita eſſet; nec enim principio motus ſui Lacones cognoſcere poterant, ubi futurus eſſet Alexander, cum ejus rei nuncius ad eum perveniret: ſed quia tum primum de defectione diu ante facta audit; tanquam de re nova, & quæ modo accidiſſet, ex communi hominum more pronunciat. *Freinsh.*

CAP. V.

Exercitus Alexandri, ſiti liberatus, Oxum amnem induſtrie trajicit. Beſſus, dolo captus, ad Alexandrum adducitur. à quo & Darii fratri Oxatri crucifigendus traditur.

TIGITUR Bactrianorum regione Artabazo 1
tradita; ſarcinas & impedimenta ibi cum
præſidio reliquit. Ipſe cum expedito agmi-
ne loca deſerta Sogdianorum intrat, nocturno itine-
re exercitum ducens. Aquarum, ut ante dictum eſt, 2
penuria, prius deſperatione, quam deſiderio biben-
di ſitim accendit. Per CCCC ſtadia, ne modicus
quidem humor exſiſtit. Arenas vapor æſtivi ſolis ac- 3
cen-

NOTÆ.

1 *Sogdianorum*] Certiſſimam Glareani emendationem quidni recipiam? Qui enim illi *Suſitani*, quos hic legebamus? De Sogdianis autem ſermonem eſſe, evidentiſſima nota oſtendit in hoc cap. *qua in Suſitanis acta erant cognoſcit.* ea autem in Sogdianis acta fuiſſe, extra dubitationem eſt.

Digitized by Google

cendit, quæ ubi flagrare cœperunt, haud ſecus quam
4 continenti incendio cuncta torrentur. Caligo deinde immodico terræ fervore excitata, lucem tegit: camporumque non alia quam vaſti & profundi æquo-
5 ris ſpecies eſt. Nocturnum iter tolerabile videbatur, quia rore & matutino frigore corpora levabantur. Ceterum cum ipſa luce æſtus oritur: omnemque naturalem abſorbet humorem ſiccitas; ora viſcera-
6 que penitus uruntur. Itaque primum animi; deinde corpora deficere cœperunt. pigebat & conſiſtere &
7 progredi. Pauci à peritis regionis admoniti præparant aquam. hæc pauliſper repreſſit ſitim: deinde creſcente æſtu rurſum deſiderium humoris accenſum eſt. Ergo quicquid vini oleique erat, hominibus ingerebatur; tantaque dulcedo bibendi fuit, ut in po-
8 ſterum ſitis non timeretur. Graves deinde avide hauſto humore non ſuſtinere arma; non ingredi poterant; & feliciores videbantur, quos aqua defecerat, quum ipſi ſine modo infuſam vomitu cogeren-
9 tur egerere. Anxium regem tantis malis, circumfuſi ami-

NOTÆ.

5 *Nocturnum*] Sic poſtea in Gadroſis plurimum itineris noctu confecit. Arrian. 6. 4. quem cum hoc loco comparare poſſis.

Matutino] Cauſa, cur matutino tempore majus ſit frigus, quam nocte, cum tamen ſol ſit mane propinquior, triplex eſt. 1. *quia tunc majus eſt tempus abſentia ſolis, unde magis refrigerata eſt terra; Cum enim ſol ſui præſentia terram calefaciat & aërem, abſentia certe longiore ſolis, majus frigus exoritur, diutius autem abſuit à nobis ſol mane, quam media nocte. Licet ergo in aurora rurſus ſol accedat, tamen calorem ſuum tam cito non poteſt aëri communicare.* 2. *quia die appetente ros & pruina cadit. hæc autem natura frigida ſunt, & aërem frigidiorem reddunt.* 3. *quia tunc acrius nobis videtur frigus, quod concocti jam ſint cibi, & ſtomachus mane vacuus. quo autem inaniores ſumus, eo magis perſentiſcimus frigus ambiens. Ariſtot. ſect. 8. problem. 17.* Forenus.

7 *Quidquid vini oleique erat*] Parum hoc eſt. Hoc mirum, quod Cretenſes, dum à Metello obſiderentur, *ſua jumentorumque ſuorum urina ſitim torſerunt, juſtius dixerim, quam ſuſtentarunt.* Val. Maximus 7. 6. ext. *Rad.*

Hominibus] Venuſtius abſit: neceſſ forte niſi è gloſſa. *Acidalius.*

8 *Aqua*] Hic quidem non dubium, quin additamentum ſit *aqua*. Non enim jam aquam, ſed vinum & oleum ingurgitarant. Dele, & mox *infuſam* etiam ſcribe, ut humorem utrobique capias. Ad finem fors fiat, an *regerere* ſcriptum auctori. *Acidal.* Cujus conjectura de *aqua* potior videtur explica-

tum

amici, *ut meminiſſet ſui* orabant; *animi ſui magnitudinem unicum remedium deficientis exercitus eſſe*: quum 10
ex iis qui præceſſerant ad capiendum locum caſtris, duo occurrunt utribus aquam geſtantes, ut filiis ſuis, quos in eodem agmine eſſe, & ægre pati ſitim non ignorabant, occurrerent: qui quum in regem 11
incidiſſent; alter ex iis utre reſoluto, vas, quod ſimul ferebat, implet, porrigens regi. Ille accipit: percontatus *quibus aquam portarent*, *filiis ferre* cognoſcit. Tunc poculo pleno, ſicut oblatum eſt, reddito; *nec* 12
ſolus, inquit, *bibere ſuſtineo*; *nec tam exiguum dividere omnibus poſſum. Vos currite, & liberis veſtris, quod propter illos adtuliſtis, date.* Tandem ad flumen 13
Oxum ipſe pervenit prima fere veſpera. ſed exercitus magna pars non potuerat conſequi: *in edito monte*

NOTÆ.

tione Raderi, cui ibi ea vox pro quovis humore putatur poſita. in ſeq. fortean fuit, *ſine modo infuſa vom. eog. regerere.* ut ſic verbo neutro, omnia quæ prius dixerat, complecteretur. *Freinsh.*

9 *Animi ſui magnitudinem*, &c.] Magnus & erectus Ducis animus deficientibus militibus animos reddit. Tacitus 14. Annal. *Ducis patientia mitigat adverſa militum.* Vegetius 3. 9. *Deſperantibus creſcit audacia adhortatione Ducis, & ſi nihil ipſe timere videatur.* Plura alii in hanc ſententiam notarunt.

12 *Nec ſolus*, inquit, *bibere ſuſtineo*, &c.] In toleranda ſiti primus omnium, quod equidem meminerim, præivit exemplo fortiſſimus Hebræorum rex David 2 Reg. cap. 23. 1. [imo illa Davidis non ſitis, ſed lubido fuit.] Cato proximus huic, ſi verus Lucan. 9. 497. quem hiſtoricum potius quam poëtam egiſſe veteres (Mart. 14. 194.) cenſuerunt: qui in ſiccis Naſamonum arenis ſitibundus, oblata aqua,

Excuſſit galeam, ſuffecitque omnibus unda.

quam nemo poſt reſpuentem ducem ſitivit, adeoque omnibus ſuffecit. ut & in Alexandri alio ſimili facto Plutarch. cap. 76. notavit. Ab eodem facto laudatur Theodoſius minor, de quo vide Sozomeni interpretem præfat. in lib. 1. hiſt. Eccleſiaſt. Non eadem tolerantia fuit Lyſimachus, ſed *apud Getas ſiti eo redactus, ut ſe cum toto exercitu in poteſtatem hoſtium dederet, poſtea cum frigidam bibiſſet, dii boni, inquit, quam ob brevem voluptatem ſummam amiſi felicitatem!* Plutarch. Apophth. cap. 49. & cap. 16. de ſanit. tuenda. Catonis exemplum ſupra ex Lucano citatum, hiſtorica fide firmat idem Plut. in Cat. cap. 12. Inter ceteras virtutes etiam à ſitis tolerantia laudat Annibalem ſuum Silius 1. 261.

Exercetque ſitim, & ſpectato fonte recedit.

Præclarum exemplum regiæ abſtinentiæ, cum militum abſtinentia ſitiſque tolerantia certantis, Regem nolle bibere. omnium militum potu deſtitutorum ſitim domat. vide hic fuſe Raderum & Freinshemium. Quot autem hodie cum ſuis non abſtinentia, ſed luxu certant? *Locen.*

te ignes jubet *fieri*, *ut ii, qui ægre ſequebantur, haud*
14 *procul caſtris ſe abeſſe cognoſcerent. Eos* autem, *qui primi agminis erant, mature cibo ac potione firmatos, implere alios utres, alios vaſa, quibuſcumque aqua poſſit*
15 *portari*, juſſit, *ac ſuis opem ferre.* Sed qui intemperantius hauſerant, intercluſo ſpiritu exſtincti ſunt: multoque major horum numerus fuit, quam ullo
16 amiſerat prælio. At ille thoracem adhuc indutus, nec aut cibo refectus aut potu; qua veniebat exercitus, conſtitit. nec ante ad curandum corpus receſſit, quam præterierant, qui agmen ſequebantur: totamque eam noctem cum magno animi motu per-
17 petuis vigiliis egit. Nec poſtero die lætior erat, quia nec navigia habebat; nec pons erigi poterat [a] circum amnem nudo ſolo, & materia maxime ſterili.

INTERPRETATIO.

a Cum undique *circa fluvium nuda* eſſet *humus*, & *ligni* pa*tiſſimum deſtituta.*

NOTÆ.

15 *Sed qui intemperantius hauſerant*] Quum non turbida ſolum, ſed & limpida aqua avidius hauſta noceat; quod præter experientiam etiam teſtatur Florus 4. 10. contra gratior ſit,

——— *modicis hauſtibus unda ſiti,*

velut Rutilius in Itinerario loquitur, cura Ducis hoc quoque providendum erit; cui ex ſervato milite non exiguum decus & emolumentum. Quomodo autem aqua turbida & paluſtris, ſi non alia adſit, purganda & ſalubris reddenda ſit; nimirum ut in dolia infundatur & ſub aerem exponatur, donec reſederit, poſtea in alia vaſa leviter diffundatur, relicta fæce ſubſidente; vel ut laurus in aqua hujuſmodi madefiat; pluribus notavit Stewechius ad Veget. 3. 2.

Intercluſo ſpiritu] Cauſam hujus reddunt ἀντιπερίστασιν caloris interioris, qui primum æſtu diffuſus, repente per frigidum humorem & aquam copioſius hauſtam opprimitur & extinguitur, non ſecus ac ſi ignem infuſa largius unda ſuffoces. Galenus de tremore, &c. cap. 15. *Conſidera mihi ſane flammam externam, que aliquando inopia materie, unde accendebatur, corrumpitur: aliquando in ſole ſplendida marceſcit: & rurſus ab aqua multa extinguitur: aut copia lignorum ſuper ipſam congeſtorum ſuffocatur.* Plura ex Galeno adderem, ſi res exigeret. *Raderus.* Sic poſtea in Gadroſis Alexandri militum *multi, ardore ſitique preſſi, aquarum copiam nacti, immodico potu interierunt.* Arrian. 6. 4. Idem etiam evenit M. Antonio copias è Media reducente in Armeniam, ubi poſt diutinam inopiam avide inhiantes cibo potuique milites, ſupra duodecim millia morbo perierunt. Plutarch. Anton. cap. 66. Hoc igitur caſu edoctus Alexander, *deinceps nequaquam caſtra prope fluvios locavit, ſed viginti minimum ſtadiis remota*, ut Arrian. 6. 4. obſer-

Digitized by Google

rili. Consilium igitur, quod unum necessitas subjecerat, init. utres quamplurimos stramentis refertos 18
dividit. his incubantes transnavere amnem: quique primi transierant, in statione erant, dum trajicerent ceteri. Hoc modo sexto demum die in ulteriore ripa totum exercitum exposuit. Iamque ad perse- 19
quendum Bessum statuerat progredi; quum ea quæ in Sogdianis erant, cognoscit. Spitamenes erat inter omnes amicos præcipuo honore cultus à Besso. sed nullis meritis perfidia mitigari potest. quæ ta- 20
men

NOTÆ.

observat. Et aliud etiam elegans ejus factum narrat Polyæn. strat. 4. 3. quo à bibendo milites absterruit, per præconem jusso proclamari, amnem præter quem tum ducebat, mortiferam aquam habere. *Freinsh.*

18 *Utres*] Vnde acceptos? ex pellibus & papilionibus, sub quibus miles in tentoriis degebat, inquit Arrian. 3. 6. *Raderus.* Habuerunt etiam sine dubio jam confectos plurimos utres, quibus aquam aliaque portaverant, ut in Africano itinere, supra 4. 7. Porro de ea ratione trajiciendorum fluminum multa congessere Stewech. ad Veget. 3. 7. Casaub. in Sueton. Cæsar. 57. & Lipsius Poliorcet. 2. 5. Quibus non habeo quod addam, præter locum Gregoræ 2. 8. de barbaris nationibus Scytharum potentia pulsis: διῤῥέχθησαν ἀπ' ἄλλης χθονὸς κάρηνα πιπλεγμένων τ' ἴσον διέβησαν. ubi κάρηνα, quo vocabulo & Arrian. 5. 2. in eadem re utitur, nostro *stramenta* sunt, significantissimo vocabulo, ut testatur Vulcanius in præfat. in Arrianum, quam etiam vocem inepte in *sarmenta* mutari à quibusdam Casaubonus citato loco judicat. *Freinsh.*

20 *Nullis meritis perfidia mitigari potest*] *Occultum*, inquit Val. Max. 9. 6. pr. *& insidiosum malum perfidia, cujus efficacissima vires sunt, mentiri ac fallere: fructus in admisso scelere consistit, tum certus, cum credulitatem nefariis vinculis circumdedit: tantum incommodi humano generi afferens, quantum salutis bona fides præstat. Inde dubitatum est de Hannibale, majorne an pejor vir haberi deberet.* Sic lib. 4. Craterus de Philota: *Nec est quod existimes eum qui tantum facinus ausus est, venia posse mutari. Scit eos qui misericordiam consumserunt, amplius sperare non posse.* Exempla in Absolone, in Besso lib. 6. Curt. in Bicone lib. 9. auctoribus salutis ac dignitatis suæ insidiantibus; ut vere de hujusmodi perfidis dixerit Tacitus: *Plura peccant dum demerentur, quam dum offendimus.* Quod perpendens Ant. Diadumenus ad patrem Macrinum de duce Armeniæ aliisque dimissis ita scribit apud Ælium Lampridium: *Non satis, mi pater, videris in amore nostro tenuisse tuos mores, qui tyrannidis affectata conscios reservasti, sperans eos vel amiciores tibi futuros, si iis parceres, vel ob antiquam familiaritatem demittendos: quod nec debuit fieri, nec potuit. Nam primum omnium jam te exulcerati suspicionibus amare non possunt. denique crudeliores inimici sunt, qui oblii veteris familiaritatis se inimicissimis tuis junxerunt.* Etenim ut æthiops etiam optimo smegmate & aqua mundissima dealbari non potest: ut caro ferina quæcunque etiam condimenta adhibeas, tamen ferinum quid sapit; ita mali & perfidi quibuscunque beneficiis non solum non meliores, sed & deteriores

men jam minus in eo inviſa eſſe poterat, quia nihil ulli nefaſtum in Beſſum interfectorem regis ſui videbatur. [a] Titulus facinoris ſpecioſus præferebatur, *vindicta Darii*: ſed [b] fortunam non ſcelus oderant
21 Beſſi. Nam ut Alexandrum Oxum flumen ſuperaſſe cognovit; Dataphernem & Catenem, quibus à Beſſo maxima fides habebatur, in ſocietatem rei adſciſcit. Illi promptius adeunt, quam rogabantur; adſumptiſque octo fortiſſimis juvenibus, talem dolum
22 intendunt. Spitamenes pergit ad Beſſum, & remotis arbitris, *comperiſſe* ait *ſe*, *inſidiari ei Dataphernem & Catenem; ut vivum Alexandro traderent agitantes,*
23 *à ſemet occupatos eſſe*, *& vinctos teneri.* Beſſus tanto merito, ut credebat, obligatus, partim gratias agit,
24 partim avidus explendi ſupplicii *adduci eos* jubet. Illi manibus ſua ſponte religatis, à participibus conſilii trahebantur; quos Beſſus truci vultu intuens conſurgit, [c] manibus non temperaturus. At illi ſimulatione omiſſa circumſiſtunt eum, & fruſtra repugnantem vinciunt; direpto ex capite regni inſigni, laceratàque veſte, quam ſpoliis occiſi regis in-
25 duerat. Ille *deos ſui ſceleris ultores adeſſe* confeſſus, adjecit, *non Dario iniquos fuiſſe, quem ſic ulciſcerentur; ſed*

INTERPRETATIO.

a *Specioſa ſceleris cauſa obtendebatur*, nempe *ultio Darii.*

b *Sed* Spitamenes *regia poteſtati Beſſi* invidebat, *non parricidium* ejus *oderat.*

c *Nequaquam abſtenturus* ab iis *manus* violentas.

NOTÆ.

ſæpenumero evadunt. Iſocrates orat. ad Demonic. ſcite dixit, illis qui de malis bene merentur, idem uſuvenire quod iis qui alienos canes paſcunt. Nam & hi æque allatrant eos qui dant quam quoſſibet: & improbi non minus eos qui bene de ipſis merentur, quam illos, qui eis nocent, lædunt. Elegans etiam *in hanc ſententiam Syrorum exſtat adagium*: Gor wal widh en ſkalk, och bedh til Gudh, at han lonar tigh aldrigh, id eſt, *Benefac homini nequam, & roga Deum, ne ille* (nequam) *tibi unquam referat gratiam.*

Oderant] Malim *oderat* cum Acidalio: maxime ob id quod ſtatim ſequitur; *Nam ut cognovit*, &c.

21 *Adeunt*] Forte *adſunt.* Sebeſius.

27 Ele-

Digitized by Google

ſed Alexandro propitios, cujus victoriam ſemper etiam hoſtis adjuviſſet. Multitudo an vindicatura Beſſum fuerit, incertum eſt; niſi illi, qui vinxerant, *juſſu Alexandri feciſſe ipſos* ementiti, [a] dubios adhuc animi terruiſſent. In equum impoſitum Alexandro tradituri ducunt. Inter hæc rex, quibus [b] matura erat miſſio, electis DCCCC fere, equiti bina talenta dedit; pediti terna denarium millia: monitoſque *ut liberos generarent*, remiſit domum. Ceteris gratiæ actæ, quod *ad reliqua belli navaturos operam* pollicebantur. [Tum Beſſus perducitur.] Perventum erat in parvulum oppidum, Branchidæ ejus incolæ erant. Mileto quondam juſſu Xerxis, quum è Græcia rediret,

26 27 28

INTERPRETATIO.

a *Adhuc incertos conſilii* capiendi.

b *Selectis iis quibus vacatio militiæ debebatur.*

NOTÆ.

27 *Electis* DCCCC *fere*] Modius ita recte. nam & Arrian. 3. 6. ἐκλέξας τῶν Μακεδόνων τοὺς πρεσβυτέρους, *eligens ſeniores Macedonum.* Loccenius. Sic & edd. nonnullæ, quas ſecuti ſumus.

28 *Tum Beſſus perducitur*] Beſſus ad regem perducitur infra 7. 5. cum jam agmen perveniſſet ad Tanaïm amnem. nulla igitur cauſa eſt, cur per hanc gloſſam interveniat rebus Branchidarum. Qui autem *Tum* in *Cum* mutant; mentem auctoris in alienum ſenſum transferunt.

Branchidæ] *Strab. lib.* 11. *teſtis*: Circa hæc loca eum etiam Branchidarum urbem excidiſſe, quos eo Xerxes collocarat, ultro eum a patria ſecutos, quod pecuniam Dei in Didymis & donaria prodidiſſent: at Alexandrum ſacrilegia eorum & proditionem abominatum, urbem deleviſſe. *Calliſthenes apud Strab. lib.* 17. cum Apollo Branchidarum oraculum deſetuiſſet, ab eo tempore quo templum à Branchidis Xerxem ſequentibus ſpoliatum fuit, & fons defeciſſet. Et vide *Strab. lib.* 14. Fuerunt autem hi Branchidæ non populus aliquis, aut civitas, ſed familia Mileſia, cui creditum erat templi illius ſacerdotium, Paphii Cinyrabus, apud Tacit. H. 2. 3. ita dicta à Brancho generis auctore. Strab. lib. 9. ubi de Delphis, & cæde Pyrrhi: *Hujus Macherei de ſtirpe poſtea natum ferunt Branchum, qui templo apud Didyma præfuit.* Inde templum hoc Statius Theb. 8. 198. vocat,

——— *intonſi penetralia Branchi.*

Et Theb. 3. 478.

——— *patrioque æqualis honori Branchus.*

Plura de eo Cœl. Rhodig. A. L. 4. 23. His ergo &, ut facile colligitur, clientibus & ſervitiis eorum ſedem ultra Oxum attribuit Xerxes, quorum poſteri deinceps aucti, in parvuli oppidi frequentiam excreverunt. *Freinsh.*

Juſſu Xerxis] Qui idem etiam ceteris Græcis mandavit, ut patria tradita, meliores terras præbiturum ſequerentur. Herodotum vide. Item ex Bœotia traduxit nonnullos, de quibus Diodor. 17. 110. Ejuſmodi tranſlationes gentium plures leguntur. Sic enim Philippum Juſtinus 7. 5. ait

ret, transierant, & in ea sede constiterant, quia templum, quod Didymeon adpellatur, in gratiam
29 Xerxis violaverant. Mores patrii nondum exoleverant; sed jam bilingues erant, paulatim à domestico externoque sermone degeneres. Magno igitur gaudio

NOTÆ.

populos & urbes, ut illi vel replenda, vel derelinquenda quaque loca videbantur, ad libidinem suam transtulisse. quo loco plura ejus generis exempla notavit amantiss. Socer. quibus adde Eusebium de Ocho, qui Iudæos ita transtulerit: sicut prius eorundem partem Theglatphalasar 4 Reg. 15. 29. & Herodotum 5. 15. & Pæonas. & 6. 119. de Dario qui Erythræos. *Idem.*

Didymeon] Rescribe *Didymaeon.* quamvis apud Strab. lib. 14. etiam Ἀπόλλων Διδυμέως legatur, ab recto Ἀπόλλων Διδυμεύς, *Apollo Didymeus.* Becanus Goropius rursus exoticam adfert Didymei vocis originem, quam Noacho attribuit, multisque paginis de Didymæo, & Brancho, & Philesio disputat in Francicis, & aliis. Ceterum, cur Apollo *Didymaeus* sit appellatus, docet Macrobius Saturn. 1. 17. Ἀπόλλωνα Διδυμαῖον *vocant, quod geminam speciem sui numinis præfert ipsi, illuminando formandoque lunam. Etenim ex uno fonte lucis, gemino sidere spatia diei & noctis illustrat. Vnde & Romani solem sub nomine & specie Iani, Didymaei Apollinis appellatione venerantur.* Est mentio hujus Apollinis apud Sozomenum hist. Eccles. 1. 7. Apulei. l. 5. Lactantium Firmian. de vera sapient. 4. 13. ubi extat de Christo oraculum, quis fuerit. *Raderus.* Nos *Didymion* scripsimus Διδυμεῖον. qua terminatione finire solent ædificiorum vocabula, à propriis nominibus appellationem habentia, ut ab Ἀγγελδὶς Ἀγγελεῖον, apud Plin. 5. 12. sic à Διδυμὰς, quomodo præter alios & Origeni, fine lib. 1. contra Celsum, vocatur, Διδυμεῖον. Id ergo templum, ut vidimus, non uno nomine innotuit. Plinius, & ex eo Mela 1. 17. *Branchidarum* appellationem vetustiorem fuisse scribunt, *Didymæi Apollinis* recentem. *Didymea limina* vocat Statius Theb. 8. 199. Lucianus de eo loquens, contentus est *Branchidæ* appellare, post pr. Pseudomantis. quomodo & Herodot. 1. 46. & 157. quem valde miror de isto sacrilegio & transjectis Branchidis tacuisse. Videtur autem locus ubi Branchidæ templumque fuerunt, quamquam à sacerdotibus vulgo nominaretur, vero nomine *Didyma* fuisse dictus. Ita certe Stephanus. Sed & Strab. lib. 9. *templo apud Didyma.* & alibi etiam Didyma, ut loci ejus nomen profert. Imo Pausanias lib. 2. disertè ἐν Διδύμοις τῆς Μιλησίων Ἀπόλλωνα à Canacho Sicyonio fabricatum refert: & lib. 5. iterum *in Didymis Milesiorum* aram sanguine victimarum ab Hercule exstructam. Sed & Froben. hoc loco sic edidit: *Didyma.* Ab iis igitur Didymis videtur appellatus fuisse deaster ille *Didymaeus*, sive *Didymeus*, ut vulgo solebant à loco vocari, ubi colebantur. Magnam autem ejus dignationem postea quoque fuisse constat ex Plin. 6. 16. ubi Demonax, Herculis, Liberi, & Alexandri terminis superatis, *aras Apollini Didymaeo fixit:* unde forte conjici possit Demonactis patria. Deinde ex Vlpiano tit. 20. ubi scribit, *Apollinem Didymaeum*, cum paucis aliis diis, quibus SCtis aut Principum constitut. id beneficii concessum erat, hæredem posse scribi. Quamquam oraculum illud, cum multis aliis, quæ ibi nominantur, adventu Christi conticuerit, ut refert Nazianzenus in Carm. ad Nemesium sub finem. *Freinsh.*

29 Mi-

gaudio regem excipiunt, urbem ſeque dedentes. Ille *Mileſios, qui apud ipſum militarent, convocari* jubet. Vetus odium Mileſii gerebant in Branchidarum gen- 30
tem. Proditis ergo, *ſive injuriæ, ſive originis meminiſſe mallent; liberum de Branchidis* permittit *arbitrium.* Variantibus deinde ſententiis; *ſeipſum conſideraturum* 31
quod optimum factu eſſet, oſtendit. Poſtero die occurrentibus, *Branchidas ſecum procedere* jubet. Quumque ad urbem ventum eſſet; ipſe cum expedita manu portam intrat. Phalanx *mœnia oppidi circumire* 32
juſſa; *& dato ſigno diripere urbem proditorum receptaculum, ipſoſque ad unum cædere.* Illi inermes paſſim 33
trucidantur, nec aut commercio linguæ, aut ſupplicum velamentis precibuſque inhiberi crudelitas poteſt. Tandem ut dejicerent, fundamenta murorum [a] ab imo moliuntur, ne quod urbis veſtigium exſtaret. Nec mora, lucos quoque ſacros non cæ- 34
dunt

INTERPRETATIO.

[a] *Ab ima* parte *ſuffodiunt.*

NOTÆ.

29 *Militarent*] Sic rectius quam *militabant*: loquitur enim tanquam ex verbis regis, convocate Mileſios qui militant mihi: quæ referens aliter vix recte narret, quam: *juſſit, ut qui militarent*, &c.

30 *Mileſii gerebant*] Ita ſine dubio legendum eſſet, etiamſi non addiceret B. 1. ex Ms. codicibus. Sequitur ergo ſtatim: *His ſive*, &c. *mallent*, ut ſentias ſermonem eſſe de pluribus.

Injuriæ, ſive originis] Quorum illud ad pœnam valebat, hoc ad veniam. Similiter apud Tacit. 1. 58. Segeſtes: *Tuum erit conſultare, utrum prævaleat, quod ex Arminio concepit, an quod ex me genita eſt.*

31 *Occurrentibus*] Militibus Alexandri Mileſiis ad audiendam regis ſententiam.

33 *Ut dejicerent*] Hoc pro gloſſemate habent Acidalius & Baderus; me non offendit: ſic enim conſtruo. *Tandem, ut dejicerent fundamenta murorum, ab imo* (ea ſcilicet) *moliuntur.* Ut ne fund. quidem urbis ſupereſſent, adeoque tota ſolo æquaretur, ex fund. ab imo moliuntur. plano, ni fallor, ſenſu. *Freinsh.*

34 *Lucos quoque ſacros non caduni modo; ſed etiam exſtirpant*] Tacitus in Germania: *Lucos ac nemora veteres conſecrant, Deorumque nominibus appellant ſecretum illud, quod ſola reverentia vident.* Sic & Plin. 12. 1. *Arbores fuere numinum templa, priſcæque ritu ſimplicia rura, etiam nunc præcellentem arborem Deo dicant, nec magis auro fulgentia & ebore ſimulachra, quam lucos, & in ipſis ſilentia ipſa adoramus.*

Cole-

Digitized by Google

dunt modo ; ſed etiam exſtirpant: ut vaſta ſolitudo & ſterilis humus, excuſſis etiam radicibus, linque-
35 retur. Quæ ſi in ipſos proditionis auctores excogitata eſſent ; juſta ultio eſſe , non crudelitas videretur : nunc culpam majorum poſteri luere , qui ne viderant quidem Miletum, adeo Xerxi non potuerant prodere. Inde proceſſit ad Tanaïm amnem.
36 Quo perductus eſt Beſſus non vinctus modo ; ſed etiam

NOTÆ.

Colebant vero unam ſæpe arborem. Qualis illa platanus Theocriti, quæ Helenæ ſacrata fuit. Tyrius Maximus, *Celtas excelſam quercum coluiſſe* ait, *& Jovis nomine ſollenniter appellaſſe*. Ad has arbores hoſtias humanas, quæ plerumque alienigenæ immolari conconſueverunt. Hoſce lucos violare vel ſubvertere, nefas erat & capitale. Lucanus 3. v. 429. de luco quem Cæſar exſcindere volebat :

Sed fortes tremuere manus, motique verenda
Majeſtate loci, ſi robora ſacra ferirent,
In ſua credebant redituras membra ſecures. Blanck.

35 *Juſta ultio eſſe*] Incuſat ergo hoc Alexandri factum. Nec ſane *& qui maxime Alexandrum admirantur & amant, ex quorum numero nos quoque ſumus, laudare ſolent*, ait Timo apud Plutarch. cap. 27. de his qui ſero à numine puniuntur. ipſe tamen velut excuſare videtur, quod æquum ſit ut bonorum poſteris bene eſſe; ſic malorum, male. Sed ut pœna in malorum poſteros juſta eſſet (& certe eſſe divinis literis approbatur) non ideo ſtatim quivis eam juſte exigeret. haud magis quam eodem loco Agathocles, *ſubſannans Corcyræos quærentes cur ipſorum inſulam popularetur, reſpondit : Quia mecherele majores veſtri Vlyſſem hoſpitio exceperunt. & Ithacenſibus itidem expoſtulantibus quod milites ipſius eorum oves auferrent : At veſter*, inquit, *rex, cum ad nos veniſſet, pratereà etiam excæcavit paſtorem.* Ita ſupra ex Gemiſto de Tarapamiſadis audivimus, eos poſt tot ſæcula injurias ab Alexandro illatas in Peloponnetiis ulciſci voluiſſe. Sic etiam uſitatiſſimum eſt, & in omnibus fere Curtianis concionibus obſervatum, inſtigari exercitus in mutuam perniciem commemorandis majorum injuriis. at ſi quæ interim beneficia intervenere, altum de his ſilentium eſt, ne forte remittat furor, & vindictæ cupido. Similis ultionis ſpecimen idem Alexander edidit incenſa Perſarum regia. de quo facto quid alii, quid ipſe poſtea ſenſerit, ſupra ad 5. 6. notavimus. *Freinsh.*

36 *Ad Tanaïm amnem*] Plin. 6. 16. *Finis amnium eorum ductus ab illa parte terrarum, includente flumine Iaxarte, quod Scythæ Silyn vocant : Alexander militeſque ejus Tanaïm putavere eſſe.* atque idem fere Strabo lib. 11. & Arrianus 3. 6. ubi hunc *Alexandri Tanaïm alio nomine Orxantem à finitimis barbaris appellari Ariſtobulus dicit*, eumque è Caucaſo oriri: itidem Alexandrinum Caucaſum, hoc eſt, Paropamiſum montem, intelliges. *Orexartem* appellabat Plutarch. Alexand. cap. 80. quem pro Tanaï Macedones habuerint. Quidam apud Stephanum in *Τάναις Iaxartem*, alii longius, opinor, à vero diſcedentes *Aceſinem*. Eſſe vero eundem quem hodie *Rha* vocant, inter alios & Volaterranus affirmat lib. 13. Anthropologiæ, ubi de Alexandro agit : & Bonfin. à pr. Hiſt. Vngar. *Idem.*

Omni

etiam omni velamento corporis ſpoliatus. Spitamenes eum tenebat collo inſerta catena; tam barbaris, quam Macedonibus gratum ſpectaculum. Tum Spi- 37
tamenes *& te*, inquit, *& Darium reges meos ultus, interfectorem domini ſui adduxi, eo modo captum, cujus ipſe fecit exemplum. Aperiat ad hoc ſpectaculum oculos Darius. Exſiſtat ab inferis, qui illo ſupplicio indignus fuit; & hoc ſolatio dignus eſt.* Alexander multum 38
conlaudato Spitamene converſus ad Beſſum, *Cujus*, inquit, *fera rabies occupavit animum tuum, quum regem de te optime meritum prius vincire, deinde occidere ſuſtinuiſti? [a] Sed hujus parricidii mercedem falſo regis nomine perſolviſti.* Ibi ille facinus purgare non auſus; 39
regis titulum ſe uſurpare dixit, ut gentem ſuam tradere ipſi poſſit; qui [b] ſi ceſſaſſet, alium fuiſſe regnum occupaturum. At Alexander Oxathrem fratrem Darii, 40
quem inter corporis cuſtodes habebat, *propius* juſſit ac-

INTERPRETATIO.

a *Sed* tu *hujus ſceleris præmium tibi uſurpaſti*, nempe *vanum regis titulum.*

b *Si* id facere *diſtuliſſet.*

NOTÆ.

Omni velamento corporis ſpoliatus] Hoc ad ſummam Beſſi ignominiam & contumeliam factum. Perſis enim tanta verecundia eſt, ut hominem nudum videre capitale ſit. *Alexand. Neapol.* 2. 25. Et mirum ſane omnibus gentibus tum Chriſtianis, tum paganis inſitum à natura pudorem. Moſchi nec Chriſtum in cruce, quamvis natura velata, nudum ſpectare ſuſtinent, quod Poſſevinus tradit. Mileſiæ virgines cum neſcio qua phreneſi aut furore correptæ certatim ſibi gulam laqueo frangerent, nec ullis ſuppliciis, aut cuſtodiis ab ea mente deduci poſſent, tandem decreto edito, ut poſt ſuſpendium eodem laqueo inde per publicas civitatis vias ad ſpectaculum traherentur, pudore deterritæ deinceps ab infami more abſtinuerunt. *Agell.* 15. 10. Tanta cura verecundiæ eſt, ut à morte etiam ſumma ejus ratio habeatur, quod in Lucretia, Iulio Cæſare, aliiſque [ut Olympiade apud Iuſtin. 14. 6. ubi Soceri mei nota] eſt memoriæ proditum. Chriſtus tamen omnis auctor patientiæ nudus omnino in cruce pependit, quod majorem ignominiam Hebræi nec Hebræis puniendis reis excogitare poſſent. *Rader.*

38 *Perſolviſti, Ibi*] Nihil proclivius fuerat emendare: *perſolviſti tibi. Ille facinus*, &c. Ipſe invaſo regno, & nomine regis aſſumpto, mercedem ſibi eam parricidii perſolverat. *Acidal.*

39 *Vſurpare*] Bongarſius malebat *uſurpaſſe*: idque præſenti Beſſi conditioni videatur aptius.

40 *Vt*

accedere; *tradique Beſſum ei, ut cruci adfixum mutilatis auribus naribuſque ſagittis configerent barbari; adſervarentque corpus, ut ne aves quidem contingerent.* 41 Oxathres *cetera ſibi cura fore pollicetur. Aves non ab alio, quam à Catene poſſe prohiberi* adjicit; eximiam ejus artem cupiens oſtendere. namque adeo certo ictu deſtinata feriebat, ut aves quoque exciperet. Nam

NOTÆ.

40 *Vt cruci affixum*] Eventus hic fidem fecit ſperatæ à Dario vindictæ pœnæque à Beſſo regicida per regem Alexandrum expetendæ. Beſſus enim, ut cum Iuvenale loquar Sat. 13. verſ. 103.

Crucem pretium ſceleris tulit, haud diadema.

Tum & hoc exemplum fidem facit dicto Taciti: *Sceleris ultor eſt, quisquis ſucceſſit,* ſibi in munimentum, aliis in terrorem. Conferatur etiam Clapmarius de arcanis reſpubl. 3. 17.

Auribus] De aurium mutilatione ſupr. pag. 437. dictum. Non autem eſt dubium in hoc tam vario tamque exquiſito Beſſi ſupplicio reſpexiſſe Alexandrum id, quod apud Iuſtin. 11. 15. monuiſſe ſcribitur deficiens jam Darius: *Quod ad ultionem pertineat, jam non ſuam, ſed exempli, communemque omnium regum eſſe cauſam, quam negligere, illi & indecorum & periculoſum eſſe: quippe cum in altero juſtitia ejus, in altero etiam utilitatis cauſa verſetur.* Vbi Berneggerus. Mutilationem autem membrorum etiam in Beſſo non probat Arrian. 4. 2. barbari moris eam eſſe judicans. *Freinsh.*

Sagittis configerent] Diodor. 17. 83. refert, cum in Beſſum Oxathres Darii frater & conſanguinei ejus omnia contumeliarum & cruciatus genera exercuiſſent, minutatim etiam corpus ejus concidiſſe, & membrorum fruſta fundis in partes varias projeciſſe. Arrian. 4. 2. Beſſum prius auribus naribuſque mutilatum, deinde capitali ſupplicio affectum. Plutarchus c. 48. narrat, Beſſum reclinatis duabus arboribus Alexandri juſſu alligatum, ut ad naturalem ſtatum valido cum impetu redeunte utraque, ille in diverſa avelleretur. *Topma.* Hoc ſupplicii genere lacerabant noxios Derbices, nec multum ab hoc diverſum genus mortis Metii Suffetii quadrigis illigati, & in diverſa actis lacerati. *Raderus.* Diodorum ſequitur Ὀλυμπιόδωρος ἐν τῇ ἐπιτομῇ ſubjuncta Euſebio. Plutarchum Sabellicus Exemplo 8.4. ubi notat *Diſſphendonem Græci vocari id genus ſupplicii, à duplici funda excuſſione.* & Fulgoſ. 6. 5. De Metii ſupplicio & aliis ſimilibus, dictum ad Flor. 1. 3. Beſſi ſupplicium imitatus eſt Aurelianus in milite, qui cum hoſpitis uxore adulterium commiſerat. Vopiſcus in vita cap. 7. Sic etiam ſanctos Chriſti martyres in Thebaïde à ſævis & ſacrilegis hominibus fuiſſe peremptos tradit Euſeb. Hiſtor. Eccleſ. 8. 9. & cum eo Nicephorus Hiſtor. Eccl. 7. 8.

41 *Certo ictu*] A peritia ſagittandi laudatur & *Domitianus* apud Suet. 19. *Theodericus* apud Sidon. Ep. 1. 2. *Commodus* apud Herodian. *Philoctetes* apud Homer. Iliad. β. 718. ubi Euſtath. & Dictym Cretenſ. princ. lib. 3. *Gratianus* apud Auſon. in panegyr. Victorem, & Paul. Diaconum. *Honorius* apud Claudian. in IV Conſ. ejus, verſ. 528. *Mopſus Cretenſis* apud Silium. *Hermiſda* apud Zonaram tom. 3. Aliique plurimi quos producit *Zwingerus theatri volum. 2. lib. 5. pag. 393.*

Aves] Intellige volantes, quomodo Harpyias intercepiſſe Hercules fingitur. Ita Eurytion,

Plu-

Nam etſi forſitan ſagittandi tam celebri uſu minus admirabilis videri hæc ars poſſit; tamen ingens viſentibus miraculum, magnoque honori Cateni fuit. Dona deinde omnibus, qui Beſſum adduxerant, data ſunt. Ceterum ſupplicium ejus diſtulit, *ut eo loco, in quo Darium ipſe occiderat, necaretur.*

42 43

NOTÆ.

Plaudentem nigra figit ſub nube columbam.

apud Virgil. Æn. 5.516. quod expreſſum ex Homero Iliad. 23. 874. *Freinshemius.*

42 *Celebri uſu*] Apud Perſas enim *publice inſtituta erant jaculandi ſagittandique certamina.* Xenophon l. 1. παιδ. & Herodot. 1-136. *Liberos ſuos à quinto anno incipientes uſque ad viceſimum, tribus tantum inſtituunt, equitare, arcu ſagittas excutere, vera loqui.* Quod ſagittandi ſtudium, ut pleraque alia, ex Perſarum inſtitutis hauſere Parthi, de quibus Iuſtin. 41. 2. *Idem.*

43 *Eo loco*] Amabant enim homines injuriam paſſo ita exhibere ſolatium. eoque reſpiciebat Sophocles ſub fin. Electræ, ubi introducit Ægiſthum atque Oreſtem ita verbigerantes:

ÆG. *Quid attinet in domum me ducit nam ſi honeſtum eſt,*
Quod agitis, cur tenebris opus eſt? quin ſtatim interficis?

OR. *Ne impera, ſed vade ad eum locum ubi interfeciſti*
Patrem meum, ut ibidem & tu cadas.

Hæc ex Grutero ad iſta Sueton. Galba 20. caput Galbæ, *eo loco ubi juſſu Galbæ animadverſum in patronum fuerat, abjecit.* Sic enim *famoſos latrones in his locis, ubi graſſati ſunt, furca figendos, compluribus placuit: ut & conſpectu deterreantur alii ab iiſdem facinoribus, & ſolatio ſit cognatis & adfinibus interemptorum eodem loco pœna reddita, in quo latrones homicidia feciſſent.* l. 28. §. pen. de pœnis. Idem etiam divinam juſtitiam aliquoties obſervaſſe. Nam non forte, ſed ex decreto Dei vivi, jam ante per Prophetam ſuum enunciato, *linxerunt canes ſanguinem Achabi in loco hoc in quo linxerunt canes ſanguinem Nabothi.* 3 Reg. 21. 19. & 22. 38. Sic & Ioſeph. 13. 19. notat; ſanguinem Ariſtobuli effuſum fuiſſe in loco, qui fraterno cruore rubebat. *Freinsh.*

CAP. VI.

Barbarorum & Macedonum benevolentia varias expugnat urbes. Sed & Alexandriam ad Tanaim condit amnem, breviſſimoque temporis abſolvit ſpatio.

INTEREA Macedones ad petendum pabulum incompoſito agmine egreſſi, à barbaris, qui de proximis montibus decurrerunt, opprimuntur; pluresque capti ſunt quam occiſi. barbari autem captivos præ ſe agentes, rurſus in montem 1 2

Digitized by Google

tem receſſerunt. xx millia latronum erant. fun-
3 dis ſagittiſque pugnam invadunt. Quos dum ob-
ſidet rex, inter promptiſſimos dimicans ſagitta ictus
4 eſt, quæ in medio crure fixa reliquerat ſpiculum. Il-
lum quidem mœſti & adtoniti Macedones in caſtra re-
ferebant: ſed[a] nec barbaros fefellit ſubductus ex acie
rex; quippe ex edito monte cuncta proſpexerant.
5 Itaque poſtero die miſere legatos ad regem, quos il-
le *protinus* juſſit *admitti*; ſolutiſque faſciis magnitu-
dinem vulneris diſſimulans, crus barbaris oſtendit.
6 Illi juſſi *conſidere* adfirmant *non Macedonas, quam*
ipſos fuiſſe triſtiores cognito vulnere ipſius: cujus ſi au-
7 *ctorem reperiſſent, dedituros fuiſſe. cum diis enim pugna-*
re ſacrilegos tantum. Ceterum ſe gentem in fidem dedere,
ſuperatos virtute illius. Rex fide data, & captivis re-
8 ceptis, gentem in deditionem accepit. Caſtris inde
motis lectica militari ferebatur, quam pro ſe quiſ-
que eques pedeſque ſubire certabant. Equites, *cum*
quibus rex prælia inire ſolitus erat, ſui muneris id eſſe
cenſebant. Pedites contra, *quum ſaucios commilitones*
ipſa

INTERPRETATIO.

a *Nec barbaros latuit Alexandrum ex prælio aſportatum eſſe.*

NOTÆ.

2 *Viginti millia*] Arrianus ſub fin. lib. 3. triginta millia numeravit. *Raderus.*

3 *Sagitta ictus eſt*] Plutarchus de fort. Alexand. 2. 21. hoc vulnus miris modis auget. *In Maracandis*, inquit, *ſagitta crus vulneratus, ita ut à tibia radio fractum os diſſiliret.* In Græco eſt pro Maracandis ἐν Μαλλοῖς *in Mallis.* ſed Malli & Oxydracæ procul abſunt à Maracandis. Malli apud Indos ſunt. Maracanda regio eſt Sogdianorum. Interpres ergo verior, quam Plutarchus. ſed verba auctoris erant ponenda: in ora vero notandus error, & Maracanda nominanda. In primo de Fortuna cap. 2. gentem *Maracadartas* appellat: *Apud Maracadartas*, inquit, *ſagitta ſura eſſe diffiſſo defunctus ſum.* Idem.

4 *Miſere legatos*] Ab ejuſmodi enim hominibus legatos admitti poſſe, hoc exemplo probat Paſchal. de legat. c. 12. additis etiam rationibus.

6 *Cum diis pugnare ſacrilegos tantum*] Vid. Boecler. in Vellei. pag. 277. De Στομαχία autem vid. 1 Sam. 15. verſ. 23. 2 Paralip. 13. verſ. 12. Heinſius in 1 Epiſt. Petri cap. 3. Exempla paſſim, in hiſtoria ſacra & civili, tragica illorum exſtant, qui contra ſtimulum conati ſunt calcitrare. de quibus alibi.

8 *Lectica*] De lecticis late Lipſius

Elect.

ipſi geſtare adſuevisſent; eripi ſibi proprium officium tum potiſſimum, quum rex geſtandus eſſet, querebantur. Rex in tanto utriuſque partis certamine, [a] & ſibi difficilem, & præteritis gravem electionem futuram ratus; *invicem ſubire eos* juſſit. Hinc quarto die ad urbem Maracanda perventum eſt. LXX ſtadia murus urbis amplectitur. arx nullo cingitur muro. Præſidio urbi relicto, proximos vicos depopulatur atque urit. Legati deinde Abiorum Scytharum ſuperveniunt; liberi ex quo deceſſerat Cyrus; tum imperata facturi. Iuſtiſſimos barbarorum conſtabat; armis abſtinebant niſi laceſſiti. [b] Libertatis modico & æquali uſu, principibus humiliores pares fecerunt. Hos benigne adloquutus, ad eos Scythas, qui Europam

9 10 11 12

INTERPRETATIO.

a *Exiſtimans delectum* ſuum *ſore odioſum iis qui* ab eo *excluſi eſſent, voluit utroſque alternis* lecticam *geſtare.*

b *Moderato & pari* inter omnes *jure libertatis utentes, eos qui primoribus inferiores erant,* ipſis *æquales reddiderunt.*

NOTÆ.

Elect. 1.14. & Marcell. Donat. in Sueton. Auguſt. cap. 78.

9 *Sibi difficilem*] Sic Tiberius apud Tacit. 2. 36. & 6. 3. *Grave moderationi ſuæ tot eligere, tot differre.* & 6. 2. *quos omitti poſſe? quos deligi?*

10 *Maracanda*] Regiam Sogdianorum Arrian. 3. 6. Apud Strab. lib. 11. mendoſe ſcriptum eſt Παρίκανδα. vetus enim codex Μαρέκανδα habet, quamvis nec ipſe ſatis emendatus, cum Μαρέκανδα, non Μαρέκανδα legendum ſit. Variat tamen etiam apud Arrianum calamus, qui modo *Paracada* (ut 4. 1.) modo 4. 1. *Maracanda* ſcripſit. Plutarchus conſtanter *Maracanda. Rader.* In quibuſdam Codic. urbs hæc *Marupenta* vocatur, quali uſum fuiſſe apparet Bonfinium, cum decad. 1. lib. 1. rer. Vngar. conſcriberet, & Sabellicum Ennead. 4. 5. Vnde videtur in Plinii codicibus natus error, quem deinde & Soliniani reſeperint. Plin. 6. 16. *Vltra Sogdiani, oppidum Panda.* Vides enim oppidum præcipuum fuiſſe Maracanda, præſertim poſt dirutam Cyropolim. *Freinsh.*

Nullo cingitur muro] Contenta naturali loci munitione. Modius tamen pro *nullo* in ſuis lib. reperit *illinc*; unde Acidalius faciebat *illius*, approbante Radero.

11 *Abiorum*] Hos cum *juſtiſſimos barbarorum* vocat Curtius, reſpexit ad Homeri Iliad. 13. 6. ſic & Arrian. 4 1. *quos & Homerus, juſtiſſimos mortalium appellans in ſuo opere laudat.* quem cum Euſtathio videbis: multa enim hic de Abiis. Obſervandum etiam quod recte Caſaubonus ad Strabon. lib. 7. p. 211. animadvertit; Abios, Arriano, Curtio, Ammiano nomen proprium videri; non epitheton, quemadmodum etiam Ἄγναις, Heſychio teſte. Proinde in-

ropam incolunt, Penidam quemdam misit ex amicis, qui denunciaret eis, *ne Tanaïm amnem regionis injussu regis transirent.* eidem mandatum, *ut contemplaretur locorum situm; & illos quoque Scythas, qui su-*
13 *per Bosphoro incolunt, viseret. Condendæ urbis sedem su-*
per

NOTÆ.

terpretem Homeri Latinum, *Abios* non recte vertisse arbitror *longævos*, quamvis etiam Eustathius in quibusdam ita Græcis intellectam vocem moneat. Ceterum Latini hos Scythas nunc *Abios*, nunc *Avios* appellant, propter vicinitatem *B* & *V* literarum. De his Strabo lib. 7. copiose disputat: Justin. 2. 2. eosdem, quamvis communi Scytharum nomine comprehensos paucis describit. Ex Loccenio & Radero Glareanus suspicabatur legendum *Albanorum*, cum esset scriptum *Aulorum* (quomodo & Sabellicus legit) ut sit, *i* litera in *l* transeunte, continuata cum puncto lineola. Aldus edidit *Albiorum*, unde ingeniose Bongarsius *Olbiorum*. Ipsi tamen illi viri potius ad ulteriorem inquisitionem cogitationes suas annotaverant, quam ut penitus ita sentire crederentur. *Freinsh.*

12 *Penidam*] Popma legendum putat *Menidam*, quem Arrianus & Curtius unum ex Alexandri amicis & ducibus fuisse tradunt, cujus & Curtius lib. 4. sæpe meminit. Freinshemius posteriorem quoque vocem *quendam* deleri debere putat. est enim corrupta ex nomine ejus prætoris; & pro varia lectione adpicta. quod prope certo constat ex Aventino lib. 1. qui Curtiana verba de suis nationibus interpretatus, ait Alexandrum *misisse ad Germanos finitimosque* quendam *ex amicis, qui denunciaret ne Tanaim atque Histrum amnes* (nam & hoc addit de suo) *injussu Regis transirent*, &c. Bonfin. lib. 1. dec. 1. *Penindam* vocat. Sed hic idem cur infra 8. 1 *Berdes* vocatur? Nec enim de alio ibi potest esse sermo; & omnia probe considerata non permittunt ut mox, pro *eidem mandatum*, legamus, *Berdi mandatum*. an potius ille locus hinc emendandus?

Ne Tanaïm] Fere ubivis amnes quoque cujusq; regionis termini. Tac. 1. 9. *Mari Oceano, aut amnibus longinquis septum imperium.* Fit id aut natura, vel mutuo consensu. Hujus meminit Diod. 11. 83. & 16. 83. Polyb. Excer. legat. 1. 4. princ. Tac. 11. 10. & 15. 17. Alterius mentio, apud Herod. 6. 108. Polyb. 15. 6. Iulianum apostatam in Cæsaribus ubi fatur Octavianus. Ex quibus intelligimus cur Alex. Mag. legatum miserit ad Scythas Europæos, *qui denunciaret eis ne Tanaim, &c.* Voluit enim, abstinerent terris Macedonum. Hunc ad morem respexit Spartianus in Hadriano cap. 12. *In plurimis locis, in quibus barbari non fluminibus, sed limitibus dividuntur; fossis magnis, in modum muralis sepis fundibus jactis ac connexis, barbaros separavit.* Allusit & istis Plutarch. in vita P. Æmilii cap. 7. *Hujus temporis fratres & cognati, nisi regionibus, fluminibus, murorum divortiis distinxerint communia, & multum inter se spatii interjecerint, non cessant à mutuis contentionibus.* Hæc Gruterus ad ista Livii 1. 3. *Pax ita convenerat; ut Etruscis Latinisque fluvius Albula, quem nunc Tiberim vocant, finis esset.* Quibus adde Tacit. pr. Germaniæ, Senec. præfat. natur. quæst. Florum 4. 12. Arrianum 6. 3.

Bosphoro incolunt] Bona, & si vis amplius, optima lectio. nec hilo deterior alia tamen: *qui super Bosphorum colunt.* Sic infra 8. 1. *Scythæ super Bosphorum colentes.* Acidalius.

13 *Condendæ urbis sedem*] Lego; *Condendæ urbi sedem. s* ex sequenti voce ascitum. Sic supra 7. 3. *Condendæ in radicibus montis urbi sedes electa est.* Gronov. Idem Freinsh. visum. Sane sæpissime accidit ut ex antecedentibus sequentibusve verbis aliqua affluantur. quod profectum credit ex more dictandi.

Ele-

per ripam Tanaïs elegerat; clauſtrum etiam perdomitorum, & quos deinde adire decreverat. Sed conſilium diſtulit *Sogdianorum* nunciata *defectio*, quæ Bactrianos quoque traxit. VIII millia equitum erant, quorum auctoritatem ceteri ſequebantur. Alexander *Spitamenem & Catenem*, à quibus ei traditus erat Beſſus, haud dubius quin eorum opera redigi poſſent in poteſtatem, coërcendo eos, qui novaverant res, juſſit accerſiri. At illi defectionis, ad quam coërcendam evocabantur, auctores, vulgaverant famam; *Bactrianos equites a rege omnes, ut occiderentur accerſiri: a idque imperatum ipſis, non ſuſtinuiſſe tamen exſequi; ne inexpiabile in populares facinus admitterent. Non magis Alexandri ſævitiam; quam Beſſi parricidium ferre potuiſſe.* Itaque ſua ſponte jam motos, metu pœnæ haud difficulter concitaverunt ad arma. Alexander transfugarum defectione comperta, *Craterum obſide-*

re

INTERPRETATIO.

a *Et cum hoc ſibi mandatum eſſet* ab Alexandro, *noluiſſe* ipſos *facere.*

NOTÆ.

Elegerat] Ita recte: quamquam Impreſſi fere *eligeret*. patet hoc ex ſeq. *conſilium diſtulit*. hoc eſt, urbis condendæ. quæ demum etiam conditur infra 7.6. At exploratoris, ſive ut ipſe appellabat, legati mittendi conſilium non fuiſſe dilatum, cum ratio docet, tum etiam infra 8.1. evidenter probat. *Freinsh.*

Et jam perdomitorum] Hactenus editi, *etiam perdomitorum*. Ego ſic legendum ex ſenſu vidi, quomodo & dudum Sebiſium monuiſſe reperio, & diu ante Acidalium.

14 *Qui novaverant res*] Non omiſit Curtius vocularn *res*, quæ addita in vulgatis infra 10. 8. *Ni occupetur impotens animus, res novaturum.* ipſo ibi Modio ſic emendante. Sed ita ſumus quidam, quod placuit modo, diſplicet; quod diſplicuit, mox placet: utcunque ſe novitatis aut raritatis aliquid ſpecie commendat. Sæpe phraſi hac uſus Curtius, nunquam aliter, niſi ut juncta ſuo verbo ea ipſa vox legatur. Ceterum nec τὸ *moverant* uſque adeo malum: quomodo idem tamen ait flagitioſiſſime ſcribi. *Acidalius.*

16 *Cyropolim*] Caput regionis: Allo nomine *Cyreſchata* dictam; ut contra Ptolemæum, qui duo nomina duas urbes putaverat, oſtendit Salmaſius in Solin. pag. 1193. Ælian. hiſt. anim. 16. 3. ſibi perſuadet urbem hanc ab Alexandro reſtitutam. ait enim; in India naſci avem, quæ ab incolis Cyropoleos aliarumque urbium, quibus ibi colonos Alexander dederat, Græco nomine vocetur Κυρόπολις. Quod autem Indiæ adſcribit urbem Sogdianam, ſeu memoriæ lapſu facit; ſeu quod Indiæ nomen uſque ad eas regiones extendi repererat. *Freinsh.*

re *Cyropolim* jubet: ipſe aliam urbem regionis ejuſdem corona capit; ſignoque, ut puberes interficerentur, dato, reliqui in prædam ceſſere victoris: urbs diruta eſt, ut ceteri cladis exemplo continerentur. 17 Memaceni valida gens obſidionem non ut honeſtiorem modo, ſed etiam ut tutiorem ferre decreverant. Ad quorum pertinaciam mitigandam rex equites præmiſit; qui *clementiam ipſius in deditos, ſimulque inexorabilem animum in devictos*, oſtenderent. 18 Illi, *nec de fide, nec de potentia regis ipſos dubitare* reſpondent; equiteſque *tendere extra munimenta urbis* jubent. Hoſpitaliter deinde exceptos, graveſque epulis & ſommo intempeſta nocte adorti interfecerunt. 19 Alexander haud ſecus, quam par erat, motus, urbem corona circumdedit; munitiorem, quam ut primo impetu capi poſſet. Itaque Meleagrum & Perdiccam in obſidionem jungit, Cyropolim, ut ante 20 dictum eſt, obſidentes. Statuerat autem parcere urbi conditæ à Cyro: quippe non alium gentium illarum

NOTÆ.

Aliam urbem] Arrian. 4. 1. ſeptem urbes in Sogdianis ordine expugnatas ait ab Alexandro.

Corona] Lipſii Poliorcet. l. 4. conſule. Apud quem & deſcriptam in charta ejus imaginem cognoſces. Apud Græcos non diſſimile eſt τὸ σαγηνεύειν apud Herodot. l. 6. & Plat. l. 3. de legibus. *urbem quaſi ſagena & indagine includere*, ut & Herodianus loquitur. *Raderus.* vide pag. 295.

Puberes interficerentur] His & ſequentibus admodum ſimilia ſunt iſta Salluſtii Iug. 91. de Capſa: *Oppidum incenſum: Numida puberes interfecti, alii omnes venundati: præda militibus diviſa, &c.* & hæc Tacit. 13. 39. de Volando caſtello: *capta exceſſu munimenta, omneſque puberes trucidati, &c. imbelle vulgus ſub corona venundatum: reliqua præda victoribus ceſſit.*

Urbs diruta eſt] Hoc eſt Tacito *conſulere ſecuritati juſta ultione.* Sed vide Grotium lib. 3. de jure belli & pac. cap. 11. num. 16.

17 *Ut tutiorem*] Eadem ergo mens ipſis, quæ apud Tacit. H. 1. 33. T. Vinio: *proinde intuta, quæ indecora.*

Præmiſit] Non ut legatos: ſed ut præcurſores. Sic fere ſupra 3. 13.

19 *Ut ante dictum eſt*] Quis non videt merito viros doctos conqueri, diſſentaneam & intricatam hanc totam Curtii narrationem eſſe? quam magis etiam turbat Explanator, dum conatur explicare. Freinshemio probe conſtat lacunam eſſe in ſuperioribus. Omnia quidem prona & proclivia erunt, ſi ſic expleas: *Itaque Meleagrum & Perdiccam in obſidione ejus reliquit: ipſe cum reliquis profectus, Craterum queq; copias ſuis jungit, Cyropolim (ut ante dictum eſt) obſidentes.* Similis fere res & oratio infra 8. 10.

20 *Nam*

rum magis admiratus est, quam hunc regem, & Semiramim, in quîs & *magnitudinem animi, & claritatem rerum longe emicuisse* credebat. Ceterum pertinacia oppidanorum ejus iram accendit. Itaque *captam urbem diripere* jussit *delectos Macedones*, haud injuria infestos; & ad Meleagrum & Perdiccam redit. Sed non alia urbs fortius obsidionem tulit: quippe & militum promptissimi cecidere; & ipse rex ad ultimum periculum venit. namque cervix ejus saxo ita icta est, ut oculis caligine offusa conlaberetur, ne mentis quidem compos. exercitus certe velut

21

22

NOTÆ.

20 *Hunc regem*] Quem etiam primo statim loco nominat Cœlius Rhodig. A.L. 22.20. quo loco præstantissimorum ex veteri memoria regum facta breviter percurrit. Semiramis autem celebratissima quoque fama fuit. Iustinum 1.1. & ibi notatos consule. Hos igitur præcipue veneratus dicitur Alexander, alias quoque virtutis in hoste mirator. A quo ejus ingenio multum abhorret fabula, quam ex Tarich Regum Persicorum recitat Schickhardus, *Homay* viduam Longimani *mille pyramides exstruxisse, quas deinde Alex. Macedo, gloria ejus invidens, diruerit.* Freinsh.

21 *Delectos Macedones, haud injuria infestos*] Variant nonnihil libri scripti: *urbem diripi jussit. Deleta Macedones haud injuria infestos, &c.* ex quibus Acidalius ingeniose: *dir. jussit. Deleta, Memacenis haud injuria infestus, ad Meleag. &c. redit.* Si tamen pondus aliquod nostræ conjecturæ, qua supra quæ ibi deerant supplevimus, vulgata lectio extra vitium est. *Delectos Macedones* diripere jussit Cyropolim, *haud injuria infestos*; sive ob exantlatos in obsidione labores & pericula; sive ob scelus etiam Memacenorum: fieri enim solet, ut unius oppidi, immo singulorum interdum hominum facinora toti nationi imputentur. rediit autem ipse ad obsidionem Memacenorum, quam urbem supra corona circumdederat, ideoque *ad Meleagrum & Perdiccam*, nempe quos ibi reliquerat. *Idem.*

22 *Fortius*] Desperatione scilicet veniæ, ob admissum facinus, quam ob causam inexpiabile bellum suscepturi, studebant illigare populares magno aliquo scelere, quod quasi vinculum illis foret mansuræ fidei. Vide quæ ad Florum 1. 9. observavimus. *Freinsh.* Sic apud eundem auctorem 4. 12. Germani *viginti centurionibus incrematis, hoc velut sacramento sumpserant bellum. Hasdrubal omnes Rom. captivos occidit, ut cives desperata venia hosti alacrius resisterent.* Zonar. tom. 2. ex Appiani Punico. Agrippinensibus has conditiones ferunt Germani: *Romanos omnes, in finibus vestris, trucidetis, &c. Bona interfectorum, in medium cedant, ne quis occultare quidquam*, aut segregare causam *suam possit.* Tacit. H. 4. 64. Sic Aristides Græcis deferere Spartanos & Athenienses parere volentibus, *respondet, orationem ipsorum plenam esse necessitatis & æquitatis, ceterum ad fidei pignus opus esse facto, quod perpetratam* sententiam mutare *non esset permissurum multitudini.* Plut. in Aristide. c. 46.

Cervix ejus] Plutarchus de fortuna Alex. 2. 21. in Hyrcania factum dicit, civitatem nullam exprimit: *In Hyrca-*

23 velut erepto eo ingemuit. Sed invictus adversus ea, quæ ceteros terrent, nondum percurato vulnere, acrius obsidioni institit, naturalem celeritatem ira concitante. Cuniculo ergo suffossa mœnia, ingens nudavere spatium, per quod inrupit, victorque urbem dirui jussit. Hinc Menedemum cum III millibus peditum & DCCC equitibus ad urbem Maracanda misit. Spitamenes transfuga præsidio Macedonum inde dejecto, muris urbis ejus incluserat se: haud oppidanis consilium defectionis adprobantibus. sequi tamen videbantur, quia prohibere non pote-
25 rant. Interim Alexander ad Tanaïm amnem redit, & quantum soli occupaverant castris, muro circumdedit. LX stadiorum urbis murus fuit, hanc quo-
26 que urbem *Alexandriam* adpellari jussit. Opus tanta celeritate perfectum est, ut decimo septimo die, qua munimenta excitata erant, tecta quoque urbis absolverentur. Ingens militum certamen inter ipsos fuerat, ut suum

INTERPRETATIO.

a *Quasi mortuus foret.*

NOTÆ.

nia, inquit, *oblapso lapide collo. quo illa tenebris ob oculos effusis, ad dies multos cæcitatem timuit.* Raderus.

23 *Urbem dirui jussit*] Par & sceleris & calamitatis exemplum est in Dionis lib. 40. *Zeudotia cives, accersitis Romanis aliquot militibus, quasi se insidem eorum daturi, eos, quum intra muros accepissent, obtruncaverunt: quæ ipsis causa, ut urbs everteretur, fuit.*

25 *Mare circumdedit*] Adde Arrian. 4. 1. Justin. 12. 5. Oros 3. 18. Plin. 6. 16. *Ultra Sogdiani, oppidum Panda* (an Maracanda?). *& in ultimis eorum finibus Alexandria, ab Alexandro magno conditum.* Ara ibi sunt ab Hercule ac Libero patre constitutæ, item Cyro & Semiramide atque Alexandro. De iltis aris copiosissime simul & suo more eruditissime differentem vide Salmasium ad Solini cap. 38. ubi etiam notat, hanc urbem videri eandem quam Stephanus decimo tertio loco recitat. quem corrigit, ut legatur: Τετραπολιτικὴ ἡ Σογδιάνη. ἣν περιέχει ποταμὸς Ταξάρτης. ut ita eadem esset cum illa quam ex Ptolemæi lib. 3. ad Tanaïdis ripam conditam scripsit idem Stephanus, quem hic, & alibi ex una urbe duas facere observat. Scilicet erroris fons fuit geminata locorum appellatio; ut idem circa Tanaïm acciderit, quod supra de Caucaso notavimus: ut videlicet quod alterutri proprium est, invicem communicent. Bonfin. lib. 1. Decad. 1. Urbem Alexandriam eam esse reputat, quam *Exapolim* Ptolemæus appellat.

26 *Militum*] Nam milites, cum adhuc vigeret disciplina, his etiam ope-

ſuum quiſque munus (nam diviſum erat) primus oſtenderet. Incolæ novæ urbi dati captivi, quos red- 27
dito precio dominis liberavit, quorum poſteri nunc quoque nondum apud eos tam longa ætate propter memoriam Alexandri exoleverunt.

NOTÆ.

operibus admovebant manus. Vide multa de ea re ſuccincte tradentem Gruterum ad iſta Livii 1. 31. *Salubriora militiæ quam domi corpora.* & Lipſii Mil. Roman. 5. 13. *Freinsh.*

Nam diviſum erat] Quod utiliter obſervatum ſæpius. Æneas Silv. cap. 7. de Europa, ubi de expugnatione Conſtantinopoleos: Sua cuique legioni murorum pars, ac portarum attributa, ut diſcretus labor fortes atque ignavos diſtingueret, & ipſa contentione decoris, militum virtus magis ac magis accenderetur: pari modo & navales ſocii attributas partes invadere juſſi. Quæ verba accepit à Tacito noſtro H. 3. 27. ubi Antonium ea arte uſum tradit, in oppugnanda Cremona. Ita fere apud eundem H. 3. 23. *Batavi, Tranſrhenanique, quo diſcreta virtus manifeſtius ſpectaretur, ſibi quaque gens conſiſtunt.* Sic etiam Acilius conſul in obſidione Heracleæ munia partitus eſt in plures. Inde *horum magno certamine intra paucos dies turres arietesque, & alius omnis apparatus oppugnandarum urbium perficitur.* apud Livium 36. 22. & 36. 25. ſcribit, cum ab Romanis ſimul & Philippo bellum Ætolis eſſet illatum, *enixe, velut propoſito certamine, Romanos Macedoneſque diem ac noctem aut in operibus aut in præliis fuiſſe.* Vide eundem 10. 41. *Idem.*

CAP. VII.

De bello Scythis inferendo Alexander ager ex vulnere cum ſuis init conſilium. Ariſtander vates regis voluntati extorum accommodat ſignificata. Menedemus à Spitamene per inſidias cum duobus & CCC equitibus à Dahis interficitur: quod callide admodum diſſimulat Alexander.

REx Scytharum, cujus tum ultra Tanaïm 1
imperium erat, ratus eam urbem, quam in ripa amnis Macedones condiderant, ſuis impoſitam eſſe cervicibus; fratrem Cartaſim nomine cum

NOTÆ.

1 *Rex Scytharum*] In hoc large falli puto virum alias eruditum & diligentiſſimum, qui in regno Scythico putat hunc Ateæ, quo cum nimirum Philippus bellavit, fuiſſe filium. quaſi vero tota Scytharum gens, quæ tam late patebat, uni regi pareuiſſet. Curtius caute addit: *cujus tum ultra Tanaïm imperium erat*, hoc eſt, ille ex regibus Scytharum, qui ibi locorum imperabat. Nam Ateas ille immenſum quantum ab hoc terrarum tractu remotum imperium tenuit. *Freinsh.*

cum magna equitum manu misit *ad diruendam eam*,
2 *proculque amne submovendas Macedonum copias.* Bactrianos Tanaïs ab Scythis quos Europæos vocant, dividit. Idem Asiam & Europam finis interfluit.
3 Ceterum Scytharum gens haud procul Thracia sita ab Oriente ad Septentrionem se vertit; Sarmatarumque, ut quidam credidere, non finitima, sed pars
4 est. Recta deinde regionem aliam ultra Istrum jacentem

NOTE.

Ad diruendam eam] Inde patet juris esse gentium, ne quis impositam suis cervicibus munitionem ferre teneatur: præsertim ubi pacta vel privilegia (de quibus Gail. pract. observ. 2. 69.) intercediunt. nam si in privatis servitutibus id excipi potest, ne altius tollere ædes liceat, neve vicini luminibus officere; quanto magis in rebus tam arduis, unde non modica damna, sed urbium civitatumque exitia metuuntur. Interim Alber. Gentil. de jure belli 3. 21. & quos ibi citat, introspice. *Freinsh.*

2 *Tanaïs*] Imo Iaxartes, ut docet Strabo lib. 11. Asiam autem & Europam medius interfluit Tanaïs, verus nimirum ille & antiquitus ita vocatus, non hic Alexandrinus. Gemini erroris exempla, ex confusione harum appellationum orti, sæpe jam notavimus: ex quibus & hæc, & si quæ porro occurrent, facile dijudicari poterunt. *Freinsh.*

Europæos vocent] Reperimus enim Scythiam duplicem, Asiaticam, & Europæam. Legendi de hoc argumento Strabo lib. 2. & 11. Plin. 4. 12. & 17. Solinus cap. 19. Curtius, Iustinus 2. 2. Iornandes de rebus Gotic. cap. 5. Descripsit etiam Europæam accurate Herodotus lib. 4. ubi quidem veteris ei cognomentum apponit. Additur à Romanis scriptoribus tertia eis Istrum, &c. Reineccius tomo I. in regno Scythico Asiatico à pr. Item tomo II. in regno Scyth. Europæo.

4 *Recta deinde regionem aliam ultra Istrum jacentem colit*] Omnia hic vitiosa sunt. at unde petemus remedium? à libris nullum est, à conjectura anceps & invalidum. Sed tentemus, quod unum possumus: *Recta deinde regione in aliam ultra Istrum jacentem coit: Ultima Asiæ quæ Bactra sunt stringit, quæ septentrioni proxima sunt. Profunda inde silva, &c.* Hoc dicit, *recta regione* (qua phrasi & alias ut infra 7. 10. 1. utitur) hoc est, perpetuo, & in longum porrecto tractu, coit in aliam gentem, seu cum alia regione, sive in unum continuatur cum illa Scythia quæ ultra Istrum est, cujus in superiori nota obiter injecta est mentio. Prætexitur autem ei parti Asiæ qua Bactra sunt, (sic enim non *quæ Bactra sunt*, legendum recte vidit Acidalius) quæ, videlicet Bactra, ex omnibus Asiæ partibus proxime accedunt ad septentrionem. *inde*, id est, penitius; & remotius à Bactris silvæ sunt & paludes: contra, quæ Tanaim, sive Iaxartem, & Bactra spectant, coluntur, seruntque. Alium sensum effecerunt editores variorum codicum, in quibus est: *habitant quæ septentrioni proxima sunt. Profunda inde sylva, &c.* quem non puto esse similem vero. quippe constat ex contrario, ea maxime loca quæ ad septentrionem vergunt, aspera & cultus expertia deprehendi. Tubingensis editio, quæ sequitur Meruiam, *Alanos* hic interserit: *Recta deinde regione Alanos, &c.* quod non omnino spernendum puto. Nam Alauni Scytharum pars fuerunt, ut notum est.

centem colit: ultima Asiæ, quæ Bactra sunt, stringit. quæ Septentrioni proxima sunt, profundæ inde sylvæ, vastæque solitudines excipiunt. Rursus quæ ad Tanaïm & Bactra spectant, [a]humano cultu haud disparia sunt. Primus cum hac gente non pro- 5
visum bellum Alexander gesturus, quum in conspectu ejus obequitaret hostis, adhuc æger ex vulnere, præcipue voce deficiens, quam & modicus cibus & cervicis extenuabat dolor, *amicos in consilium advocari* jubet. Terrebat eum non hostis, sed iniquitas 6
temporis. Bactriani defecerant: Scythæ etiam lacessebant: ipse non insistere in terra; non equo vehi, non docere, non hortari suos poterat. Ancipiti pe- 7
riculo implicitus, deos quoque incusans, querebatur, *se jacere segnem, cujus velocitatem nemo antea valuisset*

INTERPRETATIO.

a *Non dissimilia sunt* iis terris *quas homines colunt.*

NOTÆ.

Quæ ad] Al. *quæ &*. utrumque omittendum putem, scribendumque, *quæ Tanaim, &c.*

5 *Primus*] Haud immerito dubitavit de hoc loco Raderus. Cui diu super hac re cogitanti, nec variam scripturam ullam ex codicibus inter se conjurantibus reperienti, tandem conjectura succurrit, non improbabilis: *Primus*, inquit, *Alexand. non provisum* ante *bellum* Scythis fecit. quod id antea non providerat, nec statuerat, sicut contra Darium, Bessum, &c. Sed cum ad Tanaim seu Iaxartem, urbem condere statuisset, & Scythæ obniterentur, coactus est ex improviso movere in Scythas. alii vero reges seu Ægypti, seu Syriæ, seu Medorum & Persarum ex instituto, nec lacessiti quidem, Scythis ingentes exercitus infudere. Hactenus Raderus. haud absurde. Freinshemio olim in mentem fuit, legendum esse *primum* adverbialiter, unde hic resultet sensus: Alexander cum nova gente, nec injuria nec beneficio cognita, tum primum bellum, idque ex improviso oblatum, gesturus, amicos convocat. Nec magnopere curat, quod ubique libri *primus* tenent. Profectum enim id antiquitus à quodam sciolo, qui noverat substantivum & adjectivum eodem casu jungi, nec ferebat ita dici *Primum Alexander*, sed *Primus Al.* Eadem causa corrumpendo fuit Livio 36. 25. de Damocrito: *majus victoribus gaudium traditum fuit.* Scripsit enim Liv. *traditus fuit.* Eadem forma noster supra 7. 5. *Spitamenes eum tenebat, &c. gratum spectaculum.*

6 *Docere*] Hoc est præcipere quid in quoque casu faciendum esset, quod non poterat commode fieri, si ipse non interesset agmini. quandoque enim subitum consilium res poscebat: ut in illo Panico tumultu supra 4. 12. Non igitur audiam, si quis hic rescribat *ducere.* Freinsh.

luisset effugere. "*vix suos credere non simulari valetudi-*
8 *nem.* Itaque qui post Darium victum ariolos & vates consulere desierat; rursus ad superstitionem, humanarum gentium ludibria, revolutus, *Aristandrum*, cui credulitatem suam addixerat, *explorare eventum rerum sacrificiis* jubet. Mos erat aruspicibus exta sine
9 rege spectare; & quæ portenderentur, referre. Inter hæc Rex, dum fibris pecudum explorantur eventus latentium rerum, *propius ipsum considere amicos* jubet, *ne contentione vocis cicatricem infirmam adhuc rumperet.* Hephæstion, Craterus, & Erigyius erant
10 cum custodibus in tabernaculum admissi. 'Discrimen, inquit, *me occupavit meliore hostium, quam meo tempore.*

INTERPRETATIO.

a *Macedones tantum non putare morbum* ab ipso *fingi.*

b *Bellum mihi exortum est, tempore hostibus opportuniore quam mihi.*

NOTÆ.

8 *Rursus ad superstitionem*] Idem vitium in eo deinceps penitus invaluit, teste Plutarcho cap. 127. postquam ejus animus semel religione obstrictus fuit, etiam levissima quæque & à communi consuetudine utcunque aliena, in prodigium traxit. itaque sacrificantium, expiantium, vaticinantium, plena esse regia. *Sic apud Livium* 1. 31. *Hostilius*, qui nihil ante ratus esset minus regium, quam sacris dedere animum, [longinquo morbo implicitus] repente omnibus magnis parvisque superstitionibus obnoxius degit, religionibusque etiam populum implet. *Idem in sese urbane excusavit Cleomenes.* Nam diuturno vexatus morbo, cum animum lustratoribus nonnullis atque ariolis, de quibus ante diversum sensérat advertéret, miranti factum: Quid, ait, miraris? non sum idem qui ante; mutavi itaque & sententiam mutavi. Plut. Lacon. apophth. cap. 75. Ceterum etiam lectionem Curtiani loci turbant. Sunt enim libri, in quibus pro *mentium* reperias *gentium.* forsan utrumque spurium est; legendumque opinatur Freinshemius, *ad superstitionem vanarum ludibria revolutus.*

Sine rege spectare] Videntur & Romanis sine Imperatore. Inde enim frequens phrasis, *exta nunciare*, ut apud Sueton. Cæs. 77. *Haruspices tristia & sine corde exta sacro quodam nunciante.* Ita nec auspiciis intererant, claro pullarii exemplo apud Livium 10. 40. qui *auspicium mentiri ausi, tripudium solidissimum consuli nunciavit.* Reperias tamen ubi ipsi interfuerint. Nam & Pertinax, ut scribit Capitolin. cap. 11. *cum omen lævum vellet præcavere, caput extorum non deprehendit.* Sic & apud Veientes ipsum regem exta prosecuisse colligo ex Livio 5. 21. Sic apud Tacitum H. 4. 53. Helvidius; H. 1. 27. Galba; apud Livium 29. 27. Scipio; apud Sueton. August. 1. Octavius, interfuerunt exspicio. *Freinsh.*

10 Sed

pore. Sed neceſſitas ante rationem eſt: maxime in bello, quo raro permittitur tempora eligere. Defecere Bactriani, 11
[a] in quorum cervicibus ſtamus; & [b] quantum in nobis animi ſit, alieno Marte experiuntur. Haud dubie ſi omiſerimus Scythas ultro arma inferentes; contempti ad illos, qui defecerunt, revertemur. Si vero Tanaïm tranſierimus, & 12
ubique invictos eſſe nos Scytharum pernicie ac ſanguine oſtenderimus; quis dubitabit patere etiam Europam victoribus? Falli-

INTERPRETATIO.

a *Quorum colla* ſervitute *premimus.*

b *Scytharum bello probare* volunt *quanta virtus noſtra ſit.*

NOTÆ.

10 *Sed neceſſitas ante rationem eſt: maxime in bello*, &c.] *Tempori parendum*, Fl. Theodoſius Iunior uſurpare eſt ſolitus. Repetit noſter infr. 8. 4. 11. eandem ſuam ſententiam. Qua etiam Clapmar. de arcan. 1. 22. firmat opinionem ſuam, damnoſum & ſtultum eſſe, ducibus adimere liberam adminiſtrationem belli, iiſque præſcribere, prælio contendere debeant nec ne, idque illo vel illo loco aut tempore, cum ratio belli hoc non permittat. Nam ut apud Herodot. 7. 49. ſapientiſſime Xerxem monet Artabanus: *homines in arbitrio fortuitorum, non fortuita in arbitrio hominum eſſe.* Longe autem ſtultius veteres, qui ob ſuperſtitionem, niſi addicentibus auſpiciis, pugnare verebantur, plurimis exemplis eorum, qui ſic vicerunt: nonnullis & horum qui per ejuſmodi ludibria falſæ religionis maximas incurrerunt calamitates. Nam & Flaminius, Marcellus, Lucullus, aliique contemptis hoc genus obſervatiunculis proſpere pugnaverunt. & Germani apud Cæſar. de Bell. Gall. 1. 50. inſigni clade affecti ſunt, quod ſibi perſuaſiſſent, non eſſe fas Germanos ſuperare, ſi ante novam Lunam prælio contendiſſent. Tamen *ut Macrob. Saturn. 1. 16. notat*, ſciendum eſt, eligendi ad pugnam diem Romanis non fuiſſe licentiam, ſi ipſi inferrent bellum: at cum exciperent, nullum obſtitiſſe diem, quo minus vel ſalutem ſuam, vel publicam defenderent dignitatem. Quis enim obſervationi locus, cum eligendi facultas non ſuperſit? Atque idem fere Iudæis poſt Machabæorum monita fuit obſervatum. De captanda temporis opportunitate ſunt etiam Lipſii monita Polit. 5. 16. Ex quibus intelligas, quid ſibi voluerit acerrimus ducum Corbulo apud Tacit. 11. 20. cum Claudii mandata cœptis ejus intercederent; *beatos quondam duces Romanos!* Freinsh.

Neceſſitas] Videtur auctor ante oculos habuiſſe præclarum illum Thucydidis locum lib. 1. *Belli progreſſus non ſemper certa ratione ac lege fieri, ſed ipſum per ſe in ſingulis occaſionibus oblatis multa comminiſci.* Aurengius ad Carolum VIII Regem Galliæ apud Guiciardinum lib. 2 Hiſt. *In omnibus humanis rebus, ac bellicis præſertim, conſilia ſæpe ex neceſſitate capienda ſunt.* Non itaque certum tempus ac definitus pugnandi modus imperatoribus ſemper præſcribi poteſt. *Loccenius.*

11 *Haud dubie, ſi omiſerimus Scythas*] Acidalius lectionem aliorum codicum amplexus, ita diſtinguit: *alieno Marte experiuntur, haud dubia fortuna. Si omiſerimus*, &c. ut ſit ſenſus, Bactrianos animum Macedonum alieno periculo experiri, neque fortunam belli extimeſcendam habere, qui eam tendent diſcrimine aliorum. Quæ conjectura & Radero proba videtur, & Freinshemio non improba.

14 *Tro-*

13 *Fallitur, qui terminos gloriæ noſtræ metitur ſpacio, quod tranſituri ſumus. Vnus amnis interfluit, quem ſi trajici-*
14 *mus, in Europam arma proferimus. Et quanti æſtimandum eſt; dum Aſiam ſubigimus, in alio quodammodo orbe trophæa ſtatuere: & quæ tam longo intervallo natura videtur diremiſſe, [a]una victoria ſubito committere?*
15 *At hercule ſi paululum ceſſaverimus; in tergis noſtris Scythæ hærebunt. An ſoli ſumus qui flumina tranſnare poſſumus? Multa in noſmetipſos recident, [b]quibus ad-*
16 *huc vicimus. Fortuna, belli artem victos quoque docet. Vtribus amnem trajiciendi exemplum fecimus nuper: hoc*
17 *ut Scythæ imitari neſciant, Bactriani docebunt. Præterea unus gentis hujus adhuc exercitus venit, ceteri exſpectantur.*

INTERPRETATIO.

a *Repente unica victoriæ beneficio conjungere.*
b *Quorum ope hactenus victores ſumus.*

NOTÆ.

14 *Trophæa ſtatuere*] Diodorus Siculus 16. 87. affirmat trophæum de victis Athenienſibus erectum. & 16. 4. de fuſis Illyriis. niſi velis Siculum quoque ἀνιέρως locutum, ut & Herodianum, ubi urbem ad Iſſum exſtructam, *trophæum* Alexandri improprie nominat. Suffragatur Siculo & Herodiano etiam Philoſtrat. de vita Apollon. l. 2. extremo, qui diſertiſſime arcum triumphalem apud Indos ab Alexandro erectum, ubi Porum vicit, teſtatur. *Raderus.*

Vna victoria ſubito committere] Eundem ſenſum expreſſit Florus 2. 2. in pari animo pop. Romani. Quum videret opulentiſſimam in proximo prædam, &c. adeo cupiditate ejus exarſit, ut quatenus nec mole jungi, nec pontibus poſſet, armis belloque jungenda, & ad continentem ſuum revocanda videretur.

16 *Fortuna, belli artem victos quoque docet*] Quod reputans Lycurgus legem tulit verantem eoſdem hoſtes ſæpius impugnare, ne repugnare aſſuefacti, ipſi quoque bellicoſi evaderent. *Plutarch. in Lycurgo cap.* 24. & *apophth. Lacon.* c. 90. Itaque inferioribus temporibus Antalcidas Ageſilao vulnerato dixit, præclara eum doctrinæ præmia à Thebanis reportare, quos invitos exercuerit, docueritque bellum gerere. *Sic apud Herodian.* l. 11. Aquileienſes magis magiſque indies virium atque animorum implebantur, aſſiduitate pugnandi peritiam pariter audaciamque conſequuti. *Vide Perizonium ad iſta Taciti* 1. 10. Pompeium imagine pacis deceptum. Tacitus 5. Hiſt. *A Pompeio expugnatæ metus atque uſus pleraque monſtravere.* Plura Zevecotius in Flori lib. 2. cap. 3. & Foritnerus in C. Tacitum p. m. 36. 37. eruditis & verè Politicis uterque Notis. Si vero conſilia arteſque noſtras adverſariis cognitas intellexerimus, diſpoſitionem mutare convenit. Veget. de re milit. 3. 26.

17 *Ba*

stantur. [a] *Ita bellum vitando alemus; & quod inferre possemus, accipere cogemur. Manifesta est consilii mei ratio: Sed an permissuri sint Macedones animo uti meo,* 18
dubito; quia ex quo hoc vulnus accepi, non equo vectus sum, non pedibus ingressus. sed si me sequi vultis, 19
valeo, amici. Satis virium est ad toleranda ista. aut si jam adest vita mea finis, in quo tandem opere melius exstinguar? Hæc quassa adhuc voce subdeficiens, vix 20
proximis exaudientibus dixerat; quum omnes à tam præcipiti consilio regem deterrere cœperunt. Eri- 21
gyius maxime: qui haud sane auctoritate proficiens apud obstinatum animum; [b] superstitionem, cujus potens non erat rex, incutere tentavit; dicendo *deos quoque obstare consilio; magnumque periculum, si flumen transisset, ostendi.* Intranti Erigyio tabernaculum 22
regis Aristander occurrerat, *tristia exta fuisse* significans: hæc ex vate comperta Erigyius nunciabat. Quo inhibito, Alexander, non ira solum, sed etiam 23
pudore confusus, quod superstitio, quam celaverat, detegebatur; *Aristandrum vocari* jubet. Qui ut ve- 24
nit, intuens eum; *non rex*, inquit, *sed privatus sum. sacrificium ut faceres, mandavi. quid eo portenderetur, cur apud alium, quam apud me professus es? Erigyius arcana mea & secreta te prodente cognovit. Quem certum*

INTERPRETATIO.

a *Bellum* Scythicum *accersemus* illud *fugiendo, & quod* nunc *incipere primi possumus*, postea *sustinere cogemur* illatum.

b *Superstitiosum metum, cui rex summe obnoxius erat, injicere conatus est.*

NOTÆ.

17 *Ita bellum vitando alemus,* &c.] Tacit. 3. 41. *Tiberius aluit dubitatione bellum.* Sic & Livii 31. 15. judicio, Attalus Rhodiique, *gaudentes utrumque composita cum Philippo pace, &c. bellum aluere.* Velut olim Massilienses, de quibus Florus 4. 2. *Misera Massilia, dum cupit pacem, belli rectu in bellum incidit.* Itaque ubi pax magis timetur quam speratur, tutius est, post Deum, in armis justis præsidium, quibus tamen pax fida quæratur. *Lucenius.*

23 *Pudore*] Videbat enim multorum esse sententiam, quæ & Flaminii apud Silium 5. 124.

—de-

tum mehercule habeo extorum interprete ali metu fixo.
25 *Tibi autem quam potest, denuncio, ipse mihi indices, quid ex extis cognoveris; ne possis inficiari dixisse, quæ*
26 *dixeris.* Ille exanguis attonitoque similis stabat, per metum etiam voce suppressa: tandemque eodem metu stimulante, ne regis exspectationem moraretur; [a] *magni*, inquit, *laboris, non inviti discrimen instare*
27 *prædixi.* [b] *nec mea ars, quam benevolentia me perturbat. Infirmitatem valetudinis tuæ video, & quantum in ea te sit scio. Vereor ne non præsenti fortunæ tuæ sufficere*
28 *possis.* Rex jussum *confidere felicitati suæ* remisit. *Sibi*
29 *enim ad alia gloriam concedere deos.* Consultanti deinde

INTERPRETATIO.

a *Laboriosum, sed non infaustum bellum immineret.*
b *Plus me sollicitum facit amor* tui, *quam quæ arte mea prospicio.*

NOTÆ.

——— *deforme sub armis*
Vana superstitio.

24 *Interprete ali*] Sic restituo ex Mss. hactenus longe deterius: *Quem certum mehere. habeo exterum interpretem metu suo.* Quod de metu ait, in eo & Claudianum habet assertorem, de bello Getico vers. 262.

Sed malus interpres rerum metus, omne trahebat
Augurium pejore via.

Hinc & Onosandri Strategicus c. 24. monet, ὅτι ὁ φόβος ψεύδης μάντις ἐστὶν, hoc est, metum falsum esse vatem. quod & noster jam attigit supra 4. 10. *ubi vera explorari non possunt, falsa per metum augurantur.* ubi conjeci leg. *figurantur*; quod nec dum displicet. licet enim *augurare* sæpe reperias, ut apud Sidonium epist. 8. 6. in simili argumento, *promptius de actionibus longinquis ambigendisque finistra quæque metus augurat*: tamen, ut citato loco recte monet Rad. *augurari* πανταχοῦ positū, vix ac ne vix quidem reperias. *Freinsh.*

25 *Quam potest*] Priora exemplaria *sæpius quam potest.* Sed merito *sæpius* proscripsit Modius ex glossemate insertum; hoc vero elegantes, *tibi quam potest, denuncio.* Raderus.

26 *Voce suppressa*] Sic apud Tacit. Hist. 1. 42. de T. Vinio *ambigitur, an sumpserit ne vocem ejus instans metus.*

Ne regis] Haud procul abludunt ista Taciti nostri 3. 67. *sæpe etiam confitendum erat, ne frustra quæsivisset.*

27 *Perturbat*] Alii, *magis perturbat.* sed potest abesse. & apud Tacitum quidem solet. de Curtio ambigerem nisi Modii correctionem, nam eam vocalem primus rejecit, Constantiensi quoque Ms. niti testaretur Raderus, Lipsiusque inter ejus locutionis exempla produceret ad Tacit. H. 3. 8. & Vechnerus Hellenolex. 1. 5. in quibus plurima variorum auctorum testimonia.

28 *Felicitati suæ remisit*] Idem ille Alexandri dicta factaque æmulus Cæsar inculcavit trepido gubernatori, cum speculatorio navigio solus Brundisium trajiceret; *quid times? Cæsarem vehis.* Flor. 4. 2. Lucan. 5. 580.

Sibi enim ad alia gloriam concedere deos] Locus hic Cimmeriis tenebris involutus, singulari face & luce indiget. Fecit hunc obscuriorem Modius omisso verbo *remisit*, quod in antiquis

de cum iisdem, *quonam modo flumen transirent?* supervenit Aristander, *non alias latiora exta vidisse se* adfirmans: *utique prioribus longe diversa. tum solicitudinis causas apparuisse; nunc prorsus egregie litatum esse.* Ceterum quæ subinde nunciata sunt regi, " continuæ felicitati rerum ejus imposuerant labem. Me- 30 nedemum, ut supra dictum est, miserat ad obsidendum Spitamenem Bactrianæ defectionis auctorem. Qui comperto hostis adventu, he muris urbis includede- 31

INTERPRETATIO.

a *Perpetuam prosperitatem bellorum ipsius* aliquo *dedecore corruperant.*

NOTÆ.

quis exemplaribus legitur, & aliis mutatis. Vetus scriptura habet: *Rex Jus. e. f. sua remisit, sibi enim*, &c. Potest hic sensus elici: Rex Aristandrum, remissum ad periclitandum, jussit habere bonum animum, neque ex inspectis extis tristia ominari; sibi extra ordinem favere deos, & ostenta sacrificiorum negligere, studereque felicitati & gloriæ suæ, quod alias sæpe factum senserit. Sed obstrepit Modius, cui respondentem Acidalium audiamus. *Modius*, inquit, *pro sua sapientia locum sic ait constituisse: Rex jusso conf. f. sua ait, alia sibi ad glor.* &c. cui male tamen adhuc esse, quoniam pessime fuerit, nec satis dum conditum, vel ad publici saporis, vel eruditissimorum palatum. Est ita vero: sed ad gustum acriorem subtilioremque hominum delicatorum nos cum temperare non possumus, nisi è vulgari ac damnata lectione vocem pro insipida derelictam condimenti vicem iterum accersamus, tum de nostro superaddamus aliquid, &c. Vulgo est: *Rex jussum conf. f. sua remisit. Sibi enim ad alia glor. concedere deos.* Revocamus inde verbum *remisit*, quod necessarium. nam remittebat Aristandrum rex ad sacrificium iterandum, si perlitari posset. Reliqua leviter mutamus, & sic scribimus: *Rex jussum c. f. s. remisit: alios sibi ad glor. c. deos.* Alta & Alexandro digna sententia. quæ hæc, etiam alias mala omina & discrimina imminentia deos avertisse in gloriæ suæ gratiam. Alias quoque deos ipsa fata, ne gloriæ obsisterent suæ, immutasse, sive potius flexisse. Sæpe jam deos sibi cedere, ne gloriæ suæ cursus impediretur. Acquiesco, si non meæ interpretationi retentæque veteri lectioni, saltem Acidalii judicio & explanationi. *Raderus.* Forte commodus etiam oriatur sensus, si legas: *sibi & alia ad gloriam concedere deos.* ergone desperet; latiora quoque exta concessuros.

29 *Apparuisse*] Videlicet in extis. alii ediderunt *aperuisse*, quod quidem referre possis ad Aristandrum, sed non sine damno melioris sententiæ.

31 *Menedemum*] Ita quidem & supra 7.6. dixerat, sed longe aliter Arrianus 4.1. Ubi quidem & Menedemi facit mentionem, sed non ut summi ea in expeditione ducis. *Alexander adversus Spitamenem, Andromachum mittit & Menedemum, ac Caranum &c. His adjungit Pharnuchem.* quæ non tam adduco, ut in quo hi auctores discrepent, indicarem (id enim, cum per se cuilibet promptum sit cognoscere, supra etiam professus sum non facturum) quam, ut sensum suum restituam Arriano: quem obscurant illa; *His adjungit Pharnuchem.* puto enim tan-

deretur; [a] simul fretus excipi posse; qua venturum
32 sciebat, consedit occultus. Sylvestre iter aptum insidiis tegendis erat: ibi Dahas condidit. Equi binos armatos vehunt, [b] quorum invicem singuli re-
33 pente desiliunt: equestris pugnæ ordinem turbant. equorum velocitati par est hominum pernicitas. Hos Spitamenes saltum circumire jussos pariter & à late-
34 ribus, & à fronte, & à tergo hosti ostendit. Menedemus undique inclusus, ne numero quidem par, diu tamen restitit; clamitans *nihil aliud superesse locorum fraude deceptis, quam honestæ mortis solatium ex*
35 *hostium cede.* Ipsum prævalens equus vehebat, quo sæpius in cuneos barbarorum effusis habenis evectus,
36 magna strage eos fuderat. Sed quum unum omnes peterent, multis vulneribus exsanguis Hypsidem quemdam ex amicis hortatus est, *ut in equum suum ad-*

INTERPRETATIO.

a *Præterea cognitus occupari posse incautum, in insidiis sese occuluit.*
b *Quorum singuli alternatim* ex equo *descendunt.*

NOTÆ.

tantum adjunctum ut interpretem: nec injuria, nisi evidentissime ostenderet ipse Arrian. infr. 4. 1. Pharnuchi summam expeditionis fuisse creditam. Ergo illa verba, Ἐπιτάξαι ἑαυτῷ Φαρνούχῳ, valent: *imposuit:* sive *proposuit eis Pharnuchem.* Freinsh.

Qua venturum] Sic expressi cum Radero, cum non Bongarsio tantum & Acidalio, sed aliis etiam ita legendum absque dubitatione videretur.

32 *Sylvestre iter aptum insidiis tegendis erat*] Vtile præceptum Vegetii de præcavendis insidiis silvestris itineris lib. 3. cap. 22. *Multi cum ab hoste discedunt, si per silvas ituri sint, præmittunt* (speculatores & milites) *qui angusta vel abrupta occupent loca: ne ibidem patiantur insidias. Et rursus post se præcisis arboribus viam claudunt, quas concædes vocant, ut adversariis adimant facultatem persequendi.*

Binos armatos vehunt] Hic locus acceptissimus esse posset his qui pulcherrime de majoribus nostris mereri autumant, si Germaniæ possint accensere, quicquid ubique barbarorum fuit. Nam iste fere mos militiæ etiam inter nos olim obtinuit, ut ad Florum 4. 2. 28. ostendi, eo ipso argumento, contra Magni Viri sententiam, Cæsarianæ de Pompeio victoriæ gloriam Germanis nostris conatus asserere: in quo & faventem habeo Marcellin. 16. 26. Equitibus sparsim pedites miscuere discursatores & leves, profecto ratione tuta (an *tota*) poscente. Norant enim, licet prudentem ex equo bellatorem cum clibanario nostro congressum, fræna retinentem & scutum, hasta una manu vibrata, seminibus ferreis abscondito bellatori nocere non posse: peditem vero inter ipsos discriminum vertices, cum nihil caveri solet, præter id quod occurrit, humi occulte reptantem, latere forato jumenti, incautum

adscenderet, & se fuga eriperet. Hæc agentem anima defecit, corpusque ex equo defluxit in terram. Hy- 37
psides poterat quidem effugere; sed amisso amico mori statuit. una erat cura ne inultus occideret. Itaque subditis calcaribus equo in medios hostes se immisit, & memorabili edita pugna obrutus telis est. Quod 38
ubi videre, qui cædi supererant; tumulum paulo quam cetera editiorem capiunt. quos Spitamenes fame in deditionem subacturus obsedit. Cecidere eo 39
prælio peditum I I millia, C C C equites. Quam cladem Alexander solerti consilio texit, *morte* denunciata iis, qui ex prælio venerant, *si acta vulgassent.*

NOTÆ.

rectorem præcipitem agere, levi negotio trucidandum. *Nec omitto insignem Cæsaris locum de B. Gall.* 1. 48. Equitum (*Arioviſto*) millia erant 6. totidem numero pedites velociſſimi, ac fortiſſimi, quos ex omni copia ſinguli ſingulos, ſuæ ſalutis cauſa, delegerant. cum his in prœliis verſabantur: ad hos ſe equites recipiebant: hi, ſi quid erat durius, concurrebant: ſi qui, graviore vulnere accepto, equo deciderant, circumſiſtebant: ſi quo erat longius prodeundum, aut celerius recipiendum, tanta erat horum exercitatione celeritas, ut jubis equorum ſublevati curſum adæquarent. Olim tamen apud Romanos idem fere uſurpatum Livius 26. 4. tradit. *Freinsh.*

36 *Hac agentem*] Sive *aientem*, Acidalius.

39 *Quam cladem Alexander ſolerti conſilio texit*] Hoc congruit Cæſaris monito: Vt corporis vulnera, ita exercitus incommoda eſſe tegenda: ne ſpem adverſariis augeamus. In tempore tamen de remedio cogitandum. *Lectori.*

Morte denunciata iis] Elegans eſt caput apud Frontin. 2. 7. de diſſimulandis adverſis. *Raderus.* Merito autem hoc Alexandri conſilium laudat Curtius, cum detecta clades metum injectura fuerit militibus; nulli autem rei uſui futura. E contrario idem Vitellii conſilium (tantum valet temporis, loci aliarumque rerum diverſitas) haud minus merito culpat Tacit. H. 3. 54. Ergo probe videndum, ea res pluſne damni nobis allatura ſit, an commodi, ut pro tempore conſilia noſtra moderemur. *Freinsh.*

CAP. VIII.

Dum exercitus ad bellum accingitur, Scytharum legati adveniunt, et de pace prorsus egregiam ad Alexandrum orationem habent.

1 CETERVM quum animo disparem vultum diutius ferre non posset; in tabernaculum super ripam fluminis de industria locatum
2 secessit. Ibi sine arbitris singula animi consulta pensando, noctem vigiliis extraxit, sæpe pellibus tabernaculi adlevatis, ut conspiceret hostium ignes, è quibus conjectare poterat, quanta hominum multi-
3 tudo esset. Iamque lux adparebat, quum thoracem indutus procedit ad milites, tum primum post
4 vulnus proxime acceptum. Tanta erat apud eos veneratio regis; ut facile periculi, quod horrebant,
5 cogitationem præsentia ejus excuteret. Læti ergo & manantibus præ gaudio lachrymis, consalutant eum; & quod ante recusaverant bellum, feroces deposcunt.
6 Ille *se ratibus equitem phalangemque transportaturum esse*
7 pronunciat; *super utres* jubet *nare levius armatos.* Plura nec dici res desideravit; nec rex dicere per vale-
8 tudinem potuit. Ceterum tanta alacritate militum rates junctæ sunt, ut in triduum ad XII millia effectæ sint. Iamque ad transeundum omnia aptaverant, quum legati Scytharum XX more gentis per castra equis vecti, *nunciari* jubent *regi*, *velle ipsos ad*
9 *eum mandata perferre.* Admissi in tabernaculum, jussique

NOTÆ.

3 *Thoracem indutus*] Quem alias tantum in discrimine, nec fere nisi rogatu amicorum, sumere solebat, supra 4. 13. at nunc induit ad spem militis intendendam, si videret regem jam laboribus bellicis parem esse. *Freinsh.*

5 *Læti ergo & manantibus præ gaudio lachrymis*] Pari exultatione Alcibiadem post exilium à plerisque populanium fuisse susceptum tradunt Xenophon Ἑλλ. lib. 1. & Iustin. 5. 4. Sic de Tib. Cæsare Velleius lib. 2. *Militum, aspectu ejus, elicita gaudio lachryma alacritasque & nova quædam salutationis exultatio & contingendi manum cupiditas.*

8 *Scytharum*] Hos Germanos fuisse scribit Aventinus lib. 1. *Adfuerunt &*

ſique *conſidere*, in vultu regis defixerant oculos, credo quia magnitudine corporis animum æſtimantibus modicus haudquaquam famæ par videbatur. [a] Scythis autem non ut ceteris barbaris rudis & inconditus ſenſus eſt: quidam eorum ſapientiam capere dicuntur, quantamcumque gens capit ſemper armata. Sicque loquutos eſſe apud regem memoriæ proditum eſt. Abhorrent forſitan moribus noſtris & tempora & ingenia cultiora ſortitis, ſed ut poſſit oratio eorum ſperni, tamen fides noſtra non debet, [b] quæ utcumque tradita ſunt, incorrupta perferemus. Igitur unum ex his maximum natu ita loquutum ac-

ce-

INTERPRETATIO.

a *Scytha porro non agreſti & inculto ſunt ingenio, ut reliqui barbari.*

b *Qui* eorum verba, *quoquo modo ſcripta* à veteribus, *nihil mutando referemus.*

NOTÆ.

& Germanorum Orientalium (quos Sarmatas & Scythas ſcriptores rerum, nos Venedos, ipſi ſe Sclavos vocant) oratores.

9 *Modicis*] Veteres una voce auctiores; *Modicus animus.* eam ſtatim exturbavit Modius. at melius Acidal. qui correxit legitque *modicus habitu.* quæ vox & alibi in noſtro ſimili narrationi deſervit. Niſi forte rectius ex Mſſ. ubi eſt, *mod. annit*, aut *animis quamquam*, fiat, *modicus animi, quam fama par videbatur*, hoc eſt, mod. animi potius, quam famæ par. *modicis animi* ſicut apud Tacit. H. 1. 53. *immodicus animi.*

10 *Vt ceteris barbaris*] De qua re inſigne teſtimonium Herod. 4. 46. quem credo reſpicit noſter: *Pontus Euxinus nationes exhibet omnium imperitiſſimas, Scythica duntaxat excepta*, &c. & certe quæ tam hic quam in aliis auctoribus de hac gente leguntur, non infimam ingenii ſapientiæque vim, præſertim in acutis, & interdum ænigmaticis eorum aut ſermonibus, aut reſponſionibus, aut etiam factis, oſtendunt. *Freinsh.*

11 *Sicque loquutos*] Putes ſtatim incipere orationem Scytharum, ſicut & in Aldina editione notatum eſt. & ſane verba hæc id requirerent: at quæ proxime ſequuntur haud dubie nullam orationis ejus partem faciunt. Sed mox iterum repetitur, *unum ita locutum accepimus.* Quæ indicia facile detexiſſent hujus loci vitium: ſed accedunt Mſſ. in quibus: *Si qua loquutos*, &c. & mox *abhorrent*, non *abhorrentia.* Videtur itaque legendum: *Si qua loquutos e. a. r. m. proditum eſt, abhorrent f. m. n. e. t. e. i. e. ſortitis; ut poſſit*, &c. *Idem.*

Oratio eorum ſperni] Scytharum oratio apud Græcos etiam in proverbium abiit, ut rudis, inculta, & nihil præ ſe ferens humanitatis. ad id reſpexit Curtius. Originem hujus referunt, quod Scythæ Dario Perſarum regi poſtulanti, ut ſibi parerent, nihil aliud reſponderint, quam κλαιειν, id eſt, plorare. *Popma.*

Quæ utcumque] Vere conjecit Bongarſius,

cepimus. *Si dii habitum corporis tui aviditati animi parem esse voluissent; orbis te non caperet: altera manu Orientem; altera Occidentem contingeres. & hoc adsequutus scire velles,* 13 *[a]ubi tanti numinis fulgor condereturSic quoque [b]concupiscis, quæ non capis. Ab Europa petis Asiam; ex Asia transsit*

INTERPRETATIO.

a *Quo se solis lumen reciperet* in occasu.
b Plura *expetis quam continere* possis.

NOTÆ.

garsius, *qui utcumque.* Freinshemius etiam omisso verbo substantivo, sic ista concipit; *qui utcumque tradita incorrupta perferemus.* Sic de se Tacit. 15. 53. *Nobis quoque modo traditum non occultare in animo fuit.*

12 *Si dii habitum*] In his orationibus non facit Curtius, quod in exponendis Iustini Imp. verbis profitetur Simocatta 4.3. nolle se *dictionis simplicitatem expolire: nec quod minus elegantèr prolatum est, in formam aliam commutare: sed nuda ejus verba suis narrationibus intexere.* Quod tamen nec ipsum ubiq; decet, sed delectu opus est: & utrobique fere peccari solet. *Freinsh.*

Altera manu Orientem] In animo habuit fabulam Typhonis, cujus *manuum altera ad Hesperum usque, & altera ad Orientem pertinebant.* Apollodor. lib. 1.

Tanti numinis] Non placet ut *nominis* legas, ut nonnemo putat, quamvis apud Ovid. Trist. 5. 13. v. 39. legas:

Nominis & famæ quondam fulgore trahebar.

Nec Aventini scriptura arridet, qui pro *tanti numinis* posuit *solis.* Bene habet usitata lectio. Sensus est; si totum orbem occupares, quæreres ubi tui numinis gloriam & fulgorem finires & conderes. pro numine enim se gerebat, & coli passim volebat. & majus numen apparuisset, si totum orbem subegisset. Hermolaüs inf. 8.7. *Si quis deorum ante Iovem haberetur, fastidires etiam Iovem.* Rad. Cujus de lectione sententiam probo; de sensu non item. Aventinum potius sequor, qui explicavit vicario verbo mentem Curtii, quid per tantum numen intelligat. Non enim hercule Alexandrum, nec illi fulgorem suum condi volebat, aut finiri, sed sine modo terminoque clarere. Solem ergo innuit, quem & à Scythis cultum, vel ex Herodoti extremo lib. 1. satis constat. & nisi fallor, his verborum involucris Oceanum designant, quem & ipsum studiosa cura lustrare mox cœpit Alexander; ibi enim condi solem veteres crediderunt. Et de poëtis quidem ita notum est, ut nihil æque. nec tamen ipsorum hoc figmentum fuit, sed gentium consensus. Vide quæ notat Lipsius ad Tac. Germ. 45. Qua etiam mente *conscium occidui solis Oceanum* nominat Mamert. paneg. cap. 2. Vt autem Oceano Gadirano occasum solis, ita Indico ortum tribuerunt, qui uterque locus est, ubi tanti numinis fulgor ipsorum opinione condebatur. Hic sensus inest illis Alexandri: *pervenimus ad Solis ortum, & Oceanum, nisi obstat ignavia.* Id autem Scythis absurdum vanumque videbatur, fortassis & impium. nam & Florus 2.17. ait, Dec. Brutum *cadentem in maria solem, obrutumque aquis ignem, non sine quodam sacrilegii metu & horrore deprehendisse.* Freinsh.

13 *Concupiscis, quæ non capis*] De Parmenione Alexander lib. 6. Curtii: *Majora quam capit spirat.* Infeliciter autem desiderantur, quæ capi nequeunt; felicius, quibus fis ferendo. vide de Antiocho Valer. 4. 1. *Lucr.*

Du-

tranſis in Europam : deinde ſi humanum genus omne ſuperaveris , cum ſylvis & nivibus , & fluminibus , ferisque beſtiis geſturus es bellum. Quid tu , ignoras ARBORES magnas diu creſcere ; una hora extirpari? Stultus eſt , qui fructus earum ſpectat , altitudinem non metitur. Vide ne dum ad cacumen pervenire contendis ; cum ipſis ramis , quos comprehenderis , decidas. Leo quoque aliquando minimarum avium pabulum fuit : & ferrum rubigo conſumit. nihil tam firmum eſt , cui periculum

NOTÆ.

Deinde] Cogita an non *Denique* pro *Deinde*. Acidalius.

14 *Arbores magnas diu creſcere ; una hora extirpari*] Hoc genus ſimilitudines occinit Xerxi patruus Artabanus apud Herodot. 7. 10. *Vides ut pragrandia animalia fulmine deus ferit , nec ſinit inſoleſcere : parva vero nihil ladit ? Vides ut magna ſemper adificia magnaſque arbores hujuſmodi fulminum tela percutiunt ?* Horat. l. 2. Carm. Od. 10. v. 10.

——— *celſa graviore caſu*
Decidunt turres ; feriuntque ſummos
Fulmina montes.

Exemplo memorabili ſit Nabuchodonoſor, magnæ arbori comparatus Ezech. 31. Dan. 4. Sed faſtigio regio ob faſtum dejectus. Lucianus lib. 1. Antholog. in Fortunam :

Οὐ δρύον, ἢ μαλάχλω δημάς ποτε, πὰς ὃ μεγίστα.
Hæ δρύας, ἢ πλατάνους οἶδε χαμαὶ κατάγειν.
Adſpicis ut ſoleat quercus platanoſque procerας ,
Non malvam aut juncum ſternere ventus humi.

Ita ſuperbi & elati animi, non humiles caſibus obnoxii ſunt. Scimus picturis proceratum arborum adſcriptum à nonnullis : *Noli altum ſapere ; ſed time.* quæ verba ex epiſtola Pauli ad Roman. cap. 11. verſ. 20. deprompta ſunt. Hoc ſuperbi ſibi dictum putent, ne faſtus eos dejiciat, ut ventus ac fulmen altas arbores. *Lotten.*

Stultus eſt, qui fructus earum ſpectat] Lege : *qui fructus earum affectat*. Faber.

15 *Leo*] A leonis, aliorumque animantium robore argumentum ſumpſit & mimus ille, qui Maximino ſubindicabat argute, non eſſe fidendum robori, quo ille ſtolide ferox erat :

Elephas grandis eſt & occiditur :
Leo fortis eſt , & occiditur :
Tigris fortis eſt, & occiditur.

Capitolin. in Maxim. cap. 9. Leones autem etiam à culicibus magnopere vexari , qui & mortis cauſam eis præbeant, teſtatur Marcell. 18. 17. *Freinsh.*

Rubigo] Ovid. de Ponto 1. 1.

Roditur ut ſtabra poſitum rubigine ferrum.

Elegantèr Plinius 34. 14. Obſtitit eadem naturæ benignitas , exigentis à ferro pœnas rubigine , eademque providentia , nihil in rebus mortalius facientis quam quod infeſtiſſimũ mortalitati. *& mox :* A ferro ſanguis humanus ſe ulciſcitur. contactum namque eo, celerius ſubinde rubiginem trahit. *Mirum eſt, quod idem Plinius* 34. 15. *refert :* Extare ferream catenam apud Euphratem amnem, in urbe quæ Zeugma appellatur, qua Alexander Magnus ibi vinxerat pontem ; cujus annulos, qui refecti ſunt , rubigine infeſtari, carentibus ea prioribus.

Nihil tam firmum eſt] Non eſt, quod quis viribus aut robore ferociat, quum natura nihil voluerit eſſe ſine pari. Quin validiſſimis etiam ab invalidis ſæpe periculum eſſe , exemplum in

16 *lum non ſit etiam ab invalido. Quid nobis tecum eſt? nunquam terram tuam attigimus. Qui ſis, unde venias, licetne ignorare in vaſtis ſylvis viventibus? Nec ſervire*
17 *nulli poſſumus; nec imperare deſideramus. Dona nobis data ſunt, ne Scytharum gentem ignores, jugum boum, aratrum, & ſagitta, & patera. His utimur & cum amis-*
18 *cis, & adverſus inimicos. Fruges amicis damus boum labore quæſitas: Patera, cum his vinum diis libamus: Inimi-*

NOTÆ.

animalibus brutis habemus. in culicibus & gallo gallinaceo leoni, ſcarabæo aquilæ, ſcorpio piſciculo thynnis, ichneumone crocodilo infeſtis. vide Voſſium lib. 15. Theolog. gentil. c. 59. & Eraſmi Colloquia in Amicitia. Nec in brutis ſolum, ſed etiam hominibus exempla dantur: in Goliatho gigante à Davide proſtrato: in Ionathane filio Saulis cum armigero ſuo viginti hoſtium cæſente; idque vi divina in ultionem inſoleſcentis potentiæ ac roboris. Vt nunc prætercam illos, qui parva manu ſæpe magnas hoſtium copias fuderunt. Seneca l. 3. de ira c. 28. *Imbecillos valentiſſimis alius dolor, alius caſus exæquat.* Et cap. 42. *Quid imbecillitatis obliti ingentia odia ſuſcipimus, & ad frangendum fragiles conſurgimus?* Loccenius.

Ab invalido] Vere enim Seneca de ira 3. 28. *Nihil tam imbecille natum eſt, ut ſine elidentis periculo pereat.* inde à contemptiſſimis animalibus haud ignobiles populos patriis ſedibus fuiſſe pulſos, notatum eſt ad Iuſtin. 15. 2.

16 *Sylvis*] Aventinus lib. 1. ubi verba hæc recenſet, adjicit *paludibuſque*: quod ſi ex libro quopiam haberet, quod ut ſit vereor, non rejicerem.

Nec ſervire ulli poſſumus; nec imperare deſideramus] Plinius lib. 16. nat. hiſt. cap. 1. ubi Scytharum tenuem ſortem deſcripſit, addit: *Et hæ gentes ſi vincantur hodie à populo Romano, ſervire ſe dicunt.* Seneca lib. 2. de ira cap. 15. *Omnes iſta feritate libera gentes leonum luporumque vitæ, ut ſervire non poſſunt, ita nec imperare.* Attamen modeſtioris voti ſunt, quam illi quibus non placet libertas niſi cum imperio vel dominatu; de quibus Tacitus lib. 4. Hiſt. *Pleraque civitates adverſum nes armata ſpe libertatis, & ſi exuiſſent ſervitium, cupidine imperitandi.* Confer Ariſtotelem 7 Polit. 14. *Loccen.*

17 *Dona nobis data ſunt*] Acidalius legit, *Bona nobis data ſunt.* quam conjecturam mirifice commendat Raderus. Nec enim vult dona fuiſſe data ab his Scythis Alexandro. quod quidem etiam in animo habuiſſe apparet Bongarſium, cum conjiceret induci debere tria verba; ut eſſet: *Nobis ſunt, ne Scytharum gentem ignores*: quod placeat præ illo. Paſchal. legati cap. 5. putat optionem hic dare Scythas Alexandro, bellum an pacem cum iis habere malit. Sed optime locum explicat Loccenius. cujus verba ſubjicio: *Male*, inquit, *excuſum*, dona à nobis data ſunt. *Horum donorum originem aperit* Herodot. 4. 5. *ubi refert, olim cælo in Scythiam demiſſa, puta ut ancile Romanorum.* Targitai dicunt tres liberos fuiſſe, Lipoxain, Arpoxoin, & noviſſime Colaxain. His regnantibus demiſſa cœlitus in Scythiam regionem ex auro facta, aratrum, jugum, ſecurim, phialam. *Hanc hiſtoriam, vel veram fabulam hic tangit Curtius.*

Aratrum] Non diſpliceat quod hic conjicit Acidalius: *boum aratorum.* Βοῦς ἀροτῆρ vocat & Heſiodus.

18 *Vinum*] Id unde acceperint, non immerito quæras. ipſi non colebant vites; commercia non curabant. Credo quod de ſingulis eorum nationibus

Inimicos ſagitta eminus; haſta cominus petimus. Sic Syria regem, & poſtea Perſarum, Medorumque ſuperavimus; patuitque nobis iter uſque in Ægyptum. At tu, 19 *qui te gloriaris ad latrones perſequendos venire, omnium gentium, quas adiſti, latro es. Lydiam cepiſti: Syriam occupaſti: Perſidem tenes: Bactrianos habes in poteſtate: Indos petiſti: jam etiam ad pecora noſtra avaras & in-*

NOTÆ.

bus vere ſeu falſo creditum fuit, toti deinceps Scytharum nomini temere fuiſſe adſignatum. E[illegible] de ἀνεχεπιτοσία eorum, quod mero gaviſi fuerunt, quæ traduntur, ad eos pertinere putem, qui forte ad Pontum, Græcis urbibus finitimi, à vicinis id habuerint. Quamquam & Bactriana, quæ his Scythis contermina eſt, vini mire ferax fuerit. Et notum eſt quam proclives in hoc vitium ab omni ætate fuerint ad ſeptentrionem vergentes populi: ipſo corporum temperamento ad id tantum non cogente. De Scythis ergo idem memoratur apud Athenæum, ubi & adagii vice jactatum Sparte notat verbum σκυθιζειν, *Scythicum in morem bibere*. Notum eſt quid de Anacharſide referat Diog. Laertius. vide & Eraſmi adag. Chil. 2. 3. 17. *Freinsh.*

Syria] *Scythia regem* vulgati codices. Sed quid Scythæ ſuum regem viciſſent? *Syria* Modius vere repoſuit pro *Scythia*. Quis autem hic Syriæ rex fuerit, Ninuſne, an prior aliquis, quod equidem reor, non conſtat. Nam à Belo primo Aſſyriorum rege (quos Latini Syros vocant; ut eſt apud Iuſtin. 1. 2.) uſque ad Sardanapalum, unus & quadraginta reges numerantur. Vexori Ægypti rege ab Scythis victo, Aſia quoque in poteſtatem Scytharum fuit per annos admodum mille. *Scalig. in Canon. Iſagog.* Ninus tributa Scythis primus negavit. Fuere ergo ante Ninum, quibus Scythæ in Aſia imperitarunt. Adverſus Vexorim rex Scytharum Tanaüs in bellum profectus eſt. Iuſt. 2, 3. *Raderus.*

19 *Omnium gentium, quas adiſti*] Satis quidem libere legatus. Sed ſecundum illud Auguſtini de civ. Dei. 4. 4. *Remota juſtitia quid ſunt bella, niſi magna latrocinia?* Quam juſtitiam ubicunque neglexit Alexander, fas bellorum aſſerere nequit. *Locen.*

Latro es] Hoc ut de omnibus gentibus ab Alexandro ſubactis dici forte non conveniat, ita poſſe de pleriſque, pro comperto habeo. Idem Lucani ſenſus fuit 10. 20. cui *terrarum felix prædo* vocatur, idem Senecæ de benef. 1. 13. & epiſt. 94. Contra quorum auctoritatem, ipſa naturali æquitate ſubnixam, qui jure belli tuentur Alexandrum; non intelligunt, quantum hoc illi cedere debeat: & tamen in hoc quoque ut juſtum jus ſit, honeſtam aliquam cauſam requiri, non ſolam dominandi cupidinem; quam in Alexandro fuiſſe ſummam, inficiari no quidem ii poſſunt, qui maxime eum laudant. Pari autem audacia reſpondit Alexandro, quiſquis fuit, pirata: ex quo cum quæriſſet, *quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtum? eodem, inquit, quo tu orbem terra.* Cicero de rep. lib. 3. *Eleganter & veraciter*, judicio. D. Auguſtini de Civ. 4. 4. *Freinsh.*

Indos petiſti] An? *Indos petis.* Nondum adierat Indos, ſed mox aditurus erat. Bactriani enim proximi Indis. *Raderus.* Ne quid mutari patiar, prohibet Curt. infra 7. 11. ubi iterum Indiam jam tum acceſſam narrat: *India ſine laſſitudine vim frigoris ſum perpeſſus.* Utrobique tamen per exaggerationem Indiæ nomen propinquis regionibus tribui crediderim. Sic enim & Arionum terra, & Sogdianorum, Indiæ nomine quandoque intelligitur, ut

& inſtabiles manus porrigis. QVID tibi divitiis opus eſt,
20 *quæ te eſurire cogunt? [a] Primus omnium ſatietate paraſti famem; ut quo plura haberes, acrius, quæ non habes, cu-*
21 *peres. [b] Non ſuccurrit tibi, quamdiu circum Bactra hæreas? dum illos ſubigis, Sogdiani bellare cœperunt. bellum tibi ex victoria naſcitur. Nam ut major fortiorque ſis quam quiſquam; tamen alienigenam dominum pati nemo*

INTERPRETATIO.

a *Primus es hominum cui ſaturitas eſuriem attulerit.*

b *Nonne advertis quam dudum* jam *moreris ad Bactrianam* ſubigendam?

NOTÆ.

alibi jam notavimus. Sane enim Curtius nondum Indiæ proprie ſic dictæ meminit, quaſi Alexander eam fuerit ingreſſus: ſed quæ de frigore tolerato jactat, aperte referenda ſunt ad iter per Parapamiſadas, de quo ſupra 7. 3. *Freinsh.*

Et inſtabiles manus porrigis] Videatur fortaſſe corrigendum, *avaras & inſatiabiles manus*: niſi, quod certe puto, notare utrumque volucrunt [hoc eſt, Scythæ in Alexandro notarunt tam avaritiam, quam morem paſſim in quoſvis incurrendi: non enim ait Acidal. unam vocem *inſtabiles* utrumque valere, ut putat explanator,] & inexpletam, & vagam rapacitatem Alexandri, qui nullo fine contentus, loco nullo conſtans, ex aliis alia ſubinde invadat. Atque huc reſpiciunt eorundem ſuperiora illa: *Ab Europa petis Aſiam; ex Aſia tranſis in Europam.* Acidalius. Aliorum conjecturas; *inteſtabiles, inceſſabiles, inſtabiles, vacuas*, merito reſpuit Raderus.

20 *Vt quo plura haberes, acrius, quæ non habes, cuperes*] Eadem mente dixit Claudianus:

——— *Semper inops quicunque cupit.*

Genus autem egeſtatis graviſſimum eſt, in divitiis inopem eſſe, teſte Seneca epiſt. 47. Graviter hoc ipſum proponit Seneca epiſt. 119. Poſt Darium & Indos pauper eſt Alexander Macedo: quærit quod ſuum faciat, ſcrutatur maria ignota, in Oceanum claſſes mittit novas, &, ut ita dicam, mundi clauſtra perrumpit. Quod naturæ ſatis eſt, homini non eſt. Qua tota epiſtola de veris divitiis diſputat, veriſſime diceremus, ſi ibi compareret, quod & in Platonis aliorumque Philoſophorum libris D. Auguſt. unice deſiderabat, CHRISTVS: Eadem cogitationes fuerunt Æliano de hiſt. an. 6. 13. cum enim narraſſet, cervos in colle quodam ad Helleſpontum, extra illius fines nunquam progredi, ſubjecit: *Quid ad hæc homines? quos ſane nunquam ne orbis quidem terra explere queat.* ſic enim vertit interpres verſum Homeri Iliad. 9. 404. quem adducit Ælianus:

Οὐδ' ἐσαι λείη ἀδὸς Ἀχαιῶν
ἔντος ἐίρυσσι. *Freinsh.*

21 *Bellare*] Ad vitandas ejuſmodi rebelliones, qua re opus eſſet, ſic apud Plut. cap. 114. monuit Alexandrum Calanus: Corium in medium conjecit ſiccum & retorridum, cujus oram calcavit. Id uno loco preſſum ceteris partibus extulit ſe. Idem circulans undique & pedibus ſtringens, in quaque parte oſtendit evenire, quod medium pedibus occupavit, tunc omnes partes quievere.

Alienigenam dominum pati nemo vult] Parthi, licet *petitum Roma acceptumque regem, quamvis gentis Arſacidarum, ut externum aſpernabantur.* Tacit. 2. 1. Vide notas ad ita lib. 4. *Suis quiſque parere placidius, &c.*

22 Quem

nemo vult. Transi modo Tanaïm: scies quam late pa- 22
teant; nunquam tamen consequeris Scythas. Paupertas
nostra velocior erit, quam exercitus tuus; qui praedam
tot nationum vehit. Rursus quum procul abesse nos cre- 23
des, videbis in tuis castris, eadem velocitate & sequi-
mur, & fugimus. Scytharum solitudines Graecis etiam
proverbiis audio eludi. at nos deserta & humano cultu 24
vacua, magis quam urbes & opulentos agros sequimur.
Proinde fortunam tuam pressis manibus tene. Lubrica
est, nec invita teneri potest. Salubre consilium sequens
quam

INTERPRETATIO.

2 *Consilii hujus utilitas apertius olim, quam nunc, apparebit.*

NOTAE.

22 *Quam late pateant*] Hunc locum velut lacunosum explet Acidalius: *Scies quam late pateat fuga. Insequere, nunquam tamen consequeris Scythas.* Sed cum sententiae ratio satis absque insertis verbis appareat, religio est, contra omnium codicum tam chirographorum, quam editorum fidem ingerere aliena. *Raderus.* Sententia, opinor, est: si transeas Tanaim, videbis quidem quantum terrarum occupent Scythae, nunquam tamen si ipsi nolint, eos consequeris, aut reperies. Quam rem etiam cum admiratione testatur antiquissimus Herodot. 4. 46. De amplitudine autem Scythiae collegit nonnulla Barthius Adversar. 56. 15.

Paupertas nostra velocior erit] Hoc ante expertus erat Darius in Scythis, & Lysimachus in Dromichete Getarum rege, de quo praeter ceteros Fulgos. lib. 5.

23 *Proverbiis*] Σκυθῶν ἐρημία, *pro summis calamitatibus, exitioque*, dictum est apud Aristophanem *in Acharnensib. act. 2. scena 6. Quo loco commentator indicat, proverbium dici solitum de ingenti solitudine, &c. Vsurpat & Plutarch. de Stoicis contrariet. cap 33.* Chrysippus sapientem foenoris gratia praecipitem dat in Panticapaeum, & Scytharum solitudinem. *Erasmus Adag. Chil. ad. 3. 5. 24.* Refert & Schottus in prov. è Vaticana biblioth. append. 3. 79. Earum solitudinum conditionem describit Hippocrates lib. de aere, &c. citatus ab Radero.

At nos deserta] Arrianus apud Eustathium ad Dion. Periegetem, v. 675. docet, Scythas olim urbes habitasse, domos incoluisse, terram arasse, vescique pane solitos, sed victos à Thracibus mores mutasse, omnibusque diris se devovisse, ubi vel aedes exaedificassent, vel aratro terram proscidissent, aut urbes condidissent, aut opes aurumve possedissent. Plostra igitur sibi comparasse, ferinam in cibum adhibuisse, lac potasse. Iumentis duntaxat illis solis usos quibus veherentur, & quae terras terris commutantes sequerentur. Indeque dictos *Nomades*. quasi tu dicères pascuales, seu pastores. *Raderus.*

24 *Fortunam tuam pressis manibus tene*] Eadem allegoria Seneca epist. 101. *Nihil sibi quisquam de futuro debet promittere: id quoque quod tenetur, per manus exit.* Et Hieronymus in Esai. cap. 38. *Nulla rei longa mortalium est, omnisque felicitas seculi dum tenetur, amittitur.* Loeten.

Salubre] Totam hanc pericopen miror cur ejecerint; cum sit genuina & germana sine dubio; insuper elegan-

quam præsens tempus, ostendit melius. impone felicitati
25 *tuæ frænos, facilius illam reges. Nostri sine pedibus di-*
cunt esse fortunam, quæ manus & pennas tantum habet;
quum manus porrigit, pennas quoque comprehendere non
26 *sinit. Denique SI DEVS es, tribuere mortalibus be-*
neficia

NOTÆ.

tem contineat sententiam, quam puto juves adhuc, si pro *ostendit* legas *ostendet*. Sensus: ex ipso eventu evidentius cognosces, quam salubre fuerit hoc consilium. *Freinsh.*

Impone felicitati tuæ frænos, facilius illam reges] Multi fortunatorum si sibi permittantur, instar indomitorum equorum sunt rectu difficiles. Itaque aureum Palladis frænum (de quo Homerus) i. e. recta ratio adhibeatur, qua possit cohiberi. Pythagoræ dictum circumfertur: *Nec equus sine frano, nec fortunam absque prudentia gubernari posse.* quo forte respexit Curtius. Hunc credo locum respexit politissimus Politianus, cum illa Herodiani 1. 8. χαλινὸν ἢ μετρῆσαί τε καὶ ὅσον ὑπιθεῖναι ὑπὸ δυνάμεως ὑπερεχούσης ἐξουσίας. ita verteret: *Est autem difficile in maxima licentia moderari sibi, quasique frænes imponere cupiditatibus.* Loccen.

25 *Nostri sine pedibus dicunt esse fortunam*] Multas fortunæ formas, multa ejusdem symbola, figuras, statuas alio atque alio modo effigiatas, nomina & cognomina recenset Alexander Neapol. genial. dier. 1. 13. (quem juvabit hoc loco cum Tiraquello consulere) & inter alias effigies etiam hanc à Curtio hic expressam. Tiraquellus hoc modo fictam & depictam non nisi ex hoc Curtii loco docet. Alatam quidem & pinnatam apud Euseb. Horat. Od. 3. 29. & fortasse alias cognosces, sed ἀπτερον nusquam nisi hic. Habes generatim de fortuna apud Alciatum & ejus scholiasten in symbolo Fortunæ, multa etiam apud Pierium, ut taceam Pausaniam, Plutarchum, & alios. *Raderus.* Elegans imago Fortunæ, *Sine pedibus* picta, quod consistere nequeat, volucremque ejus levitatem signat: unde & pinnas ei addidere. *Dum manus porrigit, pinnas comprehendere non sinit.* eo fortunæ lusus adumbratur, quæ se non uni totam, nec simpliciter semper dat. Seneca epist. 82. *Non habet fortuna longas manus; neminem occupat, nisi hærentem sibi.* Idem epist. 42. de homine inconstanti: *Meministi quum quendam affirmares in tua potestate esse, dixisse me volaticum esse & levem, & te non pedem ejus tenere, sed pennam. Mentitus sum: pluma tenebatur, quam remisit & fugit.* Loccen.

26 *Si Deus es*] Homerus:

——— Θεοὶ δωτῆρες ἐάων.

Curtii locum alluſit Owenus:

Est homo qui læsum simpli nil denat amico;
Qui rapit, hic lupus est; qui dabit, ille Deus.

Tribuere mortalibus beneficia debes] Id enim maxime divinum est, unde & Dei nomen deduxere veteres à dando, quia omnia commoda hominibus det. Festum vide. Ea de re contra Epicureos graviter & prolixe disputat Seneca post princ. lib. 4. de benef. Ergo sapienter *Pythagoras dicebat, hæc esse divinitus hominibus data esse longe pulcherrima: veritatem amplecti, & beneficiis operam dare: & addebat, utrumque cum deorum immortalium operibus comparari posse.* Ælian. hist. var. 12. 59. Quam deinde sententiam certatim arripuerunt retuleruntque Philo lib. de judice: Clemens Stromat. lib. 2. Synesius epist. 31. Damascius apud Suidam in Ἀγαθοεργία. Senec. de benef. 3. 15. *Qui dat beneficia, deos imitatur.* Ceterum Alexandri beneficentiam cum alii commendant, de quibus forte infra ad 10. 5. tum & Polyænus 4. 3. ridiculo hoc beneficii genere, quod constituerit omnes non

neficia debes; non ſua eripere: ſin autem homo es; id quod es, ſemper eſſe te, cogita. Stultum eſt eorum meminiſſe, propter quæ tui obliviſceris. Quibus bellum non intuleris, bonis amicis poteris uti. nam & FIRMISSIMA eſt inter pares amicitia; & videntur pares, qui non fecerunt inter ſe periculum virium. Quos viceris, amicos tibi eſſe cave credas. inter dominum & ſervum nulla amicitia eſt, etiam in pace, belli tamen jura ſervantur. [a] Iurando gratiam Scythas ſancire ne credideris. colendo

27 28 29

INTERPRETATIO.

a *Ne putes Scythas amicitiam jurejurando firmare.*

NOTÆ.

homines ſed *Alexandros* vocare. cujus muneris gratiam haud gravate, puto, feciſſet ei Diogenes. Sed hæc beneficentia non proficiſcebatur ex voluntate juvandi alios; ſed tantum ex cupiditate nominis & gloriæ. Abſque eo enim eſſet, non utique ſpoliaret magnam terrarum orbis partem, ut paucos locupletaret, &c. *Freinsh.*

Sin autem homo es] Id in Trajano laudat Plinius paneg. *quod unum ſe ex civibus putarit, nec minus hominem ſe, quam hominibus præeſſe meminerit.* Et Æmilius Probus in Theodoſio Imp.

Communis cunctis, hominem ſed regna tenere
Se meminit, vincit hinc magis ille homines.

Semper eſſe te, cogita] Hoc à patre Philippo Alexander diſcere poterat, qui ex ephebis uni præcepit, ut quotidie prima luce ad lectum cubicularem adeſſet, regemque his verbis de hominis mortalitate admoneret: Φίλιππε, ἄνθρωπος εἶ. *Philippe, homo es.* Ita Ælian. hiſt. var. 8. 15. *Raderus.*

27 *Firmiſſima eſt inter pares amicitia*] Itaque melius eſt amicos quam ſervos quærere, & tutius volentibus quam coactis imperitare, ut docet Salluſtius bell. Iug. cap. 102. Vi ſubacti raro fidi ſunt, aut eſſe metu ſimulant; niſi eos ita tractes, ut mutati imperii ipſos non pœniteat. Probe Cæſar Pompeium moneri jubet de bel. Civ. 3. 10. *hoc unum eſſe tempus de pace agendi, dum ſibi uterque confideret, & pares ambo viderentur.* Sic apud Florum 4. 10. *Expertis invicem Parthis atque Romanis, quum Craſſus atque Pacorus utrimque virium mutuarum documenta feciſſent; pari rurſus reverentia integrata amicitia.* Quod alterum genus eſſe fœderum de tribus, dicit Menippus apud Liv. 34. 56.

Et videntur pares] Idem Menippus eodem loco: *Tertium eſſe genus, quam qui hoſtes nunquam fuerint, ad amicitiam ſociali fœdere inter ſe jungendam coëant. eos neque dicere, neque accipere leges; id enim victoris & victi eſſe.*

28 *Quos viceris*] Eadem mens illis Tacit. H. 2. 7. *victores victoſque nunquam ſolida fide coaleſcere.* Plinius Paneg. 85. *Nam qua poterat eſſe inter eos amicitia, quorum ſibi alii domini, alii ſervi videbantur?* Ergo & Molo apud Polyb. 5. 52. *Suſiane & Babylonia populis recens à ſe & inopinata victoria ſubactis parum fidebat.* Adi Gruterum ad illa Liv. 8. 21. *Ibi pacem eſſe fidam, ubi voluntarii pacati ſint.* & Alb. Gentil. de jure belli 3. 13.

Etiam in pace] Victi enim victoribus parere coguntur, ſervi domino, ſubjecti magiſtratibus. Nam quæ leges & conditiones victis belli tempore la-

colendo fidem, jurant. Græcorum ista cautio est, qui acta consignant, & deos invocant. "nos RELIGIONEM in ipsa fide novimus. qui non reverentur homines, fallunt deos. Nec tibi amico opus est, de cujus benevolentia dubites. Ceterum nos & Asiæ & Europæ custodes

INTERPRETATIO.

2 *Nostra religio in fidelitate posita est.*

NOTÆ.

tæ dataque sunt, deinceps perpetrato bello observantur. *Raderus.*

29 *Colendo fidem, jurant*] Vid. Lucianum in Toxare. Isocrates orat. ad Demonic. monet, hoc esse bonorum virorum, ut eorum integritas fide dignior, quam jusjurandum esse videatur. Istud nunc multis artificium est, juramento & fidei simulatione fallere homines; & ipsum, si possint, Deum.

Græcorum] Injuratis Scythis plus ait credendum, quam juratissimis & testatissimis Græcis. Quia apud Græcos, ut Euripides in Iphigenia Taurica canit: πᾶν Ἕλλησι σέβας ὄρκιον. *Nihil fidi novit Græcia.* Græcorum vanitatem miris modis exagitat Sat. 3. Iuvenalis. Cicero ad Q. Fratrem, epist. 1. *Græci fallaces, & leves, & diuturna servitute ad nimiam assentationem eruditi.* Virgil. Æn. 2. 106.

Ignari scelerum tantorum, artisque Pelasgæ.

Et vers. 152.

——— *ille dolis instructus & arte Pelasga.* Raderus.

Græcorum autem tantum mentionem hic facit ex persona Scythæ Curtius, quod illa natio tum maxime innotescebat Græcis, cumque ea in præsentia res erat. Non tempero adscribere mellitissima Senecæ in hunc morem verba de benef. 3. 15. *Vtinam nulla stipulatio emptorem venditori obligaret! nec pacta conventaque impressis signis custodirentur! fides potius illa servaret, & æquum colens animus. Sed necessaria optimis pratulerunt, & cogere fidem, quam spectare, malunt, &c.* Ergo Scythis *natura dedit, quod Græci longa sapientum doctrina, præceptisque philosophorum consequi nequiverunt.* teste Iustino 2. 2. Græcæ lubricitatis suggillatio etiam in illis est apud Plautum Asin. 1. 3. v. 47.

——— *quæque volumus uti,*
Græca mercamur fide.

hoc est, præsenti pecunia opus est: nemo fidem nostram sequitur, non magis quam si Græci essemus. *Freinsh.*

Acta consignant] Alii *facta.* unde Bongars. *pacta.* quæ emendatio firmari possit ex Senecæ verbis modo relatis.

In ipsa fide novimus] Quæ nobis, ut dea, religiose colitur. ridiculum ergo putamus, advocatis per jusjurandum diis religionis metu nos adstringere, si ii simus, ut fidei numen possimus contemnere. Sane jurandi parum validum videbatur vinculum Augusto apud Dion. lib. 54. *Quæ sponte fiunt, ea etiam citra jurisjurandi vinculum observantur: at quæ fiunt ingratiis, non si millies jurata sunt, præstantur.* nisi videlicet cum Scythis religionem in ipsa fide noveris. *Freinsh.*

Qui non reverentur homines, fallunt deos] Hinc concinnatum illud in Florileg. Ethico Polit. Gruteri:

Qui pejerat, timet homines, contemnit Deos.

Qui vero non timent Deum, nec etiam reverentur homines, veluti describitur injustus judex Luc. 18. v. 2. 4. Et vice versa qui non reverentur homines quos vident, quomodo timebunt Deum, quem non vident? *Lecavius.*

30 *Viri-*

ſtodes habebis: Bactra, niſi dividat Tanaïs contingimus: ultra Tanaïm uſque ad Thraciam colimus; Thracia Macedoniam conjunctam eſſe fama eſt. Vtrique imperio tuo finitimos, hoſtes an amicos velis eſſe conſidera. Hæc barbarus.

NOTÆ.

30 *Vtrique imperio tuo finitimos*] Bongarſii, Acidalii, Sebiſiique conjectura conſpirabat in unum, ut *utrimque* legeretur. Nec ſane ineptum hoc eſſet. ſed cum haud minus proba ſit vulgata, cur non tueri ſe poſſit interdicto uti poſſidetis? Agnovit hoc idem Acidalius, duo poſſe imperia tribui Alexandro. idque ſolere probat Raderus veteri epigramm. Parmenionis:

Τύμβον Ἀλεξάνδρου Μακεδὼν ὃς νῦν πις ἀείδη,
Ἤτοι τοὺς κείνω σῆμα λέγ' ἀμφοτέρων.
Quiſquis aves tumulum Pellae ponere regi:
Europam atque Aſiam ponite pro tumulo.

& quod Curtio infr. 8. 4. *Aſiæ Europæque* rex dicitur. ſed & 9. 6. *Victor utriuſque regionis* à ſemet ipſo appellatur. At Iuſtin. 12. 16. diſertiſſime duo imperia ei adſignat. *ea die qua natus eſt, duæ aquilæ tota die perpetes ſupra culmen domus patris ejus ſederunt, omen duplicis imperii, Europæ Aſiæque, præferentes.* Freinshemius. Vicinos amicos habere ſi potes, ſecuritatis publicæ & commerciorum maxime intereſt. Contra *mala gente vicina quid periculoſius?* ut Polybius lib. 4. ait. Et mutuas inter vicinos injurias graviſſimorum odiorum cauſam exiſtere veteres dixerunt. *Loccenius.*

CAP. IX.

Alexander legatis dimiſſis Tanaim trajicit: bellum Scythis infert: & cum victis benigne agit.

CONTRA rex *fortuna ſua & conſiliis ſuorum ſe uſurum eſſe* reſpondet. *nam & fortunam, cui confidat, & conſilium ſuadentium, ne quid temere & audacter faciat, ſequuturum.* Dimiſſisque legatis, 1 2

NOTÆ.

1 *Conſiliis ſuorum*] Legendum olim ſic conjeci: quod poſtea & Rutgerſio Var. Lect. 3. 4. ita viſum deprehendi; & jam ante Aventino. ſic enim ille locum hunc refert lib. 1. pag. 25. *Quid* enim *levius aut turpius, quam auctore hoſte de ſummis rebus capere conſilium?* judicio Aurunculeii aliorumque apud Cæſar. de bell. Gall. 5. 28. Ita Cæſar Pothino reſpondet, minime *ſe Ægyptiorum conſilium requirere.* Plutarch. in vita c. 70. Ergo cum Pal. 1. cum duobus editis adſtipularentur; haud dubitavi ſcripturam eam recipere. Vulgata tamen lectio ferri poſſit, ſi recipias explicationem Acidalii quam ſeq. ſtatim nota proponimus. *Freinshemius.*

Et audacter faciat] Attende ut recte capias. *Ne* particula non referenda tibi ad *audacter* pariter, ut ad *temere*. Senſus iſte, diſtributis in ſua membra ver-

gatis, in præparatas exercitum imposuit. In proris clypeatos locaverat; jussos *in genua subsidere, quo* 3 *tutiores essent adversus ictus sagittarum.* Post hos [a] qui tormenta intenderent, stabant; & ab utroque latere, & à fronte circumdati armatis. Reliqui qui post tormenta constiterant; remigem lorica indutum scu- 4 torum testudine armati protegebant. Idem ordo in illis quoque ratibus, quæ equitem vehebant, servatus est. major pars à puppe nantes equos loris trahebat. At illos, quos utres stramento repleti vehe- 5 bant, objectæ rates tuebantur. Ipse rex cum delectis [b] primus ratem solvit, & *in ripam dirigi* jussit. Cui Scythæ admotos ordines equitum in primo ripæ margine opponunt; ut ne adplicari quidem terræ 6 rates possent. Ceterum præter hanc speciem ripis prælidentis exercitus, ingens navigantes terror invaserat: namque cursum gubernatores, quum obliquo flumine impellerentur, regere non poterant; vacillantesque milites, & ne excuterentur soliciti, 7 nautarum ministeria turbaverant. Ne tela quidem conati nixu vibrare poterant; quum prior standi sine periculo, quam hostem incessendi cura esset. Tormenta saluti fuerunt. quibus in confertos ac temere 8 se offerentes, haud frustra excussa sunt tela. Barbari

INTERPRETATIO.

a *Qui machinis* tela *contorquerent.*
b *Primus navigii* funem *resedit.*

NOTÆ.

verbis: Secuturum se & consilium eorum, ne quid temere: & fortunam suam, ut audacter faciat. *Acidalius.* Aventinus expressit, *aut audaciter*, longe diverso sensu. probo tamen: & quem illi præferam? *Freinsh.*

3 *Et à fronte*] Quomodo à fronte, ut tela nullum ex armatis circumstantibus læderent? intervalla relinquebant armati, per quæ tela exibant. *Raderus.* Ibidem statim legit Freinshemius. *circumdati armatis; reliqui post tormenta constiterant. Remigem*, &c.

4 *Objecta rates tuebantur*] Mss. male *objecta erant rates*: illustri anadiplosis exemplo, quale supra ad 7. 6. ex Livio retulimus. notatque Rutgersius in nostro initia ad 10. 1.

7 *Tormenta*] Quorum subsidio & Corbulo propositum tenuit. Tac. 15. 9. ne ponti (Euphrati) injiciendo impedimentum hostiles turmæ afferent. (jam enim subjectis campis, magna specie volitabant) naves magnitudine præ-

ſi quoque ingentem vim ſagittarum infudere ratibus. vixque ullum fuit ſcutum, quod non pluribus ſimul ſpiculis perforaretur. Iamque terræ rates adplicabantur, quum acies clypeata conſurgit, & haſtas certo ictu, utpote libero nixu, mittit è ratibus. Et ut territos recipienteſque equos videre; alacres mutua adhortatione in terram deſiliere. [a] Turbatis acriter pedem inferre cœperunt. Equitum deinde turmæ, quæ frænatos habebant equos, perfregere barbarorum aciem. Interim ceteri agmine dimicantium tecti aptavere ſe pugnæ. Ipſe rex, quod vigoris, ægro adhuc corpore, deerat, animi firmitate ſupplebat. Vox adhortantis non poterat audiri, nondum bene obducta cicatrice cervicis; ſed dimicantem cuncti videbant. Itaque ipſi quidem ducum fungebantur officio; aliuſque alium adhortati, in hoſtem ſalutis immemores ruere cœperunt. Tum vero non ora, non arma, non clamorem hoſtium barbari tolerare potuerunt: omneſque effuſis habenis (namque equeſtris acies erat) capeſſunt fugam. quos rex, quamquam vexa-

9 10 11 12 13

INTERPRETATIO.

a *In Scythas jam territos ſtrenue invadunt.*

NOTÆ.

præſtantes, & conneras trabibus, ac turribus auctas, agit per amnem, catapultiſque & baliſtis proturbat barbaros. in quos ſaxa & haſtæ longius permeabant, quam ut contrario ſagittarum jactu adæquarentur. *Sic & Arrian. 4. 1. ait Scythas fuiſſe* longinquo telorum jactu perterritos.

10 *Frænatos habebant*] Multi enim equitum, qui à puppi equos nantes trahebant, tardius ad pugnam venere. *Rad.* Equeſtris itaque fuit hæc pugna.

12 *Itaque ipſi quidem ducum fungebantur officio*] Quippe cum ad tam periculoſum bellum exercitum legeret, non juvenes robuſtos, nec primum florem ætatis, ſed veteranos; pleroſque etiam emeritæ militiæ, qui cum patre patruiſque militaverant, elegit, ut non tam milites, quam magiſtros militiæ electos putares. Iuſt. 11. 6. Merito ergo commendat eos Charidemus ſup. 3. 2. Ex quo tempore, jã continua exercitatione, multũ etiam adhuc acceſſerat illorũ peritiæ. Sic in prælio cum Nerviis, milites *nihil jam Cæſaris imperium ſpectabant, ſed per ſe, qua videbantur, adminiſtrabant.* ea enim erat eorum, ut paulo ſupra dixerat, *ſcientia atque uſus, ut ſuperioribus prælis exercitati, quid fieri oporteret, non minus commode ipſi ſibi præſcribere, quam ab aliis doceri poterant.* Cæſar de bel. Gall. 2. 20. *Freinsh.*

13 *Equeſtris acies erat*] Cujus & in Lu-

vexationem invalidi corporis pati non poterat, per
14 LXXX tamen ſtadia inſequi perſeveravit. Iamque linquente animo ſuis præcepit, *ut donec lucis aliquid ſupereſſet, fugientium tergis inhærerent:* ipſe exhauſtis etiam animi viribus, in caſtra ſe recepit, reliquum
15 ſubſtitit. Tranſierant jam Liberi patris terminos; quorum monumenta lapides erant crebris intervallis diſpoſiti, arboreſque proceræ, quarum ſtipites hedera con-
16 texerat. Sed Macedonas ira longius provexit: quippe media fere nocte in caſtra redierunt, multis interfectis, pluribus captis, equoſque MDCCC abegere. Ceciderunt autem Macedonum equites LX, pedites
17 c fere, mille ſaucii fuerunt. Hæc expeditio deficientem magna ex parte Aſiam fama tam opportunæ victoriæ domuit. Invictos Scythas eſſe crediderant; *quibus fractis nullam gentem Macedonum armis parem fore* confitebantur. Itaque Sacæ miſere legatos, qui
18 pollicerentur *gentem mandata facturam.* Moverat eos regis non virtus magis, quam clementia in devictos Scythas: quippe captivos omnes ſine pretio remiſerat; ut fidem faceret ſibi cum ferociſſimis gentium de

NOTÆ.

Luciani dialog. mortuorum, dial. 12. mentio. ait Alexander: *Scythas homines certe non ſpernendos, Tanaïm* (Iaxartem) *tranſiens, magna equitum pugna vici.*

Per LXXX tamen ſtadia] Plutarch. in Alex. cap. 80. centum numeravit; de fortuna Alex. 2. 21. centum quinquaginta: adeò incertus vacillavit Plutarchi calamus. nec in notis error obſervari potuit; integras enim voces poſuit. Ceterum 80 ſtadia efficiunt milliaria noſtratia duo & ſemis: centum vero, tria cum dimidio quadrante: centum denique quinquaginta, quatuor prope cum triente. *Raderus.* Non igitur longius penetravit Scythicas ſolitudines. Quod cauſæ fuiſſe crediderim, cur eum intraſſe Scythiam plane negent Iuſtinus 38. 7. & apud Io. Magnum hiſt. Gothor. 3. 11. Strabo, & neſcio quis Arrianus Campanus. *Freinsh.*

14 *Reliquum*] Non intelligo quid ſibi velit: Annon fuit? *ibique ſubſtitit.*

15 *Liberi patris terminos*] Non illos in India, notos & fama inſignes, quos infra 9. 4. necdum tranſierat; ſed alios, quibus expeditionem in Scythas ſignaverat: quorum ſi alibi eſt mentio, mihi jam non ſuccurrit. *Freinsh.*

19 *Captivos*] Imitatus eum hic, ut in aliis multis, Pyrrhus apud Cicer. de off. 1. 12. & Flor. 1. 18. apud quem & Hannibal 2. 6. quem ea arte plurimos ſibi conciliaſſe, multaſque & magnas ur-

de fortitudine, [a] non de ira fuisse certamen. Benigne igitur exceptis Sacarum legatis, comitem Excipinum dedit, admodum juvenem ætatis flore conciliatum sibi; qui quum specie corporis æquaret Hephæstionem, lepore haud sane illi par erat. Ipse, *Cratero cum majore parte exercitus modicis itineribus sequi* jusso, ad Maracanda urbem pervenit; ex qua Spitamenes cognito ejus adventu Bactra perfugerat. Itaque quatriduo Rex longum itineris spatium emensus, pervenerat in eum locum, in quo Menedemo duce, 11 millia peditum, & CCC equites amiserat. horum ossa tumulo contegi jussit, & inferias more patrio dedit. Iam Craterus cum phalange subsequi jussus, ad regem pervenerat. Itaque ut omnes, qui defecerant, pariter belli clade premerentur, copias dividit; *utique agros, & interfici puberes* jussit.

19 20 21 22

INTERPRETATIO.

a *Non ut vindicta, sed ut virtute* eos vinceret.

NOTÆ.

tirbes eorum opera in ditionem redegisse, ex lib. 22. 23. & 24. Livii abunde constat. Inspice etiam Gruteri discurs. in Tacit. cap. 25.

19 *Illi par erat*] Alii: *lepore haud sane virili par non erat*. unde fortassis haud ineptus prodeat sensus: par non erat Hephæstioni, quod esset lepore haud sane virili. Hephæstioni pulchra quidem species erat: sed tamen viriliter decora. Excipino non item. *Freinshemius.*

22 *Interfici puberes*] Occisorum ingens fuit numerus, ut ex lemmate Diodori in alteram partem lib. 17, constat. Ὡς Ἀλέξανδρος Σογδιανὸς καταπολέμησε, καὶ κατὰ κράτος αὐτῶν πλείους τῶν δώδεκα μυριάδων. *Vt Alexander Sogdianos perduellos armis subegerit, & plures quam* 120000 *interfecerit*. Id enim caput ex historia Diodorea periit. Vide & Arrianum 4. 1.

CAP. X.

Sogdianorum nobilium invictus animus. Beſſi ſupplicium. Nove milite auctus Alexandri exercitus.

1 SOGDIANA regio majori ex parte deſerta eſt: octingenta fere ſtadia in latitudinem 2 vaſtæ ſolitudines tenent. Ingens ſpatium rectæ regionis eſt, per quam amnis, *Polytimetum* vocant incolæ, fertur torrens. [a] Eum ripæ in tenuem alveum cogunt; deinde caverna accipit, & ſub terram rapit. 3 Curſus abſconditi indicium eſt aquæ meantis ſonus; quum ipſum ſolum, ſub quo tantus 4 amnis fluit, ne modico quidem reſudet humore. Ex captivis Sogdianorum ad regem XXX nobiliſſimi, corporum robore eximio, perducti erant; qui ut per interpretem cognoverunt juſſu *regis ipſos ad ſupplicium trahi*, carmen lætantium more canere, tripu-

INTERPRETATIO.

a *Hunc fluvium ſuæ ripæ premunt intra anguſtum canalem.*

NOTÆ.

1 *Octingenta*] Aldina editio habet LXXX. Manuſcriptum Pithœi *ſeptuaginta*, longe pejus lectione priore. Quomodo enim vaſtæ ſolitudines tenerent tam pauca ſtadia? Repugnant etiam veteres, inter quos Plinius & Arrianus. Quare omnino cum Glareano reſcribo *octingenta*. Et Raderus & Freinshemius hanc ſcripturam probant.

2 *Vocant incolæ*] Caſaubonus, in lib. II. Strab. pag. 557. affirmat Strabonem & Curtium diſſentire in auctoribus hujus nominis Polytimeti. à Strabone enim Macedonibus adſcribi nominis impoſitionem, à Curtio incolis: quod verum eſt; ſed verum non eſt illos diſſentire: Curtius enim non reſpexit tempus quod Alexandrum præceſſit, ſed ſecutum eſt. Incertum eſt enim, quo nomine vocitatus prius fuerit, poſtea à Græcis Polytimetus appellatus. quis enim non videt vocem eſſe Græcam, non barbaram? ab incolis ergo, ætatem Alexandri ſecutis, qui plerique fuere Græci (ſex enim oppida Alexander non procul ea regione condidit, infra 7. 10. Græcis potiſſimum habitata) & nomen à Macedonibus fluvio inditum acceperunt, & in poſteros propagarunt. *Raderus.*

Torrens] Sic retinuit cum pluribus Freinshemius, cum nihilo deterius ſic legatur, quam ut eſt in aliis, *fertur, Torrentem eum.* immo aliquanto propius ad veram lectionem: quam eſſe putat, *fertur torrens; cum ripa*, &c. ea particula creberrime ſic utitur hoc ipſo cap. *Nec exſiſtebat humor, cum in ipſo*, &c.

4 *XXX nobiliſſimi*] Hoc abſque dubio

pudiisque & lasciviori corporis motu gaudium quoddam animi ostentare cœperunt. Admiratus rex 5
tanta magnitudine animi oppetere mortem, *revocari eos* jussit, *causam tam effusæ lætitiæ, quum supplicium ante oculos haberent*, requirens. Illi *si ab alio occide-* 6
rentur, tristes morituros fuisse respondent; *nunc à tanto rege, victore omnium gentium majoribus suis redditos, honestam mortem, quam fortes viri voto quoque expeterent, carminibus sui moris lætitiaque celebrare.* Tum rex, 7
quæro itaque, inquit, *an vivere velitis non inimici mihi, cujus beneficio victuri estis?* Illi *nunquam se inimi-* 8
cos ei; sed bello lacessitos, hostes fuisse respondent. *SI QVIS ipsos beneficio, quam injuria experiri maluisset; certaturos fuisse, ne vincerentur officio.* Interroganti- 9
que *quo pignore fidem obligaturi essent? vitam quam acciperent, pignori futuram esse* dixerunt. *reddituros quandoque repetisset.* Nec promissum fefellerunt. Nam qui remissi domos ierant, in fide continuere populares: quatuor inter custodes corporis retenti, nulli Macedonum in regem caritate cesserunt. In Sogdianis 10
Peucolao cum tribus millibus peditum (neque enim majori præsidio indigebat) relicto; Bactra pervenit. Inde *Bessum Ecbatana duci* jussit, *interfecto Dario pœnas capite persoluturum.* Iisdem fere diebus Ptolemæus 11
&

NOTÆ.

bio prodidit etiam Diodorus lib. 17. ut ex argumento ejus libri constitio. nam ipsa narratio intercidit. *Freinshemius.*

6 *Si ab alio occiderentur*] Ab adversario magno vinci, aliquod cladis solatium esse fuevit. Sic reges Midianitarum Gideonis manu, quam ejus filii, cadere malunt, Iudic. 8. Velleius Paterc. lib. 2. *Non esse turpe ab eo vinci quem vincere nefas esset; neque ei inhoneste aliquem summitti, quem fortuna supra omnes extulisset*: Epigramma à nonnullis Martiali attributum:

Cedere majori, virtutis fama secunda est.
Illa gravis palma est, quam minor hostis habet. Loccen.

A tanto rege] Virg. Æn. 10. v. 79.
Hoc tamen infelix miseram solabere mortem,
Æneæ magni dextra cadis.

9 *Quandoque*] Forte *quandocunque.* Sebisius.

10 *Peucolao*] Ab hoc duce, regio postea nomen accepit, dictaque est *Peucolaotis*, ut est apud Arrian. lib. 4. *Radinus.* Hinc ergo intelligas, alium

& Menidas peditum tria millia, & equites mille ad-
12 duxerunt mercede militaturos. Alexander quoque ex Lycia cum pari numero peditum, & D equitibus venit. Totidem è Syria Aſclepiodorum ſequebantur : Antipater Græcorum VIII millia in queis
13 D equites erant, miſerat. Itaque exercitu auctо, ad ea quæ defectione turbata erant, componenda proceſſit ; interfectiſque conſternationis auctoribus, quarto die ad flumen Oxum perventum eſt. hic quia limum vehit, turbidus ſemper & inſalubris eſt po-
14 tu. Itaque puteos miles cœperat fodere. nec tamen humo alte egeſta exſiſtebat humor ; quum in ipſo tabernaculo regis conſpectus eſt fons, quem quia tarde notaverant, *ſubito exſtitiſſe* finxerunt. rexque
15 ipſe credi voluit *donum dei id fuiſſe*. Superatis deinde amni-

NOTÆ.

fuiſſe Peucolaum, qui ſupra 6. 7. inter conjuratos nominatur. *Freinsh.*

11 *Menidas*] *Menida* apud Arrian. 4. 2. nulla hic mentio, ſed cujuſdam *Melannida*, ſeu *Melanida*. Menidam Curtius ſupra laudat.

12 *Alexander*] Cognominis hic Alexandro regi fortaſſe ille fuit, de quo Curtius 8. 11. *Duces his dati ſunt Charus & Alexander, quem ex nominis, quod ſibi cum eo commune eſſet, admonuit.*

13 *Conſternationis auctoribus*] Defectionis principibus, Arſace, Barzane, & aliis. Arrianus 4. 2. Interea ad eum venerunt Phrataphernes Parthorum Satrapa, & Staſanor ad Areos miſſus, ut Arſacem comprehenderent, quem quidem vinctum adduxerunt, & Barzanem, quem Beſſus Parthis Satrapam dederat, ac nonnullos alios, qui tum temporis una cum Beſſo defecerant. *Raderus.* Ego vereor ne fallatur Raderus. nam Curtio, ut puto, de Sogdiana defectione ſermo eſt : iterum enim atque etiam tertio defecerunt, ut ex lemmatibus Diodoreis promptum eſt cognoſcere. Arrianus autem agit de ſeditione, auctore Satibarzane in Areis concitata. Deinde nihil hic Arrianus de nece illorum, quam expreſſe tradit Curtius. nec enim neceſſe eſt, ut ſtatim interfectos credamus, quos audimus captos. Sic enim hunc ipſum Alexandrum evaſit Sandrocottus, poſtea ad ampliſſimum imperium provectus, Iuſtin. 15. 4. quem neſcio quis auctor, Strabo, ni fallor, prodit, deinde quoties meminiſſet Alexandri, toto corpore inhorreſcere ſolitum. *Freinsh.*

Oxum] Magnopere falluntur apud Alciat. paretg. juris 12. 4. Grammatici, qui flumen hoc Meſopotamiæ faciunt, & interpretantur de eo vexatum Virgilii verſum eclog. 1. 66.

Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem.

14 *Conſpectus eſt fons*] Plutarchus in vita cap. 101. ſcribit, eum fontem fuiſſe pinguis liquoris, non guſtu quicquam ab oleo differentis. Strabo autem lib. 11. refert, Macedones qui in exercitu Alexandri erant, prope Ochum effodientes, olei fontem invenиſſe. *Nam veriſimile eſt*, inquit, *ut nitroſa quædam & aluminoſa, & ſulphurea & &*

amnibus Ocho & Oxo, ad urbem Marginiam pervenit. Circa eam VI oppidis condendis electa ſedes eſt. Duo ad Meridiem verſa; quatuor ſpectantia Orientem; modicis inter ſe ſpatiis diſtabant; ne procul repetendum eſſet mutuum auxilium. Hæc omnia 16
ſita ſunt in editis collibus: tum velut fræni domitarum gentium; nunc originis ſuæ oblita ſerviunt, quibus imperaverunt. Et cetera quidem pacaverat rex.

NOTÆ.

& bituminoſa terram perfluunt, ita quoque pinguia inveniantur: raritas autem efficit admirationem. Idem Athen. 2. 2. *Apud alios*, inquit, *ſunt fontes, qui pingue neſcio quid habent, velut qui in Aſia, de quo Alexander ſcripſit, ſe olei fontem inveniſſe.* Tiraquel. ad Alexand. Neapol. I. 12. Euſtathius ad Dionyſ. verſ. 747. ex Arriano 4. 3. geminos fontes proſiluiſſe tradit, aquæ & olei.

15 *Marginiam*] *Pro Antiochia Margiana habeo, in Margiana regione*; *&* Margiana *reſtituo.* Ortelius. Ego quidem *Margiana* leg. puto. ſicque expreſſiſſe video Sabellicum in hac hiſtoria: ſed non ſat ſcio, an recte pro Antiochia habeatur. Curtius enim de hac Margiana loquitur, quaſi tum urbs fuerit: at Antiochia poſtea exſtructa eſt, orrumque ſuum Alexandro debet, ſi recte capio Plin. 6. 16. Eam igitur Margianam puto tum fuiſſe caput regionis, ipſique cognominem. ita ſupra *urbem Hyrcaniam* habuimus ad 6. 5. Notabile autem eſt quod lib. 11. tradit Strabo, Antiochum totum cum tractum incluſiſſe muro ſtadiorum 1500. *Freinsh.*

VI *oppida*] Strabo lib. 11. teſtatur, octo urbes in Bactriana & Sogdiana ab Alexandro conditas. Iuſtin. 12. 5. In Bactrianis quoque Sogdianiſque duodecim urbes condidit, diſtributis his, quoſcunque in exercitu ſeditioſos habebat. *Rad.* Has etiam intelligere videtur Ælian. hiſt. anim. 16. 3. Deduxit eas colonias Hephæſtion. Arrian. 4. 3.

16 *Originis ſuæ oblita*] Gruteri diſcurſ. in Tacit. cap. 35.

CAP. XI.

Petram, urbem amplissimam, situ naturaque loci fere inexpugnabilem, ad deditionem cogit Alexander.

1 VNA erat petra, quam Arimazes Sogdianus cum xxx millibus armatorum obtinebat; alimentis ante congestis, quæ tantæ multi-
2 tudini vel per biennium suppeterent. Petra in altitudinem xxx eminet stadia, circumitu C & L complectitur undique abscissa & abrupta, semita
3 peranguſta aditur. In medio altitudinis spatio habet specum, cujus os arctum & obscurum est; paulatim deinde ulteriora panduntur: [a] ultima etiam altos recessus habent. fontes per totum fere specum manant; è quibus conlatæ aquæ per prona montis
4 flumen emittunt. Rex loci difficultate spectata statuerat inde abire: [b] cupido deinde incessit animo na-
5 turam quoque fatigandi. Prius tamen quam fortunam obsidionis experiretur, Cophan (Artabazi hic filius erat) misit ad barbaros, qui suaderet, *ut dederent rupem.* Arimazes loco fretus superbe multa respondit. ad ultimum *an Alexander volare possit?* inter-

INTERPRETATIO.

a *Extrema pars* specûs *habet quoque profundos recessus.*
b *Subortum est desiderium vincenda etiam natura* loci.

NOTÆ.

1 *Arimazes*] Strabo lib. 11. Ferunt etiam, Petras eum admodum altas atque munitas, proditione interveniente, cepisse: qualis fuit Sisimithræ in Bactriana, in qua Oxyartes filiam habuit Roxanem: & in Sogdiana alia. item Oxi petra, quam alii Ariamazæ nominant. Polyæno 4. 3. est Ariomazes.

5 *An Alexander volare posit*] Arrianus 4. 3. à quo paululum diverse narrat Eustath. in Dionys. v. 747. Alluſit eodem Polyænus 4. 3. in descriptione hujus Petræ, *solis volucrum alis pervium prædicans.* Et ut puto, Florus 2. 12. Persæ ita Macedoniam suam armis ferroque vallaverat, ut non reliquisse aditum, nisi cœlo venturis hostibus videretur. & 4. 12. Noricis animos dabant Alpes atque nives, quo bellum non posset adiciendere. Annibal in oratione sua qua milites

interrogat. Quæ nunciata regi, ſic accendere ani- 6
mum, ut adhibitis, cum quibus conſultare erat ſolitus indicaret *inſolentiam barbari, eludentis ipſos, quia pennas non haberent. Se autem proxima nocte effecturum, ut crederet Macedones etiam volare. Trecentos*, inquit, *pernicissimos juvenes ex ſuis quiſque copiis perducite ad me, qui per calles & pene invias rupes domi pecora agere conſueverint.* Illi præſtantes & levi- 8
tate corporum, & ardore animorum ſtrenue adducunt: quos intuens rex, *vobiſcum*, inquit, *ô juvenes, & mei æquales, urbium invictarum ante munimenta ſuperavi; montium juga perenni nive obruta emenſus ſum; anguſtias Ciliciæ intravi: Indiæ ſine laſſitudine vim frigoris ſum perpeſſus. & mei documenta vobis dedi, & veſtri habeo. Petra, quam videtis, unum adi-* 9
tum habet, quem barbari obſident; cetera negligunt: *nullæ vigiliæ ſunt, niſi quæ caſtra noſtra ſpectant. invenietis viam, ſi ſolerter rimati fueritis aditus ferentis* 10
ad cacumen. NIHIL tam alte natura conſtituit, quo virtus non poſſit eniti. Experiendo quæ ceteri deſperave-

rint,

NOTÆ.

tes ſuos ad invadendam Italiam hortatur apud Livium lib. 21. *Alpes pervias paucis eſſe, exercitibus invias? eos ipſos quos cernant legatos, non pennis ſublimes elatos Alpes tranſgreſſos.* Confer. Not. lib. 8. ad verba *Inept conſilii, &c. Loccen.*

7 *Pecora agere*] Hi enim ad ſcandenda prærupta erant exercitatiſſimi, & in ignotis quoque montibus inveſtigandæ viæ gnari. Tali duce jam ſupra 5. 4. Perſidem intraverat. qui ibi ait; paſtorem ſe fuiſſe, & omnes eos calles percurriſſe. Quomodo apud Livium 32. 11. paſtor quidam à Charopo principe Epirotarum miſſus ad T. Quintium, ſe in eo ſaltu, qui regiis tunc oneratus caſtris erat, armentum paſcere ait: omnes montium eorum anfractus calleſque noſſe; ſi ſecum aliquot mittere velit; non iniquo, nec perdifficili aditu ſupra caput hoſtium deducturum. Qui locus eventuſque non ſine fructu atque delectatione cum hoc comparetur. *Freinsh.*

8 *Et mei documenta*] Quæ res immenſum ultro citroque nectit animos. & mutuæ confidentiæ implet. Non ignoravit hoc Hannibal apud Liv. 21. 44. Non ego illud parvi æſtimo, milites, quod nemo veſtrum eſt, cujus non ante oculos ipſe ſæpe militare aliquod ediderim facinus, cui non idem ego virtutis ſpectator ac teſtis, notata temporibus locisque referre ſua poſſim decora.

10 *Nihil tam alte natura conſtituit, quo virtus non poſſit eniti*] De Nerviis Cæſar de bello Gall. 2. 27. ubi virtutem eorum expoſuiſſet, addit: ut non

11 runt, *Asiam habemus in potestate. Evadite in cacumen; quod quum ceperitis, candidis velis signum mihi dabitis. ego copiis admotis hostem in nos a vobis conver-*
12 *tam. Præmium erit ei qui primus occupaverit verticem, talenta X: uno minus accipiet, qui proximus ei venerit: eademque ad decem homines servabitur portio. Certum autem habeo, vos non tam liberalitatem intueri*
13 *meam, quam voluntatem.* His animis regem audierunt, ut jam cepisse verticem viderentur. Dimissique ferreos cuneos, quos inter saxa defigerent, va-
14 lidosque funes parabant. Rex circumvectus petram, qua minime asper ac præruptus aditus videbatur; secunda vigilia, quod bene verteret, ingredi jubet. Illi alimentis in biduum sumptis, gladiis mo-
15 do atque hastis armati subire cœperunt. Ac primo pedibus ingressi sunt: deinde ut in prærupta perventum est, alii manibus eminentia saxa complexi levavere semet; alii adjectis funium laqueis evasere, quum

NOTÆ.

nequidquam tantæ virtutis homines judicari deberent, ausos esse transire latissimum flumen, adscendere altissimas ripas, subire iniquissimum locum: quæ facilia ex difficillimis animi magnitudo redegerat. Eumenius ad imitationem (ut videtur) Curtii in paneg. *Nihil tam insuperabili vallo natura præclusit, quod non penetret audacia, cui aliqua conandi spes relinquatur. illi est inexpugnabilis murus, quem exstruit fama virtutis.* Annibal in modo dicta ad suos oratione: *Quid aliud Alpes esse, quam montium altitudines? fingerent altiores Tyrenais jugis, nullas profecto terras cælum contingere, nec inexsuperabiles humano generi esse.* Et mox 16. *Militi quidem armato nihil secum præter instrumenta belli portanti quod invium aut inexsuperabile esse? Romam orbis terrarum caput potentibus quicquam adeo asperum atque arduum videri, quod inceptum moretur?* Tacitus 12. Annal. *Cuncta virtute expugnabilia.* Loccen.

Experiendo] Theocrit. Idyll. 15. 61.

——— *Cenando Graci Troiam pervenerunt.*

Optima filia, cenando omnia perficiuntur.

ubi Casaub. notat, sic locutum Herodot. 7. 9, fin. ἔστι δ' ἐν μοίρῃ ἀπείρητον· αὐτόματον γὰρ οὐδὲν, ἀλλὰ πάντα πείρης πάντα αὐθις γίνεσθαι φιλέει. Nihil fit quod non experiamur. nam sua sponte nihil fit, sed omnia ab experimento homines fieri consueverunt. Hinc Tacitus 15. 59. Multa experiendo confieri, quæ segnibus ardua videantur.

12 *Ad decem homines*] Arrian. 4. 3. scribit, ultimum 300 Daricos accepisse, quod eodem recurrit. Daricus enim duobus Philippis æstimabatur. vide pag. 331.

Certum autem] Aberat particula, non-

quum cuneos inter saxa defigerent, queis gradus subinde insisterent. diem inter metum laboremque consumpserunt. Per aspera enixis duriora resta- 16
bant, & crescere altitudo petræ videbatur. illa vero miserabilis erat facies, quum ii, quos instabilis gradus fefellerat, ex præcipiti devolverentur, mox eadem in se patienda alieni casus ostendebat exemplum. Per has tamen difficultates enituntur 17
in verticem montis, omnes fatigatione continuati laboris adfecti; quidam multati parte membrorum, pariterque eos & nox & somnus oppressit. Stratis 18
passim corporibus in inviis & in asperis saxorum, periculi instantis obliti in lucem quieverunt: tandemque velut ex alto sopore excitati, occultas subjectasque ipsis valles rimantes, ignari in qua parte petræ tanta vis hostium condita esset: fumum specus infra se ipsos evolutum notaverunt. Ex 19
quo intellectum est, illam hostium latebram esse. Itaque hastis imposuere, quod convenerat signum: totoque è numero duos & xxx in adscensu interiisse

INTERPRETATIO.

2 *Erat autem triste illud spectaculum, cum, &c.*

NOTÆ.

nonnullo sententiæ damno; quam volentibus Mss. restitui.

15 *Quum cuneos inter saxa defigerent*] Quis ita barde loquutum fuisse credat Curtium? *cuneos defixerunt, queis insisterent gradus.* qua enim notione gradus hic accipias, ut non ridiculus exeat sensus? Mss. habent; *defigerent gradus subinde quis insisterent.* Vnde certum est scripsisse Curtium: *quum cuneis inter saxa defigerent gradus subinde, quis insisterent.* Nec sinit dubitare Livius 28. 20. *sic ubi nimis arduum & lave saxum occurrebat, clavos per modica intervalla figentes, quum velut gradus fecissent.* cuneis igitur defixis fecerunt gradus, tanquam in scalas quibus insisterent ipsi. *Freinsh.* Quo genere scandendi exercitatissimus fuit Eurybatus fur. quem ferunt dum in carcerem esset conjectus, & custodiretur, à suis custodibus compotantibus solutum fuisse, & jussum edere specimen suæ solertiæ in ædibus conscendendis. primum quidem hoc recusasse, deinde vero, ipsis ipsum recusantem rogantibus, cum hoc ipsi ægre persuasissent, tandem circumpositis spongiis, & stimulis, vel retinaculis ferreis, in parietes cursim ascendisse. Illis autem suspicientibus, & has artes admirantibus, ipsum occupasse tectum, eoque superato, priusquam illi domum circumivissent, de tecto desiliisse. *Suidas.*

riisse cognoscunt. Rex non cupidine magis potiundi loci, [a]quam vicem eorum, quos ad tam manifestum periculum miserat, sollicitus: toto die cacumina montis intuens restitit. noctu demum quum obscuritas conspectum oculorum ademisset; ad curandum corpus recessit. Postero die nondum satis clara luce primus vela, signum capti verticis, conspexit. Sed ne falleretur acies, dubitare cogebat varietas cœli, nunc internitente lucis fulgore, nunc condito. Verum ut liquidior lux adparuit cœlo, dubitatio exempta est. vocatumque Cophan, per quem barbarorum animos tentaverat, mittit ad eos, qui moneret, *nunc saltem salubrius consilium inirent.* sin autem fiducia loci perseverarent, *ostendi à tergo* jussit, *qui ceperant verticem.* Cophas admissus suadere

INTERPRETATIO.

a *Quam de illorum sorte anxius.*

NOTÆ.

21 *Nunc internitente lucis*] Certissima hæc est lectio ex Mss. Contra illa quam vana: *dubitare cogebat varietas cœli, internitente lucis fulgore conditi.* Qui primus hunc locum corrupit, videbatur sibi, credo, acutule rem proposuisse: internitente lucis fulgore oculos fuisse præstrictos, ut cœlum intueri non possent, essetque iis pro condito. Sed ut largiamur ita fuisse, fatendum erit, *varietatem* quam cœlo tribuit Curtius, non congruere. At quanto melius Mss. *dub. cog. varietas cœli, nunc internitente lucis fulgore, nunc condito.* Plane vel unus hic locus (sunt autem plures hac ope restituti) efficiat, ut persolutum mihi credam laboris operæque, quæ in varias Curtii contuli, pretium. Ita suaviter depingit nobis rem ipsam, nec auditores modo sed spectatores facit. Sic enim solet esse cœli facies: diluculo, crepusculoque, unde Latinis *dubia lux* appellatur. Seneca Hippol. 1. 1. sic describit diluculum:

——— *dum lux dubia est,*
Dum signa pedum rescida tellus
Impressa tenet.

Sic apud Ovid. Metam. 11. 597.

——— *dubia crepuscula lucis.*

Sed & voci crepusculi eadem inest significatio. *Freinsh.*

22 *Ostendi à tergo*] Vt inde metus ei injiceretur, si videret alios superiorem tenere verticem. quod accidit. Simile exemplum in Liv. 4. 22. & 32. 12. Thucyd. 4. 7. ubi & Thermopylarum mentio. Sallust. Iug.

23 *Admissis*] Verissima lectio unius ex Mss. *admissus*, nimirum in conspectum colloquiumque barbari. sic alibi hoc verbi eodem significatu in Curtio. mox eadem recte legi puto in recentioribus, *Petram traderet*, non *tradere.* consequenter etiam pro *inituro*, legam *inisurus.* nam & eam vocem haud commodam hic esse, vidit etiam Sebisius, mutavitque *inisurum.* non inepte. Mihi tamen etiam Ms. favere competio. *Freinsh.*

25 *Tic-*

Digitized by Google

dere cœpit Arimazi *petram tradere, gratiam regis inituro, si tantas res molientem in unius rupis obsidione haerere non coëgisset.* Ille ferocius superbiusque quam antea loquutus *abire* Cophan jubet. At is prehen- 24
sum manu Barbarum rogat, *ut secum extra specum prodeat:* quo impetrato juvenes in cacumine ostendit, ejusque superbiæ haud immerito inludens, *pennas* ait *habere milites Alexandri.* Iamque è Macedo- 25
num castris signorum concentus & totius exercitus clamor audiebatur. Ea res sicut pleraque belli vana & inania barbaros ad deditionem traxit. quippe occupati metu, paucitatem eorum qui à tergo erant æstimare non poterant. Itaque Cophan (nam tre- 26
pidantes reliquerat) strenue revocant; & cum eo x x x principes mittunt, qui petram tradant, & *ut incolumibus abire liceat*, paciscantur. Ille quam- 27
quam verebatur ne conspecta juvenum paucitate deturbarent eos barbari; tamen & fortunæ suæ confisus, & Arimazi superbiæ infensus, *nullam se conditionem deditionis accipere* respondit. Arimazes despe- 28
ratis magis quam perditis rebus, cum propinquis nobilissimisque gentis suæ descendit in castra: quos omnes *verberibus adfectos sub ipsis radicibus petræ crucibus* jussit *adfigi.* Multitudo deditorum incolis nova- 29
rum urbium cum pecunia capta dono data est: Artaba-

NOTÆ.

25 *Pleraque belli vana & inania*] Diodorus Siculus lib. 20. πολλὰ τῶν πολέμων κενὰ, *multa in bello vana.* Et tamen *vanis & inanibus sæpe miles magis quam justis formidinis causis movetur*, ut Parmenio apud Curt. lib. 4. differit. vid. Clapmar. de arcanis rerum publ. 6. 3. *Locen.*

27 *Ille, quamquam*] Recte vidit Raderus, pronomen ad Alexandrum pertinere, quem jam adierint isti oratores; nam Acidalio, qui ad Cophen referebat, immerito suspecta fuit hæc lectio.

28 *Verberibus adfectos*] Id enim solitum ante crucem ostendit Lipsius de Cruce 2. 2. & 3.

Crucibus] Arrianus longe diversa à Curtio tradit; Nihil enim de cruciariis, sed multas ibi multorum uxores & liberos captos, atque inter has etiam Roxanem, quam postea rex duxit in uxorem, Oxyartæ filiam, de qua Strabo lib. 11. Curtius 8. 4.

& alii

tabazus in petræ regioniſque, quæ adpoſita eſſet ei, tutela relictus.

NOTÆ.

& alii in Syſimithræ Petra, longe alia ab hac, poſtea capta, prodiderunt. Arrianus omnia fere in unum contulit, & unum chaos confecit. *Raderus.*

29 *Eſſet ei*] Melius, quæ *appoſita eſt ei.* Acidalius. Poſſet tamen & vulgata lectio defendi, eadem ratione qua defenſa eſt ſupra 7. 5. 29.

Digitized by Google

Q. CVRTII RVFI, DE REBVS GESTIS ALEXANDRI REGIS MACEDONVM,

LIBER VIII.

CAP. I.

Massagetis, Dahis, & Sogdianis subactis, Scythæ sui regis filiam Alexandro conjugem offerunt. qui, leone interfecto, & IV. millibus ferarum in venatione dejectis, Clytum solenni convivio adhibitum, & liberius loquentem, interficit.

ALEXANDER majore fama, quam gloria in ditionem redacta petra; quum propter vagum hostem spargendæ manus essent, in tres partes divisit exercitum. Hephæstionem uni, Cœnon alteri duces dederat: ipse ceteris præerat. Sed non eadem mens omnibus barbaris fuit. armis quidam subacti; plures ante certamen imperata fecerunt. quibus *eorum qui in defectione perseveraverant, urbes agrosque* jussit *adtribui.* At exules Bactriani cum DCCC equitibus Massagetarum proximos vicos vastaverunt. Ad quos coërcendos Attinas regionis ejus præfectus, CCC equites insidiarum,

1 2 3

NOTÆ.

1 *Alexander*] Liber hic Curtii ordine octavus omnium longe nobilissimus, & rerum majestate admirandus, & argumenti varietate jucundissimus, & fortunæ casuumque admirabilitate plane stupendus est. *Raderus.*

Quum propter vagum hostem spargendas manus essent, &c.] Vago hosti, ne nos circumveniat, divisis copiis diversisque locis occurrendum. Sic Tacit. de Agricola: *Cum interim cognoscit, hostes pluribus agminibus irruptaros, ne superante numero & peritia locorum circumiretur, diviso & ipse in tres partes exercitu incessit.* de isto loci adi quæst. Polit. cl. Berneggeri 198. Conferatur etiam 1 Sam. 11. 11. & cap. 13. 17. Trivultius apud Guicciardinum: *Diversionis*, inquit, *remedium in bellis valentissimum.* Loccen.

4 Pra-

4 rum, quæ parabantur, ignarus eduxit. Namque hoſtis in ſylvis, quæ erant forte campo junctæ, armatum militem condidit; paucis propellentibus pecora, ut improvidum ad inſidias præda perduceret. 5 Itaque incompoſito agmine, ſolutiſque ordinibus, Attinas prædabundus ſequebatur; quem prætergreſſum ſylvam, qui in ea conſederant, ex improviſo 6 adorti, cum omnibus interemerunt. Celeriter ad Craterum hujus cladis fama perlata eſt; qui cum omni equitatu ſupervenit: & Maſſagetæ quidem jam refugerant; Dahæ mille oppreſſi ſunt: quorum cla- 7 de totius regionis finita defectio. Alexander quoque Sogdianis rurſus ſubactis, Maracanda repetit. Ibi Berdes, quem ad Scythas ſuper Boſphorum colentes miſerat, cum legatis gentis occurrit. Phra-

NOTÆ.

4 *Præda*] Hanc vocem male à Modio ejectam reſtituit Acidalius. Sic apud Liv. 2. 50. Fabiis *pecora prædantibus aliquoties, velut caſu incidiſſent, obviam actæ, &c.* & apud eundem 28. 33. ante Scipionis *Hiſpani in conſpecta procul pecora, velites in Hiſpanos præda occupatos incurrere.* Sic Ibancus, cum Græcis inſidias eadem ratione collocaſſet, *illis prædam rapientibus inopinatus advenit, & Proteſtateram cepit.* Nicetas lib. 3. de Alexio. Quibus locis omnibus in ſimili narratione *præda* vocabulum comparet. Interdum tamen contrarium evenit, ut ejuſmodi inſidiatores ſuis artibus caperentur. Sic apud Frontin. 3. 10. & 6. 7. Viriatus Segobrigenſes, Scordiſci Lucullum *Heraclea duarum partium præſidio præpoſitum* (eſtne leg. *ſuarum*: an *duar. cohortium?*) deceperunt: quos *pecora abigere ſimulantes, fugam deinde mentiti in inſidias deduxerunt.* Freinsh.

5 *Cum omnibus interemerunt*] Aliter paulo Arrianus 4. 3. quem ea cauſa edvoco, ut moneam apud eum legi: καὶ ξὺν τούτοις Πείθων τε ὁ Σωπολίου, ὃν ἐ βασιλικῆς ἡγεμονίας τῆς ἐν Ζαρ-

ιάσπαις τότε μάλιστα. ubi primo velim τῶν ἐν Ζαριάσπαις. Zariaſpa enim erant Bactrianæ caput. conſentaneum igitur, tam ibi, quam in aliis præcipuis urbibus habuiſſe Alexandrum ſuam rem privatam, curatoreſque rei dominicæ, ut poſteriora ſæcula vocaverunt. Idque exemplo regis Perſarum: cujus in omni imperio paſſim erant σατράπαι βασιλῆοι, ſive *manſiones regiæ.* Herodot. 5. 52. nam de regiis per provincias ſparſis ſup. ad 5. 8. dictū. Talis igitur ille Pithon fuit: non ergo numerandus *in his, qui valetudinis cauſa ibi relicti erant*; quod fecerunt interpretes: ſed credendum, præter eos, ibi fuiſſe Pithonem, &, qui adjicitur, Ariſtonicum citharœdum, qui quacunque de cauſa ibi tum morari potuit. *Idem.*

7 *Berdes*] Acidalius hic legit, *Penides*: Popma *Menides* ex 7. 6. Sabellicus in Enneadibus retinet *Berdes*; ſed ſequentia, *Scythas ſuper Boſphorum colentes*, falſi damnat, eo quod procul à Boſphoro res tum gererentur. Quam tamen rationem Freinshemius putat haud eſſe magni ponderis, inſpecto ſuperiori loco 7. 6.

8 *Phra-*

Phrataphernes quoque, qui Choraſmiis præerat, 8
Maſſagetis, & Dahis regionum confinio adjunctus miſerat, qui *facturum imperata* pollicerentur. Scythæ petebant, 9 *ut regis ſui filiam matrimonio ſibi jungeret. ſi dedignaretur adfinitatem; principes Macedonum cum primoribus ſuæ gentis connubio coïre pateretur. Ipſum quoque regem venturum ad eum* pollicebantur. Vtraque legatione benigne audita, Hephæſtionem 10
& Artabazum opperiens, ſtativa habuit; quibus adjunctis, in regionem, quæ adpellatur *Bazaria*, pervenit. Barbaræ opulentiæ in illis locis haud ul- 11
la ſunt majora indicia, quam magnis nemoribus ſaltibuſque nobilium ferarum greges clauſi. Spatio- 12
ſas

NOTÆ.

8 *Phrataphernes*] Non recte hic à quibuſdam confunditur cum alio cognomine Hyrcaniæ Satrapa, qui perpetuo in fide manſit, in quam hic jam primum venit. *Freinsh.*

Choraſmiis præerat] Cur non amplectar hanc vocem, ex Mſſ. ſatis feliciter erutam à Radero? Nam illi, Modiani, inquam, & Conſtantienſis, habebant; *qui Choras præerat Maſſagetis & Dahis regionum confinio adjunctus*, &c. Quam quidem ſcripturam etiam in ultimo vocabulo retinui. Senſus: debellatis Maſſagetis & Dahis, finitimus eorum Phrataphernes qui Choraſmiis præerat, miſit legatos. Porro firmatur mentio Choraſmiorum hoc loco etiam ex Strabonis lib. 11. in quo tradit, ad eos quoque inter iſtas turbas confugiſſe Spitamenem, ut ita illi quoque ejus cauſæ illigati, tranſiturum ad ſe belli incendium miſſa legatione anteverterint. *Idem.*

9 *Regis ſui filiam*] De hac loquitur Plutarchus cap. 181. Hunc autem potius regulum quendam Scytharum fuiſſe conſentaneum eſt, quam regem: ut omnia in majus efferentes Macedones vocaverunt. Nam certum eſt, *maximas illas Scythicas gentes, formidatoſque comitis majoribus, Alexandro quoque illi magno, ſicut Pompeius Cornelioſque teſtatæ ſunt, evitatas.* Hiſt. Miſc. 12. 19.

10 *Vtraque legatione benigne audita*] Arrianus lib. 4. refert Alexandrum humaniter reſpondiſſe Legatis Scythicis, oratione tempori illi accommodata, præſertim de nuptiis. & quidem recte: quum faſtidioſa ac ſuperba nuptiarum oblatarum rejectio ac repulſa ſæpe fuerit odii graviſſimi & tandem belli cauſa. Exemplo ſint nuptiæ Cambyſis ab Amaſi Ægyptiorum rege eluſæ apud Herodotum lib. 3. Nuptiæ Tomyris Scytharum reginæ à Perſarum rege Cyro deluſæ apud Herodotum lib. 1. Dionyſii Siculorum regis nuptiæ à Rheginis rejectæ apud Diodorum lib. 14. ut recentiora exempla non tangam. *Loccen.*

Bazaria] Nuſquam extra Curtium hanc regionem apud ullum ſcriptorem reperio. neque enim eſt Bazira Arrian. 4. 5. *Raderus.*

11 *Ferarum greges clauſi*] Vide Briſſon. de regno Perſar. lib. 1. Apud Romanos *Vivaria aprorum, ceterarumque ſylveſtrium, primus regali generis invenit Fulvius Lippinus, qui in Tarquinienſi feras paſcere inſtituit, nec diu imitatores defuere L. Lucullus & Q. Hortenſ.*

ſas ad hoc eligunt ſylvas, crebris perennium aquarum fontibus amœnas. muris nemora cinguntur,
13 turreſque habent venantium receptacula. Quatuor continuis ætatibus intactum ſaltum fuiſſe conſtabat. quem Alexander cum toto exercitu ingreſſus *agitari*
14 *undique feras* juſſit. Inter quas quum leo magnitudinis raræ ipſum regem invaſurus incurreret; forte Lyſimachus, qui poſtea regnavit, proximus Alexandro, venabulum objicere feræ cœperat. Quo rex repulſo, & *abire* juſſo, adjecit, *tam à ſemet uno quam*

NOTÆ.

tenſus. Plin. 8. 52. qui tamen 9. 56. eundem appellat *Fulv. Hirpinum*.

13 *Alexander* Nam ſtudioſiſſimus venationis fuit: adeoque *dies totos à prandio in ea abſumpſit*. Plutarch. c. 39. Idque ex more genuis. nam *apud Macedonas neminem in cœna accumbere ſolitum qui aprum extra retia non interemiſſet; verum ſedentes cœnaſſe, quoad feram confeciſſent: ideoque Caſſandrum jam natum annos quinque & triginta, ſedentem cum patre cœnaſſe, quod nondum defungi ea certamine potuiſſet, quamvis & validus & peritus venator*, ex Hegeſandro Athenæus 1. 11. narrat.

14 *Qui poſtea regnavit*] Eadem verba infr. 9. 5. de Ptolemæo recurrunt. utrobique ſuſpecta habet Sebiſius, cui non adſentitur Freinshemius. cum & aliis ab auctoribus viris illis hic character apponatur. Arrian. 5. 2. Σίλβιν@, ὃν ἐταίρων ὁ βασιλέως ὕστερον. Plutarchus Alexandro cap. 69. Θαΐϊς, ἃ Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεύσαντι@ ὕστερον ἑταίρᾳ.

Venabulum objicere] Eorum qui pro Regibus ſuis ita objecerunt feris corpora, varii eventus aliquot exempla leguntur. Nam referente Conſtantino Porphyrog. in libro περὶ θεμάτων, themate primo, Polybius ſcripſit Cappadociam habere nomen hominis Perſæ, cui donata fuerit, quod leonem, in venatione in regem irruentem, aciace occupaſſet. Teribazus duobus leonibus ſic occiſis Artaxerxem exemit diſcrimini, eoque *ſummum inter amicos gradum promeruit*. Diodor. 15. 10. Contra Baſilius Macedo Græcorum Imp. cum in venatione à cervo ſublatum, & inciſa zona quam cornua comprehenderant, unus ex ſtipatoribus liberaſſet, ſalutis ſuæ auctorem, ob diſtrictum velut in ſe gladium, capitali affecit ſupplicio. *Zonaras*. Alexander Hermolaum verberari juſſit, quod aprum, quem rex ferire deſtinaverat, occupaſſet, infra 8. 6. hic Lyſimachum cum indignatione rejicit: ejuſmodi auxilium velut exprobrationem ducens timoris aut infirmitatis. *Freinsh.*

A ſemet uno] Multi nominantur, qui leones occiderint ſoli. Samſon, David, atque nonnulli ex ejus heroibus, item Hercules, neminem latet. Præter hos autem fertur Peredeus quidam Longobardus Conſtantinopoli *in ſpectaculo populi coram Imperatore leonem mira magnitudine occidiſſe*. Paul. Warnefrid. de geſtis Longob. 2. 30. Polydamas Scotuſſæus leonem in Olympo monte inermis confecit. *Pauſan. lib. 6. & Suidas*. Alcathous Pelopis F. Cithæronium leonem interemit, ut Megarenſium regis filiæ nuptiis potiretur. *Pauſan. in Atticis*. Paris gloriæ ſunt, quod Perdiccas Alexandri comes, in lernæ ſpeluncam auſus ingredi, cum illam non reperiret, catulos extulit. *Ælian. hiſt. var.* 12, 39.

15 *Ad*

quam à Lysimacho leonem interfici posse. Lysimachus enim quondam quum venaretur in Syria, occiderat eximiæ magnitudinis feram solus: sed lævo humero usque ad ossa laceratus ad ultimum periculi pervenerat. Id ipsum exprobrans ei rex, fortius quam lo- 16
quutus est, fecit. nam feram non excepit modo; sed etiam uno vulnere occidit. Fabulam, quæ *objectum leoni à rege Lysimachum* temere vulgavit, ab eo casu, quem supra diximus, ortam esse crediderim. Ceterum Macedones [a] quanquam prospero eventu 18
defunctus erat Alexander; tamen scivere gentis suæ more, ne pedes venaretur, aut sine delectis principum amicorumque. Ille 19
ingentibus millibus ferarum dejectis, in eodem saltu cum toto exercitu epulatus est. Inde Maracanda reditum est: acceptaque ætatis excusatione ab Artabazo; provinciam ejus destinat Clito. Hic erat qui apud Granicum amnem 20
nudo

INTERPRETATIO.

a *Etsi felicem exitum habuerat* venationis, *tamen decreverunt*, &c.

NOTÆ.

15 *Ad ossa laceratus*] Vnde Plut in Demetrio cap. 34. *Venerunt ad Lysimachum aliqui ab Demetrio legati, quibus ille per otium altas in cruribus & brachiis suis leoninorum unguium cicatrices ostendit, exposuitque suam cum leone pugnam, quam ab Alexandro rege* (vides in hoc differre à nostro) *cum illo conduxisse conseruerat.*

17 *Fabulam*] Tamen in hac opinione sunt Iustinus 15. 3. & Plin. 8. 16. Val. Max. 9. 3. ext. citati à Popma ad h. l. quibus adde Senec. de ira 3. 17. & de clem. 1. 25. & ibi Lipsium. Zamosius in analectis Dacic. pag. 39. & Lazius p. 447. rem firmant numis Lysimacheis 1. 5. qui adhuc inveniuntur. Paulan. lib. 1. ita scribit: *Alexander ira incensus Lysimachum in eandem cum leone cavcam conjici jussit: sed cum ab eo feram exanimatam intellexisset, admiratione virtutem ejus prosecutus est.* His adstipulari credas Æmilium Probum in Lysimachi vita, si Patricium Senens. 1. 11. sequaris: mihi quidem vitam Lysimachi Probo scriptam nunquam videre contigit. *Freinsh.*

18 *Macedones, quanquam prospero eventu defunctus erat Alexander*] Partim honoris, ut videtur, partim avertendi venationis periculi, quantum possent, à corpore Regis, causa. *Lee.*

Aut sine delectis principum amicorumque] Restitui locum interposita particula dividente. nam Pal. 1. habebat; *haud sine.* duplex ergo fuit Macedonum scitum. ne pedes venaretur, neve sine delectis amicorum. ex vulgata lectione male interpolata nasceretur sensus, prohibitum venari peditem sine amicis, equitem venari licuisse. *Freinsh.*

20 *Hic erat*] Nomini Cliti subjungit hoc γνωρισμα, ut dignoscerentur ab

nudo capite regem dimicantem clypeo ſuo texit; & Rhoſacis manum capiti regis imminentem gladio amputavit: vetus Philippi miles, multiſque bellicis
21 operibus clarus. Hellanice, quæ Alexandrum educaverat, ſoror ejus, haud ſecus quam mater à rege diligebatur. Ob has cauſas validiſſimam imperii
22 partem fidei ejus tutelæque commiſit. jamque *iter parare in poſterum* juſſus, ſolenni & tempeſtivo adhibetur convivio. In quo rex quum multo incaluiſſet mero, immodicus æſtimator ſui, celebrare, quæ geſſerat, cœpit; [a] gravis etiam eorum auribus, qui
23 ſentiebant vera memorari. Silentium tamen habuere ſeniores, donec Philippi res orſus obterere, *nobilem apud Chæroneam victoriam ſui operis fuiſſe* jactavit; *ademptamque ſibi malignitate & invidia patris tan-*
24 *tæ rei gloriam. Illum quidem ſeditione inter Macedones milites, & Græcos mercenarios orta; debilitatum vulnere, quod in ea conſternatione acceperat, jacuiſſe, non alias quam ſimulatione mortis tutiorem; ſe corpus ejus protexiſſe clypeo ſuo, ruenteſque in illum ſua manu occi-*
25 *ſos. Quæ patrem nunquam æquo animo eſſe confeſſum, invitum filio debentem ſalutem ſuam. Itaque poſt expedi-*

tio-

INTERPRETATIO.

a *Moleſtus iis ipſis qui ſciebant vera eſſe quæ dicebat.*

NOTÆ.

aliis Clitis ejus coætaneis. Fuit enim Clitus Bardylei filius, qui inter initia Alexand. deſciſcit à Macedonibus, apud Arrian. 1. 2. Fuit & alius cognomine *candidus*, ὁ λευκὸς χαλεπὸς, homo ſupra modum arrogans & elatus, apud Athenæum 12. 9. Ad quem fortaſſe pertinet quod Plutarch. de fort. Alexand. 2. 12. ſcribit, paucis Græcorum navibus depreſſis Neptunum adire voluiſſe. nam ad Curtianum ſane non pertinet; qui nec Alexandro ſuperfuit; nec ante vel ſub eo tam immanis arrogantiæ fiduciam aut occaſionem habere potuit. Ad illius autem differentiam noſter ille Dropidis filius videtur dictus *niger*, ὁ μέλας apud Diodor. 17. 20. unde ſic apud Plutarch. in vita Alexand. c. 26. olim notavi legendum, quo loco nunc exſtat ὁ μέγας. *Idem.*

Nudo capite] Nempe galea priori ictu jam perfracta. Vide Plut. cap. 25. Cujus ut & Arriani Diodorique diſſonantias qui cognoſcere volet, ab ipſis petere poterit.

21 *Hellanice*] Cliti ſororem *Lanicen* vocat Ælianus de var. hiſt. 12. 26.

quo-

tionem, quam ſine eo feciſſet ipſe in Illyrios, victorem ſcripſiſſe ſe patri fuſos fugatoſque hoſtes. nec adfuiſſe unquam Philippum. Laude dignos eſſe non qui Samothracum initia viſerent, quum Aſiam uri vaſtarique oporteret; ſed eos, qui magnitudine rerum fidem anteceſſiſſent. Hæc & his ſimilia læti audiere juvenes: ingrata ſenioribus erant, maxime propter Philippum, ſub quo diutius vixerant. Tum Clitus, ne ipſe quidem ſatis ſobrius, ad eos qui infra ipſum cubabant, converſus, Euripidis retulit carmen, ita ut ſonus magis, quam ſermo exaudiri poſſet à rege. Quo ſignifi-

26 27 28 29

NOTÆ.

quomodo & Arrian. 4. 11. Athenæus vero 4. 1. *Lacinien.* ubi refert, Proteam, ex Proteo filio illo Lacinicæ oriundum, quæ Regis Alexandri fuit nutrix, fuiſſe valde bibacem. *Popma.* Freinshemius ita ſentit, Hellanicen fuiſſe vocatam fortaſſis à victoria aliqua, quam quidem priorum Macedoniæ regum de Græcis reportaverit. idque nomen poſtea ſeu more gentis (quod hodie nobis Græciſque etiam eſt uſitatiſſimum) ſeu quo alio caſu, capite minutum fuiſſe. Celebratur & ejuſdem etymi hiſtoricus Hellanicus, quem Stephanus de urbibus, aliique citant.

25 *In Illyrios*] Non poteſt ſentire Curtius de bellis poſt Philippi mortem ab Alexandro contra Illyrios geſtis: multo minus de ejus profectione in Illyricum, quo tempore cum patre ſimultatem exercuit. Nec ſane alia ejus reperiuntur ibi gentium bella. Niſi forte capiendum hoc de expeditione in neſcio quos Medaros, quibus hærente ad Byzantium Philippo bellum clademque intulit: quanquam id videatur accidiſſe ante Chæronenſe prælium; Curtius autem victos Illyrios dicere poſt illud. Plutarch. Alexand. cap. 14. vide. *Freinsh.*

26 *Samothracum initia viſerent*] *Fama eſt, in Samothrace initiatum cum Olympiade Philippum, quum eſſet ipſe tum adoleſcens, illam item puellam parentibus orbam amaſſe,* &c. De eo tempore, opinor, Alexander hic loquitur. Pater enim ipſius ea ætate hæc egerit, qua hic res maximas jam geſſerat. *Idem.*

28 *Euripidis retulit carmen*] Ex Euripide, verſ. 693. Sunt verba Pelei. Cæterum hoc Cliti judicium refutat Gruterus diſcurſ. in Tacit. cap. 1. §. 6. & cap. 33. omnia ex principis fortuna pendere demonſtrans. qua de re & ſupra dictum ad 3. 2. Locum eum Euripidis alluſit (judicio Victorii Var. Lect. 28. 22.) Cicero pro M. Marcello cap. 2. *bellica laudes ſolent quidam extenuare verbis, eaſque detrahere ducibus, communicare cum multis, ne propria ſint imperatorum.* Certius autem Iulianus in Cæſaribus, in examine Alexandri: *Non enim ſicut in ædificationibus quæ publicis impenſis fiunt, accidit, quibus aliorum opera & ſumptu ad exitum perductis, opus alterius, qui ei præeſt, nomine inſcribitur, licet in ejus conſtitutione minimum laboris impenderit, ita iſti aliena egregia facta ſibi adſcripſerunt.* Aperte autem illo ejuſdem ſcripti feſtiviſſimo loco, ubi Alexander ait ſe Mallorum urbem diruiſſe; Minime vero tu beate, inquit Silenus, quippe jacebas quemadmodum Hector ille Homericus, ſenſim deficiens & animam agens; alii vero pugnabant

gnificabatur, *male instituisse Græcos, quod trophæis regum duntaxat nomina inscriberentur. [a] alieno enim sanguine partam gloriam intercipi.* Itaque rex quum suspicaretur malignius habitum esse sermonem, percontari proximos cœpit, *quid ex Clito audissent.* Et illis ad silentium obstinatis, Clitus paulatim majore voce *Philippi acta bellaque in Græcia gesta* commemorat, omnia præsentibus præferens. Hinc inter ju-

INTERPRETATIO.

2 *Quoniam* reges *vindicant sibi gloriam quæsitam aliorum eruere.*

NOTÆ.

& vincebant. Nempe nobis ducibus hoc fiebat, inquit Alexander. Qui fieri poterat, inquit Silenus, ut te sequerentur, cum parum abesset quin mortuus esses? Deinde ex Euripide hæc cecinit:

Male quam positum est in more apud Græcos,
Cum exercitus trophæa de hostibus ponit, &c.

Ad hæc Dionysius: *Desine*, inquit, *ô patercule, ista loqui, ne te eodem iste, quo Clitum, malo afficiat.* Iacobus Nicolaus Loënsis miscel. epiph. 5. 17. suggillat Curtium, quod hunc locum Eurip. male expresserit: sed ille, judicio Popmæ, non animadvertit *Intercipi* hic significare totum capi, ut exponit Donatus in illo Terentii Eunucho act. 1. sc. 1. vers. ult.

——— *quod nos capere oportet, hæc intercipit.*

vid. pag. 221. & 222. *Idem.*

29 *Male instituisse Græcos*] Huc oculum intendit Strada lib. 7. belli Belg. *Inique agi cum militibus, dum omnia transferuntur ad Duces. perinde ac si solu oculis tribuenda sit pugna laus, quod primi designaverint in hoste vulneri locum, præliantibus vero decretorisque victoriæ manibus nihil debeatur.* Attamen quum Principum auspiciis bella gerantur, ea quoque suo nomini & auctoritati præcipue transcribi, Duces & milites pro instrumentis agnosci, non abs re volunt. Quum Pausanias dux Spartanorum aureo tripodi Apollini dicato nomen suum & victoriæ à Persis reportatæ titulum inscripsisset, erasere Spartani, & sua ac sociorum nomina inscripserunt, ut est apud Cornelium Nepotem in Pausania. At modestior Germanicus, qui trophæo Cæsaris titulum inscripsit; de se nihil addidit, metu invidiæ; an ratus conscientiam facti satis esse. *Loccen.*

Regum nomina inscriberentur] Regum vocabulo etiam ceteros imperatores intellige. falsum enim, regum tantum non etiam aliorum prætorum nomina trophæis inscribi. Vnicum ex plurimis exemplis adducam alias etiam observatu dignum. Polybius 2. 2. &c. narrat, cum Ætoli Mydionios obsidione premerent, jamque dies instaret qua novum prætorem creari oporteret, eum qui hactenus res administrasset petiviſſe, *ut capta urbe & præda administratio & armorum* (trophæi) *inscriptio sibi tribueretur:* alios maxime qui eum honorem peterent, contra nisos, æquum censuisse, ut ejus illud decus foret, quo imperante occupari urbem contingeret: tandem placuisse *Ætolis, ut futurus Prætor jus præda administrande, & arma inscribendi, cum priore communicaret.* Interim insperato subsidio liberati Mydonii, cum Ætolos cum clade rejecissent, trophæumque de iis statuere vellent, cognito eorum consilio, itidem decreverunt; ut & præsentis Ætolorum prætoris nomen

Digitized by Google

juniores ſeneſque orta contentio eſt. Et Rex velut patienter audiret, queis Clitus obterebat laudes ejus, ingentem iram conceperat. Ceterum quum animo videretur imperaturus, ſi finem procaciter orto ſermoni Clitus imponeret, nihil eo remittente magis exaſperabatur. jamque Clitus etiam Parmenionem defendere audebat, & Philippi de Athenienſibus victoriam, Thebarum præferebat excidio; [a] non vino modo, ſed etiam animi prava contentione provectus. Ad ultimum, *ſi moriendum*, inquit, *eſt pro te; Clitus eſt primus: at quum victoriæ arbitrium agis, præcipuum ferunt præmium, qui procaciſſime patris tui memoriæ inludunt. Sogdianam regionem mihi adtribuis, toties rebellem, & non modo indomitam, ſed quæ ne ſubi-*

gi

INTERPRETATIO.

a *Non ſolum ebrietate, verum etiam improba ingenii pervicacia abreptus.*

NOTÆ.

men exprimerent, & ſucceſſoris ejus. *Freinshem.*

31 *Iuniores ſeneſque*] Iuniores pro Alexandro ejuſque rebus geſtis pugnabant, ſeniores pro Philippo: quovis ad ſuam ætatem ſummam gloriam trahente: & ſane non facile dictu fuerit, quorum ſententiæ ſtandum putes.

Rex, velut patienter audiret] Aliorum, etiam majorum facta Principes immodice, præſertim in compotatione, ab ipſis geſtorum extolli non ferunt. id enim ſuarum laudum depreſſionem aut diminutionem interpretantur. Famianus Strada lib. 4. belli Belgici: *Cardinalem Granvellanum Philipp. II offendiſſe compertum habeo: dum apud eum Caroli Imp. facinora immodice prædicando, quidve ille in re conſimili egerat, identidem admonendo; exigere præſentia videbatur ad ſuperiorum normam, odioſa dominantibus libertate; quaque vel primarios olim viros Philippi Macedonis facta apud Alexandrum filium extollentes afflixit.* Loccen.

32 *Nihil eo remittente*] Sic olim legit Acidalius; quo nec viſo idem conjecimus: & Raderus expreſſit. Ceterum aſſentior Plutarcho cap. 71. de diſcrim. adulat. & amici: *non tam ebrietatem feciſſe, quod ita graviter commotus Clitı objurgatione fuerit Alexander, quam quod multis coram teſtibus eam uſurpavit:* ſi tamen addas quod Curtius hic notat, obſtinatam ejus pervicaciam, & continuationem odioſiſſimæ cantiunculæ. *Idem.*

33 *Thebarum præferebat excidio*] Quod memorant Plutarchus in Alexandro cap. 20. & Demoſthenes c. 32. Arrianus 1. 5. Polybius 4. 23. Iuſtin. 11. 4. Diodorus 17. 9. &c.

34 *Quum victoriæ arbitrium agis*] Recepit Freinsh. lectionem Acidalii, quam ex membranis eruit, quæ ſic habebant: *At cum victoria arbitrium magis præcipuum fuerunt.* unde Modius fecit: *At victoria majus præmium ferunt*, quem deinde ſecuti ſunt editores.

35 *Mihi adtribuis*] Vt mos princi-

gi quidem poſſit. mittor ad feras beſtias [a] *præcipitia inge-*
36 *nia ſortitas. Sed quæ ad me pertinent tranſeo. Philippi*
milites ſpernis, oblitus, niſi hic Atharias ſenex juniores
pugnam detrectantes revocaſſet, adhuc nos circa Halicar-
37 *naſſum hæſuros fuiſſe. Quo modo ergo Aſiam etiam cum*
iſtis junioribus ſubjeciſti? Verum eſt, ut opinor, quod
avunculum tuum in Italia dixiſſe conſtat, ipſum in vi-
38 ros incidiſſe, te in feminas. Nihil ex omnibus in-conſulte ac temere actis regem magis moverat, quam Parmenionis cum honore mentio inlata. Dolorem ta-

INTERPRETATIO.

a *Quæ ferocem indolem* à natura *acceperunt.*

NOTÆ.

pum, inviſos ſibi periculis objectandi. Vide Grut. diſc. in Tacit. cap. 35.

36 *Atharias*] Diodorus 17. 27. in genere veteranis hoc tribuit. De nomine Athariæ dictum ſupra ad 5. 2. eſt & Attarras ſupra 6. 8. quem pro eodem hoc nomine habeo. *Freinshemius.*

37 *Avunculum tuum*] Alexandrum Epiri regem intelligit, cui cognomentum Moloſſo [hoc eſt Epirotæ] fuit. Is bellum pop. Romano facturus cum in Italiam tranſiret, dixit, ſe quidem ad Romanos, quaſi in ἀνδρωνῖτιν, Macedonem ire ad Perſas, quaſi in γυναικωνῖτιν, ut tradit A. Gellius 17. 22. *Popma.* Dictum id Alexandri etiam alludit prior Curtio Livius 9. 19. *Nam ille ſæpe, etiamſi prima proſpere eveniſſent, Perſas & Indos, & imbellem Aſiam quæſiſſet, & cum feminis ſibi bellum ſuiſſe dixiſſet: quod Epiri regem Alexandrum mortifero vulnere ictum dixiſſe ferunt, ſortem bellorum in Aſia geſtorum ab hoc ipſo juvene cum ſua conferentem.* Iam duduin enim Græcis innotuerat homines Aſiaticos molles & ignavos eſſe. Ergo apud Lucian. in dialogo 12. mortuor. Hannibal, item dialog. 14. Philippus pater objiciunt Alexandro facilem ex imbelli genere victoriam. quorum hic etiam Clearchi exemplum ſuggerit, quo duce decem millia Græcorum ingentes barbarorum copias propulſaverint. quam rem Xenophon ſecundo & ſeqq. libris ἀναβάσ. narrat. Sed & jam ante ad Thermopylas Xerxis *agmina palam fecerunt, ſe quidem multos homines eſſe, at paucos viros.* Herod. 7. 210. quod dictum paucis mutatis ipſi Xerxi tribuit Front. ſtrateg. 4. 2. *Feminarum* autem vocabulo imbelles & timidos notant, quod eas natura his ingeniis corporibuſque fecerit. Silius 14. 130. de Siculis Romano militi occurrentibus:

Femineum credas maribus concurrere vulgum.

Inde legitur Seſoſtris Ægypti rex, domitis longe lateque gentibus, trophæa in quibuſque finibus erexiſſe, membris maribus inſignia, ubi fortiter repugnatum eſſet; alia femineis. Herod. 2. 102. inde contumeliæ cauſa virorum nomina frequenter detorta reperiuntur in muliebrem terminationem: in qua re conſtitiſſe Meſſalini ſcommain C. Cæſarem, ut nimirum *Caium Cæſarem*, pro *Caio* vocaverit, haud vana, ni fallor, conjectura deprehendi ad Tacit. 6. 5. Sic apud Joſephum antiq. 14. 28. Soſius regem Iudæorum pro *Antigono* vocat *Antigonam*: apud Simocattam 3. 8. *Freinshemius.*

38 Rex

tamen rex preſſit, contentus juſſiſſe *ut convivio excederet.* Nec quidquam aliud adjecit, quam *forſitan eum,* 39
ſi diutius loquutus foret, exprobraturum ſibi fuiſſe vitam à ſemetipſo datam; hoc enim ſuperbe ſæpe jactaſſe. At- 40
que illum contantem adhuc ſurgere, qui proximi ei cubuerant, injectis manibus jurgantes monenteſque conabantur abducere. Clitus quum abſtraheretur, 41
ad priſtinam violentiam ira quoque adjecta, *ſuo pectore tergum illius eſſe defenſum; nunc poſtquam tanti meriti præteriit tempus, etiam memoriam invisam eſſe proclamat. Attali* quoque *cædem* objiciebat; & ad ul- 42
timum Iovis, quem patrem ſibi Alexander adſereret, oraculum eludens, *veriora ſe regi, quam patrem ejus reſpondiſſe* dicebat. Iam [a] tantum iræ conceperat 43
rex, quantum vix ſobrius ferre potuiſſet. Enimvero mero ſenſibus victis, ex lecto repente proſiluit. Adtoniti amici ne poſitis quidem, ſed abjectis pocu- 44
lis

INTERPRETATIO.

a *Tantam iracundiam ſentiebat, ut eam difficile moderari potuiſſet, etiam non ebrius.*

NOTÆ.

38 *Rex preſſit*] Inclementer abjecerunt voculam *rex*, quam adjungi verbo ſequenti æquius erat, ut, *repreſſit* ſcriberetur. *Acidalius.*

39 *Hoc enim ſuperbe ſæpe jactaſſe*] Ita lib. 6. Curtius de Philota: *Sæpe Alexandri auribus nimia jactatione virtutis atque operæ gravem fuiſſe.* Iactationem ſuperbam virtutis aut beneficiorum in ſuis miniſtris ferre nequeunt Principes: quod nolunt ſuorum virtuti nimium videri debere, dum ſuæ potiora vendicant: quod quantum miniſtris debeant, ſeipſos, quam miniſtros æſtimare malunt. præter iſthæc, ſuperba prædicatio meritorum admirationem ſui, & faſtidium aliorum, præſertim ſi coram Principe fiat, parum reverens erga illum obſequium præ ſe ferre videtur. Tacitus 4. Hiſt. de Antonio: *Arrogantia ſibi accerſivit offenſas, nimium commemorandis quæ meruiſſet.* De Philippo II. Strada lib. 3. Hiſt. Belg. Hactenus ſuorum gratiæ tribuiſſe, dum illi ſe *conſiliorum miniſtros, non auctores* jactarent. Sane qui beneficis ac faventibus Principibus uti volunt, caveant tumide jactare operam illis præſtitam; ſed quidquid boni patrarunt, id tanquam ex officiis Principi ac Reip. debitis patratum ad famam illorum ac dignitatem publicam referant; ipſi patraſſe modeſte contenti, longe plura ſe debere, quam præſtiterunt oſtendant. Imo præſtent potius, quia ſic præſtanda, quam ut videantur. ita quo minus ipſi conſectantur, eo magis ipſos ſequetur gloria mereſque virtutum. *Loccenius.*

41 *Defenſum*] Monet hic locum, ut in hac hiſtoria corrigam inſignem illum Oroſii 3. 18. Clitus cum in con-

lis conſurgunt, in eventum rei, quam tanto impetu
45 acturus eſſet, intenti. Alexander rapta lancea ex manibus armigeri, Clitum adhuc eadem lingùæ intemperantia furentem percutere conatus, à Ptolemæo
46 & Perdicca inhibetur. medium complexi & obluctari perſeverantem morabantur: Lyſimachus, & Leon-
47 natus etiam lanceam abſtulerant. Ille militum fidem implorans, *comprehendi ſe à proximis amicorum, quod Dario nuper accidiſſet*, exclamat; *ſignumque tuba dari,*
48 *ut ad regiam armati coïrent*, jubet. Tum vero Ptolemæus & Perdiccas genibus advoluti orant, *ne intam præcipiti ira perſeveret,* [a] *ſpatiumque potius animo det.*
49 *omnia poſtero die juſtius exſequuturum.* Sed clauſæ erant aures, obſtrepente ira. Itaque impotens animi percurrit in regiæ veſtibulum, & vigili excubanti haſta ablata conſtitit in aditu, quo neceſſe erat iis,
50 qui ſimul cœnaverant, egredi. Abierant ceteri, Clitus ultimus ſine lumine exibat. Quem rex, *quiſnam eſſet?* interrogat. Eminebat etiam in voce, ſceleris,
51 quod parabat, atrocitas. & ille jam non ſuæ, ſed regis iræ memor, *Clium eſſe, & de convivio exire* re-
52 ſpondit. Hæc dicentis latus haſta transfixit, morientiſque

INTERPRETATIO.

a *Tempus iræ ſuæ* mitigandæ *concedat.*

NOTA.

convivio fiducia amicitiæ regiæ, adverſus regem, ſua opera patri Philippo præponentem, memoriam patris tueretur, ab offenſo fruſtra rege venabulo transfoſſus, commune convivium moriens cruentavit. Vides in nonnullis diverſum abire à Curtio; tum omnia in Alexandri invidiam intendere. Sed iſta mitto: illud autem, *ab offenſo fruſtra rege*, ineptum eſt. fuit *ab defenſo.* quod mutavit qui hiſtoriam defenſi ad Granicum ab Clito regis hic tangi non animadvertebat. *Freinsh.*

48 *Orant, ne in tam præcipiti ira perſeveret*] Videtur imitatio Livii, qui ſic l. 8. *Orabant, ut rem in poſterum diem differret, & iræ ſuæ ſpatium & tempus conſilio daret.* Seneca lib. 3. de ira, cap. 12. *Maximum remedium iræ dilatio eſt: ut primus ejus fervor relangueſcat, & caligo, quæ premit mentem, aut reſidat, aut minus denſa ſit.* Et c. 25. *Si iratus eſt, demus illi ſpatium, quo diſpicere quid fecit poſſit: ſeipſe caſtigabit.* Et paſſim in iſtis luculentis libris. *Loccen.*

Spatiumque potius animo det] Iuvenal. Sat. 6. 222.

Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa eſt.

52 *Haſta transfixit*] Oroſius 3. 18.

tisque sanguine aspersus: *I nunc*, inquit, *ad Philippum, & Parmenionem, & Attalum.*

NOTÆ.

venabulo transfossum facit. quidam apud Arrian. 4. 2. *hasta*, alii *sarissa*: Seneca de ira 3. 22. *lancea*. Plutarchus cap. 92. αἰχμὴν vocat.

Ad Philippum] Pal. 1. una voce auctior; *ad Phil. pergem*: forte fuit *ad Philippum regem*. quippe quem præfers Alexandro regi. Illis *i nunc*, &c. respicit Curtius Virgil. 2. 547.

——— *referes ergo hæc, & nuncius ibis*
Pelida genitori: illi mea tristia facta,
Degeneremque Neoptolemum narrare memento.

Affinia sunt Marcelli accusatoria ista in Thraseam apud Tacit. 16. 28. *Non illi consulta hæc, non magistratus, aut Romanam urbem videri. Abrumperet vitam ab ea civitate, cujus caritatem olim, nunc & aspectum exuisset.*

CAP. II.

Sera Alexandri pœnitentia. quam sequuntur bellica expeditiones adversus Bactrianos transfugas & Syssimithren. Philippi item strenuissimi juvenis, & Erigyii clarissimi ducis, obitus.

MALE humanis ingeniis natura consuluit, 1
quod plerumque non futura, sed transacta perpendimus. Quippe rex postquam ira mentę

NOTÆ.

1 *Male humanis ingeniis natura consuluit*] Sic Homerus: Il. ρ. v. 32.

Ρ'ηχθὲν δὲ τὸ νήπιος ἔγνω.
Rem excors intelligit actam.

Verum consilium non sequatur, sed præcedat factum: ne fiat, quod velles infectum; & quod facilius castigari quam revocari potest. Democrates Philosophus: προβουλίας χρῆναι τῆς πράξεως, ἢ μετανοεῖν. *Præstat consilium actiones præcedere, quam pœnitentiam subsequi.* Huic respondet scitum Germanorum proverbium:

——— *Thu nichts ohne raht,*
So gereuts dir nicht nach der taht.

Nec minus elegans illud Sueonum vetus:

Ar büitre wara firi war, ân âpte suar.
Loccen.

Sed transacta perpendimus] Gnome insignis. quam eandem, à Menandro expressam ad Tacitum, Taciti Salus notavit, dignam cum ipsa Taciti iterum hic notari, ut & Curtii cum iis, & hæ cum Curtii contendantur, lucem à se invicem lucraturæ universæ. Menander, ut Stobæus citat;

Οὐδεὶς ξύνιδεν ἁμαρτάνων πόσον
Ἁμαρτάνει τὸ μέγεθος, ὕστερον δ' ὁρᾷ.
Peccando molem nemo peccati videt;
Commissa demum mente sera respicit.

Tacit. 14. 10. *A Cæsare perfecto demum scelere magnitudo ejus intellecta est, &c.* Quid autem, ni Lipsii etiam ipsius adscribam? non hercule venuste minus elatam, & quam spreviisse sane nefas, religio autem mihi vel præteriisse. Ille ibidem: *Currimus ad scelus præcipites, quod sedente impetu, veris mox pretiis æstimamus.* Acidalius.

Rex] Hoc emphatice dictum accipe: rex quum esset, carnificis operam exercuit. *Freinsh.*

Digitized by Google

mente deceſſerat, etiam ebrietate diſcuſſa, magni-
2 tudinem facinoris ſera æſtimatione perſpexit. Videbat tunc immodica libertate abuſum, ſed alioqui egregium bello virum, & niſi erubeſceret fateri, ſervatorem ſui, occiſum. Deteſtabile carnificis miniſterium occupaverat rex: verborum licentiam, quæ
3 vino poterat imputari, nefanda cæde ultus. Manabat

INTERPRETATIO.

2 *Iam* nimis *ſera conſideratione agnovit facti* ſui *indignitatem.*

NOTÆ.

2 *Verborum licentiam, quæ vino poterat imputari, nefanda cæde ultus* | Clitus quidem non plane poteſt ab intemperantia linguæ excuſari, quæ licet vino aut ebrietati videatur imputanda, tamen quum noſſet animum Alexandri hujuſmodi libertatis dicendi intoleratiorem; vel modeſtius loqui, vel parcius bibere, vel in tempore abire potuiſſet, antequam incaluiſſet mero, & tam libera effudiſſet verba. quibus inter pocula abſtinendum, præſertim apud Principes, monet Plutarchus in lib. de adulatoris & amici diſcrimine, ob tres inprimis cauſas: primo quod ſerenitati vel hilaritati nubilum non ſit obducendum: dein quod Principes vino madidi ſæpe ſint procliviores ad iram: tandem quod ignavum ſit ac minime generoſum, eum qui ſobrius loqui non audet, id in menſa facere. Sed & Alexander verba temulentiæ condonare Clito potuiſſet; velut ipſe tyrannus Piſiſtratus, in cujus crudelitatem cum ebrius conviva multa dixiſſet, *Non magis illi ſe ſuccenſere* reſpondit, *quam ſi quis obligatis oculis in ſe incurriſſet*, ut eſt apud Senecam lib. 3. de Ira, cap. 11. Imperatores Theodoſius, Arcadius & Honorius peculiari lege conſtituerunt in tit. Cod. ſi quis Imp. maled. temulentum obtrectatorem Principum, non eſſe pœnæ ſubjiciendum. Plutarchus in lib. *An inter pocula ſit philoſophandum* notat, à veteribus ideo Bacho Oblivionem ac Feruiam fuiſſe conſecratam: quod non oporteat verborum inter pocula temere jactorum adeo meminiſſe; aut, ſi forte erratum, non atrociter caſtigare. Verum Alexander non remiſit, nec leni caſtigatione contentus fuit, nec vinum vino, ſed ferro vindicavit, ut loquitur Themiſtius orat. 5. dum ab ira & vino ſe vinci paſſus eſt. Seneca de Ira 3. 17. *Hæc barbaris regibus feritas in ira fuit, quos nulla eruditio, nullus literarum cultus imbuerat. dabo tibi ex Ariſtotelis ſinu regem Alexandrum, qui Clitum carissimum ſibi & una educatum inter epulas transfodit, & manu quidem ſua, parum adulantem, & pigre ex Macedone ac libero in Perſicam ſervitutem transeuntem.* Non alienum fuerit hic commemorare, quod Androcydes ſapientia clarus ad Alexandrum ſcripſit, intemperantiam ejus cohibens: *Vinum potaturus, Rex, memento te bibere ſanguinem terræ. ſicut cicuta homini venenum eſt, ſic cicuta vinum.* Sic quædam editiones Plinii (apud quem lib. 14. cap. 5. hoc monitum Androcydis exſtat) habent. Sed aliæ hoc modo: *Sicut venenum cicuta vinum eſt, ſic & vinum cicuta homini:* Et quidem rectius, Vinum, præſertim tepidum, eſſe antidotum cicutæ, aut illam conficere volunt Medici; quo etiam alluſit Pſeudo-Macer in lib. de Herbis, ubi de cicuta agit:

Hac ſumta, ſi quis morti ſit proximus, herba,
Forte merum tepidum bibat, quadetque periclum.

Sed hæc in tranſcurſu. redeamus ad præcepta Androcydis. Quibus præceptis, inquit

bat toto veſtibulo cruor, paulo ante convivæ: vigiles adtoniti & ſtupentibus ſimiles procul ſtabant, [a]liberioremque pœnitentiam ſolitudo exciebat. Ergo haſtam ex corpore jacentis evulſam retorſit in ſemet: jamque admoverat pectori; quum advolant vigiles, & repugnanti è manibus extorquent, adlevatumque in tabernaculum deferunt. Ille humi proſtraverat corpus, gemitu ejulatuque miſerabili tota perſonante regia. Laniare deinde os unguibus, & circumſtantes rogare, *ne ſe tanto dedecori ſuperſtitem eſſe paterentur.* In has preces tota nox exacta eſt. [b]Scrutantemque *num ira deorum ad tantum nefas actus eſſet?* ſubit *anniverſarium ſacrificium Libero patri non eſſe redditum ſtatuto tempore. itaque inter vinum & epulas cade commiſſa, iram dei fuiſſe manifeſtam.* Cetera magis eo movebatur, quod omnium amicorum animos

1 4 5 6 7

INTERPRETATIO.

a *Solitudo* regiæ *opportuniorem pœnitendi locum* ei *dabat.*

b *Dum cogitat an non Deorum vindicta impulſus fuiſſet ad tam grave facinus, venit* in mentem &c.

NOTÆ.

inquit Plinius d. loco, *ſi Alexander obtemperaviſſet, profecto amicos in temulentia non interemiſſet; prorſus ut jure dici poſſit, neque viribus corporis utilius,* (ſcilicet vino, ſi modus adſit) *neque aliud perniciofius, ſi modus abſit.* Loccen.

3 *Pœnitentiam*] Quo nomine laudat Alexandrum Arrianus 4. 2. quod ſtatim maleficii pœnitentia ductus fuerit. & 7. 5. id ſoli ipſi inter veteres reges tanquam eximium ac genuinum quiddam adſcribit. Plerique enim, tametſi alicujus delicti conſcii ſibi ſint, tuentes id ut recte factum, obtegere culpam ſuam putant: inique ſtatuentes, &c.

4 *Ergo haſtam*] Scripſit Ianus Gruterus ad illum Taciti locum 15. 36. *Facinorum recordatione nunquam timere vacuus.* nobile caput, cui fecit hanc inſcriptionem: *Conſcientia eis pro pœna, qui ſupra pœnam.* quem ego locum indigito tantum, quia totus huc facit, licet eum ipſum Curtii locum à Grutero prætéritum miror, cum vel maxime ad inſtitutum faceret, & interim alia ex eodem producat.

6 *Anniverſarium ſacrificium*] Arrianus 4. 2. Diem quendam apud Macedones Baccho ſacrum eſſe ferunt, atque Alexandrum quotannis eo die Baccho ſacrificare ſolitum, tum temporis neglecto Baccho Dioſcuris ſacrum feciſſe. *Aliam rationem aſſignat Plut. cap.* 21. admiſſum per temulentiam in Clitum facinus, illamque contra Indos Macedonum ignaviam, quaſi rudem relinquentium expeditionem ſuam & gloriam, ad iram & invidiam retulit Liberi patris: nempe quod patriam ejus, Thebas, everriſſet.

8 *Duo*

animos videbat adtonitos: neminem cum ipso sociare sermonem posteа ausurum. vivendum esse in solitudine velut feræ bestiæ, terrenti alias, alias timen-
8 ti. Prima deinde luce *tabernaculo corpus*, sicut adhuc cruentum erat, jussit *inferri*. Quo posito ante ipsum, lachrymis obortis, *hanc*, inquit, *nutrici meæ gratiam retuli, cujus duo filii apud Miletum pro mea gloria occubuere mortem: hic frater unicum orbitatis solatium à*
9 *me inter epulas occisus est. Quo nunc se conferet misera? Omnibus ejus unus supersum, quem solum æquis oculis videre non poterit. [a]Et ego servatorum meorum latro, revertar in patriam, ut ne dextram quidem nutrici, sine*
10 *memoria calamitatis ejus offerre possim?* Et cum finis lachrymis querelisque non fieret; jussu amicorum cor-
11 pus ablatum est. rex triduum jacuit inclusus. quem ut armigeri corporisque custodes ad moriendum obstinatum esse cognoverunt; universi in tabernaculum inrumpunt, diuque precibus ipsorum reluctatum
12 ægre vicerunt, ut cibum caperet. quoque minus cædis

INTERPRETATIO.

a *Ego interfector* eorum *à quibus servatus sum.*

NOTÆ.

8 *Duo filii*] Milesi oppugnationem Arrianus 1.6. Plutarch. cap. 27. & Diodorus 17. 22. exponunt, sed nullus filiorum Hellanices ullam mentionem fecit, contenti caput rerum, singularibus, quod plerumque fit, neglectis, attigisse. *Raderus.* Meminit tamen ejus rei, eodem fere quo Curtius modo, Arrian. 4. 2. nisi quod locum, ubi occubuerint, non signat.

9 *Servatorum*] Unum Clitum intelligens, pro recepta loquendi consuetudine plurali utitur. Sicut plane apud Arria. 4.2. φονέα τῶν φίλων *amicorum interfectorem* se appellat, cum præter Clitum neminem ex amicis interemisset. Ita Livius 9. 18. *Freinsh.*

12 *Quoque minus cædis puderet*] Sed hic cum Papiniano dicendum, Non tam facile homicidium excusari quam fieri; licet Ærodius lib. 5. rerum judicatar. tit. 4. pro tempore prudenter id excusasse Macedonas velit. Verba ejus hæc sunt: *In iniquo judicio latet æquitas nonnunquam, & quod damnatione assequi non possumus, contrario judicio utile est quandoque experiri. quod Macedones jure eum casum esse pronunciarunt, ideo sapienter inique decretum est, ut, quod detrimento erat valetudini, minus imposterum cædis puderet atque pæniteret Alexandrum, quam veluti jure eis commississe videretur. Nam ut ex malis necivisque interdum etiam medici componunt ac miscent salutaria pharmaca, sic quandoque iniquiore jure ad salutem & majorem æquitatem abutimur: dum utile juste atque honeste compo-*

Digitized by Google

dis puderet, *jure interfectum Clitum* Macedones decernunt, ſepultura quoque prohibituri, ni rex humari juſſiſſet. Igitur decem diebus maxime ad confirmandum pudorem apud Maracanda conſumptis; cum parte exercitus Hephæſtionem in regionem Bactrianam miſit, commeatus in hyemem paraturum. Quam Clito autem deſtinaverat provinciam, Amyntæ dedit: Ipſe Xenippa pervenit. Scythiæ confinis eſt regio, habitaturque pluribus ac frequentibus vicis, quia ubertas terræ non indigenas modo detinet; ſed etiam advenas invitat. Bactrianorum exulum, qui ab Alexandro defecerant, receptaculum fuerat. ſed poſt-

13 14 15

NOTÆ.

mus. Praterea qui non poſſunt puniri aut interrogari legibus, annon præſtat eos lenire quoquo modo? Inique igitur Alexander & imprudenter; Macedones ſi iniquè, attamen prudenter. Hæc ita quidem ſpecioſe dicuntur; verum ſi ad verbi divini examen revocentur, non ſubſiſtent; quippe ex eo ſcimus, non eſſe malum bonum appellandum; nec facienda mala, ut inde ſperentur bona. *Loccen.*

Iure interfectum] Præcipuo inſtinctore Anaxarcho, ut teſtatur Arrianus 4. 2. cujus verba bona fide referentem Popmam non opus erat reprehendi. Dixit enim Anaxarchus, *fingi juſtitiam Iovi aſſidere, quia quidquid à Iove decernitur, id juſte factum eſſe cenſeri debeat. oportere igitur, qua à magno rege fierent, juſta exiſtimari.* nimirum quia regis poteſtas atque etiam nomen inprimis tribuebatur Iovi, Anaxarchus alios quoque magnos reges eodem jure cenſeri æquum putabat. quod vel ex Plutarchi Themiſt. cap. 48. colligas. nec ulla eſt ſuſpicio, eum reſtringi hæc voluiſſe ad eum tantummodo regem, qui Iovis filius eſſet. Nec ſane pro hac interpretatione unum verbum in Diogenis Anaxarcho. Eodemque modo refertur id apud Plutarch. cap. 5. ad princip. indoctum: *Anaxarchus Alexandrum conſolans ob Clitì cædem animi ſe angentem, aiebat, Ius & Fas Iovi aſſidere, ut quicquid rex* (nimirum quilibet abſoluta poteſtate præditus) *agat, id fas juſtumque putetur.* & in Alexand. cap. 92. παὰ τὸ πραχθὲν ὑπὸ Ϝ κρατοῦντος, δίκαιον, *quicquid agatur à dominante, juſtum eſſe.* Ceterum Curtius infra 8. 8. à Calliſthene revocatum ad vitam Alexandrum ſcribit, nulla Anaxarchi mentione. quod quomodo concilies, diſcas ex Plutarcho Alexand. cap. 93. nimirum & Anaxarchum quo dictum eſt modo eum erexiſſe, & Calliſthenem *placida & modeſta oratione.* Idem.

Sepultura prohibituri] Quaſi damnatum & jure occiſum: quæ ſumma apud Græcos ignominia, caruiſſe ſepultura. nam αὐτόχειρες, tyranni, proditores, & hoc infame & execratum genus hominum, ſepultura prohibebantur. quod ex variis ſcriptoribus teſtatur *Alexander Neapolitanus.*

14 *Xenippa*] Nec iſta Xenippa uſquam extra Curtium reperienda, ab nullo geographo, ſcriptore, hiſtorico conſignata vel expreſſa. Fides tota penes Curtium eſt, qui haud dubie ex Græcis auctoribus, qui hodie deſiderantur, hæc Xenippa accepta in ſuum volumine impoſuit. *Raderus.*

18 *Va-*

poſtquam Regem adventare compertum eſt; pulſi ab
16 incolis XI millia fere & ducenti congregantur. Omnes equites erant, etiam in pace latrociniis adſueti. tum ferocia ingenia non bellum modo; ſed etiam veniæ deſperatio efferaverat. Itaque ex improviſo adorti Amyntam prætorem Alexandri, diu anceps
17 prælium fecerant. Ad ultimum DCC ſuorum amiſſis, quorum CCC hoſtis cepit; dedere terga victoribus: haud ſane inulti, quippe LXXX Macedonum interfecerunt, præterque eos CCC & L faucii
18 facti ſunt. Veniam tamen etiam poſt alteram defec-
19 tionem impetraverunt. His in fidem acceptis in regionem, quam Naura adpellant, rex cum toto exercitu venit. Satrapes erat Syſimithres duobus ex ſua matre filiis genitis: quippe apud eos parentibus ſtupro

NOTÆ.

18 *Veniam tamen etiam poſt alteram defectionem impetraverunt*] Hic Alexander magis quid ſuam clementiam deceret, & quid tempora poſtularent quam quid illi promeriti eſſent, attendit. Simile quid Ovidius lib. 2. Triſt. de Auguſto: diſt. 22.

Tu veniam parti ſuperata ſæpe dediſti,
Non conceſſurus quam tibi victor erat.

Conferatur etiam Suetonius in vita Auguſti, cap. 21. Maximilianus I. Imp. quærenti cuidam cur Morinos male de ſe meritos & rebelles non male mulctaret perderetque? heroïce & clementiſſime reſpondit: *Quoniam parcendum his eſt, ut rurſus victis ſapiens queam ignoſcere.* Prudens hic monitum Theodoti apud Thucydidem l. 3. obſervandum: Potius antevertere oportere, & ſic tractare atque obſervare liberos homines, ne in cogitationem defectionis veniant, quam deficientes ſevere punire. *Locaen.*

[illegible] *Naura*] Apud Arrianum 4. 3. eſt *Nautaca*, ſtatim poſt Spitamenis cædem. Apud alios quidem nihil prorſus de hoc nomine. *Glareanus.* At ego apud Arrianum in Erythræi maris periplo lego hanc vocem: *Deinde Naura & Tyndis prima ſeu maxima Limyrica provincia emporia.* Tyndis autem eſt Ptolemæo civitas & fluvius intra Gangem in India, ſicut & Naura regio Arriano videtur intra Gangem, ut magnopere dubitem, utrum hic non ſit potius cum Glareano *Nautaca* legendum, de quo loco etiam Arrianus infra, non certe multum à Bactris & Maracandâ remoto. Favet etiam huic ſcripturæ codex Conſtantienſis Mſ. qui *Naute* habet pro *Nautaca*; ultima credo ſyllaba amiſſa vel omiſſa. Sed *Nautacas* aliam provinciam apud Siculum 17. & Arrianum reperio. Arrianus autem 4. 4. hanc Petram ejuſque dominum communi nomine *Chorienem* appellat. Hunc Chorienem Strabo lib. 2. cum Curtio *Syſimithrem* vocat. *Raderus.*

Quippe apud eos parentibus] A quo tamen reverentia ſanguinis & lex naturæ eos deterrere debuiſſent: niſi prava educatione & malo more ita corrupti fuiſſent. vid. Grot. de jure bell. & p. 2. 5. 12. *Locen.*

Cete

pro coïre cum liberis fas eſt. 11 millibus armatis popularibus fauces regionis, [a] qua in arctiſſimum cogitur, valido munimento ſepſerant. Præterfluebat torrens amnis; à tergo petra claudebat: hanc manu perviam incolæ fecerant. Sed aditus ſpecus accipit lucem; interiora niſi inlato lumine obſcura ſunt. perpetuus cuniculus iter præbet in campos, ignotum niſi indigenis. At Alexander quamquam anguſtias naturali ſitu munitas ac validas, manu barbari tuebantur; tamen arietibus admotis munimenta, quæ manu adjuncta erant, concuſſit, fundiſque & ſagittis propugnantium pleroſque dejecit: quos ubi diſperſos fugavit, ruinas munimentorum ſupergreſſus ad petram admovit exercitum. Ceterum interve- nie-

20 21 22 23

INTERPRETATIO.

a *Ubi in anguſtiſſimum* ſpatium *coarctatur.*

NOTÆ.

Coïre cum liberis fas eſt] Infandum ſcelus, & per quod jure gentium inceſtus committitur. l. fin. de R. N. ſed viderit ibi Paulus, quid appellet jus gentium. Ecce enim, quod nos merito quidem abhorremus, probabatur *Arabibus, Perſis, Aſſyriis, Parthis, Medis, Ægyptiis, Phrygibus, Galatis, Æthiopibus, Indis, Scotis, Hibernis, Naura regionis incolis, Nomadibus.* ut ex variis auctoribus oſtendit Tiraquellus leg. Connub. 7. 30. 32. 33. & Alexandri dies Genial. 1. 24. Quibus accedunt haud pauci ex incolis terrarum recens repertarum. Eo reſpicit Ovidianum illud Metamorph. 10. 331.

——— *gentes tamen eſſe feruntur,*
In quibus & nato genitrix, & nata parenti
Jungitur.

Oroſius 1. 4. à Semiramide hunc morem introductum ait. Theodoretus contra Græcos Orat. 9. de legib. ait, Perſas ex Zaradæ cujuſdam inſtituto matribus miſceri. Apud Laërtium, Pyrrho, hac conſuetudine & aliis ſimilibus demonſtratur, *idem aliis bonum, aliis malum putari.* Quomodo & Probus Æmilius procemio: *non eadem omnibus eſſe honeſta atque turpia, ſed omnia majorum inſtitutis judicari.* Eodemque ſenſu Artabanus in Plutarch. Themiſt. cap. 46. Summus gentilium philoſophus Ethicor. 1. 3. Τὰ καλὰ καὶ τὰ δίκαια τοιαύτην ἔχει διαφορὰν, ἃς νομίζειν νόμῳ μόνον εἶναι, φύσει δὲ μή. Quorſum hæc? ut nempe conſtet, certos indubitatoſque bonorum & malorum fines conſtituere non eſſe naturæ, ſed gratiæ. *Freinsh.*

20 *Tergo petra claudebat*] Fauces regionis à fronte præterfluens torrens, à tergo petra objecta, muniebat. hæc vera lectio, quam fruſtra impugnant alii.

22 *Ac validas*] Conſenſum librorum ſecutus ita reſtitui: fecerant alii, *munitas valida manu barbari tuebantur.* non male, niſi quod Curtio ſuum abſtulerunt ſenſum, qui æque bonus: *anguſtias munitas, ac validas, barbari manu tuebantur.* manu dixit, id eſt, vi & armis.

25 *Oxar-*

Digitized by Google

niebat fluvius coëuntibus aquis ex ſuperiore faſtigio in vallem; magnique operis videbatur tam vaſtam
24 voraginem explere. *Cædi* tamen *arboreis & ſaxa congeri* juſſit. ingenſque barbaros pavor rudes ad talia opera concuſſerat, excitatam molem ſubito cernen-
25 tes. Itaque rex ad deditionem metu poſſe compelli ratus, Oxarten miſit nationis ejuſdem, ſed ditionis
26 ſuæ, qui ſuaderet duci, *ut traderet petram*. Interim ad augendam formidinem, & turres admovebantur; & excuſſa tormentis tela emicabant. Itaque verticem petræ [a] omni alio præſidio damnato petiverunt.
27 At Oxartes trepidum diffidentemque rebus ſuis Syſimethrem cœpit hortari, *ut fidem quam vim Macedonum mallet experiri; neu moraretur feſtinationem victoris exercitus, in Indiam tendentis: cui quiſquis ſemet offerret, in ſuum caput alienam cladem eſſe verſurum.*
28 Et ipſe quidem Syſimethres deditionem adnuebat: ceterum mater eademque conjux morituram ſe ante denuncians, quam in ullius veniret poteſtatem; barbari animum ad honeſtiora quam tutiora converterat: pudebatque, libertatis majus eſſe apud feminas quam

INTERPRETATIO.

a *Nullis aliis munimentis confiſi.*

NOTÆ.

25 *Oxarten*] Hoc nomen multis modis ſcribitur: nec enim puto diverſa eſſe omnia iſta, ſed unum, Oxartes, Oxathres, Oxyartes. ut apud hunc aut illum auctorem, ſolenni in barbaris nominibus dubitatione, varie reperias. Interim unum illud nomen pluribus fuiſſe commune, non nego.

26 *Ad augendam formidinem*] Sæpius uſurpatum, ut ſuadentes vim etiam oſtentent: *miſtis precibus minisque*, ut apud Liv. 4. 25. quod epiſt. 7. Plato vocat δύο εἰς μιᾶν μάχας ἀνάγκας. Fecit idem Alexander ſupra 7. 11. unde magis clareat, recte me emendaſſe in Tacito 15. 27. *Simul ut conſilio terrorem adjiceret, Megiſtanes Armenios qui primi à nobis defecerant, pellit ſedibus*, &c.

27 *Vt fidem quam vim Macedonum mallet experiri*] Vid. notas ad illa lib. 4. *Facilius ſocietatem Alexandri, quam imperium acceptura videbatur.* Loccenenius.

28 *Pudebatque, libertatis majus eſſe apud feminas*, &c.] Ita Demoſth. orat. 22. funeb. de occiſis Athenienſibus ad Chæronæam in bello contra Philippum: *Audierant Leontida Leocrati etiam à Poëtis celebrari, quod ſe victimas civibus pro patria obtuliſſent. cum igitur earum mulierum tanta ſuiſ-*

Digitized by Google

quàm apud viros pretium. Itaque dimiſſo internun- 29
cio pacis, obſidionem ferre decreverat. Sed quum
hoſtis vires ſuaſque penſaret; rurſus muliebris con-
ſilii, quod præceps magis quam neceſſarium eſſe cre-
debat, pœnitere eum cœpit. Revocatoque ſtrenue 30
Oxarte, *futurum ſe in regis poteſtate* reſpondit; unum
precatus, *ne voluntatem & conſilium matris ſuæ prode-*
ret, quo facilius venia illi quoque impetraretur. Præmiſ- 31
ſum igitur Oxartem cum matre liberiſque & totius
cognationis grege ſequebatur, ne exſpectato quidem
fidei pignore quod Oxartes promiſerat. Rex equite 32
præmiſſo, qui *reverti eos* juberet, *opperirique præſen-*
tiam ipſius, ſupervenit; & victimis Minervæ ac Vi-
ctoriæ cælis imperium Syſimithri reſtituit; ſpe *majo-*
ris etiam provinciæ facta, *ſi cum fide amicitiam ipſius*
coluiſſet. Duos illi juvenes patre tradente *ſecum mili-* 33
turos ſequi juſſit. relicta deinde phalange ad ſubi-
gendos, qui defeceraut, cum equite proceſſit. Ar- 34
duum & impeditum ſaxis iter primo utcumque tole-
rabant. mox equorum non ungulis modo adtritis;
ſed corporibus etiam fatigatis, ſequi plerique non
poterant, & rarius ſubinde agmen fiebat, pudorem,
ut fere fit, immodico labore vincente. Rex tamen 35
ſubinde equos mutans, ſine intermiſſione fugientes
inſequebatur. Nobiles juvenes comitari eum ſoliti
defeceraut præter. Philippum. Lyſimachi erat frater,
tum primum adultus, & quod facile adpareret indo-
lis

N o t æ.

ſuiſſe fortitudo (ὅτι δὲ ἂν γυναῖκας ἐ-
κρινας παιδίῳ ἔχον ἀνδρείαν) neſas eſſe
putabant, ſe qui viri eſſent, illis deterio-
res videri. Herodotus. lib. 9. p. m. 552.
ſcribit apud Perſas ſummo probro da-
tum, audire muliere ignaviorem. nec,
ut credo, probro vacat apud alias gen-
tes. *Locceh.*

29 *Muliebris conſilii, quod præceps*
magis quàm neceſſarium eſſe credebat]
Tac. 15. Annal. *Muliebre conſilium ple-*
rumque deterius. vid. & Ariſtot. 1. Pol.
13. Interdum tamen rem acu tangunt,
& ex femineo pectore maſcula ac pru-
dentia conſilia promunt: quia Deus
etiam in impotentiore ſexu, quo-
ties ipſi placet, potens eſt. Vide. Berneg-
geri Quæſt. Polit. 44. *Locceh.*

lis raræ. Is pedes, incredibile dictu, per D ſtadia vectum regem comitatus eſt; ſæpe equum ſuum offerente Lyſimacho, nec tamen ut digrederetur à rege effici potuit, quum loriça indutus arma geſtaret. Idem quum perventum eſſet in ſaltum, in quo ſe barbari abdiderant, nobilem edidit pugnam; regemque cominus cum hoſte dimicantem protexit. Sed poſtquam barbari in fugam effuſi deſeruere ſylvas, animus, qui in ardore pugnæ corpus ſuſtentaverat, liquit; ſubitoque ex omnibus membris profuſo ſudore, arboris proximæ ſtipiti ſe adplicuit. Deinde ne illo quidem adminiculo ſuſtinente, manibus regis exceptus eſt, inter quas conlapſus extinguitur. Mœſtum regem alius haud levis dolor excepit. Erigyius inter claros duces fuerat; quem extinctum eſſe paulo antequam revertetur in caſtra, cognovit. utriuſque funus omni adparatu atque honore celebratum eſt.

NOTÆ.

36 *Is pedes*] Iuſtinus 15. 3. de Lyſimacho: In India inſectanti regi quoſdam palantes hoſtes, cum à ſatellitum turba equi ſui celeritate deſertus eſſet, ſolus ei per immenſas harenarum moles comes curſus fuit. Quod idem antea Philippus frater ejus cum facere voluiſſet inter manus regis exſpiraverat. *Simile Suet. de Galba, c.* 6. campeſtrem decurſionem ſcuto moderatus, etiam ad eſſedum Imperatoris per viginti paſſuum millia cucurrit. *Capitolinus de Maximino c.* 3. Ad pedes Imperatoris equitantis acceſſit. Tum volens Severus explorare quantus in currendo eſſet, equum admiſit multis circuitionibus, & cum Imperator laboraſſet, neque ille accurrendo per multa ſpatia deſiſſet, ait ei, Quid vis, Threciſce? numquid delectat luctari poſt curſum? Tum ille, Quantum libet (inquit) Imperator. De aliorum mirandis curſibus vide epiſt. 59. Lipſii ad Italos & Hiſpanos. Neſcio autem an de hac hiſtoria capiendus Ælian. hiſt. var. 10. 4. Alexander tertium quadringentis ſtadiis continuo itinere confectis, antequam quietem caperet exercitus, cum hoſtibus confixit, & eos vicit. *tertium* reddi illud τρὶς, quod eſt in textu, cum vocula *ter*, ubicunque poneretur, ambiguum faceret ſenſum. *Freinsh.*

D ſtadia] Ex variis numeris hic viſus eſt maxime conſentaneus: eſſent milliaria noſtratia ſedecim fere, minus triente. *Idem.*

CAP.

CAP. III.

Spitamenis uxorem, interfecti mariti caput afferentem, Alexander castris excedere jubet: provincias quasdam à prefectorum suorum injuriis vindicat.

DAHAS deinde statuerat petere; ibi namque Spitamenem esse cognoverat. Sed hanc quoque expeditionem ut pleraque alia fortuna indulgendo ei numquam fatigata, [a] pro absente transegit. Spitamenes uxoris immodico amore flagrabat; quam ægre fugam, & nova subinde exilia tolerantem, in omne discrimen comitem trahebat. Illa malis fatigata idemtidem muliebres adhibere blanditias; *ut tandem fugam sisteret, victorisque Alexandri clementiam experius, placaret quem effugere non posset.* Tres adulti erant liberi ex eo geniti, quos quum pectori patris admovisset, *ut saltem eorum misereri vellet*, orabat; & quo efficaciores essent preces, haud procul erat Alexander. Ille se prodi, non moneri ratus, & formæ profecto fiducia cupere eam quamprimum dedi Alexandro; acinacem strinxit, percussurus uxorem, nisi prohibitus esset fratrum ejus occursu. Ceterum *abire conspectu* jubet; addito metu *mortis, si se oculis ejus obtulisset*: & ad desiderium levandum noctes inter pellices agere cœpit. Sed penitus hærens amor fastidio præsentium accensus est.

ita-

INTERPRETATIO.

a *Loco ipsius absentis consecit.*

NOTÆ.

1 *NVnquam fatigata*] Quod alias solenne. Lucan. 2. v. 10. à fin.

——— *lassata triumphis*
Defecit fortuna.

Livius 9. 17. Vt alios reges claros ducesque omittam; magna exempla casuum humanorum: Cyrum, quem maxime Græci laudibus celebrant, quid nisi longa vita, sicut Magnum modo Pompeium, vertenti præbuit fortunæ? *Quod adspexisse videatur Seneca ad Marciam* 26. 4. Regesne tibi nominem felicissimos futuros, si maturius illos mors instantibus subtraxisset malis? An Romanos duces, quorum nihil magnitudini deerit, si aliquid ætati detraxeris? *Sic intelligo Tacitum* 15. 6.

2 *Comitem trahebat*] Quomodo Rhadamistus apud Tacitum 12. 51.

itaque rursus uni ei deditus, orare non destitit, *ut tali consilio abstineret, pateretur que sortem quamcumque eis fortuna fecisset. sibi mortem deditione esse leviorem.*
7 At illa purgare se, *quod quæ utilia esse censebat, muliebriter forsitan, sed fida tamen mente suasisset; de cete-*
8 *ro futuram in viri potestate.* Spitamenes simulato captus obsequio, de die *convivium adparari* jubet; vinoque & epulis gravis, semisomnus in cubiculum fer-
9 tur. Quem ut alto & gravi somno sopitum esse sensit uxor, gladium, quem veste occultaverat, stringit, caputque ejus abscissum cruore respersa, servo
10 suo conscio facinoris tradit. Eodem comitante, sicut erat cruenta veste, in Macedonum castra pervenit, nunciarique Alexandro jubet, " *esse, quæ ex ipsa deberet cognoscere.* Ille *protinus barbaram* jussit *admitti.*
11 quam ut adspersam cruore conspexit, ratus ad deplorandam contumeliam veniisse, *dicere quæ vellet*, ju-
12 bet. At illa *servum*, quem stare in vestibulo jusserat, *introduci* desideravit. qui quia caput Spitamenis veste tectum habebat; suspectus scrutantibus, quid
13 occuleret, ostendit. Confuderat oris exsanguis notas pallor, nec quis esset, nosci satis poterat. Ergo rex certior factus *humanum caput adferre eum*, tabernaculo

INTERPRETATIO.

2 Aliquid *esse quod ab ea doceri* ipsum *oporteret.*

NOTÆ.

6 *Eis fortuna feciſſet*] Vulgo *his*. neutrum Curtius voluit præ *ipsis:* si tamen hoc saltem voluit, neque omnibus omissis sic potius scripsit: *quamcumque fortuna feciſſet sibi. Mortem ded. esse leviorem.* Neq; tamen vel hoc affirmaro. *Acidalius.* De pronominis rejectione adsentitur Freinshemius: de distinctione mutata non item.

8 *Spitamenes ſimulato captus obſequio*] Ita Mithridates à Rhadamisto circumventus est simulato obsequio, apud Tacitum 12 Annal. vid. plura ad illa verba lib. 6. *Nabarzanes*, &c. *titulum solennis officii occulto scelori præferens.* Loccen.

9 *Gladium, quem veſte occultaverat, ſtringit* | Iudithæ simillimum facinus, similimoque modo patratum, nisi quod illa sanctissima heroïs, hostem numinis & patriæ, hæc amantissimum sui maritum; illa pie, hæc impie interfecerit. *Raderus.* Sic etiam Belides quinquaginta, una excepta Hypermnestra, viros suos occidisse leguntur. Ovid. Epist. Heroid. 14.

13 *Exem-*

naculo excessit, percontatusque *quid rei sit?* illo profitente cognoscit. Variæ hinc cogitationes invicem 14
animum diversa agitantem commoverant. meritum ingens in semet esse credebat, quod transfuga & proditor, tantis rebus, si vixisset, injecturus moram, interfectus esset: contra facinus ingens aversabatur, quum optime meritum de ipsa, communium parentem liberorum, per insidias interemisset. [a] Vicit tamen gratiam meriti, sceleris atrocitas, de- 15
nunciarique jussit, ut *excederet castris.* [b] *ne in licentiæ barbaræ exemplar in Græcorum mores, & mitia ingenia transferret.* Dahæ Spitamenis cæde comperta Data- 16
phernem defectionis ejus participem, vinctum Alexandro seque dedunt. Ille maxima præsentium curarum parte liberatus, convertit animum ad vindicandas injurias eorum, quibus à prætoribus suis avare

[a] INTERPRETATIO.

a *Sceleris* ejus *gravitas vicit meritum beneficii.*

b *Ne barbaricæ perfidiæ exemplo humaniores Græcorum animos ac mores inficeret.*

NOTÆ.

15 *Exemplar in Græcorum mores, & mitia ingenia, transferret*] Non paucas gentes ex commercio aliarum nationum corruptas legas. In literis sacris habes Israëlitas apud Ægyptios, Babylonios, Tyrios & alios vicinos idololatriam aliasque pessimas artes doctos. Diu Græci Romanique sancte frugaliterque vixere, postea paulatim mores defluxere, paupertasque probro haberi cœpit, luxuriæque peregrinæ invictum malum, ad effœminandos animos ab exercitu Asiatico in urbem primum invectæ, mores infecit: sicut aurum Persicum fugato Mardonio Athenienſium animos labefactavit, & dira tabe infecit. Inde illecebræ libidinum; & rerum secundarum luxus in omnem licentiam grassati. Plura Alexander ab Alexandro. Plinium 33. 11. & 34. 7. licet consulas; & Livium 39. 6. Valerium Maximum; Sallustium in exordio belli Catilinarii [Florum 3. 12.] Herodot. 1. 155. narrat quomodo fortissima gens Lydorum, Persarum consuetudine [imo potius fraude & artibus] penitus fuerit effœminata. Inde factum, ut multæ gentes, quæ cum exteris nationibus nihil habuere commercii, mores incorruptos tuerentur. Documentum ex Cæsare accipe, qui de bell. Gall. 2. 1. de Belgis similia prodidit. Ab iisdem fere virtutibus celebrat Vsipetes Germanos 4. 2. *Rademi*. De Laconum ξενηλασία seu peregrinorum expulsione notum.

16 *Dataphernem*] Sic etiam appellatur supra 7. 5. & Arrian. 3. 6. At hoc loco quidam Mſ. *Phrataphernem* legit: quod incertum me fecit, an non supra

Digitized by Google

17 avare ac ſuperbe imperabatur. Ergo, Phratapherni Hyrcaniam & Mardos cum Tapuris tradidit, mandavitque, ut Phradatem, cui ſuccedebat, ad ſe in cuſtodiam mitteret. Arſani Drancarum præfecto ſubſtitutus eſt Staſanor. Arſaces in Mediam miſſus, ut Oxydates inde diſcederet. Babylonia mortuo Mazæo Deditameni ſubjecta eſt.

NOTÆ.

quoque 8. 1. pari commiſſo expulſus Dataphernes ceſſerit Phrataphermi. Tamen cum diligentius rem inſpicerem, diverſos fuiſſe reperi. hunc de quo hic agitur, Spitamenis individuum ſocium, qui cum eo Beſſum tradidit: illum autem Chorasmiorum principem, quem Arrian. 4. 3. *Pharasmanem* vocat, Φαρασμάνην. quod nomen proxime accedit ad *Pharasmanem*, ex Tacito notum. At *Chorasmios* ſuperiori Curtii loco recte nos in textum admiſiſſe ex citato Arriani capite liquet: itemque ex Oroſio 3. 18. *Freinsh.*

17 *Arſani Drangarum*] De homine hoc ſingulariter monendum, tum de populo. *Arſanes* iſte ſive *Arſaces*, non eſt cujus ſupra 3. 4. mentio. nam ille in prælio ad Iſſum cecidit. Quam rem fruſtra occultat mendum in Arrian. 2. 2. ubi Ἀρσάνης legitur pro Ἀρσάκης. quod cuilibet, qui eum locum cum ejuſdem auctoris 1. 5. contulerit, clarebit. Puto autem hic intelligi Artabazi filium Arſanem, de quo Arrian. 3. 5. Certe Artabazo *Bactrianorum regionem reliquoſque vicinos Satrapatus Alexander commiſerat:* Arrian. 4. 3. In iis ergo & Drangæ fuere, quos capularis ille ſenex interim filio commiſerit, dum aliter ea de re conſtitueret Alexander. Nam de *Caria*, quam hic præferunt editiones, aliena res eſt: multas ob rationes: ex quibus, quod certum eſt nulli barbaro illas provincias Græciæ proximas unquam ab Alexandro commiſſas fuiſſe: deinde in finibus Indiæ agentem quis putet ſollicitum fuiſſe de Carum Satrapia: cum præſertim tam longe abiturus dudum, ut veriſimile eſt, illi rei proſpexiſſet: haberetque ibi ex primariis amicis, quibus iſta & aliquanto majora permitteret. Nec ſane alia hic provincia nominatur tam longe à locis, ubi Alexander agebat, diſſita, ſed Hyrcania, Mardi, &c. Cares igitur iſtos, omnibus fere libris volentibus, indicantibuſque non obſcure quid vellent dicere, expuli. Varias Lectiones vide. Eſt & aliud quantivis pretii argumentum, quod eam Satrapiam Staſanori sit creditam. At Drangarum hunc fuiſſe prætorem vel ex Iuſtino 13. 4. patet: ſi ei jungas noſtrum infra 10. 10. ut eo loco explanatius oſtendemus, immo ex Arrian. 4. 3. liquido *Staſanorem in Drangas præfidem mittit.* Idem.

CAP.

Digitized by Google

CAP. IV.

Frigoris nimia vi pene opprimitur exercitus Gabazam aditurus. Alexandri constantia, & erga gregarium militem humanitas, ejusdemque cum Roxane matrimonium.

HIs compositis tertio mense ex hibernis movit exercitum, regionem, quæ *Gabaza* adpellatur, aditurus. Primus dies quietum iter præbuit: proximus ei nondum procellosus & tristis, obscurior tamen pristino, non sinè minis crescentis mali præteriit. tertio ab omni parte cœli emicare fulgura, & nunc internitente luce, nunc condita, non oculos modo meantis exercitus, sed etiam animos terrere cœperunt. Erat prope continuus cœli fragor, & passim cadentium fulminum species visebatur. adtonitisque auribus stupens agmen, nec progredi, nec consistere audebat. Tum repente imber grandinem incutiens torrentis modo effunditur. ac primo quidem armis suis tecti exceperant, sed jam nec retinere arma lubricæ & rigentes manus poterant; nec ipsi destinare, in quam regionem obverterent corpora, quum undique tempestatis violentia major, quam vitabatur, occurreret. Ergo ordinibus solutis per totum saltum errabundum agmen ferebatur; multique prius metu, quam labore defatigati, prostraverant humi corpora, quam-

1 2 3 4 5 6

NOTÆ.

1 *Gabaza*] *Gabazam* reperiit Sabellic. Nostra excerpta fere *Gabaza*. Ald. *Babar*. quod proxime accedit ad *Gabas* Arriani 4. 3, quas superiori capite pro *Dabis* repositum ibat Vir Doctus, me quidem non adsentiente. Nec magis probo quod alii hanc *Gabazam* habent pro *Nautacis* Arriani & Diodori.

2 *Non sine minis crescentis mali pratariit*] Probat hanc Modii lectionem Acidalius: & Freinshemianis etiam lectionum excerptis juvatur. Quamquam alii omissa voce *minis*, addent aliam *damno*, quam perperam alii junxerunt alteri. quidam tamen repetita vocula *sine*, non male fecerunt: *non sine minis crescentis mali, sine damno prateriit*. quod tamen vereor ut sit ex libris.

quamquam imbrem vis frigoris concreto gelu ad-
7 ſtrinxerat. Alii ſe ſtipitibus arborum admoverant.
8 id plurimis & adminiculum & ſuffugium erat. Nec fallebat ipſos morti locum eligere, cum immobiles vitalis calor linqueret: ſed grata erat pigritia corporum fatigatis; nec recuſabant exſtingui quieſcendo. [a]quippe non vehemens modo, ſed etiam pertinax vis mali inſiſtebat; lucemque naturale ſolatium præter tempeſtatem haud diſparem nocti, [b]ſylvarum
9 quoque umbra ſuppreſſerat. Rex unus tanti mali patiens circumire milites, contrahere diſperſos, adlevare proſtratos, oſtendere procul evolutum ex tuguriis fumum, hortarique *ut proxima quæque ſuffu-*
10 *gia occuparent.* Nec ulla res magis ſaluti fuit, [c]quam quod multiplicato labore ſufficientem malis, quibus
11 ipſi ceſſerant, regem deſerere erubeſcebant. Ceterum efficacior in adverſis neceſſitas, quam ratio, frigoris remedium invenit. dolabris enim ſylvas ſternere adgreſſi, paſſim acervos ſtrueſque accende-
12 runt. Continenti incendio ardere crederes ſaltum, & vix inter flammas agminibus relictum locum. Hic calor ſtupentia membra commovit, paulatimque [d]ſpiritus, quem continuerat rigor, meare libere cœ-
13 pit. Excepere alios tecta barbarorum, [e]quæ in ultimo

INTERPRETATIO.

a *Non tantum violentus, ſed etiam diuturnus impetus procellæ durabat.*

b Diei *lumen opacitas arborum etiam occultabat.*

c *Quam quod eos pudebat à rege diſcedere*, quem videlant *non frangi incommodis*, quamvis *labor augeretur.*

d *Spiritus* animales, *quos frigus torpeſecerat*, *commeare* per membra *cœperunt nullo obice.*

e *Quæ*, licet *occulta* eſſent *in extrema ſylvæ ora*, *neceſſitas quærere docuerat.*

NOTÆ.

11 *Caterum efficacior in adverſis neceſſitas*] Ioſephus Scaliger in Iambis Gnomicis hoc ita expreſſit:

Ad motiendum maxime efficacior
Neceſſitatis norma, quam virtutis eſt.

Loccenius.

14 *Me-*

mo ſaltu abdita neceſſitas inveſtigaverat: alios caſtra, quæ in humido quidem, ſed jam cœli miteſcente ſævitia, locaverunt. Mille militum atque lixarum calonumque [a]peſtis illa conſumpſit. Memoriæ proditum 14
eſt, quoſdam adplicatos arborum truncis, & non ſolum viventibus, ſed & inter ſe conloquentibus ſimiles eſſe conſpectos; [b]durante adhuc habitu, in quo mors quemque deprehenderat. Forte Macedo 15
gregarius miles ſeque & arma ſuſtentans, tandem in caſtra pervenerat. Quo viſo rex, quamquam ipſe tunc maxime admoto igne refovebat artus, ex ſella ſua exſiluit, torpentemque militem, & vix compotem mentis, 16
demptis armis *in ſua ſede* juſſit *conſidere*. Ille diu nec ubi requieſceret, nec à quo eſſet exceptus, adgnovit. tandem recepto calore vitali, ut regiam ſedem regemque 17
vidit, territus ſurgit. quem intuens Alexander. *ecquid intelligis, miles*, inquit, *quanto meliore ſorte, quam Perſæ ſub rege vivatis? Illis enim in ſella regis conſediſſe capi-*

INTERPRETATIO.

a *Illud frigus enecavit.*

b *Nondum mutato ſtatu* corporis.

NOTÆ.

14 *Memoriæ proditum eſt*] Nihil horum vel Arrianus, vel Plutarchus prodidit. Diodorus in 17 libri Indice indicat rem verbo, quam haud dubie ſuo loco explicavit, ſed locus ille vetuſtate abolitus nobis lacunam duntaxat exhibet. *Rader.* Idem in noſtris terris accidiſſe Conſtantiæ ann. 1420. atque ſe vidiſſe ſcribit Poggius lib. 1. de Miſer. human. hominem temperie frigoris mortuum equo inſidentem in publicum hoſpitium delatum, ita ſtantem ut vivus videretur. Obrigueranr membra ſingula, adeo ut corpus equo in hoſpitium deveheretur. In Moſchovia, Tartaria, &c. nihil id novi. De Armeniæ frigoribus Tacit. 13.

15 *Gregarius miles*] Hoc egregium Alexandri factum inter Clementiæ exempla refert Valerius Max. 5. 1. 11. ext. & Frontinus 4. 6. 3. Haud omnino diſſimile eſt illud Cæſaris apud Suet. 72. qui C. Oppio comitanti ſe per ſylveſtre iter, correptoque ſubita valetudine, e diverſoriolo quod unum erat, ceſſerit, ac ipſe humi ac ſub dio cubuerit.

17 *In ſella regis conſediſſe capitale foret*] Vide Briſſonium de regno Perſarum lib. 1. de Romanis Impp. Spartianus in Severo cap. 1. Sedit & in ſella imperatoria temere à miniſtro poſita, ignarus quod non liceret. *Et Marcellinus Chron. ad ann. Chr.* 462. Iacobus natione Achaius, religione Paganus, medicinæ artis peritia, tam ingenio quam literatura, claruit. Hic ob medendum Leonem Aug. febre defatigatum, ſacrum Palatii cubiculum intravit, ſtatimque regia in ſella juxta torum imperialem poſita, ſine ullo Auguſti

18 *capitale foret*; *tibi saluti fuit.* Postero die convocatis amicis copiarumque ducibus, pronunciari jussit *ipsum omnia, quæ amissa essent, redditurum*, & promisso
19 fides exstitit. nam Sysimithres multa jumenta, & camelorum duo millia adduxit, pecoraque & armenta: quæ distributa pariter militem & damno & fame
20 liberaverunt. Rex *gratiam sibi relatam a Sysimithre* præfatus, *sex dierum cocta cibaria ferre milites* jussit, Sacas petens. Totam hanc regionem depopulatus, XXX millia pecorum ex præda Sysimithri dono dat.
21 Inde pervenit in regionem, cui *Cohortanus* satrapes nobilis præerat, qui se regis potestati fideique permisit.

INTERPRETATIO.

2 *Promisso veritas non defuit.*

NOTÆ.

gusti nutu consedit, &c. Hoc inter *dominationis arcana* refert Clapmarius, quem vide lib. 3. de arcan. Rerumpubl. cap. 9. *Loccen.*

Tibi saluti fuit] Hoc Valerius Maximus egregio, quod meret, elogio ornat, §. 1. & sic concludit: *Quid ergo mirum est, si sub eo duce tot annis militare jucundum ducebant, cui gregarii militis incolumitas proprio fastigio charior erat?* Præter eximiam beneficentiam & comitatem Alexandri, habemus hic etiam exemplar boni fidique Ducis, qui (ut docet Vegetius lib. 3. de re mil. cap. 10.) non tantum pro universo exercitu, sed & pro singulis contubernalibus debet esse sollicitus. Si quid enim illis eveniat in bello, & ipsius culpa, & publica videtur injuria. *Loccen.*

20 *Sacas*] Cur hic vastatas ait ab Alexandro Sacarum terras, cum supra 7. 9. se ipsi per legatos dediderint, misso ad ipsos Excipino? Defecisse illos cum Sogdianis non dubito. *Rad.* In hac expeditione urbem quoque iis in locis condidisse consentaneum est. de quibus Isidorus in Σταθμοῖς Parthicis: *Inde Sacarum, & prope Alexandria urbs, & prope Alexandropolis urbs.* Salmasium in Solin. pag. 794. consule.

21 *Cohortanus*] Ego jam diu mecum disputo, &, Homeri verbis,

——— κῆ ὁρίνα μερμηρίζω.

(*Studiose in pectore verso*)

quid ita Roxanem Cohortani Satrapæ filiam Q. Curtius faciat, quam alii consentiu Oxatris vel Oxyartis. Verba ejus sunt hæc: *Inde pervenit in regionem cui Cohortanus Satrapa*, &c. Vides ex contextu & serie, palam appellari Roxanem. Atqui Arrianus cautus & veri diligens historicus ita scribit 4. 3. *Erat Oxyartis filia virgo jam viro matura, Roxane dicta.* Atque adeo Alexander apud Curtium 10. 3. *Oxatris Persæ filiam mecum in matrimonio junxi.* Iterumque Curtius indicat 9. 8. *Oxatres prater Bactrianorum non absolutus modo, sed etiam jure amoris, amplioris imperii donatus est finibus.* Vbi Curtius sane quam eleganter *jus amoris* dicit, quia non ex merito promotus, sed ab hoc in filiam affectu. Quid igitur? illum pro Cohortano substituimus? [ut Aldus fecit] temerarium sit & falsum. Nam quæ hic narrantur non congruunt Oxyatri, qui jam diu in fide regis. Puto hiatum aliquem & defectum esse, & post

misit. Ille imperio ei reddito, haud amplius quam *ut duo ex tribus filiis secum militarent*, exegit. Satra- 22
pes etiam eum, qui penes ipsum relinquebatur, tradit. Barbara opulentia convivium quo regem accipiebat, instruxerat. id quum multa comitate cele- 23
braret, *introduci XXX nobiles virgines* jussit. Inter quas erat filia ipsius *Roxane* nomine, eximia corporis specie & [a]decore habitus in barbaris raro. Quæ 24
quanquam inter electas processerat, omnium tamen oculos convertit in se; maxime regis, *MINVS* jam cupiditatibus suis imperantis inter obsequia fortunæ, [b]contra quam non satis cauta mortalitas est. Itaque ille qui uxorem Darii, qui duas filias virgi- 25
nes,

INTERPRETATIO.

a *Et statura elegantia inter barbaros insueta.*

b *A cujus* blanditiis *hominum natura parum sibi cavet.*

NOTÆ.

post illa de Cohortano, narrationem fuisse de Oxatris comitate & convivio, cujus causa sive occasio deest. Ponamus igitur ἐλλειψιν notam inter hæc verba: *tradit barbara opulentia.* Nam ut aliter nunc suppetias feram, non est copia. *Rubenius Elector.* 1. 29. Freinshemio *Cohortanus* ille natus videtur ex aliorum *Chorsene.* Cetenum Roxanem Oxyatris filiam iterum appellat Arrianus 7. 1. Strabo lib. 11. In Bactriana, *inquit*, sumptuose admodum hospitio exceptum Alexandrum, cum Roxane Oxyartæ filia nuptias peregisse. *Diodorus* 18. 3. *vocat* Oxyartem Bactrianorum regem, cujus natam Roxanem duxerat Alexander. *Strabo lib.* 11. Petra Syssimithræ in Bactriana, in qua Oxyartes filiam habuit Roxanem. *Arriani priorem locum refert & Suidas in* Ἀλέξανδρος. Eamque sententiam sequi videtur Plutarch. de fort. Alex. 1. 17. quem qui erroris arguit, errat: fuit enim Roxane, secundum nonnullos auctores, ipsumque Curtium, mox inter captivas: nam saltasse & cecinisse in convivio, ne Curtius quidem tacuit.

Quam ut duo ex tribus filiis secum militarent, exegit] Paulo inf. h. lib. *Ex omnibus provinciis XXX millia juniorum legi jussit & ad se armata perduci: obsides simul habiturus & milites.* Prudens hoc artificium & modus devictos in fide retinendi per traditos obsides, & majorum spirituum juvenes à rebus novandis per expeditionem bellicam avocandi; & simul exercitam selectamque militum & ducum manum ad omnem necessitatem in promtu habendi. *Locon.*

24. *Oculos convertit in se*] Vetus est versus Terent. Eunucho 2. 3. v. 4. Facies pulchra,

—— *ubi ubi est, diu celari non potest.*

Heliodorus lib. 2. sive cap. 6. *Pulchritudo neque sub terram occultata latuerit.* Sed de *conversis oculis* Aristænetus Ep. 2. 2. *simul vidi, simul me forma saucia-vit tua. nam ex quo vidi, vertere oculos alio non fuit.* & 2. 21. *Tu solum visa conflorum oculos rapis.* μόνα ζεις τὰ πάντων ὄμματα. Heliodorus 1. 1. *Oculos vero ipsius dolor deprimebat, vultus autem virginis ad se trahebat.* Plutarchus in vita cap. 36. ὡς εἶεν ἀληθῶς ὀμμάτων

Digitized by Google

nes, quibus forma præter Roxanem comparari nulla poterat, haud alio animo, quam parentis adſpexerat; tunc in amorem virgunculæ, ſi regiæ ſtirpi comparetur, ignobilis, ita effuſus eſt, ut diceret [a] *ad ſtabiliendum regnum pertinere, Perſas & Macedones connubio jungi: hoc uno modo & pudorem victis, & ſu-*
26 *perbiam victoribus detrahi poſſe. Achillem quoque, à quo genus ipſe deduceret, cum captiva coiſſe:* [b] *Ne inferri nefas arbitrarentur, ita matrimonii jure velle jungi.*
27 Inſperato gaudio lætus pater ſermonem ejus excepit: &

INTERPRETATIO.

a *Ad imperium firmandum neceſſarium eſſe.*
b *Ac ne exiſtimarent ſtuprum* à ſe *afferri* Roxanæ.

NOTÆ.

μέτωρ αἰ Περσίδες. Quam magni oculorum dolores ſunt Perſides!

25 *Præter Roxanem*] An hæc inducenda? Sane Darii uxorem omnes ætatis ſuæ fœminas ſupergreſſam, alii prædicant. Arrianus quidem 4. 3. ei Roxanen haud dubie poſtponit. Ipſe tamen Curtius ſupra 3. 12. *quam nulla ætatis ſuæ pulchritudine corporis vicit.* quod quidem adhuc comparationem æqualis formæ patitur, & hunc Curtii locum defendit. *Freinsh.*

Ut diceret, ad ſtabiliendum regnum pertinere] Idem repetit lib. 10. Curt. *Proximis amicorum auctor fui ex captivis generandi liberos: ut hoc ſacro fœdere omne diſcrimen victi & victoris excluderem.* Matrimonium etiam firmioris inter indigenas & advenas amicitiæ vinculum eſſe Claudius apud Tac. 11. Annal. diſſerit, oſtendens peregrinos & indigenas moribus, artibus, AFFINITATIBUS miſceri. Iacobus magnæ Britanniæ Rex idem conſilium dat Filio ſuo in uniendis Anglis & Scotis: *Sed adverte, ne cogere eos velis, quos ducere poſſis: in quo temporis & occaſionis commoditas tibi captanda eſt, & opportunitati inſerviendum; in quo plurimum juvabis, aſſidua converſatione & mutuis connubiis incolæ cujuſque provincia ita inter ſe conſociare, ut temporis progreſſu facile in unum coaleſcant.* Reg. inſtit. p. m. 184. 185. Turcicus Imperator hoc arcano imperii inter alia utitur, ut Baſſas Viſirios affinitate ſibi obſtrictos habeat. Busbequius in Conſilio de re militari contra Turcam inſtituend. p. m. 328. 329. Clapmar. de arcan. rerumpub. lib. 6. cap. 20.

Superbiam victoribus] Si ſcilicet connubiis & conſanguinitate mixti, quos antea pro victis ſprevißent, inciperent amare ut affines & neceſſarios. Quod quidem ad ſtabiliendum regnum pertinere, vere dixit: teſtaturque Plutarchus cap. 83. magnopere eo facto devinxiſſe ſibi barbarorum animos. in re impari par dictum Megadori apud Plaut. Aulularia 3. 5. v. 4.

Nam meo quidem animo, ſi idem faciant ceteri,
Opulentiores pauperiorum filias
Ut indotatas ducant uxores domum:
Et multo fiat civitas concordior;
Et invidia nos minore utamur, quam utimur. Idem.

26 *Ne inferri nefas arbitrarentur*] Male ſollicitatus ab Acidalio locus, paulo melius defenditur. Ille voluerit:

& rex medio cupiditatis ardore juſſit *adferri* patrio more *panem*. hoc erat apud Macedones ſanctiſſimum coëuntium pignus; quem diviſum gladio, uterque libabat. Credo eos [a] qui gentis mores condiderunt, parco & parabili victu oſtendere voluiſſe [b] jungentibus opes, quantulo contenti eſſe deberent. Hoc modo rex Aſiæ & Europæ introductam inter convivales ludos matrimonio ſibi adjunxit, è captiva geniturus, qui victoribus imperaret. Pudebat amicos ſuper vinum & epulas ſocerum ex deditis eſſe electum:

28 29 30

INTERPRETATIO.

a *Qui* Macedonici *populi conſuetudines ſanxerunt.*
b *Illis qui fortunas conſociabant* per matrimonium.

NOTÆ.

rat: *ne in ſe fore nefas arbitrarentur: & tamen matrimonii jure velle jungi* haud ſimplici peccato. Melius enim utique, *ne inferri*; dum tamen ad Roxanem non trahas, quaſi ei illatum fuiſſet nefas, ſi ea concubina uſus fuiſſet Alexander. nam certe ne id quidem parum ſibi honorificum duxiſſent ejus propinqui. Sed ad ipſum & Macedonas reſpicit: ne arbitrentur in mores & jura ipſorum inferri nefas, eoſque contaminari, ſi captivam duceret; cum idem & Achilles feciſſet. In reliquis autem vulgata lectio, *ita matr. jure velle jungi*, bene propugnatur. *ita* enim eſt, eodem modo. Nam & Achilles Briſeide captiva non pro concubina & pellice abuſus eſt, ſed quemadmodum illi Patroclus deductor promiſerat, in legitimam uxorem duxerat: quod ex Homero & epitome rerum Troicarum obſerv. *Raderus.*

27 *Patrio more panem*] Cælius Lect. Ant. 28. 15. *in re uxoria gentium ritus varios* adnotat. Plures Alex. dier. genial. 2. 5. Similem fere morem apud ſuos obſervari ſcribit Aurelianus ad Tacit. 11. 272. *ſub velo ſtantibus duobus conjugatis panem & vinum à ſacerdote benedictum edendum & bibendum dari.* Alium Dalecampius *ad Plinium* 18. 3. Feſto & Boetio matrimonia contrahebantur farreo libo adhibito Plinio prælato. Itaque farreum hic libum plures ejuſmodi exponunt. Servatur mos ille præferendi libum ante prodeuntes ſponſas etiamnum apud ruſticos Lugdunenſes. Alium Stuckius Tigurinus *Convival. Antiquit.* 1. 30. *cujus verba:* Panis, poſtquam ſponſus atque ſponſa cum ſuo comitatu è templo poſt nuptiarum conſecrationem ad ſponſi ædes pervenerunt, ex ædibus affertur in fruſta diſſectus, ex quo ſponſus primo fruſtum accipit, ac deguſtat, deinde illum ſponſæ porrigit. quæ & ipſa poſtquam ſimiliter partem accepit, & deguſtavit, reliquum panem poſt tergum rejicit, qui à pueris ac reliquis nuptialis pompæ ſpectatoribus certatim arripitur. Nullus enim dubito, ſignificare voluiſſe veteres, rerum communionem: quæ deberet inter conjuges obſervari, mutuamque fidem; ut monerentur, communicanda ſibi partiendaque invicem omnia commoda, etiam ad uſque buccellam panis. *Freinsh.*

28 *Parco & parabili victu oſtendere voluiſſe jungentibus opes*] In eandem ſententiam Strabo l. 15. οἰκίαν ἀρίστην εἶναι, ἥτις ἂν ὀλιγοδεᾶς ἐπιδέηται. *Optimam eſſe domum, quæ quam minime apparatu indiget.* Si hoc ethnicis per-

Digitized by Google

ctum: ſed poſt Cliti cædem libertate ſublata; [a] vultu, qui maxime ſervit, adſentiebantur.

INTERPRETATIO.

2 *Aſſenſum* ſimulabant *vultu qui facillime* ad arbitrium *fingitur.*

NOTÆ.

perſuaſum; quanto magis Chriſtianis erit, quibus magnas & veras *in pietate & animo ſua ſorte contento* promittit divitias S. Paulus? Illi autem minimo egent, qui minimum cupiunt imo non egent, quia non plus cupiunt, quàm ſufficit: ſufficit autem, quantum neceſſe eſt. Qui autem fidem & concors conjugium habent, illis etiam fruſtum panis & potum aquæ concordia dulcem, ſuavem ac ſapidum reddit. *Loccen.*

30 *Vultu, qui maxime ſervit, adſentiebantur*] Sic apud Tacit. 4. 12. *Senatus populuſque habitum ac voces dolentium imitatione magis quam lubens induebat.* Multa huc pertinentia Grùterus diſcurſu 28. in Tacitum; quibus probat, *maxime laudari, qui minime merentur.* Quod autem dicit vultum maxime ſervire, teſtem habet Ciceronem epiſt. fam. 1. 9. *Fronte atque vultu ſimulatio facillime ſuſtinetur.* Quod Paulus Epheſ. 6. 6. Coloſſ. 3. 22. ὀφθαλμοδουλείας vocat. Philoſtratus lib. 5. de vita Apollonii cap. 12. πλατίειν ἔστιν ὁ ποιητὴς. Cæſar, lib. 1. de bello Gall. cap. 39. *vultum fingere* dixit. quod arte, ſed mala, poſſunt adulatores & ſimulatores. *Loccen.*

CAP. V.

Cogitationibus in bellum Indicum verſis, adulatorum fraude, nimia ſuperbia elatus Alexander, Jovis filius vult ſalutari: quod Calliſthenes gravi oratione improbat.

1 [illegible]ETERVM Indiam & inde Oceanum petiturus, ne quid à tergo, quod deſtinata impedire poſſet, moveretur; *ex omnibus provinciis XXX millia juniorum legi* juſſit, *& ad ſe armata* 2 *perduci:* obſides ſimul habiturus, & milites. Craterum autem ad perſequendos Hauſtanem & Catenem, qui ab ipſo defecerant, miſit: quorum Hauſta-

NOTÆ.

1 OBſides ſimul habiturus, & milites] Callidiſſimum conſilium. quo & poſtea uſus Hannibal apud Livium 21. 21. in Hiſpania, *conquiſitoribus in civitates miſſis, quatuor millia conſcripta delecta juventutis, præſidium eoſdem & obſides, duci Carthaginem jubet.* Sic enim interpretatur illa Polybii 3. 33. ὁμηρείας ἴσχειν καὶ βεβαιότητος ἕνεκα τάξιν.

2 *Craterum*] Idem tradit Arrianus 4. 4. *Craterum adverſus Catanem & Au-*

Digitized by Google

ſtanes captus eſt; Catenes in prælio occiſus. Polypercon quoque regionem, quæ *Bubacene* adpellatur, in ditionem redegit. Itaque omnibus compoſitis co- 3
gitationes in bellum Indicum vertit. Dives regio habebatur non auro modo, ſed gemmis quoque margaritiſque, [a] ad luxum magis quam ad magnificentiam exculta. *Clypei militares auro & ebore fulgere* di- 4
cebantur: itaque [b] necubi vinceretur, cum ceteris præſtaret; ſcutis argenteas laminas, equis frænos aureos addidit, loricas quoque alias auro, alias argento

INTERPRETATIO.

a *Non tantùm ad ſplendorem, ſed etiam ad luxum.*

b *Cum* jam *altis in rebus ſuperior eſſes, ne in ullo ſuperaretur* ab Indis, *&c.*

NOTÆ.

& Auſtanem, qui ſoli ex Paritacenis defecerant. verti debuit: *qui ſoli ex defectoribus in Paratacene* (nam & Παραταξηνῶν ſcribend. pro παρατ.) *ſupererant.* Ceteri enim qui ſimul defecerant, jam erant domiti; ut ex antecedentibus apud Arrianum conſtat. *Freinsh.*

Bubacene] Hanc regionem nemo præter Curtium laudat. Cogitandum an non dicere voluerit *Paratacene?* Si Arrianum introſpicias, videbitur.

3 *In bellum Indicum vertit*] Quod jam dudum agitabat animo, ſupra 8. 2. Et apud Arrian. 4. 3. reſpondet Pharæmani, ducem ſe comitemque Pontica expeditionis fore pollicito; *ſibi res Indicas in animo eſſe.* Freinsh.

4 *Clypei militares auro*] Vett. libri *Perets* vel *peritis*: an fuit, *periti militare?* ut ipſi homines, auro & ebore fulgere dicerentur, non tantum clypei illorum. nam & alibi quam in clypeis tantum, ſic ornatos fuiſſe conſentaneum eſt. Sic de exercitu Perſico ſupra 3. 10. *fulget auro purpuraque.* Idem.

Itaque necubi vinceretur] Zevecotius Obſervat. Polit. in Flori lib. 1. cap. 16. *Aliqui calata auro vel argento arma militi concedi volunt; alii nolunt. Priores Cæſaris ſe exemplo tuentur, qui ſuos habuit tam cultos, ut argento & auro politis armis ornaret, ſimul & ad ſpeciem, & quo tenaciores eorum in prælio eſſent, metu damni. Nec aliis rationibus commotum fuiſſe Alexandrum probabile eſt, ut Indos aggreſſurus equorum phaleras & militia arma argento inſigniret.* Auctor tamen hoc loco & inf. in oratione Alexandri pag. 267, morum inprimis æmulatione & pompæ certamine oſtendit: ut, quum aliis eſſet victor, hac re non vinceretur à barbaris: ſimul ut oculos eorum impleret, doceretque Macedonas non auri & argenti cupidos, ſed orbem terrarum ſubacturos veniſſe. quamvis in d. orat. etiam velificetur cauſæ ſuæ Alexander. *Loccen.*

Argenteas laminas] Hæc verba non advertit Raderus, cum Iuſtin. 12. 7. 6. ettoris arceſſit, quod Argyraſpidas demum fecerit Alexander, cum in Indiam moveret. quid enim aliud hic expreſſiſſimis verbis Curtius? Ergo hic potius arguendus erat, quod ſibi ipſi contraria ſcriberet, Argyraſpidum ſupra 4. 13. in prælio Arbelitico facta mentione: deceptus, ut conjicere licet, à Diodoro 17. 57. nam Arrianus 3. 2. ἰσαπλησίων ἄγημα, ſcutatorum agmen, non ut Diod. ἀργυρασπίδων appellat. Poſſet tamen dici Diodorum id hauſiſſe

to adornavit. CXX millia armatorum erant, quæ regem ad id bellum ſequebantur. Iamque omnibus præparatis, quod olim prava mente conceperat, tunc eſſe maturum, *quonam modo cœleſtes honores uſurparet*, cœpit agitare. *Iovis filium* non dici tantum ſe, ſed etiam credi volebat, tamquam perinde animis imperare poſſet, ac linguis. Itaque more Perſarum Macedonas venerabundos ipſum ſalutare proſternentes humi

NOTÆ.

ſiſſe ex antiquo ſcriptore, temporibus illis coævo, qui cum iſtud prælium deſcriberet aliquanto poſt quam acciderat, nomen illi agmini indiderit, quod tunc habebat, utpote notiſſimum, non illud quod pugnæ tempore habuiſſet, jam deſuetum & oblivioni traditum. Ejuſmodi μεγαλήψεις exempla multa paſſim obſervantur. De argenteis armis ſupra dictum ad 3. 13. *Idem.*

CXX *millia*] Intellige cum triginta millibus iſtis, quorum à pr. capitis hujus mentio, aliiſque barbaris, impedimentorum potius loco, quam militum habitis à Liv. 9. 19. Nam ſi robur exercitus computes, verum reperies quod quidam in Panegyrico Conſtantino dicto adfirmat, nunquam ultra 40000 militum, duxiſſe. cui & dicto loco Livius, & Iuſtin. 11. 6. adſentiuntur. ubi Bongarſii notam vide.

5 *Maturum*] Quod multos in exercitu haberet Perſas, qui ex avita conſuetudine adorare eum incipientes, facilius permoturi eſſent Macedonas, ut exemplum ſequerentur, quos alias ad id peſuaderi, nullo, vel paucis præeuntibus, arduum videbatur. Poſt hanc vocem Acidalius inſerit *ratus*, exigente ſenſu: putem tamen potius abſorptam fuiſſe à conſimili ſono ſuperiori linea: *omnibus præparatis, ratus quod olim*, &c.

Sed etiam credi volebat] Cum tamen ipſe non crederet, nec expreſſe auderet jubere, ut crederetur. vide infra 8. 8. & Gruteri diſcurſ. in Tacit. 29. *Quis enim imponat mihi (aut cui vis) neceſſitatem vel credendi quod nolim, vel quod velim non credendi?* In quibus putari poſſit cogitaſſe Tertullianum, qui hoc appellat, *interdicere opinionem divinitatis, ut non liceat mihi colere quem velim, ſed cogar colere quem nolim.* Freinsh.

Tanquam perinde animis imperare poſſet, ac linguis] Linguis quidem imperare poſſunt aliquando reges, ut Tryzus apud Ælian. Var. Hiſt. 14. 22. non vero animis. Vnde Calanus philoſophus ad Alexandrum apud Philonem in lib. *quod omnis probus liber:* ψυχὰς ἀδύνατος ποιεῖν ἃ μὴ βέλουσι. *Animos non coges quæ nolunt facere.* Soli Deo in illos imperium. unde 1 Ioh. 3. 20. μείζων τῆς καρδίας ἡμῶν *major* aut *potentior corde noſtro* dicitur. Et Maximilianus Imp. recte dixit, Cœli arcem invadere qui conſcientiis imperare conaretur. *Locen.*

6 *More Perſarum*] De quo exacte Briſſonius poſt pr. libri primi de regno Perſarum. Et poſt eum Cordoua, Didaſcaliæ cap. 3. Quibus adde Philonem de legat. ad Caium. *Quidam barbaricum adorationis morem in Italiam intulerunt: nativam Romanorum libertatem corrumpentes.* Dio libro 60. de Claudio: *Edixit, ne quis eum adoraret, ne quis ipſi ſacrificaret.*

Macedonas] Hactenus enim civilius erga hos ſe geſſerat, ut ſupra ad 6. 6. notatum eſt. quo alludit Lucianus in voto Samippi, omnino ad exemplum hujus regis expreſſo; *Barbari me adorent: ego juxta Græcorum legem imperabo:* vel potius, trajecta vocula: τὸ δὲ μόνον κ' νόμον ἄρξω, *Gre-*

cii

humi corpora. Non deerat talia concupiſcenti pernicioſa adulatio, perpetuum malum REGVM, quorum opes ſæpius aſſentatio, quam hoſtis evertit. Nec Macedonum hæc erat culpa, nemo enim illo-7
rum [a] quidquam ex patrio more labare ſuſtinuit; ſed Græcorum, qui profeſſionem honeſtarum artium ma-

INTERPRETATIO.

a *Aliquid de Macedonica conſuetudine immutari paſſus eſt.*

NOTÆ.

tis ſecundum legei imperabo. Hoc eſt ſecundum fas Græcorum, quibus indigniſſimum ſemper viſum quemquam adorare. Id ergo jam à Macedonibus etiam audebat poſtulare, rem graviſſimam, etiamſi non victores cum eo gentium, ſed ab hoſtibus victi fuiſſent. Sic enim illa Livii 9. 18. capio: *defideratas humi jacentium adulationes, etiam victis Macedonibus graves, nedum victoribus.* Freinsh.

Adulatio] Alexander *mollito* hoc *laqueo* (ſic enim apud Laërtium appellat Diogenes) captus fuit: nec eſt quod inde ſe extricaſſe putemus; cum aut Dinocratis commentum, de monte Atho in ejus effigiem transfigurando, reſpueret; aut librum Ariſtobuli, in quo ſingulare ejus cum Poro certamen ſupra veri fidem tradiderat, in Hydaſpem projiceret: ut narrat Lucian. de conſcrib. hiſt. tanquam infenſus adulationi. Non enim irascebatur aſſentationi, ſed quod nullo artificio mendacium tegens, riſum potius atque contemptum ſibi apud homines, quam admirationem excitatura videretur. Nam in aliis ſane evenit ei quod ejuſmodi hominibus ſolet, ut nimirum *illos in præceps agat exſtincta libertas, & fides in obſequium ſervile ſubmiſſa, &c.* Seneca de Benef. 6. 30. In tantum ut *quos Dionyſocolacas nominare ſolebant, Alexandrocolacas* (Alexandri aſſentatores) *nuncupari* palam pateretur. Chares apud Athenæum 12. 9. Quamquam enim in iis hominibus aliud paulo ſignificaret id vocabulum: ipſo tamen nominis ſono gaviſus videbatur. *Ftcinsh.*

Perpetuum malum] Adſentior plane Bernartio his verbis adſtruenti lectionem Cod. Mſ. apud Statium 11. 257: *Non deſunt regni comites*, hoc eſt adulatores, qui perpetuo hærent regno, non regi, & fortunam potius magnatum, quam ipſum amant, ut innuit Germanicus apud Tacit. 3. 71.

Regum, quorum opes] Itaque vere Salomon Prov. 27. 6. Meliora amici vulnera; quam inimici oſcula. *Loccenius.*

Sapius aſſentatio] Capitol. in Gordianis cap. 25. *Miſer eſt imperator, apud quem vera reticentur:* Agatharchides apud Photium: *Novi enim ut natu grandior, multarumque rerum experientiam conſecutus; per aſſentationem eos qui excellerent dignitate, regnaque ſimul, fundituſ deleta; Caſſandri, Lyſimachi, & Alexandri, tanta cum fuerint, Medorum, Syrorum, & Perſarum: ut neque generis ſemina reliquerint, &c.* Diphilus apud Athenæum 6. 16.

Nam aſſentator imperatores, dynaſtas, amicos,
Ac denique civitates evertit:
Sermone damnoſo brevi tempore obliterans.

7 *Græcorum, qui profeſſionem*] Senex Spartanus de Athenienſibus vere prædicavit, ipſos quidem ſcire quid rectum eſſet, ſed non facere. Sed, ut verſus Nazianzeni habet:

Ἢ μὴ δίδασκεν, ἢ δίδασκεν τοῖς τρόποις.
Vel non docendum, vel docendum moribus. Loccen.

Honeſtarum artium] Philoſophiæ,

8 malis corruperant moribus. Agis quidam Argivus peſſimorum carminum [a] poſt Chœrilum conditor, & ex Sicilia Cleo: hic quidem non ingenii ſolum, ſed etiam

INTERPRETATIO.

a *Si Chœrilum excipias.*

NOTÆ.

poëtices, oratoriæ. Tales in Romana aula apud Tacit. 14. 16. & Philonem de legatione ad Caium. Vide Plutarchum de diſcrimine adulatoris & amici, ſapientiſſimo opere.

8 *Agis quidam Argivus*] Sic & apud Arrian. 4. 2. ſcribitur. & in Plut. de diſcrim. adul. & amici c. 34. ubi inſigne ejus ſpecimen notatur. Nam *cum Alexander cuidam ſcurræ magna daret dona, præ invidia ac dolore exclamavit, Proh rem abſurdiſſimam! cumque iratus ſe ad eum convertiſſet, &, Quid ais? dixiſſet. Fateor, inquit, indignari me ac moleſte ferre, quod vos Iove genitos omnes video hominibus adulantibus ac ridiculis uti. nam & Hercules Cercopibus quibuſdam, & Bacchus Silenis ſeſe oblectavit, & tales apud te in pretio eſſe manifeſtum eſt.* Et ibid. cap. 51. neſcio quos *Ageſias* nominat; nam & ibi noſtrum hunc alludere videtur: qui in nonnullis Curtii libris etiam *Hages* ſcribitur. Niſi forte propius accedat ad *Niceſia* nomen; nam & ille inter adulatores Alexandri fuit. Athenæus 6. 13. *Freinsh.*

Poſt Chœrilum conditor] Gyraldus de Poëtis Dial. 3. duos fuiſſe ſtatuit hoc nomine poëtas epicos: alium qui 75. Olympiade floruerit; & hunc qui cum Alexandro circa Olymp. 113. vixerit, Prioris etiam Suidas meminit, non ſine eximiis laudibus. At hic de quo Curtius, ab illo & Horatio pro omnium ineptiſſimo traducitur. Quod quidem contra Scaligeri ſententiam (nam unum tantum aſſerit fuiſſe Chœrilum, ſummum poëtam; Horatiique judicium maximopere reprehendit, ad Euſebian. num. 1534.) contraque Mureti Var. Lect. 12. 14. & Cl. Voſſii de Hiſtoric. Græcis 4. 7. evidentiſſime oſtendit magni illius Viri, non tam librorum quam eruditionis heres *D. Heinſius lib. 2. de Satyra Horatiana.*

Cleo] Mirum dictu, quicquid a Cleone Siculo diſputatum ait Curtius, hoc totum Anaxarcho Sophiſtæ Abderitano aſſignat Arrian. 4. 2. Nec apud Plutarchum ulla Cleonis mentio, & multa Anaxarchi. *Raderus.* De L. Vitellio Suetonius in vita A. Vitellii. Imp. cap. 2. *L. Vitellius miri in adulando ingenii, primus C. Cæſarem adorari ut Deum inſtituit,* quæ eſt peſſima corrumpendi Principes via. Nam, ut Iuven. ſat. 4. 69. ait,

——— *Nihil eſt quod credere de ſe*
Non poſſit, cum laudatur dis æqua poteſtas. Loccenius.

Nationis vitio adulator] Ergo Siculi adulatores? non memini ab aliis ſcriptoribus hac laude inſignitos. Quod ſemibarbare locuti ſint, ſcriptores teſtantur. Firmicus Aſtronomic. 1. 1. *acutos*: Cicero in Verrem lib. 1. *genus hominum acutum & ſuſpicioſum* dicit: & de Orat. 2. 54. & in Verrem lib. 6. *Siculos facetos.* Σικελίζειν vero apud paræmiographum de vafris & improbis dicitur. De variarum porro gentium virtutibus & vitiis tractat Alexand. Neapol. 4. 13. Ceterum Siculi multorum ſententia peſſimi mortalium ſunt habiti. Tritum, inquit Taiſnierius in Chiromantia ſua, eſt proverbium, inter totius orbis homines, inſulares eſſe peſſimos: inter inſulares, Siculos: inter Siculos, Catanæos: Catanex in larga platea peſſimos eſſe cives: inter illius plateæ habitatores, eſſe peſſimos eos, qui domum quandam, quæ pilei gerit inſigne, inhabitant. *Facellus de reb. Sicul.* 1. 1. Omnes Inſulani mali: peſſimi autem Siculi.

Et

etiam nationis vitio adulator; & cetera urbium ſuarum purgamenta, quæ propinquis etiam maximorumque exercituum ducibus à rege præferebantur. Hi tum cœlum illi aperiebant, *Herculemque & Patrem Liberum, & cum Polluce Caſtorem novo numini ceſſuros eſſe* jactabant. Igitur feſto die *omni opulentia convivium exornari* jubet; cui non Macedones modo & Græci principes amicorum, ſed etiam nobiles adhiberentur. Cum quibus cum diſcubuiſſet rex, pauliſper epulatus convivio egreditur. Cleo, ſicut præparaverat, ſermonem *cum admiratione laudum ejus inſtituit. merita* deinde percenſuit: *quibus uno modo referri gratia poſſet, ſi quem intelligerent deum eſſe, confiterentur, exigua thuris impenſa tanta beneficia penſaturi. Perſas quidem non pie ſolum, ſed etiam prudenter re-* 9 10 11

ges

NOTÆ.

Et cetera] Eodem enim Plutarchi loco nominatur *Agnon Bageus*, & *Demetrius*. Item, *Medius*, de quo infra ad 10. 4. Apud Athenæum 6. 16. *Gergithius*. quo vocabulo librum inſcripſit Clearchus Solenſis. quod tamen non viri nomen videtur fuiſſe, ſed patriæ. *Gergitha* enim urbs Troadis fuit, ut eo loco porro traditur. Apud eundem Athenæum 6. 13. *Dioxippus pugil*. cujus & in Curtio 9. 7. eſt mentio. nec eximendus ex hoc albo Anaxarchus, de cujus adulatoria conſolatione ſupra ad 8. 2. *Freinsh.*

Quæ propinquis etiam maximorumque exercituum ducibus à rege præferebantur] Exemplum dicti Taciti: *Quanto quis ſervitio promptior, opibus & honoribus extollit.* qui tamen incorruptæ libertati & fidei debentur. *Locceн.*

Caſtorem] Hanc orationem Arrianus 4. 2. adſcribit Anaxarcho. Item 4. 2. jam ante in convivio Cliti cæde inſignito, idem fert jactatum à nonnullis. A talibus aſſentationum portentis infatuatus Caligula, *primo æmulabatur ſemideos quos vocant, Liberum, Herculem, Caſtores, Trophonium, Amphiaraum, Amphilochum, & ſimiles, irridens eorum oracula, atque ad ſuam collata potentiam.* Philo de legat. ad Caium.

Ceſſuros eſſe jactabant] Similis in Cæſarem adulatio Virg. Georg. 1. 34.

——— *tibi brachia contrahit ardens*
Scorpius, & cæli juſta plus parte relinquit.

10 *Thuris impenſa*] Alios veteres honores hominibus, alios heroibus, alios diis adhibebant. De quibus Gyraldus ſyntagm. 17. hujus loci memor, etiam ex Arriano oſtendit. *Raderus.*

11 *Perſas*] De quibus Briſſonius poſt pr. lib. 1. exacte. Quin in hanc uſque diem Perſarum rex pro deo colitur à ſuis, adpellaturque dominus, qui cœlum ac terram ſuſtinet, ſuſtineatque; & aqua, qua ille pedes abluit, religioſe, ceu res ſacra, ac ſalutare morborum omnium medicamentum, adſervatur. Cluverius German. antiquæ 1. 25. Sed & Æthiopes *reges ut deos colunt*. Strabo lib. 17. Diodorus 3. 5. de Romanis Impp. notum. Quorum Auguſtus, princeps introducendi moris ejus, *accepiſſe honores ejuſmodi, non quod probaret,*

ges ſuos inter deos colere: majeſtatem enim imperii ſalutis eſſe tutelam. Nec Herculem quidem & Patrem Liberum prius dicatos deos, quam viciſſent ſecum viventium invidiam. tantundem quoque poſteros credere, quantum
12 *præſens ætas ſpopondiſſet. Quod ſi ceteri dubitent; ſemetipſum, quum rex iniſſet convivium, proſtraturum humi corpus. debere idem facere ceteros, & inprimis ſapientia præditos. ab illis enim cultus in regem eſſe prodendum exem-*

NOTÆ.

ret, ſed quia id poſtularet amplitudo imperii, cui veneratio quadam parabatur his artibus, videatur Philo de legat. ad Caium. quæ ſententia eadem vi eſt cum ea quæ mox ſequitur. Ægyptii reges ſuos mortuos in deos repoſuerunt; ſolum Xerxem vivum adhuc deum adpellarunt. Diodor lib. 2. Quod idem Romanis uſitatum fuiſſe ſuis temporibus, adnotat Tacitus extremo annalium quintodecimo. *Freinsh.*

Majeſtatem enim imperii ſalutis eſſe tutelam] Incidit in parem ſenſum Plinius 11. 17. ubi de apibus: *Non conſtat inter auctores, rex nullumne ſolus habeat aculeum, majeſtate tantum armatus.* De majeſtate pulchre Ovidius ab initio quinti Faſtorum, v. 45.

Aſſidet inde Iovi; Iovis eſt fidiſſima cuſtos:
Et præſtat ſine vi ſceptra tenenda Iovi.

Item v. 51:

Illa datos faſces commendat, eburque curule;
Illa coronatis alta triumphat equis.

Vide Clapm. arcan. 3. 12. & accuratum Lipſium Polit. 4. 9. Nec omitto ex Briſſonio de regno Perſ. lib. 1. adſcribere, quod Imperatoris Iuliani, qui Eunuchos, Cocos, Tonſores, palatio exegit, factum à pleriſque hoc nomine improbatum. Socrates hiſt. Eccleſ. 3. 1. tradit. ὅτι παυομένη ἐν τῷ βασιλικῷ πλούτῳ τοῖς πολλοῖς ἐξηγουμένη καταπλήξει, ἐξακηρύττετο ἐκποίῃ βασιλείᾳ. id eſt ut Caſſiodor. hiſt. Tripart. 6. 1. vertit, *quod remoto faſtu palatii contemptibile videretur imperium.* Freinsh. Vegetius lib. 3. de re milit. cap. 10. *Poteſtas ac vis imperii poſſeſſorium fortunæ, tutela urbium, ſalus militum, reip. gloria.* Quod brachium abſque dextera, corpus abſque vigore animi, hoc imperium eſt ſine auctoritate & majeſtate. *Loccen.*

Nec Herculem quidem & patrem Liberum prius dicatos deos] Horat. lib. 2. epiſt. 1. v. 10.

—— *Diram qui contudit hydram,*
Notaque fatali portenta labore ſubegit,
Comperit invidiam ſupremo ſine domari. Loccen.

Viciſſent ſecum viventium invidiam] Vere enim verus Panegyriſta: *difficilimum eſt, invidiam virtute ſuperare.* aut, ut Iuſtin. 1. 2. loquitur, *amplitudine rerum.* nam ut ait Ovid. Amorum 1. 15. v. 4. à fine.

Paſcitur in vivis livor, poſt fata quieſcit.
Tunc ſuus ex merito quemque tuetur honos.

Nempe teſte Horatio Carm. 3. 24. 31.

Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quærimus invidi.

Ergo *apud poſteros, cum obtrectationis invidia deceſſiſſet, induſtria teſtimonium* redditur, ut Iuſtin. fine præfationis ait. Soletque fieri, ut cujus, *ſi inter eos, quos nunquam vidimus, ſtetiſſet, non ſolum libros, ſed etiam imagines conquireremus, ejuſdem nunc honor præſentis & gratia, quaſi ſatietate langueſcat.* ut Plinii verbis utar epiſt. 1. 16. Nam in omni laudis genere, *illuſtres atque admirandæ actiones graves invidias & acres calumnias conflare ſolent.* Polyb. 1. 36. Verum qui virtutem ſectamini, ſi tamen hac quo-

exemplum. [a] Haud perplexe in Calliſthenem dirige- 13
batur oratio. gravitas viri & prompta libertas invi-
ſa erat regi, quaſi ſolus Macedonas paratos ad tale
obſequium moraretur. is tum ſilentio facto, unum 14
illum intuentibus ceteris; *Si rex*, inquit, *ſermoni*
tuo adfuiſſet; [b] *nullius profecto vox reſponſuri tibi deſide-*
raretur: ipſe enim peteret, ne in peregrinos ritus degene-
rare ſe cogeres, nec rebus feliciſſime geſtis invidiam tali
adulatione contraheres. Sed quoniam abeſt, ego tibi pro 15
illo reſpondeo: NVLLVM eſſe eundem & diuturnum
& præcocem fructum; cæleſteſque honores non dare
te

INTERPRETATIO.

a *Non obſcure Calliſthenem* ille *ſermo ſpectabat.*
b *Nullius* noſtrum *oratione opus eſſet qui reſponderet tibi.*

NOTÆ.

quoque mercede gaudere poteſtis, ne dubitate, quin, *etiamſi noſtra judicia malignitas & invidia tardaverit, verum de nobis dicturi ſint poſteri noſtri.* Auctor de cauſſ. corruptæ eloq. 23. 6. ut ait Tacit. 4. 35. *Poſteritas ſuum cuique decus rependit.* Idem.

13 *In Calliſthenem*] Quare cum ex hac cauſa (*gravitatis & promptæ libertatis*) non poſſet, ſub ſpecie inſidiarum interfectus eſt. Quod mali quoque prævidens præceptor ejus Ariſtoteles, *παῤῥησία* ſua & fandi libertate ut parcius uteretur ad Regem, vitæ poteſtatem & necis in acie linguæ portantem, monuit. Diog. Laërt. in Ariſtot. Val. Max. 7. 2. 8. ext. Ammian. Marcell. 18. *Loccen.* At Philoſtratus in Apollonio 7. 2. & 2. interfectum ait, quod *uno eodemque die Macedones laudavit, & accuſavit.* Adde Plutarch. Alex. cap. 95. Vnde conſtat, eo quoque facto, nam & ibi libertatis incautæ ſpecimen dederat, incurriſſe regis odium. Forte & illo, quod Athenæus 10. 9. ex pluribus ſcriptoribus memorat: *Alexandro convivante, cum meri poculum, quod ad eum pervenerat, aſpelleret, rogante quodam cur non biberet? reſpondit: nolle ſe, dum Alexandri poculum ebiberet, Æſculapio indigere.* Quod etiam Plutarch. de ira cohib. cap. 6. & Sympoſ. 1. 6. loco nunc mutilo retulit. *Freinsh.*

14 *Si rex, inquit, ſermoni tuo adfuiſſet*] Conjunge cum Arriano 4. 2. Ceterum hoc exordio per artem uſus eſt, ut ipſi etiam regi pudorem faceret ejus rei cupiendæ: non quod ignoraret regis animum, quem homo non ſtupidus, aut ignarus aulæ, ſed conſilio & animi conſtantia liber; ex tot indiciis facilime deprehendere poterat. *Idem.*

15 *Et præcocem fructum*] Nam cito nata, cito pereunt. ſumpta eſt comparatio ab arboribus præcocibus, quales ſunt amygdalus, nuciperſicæ præcoces. de quibus Plinius 15. 14. & 16. 25. & ſingillatim de pomo nuciperſico: quia non aliud fugacius: *Longiſſima namque decerpto bidui mora eſt, cogitque ſe venundari.* Floret prima omnium amygdala menſe Ianuario: Martio vero pomum maturat. Transferuntur hæc in ingenia præcocia, honores præproperos, & hoc genus alia. Quintillianus enim lib. 1. in initio capitis 3. teſtatur, præcox ingeniorum genus nunquam fere pervenire ad frugem. & Accius apud Gellium. 13. 2. ait;

te regi, ſed auferre. Intervallo enim opus eſt, ut credatur deus, ſemperque hanc gratiam magnis viris poſteri
16 *reddunt. Ego autem* [a] *ſeram immortalitatem precor regi, ut vita diuturna ſit, & æterna majeſtas.* [b] *Hominem conſequitur aliquando, numquam comitatur divinitas.*
17 *Herculem modo & Patrem Liberum conſecratæ immortalitatis exempla referebas. Crediſne illos unius convivii decreto deos factos?* [c] *prius ab oculis mortalium amolita*
18 *natura eſt, quam in cœlum fama perveheret. Scilicet ego & tu, Cleo, deos facimus! à nobis divinitatis ſuæ auctoritatem accepturus eſt rex! potentiam tuam experiri libet. fac aliquem regem, ſi deum potes facere: facilius*
19 *eſt imperium dare, quam cœlum.* [d] *Dii propitii ſine invidia, quæ Cleo dixit, audierint, eodemque curſu, quo fluxere res, ire patiantur. noſtris moribus velint nos eſſe contentos. Non pudet patriæ,* [e] *nec deſidero, ad quem modum*

INTERPRETATIO.

a *Regem opto ſero in Deos recipi.*
b *Humanæ vitæ quandoque ſuccedit divinitas.*
c Illos *ab hominum conſpectu mors abſtulit, ante quam, &c.*
d Vtinam *faventes Dii ſine ira audierint, &c.*
e *Nec deceri cupio à Perſis quatenus regem venerari debeam.*

NOTÆ.

mit: *In juvenilibus ingeniis itidem ſibi placere; ut in pomis immaturis acerbitas ipſa placet, ea enim demum matureſcere (maturitas enim tempeſtivam adfert ſuavitatem,) reliqua ante tempus putreſcere.* Rademus.

18 *Scilicet ego & tu, Cleo, deos*] Sane ridiculum, deum aliquem declarari ab hominibus, ut ſcilicet excellens potentia opus habeat tam imbecillo auxilio. Quod argumentum præclare urgent omnes iſti Patres, qui contra factitios deos Chriſtiani cultus veritatem propugnaverunt. Quin & ethnicorum multi ſatis intellexerunt. quid enim aliud Ælianus hiſt. var. 2. 19? Alexander Græcis ſcripſit, ut ſe deum facerent: ſatis equidem ſtulte. neque enim quæ natura ei largita non fuerat, hæc ab hominibus petendo lucri faciebat. *Et ibidem Lacedæmonii:* Quoniam Alexander deus eſſe vult, eſto deus. *Apud eundem* 5. 12. Pop. Athenienſis Demadi irrogavit mulctam centum talentorum, quod Alexandrum mortalem & hominem aſcripſiſſet Olympicis. *Freinsh.*

Fac aliquem regem, ſi deum potes facere] Cic. lib. 2 de nat. Deor. *Suſcepit vita hominum conſuetudoque communis, ut beneficio excellentes viros in cœlum fama ac voluntate tollerent.* Voluntate, inquit, non facultate. Operæ pretium erit cum his conferre Sap. cap. 14. v. 15, 16, 17. Ierem. cap. 16. v. 20. *An faciet ſibi homo Deos? atque ipſi non ſunt dii.* vid. & verſ. 21. &

modum rex mihi colendus ſit, discere. quos equidem VICTORES esse confiteor, ſi ab illis leges quîs vivamus, accipimus. Æquis auribus Calliſthenes veluti vindex publicæ libertatis audiebatur. expreſſerat non adſenſionem modo, ſed etiam vocem, ſeniorum præcipue, quibus gravis erat inveterati moris externa mutatio. Nec quidquam eorum, [a]quæ invicem jactata erant, rex ignorabat; quum [b]poſt aulæam, quæ lectos obduxerat, ſtaret. Igitur ad Agin & Cleonem miſit, *ut ſermone finito barbaros tantum quum intraſſet, procumbere ſuo more paterentur:* & paulo poſt quaſi potiora quædam egiſſet, convivium repetit. Quem venerantibus Perſis; Polypercon, qui cubabat ſuper regem, unum ex iis mento contingentem

19 20 21 22

INTERPRETATIO.

a *Quæ utrimque dicta fuerant.*

b *Pone tapetum quod circum lectos cœnatorios pratenſum erat.*

NOTÆ.

& Berneggeri Quæſt. Polit. 45. *Lacen.*

19 *Diſcere*] Olim vidi excidiſſe aliquid, atque nunc etiam ſentio ſcripſiſſe Curtium, *à victu diſcere.* Quod & Acidalium non fugiſſe poſtea vidi, qui ſupplet *à Perſis.* Sicut & Bongarſius in ſuo cod. notarat. Ceterum ut talia à victis diſci revera abſurdum fuerit, ita contra laudabile & uſu egregium in ſuam remp. *transferre, quod uſquam egregium fuerit*, ut loquitur Claudius Imp. apud Tac. 11.24. Quam rem de civibus ſuis deprædicat, apud Lucian. in lib. de Gymnaſiis, Solon ad Anacharſidem: *Perſuaſiſſimum habe, Athenienſes ſibi nequaquam dedecori ducturos, ab homine peregrino ac barbaro ea perdiſcere.* Adde infr. ad 8. 8. *Idem.*

21 *Poſt aulæam*] De aulæis ejuſmodi late Briſſon. lib. 2. & Dempſterus in Paralip. ad Roſ. antiq. 5. 10.

Barbaros tantum] Simile diſcrimen obſervaverat ſupra 6. 6. quod abſurdum fore dixerat apud Arrian. 4. 2. Calliſthenes: An tibi diverſi plane honores ſint decernendi: Græcis quidem humanos honores Græcorum more tibi deferentibus: barbaris autem barbarice te colentibus?

22 *Super regem*] Revocabo paucis in memoriam quæ ad illos Martialis Scazontes edidi Epig. 6. 50.

Medio recumbit imus ille qui lecto. In cœnaculis Romanorum (imo & Græcorum) ut plurimum tres lecti erant, in quibus diſcumbebatur ad menſam, unde triclinia ſunt appellata; nonnunquam duo tantum, ut apud Plaut. 4. 4. 69. legas *biclinium* à duobus lectis. Porro ſinguli lecti capiebant binos, ternos, quaternos aut quinos etiam convivas, quanquam apud Romanos quini in uno lecto, raro aut nunquam accubuerint. Inter tres ergo lectos, medius lectus erat honoratiſſimus, & medius locus in medio lecto omnibus dignior. Tribus accumbentibus in uno lecto, ſummus dicebatur, qui ad caput lecti cubabat,

Digitized by Google

gentem humum per ludibrium cœpit hortari, *ut vehementius id quateret ad terram*; [a] eliçuitque iram Alexandri; quam olim animo capere non poterat. Itaque rex, *Tu autem*, inquit, *non veneraberis me? An tibi uni digni videmur esse ludibrio?* Ille *nec regem ludibrio; nec se contemptu dignum esse* respondit. Tum detractum eum lecto rex præcipitat in terram. & quum is pronus corruisset; *Vides ne*, inquit, *idem te feciſſe, quod in alio paulo ante ridebas? Et tradi eo in custodiam* jusso convivium solvit. Polyperconti quidem postea castigato diu, ignovit.

23

24

INTERPRETATIO.

a *Commovit Alexandri iracundiam, quam* hic etiam *ab antiquo continere nequibat.*

NOTÆ.

Imus, qui ad medii & digniſſimi pedes. Quando duo tantum, ſummus digniſſimus habebatur. Si quatuor, proximus à ſummo honoratiſſimus, imus vero, qui ad tertii pedes jacebat. Hæc ut ne ficta nobis putes, accurate tractant accuratiſſimus Lipſius lib. 3. antiq. lect. Ciacconius lib. de Triclinio. Stuckius l. 2. convival. cap. 34. Intelligis ergo in lecto triclinari Alexandri medium accubuiſſe Alexandrum, qui locus erat honoratiſſimus; ſuper Alexandrum Polypercontem, ut Curtio placet; ſive Leonnatum, ut Arri. 4. 2. in imo, ſeu ad pedes Alexandri alium aliquem ex amicis. quem ego Hephæſtionem fuiſſe, ex Plutarcho Alex. c. 96. & Arriano diſco; cum hoc enim inter epulas familiariter quaſi ſeorſum eſt locutus. *Rad.* De Hephæſtione magnopere dubitat Freinshemius, nam ille certe haudquaquam infra Polypercontem aut Leonnatum accubuiſſet.

24 *Caſtigato diu*] Ægre fero iſtud *diu*, & vix abſtineo interpolare: *Polyp. quidem poſtea, caſtigato prius, ignovit.* Tamen diu multumque caſtigatum ceperis ex vulgato. *Acidalius.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. VI.

Ex ignominia Hermolao nobili puero illata naſcitur in caput Alexandri conjuratio. qua detecta, inter auctores ſceleris innocens Calliſthenes conjicitur.

IN Calliſthenem olim contumaciæ ſuſpectum 1
pervicacioris iræ fuit. cujus explendæ matura obvenit occaſio. Mos erat, ut ſupra dictum eſt, principibus Macedonum adultos liberos 2
regibus tradere, [a]ad munia haud multum ſervilibus miniſteriis abhorrentia. Excubabant ſervatis noctium 3
vicibus proximi foribus ædis, in qua rex adquieſcebat. per hos pellices introducebantur alio aditu, quam

INTERPRETATIO.

a *Ad officia paulum diſcrepantia propriis ſervorum obſequiis.*

NOTÆ.

1 IN *Calliſthenem*] Hinc orſi ſunt novum caput, quod quia receptum eſt, turbare non ſuſtinuimus. Alias enim recte Raderus conjunxit hæc cum prioribus, ita diſtinguens: Polyperconti quidem poſtea caſtigato diu, ignovit: in Calliſthenem olim contumaciæ ſuſpectum pervicacioris iræ fuit, &c. Eſtque par omnino membrorum conſtitutio, quam reperias in illis Tacit. 1. 13. *In Haterium ſtatim invectus eſt, Scaurum, cui implacabilius iraſcebatur, ſilentio tranſmiſit.* de Tiberio loquitur. *Freinsh.*

2 *Mos erat*] Inſtitutus à Philippo, ut præter Arrian. 4. 2. auctor eſt Ælianus hiſt. var. 14. 49. Philippus, clariſſimorum in Macedonia hominum liberis aſſumptis, ſui curam miniſteriumque ipſis impoſuit: non per injuriam aut contemptum, ſed ut patientes eos laborum, & ad ea quæ fieri opus eſſet peragenda promptos atque paratos redderet. *At Valer. Max.* 3. 3. 3. Vetuſto Macedoniæ more regi Alexandro nobiliſſimi pueri præſto erant. *Quod verum puto: ſic enim & noſter infra* 8. 8. more patrio & ab antiquiſſimis Macedoniæ regum uſurpato. Sic & hodie pueri nobiles in comitatu & familia procerum, dum ex ephebis excedant, arctiſſimo famulitio diſtinentur. quod & Pollux. de foro Rom. 2. 7. notat: unaque morem Romanum, adoleſcentulos, poſt prætextam puerilem depoſitam, dandi in contubernium viris magnis & gravibus. Hæc ergo puerorum cohors delecta erat ex nobiliſſimis adoleſcentibus. Alii longe fuere *epigoni*, de quibus ad 10. 4. infra. alii & Βασίλειοι apud Suidam: alli denique *Principes juventutis* ſupra 6. 9. *Idem.*

3 *Excubabant*] Sic apud Sueton. Galba 10. delegit & equeſtris ordinis juvenes, qui manente annulorum aureorum uſu, *Evocati* appellarentur, excubiaſque circa cubiculum ſuum vice militum agerent. At *Gauda Maſſiniſſæ nepoti* petenti cuſtodiæ cauſa turmam equitum Rom. negavit *Metellus*, quod contumelioſum in eos foret, ſi equites Romani, ſatellites Numidæ traderentur. Salluſt. Iug.

4 quam quem armati obſidebant. Iidem acceptos ab agaſonibus equos quum rex adſcenſurus eſſet, admovebant; comitabanturque & venantem, & in prœliis: omnibus artibus ſtudiorum liberalium ex-
5 culti. Præcipuus honor habebatur, quod licebat ſedentibus veſci cum rege. caſtigandi verberi-
6 bus eos nullius poteſtas præter ipſum erat. Hæc cohors velut ſeminarium ducum præfectorumque apud

NOTÆ.

4 *Agaſonibus*] Equos agentes interpretatur *Feſtus*.

5 *Sedentibus veſci cum rege*] Rex accubabat, & cum rege majores principes & amici; nobiles pueri principum filii ſedebant: ut & ii qui feram extra retia nullam adhuc confecerant, ut ſupra ad 8.1.13. demonſtratum eſt. *Rad.* Olim autem *ſedebant in canis heroïs, non accumbebant: qui mos, ut inquit Duris, Alexandro etiam interdum ſervabatur. Is enim aliquando quadringentos duces in ſellis aureis & argenteis veſte purpurea ſtratis ſedentes ac reclinatos convivio excepit.* Athenæus l. 14. Philo de Ioſepho: Iuſſit deinde ſedere juxta ætatis ordinem, nondum enim diſcumbendi mos receptus erat, &c. *Vlpianus apud Athenæum pr. lib. 11.* Idem quod in Macedonicis pueris Alexander, in ſuis nepotibus obſervavit Auguſtus: *neque* enim *cœnavit una, niſi ut in imo lecto aſſiderent.* Suet. 64. Nam & apud Romanos *mos habebatur, Principum liberos cum ceteris idem ætatis nobilibus ſedentes veſti in aſpectu propinquorum, propria & parciore menſa:* Tacit. 13.16. ubi multa Lipſius. Notandum autem quod Val. Max. 21. 2. ſcribit: Feminæ cum viris cubantibus ſedentes cœnitabant. quæ conſuetudo ex hominum convictu ad divina penetravit. nam Iovis epulo ipſe in lectulum; Iuno & Minerva in ſellas ad cœnam invitantur. Quod genus ſeveritatis ætas noſtra diligentius in Capitolio, quam in ſuis domibus ſervat, &c. *Iſidor. Etymolog.* 20. 2. Apud veteres Rom. uſus non erat accumbendi, unde & conſidere dicebantur. Poſtea, *ut Varro ait de vita pop. Rom.* viri diſcumbere cœperunt, mulieres ſedere: quia turpis viſus eſt in muliere accubitus. De Laconibus & Cretenſibus (quorum inſtitutum majoribus ſuis hæſiſſe Varro affirmat) vide Athen. 4. 6. &c. & inprimis 4. 10. ubi *Pyrgion l. 3. Cretenſium inſtituterum: In conviviis Cretenſes, ait, hilariter ſedentes epulantur.* Idem.

Verberibus eos] Sic apud Ælian. 14. 49. Philippus *Aphthonetum flagris cecidit, quod cum ſitivi ſſet, acie deſerta, digreſſus ab itinere, ad publicum hoſpitium divertiſſet.* Nec Acidalium audio; qui volebat: *Caſt. verb. nulli jus, niſi poteſtas per ipſum erat.* Quaſi ſcilicet periculum eſſet, ne quis ſic acciperet, ipſum regem admovere manus debuiſſe: & quaſi non ipſe videretur feciſſe, quod ipſius juſſu alius. Quomodo enim aliter Hermolaus mox apud Callisthenem *verberatum ſe à rege quereretur?* quem mox conſtat tantum juſſu ipſius verberatum. *Idem.*

6 *Hac cohors velut ſeminarium*] Livius lib. 10. *Iuuentæ ſeniorum gloria ſuccreſcere debent.* Egregium autem inſtitutum Principum eſt, ſelecta ingenia à teneris bene præparari & inſtitui ad pacis bellique artes: ut ſenibus deficientibus paulatim cum fructu ſuccedere queant. vide Lipſium in Notis ad lib. 3. Polit. cap. 3. *Lectione.*

Reg-

Digitized by Google

apud Macedonas fuit. [a]hinc habuere posteri reges, quorum stirpi post multas ætates Romani opes ademerunt. Igitur Hermolaüs puer nobilis ex regia co- 7
horte, quum aprum [b]telo occupasset, quem rex ferire destinaverat; jussu ejus verberibus adfectus est. quam ignominiam ægre ferens, deflere apud Sostratum

INTERPRETATIO.

a *Ex horum numero postea reges* illi *facti quorum successores à Romanis regno exuti sunt multis* post Alexandrum *ætatibus.*

b *Prior* quam Alexander *appetivisset jaculo aprum.*

NOTÆ.

Reges] Nam Cassander Antipatri haud dubie ex hac cohorte fuit.

Post multas ætates] Constat ex regum singulorum, qui Alexandrum secuti sunt in Macedonia, ætatibus sive annis quibus imperaverunt, non nisi sex & quinquaginta annos supra centum colligi. *Scaliger in Thesaur. Euseb. Canon. Isag. lib. 3. pag. 335.* ita ut si ætatem pro sæculo accipias, nec duabus quidem totis regnarint, nedum multis. Si ætatem triginta annos interpreteris, erunt quinque, nec, ipse ut vides, multæ. Si singulorum tempora quibus regno præfuerunt, respicias; erunt quindecim: atque ita multæ videri possunt. Itaque accipiendam hic ætatem suadet res ipsa, & mos loquendi apud Græcos, uti γενεὰς habes apud Diodorum Siculum, id est ætates, ubi de successione Carani usque ad Alexandrum agit, & ἑπτακαίδεκα γενεὰς ætates seu generationes ponit. *Raderus*

Romani] Vide Florum 248. & ibi citatos.

7 *Hermolaüs*] Confer Arrian. 4. 2. 11. Quod autem ob aprum occupatum sic indignatus est rex, affectum nosce qui ineit venantibus, ut nempe ægre ferant, gloriam sibi venationis ab alio præripi. Nota in eam rem est Meleagri fabula. Sed & ex verioribus historiis constat, apud Persas in venatione feram ferire non licuisse, priusquam telum misisset rex. Nam, si fides Plutarcho, apophth. cap. 7. Artaxerxes Longimanus *primus permisit, in venatione eum qui vellet ac posset, primum conjicere telum.* Verum Xenophon *mid.* lib. 1. Cyaxarem edicentem facit, *ne quis feriret prius, quam Cyrus feriendo satiatus esset:* negatque Cyrum id permittere voluisse. quod si verum, jam ante Artaxerxem promiscue licuerit occupare feras. *Sic de eodem tam benigne Artaxerxe contrarium plane Plutarcho factum narrat Ctesias:* Egressus post hæc aliquando ad venationem rex, à leone invaditur. quem in sublime sese attollentem, jaculo percutiens Megabyzus interficit. Id factum graviter tulit Artaxerxes, quod antequam ipse feram nactus esset, eam Megabyzus confeciset. quare caput ei abscindi imperat. Nisi dicamus, intelligi posse, regem post hoc factum pœnitentia ductum, liberam postea percutiendi potestatem cuivis venanti secum fecisse. Sed & alia Ctesiæ, auctori ne veteribus quidem valde probato, lis movetur à Diodoro 15. 10. ubi scribit, hunc regem sic à Teribazo servatum, summum homini honorem habuisse; tantum abest ut caput præcidi jusserit. *Freinsh.*

Quam ignominiam ægre ferens, &c.] Liberis hominibus grave est verberari, præsertim inspectantibus aliis, &

in

8 tum cœpit. Ex eadem cohorte erat Soſtratus amore ejus ardens. Qui quum laceratum corpus, in quo deperibat, intueretur, forſitan olim ob aliam quoque cauſſam regi infeſtus; juvenem ſua ſponte jam motum, data fide acceptaque perpulit, ut occidendi 9 regem conſilium ſecum iniret. Nec puerili impetu rem exſequuti ſunt: quippe ſolerter legerunt, quos in ſocietatem ſceleris adſciſcerent; Nicoſtratum, Antipatrum Aſclepiodorumque, & Philotam placuit adſumi. per hos adjecti ſunt Anticles, Elaptonius, & 10 Epimenes. Ceterum agendæ rei haud ſane facilis patebat via. opus erat eadem omnes conjuratos nocte excubare, ne *ab expertibus conſilii impediren- 11 tur; forte autem alius alia nocte excubabat. Itaque in permutandis ſtationum vicibus, ceteroque apparatu exſequendæ rei, triginta & duo dies abſumpti 12 ſunt. Aderat nox, qua conjurati excubare debebant, mutua fide læti; cujus documentum tot dies fuerant.

INTERPRETATIO.

2 *Ab ignaris conjurationis.*

NOTÆ.

in contumeliam. Tacitus 3. Hiſt. *Verberibus fodari liberos homines.* Conferatur oratio Catonis de Q Termo apud Gellium lib. 10. cap. 3. circa finem. & lib. 16. §. 6. de pœnis. lib. 8. §. 2. Cod. de repud. Ariſtotel. 5. Polit. 10 & 11. ubi inter cauſas conjurationis refert. *Loccen.*

8 *Amore ejus ardens*] Ab ejuſmodi hominibus multas conſpirationes factas notat Plutarchus in Amatorio cap. 24. Ariſtogeitonis exemplo, qui Piſiſtratidas nullam aliam ob cauſam aggreſſus ſit, quam ob amaſii injuriam. Sic & ſupra 6. 7. Dymnus conſpirationem ſuam in regem tuto ſe detegere poſſe putat amaſio ſuo.

9 *Aſclepiodorumque*] Aldus; *Aſclepiodori filium*, Arrianum, ut puto, ſequutus potius, quam Curtium.

Per hos] Sic apud Tacitum 14. 40. *Fabianus ſubdidit teſtamentum, aſcitis Vicio Rufino, & Terentio Lentino, equitibus Romanis. Illi Antonium Primum & Aſinium Marcellum ſociaverant.*

10 *Ab expertibus*] Tacit. 14. 5. ubi de inſidiis in Agrippinam: *nec diſſolutio navigii ſequebatur, turbatis omnibus, & quod plerique ignari etiam conſcios impediebant, &c.*

Alius alia nocte excubabat] Novem in conjurationis ſocietatem coïere, ſeptima quaque nocte ad eos redibat officium excubandi: tres ergo & ſexaginta erant excubitores. *Rader.*

12 *Omni-*

fuerant. neminem metus ſpeſve mutaverat : tanta omnibus vel in regem ira, vel fides inter ipſos fuit. Stabant igitur ad fores ædis ejus, in qua rex veſce- 13
batur; ut convivio egreſſum in cubiculum deduce-
rent. Sed fortuna ipſius, ſimulque epulantium co- 14
mitas provexit omnes ad largius vinum; ludi etiam convivales extraxere tempus : nunc lætis conjuratis, *quod ſopitum adgreſſuri eſſent*; nunc ſolicitis, *ne in lucem convivium extraheretur*. quippe alios in ſtationem 15
oportebat prima luce ſuccedere; ipſorum poſt VII dies reditura vice. nec ſperare poterant in illud tempus omnibus duraturam fidem. Ceterum quum jam 16
lux adpeteret, & convivium ſolvitur, & conjurati exceperunt regem, læti occaſionem exſequendi ſceleris admotam; quum mulier [a] adtonitæ, ut creditum eſt, mentis, converſari in regia ſolita, [b] quia inſtinctu videbatur futura prædicere; non occurrit modo abeunti, ſed etiam ſemet objecit : vultuque & oculis motum præferens animi, *ut rediret in convivium* monuit; & illè per ludum, *bene deos ſuadere* 17
re-

INTERPRETATIO.

a *Quæ credita fuit mente capta eſſe.*
b *Quia* Deorum *impulſu vaticinari putabatur.*

NOTÆ.

12 *Omnibus*] Non abs re hoc miratur: magis etiam merito Iuſtin. 10. 1. 6. de conſpiratione quinquaginta filiorum in Artaxerxem : *Oſtenti prorſus genus, ubi* (forte rectius, *uti*) *in tanto populo non ſolum ſociari, verum etiam fieri parricidium potuit* (an *potuerit*) *ut ex quinquaginta liberis nemo inventus ſit, quem aut paterna majeſtas* (de regno cape) *aut veneratio ſenis, aut indulgentia patris, à tanta immanitate revocaret.* Ergo & Tyrannicidæ Athenienſes apud Thucyd. 6. 9. *cum pauci conjuraverunt, ut rèi totius gereretur.* Vnde referente Tacito 15. 59. Piſoni quidam inculcabant, *fruſtra ſilentium & fidem in tot conſciorum animis & corporibus ſperari.* Ipſique hi pueri Curtiani mox, *ſperare* non *poterant, in illud tempus* (ſeptem dierum) *omnibus duraturam fidem.* Freinsh.

16 *Mulier adtonita*] *Syram* fuiſſe prodit Arrianus 4. 2. natione puto, non nomine. Feminas autem plerumque fata præcinuiſſe paſſim legitur. Tacit. 14. 32. *femina in furore turbata adeſſe exitium canebant.* In ſacris etiam reperiuntur vaticinatæ feminæ, ſed parcius. Vnde Clemens Stromat. lib. 1. ſatis amplo virorum vatum enarrato catalogo, ſex tantum feminas ſubjicit : Saram, Rebeccam, Mariam, Deboram, Ol-

respondit; revocatisque amicis in horam diei ferme
18 secundam convivii tempus extraxit. Iam alii ex cohorte in stationem successerant, ante cubiculi fores excubituri; adhuc tamen conjurati stabant vice officii sui expleta; adeo pertinax spes est, quam humanæ mentes, quam ingentes concupiscentiæ devove-
19 runt. Rex benignius quam alias adloquutus, *discedere eos ad curanda corpora, quoniam tota nocte perstitissent*, jubet. Data sunt singulis quinquaginta sestertia, conlaudatisque, *quod etiam aliis tradita vice, tamen excu-*
20 *bare perseverassent*. Illi tanta spe destituti domos abeunt: & ceteri quidem exspectabant stationis suæ noctem: Epimenes, sive comitate regis, qua ipsum inter conjuratos exceperat, repente mutatus; sive quia

NOTÆ.

Oldam, & Annam. Nostri majores huic sexui *inesse sanctum aliquid & providum putabant* ætate Taciti. ipsum vide Germ. Notandum quod Zonaras narrat tomo tertio Michaële Rangabe imperante, muliercula quædam ex gynæceo imperatorio ad lunares circuitus furore percita, ad eum clamitabat, Descende, alienis cedito. Id non semel, sed sæpissime factum, turbavit imperatorem: itaque Theodoto, quo familiariter utebatur, mulierculæ vociferationes exponit. Inter omina imperii Tacito oblata fuit & quod *fanaticus quidam in templo Sylvani tensis membris exclamavit, Tacita purpura, Tacita purpura, idque septimo*: ut refert Vopiscus in Floriano cap. 4. *Idem*.

17 *In horam diei* | Diem alii aliter observavere. Babylonii inter duos solis exortus: Athenienses inter duos occasus. Ægyptii & Romani, qui diem definivere civilem, à media nocte in mediam; vulgus omne à luce ad tenebras; quomodo & Curtius à prima luce horam primam numerando, in horam diei ferme secundam Alexandrum convivii tempus extraxisse narrat. *Popma*. Eam Raderus ait intelligi, quæ apud nos est ante meridiem octava. Sed hæc ratio non constat, nisi sub æquinoctio: quantoque longius ab iis receditur, tanto major ejus deprehenditur inæqualitas. *Freinsh*.

18 *Adeo pertinax spes est, quam humanæ mentes, quam ingentes concupiscentia devoverunt*] Ego legebam: *Adeo p. res* (an *spes*) *est, quam humanæ mentes ingenti concupiscentia devoraverant*. Cic in Epist. ad Attic. *Spe devorare hereditatem*. Loc. Sed Acidalius: *quam humana mentes tam ingenti concup. devorav.* ita tamen ut unice probet illud Modianum: *Adeo pertinax spes est, quam hum. mentes devoraverunt* habetque pro glossemate verba ista, *quam ingentes concupiscentia*. Quod judicium ab Radero, Constantiensis Cod. auctoritate, plane comprobatur. Nec tamen Freinshemius credit lectionem eam mendo carere: cum spe aliquid devorare non semel legerit; at ipsam spem, neutiquam. Perseverantia quidem in re licita ac honesta laudabilis, sed in re turpi etiam incepisse nefas est; quanto majus perseverasse? nec solum nefas, sed & pernicioſum auctori. Val. Max. 7. 2. in fin. *Inutiliter aliquid concupiscere, & in eo perseveranter morari, exitii vicina dulcedo est*. Loccen.

19 Quin-

quia cœptis deos obſtare credebat; fratri ſuo Eurylocho, quem antea [a] expertem eſſe conſilii voluerat, quid pararetur, aperit. Omnibus Philotæ ſupplicium in oculis erat. Itaque protinus injicit fratri manum, 21
& in regiam pervenit: excitatiſque cuſtodibus corporis, [b] *ad ſalutem regis pertinere, quæ adferret*, adfirmat. Et tempus, quo venerant; & vultus haud ſa- 22
ne ſecuri animi index; & mœſtitia è duobus alterius, Ptolemæum ac Leonnatum excubantes ad cubiculi limen excitaverunt: Itaque apertis foribus, & lumine inlato ſopitum mero ac ſomno excitant regem. Ille paulatim mente conlecta, *quid adferrent*, interrogat. Nec contatus Eurylochus, [c] *non ex toto do-* 23
mum ſuam averſari deos dixit, *quia frater ipſius quanquam impium facinus auſus foret; tamen & pœnitentiam ejus ageret;* [d] *& per ſe potiſſimum profiteretur indicium. in eam ipſam noctem, qua decederet, inſidias comparatas fuiſſe: auctores ſceleſti conſilii eſſe, quos minime crederet rex.* Tum Epimênes cuncta ordine conſciorum- 24
que nomina exponit. Calliſthenem non ut participem facinoris nominatum eſſe conſtabat; ſed *ſolutum puerorum ſermonibus vituperantium criminantiumque regem*

INTERPRETATIO.

a *Ignarum conſpirationis.*
b *Ad regis caput ſpectare quæ nunciabat.*
c *Non penitus familiâ ſuâ inſenſos eſſe Deos.*
d *Ipſe ultro* conjurationis *delatorem ſe offerret.*

NOTÆ.

19 *Quinquaginta ſeſtertia*] Efficiunt mille ducentos quinquaginta Philippæos, ſive florenos mille ſexcentos ſexaginta ſex. Vnum in neutro ſeſtertium continet mille ſeſtertios: ſeſtertius eſt dimidiatus victoriatus, ſive duo cruciferi. *Raderus.*

22 *Alterius*] Epimenis, qui reus neſciebat quid rex de ipſo eſſet decreturus. *Raderus.*

Excitaverunt] Potius *excitaverant.* Si tamen ipſa vox ſincera. quam etſi fero (acceptam non trito illo ſignificatu, ſed qua interius etiam eſt 2. 8. *Nolo ſingulos veſtrum excitare*) tamen ejuldem crebra repetitio ſuſpicionem movet. Etenim & vix præceſſit, *Excitatiſque cuſtodibus corporis* & ſtatim ſequitur: *excitant regem.* Acidalius.

23 *Et per ſe*] Ipſum qui loquebatur: nam & hoc pertinebat ad exculpandam domum; ut ſcilicet alter fratrum

25 *gem faciles aures præbere.* Quidam adjiciunt, *quum Hermolaüs apud eum quoque verberatum se à rege quereretur, dixisse Callisthenem: meminisse debere eos jam viros esse. idque an ad consolandam patientiam verberum; an ad incitandum juvenum dolorem dictum esset, in ambiguo fuisse.* Rex animi corporisque sopore discusso, quum tanti periculi, quod evaserat, imago oculis oberraret; Eurylochum L talentis & cujusdam Tyridatis opulenti bonis donat protinus; fratremque, 27 antequam pro salute ejus precaretur, restituit. Sceleris autem auctores, interque eos Callisthenem *vinctos adservari* jubet: quibus in regiam adductis, toto die & nocte proxima, [a] mero ac vigiliis gravis, 28 adquievit. Postero autem frequens consilium adhibuit, cui patres propinquique eorum, de quibus agebatur, intererant; ne de sua quidem salute securi: quippe Macedonum more perire debebant, [b] omnium devotis capitibus, qui sanguine contigissent 29 eos. Rex *introduci conjuratos præter Callisthenem* jussit: atque quæ agitaverant, sine cunctatione confessi sunt. Incretrum pœnitentiam ageret, alter non innoxius tantum, sed etiam indicii delator atque minister esset. Reliquum sensus distinctione juvimus. *Freinsh.*

24 *Aures præbere*] Quod æque periculosum. Mercurius apud Lucianum ad Martem de Iove sinistre opinantem. *Tace, bona verba! Neque enim tutum est ista vel tibi dicere, vel mihi audire.* Senecæ de Tranquill. animi 12. 6. appellatur *teterrimum vitium, auscultatio, & publicorum secretorumque inquisitio, & multarum rerum scientia, quæ nec tuto narrātur, nec tuto audiuntur.*

25 *Iam vires esse*] Auctor est Plutarchus cap. 97. eos consuluisse Callisthenem, qua ratione clarissimi possent evadere: Callisthenem, si clarissimum è medio tollerent, respondisse. Valerius Max. tamen 8. 14. ext. hoc non dictum vel quæsitum vult de interimendo Alexandro, sed Philippo, nisi idem quoque de Alexandro repetitum, vel Valerius memoria lapsus fuerit. Ille sic, *Pausaniam Hermocratem percontatum esse, quomodo subito clarus posset evadere, atque is* (cum) *respondisset, Si illustrem virum aliquem occidisset, continuo Philippum interfectum esse.* Locoen.

28 *Qui sanguine*] vide supra ad 6. 11. 20.

INTERPRETATIO.

a *Compotatione & vigiliis gravatus.*

b *Cum universorum ipsis cognatorum vita proscripta esset.*

NOTÆ.

Increpantibus deinde universis eos; ipse rex, *quo* 30
suo merito tantum in semet cogitassent facinus? interrogat.

CAP. VII.

Hermolai, Callisthenem justum esse asseverantis, adversus crudelem Alexandri superbiam invectiva.

STVPENTIBVS ceteris, Hermolaüs; *Nos* 1
vero, inquit, *quoniam, quasi nescias, quæris; occidendi te consilium inivimus, quia non ut ingenuis imperare cœpisti, sed quasi in mancipia dominaris.* Primus ex omnibus pater ipsius Sopolis *parricidam* 2
etiam parentis sui clamitans esse, consurgit; & ad os manu objecta, *scelere & malis insanientem, ultra* negat *audiendum.* Rex inhibito patre *dicere Hermolaüm* 3
jubet, *quæ ex magistro didicisset Callisthene.* & Hermolaüs, *Vtor*, inquit, *beneficio tuo, & [a] dico quæ nostris malis didici. Quota pars Macedonum sævitiæ tuæ* 4
supereſt? quotusquisque non è vilissimo sanguine? Attalus, & Philotas, & Parmenio, & Lynceſtes Alexander, & Clitus, [b] quantum ad hostes pertinet, vivunt, stant in acie, te clypeis suis protegunt, & pro gloria tua, pro victoria vulnera accipiunt: quibus tu egregiam gratiam retulisti. Alius mensam tuam sanguine suo adspersit: alius 5
[c] ne simplici quidem morte defunctus est. duces exercituum tuorum in equuleum impositi, Persis quos vicerant, fuere spectaculo. Parmenio indicta causa trucidatus

INTERPRETATIO.

a *Dico quæ nostris calamitatibus edoctus sum.*
b *Quandiu cum* solis *hostibus res* illis *fuit, stabant, &c.*
c *Non uno supplicio necatus est.*

NOTÆ.

1 *Hermolaüs*] Similis libertatis exempla in damnatis morituisque congessit Gruterus ad Tacitum discurs. 30. 6.

2 *Etiam parentis*] Quia lege Maced. omnes propinqui rei occidebantur.

5 *Ne simplici quidem morte*] De *simplici morte* Indicem consule.

6 *datus eſt, per quem Attalum occideras. Invicem enim miſerorum uteris manibus ad expetenda ſupplicia: & quos paulo ante miniſtros cædis habuiſti; ſubito ab aliis jubes*
7 *trucidari.* Obſtrepunt ſubinde cuncti Hermolao. "pater ſupremum ſtrinxerat ferrum percuſſurus haud dubie, ni inhibitus eſſet à rege: quippe Hermolaüm *dicere* juſſit; petiitque *ut cauſas ſupplicii augentem pa-*
8 *tienter audirent.* Ægre ergo coërcitis, rurſus Hermolaüs: *quam liberaliter*, inquit, *pueris rudibus ad dicendum agere permittis! at Calliſthenis vox carcere incluſa*
9 *eſt, quia ſolus poteſt dicere. Cur enim non producitur, quum etiam confeſſi audiuntur? nempe quia LIBERAM vocem innocentis audire metuis, ac ne vultum*
10 *quidem pateris. Atqui nihil eum feciſſe contendo. ſunt hic, qui mecum rem pulcherrimam cogitaverunt: nemo eſt, qui conſcium fuiſſe nobis Calliſthenem dicat. quum morti olim deſtinatus ſit à juſtiſſimo & patientiſſimo rege.*
11 *Hæc ergo ſunt Macedonum præmia, quorum ut ſuper-*

va-

INTERPRETATIO.

2 *Sopolis capulo enſis manum admoverat.*

NOTÆ.

6 *Et quos paulo ante miniſtros cædis habuiſti*, &c.] Miniſtri cædis ſæpe ipſi tandem everruntur aut palam aut clandeſtinis artibus: dum quaſi exprobrantes facinus adſpiciuntur, aut metuuntur, qui tam promti ad miniſterium ejus fuerunt. vide Aulic. inculp. c. 39. §. 3. 4. 5. *Loccen.*

7 *Obſtrepunt*] Sic apud Tac. 4. 42. 2. *Æmilius è militaribus viris, dum ſtudio probandi cuncta refert; & quamquam inter obſtrepentes magna adſeveratione nititur, audivit Tiberius probra, queis per occultum lacerabatur.*

10 *Rem pulcherrimam cogitaverunt*] Sic ipſe æſtimabat. alii contra. Ita Romæ *occiſus dictator Cæſar, aliis peſſimum, aliis pulcherrimum facinus videbatur.* Tacitus 1. 8. 7.

11 *XXX millia mulorum captivum aurum vehunt*] Si ad ſolam, quæ Perſepoli capta eſt, pecuniam requirebantur mulorum ac camelorum tria millia, ut Diodorus in ſexto Alexandri anno ſupputat; certe etiam hic numerus aliquo modo ad veram rationem deduci poſſe videtur. Si enim omnes ſummas Suſis, Ecbatanis, Paſargadis, Arbelis, Babyloniæ, & Perſepoli inventas computare volemus, tum cogitare non aurum ſolum, ſed & argentum vectum, & precioſa alia, ut lapillos, gemmas ac margaritas. denique, exaggerationem factam ab hoſte perituro Hermolao: non parvum adjumentum habebimus ad hunc locum ſtabiliendum. Sed primum Diodori locum in abacum revocemus. *Perſepoli* (inquit 17. 71.) *inventa ſunt, auro ad argenti ra-*

tio-

Digitized by Google

vacuo & ſordido abuteris ſanguine! At tibi XXX millia mulorum captivum aurum vehunt, quum milites nihil domum prater gratuitas cicatrices relaturi ſint. Que tamen omnia tolerare potuimus, antequam nos barbaris dederes, & novo more victores ſub jugum mitteres. Perſarum te veſtis & diſciplina delectat: patrios mores exoſus es. Perſarum ergo non Macedonum regem occidere voluimus; & te transfugam belli jure perſequimur. Tu Ma- 12 13

NOTÆ.

tionem deducto, centum ac viginti millia talentûm: qui numerus per ſexcenta ductus, producit ſummam 72000000 coronatorum. [ſeptuagies bis millena millia: non, ut ſolenni errore enunciat Explanator, ſeptuagies bis millies centena millia.] Iam quod ad pondus attinet (portabant enim eam pecuniam mulorum ac camelorum tria millia) in Romanæ libræ beſſe comprehenduntur ſeptuaginta duo coronati: eſt autem bes libræ Romanæ dimidium libræ zygoſtaticæ, quæ habet coron. 144. per quos ſi 72000000 dividantur, erunt libræ zygoſtaticæ 500000. Hæ libræ ſi per 3000 mulorum dividantur, ſingulis mulis evenient libræ 166. ac ſuperſunt 2000 libræ: quas ſi addamus, incedent mulorum ac camelorum duo millia, centenis ſexagenis ſeptenis: alia millia, centenis ſexagenis ſenis libris. Noſtra quidem ætate equi vehunt ducenas libras: ſed fortaſſis non in tam longum iter. Sed & vaſa ipſa non tam commode, quam pecunia duci potuere: nec omnia in auro erant fortaſſis, ſed & in ebore, argento; aliiſque rebus pretioſis: ut non omnino abſonum ſit veritari, 30000 mulorum aurum captum vehere Alexandro. *Glareanus*. Adſtipulatur Curtio Plutarchus de fortuna Alex. 2. *aurum ab innumeris circumferendum camelis.* μυρίοις dixit Plutarchus, quod illi *innumeros* reddiderunt; veriti fortaſſe, ne dictu nimium aut incredibile foret, decem millia camelorum auro onuſta. Sed decem ea millia nondum accederent ad Curtii rationem, ſi uni camelo duorum mulorum onus deputes. Apud eundem in Alexandro c. 68. Perſepoli repertum *inſtrumentum regium & opes decem millibus jugerum mularium, & quinque millibus camelorum egeſta*. Ecbatanis habebat centies octies millena millia Philippicorum: ſed hæc vix ſextadecima pars fuerit ejus ſummæ. Aliunde quidem eum magnam pecuniæ vim habuiſſe dubitari non poteſt, cum Cyrus olim devicta Aſia, hoc eſt, Lydorum atque ſociorum ditionibus, quæ minima portio Perſici deinceps imperii fuit, *argenti quingenta millia talentorum reportaverit*, teſte Plinio 33. 3. hoc eſt, trecenties millena Philippæorum millia. Sed hæc quoque ſumma longe ab illa abeſt quam diximus. *Freinsh.*

12 *Patrios mores exoſus es*] Firmari hinc poſſit felix conjectura Boxhornii in Iuſtin. 12. 4. *A Philippo illum patre tantum degeneraviſſe, ut etiam patrios morem ejuraret*. qua etiam de cauſa hic ab Hermolao perbelle appellatur *tranſfuga*. Adſtipulatur & Valer. Max. 9. 5. ext. Faſtidio Philippi Iovem Hammonem patrem aſcivit: tædio morum & cultus Macedonici, veſtem & inſtituta Perſica aſſumpſit: ſpreto mortali habitu, divinum æmulatus eſt. nec fuit ei pudori, filium, civem, hominem diſſimulare.

Belli jure perſequimur] *Tranſfugæ licet, ubicumque inventi fuerint, quaſi hoſtes interfitere*. l. 3. in fine ad L. Corn. de Sic. etiam torquere: *nam pro hoſte, non pro milite habentur*. l. 7. de re mil. Vide Cujac. obſerv. 4. 9.

Macedonas voluisti genua tibi ponere, venerarique te ut deum: Tu Philippum patrem aversaris, & siquis deo-
14 *rum [a] ante Iovem haberetur, fastidires etiam Iovem. Miraris si liberi homines superbiam tuam ferre non possumus? Quid speramus ex te, quibus aut insontibus moriendum est; aut quod TRISTIVS morte est, in servitute vi-*
15 *vendum? Tu quidem, si emendari potes, multum mihi debes. ex me enim scire cœpisti, quod ingenui homines ferre non possunt. De cetero parce, quorum orbam senectutem suppliciis ne oneraveris. [b] nos jube duci, ut quod ex tua morte petieramus, consequamur ex nostra.* Hæc Hermolaüs.

INTERPRETATIO.

a *Iove major putaretur.*

b *Impera nos trahi* ad supplicium.

NOTÆ.

13 *Patrem aversaris*] Ægila duarum urbium unum nomen est, apud quas *olim Ammoni & Alexandro ades posita erant, quibus usque ad Iustiniani imperium hostias mactabant indigenæ.* Procop. serm. 6. de ædific. Iustiniani.

14 *Miraris si liberi homines superbiam tuam ferre non possumus*] Livius lib. 1. *Invisa superbia regia civibus, eam ferre liberi non possunt.* Scite Hanno apud Liv. lib. 23. *Superbum esse, est hominis aliena libertatis obliti; obnoxium, sua.* Loccen.

Tristius] Falsum hoc apud plerosque: rari quippe sunt quibus ista cordi: *aliud sibi reliquum quam tenere libertatem, aut mori ante servitium?* Tacit. 2. 5. deprompta ex istis Sallustii Histor. 1. 2. *Esne viris reliqui aliud, quam solvere injuriam, aut mori per virtutem?*

15 *Si emendari potes*] Gruterus ad Tacit. discurs. 41. plus amaritudinis subesse putat his verbis, quam prima fronte videatur; & sic exponit, quasi velit Hermolaüs quod apud Tacit. 15. 68. Sulpicius Asper ad Neronem: *Non aliter tot flagitiis ejus subveniri posse.* vel, ut Sueton. Ner. 36. effert: *aliter illi non posse nisi morte succurri.* Freinsh. tamen non videt quomodo Curtii verba hanc explicationem patiantur: cum non imputet Alexandro, ut illi apud Suetonium, quod eum voluisset occidere: sed quod utilibus eum præceptis ad bene imperandum, si ea monitione corrigi posset, instruxisset. ad quam rem utique non morte regis festinata, sed longiore vita opus erat.

Parce] Deest *parentibus*, aut tale quid. Bongars. suspicabatur legendum: *De cetero parce: aliorum orbam sen. suppliciis ne oneraveris.* Melius Rad. edidit: *parce his quorum orbam*, &c. si tamen ex libris id supplevit Modius; eum enim ille sequitur. aliis quidem libris abest pronomen. Aspicit autem Hermolaüs morem Macedonum, quo parricidarum propinqui etiam puniebantur. De quo mirifice disputat Grotius de jure belli 2. 21. & sequent.

Quod petieramus] Libertatem: ut saltem morte liberemur à servitute tua & tyrannide.

CAP.

Digitized by Google

CAP. VIII.

Alexandri ad Hermolai invectivam responsio: conjuratorum item, atque innocentis Callisthenis supplicium.

AT rex: *Quam falsa sint*, inquit, *quæ iste* 1
tradita à magistro suo dixit; patientia mea ostendit. Confessum enim ultimum facinus, tamen 2
ut vos quoque, non solum ipse, audiretis, expressi; non imprudens, quum permisissem huic latroni dicere, usurum eum rabie, qua compulsus est, ut me, quem parentis loco colere debet, vellet occidere. Nuper quum 3
procacius se in venatione gessisset; more patrio, & ab antiquissimis Macedoniæ regibus usurpato, eum castigari jussi. Hoc & oportet fieri, & ut à tutoribus pupilli, à maritis uxores, servis quoque pueros hujus ætatis verberare con-

INTERPRETATIO.

Effeci ut non ego solus, sed etiam vos auscultaretis; quamvis non ignarus essem, si paterer sicarium istum loqui, usurum, &c.

NOTÆ.

1 *Magistro suo*] Invidiose sic appellat Callisthenem, quasi auctor ei doctorque parricidii fuisset.

Patientia mea] Si enim essem iis moribus, quibus me videri iste voluit, jam pridem indicta causa eum occidissem.

2 *Ut vos quoque*] Male affectus locus: omnes istas voces omittunt Mss. at sequentes, *non solum ipse*, recentiores impressi. Freinsh. legit, *ut vos quoque ipsi audiretis*. Vulgo *non solum ipse*. quod de se dicere Alexandrum intelligas.

3 *Ab antiquissimis*] Non ergo cœpit illud institutum à Philippo, ut volebat Ælianus supr. ad 8. 6. ubi vide.

A tutoribus] Hæc ita concepta fuisse opinatur Freinshemius, *Hoc & oportet fieri; & fit: tutoribus pupillos, maritis uxores, servis quoque hujus ætatis pueros verberare consedimus*. At Acidalius: *& fit à tutoribus pupillis, à maritis uxoribus*. aut potius, ut idem ait, minori mutatione sic: *Hoc & oportet fieri* (dubitat, an & hoc mutandum *servi*;) *& ferunt à tutoribus pupilli, à maritis uxores: servis quoque*, &c. Acidalio favet Blanckardus. Tutoribus autem id jus in pupillos apud Romanos quoque fuisse, conjici potest ex definitione tutelæ, quod sit *vis ac potestas in capite libero*. Nam *tutor non rebus duntaxat, sed etiam moribus pupilli præponitur*. l. 12, §. 3. de administr. tut. Iuvat & ratio legis unicæ C. de emend. propinquorum.

Uxores] Ne tamen sine legitimis causis, neve flagellis aut fustibus id fiat, arg. l. 8. §. 2. C. de repud. & Nov. 117. cap. 14.

Servis] Imprimis pædagogis: exemplum in Plauti Bacchid. 3. 3.

4 *concedimus. Hæc eſt ſævitia in ipſum mea, quam impia cæde voluit ulciſci. Nam in ceteros, qui mihi permittunt uti ingenio meo, quam mitis ſim, non ignoratis; & com-*
5 *memorare ſupervacuum eſt. Hermolao parricidarum ſupplicia non probari, quum eadem ipſe meruerit, minime hercule admiror. nam quum Parmenionem & Philotam*
6 *laudat, ſuæ ſervit cauſæ. Lynceſten vero Alexandrum bis inſidiatum capiti meo à duobus indicibus liberavi: rurſus convictum, per biennium tamen diſtuli: donec vos*
7 *poſtularetis, ut tandem debito ſupplicio ſcelus lueret. Attalum, ante quam rex eſſem, hoſtem meo capiti fuiſſe meminiſtis. Clitus utinam non coëgiſſet me ſibi iraſci. cujus temerariam linguam probra dicentem mihi & vobis*
8 *diutius tuli, quam ille eadem me dicentem tuliſſet. REGVM ducumque clementia, non in ipſorum modo, ſed etiam in illorum, qui parent, ingeniis ſita eſt. Obſequio mitigantur imperia: ubi vero reverentia exceſſit animis, & ſumma imis confundimus, vi opus eſt, ut vim repel-*

lamus.

NOTÆ.

5 *Sua ſervit cauſa*] Parricidas enim defendit.

6 *Rurſus*] Intellige primum à duobus indicibus nominatum veniam impetraſſe: iterum deinde convictum pœnas luiſſe. Turbat tamen ſupr. 7. 1. ibi enim etiam in eaſdem cogitationes occidendi regis poſt veniam relapſum ſcribit: ſed id de duobus indicibus, non ut hic priori, ſed poſteriori ejus conſilio attribuit. *Freinsh.*

8 *Regum ducumque clementia, non in ipſorum modo, ſed etiam in illorum, qui parent*, &c.] Extat nobiliſſimum apophthegma Theopompi apud Plutarch. apoph. Lac. c. 65. qui interrogatus, quid ita Sparta floreret? quianc reges recte imperare ſcirent? Imo, inquit, quia cives parere. *Laudat in Agricola ſuo dexteritatem iſtam Tacitus* 42. Domitiani vero natura præceps in iram, & quo obſcurior, eo irrevocabilior, moderatione tamen prudentiaque Agricolæ leniebatur, quia non contumacia, neque inani jactatione libertatis, famam fatumque provocabat. Expreſſus hic locus ex Iſocratis Nicocle. *Μὴ μόνον τὰς φύσεις αἰτίας νομίζετε, ὑφ' ὧν χαλεπὸς ἢ πρᾶος ἕκαστος τυγχάνει, ἀλλὰ καὶ τὸν τρόπον τὸν πολιτικόν.* *Non ſolum ingenia Regum in cauſſa eſſe, ut difficiles vel manſueti ſint creditis, ſed etiam mores ac ingenia civium.* Et addit: *Multi enim jam ob improbitatem civium aſperius imperare quam vellent ſunt coacti.* Alfonſius rex Arragoniæ apud Panormitanum eadem mente: Perniciosos eſſe cives, qui Regum innocentia, bonitate, lenitate abuterentur. Plerumque enim uſu venire, ut perverſis civium moribus reges præter ingenium aſperiore uti imperio cogantur. Contra, eos probos ſpectatoſque cives eſſe, qui Principis benignum atque humanum ingenium virtute atque prudentia foverent augerentque. Conferatur Lipſius Polit. 6. 5. 43. & ſeqq. *Locenius.*

9 *Quid*

Digitized by Google

lamus. Sed quid ego mirer istum crudelitatem mihi objeciſſe ; qui avaritiam exprobrare auſus ſit ? Nolo ſingulos veſtrum excitare , ne inviſam liberalitatem meam faciam , ſi pudori veſtro gravem fecero. Totum exercitum adſpicite : qui paulo ante nihil præter arma habebat , nunc argenteis cubat lectis ; mênſas auro onerant ; greges ſervorum ducunt : ²ſpolia de hoſtibus ſuſtinere non poſſunt. At enim Perſæ , quos vicimus , in magno honore ſunt apud

9 10

INTERPRETATIO.

2 *Exuvias ex hoſtibus relatas ferre non valent.*

NOTÆ.

9 *Quid ego mirer*] Arguto genere defenſionis utitur. inſimulatum ſe crimine avaritiæ , à quo nemo dubitet, eum eſſe alieniſſimum : facile igitur judicari poſſe , ne ceteris quidem criminationibus fidem adhibendam. Eodem modo purgare ſe conatur Nero apud Sueton. 41. *cetera convitia ut falſa non alio argumento refellebat, quam quod etiam inſcitia tantopere laborata perfectaque à ſe artis objiceretur : ſingulos ſubinde rogitans, noſſentne quemquam præſtantiorem ?* Freinsh.

Ne inviſam liberalitatem meam faciam] Gravem nimirum repetendo , & exprobrantis ſpecie. Magdeburga imagines Charitum dona ſibi invicem averſo vultu porrigentium , ne viderentur beneficia objectari vel exprobrari , inter alia monumenta quondam habuit , ut memini me apud Krantzium in Saxonia legiſſe. *Loccen.*

Pudori veſtro gravem fecero] Oſtentando publice , & velut exprobrando. Inde lex in Chronoſolone Luciani : *De muneribus quam modeſtiſſima ſimul & paucissima verba fiunto : neque grave quicquam in literis quiſquam aſcribito, nec qua mittuntur laudato.* Quod late deducit Seneca de beneficiis.

Argenteis cubat lectis] *Poſt Alexandrum maximum , quia Aſia theſauros diripuit, proſus exorta eſt , qua, ut Pindarus inquit , late dominatur opulentia,* ait Athenæus 6. 4. cum paulo ſupra narraſſet, adeo rarum antea Græcis uſum auri fuiſſe, ut *Philippum Alexandri patrem Duris ſcripſerit, exiguam auream phialam , quam penes ſe habebat , in lecto cubantem , pulvinari ſemper ſubdidiſſe.* Quod tamen non credam niſi ante excitas aurifodinas Macedoniæ , de quibus Diod. 16. 8. Addam pauca ex Dionis orat. 25. ſub finem. *Alexander in Aſiam ducens exercitum, Macedones ditiſſimos omnium hominum effecit , ſimul & pauperrimos : & pariter fortes & pariter infirmos : exulesque & regei eoſdem : Ægyptum & Babylonem & Suſa & Ecbatana imperio addens, Ægas vero & Pellam & Dion auferens.* Sed mirum eſt quod de argenteis lectis ait Curtius : & quidem tam vulgatos fuiſſe , ut toti exercitui tribuantur. Certe de Heliogabalo Imperatore rem inuſitatam prodere ſibi videtur Lampridius cap. 20. *Hic ſolido argento fabros habuit lectos & triclinares & cubiculares.* Forſan hi ſolidi argento fuerint , illi militum leviter ornati vel inducti & bracteati. *Freinsh.*

10 *At enim*] Suſpicatur Freinshemius quædam hujus orationis membra parumper eſſe luxata. quæ ſic in ordinem redigit : *Spolia de hoſtibus ſuis ſuſtinere non poſſunt , & ſane plus habemus quam capimus : inſatiabilis autem avaritia , eſt adhuc implere velle , quod jam circumfluit. At enim Perſæ , &c.* Nam illa intermedia , *& ſane plus habemus , &c.* infra interveniunt alieno argumento , cum ibi de Perſis eorum-

Digitized by Google

apud me! Equidem moderationis meæ certissimum indicium est, quod ne victis quidem superbe impero. Veni enim in Asiam, non ut funditus everterem gentes; neo ut dimidiam partem terrarum solitudinem facerem; sed VT ILLOS quoque, quos bello subegissem, victoriæ
11 *meæ non pœniteret. Itaque militant vobiscum, pro imperio vestro sanguinem fundunt, qui superbe habiti rebellassent. NON EST diuturna possessio, [a] in quam gla-*
12 *dio inducimur: beneficiorum gratia sempiterna est. [b] Si habere Asiam, non transire volumus; cum his communicanda est nostra clementia: horum fides stabile & æternum faciet imperium. Et sane plus habemus, quam capimus. insatiabilis autem avaritia est, adhuc implere velle,*
13 *quod jam circumfluit. Verum tamen eorum mores in Macedonas transfundo! In multis enim gentibus esse video, quæ*

INTERPRETATIO.

a *Quam* solis *armis paramus.*

b *Si Asiam retinere, non percurrere* solum *cupimus, his* gentibus *nostra mansuetudo impertienda est.*

NOTÆ.

que moribus imitandis instituta sit tractatio.

Solitudinem facerem] Camillus apud Liv. 8. 13. ad Patres Romanos: Pacem vobis, quod ad Latinos attinet, parare in perpetuum vel sæviendo vel ignoscendo potestis. Vultis crudeliter consulere in deditos victosque? licet delere omne Latium: vastas inde solitudines facere, &c. Quod tum prudenter consideravit senatus. At in Taciti Agric. 30. Romanis invidiose objicit Britannus ille, quod, *ubi solitudinem fecere, pacem appellent.*

Sed ut illos quoque quos bello subegissem] Egregius est ille victoriæ fructus, & constans, ubi nec victorem fidei subactorum, nec devictos imperii victoris pœnitet; veluti Falisci apud Livium lib. 5. dedentes se Romanis fatentur. *Loccenius.*

Non pœniteret] Theodoricus apud Cassiodor. Var. Epist. 3. 43. *Nobis propositum est, Deo juvante, sic vincere, ut subjecti se doleant nostrum dominium tardius acquisisse.* Sane *firmissimum est imperium quo obedientes gaudent*, ut ait Liv. 8. 13.

11 *Non est diuturna possessio*] Sallustius ad Cæsarem de Rep. ord. *Ego cuncta imperia crudelia magis acerba, quam diuturna esse arbitror.* quod Christiernus II tyrannus in his regnis Septentrionalibus satis expertus est, & quidem suo merito. *Loccenius.*

13 *In multis enim gentibus esse video*] Imitari quæ alibi præclara, non pudori, sed decori & usui est. Isocrates or. 2. monet Nicoclem, ut optimorum ipse sit inventor; quod si per omnia non possit, imitetur ab aliis recte constituta. Varro præter alios libros fertur scripsisse de gente populi Romani, in quo argumento ostendit, quid à quaque gente Romani traxerint per imitationem. *Loccenius.*

Imiteri

que non erubescamus imitari: *NEC ALITER* tantum *imperium apte regi potest, quam ut quadam & tradamus illis, & ab iisdem discamus. Illud pene dignum risu fuit, quod Hermolaüs postulabat à me, ut aversarer Iovem cujus oraculo adgnoscor. An etiam quid dii respondeant, in mea potestate est? Obtulit nomen filii mihi: a recipere ipsis rebus, quas agimus, haud alienum fuit. Vtinam Indi quoque deum esse me credant. FAMA enim*

14 15

INTERPRETATIO.

a *Non inutile fuit bellis quæ gerimus, ut* illud *acceptarem.*

NOTÆ.

Imitari] Vide supra ad 8. 5. 19. Sic à Rom. veteribus, *gentis quæ usquam egregia, composita duodecim tabulæ.* Tacit. 3. 27. Præclare Cæsar apud Sallust. Catil. 51. 22. *Majores nostri, P. C. neque consilii, neque audacia unquam egere: neque superbia obstabat, quo minus aliena instituta, si modo proba erant, imitarentur*, &c. Plato hac potissimum de causa & ipse suscepit peregrinationem, & civibus suis, non uno loco libri 12 de leg. commendavit, *ut patria urbi communicarent, si quid alibi reperissent ei futurum & usui & ornamento.* Merito autem ab hoc consilio laudat Alexandrum Plutarch. de fortuna ejus 1. 8. quod Aristotelem non esset sequutus, *qui eum jubebat Græcis se tanquam principem, barbaris ut dominum præbere* &c. Judicium Strabonis idem est sub finem libri primi. *Freinsh.*

15 *Haud alienum fuit*] Tum opportunum ad res gerendas; tum etiam, quod tacite innuit, rebus suis haud male conveniens. Quomodo Livius præfat. 7. Ea belli gloria est pop. Romano, ut quum suum conditorisque sui parentem Martem potissimum ferat; tam & hoc gentes humanæ patiantur æquo animo, quam imperium patiuntur. *Sic in Luciano apud Mineem:* Si vero deus hominibus videbar, parendum illis erat: nam rerum magnitudine, ut tale aliquid de me crederent, inducti sunt. Haud tamen omnino vanam istam vanitatem fuisse probari possit exemplo quod refertur supra 7. 6. Easdem fere ob rationes Varro apud Augustin. de Civ. Dei 3. 4. utile esse civitatibus *dicit*, etsi falsum sit, ut se deorum filios credant. & 4. 31. multa sunt vera, quæ non modo vulgo sciri non est utile, sed etiam tametsi falsa sint, aliter existimare populum expedit. *Ergo apud eundem Lucianum Diogenes ad Alexandrum:* Sacerdotum Ammoniorum mendacium ad res gerendas tibi haudquaquam fuit inutile: propterea quod vulgus te verebatur metuebatque quum deum esse crederet. Sic fere omnes populi referebant originem suam ad deorum aliquem, ut *primordia urbium augustiora facerent.* Livius procœmio. ad quem locum exempla multa Gruterus notat. Atque hæc pro Alexandro ipse aliique dixere, haudquaquam paria futura contrariis argumentis, si quis ex diverso urgeat. *Idem.*

Vtinam Indi quoque deum esse me credant] Huic voto Alexandri respondit eventus. Nam sic inf. scribit Noster 1 *Alexandro Indiæ fines ingresso reguli occurrerunt, imperata facturi, illum tertium Iove genitum ad ipsos pervenisse memorantes.* Sed æmulationi divinitatis hic fama ab Alexandro prætexitur; nec humana sorte contentus est. quod etiam ipsi mater Olympias in sua epistola apud Gellium 13. 4. non obscure exprobrat. Inprimis adeatur Augustinus lib. 3. de Civ. Dei cap. 4.

enim bella conſtant ; & ſæpe etiam , quod falſo creditum
16 *eſt , a veri vicem obtinuit. b An me luxuriæ indulgentem putatis arma veſtra auro argentoque adornaſſe? Adſuetis nihil vilius hac videre materia , volui oſtendere,*
17 *Macedonas invictos ceteris nec auro quidem vinci. Oculos ergo primum , eorum ſordida omnia & humilia ſpectantium capiam ; & docebo nos non auri aut argenti cupidos , ſed orbem terrarum ſubacturos veniſſe. Quam gloriam tu parricida intercipere voluiſti , & Macedonas re-*
18 *ge adempto devictis gentibus dedere. At nunc mones me, ut veſtris parentibus parcam ! Non oportebat quidem vos ſcire , quid de his ſtatuiſſem , quo triſtiores periretis , ſi qua vobis parentum memoria & cura eſt : ſed olim iſtum morem occidendi cum ſceleſtis inſontes propinquos parenteſque ſolvi. & profiteor in eodem honore futuros omnes*
19 *eos , in quo fuerunt. Nam tuum Calliſthenem , cui unus vir videris , quia latro es , ſcio , cur produci velis : ut*

coyam

INTERPRETATIO.

a Parem *veritati vim habuit.*

b *An creditis me , ut luxum foverem , ornaſſe &c.*

NOTÆ.

& Berneggerus in Iuſtinum 2. 4. 13. Freinshemii Notæ in Curt. 8. 8. 14. *Loccen.*

Et ſæpe etiam , quod falſo creditum eſt] Apud vulgum valet non ſemper quod eſt , ſed etiam quod eſſe videtur : dum ſpecie inanium ducitur , & opinione plura quam vero æſtimat. vid. Cl. Boxhornii Emblemata politica 10. 19. & Berneggeri Quæſt. Polit. 68. *Loccenius.*

Veri vicem obtinuit] Livius 34. 12. accinit : *Sæpe vana pro veris , maxime in bello, valuiſſe.* remque exemplo ſubjecto teſtatam facit. de fama autem ſupra ad 3. 8. dictum. quibus jungi poteſt Lipſius Polit. 5. 16.

16 *Volui oſtendere*] Revocavit Acidalius ultimum verbum ex vulgatis editionibus , unde Modius pepulerat ; & *videre* legendum, non *videri*, docuit : hæſit tamen in explicatione ſequentium : *Oculos ergo* &c. nec mirum. nullus enim inde ſanus exeat ſenſus , ſi pro *ſpectantium* non ſcribas *exſpectantium*. niſi tamen & ſimplex illud hoc ſignificatu capitur , quod pene inducor, ut credam , cum toties hujus loco reperiam. Senſus igitur eſt : Capiam (tanquam ex inſidiis) præſtringamque Indorum oculos , qui nihil expectant adventu noſtro , quam ſordida & humilia omnia , arma ære aut ferro rubigioſo ſqualentia , nihil opulenti , nihil ornati. Ergo cum hæc ſpecies nec opinantibus fuerit objecta , cum alias etiam melius honorificentiuſque de nobis opinabuntur ; tum quoque deprehendent non auri argentive inopia vel cupidine , ſed per virtutem , & ob gloriam , iſtam expeditionem nos ſuſcepiſſe. *Freinsh.*

19 *Me-*

coram his probra, quæ modo in me jeciſti, modo audiſti, illius quoque ore referantur. Quem, ſi Macedo eſſet, tecum introduxiſſem; dignissimum te diſcipulo magiſtrum: nunc Olynthio non idem juris eſt. Poſt hæc conſilium dimiſit, *tradique damnatos hominibus, qui ex eadem cohorte erant*, juſſit. Illi [a] ut fidem ſuam ſævitia regi adprobarent, excruciatos necaverunt. Calliſthenes quoque tortus interiit: initi conſilii in caput regis in-

INTERPRETATIO.

a *Vt ſuam fidelitatem regi oſtenderent crudelitate* in reos.

NOTÆ.

19 *Modo audiſti*] Suſpecta hæc verba, nec video quomodo tolerentur, niſi non explices de præſenti tempore, ſed ita; quæ viciſſim apud Calliſthenem de me nunc dixiſti, nunc ipſum dicentem audiviſti: hæc enim probra jam diu magiſter iſte tuus tibi præcinuit. *Freinsh.*

Olynthio] Id eſt, cum Olynthius ſit. Odioſe autem nomen patriæ ejus inducit, ad exaſperandos Macedonum animos, memoria vetuſtiſſimæ ſimultatis, quam ea cum urbe exercuit Macedonia, donec Philippus eam exſcinderet. qua de re Dio Chryſoſt. orat. 25. Philippus Macedonas humiles & infirmos, ſuoque patre concedente Olynthiis principatum, fortes fecit & bellicoſos, & propemodum totius Europæ dominos. Calliſthenem autem Olynthium fuiſſe, & diſcipulum, ac cognatum Ariſtotelis, ex Hero conſobrina ejus editum, præter Plutarchum in Sylla 72. Alex. 98. & Suidam, Diogenes Laertius in vita Ariſtotelis refert. *Popma.*

20 *Hominibus*] Freinshemius conjicit *omnibus*: toti cohorti, non parti, vel certis quibuſdam. ut nimirum ita vindictam expeterent illatæ in ſocietatem ſuam infamiæ.

Excruciatos necaverunt] Arrian. 4. 2. 28. & apud Plutarch. cap. 98. ipſe Alexander, more Macedonum ſaxis obrutos ſcribunt: quod tamen non impedit, quin ante mortem excruciati fuerint, exemplo Philotæ ſupra lib. 6. extr. Crudelitas enim illa maxime in uſu fuit apud veteres. unde quaſi ſolennis ſcriptorum formula *excruciatum necare*. Liv. 25. 23. *necati omnes excruciati ſunt*. Suetonius Aug. 14. *diſcruciatum necare*. Cicero pro L. Manil. cap. 5. alia addit augendæ indignitati: *Legatum pop. Romani conſularem, vinculis ac verberibus, atque omni ſupplicio excruciatum necavit*. Græcis eſt σφίγλεσθαι aut βασανιζόμενον ἀποθανεῖν, *tortum mori*: ut Plutarcho Phocione cap. 47. Zonaræ tom. 2. αἰκισάμενον ἀποκτεῖναι, *prius excruciatum interficere*; de Hannibale & captivis Romanis loquitur.

21 *Tortus interiit*] Ariſtobulus apud Arrian. 4. 2. tradit, compedibus vinctum in exercitu ductum fuiſſe, ac poſtea morbo interiiſſe; Ptolemæus tortum ac denique ſuſpenſum vitam finiſſe. Iuſtin. 15. 33. ſingillatum ſupplicium ejus exponit: Cum Alexander Calliſthenem, truncatis crudeliter omnibus membris, abſciſſiſque auribus ac naſo labiiſque, deforme ac miſerandum ſpectaculum reddidiſſet, inſuper cum cane in cavea clauſum, ad metum ceterorum circumferret; tunc Lyſimachus venenum ei in remedia calamitatum dedit. Seneca pater ſuaſor. 1. præceptorem Alexandri appellat, & lancea trajectum ſcribit. Philoſtr. 7. 1. à Macedonibus ait interfectum, quod ipſos vituperaſſet. Diog. Laertius in vita Ariſtotelis in cavea circumductum ad ſpectaculum, morboque pediculari corro-

innoxius; ſed haudquaquam aulæ & adſentantium ac-
22 commodatus ingenio. Itaque nullius cædes majorem apud Græcos Alexandro excitavit invidiam, quod præditum optimis moribus artibuſque, à quo revocatus ad vitam erat, quum interfecto Clito mori perſeveraret; non tantum occiderit, ſed etiam tor-
23 ſerit indicta quidem cauſa. quam crudelitatem ſera pœnitentia conſequuta eſt.

INTERPRETATIO.

a *Quando ipſe poſt Cliti cædem obſtinate volebat mori.*

NOTÆ.

correptum, ac demum leoni objectum. Suidas quoque cavea una cum Nearcho incluſum, & phthiriaſi abſumptum ait. Hanc autem ſcriptorum de Calliſthenis morte diverſitatem vitabundus Curtius, conſulto videtur uſus omnia iſta complexo vocabulo, *interiit*. quomodo & Valer. Max. 7. 2. ext. *ſpiritu carere juſſum* ſcribit, non adjecto, quo ſupplicii genere. item 9. 3. ext. *Calliſthenem mori juſſum*. Seneca Nat. quæſt. 6. 23. *occidit Calliſthenem*. Quomodo & Oroſius 3. 18. & Dio Chryſoſt. Orat. 64. ubi etiam, perinde ut Seneca Rhetor, Alexandri præceptorem appellat Calliſthenem. Quid Diodor. de eo ſcripſerit, interitu capitis ejus incertum eſt. *Freinsh.*

Sed haudquaquam aulæ & adſentantium accommodatus ingenio] Calliſthenes nihil minus quam adulator erat, nec ſolum liber in dicendo, ſed & contumax; aliquando nimis rigidus & intempeſtive præfractus, modeſtiæ etiam oblitus: quod ipſi tandem apud Alexandrum exitio fuit. quum ſi voluiſſet, inter abruptam contumaciam & deforme obſequium, potuiſſet medium iter ambitione ac periculis vacuum pergere. Vide Lipſium Politic. 3. 5. 12. & ibi in Notis. & Aulicum inculpatum Paſtorii, c. 6. §. 8. 9. Ego de his quoque fuſius in Diſſertatione de Decoro Orationis. *Loccenius.*

22 *Revocatus ad vitam erat*] Supra ad 8. 2. 12.

CAP.

Digitized by Google

CAP. IX.

Indi, Gangis, Dyardenis, India, ejus incolarum, luxu diffluentium regum, ac sapientum, luculenta descriptio.

SED [a] ne otium serendis rumoribus natum aleret, in Indiam movit; semper bello quam post victoriam clarior. India tota fere me spectat Orientem, minus in latitudinem, quam recta regione spatiosa. [b] Quæ Austrum accipiunt, in altius terræ fastigium excedunt; plana sunt cetera, multisque inclitis amnibus Caucaso monte ortis placi-

INTERPRETATIO.

a *Ne otiositatem foveret, quæ spargendis* seditiosis *sermonibus opportuna est.*

b *Quæ Meridiem spectant, excelsiore terrarum situ attolluntur.*

NOTÆ.

1 *Sed ne otium serendis rumoribus natum aleret*] Tacitus Germ. *Otiosa armatorum manus facile lasciviunt.* Otium serendis turbidis rumoribus aptum esse Tacitus exemplo quoque Pannonicarum legionum probat. lib. 1 Annal. *Iunius Blæsus sine Augusti & initiis Tiberii auditis, ob justitiam aut gaudium intermiserat solita munia. Eo principio lascivire miles, discordare, pessimi cujusque sermonibus præbere aures.* Loccen.

In Indiam movit] Plinius 6.17: Indiam *patefactam esse* scribit *Alexandri Magni armis*, quod & Strabo & Plutarchus aliique memorant.

3 *Quæ Austrum accipiunt*] Hunc locū carpit Glareanus. Ego Curtiū nihil hic contra Geographiam peccasse existimo & doceo, primum haud ignorandum, quod affirmat, minus in latitudinem, quam recta regione patere, hoc est, magis longam quam latam esse, quod verissimum est, si procurrens è Septentrione in Austrum spectes promontorium: si, inquam, diametrum à monte Imao usq; ad promontorium Comorinum, quæ sunt duo extrema Indiæ, dimetiare. minimum enim quadringentis inter se leucis distant, ut Iarricus ostendit, quæ Germanica efficiunt milliaria viginti supra trecenta. Iam quod dicit Curtius, *ea quæ Austrum accipiunt, in altius terra fastigium excedere*, hoc est, promontorium Comorinum esse altius terra reliqua Indiæ media, quæ plana est, verissimum est. extrema enim utrinque sunt alta, Imaüs mons & promontorium Comorinum: cum inter utrumq; hunc angulum montes interjaceant continua per Indiam serie, usq; ad caput Comorinum. Quod continua serie dicit, hoc est, per totam Indiam extendi montes: accipe latus occidentale totum, quod septentrio stringit, & ab alto alluitur. Atque inde est quod Herodotus in Thalia affirmat, Indiam Austro obnoxiam. *Rad.* Iuvat etiam illud Arriani in periplo maris Erythræi 3. 28. *Post Barygazam* (Indiæ provinciam) statim continens vicina à Borea in Meridianum cardinem flectitur: unde regio illa *Dachinabadis* appellatur. Auster enim illorum lingua *Dachanus* dicitur. Hujus pars superior mediterranea ad Orientem vergens, multas regiones, deserta, montes ingentes, &c. complectitur.

Sem-

4 cidum per campos iter præbent. Indus gelidior eſt quam ceteri. aquas vehit à colore maris haud mul-
5 tum abhorrentes. Ganges amnis ab ortu eximius ad Meridianam regionem decurrit; & [a] magnorum montium

INTERPRETATIO.

a *Super altos montes recto curſu labitur.*

NOTÆ.

Caucaſo] *Nimirum Indico, non Ponti-co* (Vide ſupra ad 7.3.) quem & Paropamiſum vocant. Ita certe de Indi fonte Plinius 6. 20. *in jugo Caucaſi montis, quod vocatur Paropamiſus, adverſus ſolis ortum effuſus.* Arrianus 5. 1. *Fontes ejus ex Paropamiſo vel Caucaſo monte oriuntur.* Freinsh.

4 *Indus*] Teſte Plinio 6.20. olim ab incolis *Sandus* fuit appellatus, *Sinthum* Ptolemæus inter ſeptem Indi oſtia numerat. Veriſimile eſt igitur oſtium illud ceu omnium maximum [ab Arriano in periplo maris Erythræi 2.46] ſynecdochice pro toto fluvio fuiſſe uſurpatum. Hodie vulgo ab Indis, atque aliis populis *Indu* appellatur. In eundem Resbutos à Cambaienſibus diſterminantem, atque per mediam Cambaiam decurrentem, incolæ ejus regionis, teſte Odoardo Barboſa, & *Cercetan*, & *Indet* appellant. Sic enim fluminum nomina pro regionibus per quas fluunt, crebro mutantur, ut de Danubio dictum eſt. Hunc vero fluvium prius *Manſolum* dictum, poſtea ab Indo quodam juvene egregio, qui Damaſulcida regis Oxyalci filia corrupta ad mortem quæſitus, in eum ſe præcipitarat, appellatum fuiſſe, fabulatur ille auctor libelli de fluminibus, quem nonnulli volunt eſſe Plutarchum. *Stuckius.*

A colore maris] Sed Andreas Corſalius apud Stuckium in univerſum affirmat, in ſua navigatione mare vicinum Indiæ lacteo colore ſibi apparuiſſe. Verum Io. Caſtrius apud Barrium ait, partem tantum ejus maris candidam; aliam rubram; aliam viridem ſe reperiſſe. Vide infra. Ceterum Arrianus citato loco ait, Sinthi vel Indi aquas eſſe candidàs: quod quidem conſentiat narrationi Curtii, ni adderet, *longo admodum ſpatio in alto mari, antequam regionem attingas, aquam ex illo fluvio candidam accurrere.* quod notari non poſſet, ſi nihil à colore maris differret: ſi nihil inquam. poſſet tamen, ſi aliquantum. Idque vult Curtius. non enim vult plane eundem eſſe colorem, ſed *haud multum abhorrentem.*

5 *Ganges*] Satis perplexum me facit hic locus, vitii quidem mihi manifeſtus, ſed quod indicare facilius poſſim, quam tollere. Nunc ſingula conſideremus. *Ganges.*] nil ſi mirum omnia hic eſſe obſcura, cum de fluvio veteribus & recentioribus nihil dum certi conſtiterit. Nec nos quoque veritatem rei promittimus, ſed Curtii mentem per verborum ejus veſtigia ſcrutamur.

Amnis] Sic diſerte Pal. 1.

Ab ortu eximius] Sic quoque Mſſ. alii, *Ganges omnium ab ortu maximus*: quaſi dicat omnium fluviorum eſſe maximum. quod quidem verum eſt; ſed non illud hic aſpexit Curtius: nec enim addidiſſet *ab ortu*, cum non modo omnium Orientis fluviorum maximus ſit habitus, ſed in univerſum omnium. Itaque *ab ortu* hic ſonat à fonte, ab origine. Arrianus hunc ipſum Gangem Indic. rerum 1.11. *μέγαν ἀνίσχειν ἐκ τῶν πηγῶν* ſcribit, & eodem ſenſu Plin. 6. 18. *cum magno fragore ipſius ſtatim fontis erumpere* ait.

Ad Meridianam regionem decurrit] Sic unus ex editis, quos vidi, Merula: cujus editio eſt inter vetuſtiſſimas. Idque verum eſt, ipſumque Strabonem (quem tamen Glareano vulgatam lectionem non bene concoquenti Radeſtus opponit) aſſertorem habet, qui di-

ſerte

tium juga recto alveo ſtringit. Inde eum objectæ rupes inclinant ad Orientem. Vtque rubro mari acci- 6
pitur,

NOTÆ.

ſerte ait: *omnia Indica flumina à Caucaſo primo ad meridiem ferri*: & quamquam addat, *poſtea alia ad Orientē flecti, ut Gangem*; nihil tamen obeſt. Quippe ſic quoque non deſinit verſus meridiem ferri, quamquam in ortum flexus. Vnde & Dionyſius verſu 1148. Gangeticam regionem *ad auſtrum* collocat, reſpectu montium unde fluvii illi oriuntur. Sed ut maxime in Orientem iret Ganges, nondum hoc voluit Curtius dicere, qui eum adhuc à fonte profluentem narrat. neque enim ſubjungeret: *magnorum montium juga recto alveo ſtringit*. quæ utique non demum adſcendit, quo loco ad Orientem vertitur: ſed ſtatim ab ortu ſuo eximius amnis recto alveo, per declivia paulatim, attamen adhuc magnorum montium juga provolvitur. Multo minus, ſi Raderi opinio valida foret, debuiſſet addere Curtius: *Inde eum objecta rupes inclinant ad Orientem?* Cur enim denuo inclinatum eum narraret, & quidem *inde*, hoc eſt, ex eo loco, ſi modo dixiſſet eo curſu illum ferri? Nimirum ergo vera hæc eſt hujus loci lectio, cui & per omnia conſentit Strabo: *Ganges à montibus deſcendens, cum in planiciem pervenit, ad Orientem converſus*. Ergo dum juga montium ſtringit, adhuc in meridiem fertur: *inde* ait Curtius, hoc eſt explicante Strabone, *cum in planiciem pervenit*. Quæ verba viciſſim intelligas ex Curtio; & noveris planiciem eam ita fuiſſe comparatam, ut à meridie rupibus incluſa, pateret ad Orientem, eoque recta regione ruentis amnis alveum à Meridie ad Orientem obliquaret. Vnde demum inſignis lux Plin. 6. 18. qui ait: *cum magno fragore ipſius ſtatim fontis erumpere; dejectumque per ſcopuloſa & abrupta, ubi primum mollis planicies contingat, in quodam lacu hoſpitari, &c.*

6 *Vtque rubro mari accipitur*] Nunc oſtium in mare exeuntis enarrat. Sed hic turbant libri, & pro *Vtque*, reponunt *Vterque*, cui equidem lectioni & Conſtantienſem Codicem, & veterem poëtam Gualterium his verſibus,

Totius fluvius Orientis major, uterque
Turbidus extenſis rubrum mare verberat undis,

ſuffragari Raderus ait. Qui tamen vere oſtendit, eam nullo modo ferri poſſe: nec enim quæ ſubjiciuntur, omnia utrique fluviorum horum, Indo nimirum & Gangi, convenire, præſertim illa: *Acęſines eum auget*. Quæro, ait, quem *eum?* Indum, an Gangem, an utrumque? Atque alii tantum in Indum ferri tradunt; ſolus Curtius à Gange intercipi affirmat; nemo ab utroque; quod ne fieri quidem poteſt. Sed ſi Gangem per vocem *eum* accipias, quid eſt, quod ſtatim ſubjiciat Curtius: *Ganges decurſurum in mare intercipit*, quaſi antea de alio eſſet locutus? Atque non potuit aliter loqui Curtius, niſi dubiam faceret orationem; etenim ſi dixiſſet, *decurſurum in mare intercipit*, incertum erat an *id qui* ad Acęſinem, an ad Gangem referendum eſſet: expreſſit ergo Gangem, quamvis eandem per vocem *eum* intellexiſſet. Atque ita diluitur etiam alter error, qui ex priore membro extiterat, ſi legeres *uterque*. Neque enim dixit Curtius Indum rubro mari excipi. Si legas, *utque*, omnia erunt ſalva. Hactenus *Raderus*. Adſtruamus recte ſic legi: *Vtque rubro mari accipitur*: *Vtque* propterea, quod de uno Gange hic ſermonem eſſe, ſequentia declarant: *Rubro mari*, quia apud veteres hoc nomine non tantum Arabicus & Perſicus ſinus, ſed & vaſtum illud & magnum mare Indicum veniebat, ut in admirandis 1.3. docet Lipſius: licet in hoc falſus, quod Indum atque Gangem in id mare derivare Curtium ſenſit; quippe *uterque* legendum putavit hoc loco. Rectius Barthol. Barrientus, Annotat. ſylva cap. 7. ubi idem illud de mari rubro pluribus etiam ſcriptorum dictis

pitur, findens ripas, multas arbores cum magna so-
7 li parte exsorbet. saxis quoque impeditus, crebro reverberatur, ubi mollius solum reperit, [a] stagnat,
8 insulasque molitur. Acesines eum auget. [b] Ganges decursurum in mare intercipit: magnoque motu amnis uterque conliditur. quippe Ganges [c] asperum os
9 influenti objicit; nec repercussæ aquæ cedunt. Dyardenes minus celeber auditu est; quia per ultima Indiæ currit: ceterum non crocodilos modo uti Nilus;

INTERPRETATIO.

a *In stagni* morem *quiescit*, ibique *insulas efficit*.
b Eum *Ganges excipit, cum ingressurus esset in pelagus.*
c *Difficile ostium ei confluenti facit, nec impulsæ* ejus *undæ locum dant* Acesini.

NOTÆ.

dis adstruitur, de uno Gange Curtium interpretatur. vide & Cordovæ didascal. multipl. cap. 49. quamquam dissentire videatur Fullerus Miscellan. sacror. 4. 20. Tametsi, ne quid dissimulem, ut extendamus rubri maris appellationem usque eo ubi Indus exoneratur; tamen immensum adhuc superest spatium, ad sinum usque Gangeticum, quod ab aliis præter Curtium rubri maris nomine vocatum fuisse non reperio.

Findens ripas] Hoc ego de diversis ejus ostiis accipio, non de juncto alveo: de quo rectius dixisset, radens ripas, aut proluens, quam findens. quod insinuatum penitus vult, & ripas plurifariam intercurrentem. Tribuit autem ei ostia quinque Ptolemæus Geogr. 7. 1.

Multas] Sic præferunt veteres edd. quod ipsum argumento est supra legendum *utque:* nec enim si legas *utrasque*, recte connecterentur. Quod qui viderunt, contra libros hic addiderunt conjunctionem, *multasque*.

7 *Saxa quoque impeditus*] Exposito summatim Gangis decursu, nunc paulo supra aliud repetit, quod ei accidat, nimirum crebro *reverberari*, sive retorqueri in saxa incurrentem, inde tortuosum ire, & objectu frequenti saxorum etiam impetuosiorem. nam & hoc videtur velle (supra idem de Euphrate 5. 1.) ex antithesi *mollioris soli*. Ait enim: *Ubi mollius solum reperit, stagnat, insulasque molitur*. Plin. 6. 19. *Insula in Gange est ampla magnitudinis, gentem continens unam Modogalicam nomine*. Restat de Acesine.

8 *Acesines eum auget*] Glareanus haud injuria dubitavit de hoc loco, reponendumque censuit *Ommeneses*, vel *Erineses*, quos ex Arriano rer. Ind. 1. 12. constat in Gangem influere. Contra idem ibid. 2. 13. & hist. Alex. 6. 1. Acesinem apud Mallos Indo misceri tradit. cui junge Plin. 6. 20. & Strabon. lib. 15. Imo ipse Curt. infra 9. 4. ita sentire videtur. Verum cum omnia exemplaria sic constanter præferant, auctori potius hoc quicquid est erroris imputandum putem, quam librariis. Certe quod de motu colliforum amnium hic dicit, confluenti Hydaspis & Acesinis congruit, de quo suo loco. *Freinsh.*

9 *Crocodilos*] Arrian. rer. Ind. 1. 28. generatim: *Indicæ fluvii perinde ac Nilus crocodilos gignunt, & pisces ac balænas ejusdem generis ac Nilus, excepto hippopotamo, seu equo fluviatili. sed & hos*

g 4

lus, ſed etiam delphines, ignotaſque aliis gentibus belluas alit. Erymanthus crebris flexibus ſubinde curvatus, [a] ab accolis rigantibus carpitur. ea cauſa eſt, cur tenues reliquias jam ſine nomine in mare emittat. Multis præter hos amnibus tota regio dividitur, ſed ignobilibus, quia [b] non adeo interfluunt. Ceterum quæ propiora ſunt mari, aquilones maxime deürunt: ii cohibiti jugis montium ad interiora non penetrant, [c] ita alendis frugibus mitia. Sed adeo in illa plaga mundus [d] ſtatas temporum vices mutat, ut

10 11 12 13

INTERPRETATIO.

a *Dividitur in plures alveos ab incolis* ut campos *irrigent.*
b *Non tantum ſpatii percurrunt.*
c *Inde* fit ut *nutriendis fragibus opportuna ſint.*
d *Conſuetas anni tempeſtates invertit.*

NOTÆ.

gignere Oneſicritus tradit. Idem lib. 15. Strabo narrat. *Raderus.* Eo argumento putavit Alexander ſe Nili caput reperiſſe, cum in Indo crocodilos vidiſſet. Arrian. 6. 1. De Indo etiam Pauſanias lib. 4. *Indus & Nilus crocodilos utergue habent: ſed Nilus fluviatiles etiam equos, haud minus illos quidem infenſos quam crocodili ſint.*

10 *Erymanthus*] Alii: *Ethimanthus.* Ethymandrum fluvium per Euergetas labentem ex Arriano 4. 1. novi: Sed hunc Indiæ non poſſum magis vindicare quam *Dyrioderin* Plinii 6. 11. qui alias vocabuli ſono proxime abeſſet à Curtiano *Dyardene.* Freinsh.

Ab accolis rigantibus carpitur] Sic Euphrates *diſtrahitur in irrigua.* Plinius 6. 26. Quem explicant illa Arriani 7. 2. Multi ex Euphrate alvei derivantur: alii quidem perennes, ex quibus utriuſque ripæ accolæ aquam petunt, alii certo tempore fiunt, quum aquæ ad irrigandam terram inopia premuntur. (raro enim iis in locis imbres è cœlo cadunt) quo fit, ut in aquam non omnino magnam, & vadoſam alioqui, Euphrates deſinat.

11 *Multis præter hos amnibus tota*] Arrianus rer. Ind. 1. 17. dicit 58. *in univerſum eſſe India fluvios omnes navigabiles.* Plin. 6. 17. *Seneca tentata India commentatione ſexaginta amnes ejus prodidit.*

12 *Aquilones maxime deürunt*] Hic quoque Glareano plus credam quam Curtio, & immane amplius quam defendenti Curtium Radero: qui Glareani rationem non percepit. Eſt autem hæc: Mare Indicum ad meridiem vergit, Aquilones à ſeptentrione ſpirant. qui igitur poteſt ut loca ad meridiem urantur Aquilonibus, interiora autem, hoc eſt, mediterranea Indiæ, quæ maxime ſunt ſeptentrionalia, non urantur? aut quomodo montes illi ventũ eum à ſeptentrionalibus Indiæ partibus arcent, à meridianis non arcent? Vna tamen occurrit defenſio, ut dicamus, *interiora* non capienda de tota regione, ſed tantum de ejus parte in qua Aquilones plurimum pollent, ut ibi quidem juga montium ventis ſint aſpera, ſed interiora, hoc eſt, valles, defenſa objectu montium, mitiorem ſentiant aërem. quod quidem & alibi accidit, ut inter rigidos montes reperiantur fertiles & opulentæ valles. *Freinsh.*

ut quum alia fervore ſolis exæſtuant, Indiam nives obruant: rurſuſque ubi cetera rigent, illic intolerandus æſtus exſiſtat. [a] nec cur, ulli ſe naturæ cau-
14 ſa ingeſſit. Mare certe quo alluitur, ne colore quidem abhorret à ceteris. ab Erythra Rege inditum eſt nomen: propter quod ignari rubere aquas cre-
15 dunt. Terra lini ferax; inde pleriſque ſunt veſtes.

INTERPRETATIO.

a *Nec cuiquam ſe obtulit ratio quare* id ita fiat.

NOTÆ.

14 *Ab Erythra Rege inditum eſt nomen*] Curtii ſententiam confirmant Agatharchides apud Strabonem & Cteſiam & Photium pag. 458. qui tres aliorum priſcorum opiniones & cauſas refutat, negatque aquas rubere, neque ullum, vel ex montium, vel arenarum rubentium, vel ſolis repercuſſu colorem trahere, ſed ab Erythra domino illius maris, *Erythræ*, vel *Erythræum* dici. Eandem nominis cauſam reddidit Stephanus περὶ πόλεων, ab Erythro Heroe appellatum *Erythræum*: quamvis ex Vranii vetuſtiſſimi ſcriptoris mente addat, à montium rubentium, & imbrium, inde in mare decurrentium, colore dici *Erythræum*. Philoſtratus de Apollon. 3. 15. & Arrianus rer. Ind. 6. 19. cum Curtio faciunt: ſicut & Xyphilinus in Trajano, & Plinius 6. 23. cum Mela 3. 7. qui tamen non negant colorem. Alphonſus Albuquercius ſe vidiſſe rubentem aquam, & ab incolis ejus rei cauſam in arenam rubram, quæ moto ex imo mari non admodum profundo miſceatur undis, eſſe relatam, teſte I. Barrio Aſiæ decade 2. lib. 1. cap. 1. ad Emmanuelem regem ſcripſit. Apud eundem Barrium I. Caſtrius, qui poſtea pro rege Indiam obtinuit, teſtatur, vidiſſe ſe maximas rubri coloris maculas in eo mari, ſæpiuſque ex illa aqua cados aliquot extrahi juſſiſſe, reperiſſeque claram atque pellucidam, nec rubro colore infectam. Vrinatores autem ſuos è profundo materiam quandam rubram coralio ſimilem protuliſſe, & aliam ſanguine fulvi coloris coopertam. Alibi autem, ubi virides apparebant fluctus, extraxiſſe lapides quoſdam viridis coloris, ubi vero aquæ videbantur albæ, candidiſſimas arenas. Simul arguit mendacii eos, qui mari talem provenire colorem dixere à litoribus quæ rubri eſſent coloris: ſe enim ibi locorum nullum ejus coloris neque litus, neque promontorium vidiſſe, ſaltem quod relatu dignum eſſet. Odoardus tamen Barboſſa (in ſummario Regnorum Orient. tom. 1. navigat. Rhamuſi) prodit in ejus *maris litoribus Arſinoem verſus (vulgo Suez) terram videri rubeſcere.* Imo Becman. de orig. Lat. linguæ, in *Erythræum* ſcribit, *ſibi retuliſſe Ioachimum Frencelium Cothenо-Anhaltinum, ſe anno 1622 mare hoc rubrum ingreſſum, arenam rubrã in litoribus ſparſam ipſum ſuis manibus oculiſque uſurpaſſe.* Verum ambagibus omnibus remotis, ipſam rem hactenus incognitam aperuiſſe videtur Fullerus Miſcell. Sacror. 4. 20. ab Eſavo qui & Edom, appellatum fuiſſe hoc mare, qui potentiam ſuam hucuſque protenderit. *Edom* enim Hebræi rubrum vocant, quem Græci Ἐρυθρὸν vocaverint: eodem modo quo *Cephas Petro*, *Thomam Didymo* ſunt interpretati. *Freinsh.*

15 *Terra lini ferax*] Plinius aliud lini genus Indicum prodidit vivum, Græcis ἄσβεστον dictum, quod igne non exuritur, ſed ſplendeſcit magis quam ſi lavaretur. Sed de hoc nihil opi-

ſtes. [a] Libri arborum teneri, haud ſecus quam chartæ literarum notas capiunt. Aves ad imitandum humanæ vocis ſonum dociles ſunt. Animalia inuſitata ceteris gentibus, niſi invecta. Eadem terra & rhinoce-

INTERPRETATIO.

a *Mollis arborum cortex literarum characteres* inſcriptos *admittit; quemadmodum charta.*

NOTÆ.

opinor Curtius. *Raderis.* Verum Hierocles apud Stephanum Brachmanas hinc amicit: quod fabuloſum puto: & potius credo Plinio, rariſſimum inventu id lini genus eſſe. *Freinsh.*

Libri arborum teneri] Tam teneri, quam tenerrima noſtra charta. niſi quod candor deſideretur in his quos ego vidi, ſed colores omnis generis tam avide accipiunt & bibunt, quam tulla charta. Oſtendunt hoc etiam icones impreſſi, & libri. Sed de philyris ſeu libris arborum diſputatum eſt copioſius ad Martialis epigr. 14. 10. *Rad.*

16 *Aves* | Pſittacos intelligit, de quibus ad Martialem 14. 73.

Pſittacus à vobis aliorum nomina diſcam.

Hoc didici per me dicere, Cæſar ave.

Multa ex ſcriptoribus allata. Quibus addes quæ Aldrovandus lib. 11. Ornithologiæ tradidit, ubi formas iconibus expreſſas tredecim lectori ſpectandas proponit; quatuordecim deſcripſit. Sed elegantiſſimum adjecit Carolus Cluſius in Auctario exoticorum, cujus iconem ibi expreſſam miraberis; mihi indigitaſſe ſatis. De corvis & picis avibus, vocum quoque humanarum imitatricibus, etiam ad Martialem dictum. *Rad.* De avibus his hodie nemo dubitat; olim pro fabula id habitum: ut nunc alia quæ vulgo non creduntur, & tamen fortaſſe vera ſunt. In quam rem digna judico verba Stephani, quæ ex præfatione ejus in Cæſiam, ibi legi poterunt. De his avibus accipio, quod *apud Indos eas videns Alexander, admiratione earum commotus, in eos qui has occiderent, gravem pœnam conſtituit.* Quamquam Ælianus de hiſt. var. 5. 21. pavonibus id tribuit. Sed cum, ut ipſe ibidem addit, jam ante Alexandrum (prior enim eo fuit Antiphon) pavones Athenis viſi fuerint, haud dubium eſt, quin Alexander, vel in ipſa Græcia, vel certe in Aſia priuſquam in Indiam tranſiret, aves eas ſatis vulgares eſſe viderit. Vnde crediderim, Ælianum, quæ apud veterem ſcriptorem de avibus Indicis repererit, propterea quod à pulchitudine eas commendari videret, immemorem pſittacis idem convenire, protinus de pavonibus ſit interpretatus. Nec ſententiæ me falli patitur vetus auctor, qui tradit, Alexandrum ob eam cauſſam aliquem ſevere puniviſſe, quod avem humanas voces imitantem in convivio appoſuiſſet. Quod quidem poſtea Æſopus tragicus apud Plinium 10. 51. & Valer. Max. 9. 10. impune fecit. Apparet enim, ſi ob formam avibus parcendum judicavit, magis id facturum fuiſſe ob vocem quam imitantur. Pſittacum egregie deſcribit Apulei. in floridis. quem vide. *Freinsh.*

Animalia] Ex inuſitatis & Europæ inviſis Martichoras eſt, quam in palatio noſtri ſereniſſ. Electoris cum effigie Alexandri M. inſpexi, quam ex Cteliæ Indicis Ælian. hiſt. anim. cap. 21. & Euſeb. in Hieroclem deſcribit. Iarchas tamen rex Indorum in 3. 14. Philoſtrati de hac prodigioſa fera rogatus, negavit ſe quicquam inaudiſſe. Plinius 8. 21. *Mantichoram*, non *Martichoram* appellat. Meminit & in Bœoticis Pauſanias. Ceterum de feris Indicis teſtatur Philoſtratus 4. 12. eſſe & multas & multorum. Breviter Solin. c. 55. *Sunt illic multa ac mirabiles beſtiæ, &c.* Rad.

17 nocerotas alit, non generat. Elephantorum major
est vis, quam quos in Africa domitant; & viri-
18 bus magnitudo respondet. Aurum flumina ve-
hunt, [a] quæ leni modicoque lapsu segnes aquas du-
19 cunt. Gemmas margaritasque mare, litoribus infun-
dit.

INTERPRETATIO.

a *Quæ tranquillo & lento cursu pigras aquas volvant.*
b *In litora* copiose *ejicit.*

NOTÆ.

17 *Non generat*] Quæ ergo terra, inquies, aut regio creat rhinocerotas, si India non generat? Æthiopia, opinor, quod Pausanias in Eliacis & Bœoticis rhinocerotem taurum Æthiopicum appellet. Nam ita Pausanias: *Vidi etiam Æthiopicos tauros, quos ex re ipsa rhinocerotas* (quasi tu diceres *naricornes*) *nominant, quod illis è nare extrema cornu prominet, & paulo superius alterum non sane magnum: in capite nullum prorsus habent.* Sed de hac immani bellua pluribus actum commentario ad spectacula Martialis ep. 8. & 21. Hic pluribus nil opus. effigiem habes apud Gesnerum. *Raderus.*

Elephantorum] Idem Strabo lib. 16. per Onesicritum testatur. & Diodor. 2. 42. *Elephantes fert Africa*, inquit Plinius 8. 11. *ultra Syrticas solitudines, & in Mauritania, ferunt Æthiopes & Troglodyta, ut dictum est, sed maximos India, bellantesque cum iis perpetua discordia dracones.* In Taprobane vero *Onesicritus elephantes majores bellicosioresque, quam in India gigni, scripsit.* Plin. 6. 22. Curtius communi nomine *Indos*, omnes extra Africam & Æthiopiam natos appellavit. Plura de elephantis ex instituto Plinius 8. 1. usque ad cap. 13. Nos etiam ex variis aliis scriptoribus ad Martial. spectac. epigr. 16. & 18. Plurima de elephantis Indicis Arrianus rer. Ind. 2. 22. ubi de venatione, & mira illorum docilitate. *Rad. Libycos elephantes neque odorem neque barritum ferre Indicorum* scribit Polyb. 5. 84. ubi de prœlio Ptolemæi & Antiochi.

18 *Aurum flumina vehunt*] Plinius 33. 4. de auriferis fluminibus: Aurum, *inquit*, invenitur in nostro orbe, ut omittamus Indicum, atque à formicis aut gryphibus apud Scythas erutum. Apud nos tribus modis: fluminum ramentis, ut in Tago Hispaniæ, Pado Italiæ, Hebro Thraciæ, Pactolo Asiæ, Gange Indiæ, &c. addidisset Plinius *Rheno* (Martial. epigr. 10. 7.) *Germaniæ, Istro Pannoniæ.* Sed hic de Indico auro & fontibus & fluminibus agamus. Plin. ult. cap. ult. libri: *Gemmiferi amnes sunt Acesines & Ganges.* Ctesias antiquissimus scriptor in Indicis apud Photium, scripsit de fonte qui quotannis auro humido impletur, ex quo fonte centum urcei fictiles singulis annis hauriuntur, &c. Sed Iarchas rex Indorum apud Philostrat. 3. 14. negat se quidquam de hoc fonte cognovisse. Sed negat Ctesias etiam quod Curtius affirmat, in fluminibus reperiri aurum, ut in Pactolo, sed quod multi & vasti montes illud suppeditent, & gryphes custodiant. Contra Tzetzes Chiliadum 12. 404. Megasthenes apud Arrian. rer Ind. 3. 33. testantur, aurum apud Indos à formicis, quæ magnitudine vulpes superent, erui. Arrianus rem in medio relinquit: Herod. 3. 102. affirmat, & copiose explicat. De gryphibus aurum custodientibus, & ab Indis decipi solitis, etiam Ælianus 4. 27. copiose. De formicis etiam Strabo lib. 15. Curtius doctorem ejus rei Megasthenem apud Strab. lib. 15. habere potuit: *flumina auri micas deferre, ex quibus regi tributum advehatur; quod & in Iberia contingit.* Rad.

19 *Gemmas margaritasque*] De margari-

Digitized by Google

dit. neque alia illis major opulentiæ cauſa eſt: utique [a] poſtquam vitiorum commercium vulgavere in exteras gentes: quippe æſtimantur purgamenta æſtuantis freti precio, quod libido conſtituit. [a] In-

INTERPRETATIO.

a *Ex quo per commercium ſua vitia communicarunt aliis nationibus.*

NOTÆ.

garitarum natura, nobilitate, precio, loco & patria, plurima Plin. 9. 35. toto capite. De gemmis vero & lapillis idem toto libro 37. ſive extremo. Addam de unica gemma è Cteſia Cnidio miraculi loco, quæ magnetis vim habet, non ut ferrum, ſed gemmas trahat: *De pantarba gemma*, inquit Photius in excerptis, *ſcripſit Cteſias, & quemodo ſeptuaginta ſeptem gemmas & lapides preciaſos in flumen projectos, quæ omnia erant cujuſdam Bactriani inſtitoris, pantarba retraxerit inter ſe cohærentes.* Arrianus rer. Ind. 2. 4. ex Megaſthene docet concham margaritæ marinæ retibus capi ſolitam. [Idem Ælianus hiſt. anim. 15. 8. Plinius 9. 35.] Ceterum de precioſis lapidibus ſcripſit antiquiſſimus poëtarum Orpheus nobilem libellum, qui hodieque legitur. *Raderus.* De margaritis multa, etiam ex Alexandrinæ hiſt. ſcriptoribus, Athenæus 3. 13 & 14.

Opulentiæ cauſa eſt] Miror hoc. quid enim pro iis accipiant, aurum an argentum? at his abundant. pecora, armenta, fruges? ne his quidem indigent. Ego potius mercatorum eum fuiſſe quæſtum puto, qui ab Indis vilium rerum precio gemmas ejuſmodi permutare potuerunt. quod & poſterioribus ſæculis in India Americana factum: cujus incolis etiam accidit, ut pro auro & gemmis *precium mirantes acciperent*, ut ex ſuccino ſuo olim Germani, apud Tacit. Germ. Hodie tamen ibi quoque aurum eſt in precio. *Freinsh.*

Vitiorum commercium] Melius hoc, quam quod vulgo legitur, *vicinorum.* Plin. 9. 35. audiamus. Principium ergo culmenque omnium rerum precii margaritæ tenent. Indicus maxime has mittit Oceanus, inter illas belluas tales tantaſque quas diximus, per tot maria venientes, tam longo terrarum tractu, è tantis ſolis ardoribus: atque Indis quoque in inſulas petuntur, & admodum paucas. Fertilitima eſt Taprobane & Toidis, ut diximus in circuitu mundi: item Perimula, promontorium Indiæ. Ex Iarrico lib. 5. epiſt. 38. intelliges, ad oram piſcariam Indiæ margaritarum cauſa ſubinde ex variis terris & gentibus 60000 mercatorum confluere. *Sed & quotquot apud Græcos olim & nunc apud Romanos ditiores ſunt, majore adhuc ſtudio emunt margaritam marinam, ita Inderum lingua dictam.* Arrian. rer. Ind. 2. 3. *Raderus.* In Plinii verbis obiter nota promontorium illud Indiæ aliis ſcribi *Perimuda.* ut Ælianо 15. 8. Stuckius, in Arriani periplum maris Erythræi, hodie *Patane Caxaldo* vocari ſcribit. Vbi multa etiam de margaritis. *Freinsh.*

Precio quod libido conſtituit] Cleopatræ unio ſeu margarita aceto macerata & hauſta 700000 aureorum ſuit æſtimata: volebat alteram aceto frangere, ut pretium duplicaret. Plin. 9. 35. Conſidera Tiberii verba apud Tacit. 3. 53. *illa feminis propria, quis lapidum cauſa pecunia noſtra ad externas aut hoſtiles gentes transferuntur.* Ita Plinius lib. 9. cap. 35. in fin. *Mater luxuria margaritis precia fecit.* Et Tertullianus in lib. de habitu mulieb. *Concupiſcentia precia rebus inflammavit, ut ſe quoque accenderent.* Loccen.

20 Ingenia hominum ſicut ubique, apud illos locorum
21 quoque ſitus format. Corpora uſque pedes carbaſo
velant: ſoleis pedes, capita linteis vinciunt. lapilli
ex

INTERPRETATIO.

a *Inter illas* gentes, *ut apud omnes alias, regionis natura reſpondet incolarum indoles.*

NOTÆ.

20 *Ingenia hominum*] *Hominum quoque diverſitates ſunt, ut locorum.* Marcellin. 23. 30. Vide Florum 3. 2. Tangit aliquam ejus rei cauſam Iuſtinus 2. 1. *naturam ad locorum patientiam animalia quoque generaſſe.* Regredere ad 7. 3. *In inſtitutione autem puerili, non dicam multum momenti, ſed pene dixerim, τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν eſſe poſitum,* mirifice dixit Cauſab. pr. comment. ad Theophraſti character. cui potius aſſentior, quam Gentili de legat. 3. 8. contendenti non eam eſſe vim educationi, ut *quod natura inſitum eſt, velut ingenio terra,* poſſit vincere. *Freinsh.*

21 *Corpora*] Strabo l. 15. *Et ut verbo dicam, Indos veſte candida, & ſindonibus, & carbaſis uti.* Et idem ſupra: *In cultu corpora contra nimii ſunt: nam & aurum geſtant, & diſtincto lapillis ornatu utuntur, & ſindonas floridas induunt. Carbaſus* autem eſt tenuiſſimæ & delicatiſſimæ telæ ſeu lini genus, multum à poëtis celebratum. Cteſias ditiſſimos lino tegi affirmat. *Raderus.* Arrian. de reb. Ind. 3. 1. Linea veſte utuntur Indi, ut ait Nearchus, lino ex arboribus facto: qua de re mihi jam dictum eſt. & hoc quidem linum, aut reliquis omnibus linis candidius eſt; aut nigri ipſi quum ſint, faciunt ut candidius id quam eſt, eſſe videatur. Eſt autem ipſis ſubucula linea cum medio tenus: amiculum autem partim humeris, partim capiti circumjectum. De carbaſo Arrian. peripl. Mar. Erythr. 32. *Fertilis eſt illa regio* (Mambari) *carbaſi, & qua ex ilia confi-ciuntur telarum Indicarum, κάρπασον* vocat Arrianus, pro quo Rhamnuſus reſcribebat *κάρβασον.* ſed *κάρπασον* ſcribitur etiam apud Strabonem. In Pauſaniæ Atticis *καρπάσινον λίνον*, ubi de lucerna aurea Minervæ. *Freinsh.*

Soleis pedes] Arrianus, Ind. 3. 2. *Calceos ex corio albo geſtant, eoſque accurate atque eleganter confectos, ita ut altiores variiſque coloribus diſtinctas ſoleas habeant, quo proceriores eſſe videantur.* Philoſtratus 2. 9. *calceamenta ex arborum corticibus facta geſtare,* monet.

Lapilli ex auribus] Arrianus Ind. 3. 1. inaures ex ebore factas Indis ſuſpendit, & has locupletiores, quibus vulgus non utitur, ferunt. Sed de inauribus antiqua res eſt, uti & de armillis & brachialibus. Nec apud Indos tantum, ubi aurum, lapilli & margaritæ naſcuntur, ſed in omni fere orbe. de quibus Plin. 9. 35. quem videbis. Reges Perſarum etiam inaures geſtabant: teſtis Arrianus 6. 5. qui ſepulchro Cyri etiam ἐνώτια ſive inaures illatas memorat. Et Procopius lib. 1. de bell. Perſ. de Peroſa Perſarum rege teſtatur: *Margarita candore & magnitudine eximia & preciosa ex aure dextra pendebat.* Quod & Parthorum genti familiare fuiſſe, Tertullian. de cultu feminar. cap. 10. tradit. De inauribus Chares apud Athenæum 3. 13. *Ex unionibus fiunt inaures, monilia, & armilla brachiorum, pedumque ornamenta, apud Medos, Perſas, & Aſiaticos omnes pluris æſtimata, quam quæ ex auro conficiuntur.* De Babyloniis Iuvenal. Sat. 1. 104.

Natus ad Euphratem, molles quod in aure fenestra
Arguerent, licet ipſe negem.

Afris autem uſitatiſſimum id fuiſſe Ciceronis ſcomma oſtendit apud Macrobium Saturn. 7. 3. *Octavius, qui natu nobilis videbatur, Ciceroni recitanti*

aut,

ex auribus pendent; brachia quoque & lacertos [a] auro colunt, quibus inter populares aut nobilitas aut opes eminent. Capillum pectunt ſæpius, quam tondent. mentum ſemper intonſum eſt: [b] reliquam oris cutem ad ſpeciem lævitatis exæquant. Regum tamen luxuria, quam ipſi magnificentiam adpellant, ſupra omnium gentium vitia. Quum rex ſe in publico

22 23

INTERPRETATIO.

a *Aureis monilibus ornant ii quorum nobilitas, &c.*
b *In reliquo vultu cutem radunt ut nitida appareat.*

NOTÆ.

ait, Non audio quæ dicis. ille reſpondit, Certe ſolebas bene foratas habere aures. Mulieres antiquæ *ex auribus longas inaures dependentes habebant.* Ælian. hiſt. var. 1. 18. Viri nequaquam. Quamquam etiam pueros Græcorum inaures geſtaſſe ſcribat Iſidorus Orig. 19. 31. ſed hoc diſcrimine, ut *puellæ utraque aure, pueri tantum dextra ferrent.* Id *nobilitatis inſigne* fuiſſe Athenis, docet Apulei. lib. 1. de habit. Doctrinæ Platon. Originem ejus rei tradit Dio orat. 32. Quum *Athenienſibus* reſpondiſſet Apollo, ſi vellent bonos viros in civitate provenire, ut optimum quod eſſet puerorum auribus inferent: illi autem aure perforata, aurum inſeruerunt: dei videlicet reſponſo non intellecto. Hoc enim puellas magis decebat, & Lydorum aut Phrygum pueros. De Iudæis clarum ex Exodi 32. 2. Eſaiæ 3. 19. & alibi in ſacris literis. *Freinsh.*

Brachia | Armillas geſtarunt etiam Medi, ut ex Xenophonte lib. 1. παιδ. conſtat: item Perſæ, ex ejuſdem lib. 1. ἀναβασ.

22 *Capillum*] *Indis omnibus promiſſa caſaries, non ſine ſuco cærulei aut crocei coloris.* Solin. Diodor. Sic. 4. 5. ſcribit, Indorum moris eſſe per omnem vitam barbam nutrire: hunc que morem à Dionyſio accepiſſe, quem barbatum nominaverunt. Strabo lib. 15. ſcribit, Indos comam & barbam nutrire. Quin & inultum poſuiſſe ſtudii in pectendo, teſtimonio Ovidii Faſtor. 3. 465. innoteſcit, epitheto iſto hos inſignientis:

Interea Liber depexos crinibus Indos
Vincit.

Tiraquellus ad Alex. ab Alex. 5. 18. ubi variarum gentium inſtituta circa capillum & barbam enarrantur.

23 *Luxuria, quam ipſi magnificentiam adpellant*] Non ſolum moribus & uſu, ſed & ingenio barbaris ac prodigis luxuria magnificentiæ titulum mentiri ſolet. Horatius lib. 1. ſat. 2. v. 7. de Tigellino:

Hunc ſi percunctêris, avi cur atque parentis
Præclaram ingrata ſtringat malus inguvie rem.
Sordidus atque animi parvi quod nolit haberi,
Reſpondet.

Et Meherdates apud Tacitum *ſummam fortunam in luxu* ratus. Apud eundem Valens *urbanitatis famam per laſciviam* petit. Helmondus de Slavis: *Eo fortiorem quemque, quo profuſiorem jactitant.* Sed hoc eſt vitium amictu virtutis induere, ut ſpecioſius fallat; aut potius induens fallatur. Piſo apud Tacitum 1 Hiſt. *Fallunturquibus luxuria ſpecie liberalitatis imponit.* Loccenius.

Supra omnium gentium] Ælianum audi de animal. 13. 18. In regiis ædibus Indiæ, ubi regum maximus illic regna tenentium ætatem degit, quum alia

co conſpici patitur, thuribula argentea miniſtri ferunt, totumque iter, per quod ferri deſtinavit,
24 odoribus complent. Aurea lectica margaritis circumpendentibus recubat: diſtincta ſunt auro & purpura carbaſa, quæ indutus eſt: lecticam ſequuntur
25 armati corporiſque cuſtodes: inter quos ramis aves pendent, [a]quas cantu ſeriis rebus obſtrepere docue-
26 runt. Regia auratas columnas habet: [b]totas eas vitis auro cælata percurrit, aviumque quarum viſu maxi-

INTERPRETATIO.

a *Quas ſic inſtituerunt, ut etiam inter ſeria negotia ſuo concentu interpellent.*

b *Vitis ex auro ſculpta undique illas circumplectitur.*

NOTÆ.

permulta &magnam hominum admirationem, & nullam comparationem habent. quibus cum ſane nec Memnonia Suſa, neque tota eorum ſumptuoſitas conferri poſſunt: neq; Ecbatanorum magnificentia cum his in comparatione conjungenda eſt. etenim illa Perſici faſtus, vanitas, ſi cum iis comparentur, videri poſſint. *Raderus.*

In publico] Fuere qui nunquam in publicum prodirent. ut Herod. 1. 99. de Dejoce Medorum rege prolixe narrat. & Diodor. Siculus 3. 47. de Sabæorum regibus: *Infelix horum conditio eſt, quatenus nunquam è regia exire illis licet. Si contra egerint, plebs lapidum jactu juſſu veteris oraculi, eos obruit.* Eadem ratio apud Sinas hodie ſervatur, niſi quod ab Eunuchis & domeſticis adeatur. Apud Indos quatuor ob cauſas prodibat in publicum; cum bellum urgeret: cum jus diceret: cum ſacrum faceret: cum venaretur. ex quibus Curtius tres duntaxat profert, bellum, venationes, judicia. De pompa vero & publicis ſolennitatibus ex Clitarcho & aliis ita Strabo lib. 15. *In ſolennibus pompis multos elephantes mittit auro & argento ornatos, & multas quadrigas, & boum paria: deinde exercitum inſtructum ſequi, & ingentes lebetes deauratos, & magnos crateras, & menſas ex Indico ære*, &c. *Rad.* Rarus autem adſpectus in publico, eo pertinebat, *ut venerationis plus ineſſet.* Ad quæ verba Taciti H. 4. 65. Gruterus diſcurſ. cap. 44. docet melius eſſe, *Regem omnibus potius patere, quam nemini.*

24 *Armati*] Leviter dubitat Freinshemius, an ſcripſit: *armigeri corporiſque cuſtodes.* Hos ſane alibi ſæpe jungit.

25 *Aves*] Quemadmodum Homerus regium decus & oblectamentum eſſe ſcribit, frenum & reliquum ornatum equi: ita Indorum rex amores & delicias ſuas upupam facit. Hanc manibus geſtat; ea ſe oblectat; & nativam ejus venuſtatem ſumma admiratione frequenter intuens, magnam inde lætitiam voluptatemque capit. *Ælian. hiſt. anim.* 16. 5. Clitarchus (*apud Strabon. lib.* 15.) refert, magnis præditas frondibus arbores in plauſtris quaternarum rotarum deportari, & ex eis aves manſuetas excuti, quarum canoriſſimum dicit orionem, &c.

26 *Auratas columnas habet*] Qualis apud Naſonem erat Solis, Metamorph. 2. 1.

Regia Solis erat ſublimibus alta columnis,
Clara micante auro, &c.

27 Quam

maxime gaudent, argenteæ effigies opera diſtinguunt. Regia adeuntibus patet, quum capillum pectit atque 27
ornat; tunc reſponſa legationibus, tunc jura popularibus reddit. Demptis ſolcis, odoribus inlinuntur pedes. Venatus maximus labor eſt, incluſa vivario 28
animalia

NOTÆ.

27 *Quum capillum pectit atque ornat*] Strabo lib. 15. *Præter exitum regis ad bellum, alius eſt, cum ad jus dicendum exit, per diem totum audiens, etiamſi hora ſit ut corpus curet. id autem fit ſtrigilum perfrictione: nam ſimul & audit, & à tribus fricatoribus perfricatur.* Idem de Veſpaſiano Sueton. c. 21. Loccen. Principes autem judices fuiſſe, variis gentium exemplis probat Dempſterus in paralipom. ad Roſin. 9, 31. De legationibus cito etiam à Trajano expeditis Plinii panegyr. *Adeunt ſtatim, dimittuntur ſtatim. Tandemque principis fores excluſa legationum turba non obſidet.* De variis gentium moribus in admittendis audiendiſque legatis vide Gentilem de leg. cap. 19. Capillum quod attinet, notandum quod apud Strab. lib. 15. legitur; *cum rex capillos abluit, magnam feſtivitatem celebrari, & maxima dona mitti.* Qui locus magnopere firmat opinionem Caſauboni, qui in ſimili Perſarum more, forte ab Indis vicinis accepto, apud Athenæum 4. 10. ex Herod. 9. 109. legendum dicit: *Quæ coma (Tyſſa* vocata) *ſemel quotannis eo die quo rex creatus eſt, inſtituebatur: tunc ſolum rex caput cum cura abluitur, Perſaſque ſtrenis donat.* τὴν κεφαλὴν σμᾶται. non ut Valla & Dalecampius volebant, κοσμεῖται, *ornatur caput.* Egregius ſcilicet & gnavus rex, qui res tam ſerias tam remiſſe & obiter agit; qui in cultu corporis, inter graviora tam occupatus fuit. Cum tamen Principi, dum publica tractat, nihil præterea ſit agendum; ne videatur illa præ privatis vilia habere: nec perperam agat, quæ raptim agit. Pulcre Dio: *Nihil decet Imperatorem in tranſcurſu agere.* οὐδὲν ἀπροσδιόρθωτα πράττειν. Et Ariſtoteles 8. Polit 3. *Omne negotium cum labore & contentione agendum,* μετὰ πόνου καὶ σπουδῆς· & quo majus negotium, eo majori cum labore & animi contentione. Tullius lib. 4 Acad. Quæſt. *Privatis ſtudiis non debemus aliquid de opera publica detrahere.* multo minus ſtudiis ac rebus otioſis. quod qui facit, & ſe ipſum proſtituit, & aliorum ſpem ac votum deſtituit. *Loccen.*

Inlinuntur pedes] Hic mos ungendi pedes non apud Indos tantum, ſed Hebræos, Græcos, & Romanos uſurpatus fuit. Magdalena apud S. Luc. 7. 38. unguento unxit pedes Chriſti. Apud Rom. in balneis totum etiam corpus, in conviviis caput inunctum fuit. Antiquos in unguentorum uſu fuiſſe curioſos & diligentes, hoc eſt indicio, quod privatim unicuique parti corporis idonea ſcirent. Antiphanes in Vinoſis, aut Foſſore: Lavatis in aureo quodam ſolio: unguento Ægyptio pedes linit & crura: Phœnicio buccas & ubera: Siſymbrino vero utrumque brachium: Amaracino ſupercilium & comam: Serpyllino cervicem atque genua. Athenæus 15. 12. Apud Plinium 13. 3. M. Otho Neroni monſtravit pedum veſtigia unguentis tingere. Diogenes apud Laertium aliquando unguentatis pedibus inceſſit: quod à capite odor in aerem diſſipetur, à pedibus vero in caput recta feratur. In Aulularia Plauti 3. 5. *Myrobathrarii* ſunt, qui calceamenta muliebria, ut bene olerent, unguentis imbuebant. *Rad.*

28 *Venatus*] Strabo lib. 15. Tertio ad venationem (*procedit:*) ubi Bacchico more maxima mulierum caterva circumfunditur, ſtipatores exterius manent; nam via funibus obtexitur:

animalia inter vota cantuſque pellicum figere. Binûm cubitorum ſagittæ ſunt, quas emittunt majore nixu quam effectu. quippe telum, cujus in levitate vis omnis eſt, *inhabili pondere oneratur. Breviora itinera equo conficit: longior ubi expeditio eſt, elephanti vehunt currum; & tantarum belluarum corpora tota contegunt auro. Ac ne quid perditis moribus deſit, lecticis aureis pellicum longus ordo ſequitur: ſeparatum à reginæ ordine agmen eſt, æquatque luxuria. Feminæ epulas parant. ab iiſdem vinum miniſtratur, cujus omnibus Indis largus eſt uſus. Regem mero ſomnoque ſopitum in cubiculum pelli-

29

30

INTERPRETATIO.

2 *Incommoda gravitate* ſua *tardatur.*

NOTÆ.

quod ſi quis interius ad mulieres uſque accedit, interficitur. Præcedunt regem tympana & tintinnabula. Cum in locis ſeptis venatur, e ſolio ſagittat, aſſiſtentibus ei duabus tribuſve mulieribus armatis. cum in locis non clauſis venatur, ſagittat ab elephante. Ceterum vivaria iſta etiam apud Perſicos reges fuiſſe venatus cauſa, ex Xenophonte, Philoſtrato, Ammiano &c. notat Briſſonius lib. 1. de regno Perſarum.

Quam effectu] Arrianum Ind. 3. 3. alia narrantem audi: *Sagittis utuntur trium paulo minus cubitorum, nihilque eſt quod non Indici ſagittarii telum penetret: non ſcutum, non thorax, aut aliud armaturæ genus, quantumvis validum.* Rad. Nec omiſit armaturam hanc Indicam narrare Strabo l. 15. Arabibus etiam Suidas tribuit *ſagittas hominis longitudinem æquantes*, dicitque *arcum intendere non manibus, ſed pedibus inſiſtentes nervo.* quod idem & de Indis Arrianus. *Freinsh.*

29 *Contegunt auro*] De diſtinctione nondum aſſentior Acidalio, ſcribenti, *elephanti vehunt currum*, &c. vel, *vehunt curru*: quamquam Radero placere non diſſimulo. *Idem.*

A regina ordine agmen eſt] Vulgo *alind regina.* Forte mutandum fuit *ſeparatum illud à regina ordine*, &c. Ego non offendo: Pellicum, inquit, agmen ſeparatum eſt ab ordine reginæ, nihil differens luxu. Quod & Perſicorum morum fuit, ut ſupr. 3. 3. vidimus. *Idem.*

30 *Largus eſt uſus*] Contra, ut Strabo lib. 15. innuit, Indis parcus fuit vini uſus. præſertim Regi. nam ſi qua mulier Regem bene madidum occiderat, hoc præmii ferebat, ut cum illius ſucceſſore matrimonio jungeretur, ſuccederent vero filii in regnum. De Scythis vero & Perſis Plato lib. 1. de LL. tradit, eos vino præter modum & modeſtiam uti, ac perfundere veſtes, beatum hoc vitæ genus exiſtimantes. Diverſa de Turcis Busbequius in Epiſtolis. *Leoncnius.* Verum Chares apud Athenæum 10. 10. ait, Alexandrum in honorem Calani, *quoniam Indi bibaces erant, mera potionis certamen propoſuiſſe.* quod & Ælian. hiſt. var. 2. 41. refert. Et videtur tale quid innuere Plutarch. Alex. cap. 119. ubi Calanus hortatur Macedonas, ut cum rege perpotare pergant. *Freinsh.*

Tarto

Digitized by Google

pellices referunt, patrio carmine noctium invocantes deos. Quis credat inter hæc vitia curam esse sapien- 31
tiæ? Vnum agreste & horridum genus est, quos sa-
pientes vocant. [a]apud hos occupare fati diem pul-
chrum; & *vivos se cremari* jubent, [b]quibus aut segnis 32
ætas, aut incommoda valetudo est: exspectatam
mortem pro dedecore vitæ habent. [c]nec ullus cor-
poribus, quæ senectus solvit, honos redditur: in-
quinari putant ignem, nisi qui spirantes recipit. Il- 33
li, qui in urbibus publicis moribus degunt, side-
rum motus scite spectare dicuntur, & futura præ-
dicere. [d]nec quemquam admovere lethi diem cre-
dunt, cui exspectare interrito liceat. Deos putant 34
quidquid colere cœperunt; arbores maxime, quas
violare

INTERPRETATIO.

a *Inter illos glorioſum* ducitur *antevertere mortis tempus.*

b *Ii quorum ætas provectior eſt aut ſanitas infirma, inhoneſtam vitam* fore *putant, ſi mortem* naturalem *oppertantur.*

c *Nulla exequia celebrantur* eorum *cadavera qui ſenio mortui ſunt.*

d *Putant nullum qui mortis tempus prævertat, poſſe illam opperiri, ſine metu.*

NOTÆ.

Patrio carmine] Cujus præcipuum argumentum fuit, ut Rex bonis fo-
mniis uteretur, & benignus erga ſub-
ditos ac ξύμϛυλος ſurgeret. lege ſis Philoſtrat. Apollon. 2. 14. *Leccen.*

Noctium invocantes deos] Indos puta, non Græcos. Nihil ergo huc Erebus, Eumenides, Erinnyes & ſimilia mon-
ſtra. *Freinsh.*

31 *Quis credat*] Cicero Tuſcul. 5. 27. *Qua Barbaria India vaſtior aut agreſtior? In ea tamen gente primum hi, qui ſapientes habentur*, &c.

Sapientes vocant] Ipſorum lingua *Brachmanes.* de quibus late Strabo lib. 15. Plin. 6. 19. Arrianus 6. 3. & Ind. 2. 12. Diod. Sic. 2. 40. Vide & Oſorium, Suidam, Stephanum, & Plutarchum; Philonem in lib. de Abrahamo.

32 *Vivos ſe cremari*] Illuſtre hujus rei exemplum extat de Calano Indo apud Plutarchum cap. 119. ubi & de alio Indo, Cæſaris comite. Diod. 17. 91. Arrian. 7, 1. Suidam, Ælianum hiſt. var. 5. 6. De ſpontaneo autem illo Indorum vivicomburio plura Porphyrius lib. 4. de abſtinentia animal. Caſaub. in Animadverſ. ad Athen. 12. 7. Io. Meurſius & Kirchman. de Funeribus. *Leccen.* Apud Strabonem tamen lib. 15. *Megaſthenes nullum philoſophis decretum eſſe de morte ſibi conſciſcenda affirmat; ſed temerarius haberi, qui hoc in ſe admittant.* Scilicet loquitur de iis qui in urbibus habitant. quibus etiam idem decretum aſſignat Curtius. *Freinshemius.*

33 *Admovere lethi diem credunt*] Mortem ſibi conſciſcere neminem, niſi ex imbecillitate animi. *Freinsh.*

34 *Arbores maxime*] Alexander Neapol.

violare capitale eſt. Menſes in quinos denos deſcri-
pſerunt dies. anni plena ſpatia ſervant. Lunæ curſu
notant tempora, non ut plerique, [a]quum orbem ſi-
dus implevit; ſed quum ſe curvare cœpit in cornua.
Et idcirco breviores habent menſes, qui ſpatium
eorum ad hunc lunæ modum dirigunt. Multa & alia
tra-

INTERPRETATIO.

a *Cum Lunæ diſcus plenus eſt luce: cum Lunæ facies tota* lumine *plena eſt.*

NOTÆ.

Neapol. 6. 26. videtur legiſſe, *arb. maximæ*, vitioſe. Variis autem gentibus in more fuit arbores colere: quibuſdam nuper: aliis necdum omnino deceſſit. In Aſiana Sarmatia arbores adhuc coli, itidem apud alios penitioris barbariæ populos, pro comperto habetur, veruſtiſſima ſuperſtitione. quippe antiquitus *hæc fuere numinum templa, priſcoque ritu ſimplicia rura etiam nunc deo præcellentem arborem dicant*; ait Plinius 12. 1. De lucis Germanorum, Græcorum, & Romanorum commemorare ſupervacuum eſt: fecit jam Dempſterus ad antiq. Roſini 1. 13. *Freinsh.*

25 *Menſes in quinos denos deſcripſerunt dies*] Sane verum eſt breviores menſes eſſe, quam aliorum, cum quiniſdenis tantum diebus conſtant. Sed quomodo à Luna comiculata, ſi non etiam à plenilunio alternatim? & ſi à plenilunio, quomodo conſtant ea, quæ dicit non ab eo tempore putari, cum implevit orbem ſidus? quid enim aliud eſt, quam à plenilunio? ſi quinideni dies menſi attribuuntur, quomodo conſtanter ſervabitur ille numerus, ut tandem rationes Lunæ non labaſcant? ſiquidem Lunares menſes alternis pleni & cavi. De his rebus ita temere etiam doctiſſimi veterum pronunciare ſolent. Si igitur ſemper à Luna cornniculata, ergo menſes non quindenis diebus, ut perperam ſcribit auctor alioquin facundiſſimus, ſed tricenis & undetricenis alternatim conſtabant. Et ſane Ignatius, Patriarcha Antiochenus ſcribebat olim mihi, Indos & Sinas annum ad Lunæ curſum deſcribere, eorumque neomenias putari الهلال سن رؤية id eſt, ἀπὸ τῆς φάσεως φάσεις. *Scaliger.*

36 *Se curvare cœpit in cornua*] Verum ſane, cum Luna curvatur in cornua, Indos menſes ſuos ordiri. Sed in ceteris quid velit Curtius, cur ego intellexerim, cum ipſe qui ſcribebat, non intelligeret? Videtur tamen innuere eos annum ſuum in 24 menſes tribuere ſolitos. quod facile credo, ut à novilunio una neomenia putetur, altera à plenilunio. *Scaliger de emend. temp. lib.* 2. ubi pluta *de anno Indorum priſcorum.* Idem in prolegom. Canonum Iſag. demonſtrat errare Curtium, eo quod comiculatam Lunam, quæ Græce eſt μηνοειδὴς pro dimidiata, ἀντὶ τῆς διχοτόμου acceperit: ſcribendum ei fuiſſe, *non utique ab orbe completo, ſed à dimidiato* menſes Indorum computari. Varias autem annorum apud antiquos rationes tam ex Alexandro Neapolitano 3. 24. notiſque ad eum Tiraquelli, quam præcipue ex dicto Scaligeri opere cognoſces.

Modum dirigunt] Bongarſ. conjiciebat *motum*. ſicque recenſuit Scaliger de emend. temporum. At vulgata lectio ſatis conſtat, & Freinshemio mihique probatur. *Blanck.*

37 *Et alia traduntur*] Quorum præcipuum, quod marito defuncto, uxo-

rem

traduntur, quibus morari ordinem rerum, haud ſane operæ videbatur.

NOTÆ.

res vivæ in rogum ejus inſiliant. Quem morem adhuc noſtra ætate durare notat Pontanus in hiſt. Vrbis Amſtelodam. 2. 24. ubi etiam Propertius & Strabo citantur.

Opera] Alii, *opera preciũm.*

CAP. X.

Varios Indiæ populos, mira felicitate, non tamen ſine ſanguine, Alexander ſubjicit.

IGITVR Alexandro fines Indiæ ingreſſo gentium ſuarum reguli occurrerunt, imperata facturi; *illum tertium Iove genitum ad ipſos perveniſſe* memorantes; *Patrem Liberum atque Herculem fama cognitos eſſe: ipſum coram adeſſe cernique.* Rex benigne exceptos *ſequi* juſſit iiſdem itinerum ducibus uſurus. Ceterum quum amplius nemo occurreret; Hephæſtionem & Perdiccam cum copiarum parte præmiſit ad ſubigendos, qui averſarentur imperium: juſſitque *ad flumen Indum procedere, & navigia facere, quis in ulteriora tranſportari poſſet exercitus.* Illi quia plura flumina ſuperanda erant, ſic junxere naves, ut ſolutæ plauſtris vehi poſſent, rurſuſque conjungi. *Poſt ſe Cratero cum phalange* juſſo *ſequi*, equitatum ac levem armaturam eduxit; eoſque

1 2 3 4

NOTÆ.

1 *Fines India*] India trans Indum incipit, ut Arrian. in Indicis docet. Curtius Indicæ gentis nomine eas etiam gentes complectitur, quæ cis Indum ſedes habent, ut ſunt Aſtaceni, Aſſaceni, Niſæi, Peucelatæ, Turæi. Idem Strabo l. 15. docet Indum fuiſſe limitem Indiæ, ſed addit poſt ab Alexandro etiam ea quæ cis Indum ſunt, Indis accenſa. *Raderus.*

Herculem] De hoc tamen dubitat Arrian. 4. 5. & alii. Maximus Tyrius orat. 38. ne dubitat quidem: *terram Indorum petiit, qua nunquam, ut dicebant ipſi, exercitum externum præterquam Bacchi & ipſius Alexandri admiſerat.*

2 *Hephaſtionem*] Sabellicus notat noſtrum ſupr. 8. 2. tradidiſſe, illum ab Alex. in Bactrianam miſſum, *expeditionis*, ait, *cauſa, an præſidii, parum liquet.* At expreſſe Curtius, *commeatus in hyemem paraturum.* Intelligendum igitur, eum mandato iſto perfunctum interim ad Alexandrum revertiſſe. Nam & Arrianus 4. 4. conſentit Curtio. *Freinsh.*

3 *Junxere naves*] Vide an non rectius *ſtruxere*, & forte an Curtius ſic ſcripſerit. Hoc autem modo etiam Annibal Tarentinos naves, verum integras, plauſtris tranſvehere docuit apud Liv. 25. 11. Argonautæ ſuam humeris

que, qui occurrerant, levi prælio in urbem proxi-
5 mam compulit. Iam supervenerat Craterus. itaque ut principio terrorem incuteret genti nondum arma Macedonum expertæ, præcipit *ne cui parceretur*, mu-
6 nimentis urbis quam obsidebat, incensis. Ceterum dum obequitabat mœnibus, sagitta ictus est. Cepit tamen oppidum, & omnibus incolis ejus trucidatis
7 etiam in tecta sævitum est. Inde domita ignobili gente, ad Nysam urbem pervenit. Forte castris ante mœnia ipsa in sylvestri loco positis, nocturnum frigus vehementius quam alias horrore corpora adfecit, opportunumque remedium ignis oblatum est.
8 Cæsis quippe sylvis flammam excitaverunt: quæ igni alita oppidanorum sepulchra comprehendit, vetusta cedro facta erant, conceptumque ignem late fude-
9 re; donec omnia solo æquata sunt. Et ex urbe primum canum latratus, deinde etiam hominum fremitus auditus est. Tum & oppidani hostem; & Ma-
10 cedones ipsos ad urbem venisse cognoscunt. Iamque Rex eduxerat copias, & mœnia obsidebat; quum [a] hostium, qui discrimen tentaverant, obruti telis sunt. Aliis ergo deditionem; aliis pugnam experiri placebat; quorum dubitatione comperta *circumsideri tantum eos, & abstineri cædibus* jussit. tandem-

INTERPRETATIO.

a Illi *ex Nysæis, qui pugnam experiri* voluerant, *obruti sunt jaculis* Macedonum.

NOTÆ.

meris transportarunt. Iustin. 32. 3. eorumque exemplo Istrorum conditores Colchi. Apud Nilum Æthiopes naves suas *plicatiles humeris transferunt, quoties ad cataractas ventum est.* Plinius 5. 9. *Idem.*

5 *Terrorem incuteret*] *Pro belli initiis, dux aut timetur, aut spernitur.* Gruterus in Tacitum discursu octavo, ubi vide.

7 *Ignobili gente*] Non video quomodo hujus regia sit Mazagæ, quam urbem Assacani fuisse infr. 8. 10. tradit, nec ignobilis gentis, nec dum Alexandro aditæ. Arrianus 4. 4. Aspios, Thyræos, & Arsacos tum temporis expugnatos narrat. *Freinshemius.*

8 *Quæ igni aliter*] Lege, *qua ligni alita.* Faber.

11 *A Li-*

Digitized by Google

demque obſidionis malis fatigati dedidere ſe. *A Libero patre conditos ſe eſſe* dicebant; & vera hæc origo erat. Sita eſt ſub radicibus montis, quem *Meron* incolæ adpellant. inde Græci mentiendi traxere licentiam, *Iovis femine Liberum patrem eſſe celatum.* Rex ſitu montis cognito ex incolis, cum toto exercitu, præmiſſis commeatibus, verticem ejus adſcendit. Multa hedera vitiſque toto gignitur monte; multæ perennes aquæ manant. Pomorum quoque varii

11 12 13 14

NOTÆ.

11 *A Libero*] Idem Arrianus Indicorum principio. Philoſtrat. 2.1.& 4. Iſidorus 15. 1. Stephanus πόλεων. De Bacchi in Indos expeditione longam fabulam conſcripſit Nonnus. Gotopius in Indo-Scythicis Liberum illum Noam fuiſſe contendit. Ego cum Arriano 5.1. (ubi illi hac de re ſermo) *cenſuerim, ea quæ de diis veteres fabulis ſuis conſcripſere, non eſſe nimium curioſe inveſtiganda.* Freinsh.

12 *Meron*] Quaſi diceres *femur*. Vnde nota Græcorum fabula: extincta fulminis ictu Semele gravida, Iovem imperfectum adhuc infantem femori ſuo inſuiſſe, donec completis menſibus Bacchum enitteretur. Arrianum Indic. 1.2. nec interpretes perceperunt, nec Raderus recte exponere viſus eſt: *Mons vero urbi vicinus, ad cujus radicem ſita eſt Nyſa, Meros, hoc eſt femur, vocatur ob infortunium, quod illi ſtatim ac natus eſt accidit.* Infortunium, ait Raderus, Diodorus Sic. 3.64. explicat: Cum ergo Semele precibus à Iove extorſiſſet, ut pari ſe atque Iunonem honore dignaretur, tonitru & fulmine armatus ille acceſſit, quorum vim eum puella ſufferre non poſſet, exanimata abortum fecit. Infantem vero Iupiter confeſtim exceptum femori inſuit, eumque ad juſti incrementi tempus enixus Nyſam Arabiæ deportavit, &c. Sed induxit eos in errorem unius voculæ mutatio, quam inconſulto commiſerunt, quibus fabulam de Baccho bis genito tangi non ſubolnerat. Scripſit Arrianus: Τὸ ὄρος, &c. Μηρὸς καλεῖται, ὅτι τῇ συμφορᾷ ἢ πυὶ ἐχρήσατο αὖθις γινόμενος. *Mons, &c. vocatus eſt Femur, ab eventu qui Baccho acciderat, ut iterum naſceretur.* αὖθις ergo ſcribendum, non δίθυς. Non enim ex priore partu, ſi ita vocandus eſt abortus, mons ille nomen accepit, ſed ex ſequenti. Ab eo eventu Διμήτωρ appellatus eſt Bacchus apud Athenæum 2. 2. Qua de cauſa & Διθύραμβος vocati in Etymologico ſcribitur. Μηροῤῥαφῆ quoque hinc vocatum fuiſſe, ſive *femori inſutum*, Euſtath. ad Dionyſ. verſ. 1159. notat. Sic ergo legendum apud Arrianum. At ipſam hanc, omneſque reliquas de Baccho fabulas ab Oriente in Græciam perveniſſe, ipſis quoque nominum argumentis erudite probat Heinſius à pr. Ariſtarchi ſacri. Vbi ait, ex femore Iovis editum nihil aliud ſignificare, quam à deo fatum, Hebræo loquendi more. Fabulam autem illam ſuo more ſuaviter ridet Lucianus in dialogis deorum dial. 9. Ceterum eundem montem etiam communi cum urbe vocabulo *Nyſam* vocaverunt Sidonius epiſt. 2.9.& quos ibi citat Savaro: quibus adde Plinium 8. 39. & Philoſtrat. 2.4. *Freinsh.*

13 *Adſcendit*] Idem Arrian. 5.1. tradidit, & Iuſtinus 12. 7. Sed negat Philoſtratus 2.4. Alex. Macedonem affirmant orgia in monte Nyſa celebraſſe: veruntamen qui Nyſam incolunt, aſſerunt Alexandrum nequaquam mon-

varii ſalubreſque ſucci ſunt, [a] ſua ſponte fortuitorum ſeminum fruges humo nutriente. Lauri baccæque & 15 multa in illis rupibus agreſtis eſt ſylva. Credo equidem non divino inſtinctu, ſed laſcivia eſſe provectos, ut paſſim hederæ ac vitium folia decerperent, redimitique fronde toto nemore ſimiles Bacchantibus 16 vagarentur. Vocibus ergo tot millium, præſidem nemoris ejus deum adorantium, juga montis colleſque reſonabant; [b] quum orta licentia à paucis, ut 17 fere fit, in omnes ſe repente vulgaſſet. Quippe velut in media pace, per herbas congeſtamque frondem proſtraverant corpora. Et Rex [c] fortuitam licentiam non averſatus, large ad epulas omnibus præ-

INTERPRETATIO.

a *Cum terra ſine cultu alat fructus ſeminum fortuito incidentium.*

b *Cum hæc laſcivia* bacchantium *à paucis exorta, inter univerſos extemplo ſe diffudiſſet.*

c *Caſu inchoatam bacchationem non damnans.*

NOTÆ.

montem aſcendiſſe, quamquam id vehementer cuperet, quod eſſet tum honoris cupidus, tum etiam vetuſtatis amator. timuiſſe autem, ne vitibus conſpectis Macedones (qui eas longo jam tempore non viderant) domeſticarum rerum deſiderio caperentur, neve cupiditas vini eos invaderet, jamdiu bibendæ aquæ aſſuefactos. His de cauſis Nyſam prætergreſſus, in radicibus montis vota ſacraque peregit, &c. Addit deinde: ſe non ignarum eorum quæ de Alexandro proderentur, ſcriptorum auctoritatem veritati poſthabuiſſe.

Hederæ] Quæ *nuſquam alibi apud Indos naſcitur.* Arrian. 5. 1. Qui pro argumento id habet Nyſæ à Baccho conditæ, cujus inſigne eſt hedera. Rationem ejus rei forte expiſcemur ex Plutarchi Alex. cap. 66. *Harpalo qui regionem* Babylonicæ *relictus præfectus fuit, ſtudenti Græcis plantis regiam & ambulationes excolere, cetera reſponderunt, unam reſpuit tellus hederam, quam ſemper everrumpit impatientem ejus intemperiei, quod hæc frigidis gaudeat, illa ferveat.* Vtrique auctori tradita complectuntur iſta Plinii 16. 34. Edera jam dicitur in Aſia naſci. negaverat Theophraſtus: nec in India, niſi in monte Mero. Quin & Harpalum omni cura laboraſſe, ut fereret eam in Medis fruſtra. Alexandrum vero ob raritatem ita coronato exercitu, victorem ex India rediiſſe, exemplo Liberi patris. *Freinsh.*

16 *Quum orta licentia à paucis*] Quod plures paucioribus impune abire vident, idem ſtrenue audent. Tac. 1. Annal. *Audito fine Auguſti, multitudo exercitus laſcivia ſueta, laborum intolerans, implere ceterorum rudes animos.* Proinde licentiæ repagula in principio ſunt ponenda: ne tempore robuſta fiat. *Locen.*

Vt fere fit] *Non enim ibi conſiſtunt exempla, unde caperunt, ſed quamlibet in tenuem recepta tramitem, latiſſime evagandi ſibi viam faciunt.* Fellei. 2. 3. *Infeſta mortalibus natura, propere ſequi, quæ piget inchoare.* Tacit. H. 1. 55.

Se repente vulgaſſet] Mſ. Dan. *in hemi-*

præbitis, per decem dies Libero Patri operatum habuit exercitum. Quis neget eximiam quoque 18
gloriam sæpius fortunæ, quam virtutis esse beneficium? quippe ne epulantes quidem, & sopitos mero adgredi ausus est hostis, haud secus Bacchantium ululantiumque fremitu perterritus, quam si prælian-
tium clamor esset auditus. Eadem felicitas ab Oceano revertentes temulentos comessantesque inter ora hostium texit. Hinc ad regionem, quæ *Dædala* voca- 19
tur, perventum est. Deseruerant incolæ sedes, & in avios sylvestresque montes confugerant. Ergo Aca-

INTERPRETATIO.

8 *Bacchi mysteria celebrantem sustinuit.*

NOTÆ.

mines serpente. Pal. 1. *in hom. serpen.* relicto interstitio ad illa usque *Quippe, &c.* Vnde conjicit Freinshemius scripsisse Curtium, *resonabant, orta licentia à paucis (ut fere fit) in omnes serpente. Quippe, &c.* nec revera inepte.

18 *Gloriam sapius fortuna*] lib. 10. noster: *Alexandrum plus debuisse fortuna quam virtuti.* ubi fusius. *Loccen.*

Quam virtutis esse beneficium] Sunt enim quidam hoc astro, ut iis ad *amplitudinem, & gloriam, & ad res magnas bene gerendas, divinitus adjuncta Fortuna videatur.* Cicero pro L. Manil. cap. 16. Homines ad Pompeianum illud elogium, *majore fortuna quam sapientia.* Sallust. de Rep. orat. 1. 8. Quibus *dormientibus dii omnia conficiunt.* Terent. Adelph. 4. 5. vers. 59. *Reti urbes capiunt.* Probus Timoleonte. *Et in sinum iis de cælo Victoria devolat.* Livius 7. 12. Quos poeta quoque depinxit Theognis vers. 161.

Multis mens lava est, sed eisdem numina dextra;
Queis male quod cæptum est, vertit & in melius.

Hæc Lipsius Polit. 4. 9. Eleganter etiam Plinius 7. 28. post enumerata plura insignis fortitudinis exempla. *Sunt in his quidem virtutis opera magna, sed majora fortuna.* Apud Tacit. H. 3. 59. *fortuna Flavianis ducibus non minus sæpe quam ratio adfuit.* Contra *Inguiomerum fortuna magis quam virtus deseruit.* Idem Tacit. 2. 21.

Hostis] Non *quia in gratiam deditione acceptus*, ut explanant; sed quia ob gloriam exercitus Macedonici nihil, etiam contra securos & imparatos, audebat moliri.

19 *Dædala*] Dædala Dædalorum, ut Glareanus arbitratur, numero multitudinis, gens & regio nostro Curtio Indica. Iustinus 12. 7. *Dædales montes* appellat. Ptolemæus 7. 1. Dædala facit civitatem Caspiræorum intra Gangem. Stephanus multas hujus nominis civitates enumerat. Hic ergo civitas aut regio est Indiæ cis Indum Curtio: Ptolemæus paulo latius regionem intra Gangem accipit, cui præter Arriani Ind. rer. 1. 4. sententiam etiam populos cis Indum adjungit. *Raderus.*

Deseruerant sedes] Ea Germanis olim bellandi ratio. Dicemus ad Tacit. 1. 56. *omissis pagis vicisque in silvas disperguntur.*

Acadera transit, æque usta & destituta incolentium
20 fuga. Itaque rationem belli necessitas mutavit. divisis enim copiis pluribus simul locis arma ostendit; oppressique, & qui exspectaverant hostem, omni
21 clade perdomiti sunt. Ptolemæus plurimas urbes; Alexander maximas cepit: rursusque, quas distri-
22 buerat, copias junxit. Superato deinde Choaspe amne Cœnon in obsidione urbis opulentæ, Beziram incolæ vocant, reliquit. ipse ad Mazagas venit. Nuper Assacano, cujus regnum fuerat, demortuo; re-
23 gioni urbique præerat mater ejus Cleophes. Triginta millia peditum tuebantur urbem, non situ solum, sed etiam opere munitam. Nam qua spectat Orientem,

NOTÆ.

Acadera] Quidam Impr. *Adaca*. Viderentur *Andaca* Arriani 4. 4. Quam tamen urbem hic non desertam a suis, sed deditam scribit.

Vsta] Non credo huic verbo. Non enim incendisse apparet, saltem reliquisse. Scribam ergo *vasta*: quod & tu scribe, si quid mihi credes. *Acidalius*. Quem sequitur editio Raderi.

20 *Rationem belli necessitas mutavit*] Vere dictum à Stephano Rege Poloniæ, experientia bellica probat: *Pugnæ locum, aliter in campo eligi, aliter in ædium penetralibus cogitatione designari*. Pro loco enim, tempore & occasione, belli ratio vel instituenda, vel mutanda est. *Loccen*.

Et qui] Bongarsii Codd. *urbi non*: unde ille: *oppressique ubi non exspectaverant hostem, &c.* valde probabiliter. At ed. Modii: *& qui non*, ejecta voce *urbe*, quæ aliis hæret. Ex quo Acidalius: *oppressique orbe, qui non exspect. hostem*. Id est, in circulum, undequaque, ab omnibus partibus. ut supr. 4. 13. *totam aciem orbe munire*. Cui simile esset illud Iuliani Orat. 1. Cum delectam ex omni exercitu armatorum manum misisses, postea quam ad hostem eam pervenisse sensisti, tum cum omnibus copiis progressus es, iisque in orbem circumdatis, κύκλῳ σφίσιν, de omnibus victoriam reportasti.

22 *Choaspe amne*] *Choën* vocare videtur Arrianus 4. 4. Eundem esse cum Persico Choaspe nemo mihi facile persuaserit. eaque opinio à Cordoua in Didascalia cap. 31. abunde refutatur. Nec procul adeo absum, ut credam, in Curtio & Strabone lib. 15. *Choën* pro *Choaspen* legendum, verumque nomen audacia correctorum in notius transisse, quod sexcentis aliis accidit. Strabo *Choaspen* hunc Indicum *in Cophem exire* tradit: Choën etiam suum Arrianus haud procul à Cophe disjungit. *Freinshemius*.

Beziram] Arrian. 4. 5. *Bazira*, non *Baziram* appellat.

Mazagas] Arrianus 4. 5. & Ind. 1. 3. *Massaga* vocat: *Massaca* Siculus Ind. lib. 17. Μάσσγα Strabo lib. 15. maximam Assacenorum seu Assacanorum, seu Massacanorum urbem. *Raderus*. Animadverto autem plurima hujus regionis urbium vocabula plurative in *a* terminari: Dædala, Acadera, Bezira, Massaga. unde apparet non sponte Curtii *Beziram* & *Mazagas* hic legi. *Freinsh*.

Cleophes] Arrianus non parum discrepans, regem *Assacenum* appellat, & ejusdem vocabuli gentem inculcat. Ac tametsi & matrem, & uxorem & filiam

tem, cingitur amne torrenti, qui præruptis utrimque ripis aditum ad urbem impedit. ad Occidentem, 24
& à Meridie velut de induſtria [a] rupes præaltas admolita natura eſt, infra quas cavernæ & voragines longa vetuſtate in altum cavatæ jacent: quaque deſinunt, foſſa ingentis operis objecta eſt. XXXV ſtadia 25
murus urbem complectitur, cujus inferiora ſaxo, ſuperiora crudo latere ſunt ſtructa. Lateri vinculum lapides ſunt, quos interpoſuere, ut duriori materiæ fragilis incumberet, ſimulque terra [b] humore diluta. Ne tamen univerſa conſideret, impoſitæ erant 26
trabes validæ, quibus injecta tabulata muros & tegebant, & pervios fecerant. Hæc munimenta con- 27
templantem Alexandrum, conſiliique incertum, quia nec cavernas niſi aggere poterat implere, nec tormenta aliter muris admovere; quidam è muro ſagitta percuſſit. Tum forte in ſuram incidit telum: eu- 28
jus ſpiculo evulſo *admoveri equum* juſſit; quo vectus ne obligato quidem vulnere, haud ſegnius deſtinata exſequebatur. Ceterum quum crus ſaucium pende- 29

ret,

INTERPRETATIO.

a *Præcelſis ſaxis* urbem *cinxit.*
b *Ne lateres* crudi *pluvia exeſi penitus collaberentur.*

NOTÆ.

liam in Alexandri poteſtatem veniſſe dicat, tamen nomina omnium ſupprimit. Nobis è Juſtino *uxorem Cleophidem* eſſe placet. Quæ cum concubitu ſuo regnum ab Alexandro redemiſſet, filium ex eo natum itidem Alexandrum nuncupavit, poſtquam ſucceſſorem reliquit. Legendi Strab. l. 15. Arrian. 4. 5. Curtius. Juſt. 12. 7. Oroſius 3. 19. Qui ut præterea inter ſe diſcordent, inde qui volet, cum repetat, tum conciliet. *Reinecc. in regno Indico.*

23 *Ripis*] Ex Mſſ. eſt. alii *rupibus*, inepte.

25 *Urbem*] Conjeceram *urbis* legendum, ut exiret ea fere phraſis, quâ ſuprà 5. 1. *Totius operis ambitus* 358. *ſtadia complectitur.* Poſtea cognovi Bongarſio quoque idem viſum. Niſi forte ſcriptum fuit 35. *ſtadia muris*, quod legerunt; *Triginta quinque ſtadia muris*: cum debuiſſent; *Trig. quinque ſtadiorum murus.* Freinsh.

Simulque terra] Clarius, & fortaſſe verius ita: *ſimulque terra humore diluta tandem univerſa conſideret, impoſitæ trabes, &c.*

28 *Tum forte*] Alii: *Cum forte*. utrumque ineptum delendumque bene judicavit Acidalius.

ret, & cruore ſiccato frigeſcens vulnus adgravaret dolorem, dixiſſe fertur; *ſe quidem Iovis filium dici,*
30 *ſed corporis ægri vitia ſentire.* Non tamen ante ſe recepit in caſtra, quam cuncta proſpexit, & quæ fieri vellet, edixit. Ergo ſicut imperatum erat, alii extra urbem tecta demoliebantur, ingentemque vim materiæ faciendo aggeri detrahebant: alii magnarum arborum ſtipites cumulis ac moles ſaxorum in caver-
31 nas dejiciebant. Iamque agger æquaverat ſummæ faſtigium terræ; itaque turres erigebantur, quæ opera ingenti militum ardore intra nonum diem abſoluta ſunt. Ad ea viſenda rex nondum obducta vulneri cicatrice proceſſit; laudatiſque militibus *admoveri machinas* juſſit: è quibus ingens vis telorum in
32 propugnatores effuſa eſt. Præcipue rudes talium operum terrebant mobiles turres, [a] tantaſque moles nulla ope quæ cerneretur adductas, deorum numine agi credebant. *pila quoque muralia, & excuſſas tormentis prægraves haſtas* [b] negabant *convenire mortalibus.*

Ita-

INTERPRETATIO.

a *Tam ingentes machinas* ad urbem *admotas nullius opera qui* ab ipſis *videretur, putabant impelli divina poteſtate.*

b *Aiebant hominum* vires *ſuperare.*

NOTÆ.

29 *Frigeſcens vulnus*] Dum enim calet, abeſt dolor: ut ſupra 4. 15. Statius 11. 544.

Ille dolens nondum, ſed ferri frigore primo
Territus.

Corporis ægri vitia] Plutarch. cap. 50. *Poſtea ſagitta ictus, atque ingenti preſſus dolore, Hic, inquit, amici, qui fluit ſanguis eſt* (humanus.)

Non talis diis ut ſolitus manare beatis.

Verſus hic Homericus eſt Iliad. 5. 340. ubi Poëta Venerem canit à Diomede vulneratam. Idem Plut. de Fort. Alexand. 2. 21. adducit eundem Homeri locum, ubi de eodem vulnere loquitur. *Rad.* Idem in apophtheg. cap. 39. Alexandro dictum hoc tribuit. Sed & Seneca epiſt. 59. *Omnes jurant me Iovis eſſe filium, ſed vulnus hoc hominem eſſe me clamat.* Scilicet Seneca & Curtius rem expreſſerunt, verbis neglectis. Verſum autem iſtum Homericum non ab ipſo Alexandro, ſed ab Anaxarcho velut exprobrante ementitam divinitatem prolatum Laërtius tradit. Alii Calliſtheni vel Dioxippo adſcribunt. *Fre.*

30 *Cumulis*] Hoc non intelligo, niſi quis exponat pro cumulatim. quod quidem feram. malim autem hic reperiſſe, *arborum ſtipites cum ramis.* ut è ſimili negotio ad Tyrum ſupra 4. 3. ac mox 8. 11. *nudos ſtipites jaci juſſit,* ob cauſſam quæ ibi exponitur. *Idem.*

32 *Deorum numine agi credebant*] Sic Galli

Itaque desperata urbis tutela concessere in arcem. 33
Inde, quia nihil obsessis præter deditionem placebat, legati ad regem descenderunt veniam petituri. Qua impetrata, regina cum magno nobilium semi- 34
narum grege aureis pateris vina libantium processit. Ipsa genibus regis parvo filio admoto, non veniam 35
modo, sed etiam pristinæ fortunæ impetravit decus. quippe adpellata *regina* est; & credidere quidam, *plus formæ, quam miserationi datum.* Puero 36
quoque certe postea ex ea utcumque genito, *Alexandro* fuit nomen.

NOTÆ.

Galli apud Cæs. de bel. Gall. 2. 31. dicebant: *non se existimare Romanos sine deorum ope bellum gerere, qui tanta altitudinis machinationes, tanta celeritate promovere, & ex propinquitate pugnare possent.*

34 *Qua impetrata*] Diodorus 17. 48. qui ex alta lacuna hic rursum emersus persequitur historiam, rem hic perfide gestam ab Alexandro memorat, & inustam gloriæ ipsius notam etiam Plutarchus cap. 103. testatur: Arrianus 4. 5. colorem factis inducit, & scelus Alexandri dissimulat. Alexander ergo cum regina pactus illam in gratiam recepit: sed mercenariis militibus, quibus data fide promiserat se incolumes dimissurum, necem attulit. *Rader.*

36 *Alexandro*] Quem & successorem habuit. Iustin. 12. 7. Vnde forsan nata fabula de Balascia provincia, cujus *Reges, qui jure hereditatorio filii invicem succedunt, ab Alex. Magno originem duxisse feruntur.* M. Paul. Venetus 1. 34.

CAP. XI.

Aornus petra & arx inaccessa ab Alexandro oppugnatur, & ab obsessis relicta capitur.

HINC Polypercon ad urbem Oram cum exer- 1
citu missus inconditos oppidanos prælio vicit: intra munimenta compulsos sequutus urbem in ditionem redigit. Multa ignobilia oppida 2
deserta à suis, venere in regis potestatem. Quorum incolæ

NOTÆ.

1 ORam] Alios oportet esse *Oritas* apud Arrian. 6. 4. Gadrosis conterminos. de quibus infra 9. 10.

incolæ armati petram *Aornon* nomine occupaverunt. Hanc *ab Hercule frustra obsessam esse: terræque motu* 3 *coactum absistere* fama vulgaverat. Inopem consilii Alexandrum, quia undique præceps & abrupta rupes erat; senior quidam peritus locorum cum duobus filiis adiit, *si precium operi esset, aditum se mon-* 4 *straturum esse* promittens. *LXXX talenta* constituit *daturum* Alexander; & altero ex juvenibus obside re-

INTERPRETATIO.

2 *Si mercedem laboris acciperet.*

NOTÆ.

2 *Aornon*] Petra ἄορνος est Averna, qua non transmittunt aves, aut illico pereunt. Ejusmodi plures variis in regionibus traduntur. Lycophron apud Eustathium circa Adiabenem hujusmodi pestilentem locum esse testatur, os nempe fontis cujusdam avernum & aornum, avibus invium, quod inde pestifer spiritus exhalet, qui statim exanimet, quicquid spirans deprehenderit. *Quapropter* (inquit Dionysius versu 1151.) *illum Aornin appellant.* loquitur de hac ipsa Curtiana petra. [Non propterea eam sic vocatam ait Dionysius; sed quod sit *ardua, Veloces quam vix ingrediuntur aves.*] De hujusmodi locis avernis eleganter Lucretius canit 6. 788.

Nunc age, Averna tibi quæ sint loca cunque, lacusque,
Expediam, quali natura prædita consint.
Principio, quod averna vocantur, nomen id ab re
Impositum est, quia sunt avibus contraria cunctis, &c.

Et princeps poetarum Æneid. 6. 237.

Spelunca alta fuit, vastoque immanis hiatu, &c.
Unde locum Graii dixerunt nomine Avernum.

De Cumano lacu loquuntur, cujus etiam Aristoteles περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων mentionem fecit, quem & ipse ἄορνον ab avibus appellat. quamquam ibi nullam nominis rationem reddit. Sed in eodem libro haud procul ab Eridano de alio loco tradit, cujus aqua calens aves supervolantes dejiciat & enecet. *Raderus.*

Ab Hercule] Cum Arrianus 4. 5. idem quod alii de Hercule frustra Aornon tentante scripsisset? aliud tamen in Indicis 1. 20. prodidit, ubi affirmat, tantum *Macedonicam fuisse jactantiam.* Strabo, lib. 15. ter ab Hercule frustra tentatam scripsit. *Raderus.*

Terræque motu] Quasi divinitus immisso. sic apud Xenoph. lib. 3. hist. Græc. *Exercitum Agis ducens per Achaiam non procul à Larissa, Eleorum agrum est ingressus. Quumque jam in hostico esset exercitu, ac regio vastaretur, terra concuti cœpit. Tum Agis, qui divinitus hoc accidisse prodigii duceret, relicto Eleorum agro, dimisit exercitum.* Nec valde abit, quod Hannibale cum Romanis ad urbem pugnaturo, tempestas intercessit prælio. Vide Livium 26. 11.

4 *LXXX talenta*] Glareano nimium hoc videbatur, eoque reponebat octo. nam 80 talenta 48000 Philippæos efficiunt: nimium sane, nisi Alexander fuisset qui promiserat. Equidem Diodorus etiam 17. 85. *ingens opera precium* promissum ait. Certe notum est, quam & dives & liberalis fuerit Alexander: ne sui dissimilem fuisse putemus, in negotio unde tanta gloria sperarentur. *Freinsh.*

5 Qui

retento, ipſum ad exſequenda, quæ obtulerat, dimiſit. Leviter armatis dux datus eſt Mullinus ſcriba regis. [a]Hos enim circumitu, qui fallerent hoſtem, in ſummum jugum placebat evadere. Petra non, ut pleræque, [b]modicis ac mollibus clivis in ſublime faſtigium creſcit; ſed in metæ maximè modum erecta eſt: cujus ima ſpatioſiora ſunt, altiora in arctius coëunt, ſumma in acutum cacumen exurgunt. Radices ejus Indus amnis ſubit, prærultus utrimque aſperis ripis: ab altera parte voragines eluvieſque præruptæ ſunt. Nec alia expugnandi patebat via, quam ut replerentur. Ad manum ſylva erat, quam rex *ita cædi* juſſit; *ut nudi ſtipites jacerentur*: quippe rami

INTERPRETATIO.

a *Volebat eos obliquo itinere aſcendere in ſupremum* petræ *verticem, ut ne ab hoſte conſpicerentur.*

b *Parum arduo, & inclinato dorſo.*

NOTÆ.

5 *Qui fallerent*] Potius *quo fallerent*: aut, *qui falleret.*

7 *Indus amnis ſubit*] Idem Diodorus 17. 85. Idem quoque Strabo lib. 15. *cujus radices Indus non procul à fontibus his alluit.* Nec verum eſt quod Glareanus ait, à Siculo tradi hæc in Bactris acta. differe ait, in India Aornum ſitam, & poſt Nyſam expugnatam. Si legiſſet Glareanus capita Indicis lib. 17. animadvertiſſet, & quæ deſiderantur, & illud ſigillatim, ἐμβολὴ εἰς τὴν Ἰνδικὴν, & quæ ſequuntur de Nyſa & Maſſacis, de Aorno & Taxili. Nec fuit quod negligentiæ notaret & rideret auctores, & inter hos Curtium hoc loco, qui dixerit Aorni *radices ab Indo allui*; deinde 8. 12. *ſextiſdecimis* demum *caſtris* Alexandrum expugnata Petra ad Indum perveniſſe. Curtius enim ſignavit locum Indi quo trajecit, illum jam grandem & altum & latum. Petra autem Aornos non procul à fontibus Indi ſita erat, ut docet Strabo. Receſſit enim Alexander rurſus ab Indo profectus ad Embolima, & anguſtias eis Indum adhuc ab Eryce cum 20000 obſeſſas, quem hoſtem nolnit à tergo relinquere Alexander, ne eis Indum occupata & parata Eryx turbaret & reciperet. Atque inde demum ſextiſdecimis caſtris, ſive 16. die ad Indum, ubi illum Hephæſtion ponte jam facto expectabat, Alexander pervenit. *Raderus.*

8 *Nudi ſtipites jacerentur*] Pretium eſt comparare locum ex 33. lib. Livii, quem agnoſco genuinum magni ſcriptoris iſtius partum: Vallo & Macedones & Græci uſi ſunt, ſed uſum nec ad commoditatem ferendi, nec ad ipſius munitionis firmamentum aptaverunt. Nam & majores & magis ramoſas arbores cædebant, quam quas ferre cum armis miles poſſet, &c. Romanus læves & bifurcos pleroſque & trium, aut complurium quatuor ramorum vallos cædit, ut & ſuſpenſis ab tergo armis ferat plures apte miles, &c. *In quibus verbis pro* & trium, aut complurium, *lege*, vel trium, aut cum plurimum. Polyb. 17. 14. unde

rami fronde veſtiti impediſſent ferentes. Ipſe primus truncam arborem jecit; clamorque exercitus index alacritatis ſequutus eſt, nullo detrectante munus,
9 [a]quod rex occupaſſet. Intra ſeptimum diem cavernas expleverant; quum rex ſagittarios & Agrianos jubet [b]per ardua niti. juveneſque promptiſſimos ex ſua co-
10 horte xxx delegit. Duces his dati ſunt Charus & Alexander; quem rex *nominis, quod ſibi cum eo commune eſſet*, admonuit. Ac primo, quia tam manifeſtum

INTERPRETATIO.

a *Quod rex primus* omnium *impleverat.*

b *Per montis dorſum aſcendere.*

NOTÆ.

hæc deſumpta, ut plurima apud Liv. Παρὰ Ῥωμαίοις δύο χιλιάς ἢ τρεῖς ἴχνον οἱ χάρακες, ὅτι ἢ πλείους, πύλαι. Tales ſtipites hic ergo parari juſſit Alexander, quos & Arrianus 4. 5. χάρακας appellat: *Sub lucem milites ſingulos centum palos* (Romanis *vallos*) *cadere jubet. Freinsh.*

Ipſe primus truncam arborem jecit] Perficit Dux laborem militarem, dum tantum inchoat. Nam primæ imperatoris manui libenter ſupremam addunt milites, & nefas ducunt non ſequi ſic præeuntem. Alexander Farneſius in obſidione Sichemii comportatis quotquot in exercitu erant ferramentis, arrepto ipſe ligone, intuituſque præcipuos, qui aderant, copiarum duces, moliri terram primus occepit. Ac ſtatim facinus æmulatos ingenti alacritate nobiliſſimos quoſque ordinum ductores, tum demum centuriones ac reliqui milites, qui averſari opus initio videbantur, tanta contentione ſecuti ſunt, ut ea ipſa nocte, quamvis fatigati diurna pugna, quatuor horarum ſpatio non modo tumulum portæ obicem depreſſerint, ſed illa eadem aggeſta intra opidum terra, munitionem adverſus arcem, collocatis in ea tormentis exſtruxerint. Vnde defenſores rei admiratione metuque exanimati ſe dediderunt, ut facundus ille Strada lib. 9 bell. Belg. refert. Vere Salluſtius dixit: *Militibus exequatus cum imperatore labor volentibus eſt.* Loccenius.

Index alacritatis] Qualis apud Tacitum 3. 46. exercitus Romani: & Livium 3. 63. *ingenti alacritate clamor eſt ſublatus.* Ita Curtius alibi. De clamore in prœliis edito ſupra ad 3. 10.

10 *Quem rex nominis, quod ſibi cum eo commune eſſet, admonuit*] Non exiguus eſt virtutis ſtimulus in generoſis animis, nomen ipſis cum excellenti viro commune, vel rei inſignioris notam continens: cujus enim perſonæ vel rei nomen participant, ejus facta decoraque æmulari ſtudent. Hinc Heſiodus:

Πολλάκι καὶ τέκεσσι πέλει.
Nomen ſæpe affert ipſum.

Inter Stoicorum placita erat, ut unuſquiſque ſuo nomine velut officii admonitore uteretur: qua de re lecta digna exſtat Epicteti diſſertatio apud Arrianum lib. 2. Diſſert. c. 10. Caſſiodorus lib. 8. Var. ep. 11. *Cum omnis appellatio ad declarandas res videatur impoſita, nimis abſurdum eſt portare nomen alienum; & aliud dici quam poſſit in moribus inveniri.* Vnde Alexander M. incidens in adoleſcentem ſibi cognominem, ſed malis moribus præditum, dixiſſe fertur: *Adoleſcens, aut nomen muta, aut mores.* Loccenius.

13 Qui

ſtum periculum erat; ipſum regem diſcrimen ſubire
non placuit: ſed ut ſignum tuba datum eſt, vir au- 11
dacíæ promptæ converſus ad corporis cuſtodes *ſequi*
ſe jubet, primuſque invadit in rupem. Nec deinde
quiſquam Macedonum ſubſtitit: relictiſque ſtationi-
bus ſua ſponte regem ſequebantur. Multorum miſe- 12
rabilis fuit caſus, quos ex prærupta rupe lapſos
amnis præterfluens hauſit; triſte ſpectaculum etiam
non periclitantibus: quum vero alieno exitio, quid
ipſis timendum foret, admonerentur: in metum mi-
ſericordia verſa, non exſtinctos, ſed ſemetipſos de-
flebant. Et jam eo perventum erat, unde ſine per- 13
nicie niſi victores redire non poſſent; ingentia ſaxa
in ſubeuntes provolventibus barbaris, qui perculſi
inſtabili & lubrico gradu præcipites recidebant.
Evaſerant tamen Alexander & Charus, quos cum 14
xxx delectis præmiſerat rex, & jam pugnare comi-
nus cœperant: ſed quum ſuperne tela barbari inge-
rerent. ſæpius ipſi feriebantur, quam vulnerabant.
Ergo Alexander & nominis ſui & promiſſi memor; 15
dum acrius quam cautius dimicat, confoſſus undi-
que obruitur. Quem ut Charus jacentem conſpexit, 16
ruere in hoſtem omnium præter ultionem immemor
cœpit; multoſque haſta, quoſdam gladio interemit.
Sed quum tot unum inceſſerent manus, ſuper amici
corpus procubuit exanimis. Haud ſecus quam par 17
erat, promptiſſimorum juvenum ceterorumque mi-
litum interitu commotus rex ſignum receptui dedit.
Saluti fuit, quod ſenſim & intrepidi ſe receperunt; 18
& barbari hoſtem depuliſſe contenti, [a]non inſtitere
ceden-

INTERPRETATIO.

a *Perſecuti non ſunt eos qui ſe recipiebant.*

NOTÆ.

13 *Qui perculſi inſtabili*] Imo *quis perculſi*, pro *quibus*, nimirum ſaxis.

19 cedentibus. Ceterum Alexander quum ſtatuiſſet deſiſtere incepto (quippe nulla ſpes potiundæ petræ offerebatur) tamen ſpeciem oſtendit in obſidione perſeverantis. Nam *& itinera obſideri* juſſit; *& turres*
20 *admoveri*; *& fatigatis alios ſuccedere.* Cujus pertinacia cognita, Indi per biduum quidem ac duas noctes, cum oſtentatione non fiduciæ modo, ſed etiam victoriæ, epulati ſunt; tympana ſuo more pulſantes.
21 tertia vero nocte tympanorum quidem ſtrepitus deſierat audiri: ceterum ex tota petra faces refulgebant, quas accenderant barbari, ut tutior eſſet ipſis
22 fuga, obſcura nocte per invia ſaxa curſuris. Rex Balacro, qui ſpecularetur, præmiſſo, cognoſcit *petram fuga Indorum eſſe deſertam.* tum dato ſigno, ut univerſi conclamarent, incompoſite fugientibus me-
23 tum incuſſit. multique, tamquam adeſſet hoſtis, per lubrica ſaxa, perque invias cotes præcipitati occiderunt: plures aliqua membrorum parte mulctati,
24 [a]ab integris deſerti ſunt. Rex locorum magis quam hoſtium victor, [b]tamen magnæ victoriæ ſacrificiis & cultu

INTERPRETATIO.

a *Ab iis qui illæſi erant, relicti ſunt.*
b *Quaſi pro ingenti victoria Diis victimas & honorem rependit.*

NOTÆ.

20 *Tympana*] Id veriſimile eſt ex Dionyſio Baccho didiciſſe, qui apud eos regnavit, & uſus eſt in bello tympanis & cymbalis, tuba nondum reperta, ut ſcribit Diodor. Sicul. 3. 10. [Adde Polyæn. 1. 1.] Strabo autem lib. 15. tradit, in India nullam eſſe tibiam, nec aliud inſtrumentum muſicum, præter cymbala, tympana & crotala. Arrianus vero Ind. 1. 19. *Expeditionis*, inquit, *Dionyſii in Indiam, Nyſa urbs India non obſcurum monimentum eſt, tympana preterea & cymbala, quibus in præliis Nyſæi utuntur.* Sed & poſtea tradit, verſ. 30. *Indos, utique uſque ad Alexandri in ea loca adventum cum cymbalis tympaniſque in pugnam ire ſolitos.* Tiraquellus ad Alex. dies genial. 4. 2. Suidas in *Tympana: Indi habebant tympana, qua bombum quendam horribilem emittebant*, &c. Vide Lipſii Mil. Rom. 4. 10.

24 *Magna victoria ſacrificiis*] Palmerius in ſpicileg. & Modius Victoriam hic pro dea habuerunt: ſed recte vidit Acidalius non debere, cum ſtatim ſequatur de dea Victoria. Idem commentum eorundem, quo pro *ſatisfecit*, legebant ex Mſſ. q. *fecit*, ſacrificandi ſignificatu, retundit eo, quod inepte diceretur *facere ſacrificiis & cultu deorum.* Nec ipſum tamen conjecturam,

cultu diis satisfecit. Aræ in Petra locatæ sunt Minervæ Victoriæque. Ducibus itineris, quos [a] subire jusserat leviter armatos, etsi promissis minora præstiterant, precium cum fide redditum est. Petræ regionisque ei adjunctæ, Sisocosto tutela permissa.

INTERPRETATIO.

a *Ascendere* in petram.

NOTÆ.

ram, suo quoque auctori non nimium certam vitam probo: *magno victor*, quasi diceret, victoriam eam Alexandro magno constitisse, amissis juvenum acerrimis. Ego locum integrum esse credo, si cum Pal. 1. & quibusd. Edd. legamus *diis*: *magna victoria sacrificiis & cultu diis satisfecit*. Habuit diis honores, sacraque fecit, quæ solebat in magnis victoriis. *cultum victoria* vocavit tum ceteram magnificentiam in ostentanda ea, tum aras de quibus sequitur. *Freinsh.*

Victoriaque] Idem factum & supra 8. 2. Ejus dex imaginem numis quoque expressit. de quibus Lazius lib. 1. rer. Græcarum.

25 *Sisocosto*] Arriano 4. 5. est *Siscopius*. Popma.

CAP. XII.

Omphis Rex potentissimus se regnumque suum Alexandro permittit. A quo in integrum restituitur: unde mutua dona regia.

INDE processit Ecbolima: & quum *angustias itineris obsideri XX millibus armatorum ab Eryce quodam* comperisset; gravius agmen exercitus Cœno ducendum modicis itineribus tradidit. ipse prægressus cum funditore ac sagittario, de- 2
turbatis, qui obsederant saltum, sequentibus se copiis viam fecit. Indi sive odio ducis, sive gratiam 3
victoris regis inituri, Erycem fugientem adorti interemerunt, caputque ejus atque arma ad Alexandrum detulerunt. Ille facto impunitatem dedit; honorem

NOTÆ.

1 *Ecbolima*] Arrianus 4. 5. ante Aorni obsidionem *Embolima* (sic ipse appellat urbem) venisse Alexandrum scripsit, urbis hujus nomen expressit etiam Ptolemæus. *Isaderus.*

Eryce] Diodor. 17. 86. *Aphricem* appellat, & fortasse binominis fuit. *Idem.*

4 Ad

norem denegavit exemplo. Hinc ad flumen Indum
4 sextiſdecumis caſtris pervenit, omniaque, ut præ-
ceperat, ad trajiciendum præparata ab Hephæſtione
reperit. Regnabat in ea regione Omphis, qui patri
quoque fuerat auctor dedendi regnum Alexandro.
5 Et poſt mortem parentis legatos miſerat, qui con-
ſulerent eum, *regnare ſi interim vellet*; *an privatum*
6 *opperiri ejus adventum.* permiſſoque ut regnaret, non
tamen jus datum uſurpare ſuſtinuit. Is benigne qui-
dem exceperat Hephæſtionem, gratuitum frumen-
tum copiis ejus admenſus: non tamen ei occurrerat,
7 ne fidem ullius niſi regis experiretur. Itaque venien-
ti obviam cum armato exercitu egreſſus eſt; ele-
phanti quoque per modica intervalla militum agmini
8 immixti, procul caſtellorum fecerant ſpeciem. Ac
primo Alexander non ſocium, ſed hoſtem adventare
credebat. Iamque & ipſe *arma milites capere, & equi-*
tes [a] *diſcedere in cornua* juſſerat, paratos ad pugnam.

at

INTERPRETATIO.

a *Vtrinque abire ad* phalangis *cornua.*

NOTÆ.

4 *Ad trajiciendum*] Hæc ex Diodoro 17. 86. Curtius, *Hinc*, inquit, *ad Indum progreſſus, naves quas à triginta remorum uſu triacontoros appellant, conſtructas, & fluvium ponte junctum invenit.* Idem paucis etiam Arrianus 5. 1. *Vbi ad Indum pervenit, pontem jam ab Hephæſtione perfectum reperit, multaque minora navigia, duas vero naves triginta remorum.* Sed quærit deinde 5. 1. quomodo pons ille confectus fuerit: *Quonam autem modo Alexander Indum amnem ponte junxerit, neque Ariſtobulus neque Ptolemæus, quos ego maxime ſecutus ſum, ſcribunt. neque ego certi aliquid affirmare auſim*, &c. Rad. Pontis etiam mentionem facit Strabo lib. 15. *ad Indum eſt alia civitas Peucolaitis, juxta quam Alexander per pontem trajecit exercitum.* Curtius non meminit.

Omphis] Siculus 17. 86. permutatis duabus primis literis *Mophim* vocat. uter verius, haud diſpicio. quod ex linguæ cognitione pendet. *Rad.*

Taxi] Qui fuit ille Taxiles, quem Diodor. 17. 86. ſcribit hactenus adhuc in Sogdianis Alexandro ſocietatem armorum obtuliſſe: Arrian. 4. 4. Indiæ fines ingreſſo cum donis occurriſſe. Id autem qua cauſa fecerit, in promptu eſt conjicere. quippe duorum potentiſſimorum regum armis preſſus, ab externo rege præſidium ſibi circumſpiciebat. *Freinsh.*

5 *Regnare ſi interim vellet*] Hoc genus reges *inſervientes* vocat Tacit. H. 2. 81. *Ejus nominis* (regis) *honorem pro magnis erga ſe regum meritis dare populum Romanum conſueſſe.* Livius 13. 11. tradit. Cujus rei multa paſſim exempla.

8 *Paratos ad pugnam*] Dudum enim

ſa

at Indus cognito Macedonum errore, jussis subsistere ceteris, ipse concitat equum, quo vehebatur: idem Alexander quoque fecit, sive hostis, sive amicus occurreret, vel sua virtute, vel illius fide tutus. Coivere, quod ex utriusque vultu posset intel- 9
ligi, amicis animis: ceterum sine interprete non poterat conferi sermo. itaque adhibito eo, barbarus *occurrisse se* dixit *cum exercitu, totas imperii vires protinus traditurum; nec exspectasse dum per nuncios daretur fides. Corpus suum & regnum permittere illi, quem* 10
sciret gloriæ militantem, nihil magis quam famam timere perfidiæ. Lætus simplicitate barbari Rex, & dextram fidei suæ pignus dedit; & regnum restituit. LVIII
elephanti erant, quos tradidit Alexandro, multaque pecora eximiæ magnitudinis: tauros ad III
millia, precioſum in ea regione, acceptumque animis regnantium armentum. Quærenti Alexandro *plu-* 12
res agricultores haberet an milites? cum duobus regibus bellanti sibi majore militum quam agrestium manu opus esse respondit. Abisares & Porus erant; sed in Poro 13
eminebat auctoritas. uterque ultra Hydaspen amnem regnabat; & belli fortunam, quisquis arma inferret, experiri decreverat. Omphis permittente Alexandro, & regium insigne sumpsit, & more gentis suæ

NOTÆ.

sic assuefecerat suos. Apud Plutarch. Apophth. cap. 38. *explicatis jam aciei ordinibus, militum quendam videns amento hastile aptare, è phalange ut inutilem ejecit, qui tum demum arma pararet, cum iis esset utendum.*

10 *Quem sciret gloriæ militantem, nihil magis quam famam timere perfidiæ*] Eodem animo Marius apud Sallustium: *Se nihil metuere nisi turpem famam.* Qui vero sic affecti sunt, non possunt non ad honesta & fortia exstimulari. Davus apud Comicum de Pamphilo. in Andr. act. 2. sc. 6. v. 13. *Cavit, ne unquam infamia ea res sibi esset, ut virum fortem decet.* Locceн.

11 *LVI elephanti erant*] Arrianus 4. 4. non tantum Taxili, sed vicinis quoque regulis, XXV. elephantos fuisse innuit. postea tamen 5. 1. narrat ab uno Taxile dono missa ad XXX elephantos. *Freinsh.*

13 *Et Porus*] *Gravi eo tempore inter se contentione dissidebant duo reges, Porus & Taxiles.* Maximus Tyrius orat. 38.

14 Quod

ſuæ nomen quod patris fuerat, *Taxilen* adpellaverè populares, ſequente nomine imperium in quemcumque tranſiret. Ergo cum per triduum hoſpitaliter Alexandrum accepiſſet, quarto die, & *quantum frumenti copiis, quas Hephæſtion duxerat, præbitum à ſe eſſet* oſtendit; & aureas coronas ipſi amiciſque omnibus, præter hæc ſignati argenti LXXX talenta dono dedit. qua benignitate ejus Alexander mire lætus, & quæ is dederat, remiſit, & mille talenta ex præ-

NOTÆ.

14 *Quod patris fuerat*] Poteſt quidem ferri, & fero: ſed ſi examines acutius, fatebere non ſic fuiſſe loquendum Curtio. ſi enim de proprio patris ejus nomine accipis, apparet illud non recepiſſe novum hunc regem: ſi de communi regum, *Taxile*, non magis patris ejus fuerit, quam avi & proavi, &ſic deinceps. imo nullius eorum fuit, ſed ipſius urbis; ut hic propemodum ducam ſcribere, *quod patriæ fuerat*. non quin videam illud verbi non admodum hic quadrare: ſed quia mihi veriſimile fit, Curtium hic tetigiſſe morem, quo apud nonnullas gentes regibus à præcipuis urbibus inditur nomen. In re plane ſimili Tacit. 8. 56. *Igitur Germanicus in urbe Artaxata adprobantibus nobilibus, circumfuſa multitudine, inſigne regium capiti ejus impoſuit. ceteri venerantes regem* Artaxiam *conſalutavere, quod illi vocabulum indiderant ex nomine urbis.* Eoque pertinere arbitror, quod multos Armeniæ reges hoc nomine reperimus. Sed & alibi in India hoc uſitatum. Apud Praſios utique Strabo lib. 15. notat: *regem præter propriam nomen quod à natalibus habet, de nomine urbis* Palibothrum *appellari: quemadmodum & Sandrocottum, ad quem miſſus Megaſthenes fuit.* Sic ergo & Taxilem ab urbe Taxilis appellatum fuiſſe quis dubitet? adque id exemplum *Aſſacenos* etiam *Maſſicanoſque* reges nomen accepiſſe recte conjicit. Reinecc. in Indico regno. *Freinsh.*

Sequente nomine imperium] Quibus accenſeas Armeniorum *Artaxias* ex antedictis: Farganorum *Achſiades*, & Perſarum *Caſtoes*, ex Elmacino 3. 4. Bavarorum *Cacannos*, ex Ioan. Bohemo de moribus gent. Sic à Turcis Servix Deſpotas omnes vocatos fuiſſe *Lazaros*; Conſtantinopoleos Imperatores *Conſtantinos*, notat Leunclav. Pandect. hiſt. Turc. cap. 46. & cap. 51. 54. 68. 73. & 90. D. Baſilius tradidit *Abimelech* commune fuiſſe Palæſtinorum regum nomen. Tzetzes Chil. 5. 10. Ionum *Palmis*. Paul. Diac. hiſt. Langobard. 3. 16. & Regino in Chronico, Langobardorum *Flavins*. Servius ad Virg. Æn. 6. 529. Albanorum *Mortanus*. Gregor. Turon. 4. 24. Hunnorum *Cahanus*, vel *Chaganus*. Qui autem ex eo quod apud Capitolin. c. 5. Gordiano acclamatum fuit, *novo Scipioni*, procoſſ. Africæ *Scipiones* vocatos fuiſſe aſſerunt, haud magis verum dicunt, quam qui Hiſpanorum Duces *Romulos* dictos contenderet ex Floro 2. 17. *Idem.*

15 *Ipſi amiciſque omnibus*] Sic apud Tacitum 2. 57. *in convivio* Nabathæi regis, *corona aurea magno pondere Cæſari & Agrippinæ, levi Piſoni & ceteris offerebatur.* Quod diſcrimen hic etiam obſervatum fuiſſe puta.

16 *Et mille talenta ex præda*] Alexander cum Omphi certat beneficiis more regio, iiſdemque Omphim ſuperat. Ita Salomon cum Regina Arabiæ muneribus certabat. Illa multum

aut

præda, quam vehebat, adjecit: multaque convivalia ex auro & argento vasa, plurimum Persicæ vestis, xxx equos ex suis, cum iisdem insignibus, quis adsueverant, quum ipsum veherent. Quæ libe- 17
ralitas, sicut barbarum obstrinxerat; ita amicos ipsius vehementer offendit. E quibus Meleager super cœnam largiore vino usus, *gratulari se Alexandro* dixit, *quod saltem in India reperisset dignum talentis mille.* Rex haud oblitus quam ægre tulisset, quod Cli- 18
tum ob linguæ temeritatem occidisset, iram quidem tenuit, sed dixit, *invidos homines nihil aliud, quam ipsorum esse tormenta.*

NOTÆ.

auri & gemmarum ad Regem dono adfert; Rex non solum regia dona reddit, & quæ petit; sed etiam quæ non petit, ultro adjicit. Hoc magnanimitatis, Principum virorum propriæ virtutis, esse docet Aristotel. in Ethic. prolixe beneficia conferre, sed verecunde accipere. Sallust. in bell. Iug. *Regem armis quam munificentia vinci flagitiosum minus*. Et Sulla apud eundem ait: *Nunquam populum Romanum beneficiis victum esse*. Loccen.

Adjecit] *Operam* enim *dabat, ut omnes homines benevolentia superaret.* Polyæn. 4. 3. *Gloriari* quin etiam *solebat, à nullo se beneficiis victum.* teste Seneca de benef. 5. 6. Plutarchus c. 103. narrat, huic ipsi Taxili in primo eorum congressu sua omnia offerenti respondisse: *contendam tecum beneficiis, ne me superes benignitate. Ac muneribus acceptis multis* (addit ibi Plut.) *datisque pluribus, denique mille talentûm argenti signati ei propina vit* (προέπιεν.) *Quare torsit amicos acriter*, &c. Idem Strabo lib. 15. *adeo ut Macedones invidia correpti dicerent: Quasi vero Alexander non habuisset quibus benefaceret, prinsquam Indum trajiceret!* Freinsh.

18 *Invidos homines nihil aliud*, &c.] Idem testatur Epigrammatographus, quisquis ille est, anthol. l. 83.

Ὁ φθόνος ἐστὶ κακὸν, ἐχθρὸν δ' ἔπι πᾶσι κακοῖσιν.
Τοῦτο γὰρ φθονεροῦ ὄμματα καὶ κραδίην.
Grande malum livor, tamen est bonitatis in ipso
Nonnihil; eorum lumina corque vorat.

Forte respexit illud Horatii:

Invidia Siculi non invenere tyranni
Majus tormentum.

Lactantius lib. 4. div. instit. c. 4. *Aliis inspirat diabolus invidiam, ut suis ipsi tormentis occupati, nihil aliud cogitent, quam eorum quos oderint, felicitatem.* Quod enim aliis bene est, invidis male est. Alionum florens fortuna, est invidorum spina, qua seipsos pungunt.

CAP.

CAP. XIII.

Porum Regem, Omphis ſuaſu, Alexander ancipiti quidem & ſub initia periculoſiſſimo aggreditur bello.

1 POSTERO die legati Abiſaræ adiere regem. *Omnia ditioni ejus*, ita ut mandatum erat, *permittebant:* firmataque invicem fide remittun-
2 tur ad regem. Porum quoque nominis ſui fama ratus ad deditionem poſſe compelli, miſit ad eum Cleocharem, qui denunciaret ei, *ut ſtipendium penderet, & in primo finium ſuorum aditu occurreret regi.* Porus *alterum ex his facturum ſeſe* reſpondit; *ut intran-*
3 *ti regnum ſuum præſto eſſet, ſed armatus.* Iam Hydaſpen Alexander ſuperare decreverat; quum Barzentes defectionis Arachoſiis auctor vinctus, triginta-que elephanti ſimul capti perducuntur, opportunum adverſus Indos auxilium: quippe plus in belluis,
4 quam in exercitu ſpei ac virium illis erat. Gamaxuſque rex exiguæ partis Indorum, qui Barzenti ſe
5 conjunxerat, vinctus adductus eſt. Igitur transfuga & regulo in cuſtodiam, elephantis autem Taxili traditis, ad amnem Hydaſpen pervenit: in cujus ulteriore ripa Porus conſederat, tranſitu prohibiturus ho-

NOTÆ.

1 *Abiſara*] *Ambiſarum* Arrianus 5. 2. & 5. 3. *Abiſſarem.* alibi *Abiaſarem* appellat. *Abiſarum* Strabo lib. 15. Diodorus 17. 90. *Embiſarum.* Rader. Hunc etiam intelligit Arrian. 4. 5. quamvis ibi legatur *Bariſades.* transpoſitis, ut ſæpe & alias, literis. apud Ælian. de hiſt. anim. 16. 39. *Apoſiſares.* Suidas *Abiſarum* loci nomen fecit. *Freinsh.*

Ditioni ejus] Se ſuaque permittebat Alexandro.

3 *Barzentes*] Drangarum ſatrapa & finitimorum Arachoſiorum. Qui adventante eas in regiones Alexandro profugit in Indiam, ſupra 6. 6. inde ſollicitans Arachoſios, in qua nempe gente multos adhuc haberet clientes & amicos: donec ab Indis comprehenſus Alexandroque deditus eſt. Arrianus 3. 4. quæ diverſis temporibus facta diſtincte prodidit Curtius, conjunxit: Barſaentes vero, qui tum eam regionem obtinebat, (*Drangæ puta; ipſe* Zarangæos *vocat*) unus ex iis qui Darium in fuga oppreſſerant, cognito Alexandri adventu, ad Indos qui cis Indum flumen incolunt, fugit. quem Indi

hoſtem. LXXXV elephantos objecerat eximio corpo- 6
rum robore; ultraque eos currus CCC & peditum
XXX fere millia, in quîs erant ſagittarii, ſicuti ante di-
ctum eſt, gravioribus telis, quam ut apte excuti
poſſent. Ipſum vehebat elephantus ſuper ceteras bel- 7
luas eminens; armaque auro & argento diſtincta
corpus raræ magnitudinis honeſtabant. par animus
robori corporis; & quanta inter rudes poterat eſſe
ſapientia. Macedonas non conſpectus hoſtium ſo- 8
lum; ſed etiam fluminis, quod tranſeundum erat,
magnitudo terrebat. quatuor in latitudinem ſtadia
diffuſum, profundo alveo, & nuſquam vada ape-
riente, ſpeciem vaſti maris fecerat. [a] Nec pro ſpa- 9
tio aquarum late ſtagnantium impetum coërcebat;
ſed quaſi in arctum coëuntibus ripis, torrens, & eli-
ſus ferebatur: occultaque ſaxa ineſſe oſtendebant
pluribus locis undæ repercuſſæ. Terribilior erat fa- 10
cies ripæ, quam equi virique compleverant. Sta-
bant ingentes vaſtorum corporum moles, & de in-
duſtria inritatæ horrendo ſtridore auras fatigabant.
Hinc hoſtis, hinc amnis [b] capacia quidem bonæ ſpei 11
pe-

INTERPRETATIO.

a *Nec celeritatem ſuam minuebat proportione undarum late diffuſarum; ſed quaſi ejus ripæ anguſto intervallo diſtarent, rapidus & coarctatus decurrebat.*

b *Animos* Macedonum *quamvis fiducia concipienda aptos, tamen repentino metu perculerant.*

NOTÆ.

Indi comprehenſum ad Alexandrum mittunt. Alexander illum, ob perfidiam qua erga Darium uſus fuerat, interfici juſſit. Ἀποθνήσκει ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, habent Græca: Curtius nihil de ejus interitu tradit. Plutarchus cap. 100. videtur velle ipſius Alexandri manu peremptum: *Ex rebellantibus barbaris Orſodatem ipſemet confixit jaculis.* Hunc enim intelligi non quidem affirmo, ſed tamen dubito. Scimus enim quantum variationis in ejuſmodi barbaris nominibus in ſcriptorum libris reperiatur. Ipſi quidem Arriano 3. 2. *Barſaëtes Arachotorum ſatrapa* dicitur. *Freinsh.*

8 *Fluminis*] Hydaſpis. Auctor de fluminibus, qui Plutarchus falſo inſcribitur, cum nominis etymon, ſeu fabulam potius de rege ſe in flumen injiciente expoſuiſſet, ex Dercyllo 3. de montibus refert, mon-

pectora, & ſæpe ſe experta, improviſo tamen pavore percuſſerant. quippe inſtabiles rates, nec diri-
12 gi ad ripam nec tuto adplicari poſſe credebant. Erant in medio amne inſulæ crebræ, in quas & Indi & Macedones nantes levatis ſuper capita armis tranſibant. Ibi levia prælia conſerebant; & uterque rex [a] parvæ rei diſcrimine, ſummæ experiebatur even-
13 tum. Ceterum in Macedonum exercitu temeritate atque audacia inſignes fuere Symmachus & Nicanor, nobiles juvenes, & perpetua partium felicitate ad ſpernendum omne periculum accenſi. quîs ducibus promptiſſimi juvenum lanceis modo armati tranſnavere in inſulam, quam frequens hoſtis tenebat; multoſque Indorum, nulla re magis quam audacia ar-
15 mati, interemerunt. Abire cum gloria poterant, ſi unquam temeritas felix [b] inveniret modum; ſed dum ſupervenientes contemptim & ſuperbe quoque exſpectant, circumventi ab iis, qui occulti enatave-
16 rant, eminus obruti telis ſunt. Qui effugerant ho-

ſtem,

INTERPRETATIO.

a *Levium prœliorum ſucceſſu tentabant* quæ futura eſſet *ultimi fortuna.*

b *Moderationem admitteret.*

NOTÆ.

tem flumini ſubjectum appellari elephantem hanc ob cauſam. Alexandro cum exercitu Indiam invadenti, viſum incolis, armis occurrendum eſſe. Pori vero terrarum illarum regis elephas quo vehebatur, repente œſtro percitus tumulum Solis conſcendit, ibique humana voce uſus, Domine rex, inquit, qui genus ab Gegaſio ducis, nihil contra Alexandrum moliare, eſt enim Jove natus: & cum dicto occubuit. Quo Porus audito, trepidus ad Alexandri genua accidit, pacemque oravit, qua potitus montem à bellua elephantem appellavit. *Raderus.*

Et uterque rex parva rei diſcrimine] Notum eſt, ſolere Duces velitationibus prætentare vires & animos hoſtium, antequam integro congrediantur prælio. vid. Berneggeri Quæſt. Polit. 152. *Loccen.*

13 *Et perpetua partium felicitate ad ſpernendum omne periculum accenſi*] Cautior hic Cæſar erat, qui quo ſæpius viciſſet, hoc minus experiundos caſus opinabatur: nihilque ſe tantum adquiſiturum victoria, quantum auferre calamitas poſſet. *Loccen.*

15 *Inveniret modum*] Vide Grutenum ad iſta Livii 30.30.19. *Inter pauca felicitatis virtutiſque exempla M. Attilius quondam in hac eadem terra fuiſſet, ſi victor pacem petentibus, dediſſet patribus*

ſtem, aut impetu amnis ablati ſunt; aut vorticibus impliciti. eaque pugna multum fiduciam Pori erexit cuncta cernentis è ripa. Alexander inops conſi- 17
lii tandem ad fallendum hoſtem [a] talem dolum intendit. Erat inſula in flumine amplior ceteris, ſylveſtris eadem & tegendis inſidiis apta. foſſa quoque. prælta haud procul ripa, quam tenebat ipſe, non pedites modo, ſed etiam cum equis viros poterat abſcondere. Igitur ut à cuſtodia hujus opportunita- 18
tis

INTERPRETATIO.

a *Hoc ſtratagema excogitavit.*

NOTÆ.

bus noſtris: ſed non ſtatuendo eundem felicitati modum, nec cohibendo efferentem ſe fortunam, quanto altius elatus erat, eo fœdius corruit.

17 *Alexander inops conſilii tandem ad fallendum hoſtem talem dolum intendit*] Simili dolo eluſit olim Orangius Albanum, de quo ſic refert Strada lib. 7. belli Belg. *Intentior Albanus munitis quæ in limite erant, & quibus præcipue timebat oppidis, Trajectum ad Moſam cum exercitu properavit, ut ex ea urbe occurreret Orangii conſiliis, illumque à tranſmittendo flumine, diſpoſito per Moſæ ripas milite deterreret. Sed vicit Orangii ſagacitas & confidentia. Invento enim per equites vado inter Ruremundam ac Trajectum, quam forte Moſæ aqua tum modicus fluebat; arte fortunam adjuvat in hunc modum. Equitatum qui vim fluminis refringeret, tranſverſum adſtringit, quam late alveus patebat (quod in tranſvehendis per Ligerim Sicorimque copiis olim fecerat Julius Cæſar, aliique poſt illum) ſimul per extenuatum ea ratione retentumque amnem feſtinare ſub veſperam ſilentio pedites jubet: eaque nocte, regiis excubiis inobſervabili celeritate, aut potius incredibili auſo deceptis, exercitum incolumem traduxit. Idque adeo inopinatum obveniſſe Albano ferunt, ut Barlamontium renunciantem tranſiiſſe jam hoſtes, interrogaverit: Num putaret hoſtium aciem phalangem avium eſſe, qua Moſam tranſvolaret?* Quod autem notat Strada de Iulii Cæſaris facto in tranſvehendis per Ligerim Sicorimque copiis: illud exſtat in Commentar. Iul. Cæſaris lib. 7. de bello Gall. p. m. 96. ubi refert ſe *diſpoſito equitatu qui vim fluminis refringeret, milites per Ligeris vadum ita traduxiſſe, ut brachia modo atque humeri ad ſuſtinenda arma liberi ab aqua eſſe poſſent.* Et lib. 1. de bello civ. p. 11. 144. ait ſe per vadum Sicoris traduxiſſe incolumem exercitum, *magno numero jumentorum in flumine ſupra atque infra conſtituto*, quæ vim fluminis refringerent. Confer Freinshemii Commentarium in Curtium 4. 9. 17. & ibidem 8. 13. 8. Simili autem arte, qua hic Alexander & Orangius, uſus etiam Auguſtæ noſtræ imperator exercitus, ſtrenuus heros Bannerius, quum moveret in Pomeraniam; & ipſi tranſitus Oderæ fluvii à Cæſarianis eſſet intercluſus; per vadum inter Cuſtrinum & Francofurtum hoſti ignotum incolumi exercitu evaſit, & prudenter eluſit hoſtis tunc potentioris inſidias. qui jactabat, ſe ſacco jam incluſum tenere Bannerium. hic autem argute reſpondit, oblitum eſſe hoſtem conſtringere vinculis ſaccum. qua de re in ipſis Annalibus plura. *Loccen.* Quem etiam deſcribunt Arrianus 5. 2. Plutarchus cap. 104. Polyæn.

tis oculos hoſtium averteret; Ptolemæum *cum omnibus turmis obequitare* juſſit *procul ab inſula, & ſubinde*
19 *Indos clamore terrere quaſi flumen tranſnaturus foret.* Per complures dies Ptolemæus id fecit; eoque conſilio Porum quoque agmen ſuum ei parti, quam ſe pete-
20 re ſimulabat, coëgit [a] advertere. Iam extra conſpectum hoſtis inſula erat: Alexander *in diverſa parte ripæ ſtatui ſuum tabernaculum* juſſit, *adſuetamque comitari ipſum cohortem ante id tabernaculum ſtare; & omnem adparatum regiæ magnificentiæ, hoſtium oculis de*
21 *induſtria oſtendi.* Attalum & æqualem ſibi, & haud diſparem habitu oris & corporis, utique cum procul viſeretur; veſte regia exornat, præbiturum ſpeciem ipſum regem illi ripæ præſidere, nec agitare
22 de tranſitu. Hujus conſilii effectum primo morata tempeſtas eſt, mox adjuvit; incommoda quoque ad
23 bonos eventus vertente fortuna. [b] Trajicere amnem cum ceteris copiis in regionem inſulæ, de qua ante dictum eſt, parabat, averſo hoſte in eos, qui cum Ptolemæo inferiorem obſederant ripam; quum procella

INTERPRETATIO.

a *Admovere.*

NOTÆ.

lyæn. 4.3. & Front. 4. 1. quo toto capite *de tranſducendo exercitu per loca hoſtibus infeſta* agit.

18 *Averteret*] Liv. 38. 33. de Scipione: *motam pugnandi nullam fecit, ut ipſo certamine averteret à conſpectu tranſeuntium per colles equitum.* Idem 30. 4. de eodem: *ut ab eo quod parabat, in alterius rei curam converteret hoſtium animos.* Hieronis ſtratagema ſimile refert Polyænus 1. 29. vide quæ ſupra notavi 4. 6. 9.

19 *Advertere*] Mavult Freinshemius *obvertere.* non male.

21 *Veſte regia exornat*] Sic Gelon per *Pediarchum ſagittariorum præfectum, ſibi forma & aſpectu ſimilem, tyrannica veſte indutum*, fraudem paravit Himilconi apud Polyæn. ſtrat. 1. 27. Sic apud Diodor. 19. 5. *Agathocles, quid animo dux* (Aceſtorides) *moliretur, conjectans, è juvenum cœtu ſtatura formaque ſibi quam ſimillimum delegit. Huic armis, equo, veſtibuſque traditis, ad cædem ſui miſſos aſtute circumvenit.* Quippe ſuccidanea illa hoſtia relicta, ipſe evaſit incolumis. Sicut apud Polyænum 1. 12. ancilla Helenæ cultus heræ induta, vicem illius occubuit. item alia Arſinoes, apud eundem 8. 56. Harmoniæ, apud Val. Max. 3. 2. ext. Servus Panopionis, ibid. 6. 8. quod paulo aliter narrat Dio in Auguſto. *Freinsh.* Simile quid in vitandis inſidiis Datames tentavit apud Cornel. Nepotem; & plures alii de quibus Freins-

cella imbrem vix ſub tectis tolerabilem effudit. obrutique milites nimbo in terram refugerunt, navigiis ratibuſque deſertis. ſed tumultuantium fremitus, obſtrepentibus ripis, ab hoſte non poterat audiri. Deinde momento temporis repreſſus eſt imber; ceterum adeo ſpiſſæ intendere ſe nubes, ut conde- 24
rent lucem, vixque conloquentium inter ipſos facies noſcitaretur. Terruiſſet alium obducta nox cœlo, quum ignoto amne navigandum eſſet, forſitan hoſte 25
eam ipſam ripam, quam cæci atque improvidi, & ex periculo gloriam accerſentes petebant, occupante. obſcuritatem, quæ ceteros terrebat, "ſuam occaſionem ratus, dato ſigno, ut omnes ſilentio ad- 26
ſcenderent in rates, *eam qua ipſe vehebatur, primam* juſſit *expelli*. Vacua erat ab hoſtibus ripa, quæ petebatur; quippe adhuc Porus Ptolemæum tantum 27
intuebatur. una ergo navi, quam petræ fluctus inliſerat, hærente, ceteræ evadunt; *armaque capere milites, & ire in ordines* juſſit.

INTERPRETATIO.

a *Arbitratus caliginem* illam *opportunam ſibi eſſe.*

NOTÆ.

Freinshemius in Notis ad Curtium, & Zevecotius in Suetonii Iul. Cæſar. Obſerv. Polit. cap. 65. qui notat, opportunius in bello adverſus hoſtes, vel ad fallendum inſidiantes, vel ad opprimendum ſecuros mutationem ac diſſimulationem habitus inſtitui, quam in pace inter ſubditos à bono & dilecto Principe: qui hoc modo de ſuorum fide dubitare videatur. cum tamen nemo à ſuis ignorari velit, niſi qui proderetur. *Locen.*

24 *Spiſſa intendere ſe nubes*] Petronius: Tam ſpiſſæ repente tenebræ lucem ſuppreſſerant, ut ne proram quidem totam gubernator videret. Vide notata ad 4. 3. 16.

CAP. XIV.

Indorum & Macedonum insignis & cruenta pugna: Pori captivi magnanimitas, & Alexandri Regis clementia.

1 IAMQVE agmen in cornua divisum ipse ducebat: quum Poro nunciatur *armis virisque ripam obtineri, & rerum adesse discrimen.* Ac primo humani ingenii vitio spei suæ indulgens, Abisarem belli socium (& ita convenerat) adventare
2 credebat. Mox liquidiore luce aperiente hostem, c quadrigas, & III millia equitum venienti agmini Porus objecit. Dux erat copiarum, quas præmisit, Hages

NOTÆ.

1 *Iamque agmen*] Sequitur ipsius pugnæ descriptio, commissæ bidui itinere à Taxilis, si Philostrato 2. 15. credimus.

2 *Centum quadrigas*] Mira hic scriptorum rursus dissensio. aliud Curtius, Plutarchus c. 105. aliud Aristobulus, aliud Ptolemæus apud Arrianum 5. 2. narrant; quos ipse adibis. *Rademus.* Adde Polyænum 4. 3. 21 & 22. qui eum quem noster *Hagen fratrem* Pori, videtur appellare *Pittacum nepotem.* Dignus autem hac in re locus Arriani 5. 2. qui explanetur: præsertim cum nullo modo à nostro instituto alienum id sit futurum. Ait, vel potius Interpretes: *Ptolemæus, cui ego assentior, aliter sentit. Nam & ipse filium à Poro missum fuisse scribit, non autem LX solum currus ducentem. neque enim verisimile est, Porum, quum jam per speculatores certior factus esset, aut ipsum Alexandrum, aut certe partem exercitus Hydaspen transisse, filium suum cum sexaginta tantum curribus emisisse. qui quidem veluti ad speculandum missi, satis multi etiam, non bene instructi erant, ut nimirum expeditius sese recipere possent: at vero ad arcendum hostes nondum transgressos, aut cum eo jam transgressu confligendum, nequaquam pares erant.* Sensu cum per se ridiculo, tum inprimis ab Arriani mente egregie alieno: *satis multi*; nam pauciores, puta triginta currus, ad explorandum non erant futuri satis multi, *etiam non bene instructi*, hoc enim, opinor, magnopere expediebat ad receptum, ut male instructi essent, *ut nimirum expeditius sese recipere possent.* quasi vero ea potius causa, quam ad arcendum hostem missi forent. Arrianus: ἃ δὴ ὡς μὲν ἐπὶ κατασκοπὴν ἐπεμπόμεθα, πολλά τε ἐκ δύζατα ἐς τὸν ἀποχώρησιν ἦν. ὡς δ' εἰς τὸ εἴργειν τὸν ὄπω πεπερακότας τὸν ποταμίων, καὶ τοῖς ἤδη ἐπιβεβηκόσιν ἐπιθήσεσθαι, ἱκανὰ ἐξεμάχετο. Nimirum confutat narrationem eorum qui tradiderunt, Porum audito Macedonum transitu filium suum misisse cum sexaginta admodum curribus. Quod quidem teste Plutarcho cap. 105. ipse Alexander in epistola quadam scripsit. verum Arrianus negat verisimile sibi videri, belli peritum hominem id fuisse commissurum, cum nulla appareret ratio: aut enim explorandi causa eos miserit, aut pugnæ: non illud; nec enim tam multos misisset: non hoc; nec enim misisset tam paucos. Vertendum ergo fuit:

Hages frater ipſius: ſumma virium in curribus. ſe- 3
nos viros ſinguli vehebant, duos clypeatos, duos ſagittarios ab utroque latere diſpoſitos; ceteri auri-
gæ erant, haud ſane inermes, quippe jacula com-
plura, ubi cominus prælíandum erat, omiſſis habe-
nis in hoſtem ingerebant. Ceterum vix ullus uſus 4
hujus auxilii eo die fuit. namque, ut ſupra dictum
eſt, imber violentius quam alias fuſus campos lu-
bricos & inequitabiles fecerat: graveſque, & pro-
pemodum immobiles currus inluvie & voraginibus
hærebant. Contra Alexander [a] expedito ac levi agmi- 5
ne ſtrenue invectus eſt. Scythæ & Dahæ primi
omnium invaſere Indos: Perdiccam deinde cum
equitibus in dextrum cornu hoſtium emiſit. Iam un- 6
dique [b] pugna ſe moverat; quum ii: qui currus age-
bant, illud ultimum auxilium ſuorum rati, effuſis
habe-

INTERPRETATIO.

a *Cum expeditis agilibuſque copiis celeriter pugnam iniit.*
b *Prælium inchoatum erat.*

NOTÆ.

fuit: *filium ſuum cum LX tantum curribus emiſiſſe. qui, ſi ad ſpeculandum miſſi forent, nimis multi, neque ad receptum expediti fuiſſent: ſi ad arcendum, &c.* Habuit nimirum aut habere potuit in animo illud Xenophontis extremo lib. 6. Hiſt. Græcæ, quod redimendi temporis chartæque cauſa tantum Latinum adſcribo: *Pauci aque aliquid, ac multi, videre poſſunt: ac ſi pedem referre neceſſe ſit, multo facilius pauci, quam plures, tum viam ideneam reperire, tum quiete diſcedere poſſunt. At multos adducere, neque tamen hoſtibus pares, qui non ingens dementia ſit?* Nec abludit Tigranis ſcomma in exercitum Rom. apud Plutarch. Lucullo cap. 56. Εἰ μὲν ὡς πρεσβευταὶ, πολλοὶ πάρεισιν. εἰ δ' ὡς στρατιῶται, ὀλίγοι. *Siquidem legationis cauſſa venerunt, multi nimis ſunt: ſin pugnæ, nimis pauci.* Lubet adnotare, Ptolemæum & Ariſtobulum citato Arriani loco in hoc conſentire, filium Pori miſſum eſſe, quod ii ſane, quippe viderunt Porum, aut ſcire potuerunt, aut credere. Quin & duos ejus filios occubuiſſe ea pugna ſcripſerunt: adſtipulante quoque Diodoro 17. 89. quæ res manifeſtæ falſitatis convincit nugas Philoſtrati 2. 10. Porum *fuiſſe admodum adoleſcentem, quando cum Alexandro pugnavit.* Freinsh.

3 *In curribus*] De equis, curribus, elephantis Indicis, Ælian. hiſt. animal. 13. 9. qui binos tantum epibatas, ſive adſcenſores, ſingulis curribus tribuit. Quod & Strabo firmat lib. 15. δύο δ' εἰσὶν ὑπὲρ τοῦ ἅρματος ἀναβάται πρὸς ἑνὶ ζεύγει. *currus præter ſpectatorem duos habet.* idque magis credam quam ut Curtius narrat. *Idem.*

7 habenis in medium diſcrimen ruere cœperunt. [a]An-
ceps id malum utriſque erat: nam & Macedonum
pedites primo impetu obterebantur; & per lubrica
atque invia immiſſi currus excutiebant eos, à qui-
8 bus regebantur. aliorum turbati equi non in vora-
gines modo lacunaſque, ſed etiam in amnem præ-
9 cipitavere curricula. Pauci tamen [b]hoſtium tenus ex-
acti penetravere ad Porum acerrime pugnam cien-
tem. Is ut diſſipatos tota acie currus vagari ſine re-
ctoribus vidit; proximis amicorum diſtribuit ele-
10 phantes. poſt eos poſuerat pedites ac ſagittarios tym-
pana pulſare ſolitos. id pro cantu turbarum Indis
erat: nec ſtrepitu eorum movebantur, [c]olim ad no-
11 tum ſonum auribus mitigatis. Herculis ſimulachrum
agmini peditum præferebatur. id maximum erat bel-
lanti-

INTERPRETATIO.

a *Erat utriſque ex æquo incommodum.*

b Currum *qui ad Macedones uſque impulſi* fuerunt.

c *Iamdiu cicuratis ad aſſuetum* tympanorum *ſtrepitum auribus* elephantorum.

NOTÆ.

9 *Pauci tamen hoſtium tenus exacti penetravere ad Porum*, &c.] Non expedio me ex verbis: ſenſum teneo. qui utique non ille, *paucos ex curribus & aurigis ex hoſtibus elapſos ad Porum properaſſe, ex tota hoſtium acie exactos ſeu in fugam conjectos.* Sed quem ſupr. 4. 15. concepit his verbis: *Pauca tamen evaſere quadriga in ultimam aciem, &c.* Vult ergo; curruum aliquos per interjectam hoſtium aciem penetraſſe ad Porum. Obſervandum enim duplicem fuiſſe pugnam, majorem illam quæ mox deſcribetur, & hanc Hagis nepotis regii, quem à rege intercluſum habuiſſe Macedones, ſignificare videtur auctor. An autem particula *tenus* hoc interpretamentum patiatur, ipſe quidem dubito: ſenſum autem alium non eſſe liquidò perſpicio. Eſt autem locus hic in aliis Codd. aliter expreſſus. quod quidem argumentum ſolet eſſe corruptionis. Nec ſane placet, quod facit Porum *acerrime pugnam cientem*: deinde poſtea demum aciem inſtruentem.

10 *Ad notum ſonum*] Nam & primum captos mitigari ſcripſit Arrian. Ind. 2.29. *tympanorum ac cymbalorum pulſu.* Alias enim fere impatiens eſſe ſolet inſueti ſonitus hoc animal. qua re ſæpe etiam conſternati, inque fugam acti leguntur. *Freinsh.*

11 *Herculis*] Hujus rei teſtem Curtius vix inveniat ex iis qui hodie leguntur. *Rad.* Ernſtius obſerv. 2. 22. credit ſe reperiſſe ejus rei indicium Florentiæ in hac inſcriptione corrupta. *Hercules * Dor * * * For * *.* quam ſupplet: *Hercules Indorum Fortitudo.* ipſe viderit.

De-

lantibus incitamentum, & [a]deseruisse gestantes militare flagitium habebatur. Capitis etiam sanxerant 12
pœnam iis, qui ex acie non retulissent: metu, quem ex illo hoste quondam conceperant, etiam in religionem venerationemque conversо. Macedonas non belluarum modo, sed etiam ipsius regis adspectus parumper inhibuit. Belluæ dispositæ inter armatos spe- 13
ciem turrium procul fecerant. ipse Porus humanæ magni-

INTERPRETATIO.

a *Crimen erat in militia leges si quis reliquisset eos à quibus serebatur.*

NOTÆ.

Deseruisse] Quomodo & alibi, *primum militiæ vinculum est, religio, & signorum amor, & deserendi nefas.* Vide Florum 1. 11.

12 *Pœnam iis qui*] Acidalius malebat, *capitis etiam sanxerant pœna, si qui ex acie, &c.* & mox pro *etiam in religionem*, idem, *jam in religionem.*

Hoste quondam] De Herculis in Indos expeditione nota scriptis antiquorum fabula. quam cramben non recoquo. tantum miror hodieque apud incolas durare famam ejus rei. Anno 1509. Almeida *in fluvium delatus est, qui per Cambaia regnum in mare influit, Fluvium appellant Maim* (antiquo nomine. nam & apud Arrianum periplo maris Erythr. 3. 5. ingens est fluvius qui Mais dicitur.) Ibi vidit in oppido pervetusto maximum & amplissimum templum, & campum latissimum, in quo erant sepulchra innumerabilia. Cum ab incolis scisciteretur, quid infinita illa mortuorum monimenta designarent: responderunt illi qui sapientes existimabantur, antiquissimis regionis illius scriptis atque monimentis contineri: Herculem in Indiam cum maximo exercitu penetrasse: & in eo loco bis cum Rege quodam potentissimo collatis signis conflixisse, & utroque prœlio superatum fuisse. Vt autem tam præclari facinoris memoria seculis innumerabilibus conservari posset, institutum ab antiquis fuisse, ut locus ille, in quo milites Herculis cecíderant, religione consecraretur, & illa sepulchra inviolata permanerent. Hæc quidem illi prædicabant. quibus quanta sit habenda fides, liberum sit ei qui velit, judicasse. Osorius de reb. Emmanuelis lib. 6. 6. In hac autem narratione multa insunt, quæ propter à Lusitanis potius quam Indis confictam esse suspicetur Freinshemius.

13 *Speciem turrium*] Eadem similitudine supra 8. 12. utitur. eadem Diodorus 17. 87. Arrian. 5. 2. & Polyæn. 4. 3. Apud Marcellinum 24. 22. *Elephanti gradientium collium specie motuque immanium corporum propinquantibus exitium intentabant.* In confesso est Porum hoc bello elephantis usum. Quo argumento Photius ostendit, Agatharchidem lib. 1. de mari rubro, vel memoria lapsum fuisse, vel ad Ægyptios tantum reges, aut saltem Alexandri successores respexisse, cum Ptolemæum Philadelphum primum fuisse scriberet, qui elephantorum venationem instituerit. *Freinsh.*

Ipse Porus] *Erat enim quinque cubitos altus.* Arrian. 5. 2. Diod. 17. 88. adjicit: *crassitudine autem tanta, ut thorax ejus duplo excederet loricas aliorum, qui robore excellerent.* At apud Plutarchum cap. 106. *Porum plerique scriptores consentiunt quatuor cubitos palmo excedentem.* quem locum merito suspectum habet Raderus, & pro τεσσάρων

magnitudinis propemodum exceſſerat formam. Magnitudini Pori adjicere videbatur bellua qua vehebatur, tantum inter ceteras eminens, quanto aliis ipſe
14 præſtabat. Itaque Alexander, contemplatus & regem & agmen Indorum, *tandem*, inquit, *par animo meo periculum video. cum beſtiis ſimul, & cum egregiis*
15 *viris res eſt.* Intuenſque Cœnon, *Quum ego*, inquit, *Ptolemæo Perdiccaque, & Hephæſtione comitatus in lævum hoſtium cornu impetum fecero, videriſque me in medio ardore certaminis; ipſe dextrum move, & turba-*

NOTÆ.

πηχῶν reponit πέντε. cum etiam Euſtathius ad Dionyſ. verſ. 1027. multos Indorum tradat πενταπήχεις quinque cubitales reperiri: Porum autem exceſſiſſe quinque cubitos. Sane majorem quatuor cubitis oporteat fuiſſe, qui, ut ibidem addit Plutarchus, elephanto ſuo proportione equitis inſideret. Philoſtr. 2. 10. ait fuiſſe *procritate corporis tanta, quanta, poſt Trojana tempora, nemo.* Arrianus peripl. mar. Erythræi 3. 2. ait in illis regionibus reperiri ἀνδρας ὑπερ μεγέθος τοῦ σώματος, *viros excedentibus modum corporibus praditos.* Ceterum de Mithridate ſimilia fere notaſſe credo Salluſtium, ſi extarent quæ juxta hoc fragmentum ſcripſit: *Mithridates corpore ingenti, perinde & armatus.* Idem.

Formam] Rutgerſius Var. lect. 3. 4. emendabat *normam*: haud abſurde: Potius tamen aſſentiar Bongarſio gloſſema hoc eſſe: ut ſcilicet diviſa voce, *prope modum*, legatur; *magnitudinis prope modum exceſſerat.* Moveor etiam nonnihil verſu Galteri:

Humanique modum tranſgreſſum corporis.

Solet enim ille ipſa fere Curtii verba in numeros redigere. Si tamen vulgatam lectionem teneas, interpretabere *formam*, ut fere accepit Probus in Eumene, *multi etiam qui ejus formam cognoſcere ſtudebant, qualis eſſet.* Tac. 2. 39. *forma haud diſſimili in dominum erat.* Quid tamen, ſi legas; *magn. prope modum exceſſerat. formam magnitudini Pori adjiciebat belua*, &c. id eſt, decorem, ſpeciem. ſi enim legas, ut editur, *magnitudini adjiciebat*, falſa eſt ſententia: quanto enim major eſt elephantus, tanto minorem apparere neceſſe eſt qui eo vehitur. dextrum enim ſuum cornu ipſe duxit. *Idem.*

14 *Par animo meo*] Sic fere apud Lucanum 5. 165. à fine.

Credit jam digna pericula Cæſar
Fatis eſſe ſuis.

15 *Ipſe dextrum*] Acidalius, probante Radero, legit: *ipſe in dextrum move.* Nam Alexander jam in lævum ſe irruere velle ſignificarat. Negari tamen non poteſt in deſcribendis aciebus Curtio non nimium eſſe tribuendum. Certe cauſam haud unam habuit Glareanus, ſin hic dixit auctorem nihil habuiſſe penſi, quid ſcriberet. Sunt enim ubi merito quis offendat, quæ Raderus, præter Acidalianam conjecturam, hac quoque ratione ſubmovet, ut dicat pro Cœnum *in lævum cornu invectum*, quamquam ſic etiam Mſſ. habeant, legi debere, *in dextrum.* Sed hoc quidem ſatis violentum eſt. Qui autem hoc loco, *ipſe dextrum move*, Alexandri, non hoſtium dextrum cornu accipit, ſane valde fallitur. Non igitur video, qua cauſa Glareano ſic inſultet Raderus, qui dum errorem ejus detegere ſatagit, inter alia etiam objicit, non diſtinguere eum duas pugnas,

turbatis signa infer. Tu Antigenes, & tu Leonnate, & Tauron, invehimini in mediam aciem, & urgebitis frontem. Hastæ nostræ prælongæ & validæ non alias magis 16
quam adversus belluas rectoresque earum usui esse poterunt; deturbate eos, qui vehuntur, & ipsas confundite. Anceps genus auxilii est, & in suos acrius furit. In hostem enim imperio; in suos pavore agitur. Hæc eloquu- 17
tus

NOTÆ.

gnas, alteram cum Hage, alteram cum ipso Poro. Id quidem haud falso, nisi ipse eandem culpam incurreret: nam aciem Alexandri contra Porum, quam Arrian. 5. 2. describit, referre volens, narrat nobis aliam contra Hagen, quam Arrianus superius num. 20. proposuerat. Polyænus quoque aciem utramque aliquo modo depingit: ubi tamen vix invenies, quo Curtio opem feras.

Antigenes] Vulgo *Antigone*. Sed Antigonus Phrygiæ vicinæque Lydiæ satrapa relictus fuerat, de quo supr. 4. 1. ubi locorum etiam res gessit circa prælium Arbeliticum. Atque deinceps ibi mansisse argumento est, quod infr. 10. 10. illæ regiones ei decernuntur: quod forte non fuisset factum, nisi jam tum in possessione earum fuisset. Sed & ex Diodoro 18. 23. colligo eum ab eo statim tempore satrapia sua non excessisse. *Antigenes* autem Argyraspidum phalangitarum dux fuit, ut ex Diodoro 18. 62. aliisque locis liquet. Recte igitur sic restituimus. & omnino certum illud est ex Arriano. *Freinsh.*

In mediam aciem] Modius interpolabat, *non in mediam aciem, sed urgebitis frontem*. At vetustam lectionem *in med. aciem*, omissa negativa, *& urg. frontem*, merito restituit Acidalius. mediam aciem intelligit, quæ inter duo cornua erat disposita: quæ simul etiam *frons* exercitus instructi dicitur, eadem figura, qua partes à læva dextraque, *cornua*. Tamen Pal. 3. habet, *non inveh. in med. ac. sed urg. frontem*. Verum negativam natam putat Freinshemius ex præcedenti voce *Tauron*, collisa cum sequenti *invehimini*: qua demum recepta proclive fuit, & in *sed* mutare.

16 *Anceps genus auxilii est*] Ita Livius de falcatis curribus 37. 41. *Eumenes haud ignarus pugnæ, & quam anceps esset auxilii genus*. Sed elephantos Lucret. 5. 1349. *commune malum* nominat. De hac re Stewechius in Veget. 3. 24. Illud, *inquit*, certe silentio prætereundum non est, sæpe communi partis utriusque periculo productos in campum elephantos. testis mihi Hirtius de bello Africano cap. 27. Plutarchus in Pyrrho cap. 55. Q. Curtius. eo quod hæ bestiæ in suos frequenter se converterent. testis Appianus de bellis Punicis. luculentissimum quoque ejusdem testimonium laudandum puto ex libro de bello Hispaniensi. Unus, inquit, elephantorum gravi percussus saxo de muro caput, furere atque effrenate ferri cœpit, inque amicos horrendo clamore furens se conjecit, quemvis obvium trudens ac proterens. similiter & reliqui elephanti, illius clamoribus exterriti, fecerunt. quod quidem sæpe numero solent, cum insaniunt, quemvis ut inimicum accipientes, ob quam eorum perfidiam quibusdam communes hostes appellati. Arrianus certe 5. 2. ita etiam in hoc prœlio usu venisse docet. Idem Siculus 17. 88. narrat, & Curtius ipse mox infra. Plin. 8. 9. *minimo suis stridore terrentur, vulneratique & territi retro semper cedunt, haud minore partium suarum pernicie*. Raderus. Adde Florum 1. 18.

In hostem enim imperio] Hoc Alexander in orat. ad milites lib. 9. Curtii pluribus ostendit, & Livius probat exem-

tus concitat equum primus. Iamque, ut deſtinatum erat, invaſerat ordines hoſtium; quum Cœnus in-
18 genti vi in lævum cornu invehitur. phalanx quoque in mediam Indorum aciem uno impetu prorupit. At Porus, qua equitem invehi ſenſerat, *belluas agi* juſſit: ſed tardum & pene immobile animal equorum velocitatem æquare non poterat. ne ſagittarum qui-
19 dem ullus erat barbaris uſus. quippe longæ & præ-graves niſi prius in terra ſtatuerent arcum, haud ſatis apte & commode imponunt. Tum humo lubrica, & ob id impediente conatum, [a]molientes ictus,
20 celeritate hoſtium occupabantur. Ergo ſpreto regis imperio (quod fere fit ubi turbatis acrius metus quam dux imperare cœpit) totidem erant imperato-
21 res, quod agmina errabant. alius *jungere aciem*; alius *dividere*; *ſtare* quidam; & nonnulli *circumvehi terga hoſtium* jubebant. [b]nihil in medium conſulebatur.
22 Porus tamen cum paucis, quibus metu potior fuerat pudor, conligere diſperſos, obvius hoſti ire pergit,
23 *elephantoſque ante agmen ſuorum agi* jubet. Magnum belluæ injecere terrorem; inſolituſque ſtridor non equos modo, tam pavidum ad omnia animal; ſed viros

INTERPRETATIO.

a *Dum ſagittas* in hoſtem *deſtinant.*

b *Nihil commune conſilio decernebatur.*

NOTÆ.

exemplo pugnæ inter Marcellum & Annibalem: *Eo magis ruere in ſuos belluæ, tantoque majorem ſtragem edere, quam inter hoſtes ediderunt, quanto acrius pavor conſternatas agit, quam infidentis magiſtri imperio reguntur.* Hermannum Hugonem conſer. lib. 1. de militia equeſtri capite 5. *Lœcenius.*

17 *In lævum cornu*] Ex mente Curtii, ſi non ex calamo, certiſſimo legendum, *in dextrum.* ita etiam Arrianus 5. 2. *Cœnum ad dextrum cornu mittit.* Raderus.

19 *Imponunt*] Mſſ. Q. *imponuntur.* ſicut divinaveram, voluetamque part. *tum* expungi.

23 *Non equos modo, tam pavidum ad omnia animal*] Qui ſtridorem elephantorum ferre non poſſunt. Vide quæ notavi ad Florum 1. 18. Quare Cæſar in Africa bellum gerens contra Scipionem & Iubam, qui elephantos habebant, ipſe quoque nonnullos ex Italia adduci juſſit, non alio fine, niſi ut milites eos ex quotidiano conſpectu metuere deſinerent, atque *ut jumenta beſtiarum odorem, ſtridorem, ſpe-*

ciem,

viros quoque ordineſque turbaverat. Iam fugæ circumſpiciebant locum paulo ante victores; quum Alexander Agrianos & Thracas leviter armatos, [a] meliorem concurſatione quam cominus militem, emiſit in belluas. Ingentem ii vim telorum injecere & elephantis, & regentibus eos. phalanx quoque inſtare conſtanter territis cœpit. Sed quidam avidius perſequuti belluas in ſemet inritavere vulneribus. obtriti ergo pedibus earum, ceteris, ut parcius inſtarent, fuere documentum. Præcipue [b] terribilis illa facies erat, quum manu arma viroſque conriperent, & ſuper ſe regentibus traderent. Ancèps ergo pugna nunc ſequentium, nunc fugientium elephantos, in [c] multum diei varium certamen extraxit: donec ſecuribus [id namque genus auxilii præparatum erat] pedes amputare cœperunt. *Copidas* vocant gladios leviter curvatos falcibus ſimiles, quîs adpetebant bellua-

24 25 26 27 28 29

INTERPRETATIO.

a *Aptiorem velitationi* equeſtri, *quam pugnæ ſtatariæ.*

b *Formidabile ſpectaculum erat.*

c *In magnam diei* partem *produxit ancipitem pugnam.*

NOTÆ.

ciem, conſuetudine captarum, non reformidarent. Hirtius de bello Afr. cap. 72. Atque hæc ratio potiſſimam difficultatem tranſeundi Hydaſpis objecit Alexandro, notante Arriano 5. 2. ſolum hoc timuiſſe, ne equi ſpecie & clamore belluarum territi rem turbarent. Ibid. editum eſt: *neque enim putabat* (Porus) *quenquam hoſtium per illa elephantorum interſtitia penetrare ſurum, ſed ne equites quidem, equitum metu.* neſcio an typothetæ vitio. legendum enim: *equorum metu.* Scipio contra Annibalis elephantos *equitatum Numidarum in utroque cornu lacerabit, aſſuetum ferre odorem & aſpectum elephantorum. Italico vero non aſſueto, talibus poſtremam aciem clauſit.* Appian. de bell. Punicis. Quod autem *pavidum ad omnia animal* vocat, de inſolito tumultu aut ſpecie interpretare: cujus rei exemplum in Livio 10. 28. *Freinsh.* Hoc ita capiendum, quod pavor equorum ex inſolitis, aſſuetudine dediſcendus. vide Hermann. Hug. lib. 11. de mil. equ. cap. 3. *Lecenius.*

24 *Agrianos & Thracas*] Hos ut equites ſagittarios crederet Explanator. in cauſa fuit Arrianus 5. 2. ut conjicio, qui tradit Alexandrum in Indos immiſiſſe mille hippotoxotas. Sed eos ex eodem loco *Daas* fuiſſe crediderim. certe Agriani & Thraces non magis equeſtri rei ſtudere potuerunt, quam apud nos Helvetii aut Rhæti. *Idem.*

29 *Belluarum manus*] Proboſcides,

luarum manus. nec quidquam inexpertum non mortis modo, ſed etiam in ipſa morte novi ſupplicii timor omittebat. Ergo elephanti vulneribus tandem fatigati ſuos impetu ſternunt, & qui rexerant eos præcipitati in terram, ab ipſis obterebantur. Itaque pecorum modo magis pavidi, quam infeſti, ultra aciem exigebantur; quum Porus deſtitutus à pluribus, tela multo ante præparata in circumfuſos ex elephanto ſuo cœpit ingerere, multiſque eminus vulneratis, expoſitus ipſe ad ictus undique petebatur. Novem jam vulnera hinc tergo, illinc pectore exceperat, multoque ſanguine profuſo [a] languidis manibus magis elapſa, quam excuſſa tela mittebat. Nec ſegnius bellua inſtincta rabie, nondum ſaucia invehebatur ordinibus; donec rector belluæ regem conſpexit fluentibus membris omiſſiſq; armis vix compotem mentis. Tum belluam in fugam concitat ſequente Alexandro: ſed equus ejus multis vulneribus confoſſus deficienſque procubuit poſito magis rege, [b] quam effuſo. itaque dum equum mutat, tardius inſequutus eſt. Interim frater Taxilis regis Indorum præmiſſus ab

INTERPRETATIO.

a *Qua defeſſis* ejus *manibus excidebant potius quam vi conjiciebantur.*

b Leniter *potius deponens Alexandrum, quam projiciens.*

NOTÆ.

des, amputatu non ita difficiles, ut bello Pyrrhi Tarentino C. Minucius oſtendit apud Florum 1. 18. & Plinium 8. 7. Sic veteranus Cæſaris ab elephanto in altum ſublatus, proboſcidem cecidit. Hirtius de bell. Afr. cap. 85.

32 *Novem jam vulnera*] Arrian. 5. 2. nonnihil à Curtio divertit: Cum in dextro humero, quem quidem ſolum in pugna nudum ferebat, vulnus accepiſſet (nam à reliquo corpore thorax facile tela propulſabat) ipſe alioqui inſigni & robore & membrorum convenientia præditus, ut poſtea ejus conſpectus docuit, converſo elephante receſſit. *Siculus* 17. 88. Porus tandem cum heroïce depugnaſſet, per multitudine vulnerum exſanguis animo deficit, & viribus infractis è bellua ad terram delabitur. *Rader.* Themiſtius quoque orat. 9. multis vulneribus affectum fuiſſe tradit. item Iuſtinus 12. 8. In Arriani loco eſt quod obiter moneam, illa verba, ἀφειτο ἂν κατὰ τὸ ἰσχὺν, ὦ ἀ ἁρμοσίαν, de ipſo Poro

ab Alexandro, monere cœpit Porum, *ne ultima experiri perſeveraret, dederetque ſe victori.* At ille quam- 36
quam exhauſtæ erant vires, deficiebatque ſanguis; tamen ad notam vocem excitatus: *agnoſco*, inquit, *Taxilis fratrem imperii regnique ſui proditorem*: & telum, [a] quod unum forte non effluxerat, contorſit in eum, quod per medium pectus penetravit ad tergum. Hoc ultimo virtutis opere edito fugere acrius 37
cœpit: ſed elephantus quoque, qui multa excepe-
rat tela, deficiebat. itaque ſiſtit fugam, peditemque ſequenti hoſti objecit. Iam Alexander conſequutus 38
erat, & pertinacia Pori cognita, vetabat *reſiſtentibus parci.* Ergo undique & in pedites, & in ipſum Porum tela congeſta ſunt: quîs tandem gravatus labi ex bellua cœpit. Indus qui elephantum regebat, 39
deſcendere eum ratus, more ſolito elephantum *procumbere* juſſit *in genua*; qui ut ſe ſubmiſit, ceteri

quo-

INTERPRETATIO.

a *Quod ſolum fortuito non exciderat* Poro.

NOTÆ.

Poro perperam accipi, reddique, *ipſe alioqui inſigni & robore*, &c. nam de thorace loquitur auctor: *firmitudinis & operis eximii thorax, ut poſtea intuentibus apparuit, facile tela propulſabat.* Freinsh.

34 *Equus*] Bucephalus.

36 *Proditorem*] Sed qui illud in fratrem Taxilis convenerit? in ipſum potius. ergo *proditoris* repono. volentibus etiam Mſſ. quos poſtea inſpexi. *Freinsh.*

37 *Virtutis opere*] Simili re ſtyloque Livius 30. 35. *Hoc edito velut ultimo virtutis opere, Annibal quum Adrumetum refugiſſet*, &c. Quod hi *ultimum virtutis opus*, id *extremam virtutem* appellat Statius, ubi Tydeus,

—— *nec me virtus extrema fefellit.*

39 *Procumbere juſſit*] De elephantorum indole, docilitate, &c. habes apud Plinium lib. 8. multis à principio capitibus, & Lipſium ſingulari epiſtola 50. cent. 1. Sed de Pori elephanto ex Plutarcho cap. 106. cognoſces, quomodo regi in terram demiſſo è vulneribus tela ſenſim & leniter extraxerit. Audi quæ de eodem forte (quem tamen Curtius confoſſum prodit) tradat Philoſtratus 2. 6. nullo modo prætermittenda, mira ſane & memoranda. De elephantorum, *inquit*, ætate, & quod longiſſimæ vitæ ſint, ab aliis pluribus ſcriptum eſt: veruntamen hi penes Taxila urbem omnium urbium, quæ apud Indos ſunt, maximam, elephantum inveniſſe perhibent, quem inungebant, & vittis ac myrteis coronis indigenæ ornabant: aſſerentes unum ex his eſſe qui pro rege Poro adverſus Alexandrum pugnaverat, quem propterea quod in pugna promptiſſime verſatus eſſet, Alexander Soli dedica-

quoque, ita enim instituti erant, demisere corpora in terram. ea res & Porum, & ceteros victoribus
40 tradidit. Rex *spoliari corpus Pori*, interemptum esse credens, jussit, & qui detraherent loricam vestemque, concurrere; quum bellua dominum tueri & spoliantes cœpit adpetere, levatumque corpus ejus rursus dorso suo imponere. Ergo telis undique obruitur, confossoque eo in vehiculum Porus imponi-
41 tur. Quem Rex ut vidit adlevantem oculos, non odio, sed miseratione commotus, *qua malum*, inquit, *amentia te coëgit rerum mearum cognita fama, belli fortunam experiri; quum Taxiles esset in deditos cle-*
42 *mentia mea tam propinquum tibi exemplum?* At ille, *quoniam*, inquit, *percontaris, respondebo ea libertate, quam interrogando feciſti. Neminem me fortiorem esse censebam. meas enim noveram vires, nondum experius tuas: fortiorem esse te, belli docuit eventus. Sed ne sic quidem parum felix sum,* [a] *secundus tibi.* Rursus interro-

INTERPRETATIO.

a Qui *primus à te* sim fortitudine.

NOTÆ.

dicavit. esse autem illi torques aureos circa dentes, seu potius cornua libeat appellare, & in torquibus literas Græcas insculptas hæc verba referre: *Alexander Iovis F. Ajacem Soli.* hoc enim Ajacis nomen ipse elephanto imposuit, magnum magno nomine exornans. Conjiciunt autem indigenæ annos quinquaginta supra trecentos, ab ea, quam diximus, pugna, ad ea tempora intercessisse: cum tamen scire non possint, quot fuerit natus annos, quando pugnæ interfuit. *Raderus.* Multa de elephantis Bulenger. de Venat. Circi, toto cap. 21. ubi miror inter plurima Æliani loca me non reperire cap. 37. lib. 7. de animal. ubi de Pori elephanto idem quod Plutarchus tradit, adjicitque semet ipsum inclinasse, quasi diceret, sua sponte, non à magistro jussum, procubuisse. Sed Curtio potius credam. sic enim edocebantur. Seneca epist. 85. *elephantum minimus Æthiops jubet subsidere in genua.* Vide Marcil. ad Martial. l. 17. Idem Ælianus 3. 46. similia fere quæ de Pori elephanto Curtius, de alio Indico narrat, qui dominum suum protexerit, & labentem promuscide sustulerit. *Freinsh.*

Qui ut se submisit, ceteri quoque, &c.] Sic olim Sybaritarum equi cantu tibicinis excitati saltantes (ita enim in pace edocti erant) ordines turbarunt, & sessoribus excussis hosti victoriam dederunt. quod documento erit, belluas, quarum usus in bello erit, non otii ludicris, sed militiæ commodis instituere. *Loccen.*

41 *Qua malum*] Similiter fere Perseum percontatur Æmilius apud Livium 45. 8.

43 *Quid*

rogatus, *quid ipse victorem statuere debere* censeret; *quod hic*, inquit, *dies tibi suadet : quo experius es, quam caduca felicitas esset.* Plus monendo profecit, 44
quam si precatus esset. quippe magnitudinem animi ejus interritam, ac ne fortuna quidem infractam, non misericordia modo, sed etiam honore excipere dignatus est. ægrum curavit haud secus, quam si pro 45
ipso pugnasset: [a] confirmatum contra spem omnium in amicorum numerum recepit: mox donavit ampliore

INTERPRETATIO.

[a] Postquam *prater omnium opinionem convaluit.*

NOTÆ.

43 *Quid ipse*] Avet & audet animus pro *ipse*, *in se* rescribere, nisi utrumque simul forsan aliis videatur. *Acidalius.*

Quod hic dies] Plutarchus cap. 106. & de ira cohib. cap. 16. cum Arrianus 5. 2. simpliciter tradit, rogatum ab Alexandro Porum respondisse βασιλικῶς *regie*, seu *regaliter*, atque *in eo esse omnia*. multo elegantior & urbanior est narratio Curtii. *Raderus.* Ego Curtio irascor quod interpolaverit responsum Pori à Græcis relatum, quod & credibilius est, & admirandæ majestatis gravitatisque plenum. Egregie de eo differentem Themistium vide, orat. 9.

44 *Monendo profecit, quam si precatus esset*] Sic apud Valer. Max. 3. 8. *Mavius quo vitam constantius contempsit, eo facilius impetravit.* Plutarch. Lucullo cap. 28. *Pomponius, non obscurus vir, saucius captus est, atque ad Mithridatem vulneribus gravis pertractus. Quem ubi rogavit rex, an, si ipsum conservasset, amicus sibi esset futurus? Sane, inquit, si pacem cum pop. Romano feceris: sin secus, hostis. Cujus rex admiratus virtutem, nihil eum læsit.* Eximie Seneca ad Helviam 13, 7. *Qui adversus savissimos casus casu se extollit, & ea mala quibus alii opprimuntur, evertit, ipsas miserias insularum loco habet: quando ita affecti sumus, ut nihil aque magnam apud nos admirationem occupet, quam homo fortiter miser.* De Q. Mucio Scævola notum ex Livio 2. 12. Non superbum, nec abjectum, sed cordatum & generosum devicti responsum ut forti clementique victori virtutis argumentum habetur; ita ipsi victo prodest: dum victor probat ejus animum fortunæ parem, & talem esse deprehendit, qui non contaminet ejus victoriam degenere spiritu. qua de re fuse Scipio Amiratus lib. 12. disc. 2. *Loccenius.*

45 *Mox donavit ampliore regno quam tenuit*] Suffragatur Plutarch. cap. 107. *Adjecit liberorum ibi populorum, quos subegit, regionem, in qua nationes quindecim, urbium non mediocrium quinque millia, & vicos quamplurimos memorant fuisse.* Arrian. 5. 2. *Aliam ei regionem vetere ampliorem adjecit.* Raderus. Habuit Plutarchus in animo, quod, teste Plinio 6. 17. *Alexandri Magni comites in eo tractu India queni subegerant, scripserunt quinque millia oppidorum fuisse, nullum Cominus gentium IX.* adjicit Strabo l. 15. *regionem hanc totam ab Alexandro subactam, & Poro esse traditam.* Est autem quod in utroque corrigendum putem; gentium numerum in Plutarcho. nam in novem Plinius cum Strabone consentiunt. in Plinio, quod non satis determinate descripserit tractum eum In-

46 pliore regno, quam tenuit. Nec ſane quidquam ingenium ejus ſolidius aut conſtantius habuit, quam admirationem veræ laudis & gloriæ: [a] ſimplicius tamen famam æſtimabat in hoſte, quam in cive, quippe à ſuis credebat magnitudinem ſuam deſtrui poſſe; eamdem clariorem fore, quo majores fuiſſent, quos ipſe viciſſet.

INTERPRETATIO.

a *Æquius tamen de hoſtium gloria judicabat, quam Macedonicum.*

NOTÆ.

diæ, lectoremque in hunc errorem inducat, in quo fortaſſis & ipſe fuit, ut putet totum Indiæ tractum ab Alexandro domitum intelligi, cum ejus comites hunc modo intellexerint, qui inter Hydaſpem & Hypanim eſt, ut diſerte tradit Strabo. & juvat Arrian. 5. 3. Nam inter Indum & Hydaſpem multum terrarum ſubegerat, quas Poro non tradidit. *Freinsh.* Hoc Alexandri factum inſigni laudis præconio ornat Seneca lib. 1. de Clement. cap. 21. *Si regnum quoque ſuum tuto relinqui apud victum potuit reponique eo unde deciderat, ingenti incremento ſurgit laus ejus, qui contentus fuit ex rege victo nihil praeter gloriam ſumere.* Tullius pro Marcello, *animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare, adverſarium nobilitate, ingenio, virtute præſtantem non modo extollere jacentem, ſed etiam amplificare priſtinam ejus dignitatem, ſimile quid divinitati* ſtatuit. *Lucenius.*

46 *In hoſte*] Habet enim hoc virtus, ut mirentur eam & hoſtes. Alexander hic ſupra 4. 6. *virtutis in hoſte mirator* prædicatur. Vibius Virius apud Livium 26. 13. *& ipſi virtutem mirabuntur hoſtes.* Cicero in L. Pisonem cap. 32. *Habet hoc virtus, ut viros fortes ſpecies & pulchritudo etiam in hoſte poſita delectet.*

Quam in cive] Hoc animo ferunt & Herculem fuiſſe. Apollod. lib. 2. *Ubi Telamonem prius intraſſe* (Trojam) *videt, ſtricto in eum enſe vadit: Nam in meliorem ſe ipſo volebat neminem.* De Saülis in Davidem invidia ſacræ literæ teſtantur; profanæ de Antiochi in Hannibalem, Dionyſii in Dionem, Tiberii in Germanicum, Claudii & Neronis in Corbulonem, Conſtantii in Iulianum, &c. Alias certe verum eſt Plutarchi, cap. 63. teſtimonium de Alexandro: *Candidus erga omnem virtutem erat, factorumque ad memoriam cuſtos & fautor honeſtorum.* Freinsh.

Quo majores fuiſſent, quos ipſe viciſſet] Maximam è victoria Pori laudem ſibi quæſiſſe viſus eſt, quem regum & hoſtium maximum & potentiſſimum videri voluit, cum dixit ſup. num. 14. *Tandem par animo meo periculum video.* Addam huic libro coronidem ex Tarìcio Mircondo Perſa (Tarich Mircondi Perſæ) cujus de rebus Perſarum hiſtoria magnopere laudatur, in Hiſpanum ſermonem à Petro Teixeira nobili Luſitano tranſlata, è qua hæc decerpta ſunt. Porus (qui Indis *Fer* appellatur) primo prælio fuſus reparatis viribus viginti diebus cum hoſte velitatus eſt. & cum Macedo videret ſe viribus Poro imparem & victum, ad ſingulare certamen Indum provocavit: nec Porus duellum detrectavit. In patenti ergo campo paribus armis & animis congreſſi, cũ in medio conflictu ingens ex Pori caſtris clamor accideret, miratus quid eſſet, reſpexit; ſimulq; vulnere ab Alexandro occupatus concidit. In hac hiſtoria, quædam vera, quædam fabuloſa credi poſſunt, aut contra reli-

Digitized by Google

reliquorum ſcriptorum fidem. De ſecundo nimirum prælio & viginti dierum velitatione, quam tamen ad ripam Hydaſpis ab utroque rege obſeſſam, & tranſitum tentatum, poſſis referre. De duello etiam non caret Teixeira ſuffragatore. Iuſtin. 12. 8. audi: Porus *ſibi regem privatum hoſtem depoſcit. nec Alexander pugna moram fecit, ſed prima congreſſione vulnerato equo cum præceps ad terram decidiſſet, concurſu ſatellitum ſervatur. Porus multis vulneribus obrutus capitur.* Sed quo tempore, anno, ætate Alexandri hæc perpetrata? Annum & anni tempus ſignavit Arrianus 5. 2. *Hujuſmodi*, inquit, *exitum habuit pugna Alexandri adverſus Porum & Indos trans Hydaſpen amnem colentes, Archonte Athenis Hegemone, menſe Martio.* At enim ſup. idem Arrian. de hoc ipſo tempore, quo Hydaſpen trajecit, ſui immemor, ut videtur, ſcripſit, fuiſſe tum *ſolſtitium æſtivum*. Itaque auctori hæc concilianda reliquo & remitto. Diodor. 17. 87. nonum hunc imperii annum Alexandri, & nonum & vigeſimum ætatis, Chremete Archonte Athenis, non Hegemone, ut Arrianus, ſcripſit. cum Diodoro facit ἀναγεγραπὼ ὀλυμπάδων. Π'Λ ΡΙΓ. Χείμας. Ἀλέξανδρ@ μεταξὺ τ Πώρ@ νικᾷ. *Raderus.* Conſule Meurſium de Archont. Athen. 4. 14.

Q. CVRTII RVFI, DE REBVS GESTIS ALEXANDRI REGIS MACEDONVM, LIBER IX.

CAP. I.

Devicto Poro, in Indiam penetrat Alexander, variasque gentes & urbes, quarum mores describuntur, sibi subjicit.

1 ALEXANDER tam memorabili victoria lætus, qua sibi Orientis fines apertos esse censebat, Soli victimis cæsis; milites quoque, quo promptioribus animis reliqua belli munia obirent, pro concione laudatos docuit, *quidquid Indis virium fuisset, illa dimicatione prostra-*
2 *tum. ceteram opimam prædam fore [a] celebrataſque opes in ea regione eminere, quam peterent. proinde jam vilia & obsoleta esse spolia de Persis: gemmis margaritisque, & auro atque ebore Macedoniam Græciamque, non suas*
3 *tantum domos repleturum.* Avidi milites & pecuniæ & gloriæ; simul quia nunquam adfirmatio ejus fefellerat eos, pollicentur operam: dimissisque cum bona spe,

INTERPRETATIO.

a *Divitias* rumore *majores esse in iis locis quæ adituri erant.*

NOTÆ.

1 *Soli victimis cæsis; milites quoque*] *Cujus beneficio partes Orientis subegisset.* Diodor. 17. 89. Eodem pertinet elephantus Soli consecratus, ut ex Philostr. 2. 6. patet. Apud eundem 2. 15. legimus eum etiam aras, de quibus infra, *Soli Indico* inscriptisse. Quod fortasse ansam præbuerit fabulosis narrationibus de arbore solis fatidica. *Freinsh.*

2 *Ceteram*] Freinshemius divinatur: *ceterum opimam prædam, cel op. in ea regione manere, &c. repleturos.*

3 *Nunquam adfirmatio ejus fefellerat eos*] Eo sibi maxime devincit suorum animos Princeps; si quod verbis promisit, facto præstet; &, ut Pindarus loqui amat, linguam faciat æneam incude

ſpe, *navigia ædificari* jubet, *ut quum totam Aſiam percurriſſent, finem terrarum mare inviſeret.* multa materia navalis in proximis montibus erat; quam cædere adgreſſi, magnitudinis inuſitatæ reperere ſerpentes. 4
Rhinocerotes quoque, rarum alibi animal, in iiſdem montibus erant. ceterum hoc nomen belluis eis inditum à Græcis: ſermonis ejus ignari aliud lingua ſua uſurpant. Rex duabus urbibus conditis in utraque fluminis, quod ſuperaverat, ripa; copiarum duces coronis & mille aureis ſingulos donat: ceteris 5 6
quo-

NOTÆ.

eude non mentiente. Quotuſquiſque fidem ſervabit, ſi Princeps eam fallat? cujus exemplo facile alii ludent promiſſis. quod tamen honeſtis viris indignum, Principe indigniſſimum eſt. Iſocrates orat. ad Nicoclem docet, Principis eſſe tanti facere veritatem, ut plus habeatur fidei ſimplici ejus adfirmationi, quam aliorum dejerationi. *Loccen.*

4 *Serpentes*] *Ad ſedecim uſque cubitorum longitudinem porrectos.* Diodor. 17. 90. hoc eſt, quatuor & viginti pedes. Idem [Ælian. hiſt. an. 17. 2. ex Clitarcho, &] Arrian. Ind. 2. 35. teſtatur, qui tamen addit etiam multo majores ex Indorum narratione reperiri. Sed quid hæc ad Strabon. lib. 15. qui ex Oneſicrito refert, in Abiſari regione duos dracones nutritos, quorum alter 80 cubitos, alter 140 longitudine æquaret, qui ducentos decem pedes efficiunt. Adde Plin. 8. 14. Megaſthenes ſcribit, in India ſerpentes in tantam magnitudinem adoleſcere, ut ſolidos hauriant cervos tauroſque. Metrodorus circa Rhindacum amnem in ponto, ut ſupervolantes, quamvis alte perniciterque, alites hauſtu raptas abſorbeant. Nota eſt in Punicis bellis ad flumen Bagradam à Regulo Imperatore balliſtis tormentiſque, ut oppidum aliquod, expugnata ſerpens 120 pedum longitudinis: pellis ejus maxillæque uſque ad bellum Numantinum duravere Romæ in templo: [Cur non addidit quo templo. an Capitolino: an rectius apud Obſequentem cap. 29. legitur, *in publico?* Vide & Florum 2. 2.] Polyhiſtor. cap. 55. de Indicis ſerpentibus: *Enormitas in ſerpentibus tanta eſt, ut cervos & animantium alia ad parem molem tota hauriant, &c.* Sed omnium narrationes vincit Maximus Tyrius diſſertatione 38. Taxiles Alexandro varia mira oſtendit. *in hu animal erat maximum Baccho ſacrum, cui victimas quotidie Indi mactabant. hoc animal draco erat, qui jugera terra quinque corpore æquaret.* Raderus. De draconibus & elephantis quos illi enecent, Plin. 8. 11. & alii. *Freinsh.*

5 *A Græcis*] A cornu quod è naribus extat. [Ælian. hiſt. anim. 17. 44.] *Sandabenamet* Indi vocant, ut docet Geſnerus; *Reem* Hebræi, *Karas* Chaldæi nominant, vel *Karaſus*, Latinis *Bos* vel *Taurus Æthiopicus*. Raderus.

6 *Copiarum duces*] Horatius:
Auro repenſus miles acrior redibit.
Sed munera ac præmia cum delectu ac judicio, habita ratione non ſolum perſonarum, ſed & meritorum cujuſvis, diſtribuenda ſunt. *Loccen.*

Coronis] Sic etiam poſtea *Nearchum & Leonnatum aureis coronis coronavit.* Arrian. Ind. 7. 13.

Mille aureis] Quos eandem ſummam conficere ſcribit Scaliger, quam ſupra 8. 6. *quinquaginta ſeſtertia.*

quoque proportione, aut gradus, quem in militia obtinebant; aut navatæ operæ, honos habitus eſt.
7 Abiſares, qui prius quam cum Poro dimicaretur, legatos ad Alexandrum miſerat; rurſus alios miſit, pollicentes *omnia factum quæ imperaſſet, modo ne cogeretur corpus ſuum dedere; neque enim aut ſine regio*
8 *imperio victurum: aut regnaturum eſſe captivum.* Cui Alexander *nunciari* juſſit; *ſi gravaretur ad ſe venire, ipſum ad eum eſſe venturum.* Hinc Poro amneque ſupera-

NOTÆ.

Corpus ſuum dedere] Ita Iugurtha apud Salluſt. *prater ſuam liberorumque vitam omnia Metello dedebat.* Apud Hirtium de bell. Gall. 8. *Comius legatos ad Antonium mittit, ſeque ibi futurum, ubi præſcripſerit, & ea facturum, quæ imperaverit, obſidibus datis firmat: unum illud erat* (ſcrib. *erat.*) *ut timori ſuo concederetur, ne in conſpectum veniat cujuſquam Romani.* Ceterum de Abiſare non proſequitur Curtius, quid poſtea acciderit. nec enim ſi hæc ita fuiſſent acta, diſtuliſſet in eum movere Alexander. Quod cum non evenerit, verior omnino mihi videtur Arriani, 5. 4. narratio: Abiſarem per legatos excuſaſſe valetudinem, Alexandrum excuſationem accepiſſe. *Freinsh.*

2 *Si gravaretur ad ſe venire*, &c.] Occurſus, honoris vel officii cauſa debitus, ſi negligatur, contemtus, ſuperbi vel inimici animi ſignum haberi ſolet, ut notum eſt. Vid. Cicer. 3. fam. epiſt. 7. Caſaubon. ad Suetonii Caligulam pag. 434. 435. & alii. *Locen.*

Poro amneque] Sic omnes editiones Modianis antiquiores habent, quæ lectio, inquit Modius, ab iis procul dubio manavit, qui amnem etiam hoc nomine in India ignorabant. Sed velim diſcere ex Modio, apud quem geographum, aut hiſtoricum, aut ſcriptorem, amnem Porum legerit? Ptolemæus quidem *Porvaros* Indiæ populos laudat, ſed de ipſo flumine Poro nulla apud ipſum vox, niſi dicas Porvaros à Poro amne derivari. In chirographo Conſtantienſi *Poro amne ſuperato* ſcriptum eſt: quomodo legit etiam in ſuis Mſſ. Modius, & edidit. Si Porus amnis non fuit, quæro, quem amnem victo Poro ſuperavit, cum ante confictum Hydaſpen, ad quem caſtra habebat Porus, trajeciſſet, Pori autem nulla prius facta ſit mentio. Sequor ergo Modium, quoad in meliorem rei cognitionem veniam. *Raderus.* Multa mihi ſuccurrunt, ſtabiliendo huic loco vel ſubvertendo. Poſſis enim dicere Curtium, reliquam Alexandri expeditionem relaturum, repetiſſe illa *Poro amneque* (Hydaſpe) *ſuperato*: ut ſciretur quo porro fuerit profectus. Sed magis eſt ut de Aceſine tranſmiſſo hic agat. Nam inter Hydaſpen & Hyraoten, de quo mox, Aceſinem eſſe conſtat ex Strabone. Quin & diſerte Arrian. 5. 3. narrat, eum hoc tempore Aceſinem tranſiviſſe. fortaſſis igitur ſcribendum: *Hinc Poro Aceſineque ſuperato.* notandum enim Curtium in his poſtremis libris valde properare: quædam magna negotia omnino prætermittere, alia leviter attingere. quod hic quoque factum puto, & expeditionem in alterum Porum, illius magni nepotem, cujus præter Arrianum etiam Strabo meminit, verbo ſignatam. Eodem enim tempore Aceſinem tranſmiſit, iſtique Poro arma intulit. Arrianum inſpice: qui tamen cum Strabone illi Poro regionem intra Hyaroten & Hypaſin tribuit. Nec tamen abſurdum eum ad Aceſinem quoque imperaſſe. videtur utique vicinus alteri Poro fuiſſe. *Freinsh.*

10 *Flexi*

gitized by Google

perato ad interiora Indiæ proceſſit. Sylvæ erant pro- 9
pe in immenſum ſpatium diffuſæ, proceriſque & in
eximiam altitudinem editis arboribus umbroſæ. ple- 10
rique rami inſtar ingentium ſtipitum flexi in humum,
rurſus, qua ſe curvaverant, erigebantur adeo, ut
ſpecies eſſet non rami reſurgentis, ſed arboris ex ſua
radice generatæ. Cœli temperies ſalubris: quippe & 11
[a]vim ſolis umbræ levant; & aquæ largæ manant è
fontibus. Ceterum hic quoque ſerpentium magna 12
vis erat, ſquamis fulgorem auri reddentibus; virus
haud ullum magis noxium eſt: quippe morſum præ-
ſens mors ſequebatur; donec ab incolis remedium
obla-

INTERPRETATIO.

a *Ardorem ſolis umbracula* nemorum *imminuunt*.

NOTÆ.

10 *Flexi in humum*] Goropius in Indoſcythicis pag. 485. quoque de his arboribus multa & mira; putatque ficum fuiſſe, ſub qua Adam decerpſerit exitiale ſibi & humano generi malum. Habes porro harum arborum iconiſmum apud Carolum Cluſium Exotic. lib. 2. ubi hunc quoque Curtii locum adducit. *Rad.* Neſcio an intelligat Cluſii notas in Garciæ hiſtoriam aromatum. Ibi enim prolixe deſcribit arboris genus ex narratione Fabricii Mordentis Salernitani, qui ei narravit, *interdum octingentos aut mille viros, quo in numero ipſe fuiſſet, unius hujuſcemodi arboris umbra tegi: atque affirmabat terna etiam hominum millia ſub tali arbore latere poſſe.* Additque, veteribus etiam cognitam arborem, teſtimonio Curtii, Plinii 12. 5. & 7. 2. Strabonis lib. 15. Theophraſti de plantis 4. 5. Porro ut iſtæ Indicæ arbores ſua ſponte tellurem rurſus ſubeunt: ſic arte & cura effecerunt Hunni, ut arbuſtis varie implicantibus frondes, tota eorum regio in ſepis modum cingeretur. *Munſter. Coſmogr.* 4. 2. Cujus generis ſupra quoque 6. 5. Mardorum munitio deſcribitur. Et illi quidem ſecuritatis cauſa hoc faciebant, alii voluptatis. Quam & ipſam lectori non invideam, ex amœniſſimo loco Vallæ l. 3. Hiſt. Valentiæ in Hiſpania horti non tantum citris conſiti, ſed etiam citreis parietibus vivente materia concluſi: ut dubites horti ne ſint, an ædes. Sunt enim parietes ex truncis citriorum confecti, & tamen frondibus veſtiti, ut perſpici introrſum nequeat, nedum intrari. *Videtur iis verbis*, ut perſpici introrſum nequeat, &c. *reſpexiſſe Cæſarem de bell. Gal.* 2. 17. *ubi Nervii* teneris arboribus inciſis, atque inflexis, crebriſque in latitudinem ramis enatis, & rubis ſentibuſque interjectis effecerant, ut, inſtar muri, hæ ſepes munimenta præberent: quo modo non intrari ſed ne perſpici quidem poſſet. *Freinsh.*

12 *Fulgorem auri*] Diodor. 17. 90. *aëris*. res eodem recidit. Addit deinde idem quod Curtius, *ab incolis* remedium veneni accepiſſe Macedonas. Illi enim, ut tradit Ælian. hiſt. anim. 12. 32. *quodnam medicamentum cuique ſerpentum adverſetur, probe tenent. Neminem autem Græcorum medicorum remedium adverſus Indici ſerpentis venenum reperiſſe.* Nearchus apud Arrian. Ind. 2. 35. tradidit. *Idem.*

Digitized by Google

13 oblatum eſt. Hinc per deſerta ventum eſt ad flumen Hydraoten. junctum erat flumini nemus, opacum arboribus alibi inuſitatis, agreſtiumque pavonum
14 multitudine frequens. Caſtris inde motis oppidum haud procul poſitum corona capit; obſidibuſque acceptis ſtipendium imponit. Ad magnam deinde, ut in ea regione, urbem pervenit, non muro ſolum,
15 ſed etiam palude munitam. Ceterum barbari vehiculis inter ſe junctis dimicaturi occurrerunt: aliis tela, aliis haſtæ, aliis ſecures erant; tranſiliebantque in vehicula ſtrenuo ſaltu, quum ſuccurrere la-
16 borantibus ſuis vellent. Ac primo inſolitum genus pugnæ

NOTÆ.

13 *Hydraoten*] *Hydraoten* Arrianus 5. 3. appellat. *Hyarotidem* Geograph. lib. 15.

Arboribus] Quarum alias prætermitto; unam ex Ariſtobulo apud Strabonem adnoto, ut recentioribus comparem. Eſt autem iſte locus aliquantum corruptus, ut tamen appareat, deſcribi eam *magnas ſiliquas habentem fabarum ſimiles denorum digitorum longitudine, mellis plenas: quas qui ederint, non facile evadant mortem.* Confer Ovied. hiſt. Ind. lib. 9. qui arborem occidentalis Indiæ *Maugle* vocatam inter alia ſic deſcribit: habet ſiliquas duorum palmorum longitudinis aut majores, craſſaſque Caſtaneæ ſolutivæ fructui pares, fulci coloris, pulpam medullæ oſſium ſimilem continentes, qua Indi aliorum eduliorum inopia veſcuntur. etenim ſatis amara eſt. ſalubrem tamen cibum eſſe ferunt. Ego ejus nihilominus eſu in morbum incidi, licet adeo delicati palati non ſim, &c. *Freinsh.*

Agreſtium pavonum] Horum iconiſmum ſpectabis apud Vlyſſem Aldrovandum l. 20. Ornithol. Græcis ταὼς ἄγριος vocatur, Latinis recentioribus *vanellus*, Ariſtoteli ἀίξ, vulgo *capella*. *Avis eſt pulchra, columbina magnitudine, criſtata capite; ut pavo, in collo viridi colore & lucente, reliqua corpore varia, &c.* Plura Ornithologus & Bellonius, cognitu ſane jucunda: ſed hæc nobis ſatis. *Raderus.*

14 *Magnam urbem*] Arrian. 5. 3. & Polyæn. 4. 3. *Sangala* vocant.

15 *Barbari vehiculis*] Vetus mos junctis vehiculis dimicare. Vegetius de re milit. 3. 10. *Omnes barbari carris ſuis in orbem connexis, ad ſimilitudinem caſtrorum ſecuras à ſuperuenientibus exigunt noctes.* Loccen.

Aliis tela] Credo leg. ex Mſſ. *tela aliis haſta, aliis ſecures erant.* pro quolibet armorum quibus hoſtis petitur, genere *tela* poni, notum eſt.

16 *Inſolitum genus pugnæ*] Cæſar bell. Gall. 4. 34. *perturbatis noſtris novitate pugnæ.* deſcribit autem prælium cum Britannorum eſſedariis. Adde Livium 4. 33. in prælio Fidenatium cum Romanis. Scilicet *ſubita conterrent hoſtes, uſitata veleſcunt*, ut Vegetius 3. 26. ait. Livius 10. 28. *Bis avertere Gallicum equitatum: iterum longius evectos, & jam inter media equitum agmina prælium cientes, novum pugnæ contexuit genus: effuſis, carriſque ſuperſtans armatus hoſtis, ingenti ſonitu equorum rotarumque advenit; & inſolitus ejus tumultus Romanorum conterruit equos, &c.*

17 Et

Digitized by Google

pugnæ Macedonas terruit, quum eminus vulnerarentur: deinde [a] ſpreto tam incondito auxilio, ab utroque latere vehiculis circumfuſi repugnantes fodere cœperunt. Et *vincula, quis conſerta erant*, juſſit 17
incidi, quo facilius ſingula circumvenirentur. itaque VIII millibus ſuorum amiſſis in oppiduu refugerunt. Poſtero die ſcalis undique admotis muri occu- 18
pantur: paucis pernicitas ſaluti fuit. qui cognito urbis excidio paludem tranſnavere, & in vicina oppida ingentem intulere terrorem; *invictum exercitum, & deorum profecto adveniſſe* memorantes. Alex- 19
ander ad vaſtandam eam regionem Perdicca cum expedita manu miſſo; partem copiarum Eumeni tradit, ut is quoque barbaros ad deditionem compelleret: ipſe ceteros ad urbem validam, in quam aliarum quoque confugerant incolæ, duxit. Oppidani 20
miſſis, qui regem deprecarentur, nihilominus bellum parabant. quippe orta ſeditio in diverſa conſilia diduxerat vulgum; alii omnia deditione potiora; quidam nullam opem in ipſis eſſe ducebant.

Sed

INTERPRETATIO.

a *Contemnentes tam incompoſitum ſubſidium* hoſtium.

NOTÆ.

17 *Et vincula*] Raderus inſerta voce legit, *Et rex vincula quæ conſerta erant juſſit incidi*: nec enim aliter cohærere orationem. probo, niſi quod ejus vice expungendam credo particulam &, quæ videtur ejus locum occupaſſe. *fodere cœperunt. Rex vincula, &c.* Et tamen auctores interdum diligentiam hanc connectendi prætermittunt, evidentia ſenſus & judicio lectorum ſatis confiſi. Præbet exemplum ejus rei Catilina Salluſtii cap. penultimo. *Freinsh.*

18 *Scalis undique admotis*] Arrianus 5. 3. paulo copioſius: Indos prælio fuſos de fuga cogitaſſe. Alexandrum id præſentientem duplici vallo oppidum cinxiſſe, præterquam qua ſtagnum obſtabat. ea parte erumpentes à Ptolemæo qui ibi præſidebat cum clade rejectos: cum etiam currus priore pugna captos ad impediendam fugam tranſverſos collocaſſet: ἵνα πολλὰ ἐν νυκτὶ τῇ ἄπορα φαίνηται τοῖς φεύγουσιν, *quo plures per noctem fugientibus difficultates apparerent.*

19 *Partem copiarum*] *Trecentos equites* Arrianus 5. 3.

20 *Orta ſeditio in diverſa conſilia*] Tale ſeditionis eſt ingenium:

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

Vnde diſcordia modo *ſciſſa palla*, modo *ſciſſis crinibus* à poëtis comparatur. *Lucan.*

21 Sed [a]dum nihil in commune conſulitur, qui deditioni imminebant, apertis portis hoſtem recipiunt.
22 Alexander quamquam belli auctoribus jure poterat iraſci; tamen omnibus venia data, & obſidibus acceptis, ad proximam deinde urbem caſtra movit.
23 Obſides ducebantur ante agmen. quos quum è muris adgnoviſſent, utpote gentis ejuſdem, in colloquium convocaverunt. Illi *clementiam regis ſimulque vim* commemorando, ad deditionem eos compulere: ceteraſque urbes ſimili modo deditas in fidem ac-
24 cepit. Hinc in regnum Sophitis perventum eſt. Gens, [b]ut barbari, ſapientia excellit, boniſque mo-
25 ribus regitur. Genitos liberos non parentum arbitrio

INTERPRETATIO.

a *Cum nihil communi conſilio deliberaretur, qui dedere ſe tentabant, &c.*

b *Quantum barbari* poſſunt.

NOTÆ.

21 *Dum nihil in commune conſulitur*] Exemplum dicti Vegetii: *Civile odium ad inimicorum perniciem præceps, ad utilitatem ſuæ defenſionis incautum.* Loccen.

22 *Ad proximam deinde urbem caſtra movit*] Quam neſcio unde expiſcatus ſit interpres Polyæni 4.3. *Patam* fuiſſe vocatam: niſi forte pro *πεί την πόλιν*, tum legebatur *παί την* corrupte. Narrat enim, Alexandrum, Sangalis dirutis, cum ſævitiæ fama apud barbaros laboraret, eamque amoliri cuperet, aliam deinceps urbem occupaſſe: cives benigne habuiſſe, obſidibuſque acceptis ad tertiam urbem, *ὅθι πεί την πόλιν*, moviſſe: ante eam obſides oſtendiſſe clementiæ ſuæ argumentum, eoque illos quoque hoſtes ad deditionem compuliſſe. *Freinsh.*

23 *Simulque vim*] Ita Tacit. 4. 50. *Dinis provectus ſenecta, & longo uſu vim atque clementiam Romanam edoctus, ponenda arma, unum adſtitis id remedium differebat.* Et apud eundem ſcriptorem 2. 10. Flavius: *magnitudinem Romanam, opes Cæſaris, & victis graves pœnas, in deditionem venienti paratam clementiam* extollit.

Ad deditionem eos compulere] Sic apud Livium 43. 19. Romanis *magno uſui Carvilius Spoletinus erat in colloquiis, dicendo nihil in ipſos ſævitum.* Marcellinus 17. 26. de Iuliano: *Hortante hoc exemplo clementiæ, advolaverunt regales cum ſuis omnibus, &c.*

Ceteraſque] An *ceteras quoque*, ut ſupra ad 8. 13. 3.

24 *Sophitis*] Strab. lib. 15. Diodoro 17. 91. & Arriano 6. 1. eſt Σοφείθης. Radero videtur Curtius ad σοφίαν reſpiciens, immutato pauliſper nomine, pro Sopite Sophiten dixiſſe. Sed Curtium ejus acuminis capacem fuiſſe non exiſtimat Freinshemius.

Sapientia excellit] Cujus ſpecimen habes apud Plutarch. cap. 112. de decem Gymnoſophiſtis, quibus quæſtiones propoſuit Alexander. Idem narrat Clemens Alex. lib. 6. Stromatum.

25 *Genitos liberos*] Multa de hoc more & ſimilibus aliarum gentium, impri-

trio tollunt aluntque; ſed eorum quibus ſpectandi infantium habitum cura mandata eſt. Si quos inſignes aut aliqua membrorum parte inutiles notaverunt, necari jubent. Nuptiis coëunt, non genere 26
ac nobilitate conjunctis, [a]ſed electa corporum ſpecie; quia eadem æſtimatur in liberis. Hujus gentis 27
oppidum, cui Alexander admoverat copias, ab ipſo Sophite obtinebatur. clauſæ erant portæ; ſed nulli in muris turribuſque ſe armati oſtendebant: dubitabantque Macedones, deſeruiſſentne urbem incolæ, an fraude ſe occulerent: quum ſubito patefacta por- 28
ta, rex Indus cum duobus adultis filiis occurrit, multum inter omnes barbaros eminens corporis ſpecie. Veſtis erat auro purpuraque diſtincta, quæ 29
etiam crura velabat: aureis ſoleis inſeruerat gemmas: lacerti

INTERPRETATIO.

a *Sed æſtimata corporis pulchritudine.*

NOTÆ.

imprimis de expoſitione infantium, Lipſius in epiſt. ad Belgas 1. 85. Contra *Lex* erat *Thebanorum*, vero judicio Ælian 2.7. *rectiſſime & humaniſſime*, ut illis temporibus, *poſita: Ne civi Thebano liceat infantem exponere, neque in ſolitudinem abjicere, capitis ſupplicio conſtituto, &c.*

Inſignes] Hoc eſt, inuſitato naturæ dehoneſtamento notabiles. ut exponit Gebhard. crepund. 1. 5. ubi locum hunc ita à Modio dicit divine emendatum, firmarque aliis locis, & imprimis illo Suetonii Aug. 38. *Senie vel aliqua corporis labe inſignibus.* Gloſſa: *Inſignis*, Ἐπίσημος. Sic fere apud Liv. 6. 1. Allienſis dies *inſignis rei nulli publice privatimque agendæ.* Veram etiam hanc videri lectionem, res ipſa, & collata aliorum populorum inſtituta faciunt. Romulus apud Dionyſ. lib. 1. lege ſanxit, nihil quod natum eſſet occidere ante triennii tempus: niſi aliquid mutilum, aut monſtroſum ſtatim à partu eſſet. *Seneca de ira* 1. 15. portentoſos fœtus exſtinguimus: liberos quoque, ſi debiles monſtroſique editi ſunt, abjicimus. *Alter Seneca Controv.* 33. Naſcuntur quidam aliqua parte corporis multati, infirmi, & in nullam ſpem idonei: quos parentes ſui projiciunt magis, quam exponunt. Aliqui etiam vernulas, aut omine infauſto editos, aut corpore invalidos abjiciunt. *Freinsh.*

Aliqua membrorum parte inutiles notaverunt, &c.] Hoc plane barbarum & plus quam brutum. nam bruta ſi quid ex progenie ſua parum proſperum ſit, haut abjiciunt vel enecant, ſed nihilominus alunt foventque. *Loccenius.*

26 *Electa corporum ſpecie*] De qua, an in conjugio ineundo ſpectanda ſit, late diſputat Arniſæus de jure Connub. 3. 7. 7.

28 *Eminens*] Quatuor cubitorum facit Diodor. 17. 91.

29 *Inſeruerat gemmas*] Locum hunc de aureis gemmatiſve calceamentis, ſimilibus exemplis explicant Bulenger. de Imp. Rom. 2. 7. & inprimis Rube-

lacerti quoque & brachia margaritis ornata erant:
30 Pendebant ex auribus insignes candore & magnitudine lapilli. Baculum aureum berylli distinguebant; quo tradito precatus, *ut sospes acciperet*, se liberosque & 31 gentem suam dedidit. Nobiles ad venandum canes in ea regione sunt; *latratu abstinere* dicuntur *quum videre* 32 *feram*, leonibus maxime infesti. Horum vim ut ostenderet Alexandro, in conspectu leonem eximiæ magnitudinis jussit emitti, & IV omnino admoveri canes, qui celeriter occupaverunt feram; quum ex iis qui adsueverant talibus ministeriis, unus, canis leoni cum aliis inhærentis crus avellere; & quia non seque- 33 batur, ferro amputare cœpit: nec sic quidem pertinacia victa, rursus aliam partem secare instituit; & deinde non segnius inhærentem ferro subinde cædebat.

NOTÆ.

Rubenius 2. 14. quibus adde Martial. 12. 50. v. 4.

Calcatusque tuo sub pede lucet onyx.

Cyprian. de habitu virg. *sint à compedibus aureis pedes liberi.* Senec. de benef. 2. 12. *forculum auratum, imo aureum, margaritis distinctum, ostendere eum* (Caligulam) *voluisse*, &c. Plin. 37. 2. Caius Princeps, *super omnia muliebria, forculos induebat è margaritis.* Tertull. de cultu feminar. 2. 10. *grana nescio qua* (margaritas intelligit) *qua plane Parthi peronibus quoque suis bullarum vice inserunt.* Freinsh.

30 *Ex auribus*] Plin. 9. 35. de unionibus Cleopatræ: *Gerebat auribus cum maxime singulare illud & vere unicum naturæ opus.* Ad cujus imitationem apud Horat. lib. 2 Serm. sat. 3. v. 139.

Filius Æsopi detractam ex aure Metellæ,
Scilicet ut decies solidum exsorberet, aceto
Diluit insigne baccam.

Hieronym. ad Demetriadem: *ut taceam de inaurium preciis candore margaritarum rubri maris profunda testantium, smaragdarum virore, cerauniorum flammis, hyacinthorum pelago; ad quæ ardent & insaniunt studia matronarum.* Inspicere poteris Hieronymi epist. 10. & de instit. filiæ ad Lætam. Cyprian. de hab. virgin. Laert. in Xenophonte, Lucilium l. 26. de auro & arg. leg. Petronius: *pertunde aures, ut imitemur Arabes.* Vide etiam quæ notavit Dempster. ad antiquit. Rom. Rosini 1. 20.

Candore] Alii *colore*, sed illud rectum. nam margaritas intelligit, quorum præcipuas inter dotes candor. nec moveare quod lapillos ait. Sic enim Silius describit uniones. De candidissimo unione, quem Iustinianus centum auri libris licitatus est, miram narrationem apud Cedrenum vide. *Freinshemius.*

Berylli] De his Solinus c. 55. *Beryllos in sexangulas formas Indi atterunt, ut bebetem coloris lenitatem angulorum repercussu excitent ad vigorem. Beryllorum genus dividitur in speciem multisariam*, &c. Vide & Plinium 37, 5. Periegetes vers. 1012. etiam in Babylonia ex ophite lapide nasci canit: ad quem locum plura Eustathius. *Raderus.*

31 *Canes*] Adi Geographum lib. 15, Diodor.

Digitized by Google

debat. Ille in vulnere feræ dentes moribundus quoque infixerat. *tantum in illis animalibus ad venandum cupiditatem ingeneraſſe naturam* memoriæ proditum eſt. Equidem plura transſcribo, quam credo: nam nec 34
adfirmare ſuſtineo, de quibus dubito; nec ſubducere quæ accepi. Relicto igitur Sophite in ſuo regno, 35
ad fluvium Hypaſin proceſſit, Hephæſtione, qui diverſam regionem ſubegerat, conjuncto. Phegelas 36
erat gentis proximæ rex, qui popularibus ſuis *colere agros ut adſueverant*, juſſis, Alexandro cum donis occurrit; nihil quod imperaret detrectans.

CAP.

NOTÆ.

Diodor. 17. 92. Ælian. de anim. 8. 1. optime hæc deſcribentem. Plin. 8. 40. Solin. cap. 25. Vide & Pollucem 5. 5. Ælian. 4. 19. Cteſiam apud Photium. Plutarch. de ſolertia animal. c. 35. ubi παρὰ Ἀλέξανδρον, valet, *apud Alexandrum*. Inſigni robore canis Moloſſorum regi fuit, ex quo Cerberum ſuum confinxere poetæ, qui Pirithoum laceravit. ſive potius Palæphato credendum, Geryonis fuiſſe. Alyattes Lydus Cimmerios ex Aſia exegit canum auxilio, ut in adjunctis ad Euſebium legimus, & in Polyæni ſtratag. 7. 2. Similia exempla vide apud Lipſ. in ep. ad Belgas 1. 44. ubi multa egregia de canibus. Canes autem eos Indicos ex cane & tigride naſci Diodor. 17. 92. & Ælian. hiſt. anim. 8. 1. tradiderunt. Sic ex lupis canes Gallorum generari, Patricius ſcribit. In provincia Gingui Cathæis finitima hoc genus canes reperiri teſtatur Paulus Venetus 2. 49. *ut duo canes & vir ſagittarius equo inſidens leonem ſternant*. Freinsh.

33 *Moribundus*] An *moribundos*? ut apud Flor. *moribunda manus*.

34 *Plura transſcribo*] Dignus animadverſione locus: cui parallelus in Pauſaniæ lib 6. ubi de Oibota: Ea quidem quæ vulgarint hac de re Græci, neceſſe habui commemorare; credere vero omnia nulla me res cogit. *Sueton. Claud.* 1. 15. Quod equidem magis, ne prætermitterem, retuli, quam quia verum aut veriſimile putem. *Sic Tacit.* 4. 10. cum in tradenda morte Druſi, quæ plurimis maximeque fidis auctoribus memorata ſunt, *retuliſſet*, non omittit eorumdem temporum rumorem. *Et* 2. 50. ut conquirere fabuloſa, & fictis oblectare legentium animos, procul gravitate cœpti operis credit; ita vulgatis traditiſque demere fidem non audet.

Nam nec adfirmare ſuſtineo, &c.] Hæc boni ac fidelis Hiſtorici nota eſt, ut in rebus dubiis ſuſpendat aſſenſum potius, quam ut temere quid aſſerendo peccet in leges hiſtoriæ, ipſamque veritatem. vide præter alios eruditos, inprimis Voſſium in eximio opere de arte Hiſtorica, cap. 9. *Locen.*

35 *Hypaſin*] Ptolemæus Plin. 6. 17. Curtius hoc loco, & Arrianus *Hypaſin* vocant; at Strabo lib. 15. Dionyſius Afer, Martianus Capella, Solinus capite 52. & alii, *Hypanim*. Plin. 4. 12. jam ſuo tempore hanc controverſiam inter ſcriptores fuiſſe tradit, vehementerque eos erraſſe, qui Hypanim in parte Aſiæ prodidere. In India autem ſupra flumen Hypaſin ſolſtitii die medio nullam umbram jaci Oneſicritus refert, ut idem Plinius 2. 73. auctor eſt. *Popma*. Arrianus 5. 4. & Philoſtratus *Hyphaſin* appellant.

36 *Phegelas*] Rutgerſ. var. lect. 6. 14. in

in aliis exemplaribus reperiebat *Phegelin*. Id ſi verum, inquit, ejus principis nomen eſt, non video quomodo Curtius Orbilii ferulam effugiat iis verbis, *Percontatus igitur Phegela*. A. *Phegelis* enim non niſi *Phegelim* & *Phegelida* declinari poteſt. Freinshemius legit, *Phegel, is erat gentis proximæ rex*, &c. Apud Diodorum quoque 17. §3. quo loco αὐτὸς ἦ εἰς τὴν Φηγέως δυναστείαν ἐμβαλών legitur, Φηγέλα legendum eſt. Quidam tamen Mſſ. etiam apud Curtium habent *Phegeas*; & ſeq. cap. in quarto caſu *Phegea*. Nec, utri credendum, facile dixeris.

CAP. II.

Gangaridas & Pharraſios aggreſſurus, milites, fatigatos & bellum detrectantes, prolixa oratione ad perſeverantiam hortatur.

1 BIDVVM apud eum ſubſtitit rex: tertio die amnem ſuperare decreverat, tranſitu difficilem, non ſpatio ſolum aquarum,
2 ſed etiam ſaxis impeditum. Percontatus igitur Phegelam, quæ noſcenda erant, *XI dierum ultra flumen per vaſtas ſolitudines iter eſſe* cognoſcit: *excipere deinde Gangem, maximum totius Indiæ fluminum: ulteriorem ripam colere gentes Gangaridas & Pharraſios; eo-*
3 *rum-*

NOTÆ.

2 *Gangem*] Arrian. 5. 1. *Indus omnium Aſiæ atque Europæ fluviorum maximus eſt, præter Gangem.* Idem Indic. 1. 10. *Ex duobus maximis fluminibus, Gange atque Indo, Megaſthenes Gangem Indo longe majorem eſſe ſcribit. Idem ſentiunt alii omnes qui Gangis mentionem in ſcriptis ſuis faciunt.* Strabo l. 15. Gangem omnium fluminum maximum, ſecundum Indum, tertium Iſtrum, quartum Nilum, conſenſu tradi ſcribit. Diod. 17. 93. *latitudinem ei ſtadiorum* 32 tribuit; *profunditatem tantam, ut omnia per Indiam flumina ſuperet.* Plin. 6. 17. *Proditur Alexandrum nullo die minus ſtadia ſexcenta navigaſſe in Indo, nec potuiſſe ante menſes quinque enavigare, adjectis paucis diebus: & tamen minorem Gange eſſe conſtat.* Gangis igitur oblitus erat Cicero de natura deorum 2. Indum *omnium fluminum maximum eſſe* prædicans. Verum Ioſephus à Coſta in libro de novo orbe, ubi Peruanam regionem deſcribit, Maranonium, Paraguayanum; & Magdalenianum flumina teſtatur ſingula majora eſſe Nilo & Gange, quamvis in unum alveum collectis. *Freinsh.*

3 *Gangaridas*] Hos Periegetes verſu 1144. *Gargaridas* vocat, Bacchi cultores. Strabo l. 15. Diod. 17. 93. Plutarch. cap. 108. Stephanus *Gandaridas*. cum Curtio autem *Gangaridas* appellat Virgil. Georg. 3. 27. Ptolemæus, Vibius Sequeſter. Plin. 6. 19. Solin. c. 54. Iuſt. 12. 8. Oroſ. 3. 19. haud dubie à Gange, cujus accolæ ſunt, ut docent cum Curtio omnes. *Rad. Gandaridas* defendit Salmaſius ad Solinum. Hodie *Bengalam* id regnum appellari credit Stuckius in peripl. maris Erythræi.

Pher-

rumque regem esse Aggrammem, XX millibus equitum ducentisque peditum obsidentem vias. ad hæc quadriga- 4
rum duo millia trahere, & præcipuum terrorem elephantos, quos trium millium numerum explere dicebat. In- 5
credibilia regi omnia videbantur. igitur Porum (nam cum eo erat) percontatur, *an vera essent, quæ dicerentur?* Ille *vires quidem gentis & regni haud falso ja-* 6
ctari adfirmat; *ceterum qui regnaret, non modo ignobilem esse, sed etiam ultimæ sortis: quippe patrem ejus, tonsorem vix diurno quæstu propulsantem famem, [a] propter habitum haud indecorum, cordi fuisse reginæ. [b] ab* 7
ea in propiorem ejus, qui tum regnasset, amicitiæ locum admotum, interfecto eo per insidias, sub specie tutelæ liberum-

INTERPRETATIO.

a *Ob speciem* corporis *non invenustam amatum à regina fuisse.*

b *Cum ab illa adductus esset ad proximum favoris gradum apud* regem *qui tunc imperabit.*

NOTÆ.

Pharrasios] Hos Plutarch. cap. 108. *Prasios, Prasidas* seu *Prasidas: Iustin.* 12.8. Diodor. 17.93. *Tabrasios: Prasios* Strabo lib. 15. & Solin. cap. 55. nominat, qui Palibothra urbem incolunt. *Raderus.* Salmasius ad dictum Solini locum in Curtio quoque *Prasios* legendum censet.

4 *Dicebat*] Expungit hanc vocem Acidalius, mihi potius innoxia videtur quam necessaria.

6 *Patrem ejus tonsorem*] Eam rem non adeo raram videri vult Æn. Sylvius hist. de Europa cap. 6. extremo, ubi exserte clamat: *sæpe tonsoris filios regio defungi honore vidimus.* Porro *de humili loco natù qui clari evaserunt*, toto cap. 4. lib. 3. Valer. Maxim. egit. Nos ex Helladio apud Photium Cod. 279. huc propius pertinentia adpingemus. Dionysius filius fuit agasonis, qui Siciliæ annis duodequadraginta præfuit. Agathocles figuli filius multos etiam annos Siciliæ præfuit. Hermeas castratus & servus cum esset, Atarnæ (quæ Thraciæ civitas est) rex fuit. Porus Indorum rex filius tonsoris. Bradyllis carbonarius cum fuisset, Illyricum duxit exercitum. Orthagoras coquus Sicyoniæ dominatus est. Vbi facile advertis errorem in nomine regis Indici. *Freinsh.* Ita refert I. Hug. Linscotanus in Itinerario suo cap. 14. chirurgum quendam, præcipuum è regibus insulæ Asiaticæ Zeilan, è medio sustulisse, sibique imperium sumsisse, pulsis insigni tyrannide reliquis. Sed tales fortuna elati, non solum tondere, sed etiam deglubere suum gregem deprehensi. *Loccen.*

7 *Sub specie tutelæ*] Qua arte usus Tarquinius Priscus, de quo Liv. 1. 34. & 1.40. quem ad locum Gruterus; *nihil usquam esse usitatius quam ut tutores regnum invadant pupillorum suorum, mille exemplis demonstrari poterat. quædam proposuimus ad Epitomen* 55. ubi Tryphonis scelus, qui pupillum suum Syriæ regem interfecit, proque eo regnum invasit, narratur. Ad eum ergo locum notat exemplum *Archelai* Macedonis, ex Platonis Gorgia. *Agram-*

mas

berum ejus invaſiſſe regnum; necatiſque pueris hunc, qui nunc regnat, generaſſe, inviſum vilemque popularibus,
8 *magis paterna fortuna, quam ſua memorem.* Adfirmatio Pori multiplicem animo regis injecerat curam: hoſtem belluaſque ſpernebat: ſitum locorum, &
9 vim fluminum extimeſcebat: [a] relegatos in ultimum pene rerum humanarum perſequi terminum, & eruere arduum videbatur. Rurſus avaritia gloriæ & inſatiabilis cupido famæ nihil invium, nihil remotum
10 videri ſinebat. & interdum dubitabat; *an Macedones tot emenſi ſpatia terrarum, in acie & in caſtris ſenes facti, per objecta flumina, per tot naturæ obſtantes difficultates ſequuturi eſſent? abundantes onuſtoſque praeda, magis parta frui velle, quam adquirenda fatigari.*
11 [b] *Non idem ſibi & militibus animi eſſe: ſe totius orbis imperium mente complexum, adhuc in operum ſuorum primordio ſtare: militem labore defatigatum, [c] proximum quemque fructum finito tandem periculo expetere.*
12 Vicit ergo cupido rationem, & ad concionem vocatis militibus, ad hunc maxime modum diſſeruit.
Non ignoro, milites, multa, quæ terrere vos poſſent, ab
13 *incolis Indiæ per hos dies de induſtria eſſe jactata: ſed non eſt*

INTERPRETATIO.

a *Difficile* eſſe *cenſebat invadere gentes ad extremum prope habitabilis orbis limitem ejectas, &* eas inde *extrahere.*

b *Aliud ipſi, aliud militibus propoſitum eſſe.*

c *Quam primum* poſſet, *præmio* victoriæ *frui velle.*

NOTÆ.

mir ex Curtio, *Agemon* Corinthii ex Diodoro apud Georgium Monachum. Deinde conatus *Agathoclis*, qui apud Ptolemæum in ſummum potentiæ gradum adſcenderat, ex Polybio 15. 26. & *Alexandri*, qui frater erat Leonis, ex Zonaræ tomo tertio. Poteſt his addi *Antigonus* Macedo, cui & cognomentum *tutoris* manſit, apud Juſtin. 28. 3. *Antiochi Eupatoris tutores*, apud eundem 34. 3. quos tamen crimine liberat Appiani Syriaca. Quantum his omnibus præferenda Lycurgi moderatio? qui *cum fratri ſuo Polybiæ Spartanorum regi ſucceſſiſſet, regnumque ſibi vindicare potuiſſet, Charillo filio ejus, qui natus poſthumus fuerat, cum ad ætatem adultam perveniſſet, regnum ſumma fide reſtituit: ut intelligerent omnes, quanto plus apud bonos pietatis jura, quam omnes opes valerent.*

11 *Labore defatigatum*] Labore ſcilicet

eſt improviſa vobis mentientium vanitas. Sic Cilicia fauces, ſic Meſopotamiæ campos, Tigrim & Euphratem, quorum alterum vado tranſivimus, alterum ponte; terribilem fecerant Perſæ. [a] *NVNQVAM ad liquidum* 14
fama perducitur: omnia, illatradente, majora ſunt vero. noſtra quoque gloria, [b] *quum ſit ex ſolido; plus tamen habet nominis, quam operis. Modo quis belluas of-* 15
ferentes mœnium ſpeciem; quis Hydaſpen amnem; quis cetera auditu majora quam vero, ſuſtinere poſſe credebat? Olim hercule fugiſſemus ex Aſia, ſi nos fabulæ debellare potuiſſent. Creditiſne elephantorum greges majores 16
eſſe, quam uſquam armentorum ſunt? quum & rarum ſit animal; nec facile capiatur; multoque difficilius mitigetur.

INTERPRETATIO.

a *Nunquam pura* mendacio *fama* ad nos *pervenit.*

b *Quamvis ex vera* virtute *profecta ſit, tamen major eſt à fama, quam à* noſtris *factoribus.*

NOTÆ.

licet octo annorum. Tamdiu enim Alexandrum ſecutus erat. *Loccen.*

14 *Nunquam ad liquidum fama,* &c.] Ovid. Metamorph 12. 54.

Mixtaque cum veris paſſim commenta vagantur,
Millia rumorum, confuſaque verba volutant, &c.

Et lib. 9. 138.

—— *Veris addere falſa*
Gaudet, & è minimo ſua per mendacia creſcit.

Nam: *Fama, ne tum quidem cum aliquid veri aſſerit, ſine mendacii vitio eſt.* Tertullian.

Noſtra quoque gloria] Boëtius de conſol. Philoſ. *Plures magnum ſæpe nomen falſis vulgi opinionibus abſtulerunt.* Nam fama non ſemper judicii, ſæpe affectus, non ſemper virtutis aut meritorum, ſæpe fortunæ res eſt. Vnde Curtius lib. 8. *Quis neget eximiam quoque gloriam ſæpius fortuna quam virtutis beneficium eſſe?* Quod autem hic ait Curtius: *Nunquam ad liquidum fama perducitur,* &c. convenit cum illo Tullii 2 ad Art. ep. 19. *Non tantum eſt in re, quantus ſermo eſt.* Notum illud Poëtæ de fama: lib. 4. Æneid. v. 187.

Tam ficti pravique tenax, quam nuncia veri. Loccen.

15 *Mœnium ſpeciem*] Sebiſius dubitabat *mentium* ſubſtituere, propter Marcellini 24. 22. locum. ubi *collibus* comparantur. Olim etiam Bongarſius id conjecerat, inductus Codicis Pith. ſcriptura, *mentium.* Sed illud nimis tumidum eſſe, recte opinatur Freinshemius, muriſque etiam aſſimilatos ibidem reperies. *Ceterum Indici elephanti novem cubitorum altitudine, latitudine vero quinque habentur.* Ælian. 13. 8.

Si nos fabulæ] Sic apud Senec. ſuaſor. 2. Porcius Latro: *Arma nobis fabulæ excutiunt.*

16 *Rarum animal*] Vtique neceſſe foret rariſſimum eſſe inventu, tandemque in univerſum extingui, ſi verum eſſet quod Plin. 8. 10. Ariſtotelem ait ſcribere. *non amplius quam ſemel gignere, pluresve quam ſingulos.* Cet-

17 getur. Atqui [a] eadem vanitas copias peditum equitumque
numeravit. nam flumen, quo latius fusum est, hoc pla-
cidius stagnat; quippe angustis ripis coërcita, & [b] in
angustiorem alveum elisa torrentes aquas invehunt: con-
18 tra spatio alvei segnior cursus est. Praterea in ripa omne
periculum est, ubi adplicantes navigia hostis exspectat.
Ita quantumcumque flumen intervenit, idem futurum
19 discrimen est evadentium in terram. Sed omnia ista ve-
ra esse fingamus. utrumne vos magnitudo belluarum, an
multitudo hostium terret? Quod pertinet ad elephantos,
praesens habemus exemplum: in suos vehementius, quam
in nos incurrerunt, tam vasta corpora securibus falcibus-
20 que mutilata sunt. Quid autem interest totidem sint,
quot Porus habuit, an tria millia? quum uno aut alte-
ro vulneratis ceteros in fugam declinare videamus. inde
21 paucos quoque incommode regunt: congregata vero tot
millia ipsa se elidunt, ubi nec stare, nec fugere potuerint
inhabiles vastorum corporum moles. Equidem sic anima-
lia ista contempsi, ut quum haberem, ipse non opposue-
rim;

INTERPRETATIO.

a *Simili mendacio aucta sunt copiæ.*

b *Intra arctiorem canalem compressa* flumina *rapidiores undas vol-
vunt.*

NOTÆ.

te nec Aristoteles tam fatuam sententiam prodidit; nec adeo retulit Plinius. legendum ergo, ut innuunt alii Cod. *nec amplius quam singulos semel* (hoc est, eadem vice) *gigneret plureſque vivere ducentis annis; & quosdam trecentis.* Eadem fere notio particulæ *semel* est in his quoque Plinii 7. 48. M. Valer. Corvinus *fella cruoli semel ac vicies sedit.* Elephantos autem porro non esse raros in India, tam ex veteribus, quam etiam hodiernis constat. Certe Plin. 6. 19. & 20. Partalidis regi 700 elephantos, Taluctarum 400. Andaris mille, aliis plures aut pauciores tribuit. Prasiorum *regi peditum sexcenta millia, equitum triginta millia, elephantorum novem millia, per omnes dies stipendiari* scribit. *Freinsh.*

Nec facile capiatur] Quomodo capiantur, docet Strabo lib. 15. Arrian. Ind. 2 22. Diodor. 3. 26. Ælian. 8. 10. & 15. Tzetzes Chiliad. 4. 122. Plinius 8. 8.

Difficilius mitigetur] Hoc singulari capite docet Ælianus 10. 10. Plurima super hac re Gesnerus ex antiquis scriptoribus adducit, lib. 1. de quadruped. voce *de elephante*, lit. E. pag. 432. ubi superioribus sequentibusque paginis totam de elephantis, & jucundam sane auditu historiam cognosces. *Rad.*

21 *Elidunt*] Freinshemius *elident*, quod & Sebisio visum.

26 Et

vim; satis gnarus plus suis, quam hostibus periculi inferre. At enim equitum peditumque multitudo vos commo- 22
vet! cum paucis enim pugnare soliti estis, & nunc primum [a] *inconditam sustinebitis turbam. Testis adversus* 23
multitudinem invicti Macedonum roboris Granicus amnis; & Cilicia inundata cruore Persarum; & Arbela, cujus campi devictorum à nobis ossibus strati sunt. Sero 24
hostium legiones numerare cœpistis, postquam solitudinem in Asia vincendo feciſtis: quum per Hellespontum navigaremus, de paucitate nostra cogitandum fuit. nunc nos Scythæ sequuntur; Bactriana auxilia præsto sunt; Dahæ Sogdianique inter nos militant. Nec tamen illi turbæ con- 25
fido. vestras manus intueor; vestram virtutem rerum, quas gesturus sum, vadem prademque habeo. quamdiu vobiscum in acie stabo, nec meos nec hostium exercitus numeravero: vos modo animos mihi plenos alacritatis ac fiduciæ adhibete. Non in limine operum laborumque no- 26
strorum; sed in exitu stamus: pervenimus ad solis ortum & Oceanum, nisi obstat ignavia: inde victores perdomito fine terrarum revertemur in patriam. Nolite, quod pigri agricolæ faciunt, maturos fructus per inertiam amittere è manibus. Majora sunt periculis præmia; dives ea- 27
dem, & imbellis est regio. itaque non tam ad gloriam vos duco, quam ad prædam. digni estis, qui opes, quas illud

INTERPRETATIO.

a *Incomposito agmini resistetis.*

NOTÆ.

26 *Et oceanum, nisi*] Ita distinguerem: *Oceanum: nisi obstet ignavia, inde victores*, &c. Sebisius. Ego non assentior: nondum enim tum ad Oceanum pervenerat, sed eo ibat: usus est autem præteriti voce *pervenimus*, paulo post futuri significatione, quam ei tribuit vocula *nisi*, ut fere supra 4. 14. *nisi quid in vobis est, ipse ego majore parte captivus sum*: hoc est, ero & permanebo captivus majore mei parte (uxorem, liberos significat) nisi vestra virtute velut pendentem adhuc captivitatem avertatis. *Freinsh.*

Nolite, quod pigri agricolæ faciunt] Per ignaviam res præclaras negligentes, pro fructu cassa reportant vota, ut pigri agricolæ. Scaliger. 3. Epidorp.

Ignava pigri falcula solam metet umbram. Loccen.

27 *Dives eadem, & imbellis*] Idem Gallorum elogium apud Tacit. 11. 18.

lud mare litoribus invehit, referatis in patriam: digni, qui nihil inexpertum, nihil metu omissum relinquatis.
28 *Per vos gloriamque vestram, qua humanum fastigium exceditis; perque & mea in vos, & in me vestra merita, quibus invicti contendimus, oro quæsoque, ne humanarum rerum terminos adeuntem alumnum commilitonemque*
29 *vestrum, ne dicam regem, deseratis. Cetera vobis imperavi; hoc unum debiturus sum. Et is vos rogo, qui nihil umquam vobis præcepi, quin primus me periculis obtulerim: qui sæpe aciem clypeo meo texi: ne infregeritis in manibus meis palmam, qua Herculem Libernmque pa-*

NOTÆ.

28 *Per vos*] Concipi hoc eadem formula debuit, qua similes obtestationes solent: *Per ego vos*. Ita Modius 4. 14. emendabat: *Per ego vos deos patrios, &c.* Et multa talia cum alii pridem, tum nuper in elegantissimis suspicionum libris V. Cl. Ian. Gruterus collegit. *Acidalius*. Ita etiam concipit Cl. Gronovius.

Commilitonemque] Sueton. Cæs. 67. *nec* milites *eos pro concione, sed blandiori nomine* commilitones *appellabat*. Sic apud Tacit. 33. 3. Agricola. Aliorum exempla plura vide apud Brisson. lib. 4. de formulis: rationem apud Clapmar. de arcan. 6. 16. *Sacrati commilitones, immo etiam mei consecranei, &c.* Maximinus apud Capitolin. in Gordianis cap. 14. ubi appareat *consecraneos* majus aliquid esse quam *commilitones*. Non ergo idem, ut putarunt viri docti. ridicule enim ita dixisset Maximinus, nec alia vi, quam si sic; *commilitones, immo etiam mei commilitones*. Potius suspicor eo sic vocasse, ut revocaret in mentem ipsos se consecrasse fecisseque Imperatorem. *Freinsh.*

29 *Qui nihil unquam*] Ita Scipio suos hortatur, *ut à se sumant exemplum morum ac industriæ*. apud Appian. in Punicis. similia exempla reperies apud Fabrum Semestr. 3. 20. & Gruter. discurs. in Tacit. cap. 15. Pertinent huc illa Taciti H. 2. 76. *simul ipse qui suadet considerandus est, adjiciatne consilio periculum suum*. istaque Livii 7. 32. *debere etiam intueri cujus ductu auspicioque in eunda pugna sit: utrum qui audiendus, duntaxat magnificus adhortator sit, verbis tantum ferox, operum militarium expers; an qui & ipse tela tractare, procedere ante signa, versari media in mole pugnæ sciat*. Quibus in verbis dispice, an pro *qui audiendus*, reponendum sit, *qui audiendi*. Idem.

In manibus meis] Paschalius de coronis 6. 20. hoc Curtii, pluribusque aliorum auctorum locis probat, victores palmas non capite tantum, sed etiam dextra manu prætulisse: quod diserte tradit Pausanias lib. 8.

Herculem Libernmque] Quorum amborum columnæ, expeditionum suarum termini memorantur: in comparatione Liberi & Herculis Epigr. 4. 12. Ἀμφοῖν ἡ στήλαι σωτήριαι. ubi certe non Gaditanæ Herculis columnæ intelligi possunt, sed aliæ in India quæri debent. quomodo etiam alias *contermina* Bacchicis? Herculem autem ibi quoque monumentum itinerum laborumque suorum erexisse, consentaneum est: & ex Strabonis tertio, tum Solini cap. 52. firmatur. In Strabone: *aras pro termino posuit* Alexander, *imitatus Herculem & Bacchum*. Nam illi quoque aris signaverunt expeditionis suæ terminos, vide mox

ad

patrem, ſi invidia abſuerit, æquabo. Date hoc precibus 30
meis, & tandem obſtinatum ſilentium rumpite. Vbi eſt
ille clamor alacritatis veſtræ index? ubi ille meorum Ma-
cedonum vultus? Non agnoſco vos, milites; nec agnoſci
videor à vobis. Surdas jamdudum aures pulſo: averſos
animos & infractos excitare conor. Quumque illi in ter- 31
ram demiſſis capitibus tacere perſeverarent; *Neſcio*
quid, inquit, *imprudens in vos deliqui, quod me ne intueri*
quidem vultis! in ſolitudine mihi videor eſſe. nemo reſpondet;
nemo ſaltem negat. Quos alloquor? quid autem poſtulo? 32
veſtram gloriam & magnitudinem vindicamus. Vbi ſunt
illi, quorum certamen paulo ante vidi contendentium,
qui potiſſimum vulnerati regis corpus exciperent? deſer-
tus, deſtitutus ſum, hoſtibus deditus. Sed ſolus quoque 33
ire perſeverabo. objicite me fluminibus, & belluis, & il-
lis gentibus, quarum nomina horretis. inveniam qui de-
ſertum à vobis ſequantur: Scythæ Bactrianique erunt
mecum; hoſtes paulo ante, nunc milites noſtri. MO- 34
RI

NOTÆ.

ad 9. 3. Senec. de benef. 7. 3. *Alexandrum per Liberi Herculiſque veſtigia felix temeritas egit.* Longe hinc abeſt apophthegma quod ei, neſcio quam bona fide, tribuit Plutarch. apophth. cap. 41. ſe omnia ſua opera, ne cum uno quidem dicto Herculis conferenda cenſere. Idne dixiſſet *homo gloriæ deditus, cujus nec naturam nec modum noverat, Herculis Liberique veſtigia ſequens, ac ne ibi quidem reſiſtens ubi illa defecerant*; ut ait Seneca de benef. 1. 13. Et epiſt. 94. *ultra Oceanum, ſolemque, indignatur ab Herculis Liberique veſtigiis fleclere.* Declamatores apud Senecam alterum Suaſoria I. *Intra has terras cælum Hercules meruit.* Et: *Vltra Liberi patris tropæa conſtitimus.* Solent autem, ut vides, Hercules & Bacchus fere conjungi, quod uterque in iiſdem oris longinquam militiam exercuiſſe feratur. quibuſcum Alexander, tum alii qui procul ab domo bella geſſere, comparati ſunt. Sic apud Plin. 7. 26. de Pompeio: *æquato non modo Alexandri Magni rerum fulgore, ſed etiam Herculis prope ac Liberi patris.* Quod judicium etiam ex parte fuit Petronii in carm. de bello civ. verſu 269. *totis ſimilis Tirynthius actis.* nam ad Pompeium hæc refert. quapropter verſu præcedente pro *Magnaque* abſque ullo dubio legendum eſt *Magnum*, nempe Pompeium:

Magnum cum Phœbo ſoror, & Cyllenia proles
Excipit, ac totis ſimilis Tirynthius actis.

Freinshemius.

34 *Mori præſtat, quam precario imperatorem eſſe*] Tacitus 1. Hiſtor. de Galba: *Precarium ſeni imperium, & brevi tranſiturum.* Sed imperium vi ſua nixum, & quod nomine & jure regio eſt nec licentiæ ventis abripitur, firmius eſt. *Lecce.*

RI præstat, a quam precario imperatorem esse. ite reduces domos; ite deserto rege ovantes. Ego hic à vobis desperatæ victoriæ, aut honestæ morti locum inveniam.

INTERPRETATIO.

a *Quam precibus* emendicatum *imperium obtinere.*

NOTÆ.

Ite deserto rege] Paria sunt illa Cerialis apud Tacit. H. 4.77. *Ite, nunciate Vespasiano, vel quod propius est, Civili & Classico, relictum à vobis in acie ducem.* Cui simile Syllæ apophth. relatum à Plutarcho cap. 43.

CAP. III.

Cœnus, militum nomine, Alexandro respondet, & paulo post morbo extinguitur.

1 a NE sic quidem ulli militum vox exprimi potuit. exspectabant ut duces principesque ad regem perferrent, *vulneribus & continuo labore militiæ fatigatos* **non detrectare munia**, *sed sustinere non posse.* Ceterum illi metu adtoniti in terram ora
2 defixerant. Ergo primo fremitus sua sponte; deinde gemitus quoque oritur: paulatimque liberius
b dolor erigi cœpit, manantibus lachrymis, adeo ut rex, ira in misericordiam versa, ne ipse quidem, quamquam cuperet, c temperare oculis potuerit.
3 Tandem universa concione effusius flente, Cœnus ausus

INTERPRETATIO.

a *Ne hac quidem* oratione *potuit ab illo militum responsum extorquere.*

b *Tristitia prodere se cœpit.*

c *Abstinere lacrymis.*

NOTÆ.

2. DOLOR *erigi cœpit*] Gebhardus Crepund. 3. 26. mallet *egeri*, ut Ovid. Trist. 4. 3. v. 38.

Expletur lachrymis, egeriturque dolor.

quam rem pluribus exemplis firmat. Vulgatam autem defendit Barthius adversar. 28. 6. his fere verbis. Cum in Ovidii loco de longo dolore & in ejus solatium datis lachrymis sermo sit, nulla inter duos similitudo est. hic enim locus non egestionem aut attenuationem doloris ingerit, sed libertatem illi datam testandi se per fletus.

auſus eſt contantibus ceteris, propius tribunal accedere; ſignificans ſe loqui velle. Quem ut videre mi- 4
lites detrahentem galeam capiti (ita enim regem adloqui mos eſt) hortari cœperunt, *ut cauſam exercitus ageret.* Tum Cœnus: *Dii prohibeant*, inquit, *à* 5
nobis impias mentes; & profecto prohibent. Idem animus eſt tuis, qui fuit ſemper, ire quo juſſeris, pugnare, periclitari, ſanguine noſtro commendare poſteritati tuum nomen. Proinde ſi perſeveras, inermes quoque & nudi & exſangues, utcumque tibi cordi eſt, ſequimur vel antecedimus. Sed ſi audire vis non fictas tuorum militum 6
voces, verum neceſſitate ultima expreſſas; præbe, quæſo, propitias aures imperium atque auſpicium tuum conſantiſſime ſequutis, & quocumque pergis ſequuturis. Vici- 7
ſti, rex, magnitudine rerum non hoſtes modo, ſed etiam milites. quidquid mortalitas capere poterat, implevimus. emenſis maria terraſque melius nobis, quam incolis omnia nota ſunt. pene in ultimo mundi fine conſiſtimus. In alium 8
orbem paras ire, & Indiam quæris Indis quoque ignotam: inter feras ſerpenteſque degentes eruere ex latebris & cubilibus ſuis expetis, ut plura, quam ſol videt, victoria

NOTÆ.

tus. quare penitus nihil mutandum credimus. *Liberius.* non ad copiam, ſed ad *libertatem* jacentis antea ob timorem mœroris intelligendum eſt. Erigitur ergo penitus cordibus impreſſus dolor, & hactenus fremitu obſcuro gemituque conceptus tacito, cum in oculos venit, & metu paullum victo in lachrymas velut ruptis catenis aut vinculis exit.

4 *Detrahentem galeam*] Poſſevinus de Magno Moſchorum duce Baſilio, ſi rite memini, legato, ſibi conſuetum honorem non exhibenti, pileum clavo adacto juſſit capiti affigi. *Raderus.* Draculæ Valacho tribuit Bonfinius 3. 10. Obſervatu dignam rem ex Luitprandi legatione non prætermittimus. *Cum pileatus equitarem, neque Coroplates à longe proſpiceret, filio celeriter directo, mihi mandavit, fas non eſſe, quempiam, ubi Imperator* (Conſtantinopolitanus) *eſſet, pileatum, ſed territiſtratum, incedere, &c. quod noſtris omnibus nimis turpe videtur, ipſi ſoli* (de legatis Græcis loquitur) *capite operto Imperatores noſtros deoſculantur.* Antiquum autem exhibendæ venerationis morem fuiſſe caput alicujus cauſa nudare, cum res ferret, oſtendetur ad illa Salluſt. Hiſt. 5. 1. *Quibus de cauſis Sullam in victoria dictatorem, equo deſcendere, ſibi uni aſſurgere de ſella, caput aperire ſolitum.* Freinsh.

5 *Tum Cœnus*] Confer cum hac oratione Græcam Arriani 5. 4. & Senecæ Suaſor. 1. ab initio.

Digitized by Google

9 *ctoria luſtres. Digna prorſus cogitatio animo tuo; ſed al-*
tior noſtro. virtus enim tua ſemper in incremento erit;
10 *noſtra vis in fine jam eſt. Intuere corpora exſanguia, tot*
perfoſſa vulneribus, tot cicatricibus putria. Iam tela be-
betia ſunt: jam arma deficiunt. Veſtem Perſicam indui-
mus, quia domeſtica ſubvehi non poteſt. in externum de-
11 *generavimus cultum. Quoto cuique lorica eſt? quis equum*
habet? jube quæri quam multos ſervi ipſorum perſequuti
ſunt, quid cuique ſuperſit ex præda. OMNIVM
victores, omnium inopes ſumus. Nec luxuria laboramus,
12 *ſed bello inſtrumenta belli conſumpſimus. Hunc tu pul-*
cherrimum exercitum nudum objicies belluis? quarum
ut multitudinem augeant de induſtria barbari, magnum
13 *tamen eſſe numerum etiam ex mendacio intelligo. Quod*
ſi adhuc penetrare in Indiam certum eſt; regio à Meri-
die minus vaſta eſt. qua ſubacta licebit decurrere in il-
lud mare, quod rebus humanis terminum voluit eſſe na-
14 *tura. Cur circumitu petis gloriam, quæ ad manum poſi-*
ta eſt? hic quoque occurrit Oceanus. niſi mavis errare,
15 *pervenimus, quo tua fortuna ducit. Hæc tecum, quam*
ſine te cum his, loqui malui; non uti inirem circum-
ſtantis exercitus gratiam; ſed ut vocem loquentium po-
16 *tius, quam ut gemitum murmurantium audires.* Vt fi-
nem

NOTÆ.

9 *Digna prorſus cogitatio animo tuo*] Satis quidem creverant res & fortuna Alexandri, ſed cupiditas gloriæ modum & finem neſciebat. Seneca de tranq. an. c. 10. pulchrum hic dat remedium: *Nihil alta ſpirantes æque ab his animi ſtultitiæ vindicaverit, quam ſemper aliquem incrementis terminum figere; nec fortunæ arbitrium deſinendi dare; ſed ipſos & quidem ultro citra extrema conſiſtere. ſic & aliqua cupiditates animum acuent, ſed finitæ, non in immenſum incertumque producent.* Loecen.

10 *Cicatricibus putria*] Acidalius emendat *turpia*; non equidem male: ſed Modiana ſcriptura æque commoda. *Raderus.* Rem quod attinet, ſimilimum huic negotium apud Tacit. 1. 34. quo loco veterani *quidam prenſa manu* (Germanici) *per ſpeciem oſculandi, inſeruerunt digitos, ut vacua dentibus ora contingeret: alii curvata ſenio membra oſtendebant.* mox: *nudant univerſi corpora, cicatrices ex vulneribus, &c. exprobrant.* Pertinent huc apud Senec. Suaſor. 2. à pr. *arma non paſſura manus, hebetataque ſenio an vulneribus corpora.* Adde infra 10. 2. Iuſtin. 12. 8. *Freinshemius.*

15 *Tecum quam ſine te*] Seneca epiſt. 47. *ſit, ut iſti de domino loquantur, quibus coram domino loqui non licet.*

19 *XII aro*]

nem orationi Cœnus impoſuit, clamor undique cum ploratu oritur, *regem*, *patrem*, *dominum*, confuſis appellantium vocibus. Iamque & alii duces, præ- 17
cipueque ſeniores, quîs ob ætatem & excuſatio honeſtior erat, & auctoritas major, eadem precabantur. Ille nec caſtigare obſtinatos, nec mitigare pote- 18
rat iratos. itaque inops conſilii deſiluit è tribunali, *clandique regiam* juſſit, omnibus præter adſuetos, adire prohibitis. Biduum iræ datum eſt; tertio die 19
proceſſit, erigique XII aras ex quadrato ſaxo, monumentum expeditionis ſuæ; *munimenta quoque caſtrorum* juſſit *extendi*, *cubiliaque amplioris formæ, quam pro corporum habitu relinqui*; ut ſpeciem omnium augе-

NOTÆ.

19 *XII aras*] *Ingentes inſtar turrium*, Arrian. 5. 4. 2 *cubitorum*, Diodor. 17. 95. Fecit harum etiam mentionem Geographus in tertio. Plutarch. cap. 109. narrat Præſiorum reges, trajecto flumine, poſteris temporibus illi hoſtias immolaſſe, Græcoque ritu aras illas Alexandri veneratos eſſe. Fixæ ſunt hæ aræ *in ripa*, ut Solinus cap. 52. oſtendit. & expreſſe Philoſtratus lib. 2 extremo, qui alia quidem addit illuſtria. *Raderus*. Iuſtinus 12. 10. aras has aliquanto poſtea ſtatutas innuit. haud dubie falſo. Sic autem antiquitus limites fuiſſe poſitos nonnullis exemplis oſtendit Strabo lib. 3. Ita Solinus cap. 49. Bacchi, Herculis, Semiramidis Cyrique aras apud Pandam in Sogdiana ſtatuit, quos credere poſſis fuiſſe *terminos Liberi Patris* Alexandri militi ſuperatos, ſup. 7. 9. Sed & in ingreſſu Aſiæ duodecim aras ſtatuit Alexander. Iuſtin. 11. 5. *duodecim aras deorum*. niſi forte numerus ad deos pertinet, ut aræ dicatæ fuerint duodecim diis: nempe majoribus, qui *Conſentes* dicti Latinis. Arrian. 1. 4. numero non definito *altaria ſtruxiſſe* ait *Iovi deſcenſori, & Minervæ & Herculi, ibi unde ex Europa ſolvit, & in eo Aſiæ loco in quem deſcendit*. Sed hoc, pro deſcenſu, voti cauſa fecerat. *Aram Druſo ſitam* ejuſmodi initium habuiſſe, certe ab ipſo, non ab alio, in illius honorem, exſtructam videri, ad Tacit. 2. 7. notavimus. & Lucan. 3. 230. & 233.

Quæ colitur Ganges, &c.
Hic, ubi Pellæam poſt Tethyos æquora ductor
Conſtitit, & magno victi ſe faſſus ab orbe eſt.

Ceterum Plinius 6. 25. alias etiam *aras Alexandri in promontorio* Carmaniæ collocat. Ptolemæus etiam in Scythia trans Caucaſum columnas Alexandri. Sed erroris eum convincit Salmaſius ad Solin. pag. 789. ubi prolixe quoque de aris his Alexandri diſputatur: quem locum, quia per anguſtiam temporis relegere non poſſum, appoſui quæ ad Curtium mihi obſervata erant; quamquam vix putem aliquid nos allaturos, quod ille admirabili induſtria ſimul & doctrina non præceperit.

Juſſit extendi] Idem Iuſtin. 12. 8. Diodor. 17. 95. Plutarch. cap. 109. Oroſius 3. 19. Apud Senec. Suaſor. 2. Senecio qui non niſi grandia probabat, *calceos quoque majores ſumebat, &c.* invenit cognomen, ut diceretur *Grandio*. Freinsh.

Speciem omnium] Acidalius leviter

fluxit; quadraginta ferme ſtadia ſingulis diebus procedens, ut opportunis locis exponi ſubinde copiæ poſſent.

NOTÆ.

non quidem de novo iſta oppida condidit, ſed quæ ibi imbres corruperant, inſtauravit) non in Aceſinis, ſed Hydaſpis ripa fuiſſe, certiſſimum eſt. poſita enim ſunt juxta locum, in quo cum Poro pugnaverat. Quæ cum omnia certiſſima ſint, hoc accedit inprimis magnum argumentum, quod cap. ſeq. addit: *Perventum erat in regionem, in qua Hydaſpes amnis Aceſini commiſtitur.* Quod diſerte Arrian. Indic. 3. 15. *Ipſe inde eram ſolvens per Hydaſpen ad Aceſinis & Hydaſpis confluentem navigavit.* Confirmat hæc omnia Strabo lib. 15. cui in hoc negotio merito plurimum tribuas, non uno loco; ſed hoc potiſſimum: *Sylva ad Emodos montes, ex qua Alexander multam abiſtem, &c. compingendis navibus in Hydaſpem deduxit, ex quibus claſſem conſtruxit juxta urbes in utraque fluminis ripa à ſe conditas, ubi eo tranſmiſſo Porum vicit, &c.* Idem ex Ariſtobulo paulo ſupra: *Poſtquam in Hydaſpem veniſſent, & Porum ſuperaſſent, iter ad Hypanim facientes ad orientem, atque inde ad Hydaſpem rurſum, continue pluiſſe, &c. & cum navium fabricationi ad Hydaſpem immorati eſſent, & non multis diebus ante Pleiadum occaſum navigare cæpiſſent, &c.* Ex quo teſtimonio multa firmantur: Alexandrum, ab Hydaſpe ad Hypanin itinere facto, per eadem fere loca reverſum eſſe: pluiſſe continuo per id tempus: inde fides Arriano de inſtauratis oppidis; naves in Hydaſpe fuiſſe confectas: ibi & navigationis initium factum. Quod ſatis puto confirmatum: quamquam Curtius cum Iuſtino 12. 9. & auctore ſuo Diod. 17. 94. (nam eum, ut multis aliis locis, ita hic quoque, non ſecus ac Polybium Livius, interpretatur,) Aceſinen velut principium navigationis fuiſſe. *Freinsh.*

Quadraginta ferme ſtadia] Vnde hoc hauſerit Curtius, non reperio. nam Diodorus, quem ſequi ſolet, nihil tale. Quadraginta ſtadia milliare Germanicum unum admodum cum quadrante conficiunt. quis credat uno die non majus confectum fuiſſe ſpatium, prono alveo? cum præſertim Plin. 6. 17. tradiderit, *Alexandrum nulle die minus ſtadia ſexcenta navigaſſe in Indo, nec potuiſſe ante menſes quinque enavigare, adjectis paucis diebus.* Quando igitur abſolviſſet navigationem integram, uno die non plus 40 ſtadiis promovens, ſi 600 diurna conficienti unus Indus ſupra quinque menſes abſumpſit? Scimus autem ex Ariſtobulo apud Strabonem, totum iter ab Hydaſpe ad Pattalenam inſulam, quam Indus mari jam vicinior efficit, decem menſibus fuiſſe confectum: cum interim ſæpe propter varia bella exſcenſiones expeditioneſque eſſent faciendæ. Plutarch. c. 115. ſeptem modo numerat. Numquid igitur pro *quadraginta ſtadia* reponendum in Curtio, *quadringenta?* Certe neceſſe eſt, vel ob ſequentia, *ut opportunis locis exponi copiæ poſſent.* hæc enim cauſſa eſſe ſolet, ut intendantur itinera; raro etiam ut minuantur: ubi nimirum inter duo loca commoda nimis magna eſt diſtantia, quæ nec facile attingi poſſit. At ſi per ſingula 40 ſtadia loca opportuna occurrant, nihil opus erat ad earum rationem iter moderari, cum vel dormientibus in ea fuiſſet incidendum. Hæc igitur eſt celeberrima illa Alexandri navigatio, quam levi brachio tangit Curtius. Arrianus autem à pr. lib. 6. & inprimis Indic. cap. 3. accurate deſcribit. ad cujus meliorem intellectum uſui erunt duo loca. quorum alterum ſupra ad 3. 13. alterum *de equitatu ſociorum octo millium*, alibi emaculavimus. *Idem.*

CAP.

CAP. IV.

Sobiis, & aliis expugnatis, regionem Oxydracarum & Mallorum ingreditur. Oratione ad milites habita, Barbaros fugat, eorumque oppidum, contempto Demophoonte Vate, obsidet.

PERVENTVM erat in regionem, in qua Hydaspes amnis Acesini committitur. Hinc decurrit in fines Sobiorum. hi *de exercitu Herculis majores suos esse* commemorant, *agros relictos esse; cepisse sedem, quam ipsi obtinebant.* Pelles ferarum pro veste; clavæ pro telo erant : multaque etiam quum Græci mores exoleviſſent, stirpis ostendebant vestigia. Hic exscensione facta CC & L stadia processit, depopulatusque regionem, oppidum caput ejus corona cepit. XL peditum millia alia gens in ripa flu-

NOTÆ.

1 *Sobiorum*] Malim cum Strabone lib. 15. & Arriano Indic. 1. 21. *Sibarum*. Diodor. 17. 96. *Ibos* appellat. *Raderus*. In Diodoro sibilus præcedentis vocis ademit eum sequenti. *Τοὺς ὀνομαζομένους* Ἴβους. animadvertit vitium ad Iustin. 12. 9. Bongarsius. in Iustino *Silei* vocantur, quos idem recte docet *Sibos* intelligi : nam & Orosius 3. 19. sic appellat. Stephano sunt *Siba*. Reineccius eosdem esse credit *Surasenos* Arriani Indic. 2. 1. nimirum quod illi præcipue Herculem colere dicantur: sed argumentum hoc nimis leve videtur. coluerunt enim eum & alii Indi, nec tamen omnes fuere Sibæ. Pori quidem exercitus Herculis effigiem pro signo sequebatur. Imo est ex Arriano concludere, plane diversos fuisse populos. Sibæ enim ad Hydaspen coluisse creduntur; Arrianus Surasenos ad Iobarem (*Iomanem* Plin. 6. 19.) ponit. qui forte *Oxydraca* fuerint : qui Orosio 3. 19. *Subagra*; Plin. 12. 6. *Sydraca*; Diodor. 17. 98. Συδρακῶται etiam Curtianis Mss. 9. 4. *Sudraca*. Idem.

2 *Ægros relictos esse*] Alii *agros relictos se*, vitiose. *majores suos esse de exercitu Herculis, se* (nimirum qui Alexandri tempore vivebant) *agros relictos* (ubi? aut à quo?) *cepisse sedem, quam ipsi* (qui ipsi? qui loquebantur? an majores eorum?) *obtinebant*. Melius utique aliæ editt. & Mss. *agros relictos esse*. nimirum majores suos. ad quos necessario hæc referenda. Quæ quidem & Acidalio in mentem veniebant. quare utrumque illud *se* & *esse* delendum putabat; *agros relictos cepisse sedem*. quod & Bongarsio visum. & verũ puto. quin & superiori *esse* itidem eliminato, sic concepta hæc fuisse primitus. *Hi de exercitu Herculis majores suos commemorant agros relictos cepisse sedem*, &c. Nam si verbo illo uti voluisset, non *esse* magis, quam *fuisse* dixisset. Ægros autem in coloniis ejusmodi relinqui solitos supr. ad 7. 3. observatum est. Sic urbem ad Acesinẽ Alexandri jussu conditam, *mercenariorum ad militiã ineptis*, senio puta, aut vulneribus, attribuit Arrian. 5. 4. Pompeius apud Dion. l 36. *urbem eo loco quo Mithridatem viserat, condidit, quam vulnerati aut ætate confecti milites sui haberent*. Idem.

5 *Alia gens Agalassenses*] vocat Diodor.

17 getur. Atqui [a] eadem vanitas copias peditum equitumque
numeravit. nam flumen, quo latius fusum est, hoc pla-
cidius stagnat; quippe angustis ripis coërcita, & [b] in
angustiorem alveum elisa torrentes aquas invehunt: con-
18 tra spatio alvei segnior cursus est. Praterea in ripa omne
periculum est, ubi adplicantes navigia hostis exspectat.
Ita quantumcumque flumen intervenit, idem futurum
19 discrimen est evadentium in terram. Sed omnia ista ve-
ra esse fingamus. utrumne vos magnitudo belluarum, an
multitudo hostium terret? Quod pertinet ad elephantos,
praesens habemus exemplum: in suos vehementius, quam
in nos incurrerunt, tam vasta corpora securibus falcibus-
20 que mutilata sunt. Quid autem interest totidem sint,
quot Porus habuit, an tria millia? quum uno aut alte-
ro vulneratis ceteros in fugam declinare videamus. inde
21 paucos quoque incommode regunt: congregata vero tot
millia ipsa se elidunt, ubi nec stare, nec fugere potuerint
inhabiles vastorum corporum moles. Equidem sic anima-
lia ista contempsi, ut quum haberem, ipse non opposue-
rim;

INTERPRETATIO.

a *Simili mendacio aucta sunt copiæ.*

b *Intra arctiorem canalem compressa* flumina *rapidiores undas vol-
vunt.*

NOTÆ.

te nec Aristoteles tam fatuam sententiam prodidit; nec adeo retulit Plinius. legendum ergo, ut innuunt alii Cod. *nec amplius quam singulos semel* (hoc est, eadem vice) *gignere: plurcsque vivere ducentis annis; & quosdam trecentis.* Eadem fere notio particulæ *semel* est in his quoque Plinii 7. 48. M. Valer. Corvinus *sella curuli semel ac vicies sedit.* Elephantos autem porro non esse raros in India, tam ex veteribus, quam etiam hodiernis constat. Certe Plin. 6. 19. & 20. Pantalidis regi 700 elephantos, Taluctarum 400. Andaris mille, aliis plures aut pauciores tribuit. Prasiorum *regi peditum sexcenta millia, equitum triginta millia, elephantorum novem millia, per omnes dies stipendiari* scribit. *Freinsh.*

Nec facile capiatur] Quomodo capiantur, docet Strabo lib. 15. Arrian. Ind. 2 22. Diodor. 3. 26. Ælian. 8. 10. & 15. Tzetzes Chiliad. 4. 122. Plinius 8. 8.

Difficilius mitigetur] Hoc singulari capite docet Ælianus 10. 10. Plurima super hac re Gesnerus ex antiquis scriptoribus adducit, lib. 1. de quadruped. voce *de elephante*, lit. E. pag. 432. ubi superioribus sequentibusque paginis totam de elephantis, & jucundam sane auditu historiam cognosces. *Rad.*

21 *Elidunt*] Freinshemius *elident.* quod & Sebisio vitium.

rim; ſatis gnarus plus ſuis, quam hoſtibus periculi inferre. At enim equitum peditumque multitudo vos commo- 22
vet! cum paucis enim pugnare ſoliti eſtis, & nunc primum [a] *inconditam ſuſtinebitis turbam. Teſtis adverſus* 23
multitudinem invicti Macedonum roboris Granicus amnis; & Cilicia inundata cruore Perſarum; & Arbela, cujus campi devictorum à nobis oſſibus ſtrati ſunt. Sero 24
hoſtium legiones numerare cœpiſtis, poſtquam ſolitudinem in Aſia vincendo feciſtis: quum per Helleſpontum navigaremus, de paucitate noſtra cogitandum fuit. nunc nos Scythæ ſequuntur; Bactriana auxilia præſto ſunt; Dahæ Sogdianique inter nos militant. Nec tamen illi turbæ con- 25
fido. veſtras manus intueor; veſtram virtutem rerum, quas geſturus ſum, vadem prademque habeo. quamdiu vobiſcum in acie ſtabo, nec meos nec hoſtium exercitus numeravero: vos modo animos mihi plenos alacritatis ac fiduciæ adhibete. Non in limine operum laborumque no- 26
ſtrorum; ſed in exitu ſtamus: pervenimus ad ſolis ortum & Oceanum, niſi obſtat ignavia: inde victores perdomito fine terrarum revertemur in patriam. Nolite, quod pigri agricolæ faciunt, maturos fructus per inertiam amittere è manibus. Majora ſunt periculis præmia; dives ea- 27
dem, & imbellis eſt regio. itaque non tam ad gloriam vos duco, quam ad prædam. digni eſtis, qui opes, quas illud

INTERPRETATIO.

a *Incompoſito agmini reſiſtetis.*

NOTÆ.

26 *Et oceanum, niſi*] Ita diſtinguerem: *Oceanum: niſi obſtet ignavia, inde victores*, &c. Sebiſius. Ego non aſſentior: nondum enim tum ad Oceanum pervenerat, ſed eo ibat: uſus eſt autem præteriti voce *pervenimus*, paulo poſt futuri ſignificatione, quam ei tribuit vocula *niſi*, ut fere ſupra 4. 14. *niſi quid in vobis eſt, ipſe ego majore parte captivus ſum*: hoc eſt, ero & permanebo captivus majore inci parte (uxorem, liberos ſignificat) niſi veſtrâ virtute velut pendentem adhuc captivitatem avertatis. *Freinsh.*

Nolite, quod pigri agricolæ faciunt] Per ignaviam res præclaras negligentes, pro fructu caſſa reportant vota, ut pigri agricolæ. Scaliger. 3. Epidorp.

Ignava pigri falcula ſolam metet umbram. Loccen.

27 *Dives eadem, & imbellis*] Idem Gallorum elogium apud Tacit. 11. 18.

lud mare litoribus invehit, referatis in patriam: digni, qui nihil inexpertum, nihil metus omissum relinquatis.
28 *Per vos gloriamque vestram, qua humanum fastigium excedit is; perque & mea in vos, & in me vestra merita, quibus invicti contendimus, oro quaesoque, ne humanarum rerum terminos adeuntem alumnum commilitonemque vestrum, ne dicam regem, deseratis. Cetera vobis imperavi; hoc unum debiturus sum. Et is vos rogo, qui nihil umquam vobis praecepi, quin primus me periculis obtulerim: qui saepe aciem clypeo meo texi: ne infregeritis in manibus meis palmam, qua Herculem Liberumque pa-*

NOTAE.

28 *Per vos*] Concipi hoc eadem formula debuit, qua similes obtestationes solent: *Per ego vos.* Ita Modius 4. 14. emendabat: *Per ego vos deos patrios, &c.* Et multa talia cum alii pridem, tum nuper in elegantissimis suspicionum libris V. Cl. Ian. Gruterus collegit. *Acidalius.* Ita etiam concipit Cl. Gronovius.

Commilitonemque] Sueton. Cæs. 67. nec milites *eos pro concione, sed blandiori nomine* commilitones *appellabat.* Sic apud Tacit. 33. 3. Agricola. Aliorum exempla plura vide apud Brisson. lib. 4. de formulis: rationem apud Clapmar. de arcan. 6. 16. *Sacrati commilitones, immo etiam mei consecranei, &c.* Maximinus apud Capitolin. in Gordianis cap. 14. ubi appareat *consecraneos* majus aliquid esse quam *commilitones.* Non ergo idem, ut putarunt viri docti. ridicule enim ita dixisset Maximinus, nec alia vi, quam si sic; *commilitones, immo etiam mei commilitones.* Potius suspicor eo sic vocasse, ut revocaret in mentem ipsos se consecrasse fecisseque Imperatorem. *Freinsh.*

29 *Qui nihil unquam*] Ita Scipio suos hortatur, *ut à se sumant exemplum morum ac industriae.* apud Appian. in Punicis. similia exempla reperies apud Fabrum Semestr. 3. 20. & Gruter. discurs. in Tacit. cap. 15. Pertinent huc illa Taciti H. 2. 76. *simul ipse qui suadet considerandus est, adjiciatne consilio periculum suum.* istaque Livii 7. 32. *debere etiam intueri cujus ductu auspicioque in eunda pugna sit: utrum qui audiendus, duntaxat magnificus adhortator sit, verbis tantum ferox, operum militarium expers; an qui & ipse tela tractare, procedere ante signa, versari media in mole pugnae sciat.* Quibus in verbis dispice, an pro *qui audiendus*, reponendum sit, *qui audiendi.* Idem.

In manibus meis] Paschalius de coronis 6. 20. hoc Curtii, pluribusque aliorum auctorum locis probat, victores palmas non capite tantum, sed etiam dextra manu praetuliisse: quod diserte tradit Pausanias lib. 8.

Herculem Liberumque] Quorum amborum columnae, expeditionum suarum termini memorantur: in comparatione Liberi & Herculis Epigr. 4. 12. Ἀμφοῖν ἡ σὴ πλὰξ σωτῆρος. ubi certe non Gaditanae Herculis columnae intelligi possunt, sed aliae in India quaeri debent. quomodo etiam alias *contermina* Bacchicis? Herculem autem ibi quoque monumentum itinerum laborumque suorum erexisse, consentaneum est: & ex Strabonis tertio, tum Solini cap. 52. firmatur. In Strabone: *aras pro termino posuit* Alexander, *imitatus Herculem & Bacchum.* Nam illi quoque aris signaverunt expeditionis suae terminos, vide mox

ad

patrem, ſi invidia abfuerit, equabo. Date hoc precibus 30
meis, & tandem obſtinatum ſilentium rumpite. Vbi eſt
ille clamor alacritatis veſtræ index? ubi ille meorum Ma-
cedonum vultus? Non agnoſco vos, milites; nec agnoſci
videor à vobis. Surdas jamdudum aures pulſo: averſos
animos & infractos excitare conor. Quumque illi in ter- 31
ram demiſſis capitibus tacere perſeverarent; *Neſcio*
quid, inquit, *imprudens in vos deliqui, quod me ne intueri*
quidem vultis! in ſolitudine mihi videor eſſe. nemo reſpondet;
nemo ſaltem negat. Quos alloquor? quid autem poſtulo? 32
veſtram gloriam & magnitudinem vindicamus. Vbi ſunt
illi, quorum certamen paulo ante vidi contendentium,
qui potiſſimum vulnerati regis corpus exciperent? deſer-
tus, deſtitutus ſum, hoſtibus deditus. Sed ſolus quoque 33
ire perſeverabo. objicite me fluminibus, & belluis, & il-
lis gentibus, quarum nomina horretis. inveniam qui de-
ſertum à vobis ſequantur: Scythæ Bactrianique erunt
mecum; hoſtes paulo ante, nunc milites noſtri. MO- 34
RI

NOTÆ.

ad 9. 3. Senec. de benef. 7. 3. *Alexandrum per Liberi Herculiſque veſtigia felix temeritas egit.* Longe hinc abeſt apophthegma quod ei, neſcio quam bona fide, tribuit Plutarch. apophth. cap. 41. ſe omnia ſua opera, ne cum uno quidem dicto Herculis conferenda cenſere. Idne dixiſſet *homo gloriæ deditus, cujus nec naturam nec modum noverat, Herculis Liberique veſtigia ſequens, ac ne ibi quidem reſiſtens ubi illa defecerant*; ut ait Seneca de benef. 1. 13. Et epiſt. 94. *ultra Oceanum, ſolemque, indignatur ab Herculis Liberique veſtigiis flectere.* Declamatores apud Senecam alterum Suaſoria I. *Intra has terras cælum Hercules meruit.* Et: *Vltra Liberi patris tropæa conſtitimus.* Solent autem, ut vides, Hercules & Bacchus fere conjungi, quod uterque in iiſdem oris longinquam militiam exercuiſſe feratur. quibuſcum Alexander, tum alii qui procul ab domo bella geſſere, comparati ſunt. Sic apud Plin. 7. 26. de Pompeio: *æquato non modo Alexandri Magni rerum fulgore, ſed etiam Herculis prope ac Liberi patris.* Quod judicium etiam ex parte fuit Petronii in carm. de bello civ. verſu 269. *totis ſimilis Tirynthius actis.* nam ad Pompeium hæc refert. quapropter verſu præcedente pro *Magnaque* abſque ullo dubio legendum eſt *Magnum*, nempe Pompeium:

Magnum cum Phœbo ſoror, & Cyllenia proles
Excipit, ac totis ſimilis Tirynthius actis.

Freinshemius.

34 *Mori præſtat, quam precario imperatorem eſſe*] Tacitus 1. Hiſtor. de Galba: *Precarium ſeni imperium, & brevi tranſiturum.* Sed imperium vi ſua nixum, & quod nomine & jure regio eſt nec licentiæ ventis abripitur, firmius eſt. *Lecce.*

RI præstat, [a] quam precario imperatorem esse. ite reduces domos; ite deserto rege ovantes. Ego hic à vobis desperatæ victoriæ, aut honestæ morti locum inveniam.

INTERPRETATIO.

a *Quam precibus* emendicatum *imperium obtinere.*

NOTÆ.

Ite deserto rege] Paria sunt illa Cerialis apud Tacit. H. 4. 77. *Ite, nunciate Vespasiano, vel quod propius est, Civili & Classico, relictum à vobis in acie ducem.* Cui simile Syllæ apophth. relatum à Plutarcho cap. 43.

CAP. III.

Cœnus, militum nomine, Alexandro respondet, & paulo post morbo extinguitur.

1 [a] NE sic quidem ulli militum vox exprimi potuit. exspectabant ut duces principesque ad regem perferrent, *vulneribus & continuo labore militiæ fatigatos non detrectare munia, sed sustinere non posse.* Ceterum illi metu adtoniti in terram ora
2 defixerant. Ergo primo fremitus sua sponte; deinde gemitus quoque oritur: paulatimque liberius
[b] dolor erigi cœpit, manantibus lachrymis, adeo ut rex, ira in misericordiam versa, ne ipse quidem, quamquam cuperet, [c] temperare oculis potuerit.
3 Tandem universa concione effusius flente, Cœnus ausus

INTERPRETATIO.

a *Ne hac quidem* oratione *potuit ab ullo militum responsum extorquere.*

b *Tristitia prodere se cœpit.*

c *Abstinere lacrymis.*

NOTÆ.

2. [b] *Dolor erigi cœpit*] Gebhardus Crepund. 3. 26. mallet *egeri*, ut Ovid. Trist. 4. 3. v. 38.

Expletur lachrymis, egeriturque dolor.

quam rem pluribus exemplis firmat. Vulgatam autem defendit Barthius adversar. 28. 6. his fere verbis. Cum in Ovidii loco de longo dolore & in ejus solatium datis lachrymis sermo sit, nulla inter duos similitudo est. hic enim locus non egestionem aut attenuationem doloris ingerit, sed libertatem illi datam testandi se per fletus.

Digitized by Google

auſus eſt contantibus ceteris, propius tribunal accedere; ſignificans ſe loqui velle. Quem ut videre mi- 4
lites detrahentem galeam capiti (ita enim regem adloqui mos eſt) hortari cœperunt, *ut cauſam exercitus ageret.* Tum Cœnus: *Dii prohibeant*, inquit, *à* 5
nobis impias mentes; & profecto prohibent. Idem animus eſt tuis, qui fuit ſemper, ire quo juſſeris, pugnare, periclitari, ſanguine noſtro commendare poſteritati tuum nomen. Proinde ſi perſeveras, inermes quoque & nudi & exſangues, utcumque tibi cordi eſt, ſequimur vel antecedimus. Sed ſi audire vis non fictas tuorum militum 6
voces, verum neceſſitate ultima expreſſas; præbe, quæſo, propitias aures imperium atque auſpicium tuum conſantiſſime ſequutis, & quocumque pergis ſequuturis. Vici- 7
ſti, rex, magnitudine rerum non hoſtes modo, ſed etiam milites. quidquid mortalitas capere poterat, implevimus. emenſis maria terraſque melius nobis, quam incolis omnia nota ſunt. pene in ultimo mundi fine conſiſtimus. In alium 8
orbem paras ire, & Indiam quæris Indis quoque ignotam: inter feras ſerpenteſque degentes eruere ex latebris & cubilibus ſuis expetis, ut plura, quam ſol videt, victoria

NOTÆ.

tus. quare penitus nihil mutandum credimus. *Liberius.* non ad copiam, ſed ad *libertatem* jacentis antea ob timorem mœroris intelligendum eſt. Erigitur ergo penitus cordibus impreſſus dolor, & hactenus fremitu obſcuro geminuque conceptus tacito, cum in oculos venit, & metu paullum victo in lachrymas velut ruptis catenis aut vinculis exit.

4 *Detrahentem galeam*] Poſſevinus de Magno Moſchorum duce Baſilio, ſi rite memini, legato, ſibi conſuetum honorem non exhibenti, pileum clavo adacto juſſit capiti affligi. *Raderus.* Draculæ Valacho tribuit Bonfinius 3. 10. Obſervatu dignam rem ex Luitprandi legatione non prætereibimus. *Cum pileatus equitarem, meque Coroplates à longe proſpiceret, filio celeriter directo, mihi mandavit, fas non eſſe, quempiam, ubi Imperator* (Conſtantinopolitanus) *eſſet, pileatum, ſed tertiſtratum, incedere, &c. quod noſtris omnibus nimis turpe videtur, ipſi ſoli* (de legatis Græcis loquitur) *capite operto Imperatores noſtros deoſculantur.* Antiquum autem exhibendæ venerationis morem fuiſſe caput alicujus cauſa nudare, cum res feret, oſtendetur ad illa Salluſt. Hiſt. 5. 1. *Quibus de cauſis Sullam in victoria dictatorem, equo deſcendere, ſibi uni aſſurgere de ſella, caput aperire ſolitum.* Freinsh.

5 *Tum Cœnus*] Confer cum hac oratione Græcam Arriani 5. 4. & Senecæ Suaſor. 1. ab initio.

9 ctoria luſtres. *Digna prorſus cogitatio animo tuo; ſed al-*
tior noſtro. virtus enim tua ſemper in incremento erit;
10 *noſtra vis in fine jam eſt. Intuere corpora exſanguia, tot*
perfoſſa vulneribus, tot cicatricibus putria. Iam tela he-
betia ſunt: jam arma deficiunt. Veſtem Perſicam indui-
mus, quia domeſtica ſubvehi non poteſt. in externum de-
11 *generavimus cultum. Quoto cuique lorica eſt? quis equum*
habet? jube quæri quam multos ſervi ipſorum perſequuti
ſunt, quid cuique ſuperſit ex præda. OMNIVM
victores, omnium inopes ſumus. Nec luxuria laboramus,
12 *ſed bello inſtrumenta belli conſumpſimus. Hunc tu pul-*
cherrimum exercitum nudum objicies belluis? quarum
ut multitudinem augeant de induſtria barbari, magnum
13 *tamen eſſe numerum etiam ex mendacio intelligo. Quod*
ſi adhuc penetrare in Indiam certum eſt; regio à Meri-
die mihi vaſta eſt. qua ſubacta licebit decurrere in il-
lud mare, quod rebus humanis terminum voluit eſſe na-
14 *tura. Cur circumitu petis gloriam, quæ ad manum poſi-*
ta eſt? hic quoque occurrit Oceanus. niſi mavis errare,
15 *pervenimus, quo tua fortuna ducit. Hæc tecum, quam*
ſine te cum his, loqui malui; non uti inirem circum-
ſtantis exercitus gratiam; ſed ut vocem loquentium po-
16 *tius, quam ut gemitum murmurantium audires.* Vt fi-
nem

NOTÆ.

9 *Digna prorſus cogitatio animo tuo*] Satis quidem creverant res & fortuna Alexandri, ſed cupiditas gloriæ modum & finem neſciebat. Seneca de tranq. an. c. 10. pulchrum hic dat remedium: *Nihil alta ſpirantes æque ab his animi fluctibus vindicaverit, quam ſemper aliquem incrementis terminum figere; nec fortunæ arbitrium deſinendi dare; ſed ipſos & quidem ultra citra extrema conſiſtere. ſic & aliqua cupiditates animum acuent, ſed finitæ, non in immenſum incertumque producent.* Loccen.

10 *Cicatricibus putria*] Acidalius emendat *turpia*; non equidem male: ſed Modiana ſcriptura æque commoda. *Raderus.* Rem quod attinet, ſimilimum huic negotium apud Tacit. 1. 34. quo loco veterani *quidam preſſa manu* (Germanici) *per ſpeciem oſculandi, inſeruerunt digitos, ut vacua dentibus ora contingeret: alii curvata ſenio membra oſtendebant.* mox: *nudant univerſi corpora, cicatrices ex vulneribus, &c. exprobrant.* Pertinent huc apud Senec. Suaſor. 2. à pr. *arma non paſſura manus, hebetataque ſenio an vulneribus corpora.* Adde infra 10. 2. Iuſtin. 12. 8. *Freinshemius.*

15 *Tecum quam ſine te*] Seneca epiſt. 47. *ſit, ut iſti de domino loquantur, quibus coram domino loqui non licet.*

29 *XII ara*]

nem orationi Cœnus impoſuit, clamor undique cum ploratu oritur, *regem*, *patrem*, *dominum*, confuſis appellantium vocibus. Iamque & alii duces, præ- 17
cipueque ſeniores, quîs ob ætatem & excuſatio honeſtior erat, & auctoritas major, eadem precabantur. Ille nec caſtigare obſtinatos, nec mitigare pote- 18
rat iratos. itaque inops conſilii deſiluit è tribunali, *claudique regiam* juſſit, omnibus præter adſuetos, adire prohibitis. Biduum iræ datum eſt; tertio die 19
proceſſit, erigique XII aras ex quadrato ſaxo, monumentum expeditionis ſuæ; *munimenta quoque caſtrorum* juſſit *extendi*, *cubiliaque amplioris formæ, quam pro corporum habitu relinqui*; ut ſpeciem omnium augе-

NOTÆ.

19 *XII aras*] *Ingentes inſtar turrium*, Arrian. 5. 4. 2 *cubitorum*, Diodor. 17. 95. Fecit harum etiam mentionem Geographus in tertio. Plutarch. cap. 109. narrat Præſiorum reges, trajecto flumine, poſteris temporibus ibi hoſtias immolaſſe, Græcoque ritu aras illas Alexandri veneratos eſſe. Fixæ ſunt hæ aræ *in ripa*, ut Solinus cap. 52. oſtendit. & expreſſe Philoſtratus lib. 2 extremo, qui alia quidem addit illuſtria. *Raderus*. Iuſtinus 12. 10. aras has aliquanto poſtea ſtatutas innuit. haud dubie falſo. Sic autem antiquitus limites fuiſſe poſitos nonnullis exemplis oſtendit Strabo lib. 3. Ita Solinus cap. 49. Bacchi, Herculis, Semiramidis Cyrique aras apud Pandam in Sogdiana ſtatuit, quos credere poſſis fuiſſe *terminos Liberi Patris* Alexandri militi ſuperatos, ſup. 7. 9. Sed & in ingreſſu Aſiæ duodecim aras ſtatuit Alexander. Iuſtin. 11. 5. *duodecim aras deorum*. niſi forte numerus ad deos pertinet, ut aræ dicatæ fuerint duodecim diis: nempe majoribus, qui *Conſentes* dicti Latinis. Arrian. 1. 4. numero non definito *altaria ſtruxiſſe* ait *Iovi deſcenſori, & Minervæ & Herculi, ibi unde ex Europa ſolvit, & in eo Aſiæ loco in quem deſcendit*. Sed hoc, pro deſcenſu, voti cauſa fecerat. *Aram Druſo ſitam* ejuſmodi initium habuiſſe, certe ab ipſo, non ab alio, in illius honorem, exſtructam videri, ad Tacit. 2. 7. notavimus. & Lucan. 3. 230. & 233.

Qua colitur Ganges, &c.
Hic, ubi Pellæum poſt Tethyos æquora ductor
Conſtitit, & magno victi ſe faſſus ab orbe eſt.

Ceterum Plinius 6. 25. alias etiam *aras Alexandri in promontorio* Carmaniæ collocat. Ptolemæus etiam in Scythia trans Caucaſum columnas Alexandri. Sed erroris eum convincit Salmaſius ad Solin. pag. 789. ubi prolixe quoque de aris his Alexandri diſputatur: quem locum, quia per anguſtiam temporis relegere non poſſum, appoſui quæ ad Curtium mihi obſervata erant; quamquam vix putem aliquid nos allaturos, quod ille admirabili induſtria ſimul & doctrina non præceperit.

Juſſit extendi] Idem Iuſtin. 12. 8. Diodor. 17. 95. Plutarch. cap. 109. Oroſius 3. 19. Apud Senec. Suaſor. 2. Senecio qui non niſi grandia probabat, *calceos quoque majores ſumebat, &c.* invenit cognomen, ut diceretur *Grandio*. Freinsh.

Speciem omnium] Acidalius leviter

20 geret, posteritati fallax miraculum præparans. Hinc repetens quæ emensus erat, ad flumen Acesinem locat castra. Ibi forte Cœnus morbo exstinctus est. cujus morte ingemuit rex quidem; adjecit tamen, *propter paucos dies longam orationem eum exorsum, tam-*
21 *quam solus Macedoniam visurus esset.* Iam in aqua classis, quam ædificari jusserat, stabat. Inter hæc Memnon ex Thracia in supplementum equitum sex millia, præter eos ab Harpalo peditum septem millia adduxerat; armaque XXV millia auro & argento cælata pertu-
22 lerat, quîs distributis vetera cremari jussit. Mille navigiis aditurus Oceanum, discordes & vetera odia retractantes Porum & Taxilem, Indiæ reges, firmata per affinitatem gratia reliquit in suis regnis; sum-
23 mo in ædificanda classe amborum studio usus. Oppida quoque duo condidit, quorum alterum Nicæam adpel-

NOTÆ.

dubitat reponendum, *hominum*, ex Diodori verbis: Ἀπολιπεῖν σημεῖα μεγάλων ἀνδρῶν, *relinquere indicia magnorum virorum*. Ego putem vulgatam lectionem optime sibi constare, ut vox *omnium*, tam ad cubilia amplioris formæ, quam ad munimenta castrorum referatur. Hoc fieri non posset, si Acidaliana dubitatio locum inveniret. *Blanck.*

20 *Cœnus*] Confirmat hoc Arrianus 6. 1. quapropter Scaligerum memoria lapsum fuisse credidi, cum in Iustino 13. 4. pro *Scyno Cœnum* repostum iret. infra tamen 10. 1. Cœni mentio est, sed suspecta: quam examinabimus suo loco. *Freinsh.*

21 *Memnon*] Hunc tamen multo ante defeciviſſe ab Alexandro, scribit Diodorus 17. 62. nisi de alio sentiat.

Peditum septem millia] Imo plusquam 30000. si credimus Diodoro 17. 95.

22 *Mille navigiis*] Arrianus 6. 1. *bis mille* navigia numerat, inter quæ *triginta remorum naves octoginta*. forte etiam quædam *duodecim ordinum*. quales *instituisse Alexandrum Magnum ferunt* apud Plin. 7. 56. nisi forte id postea fecerit, cum Babylonem reversus, omnia in luxum magis quam magnificentiam verteret. Ceterum *mille navium classem* molita quoque dicitur Persepolis supra 5. 7. Totidem, aut paulo plures, Græcos Trojano bello habuisse ex Homero constat, totidem adversus Germanos comparavit Germanicus apud Tac. 2. 6. 2. 23. *Freinshemius.*

23 *Nicæam*] A victoria de Poro reportata dictam. Diodor. 17. 95. Arrian. 5. 3. Strabo lib. 15. Stephanus περὶ πόλεων octo cognomines Nicæas enumerat. *Rad.* Tale διήγμα τῆς νίκης quo loco pugnatum est primum cum Dario, in Issico sinu excitasse Alexandrum, auctor est Herodianus 3. 12. urbem nimirum, Alexandriam quidem nomine, sed tamen in victoriæ monimentum conditam. Multis autem urbibus ab ejusmodi eventu nomen est inditum. Sic ab Augusto post Actiacam victoriam appellata Nicopolis apud Sueton. 18. Est & in Mœsia Nico-

adpellavit, alterum *Bucephalon*, equi, quem amiſerat, memoriæ ac nomine dedicans urbem. *Elephantis* dein- 24
de, *& impedimentis terra ſequi* juſſis, ſecundo amne de-
fluxit;

NOTÆ.

Nicopolis, quam indicium victoria contra Dacos Trajanus condidit. Marcell. 31. 16. teſte. Sic à Variana Arminii victoria campum ad oppidulum Hornam Weſtfaliæ *Winfeldt* appellari, Lipſius ad Tacit. 1. 60. adnotat. Nec dubium, cetera quoque loca; ſaltem pleraque eorum, quæ à victoriæ appellatione quacunque lingua nomen trahunt, id ejuſmodi origini debere. *Idem.*

Bucephalon | Seu *Bucephalan*, ſeu *Bucephalea*, ſeu *Bucephalen*, ſeu *Bucephaliam*, varie ſcriptam repcries. Stephanus Βουκεφάλειαν ſcribit. Strabo lib. 15. Βουκεφάλειαν. Porro Bucephalum Oneſicritus & Arrian. 5. 3. ſenio confectum ſine vulnere defeciſſe memorant. Plutarch. cap. 107. ex prælio cum Poro, non extemplo, ſed poſt, ut plerique produnt, ſub vulnerum curatione: ut Oneſicritus eſt auctor, ob ſenium labore confectus. nam triginta annorum ætate ait eum deceſſiſſe. Mortem ejus tulit Alexander graviter, non aliter exiſtimans quam ſi familiarem & amicum amiſiſſet. In memoriam ejus ſuper Hydaſpen condidit urbem, quam appellavit Bucephaliam. *Rad.* De Bucephalo vide ſupra ad 6. 5. De urbe ejus cognomine vide etiam Melam 2. 47. Plin. 6. 20. Solin. 47. aut ut alii numerant 57. Iuſtin. 12. 8. Vrbs autem iſta vocata fuit *Bucephalos* à Curtio. in quo aſſertorem habet Arrian. peripl. mar. Erythr. 3. 21. ἡ Βουκεφάλου Ἀλεξάνδρεια. ubi notat, huic quoque urbi nomen fuiſſe Alexandriæ, ſed ad diſtinctionem aliarum Bucephali cognomen additum, ut utrumque exprimeret, à quo condita fuiſſet, & cujus in honorem. quod quidem etiam ex ſcholiis in Ariſtophanis Nubes verſ. 22. firmatur: πλούτησαντος τῷ Βουκεφάλᾳ Ἀλεξάνδρειαν ἵππον, ἐπαίνου αὐτῷ τῆς ἀρετῆς χαριζόμενος πόλιν. *Regem defuncto equo duxiſſe exequias* addit Plinius 6. 42. ubi hujus etiam urbis meminit. Quomodo Hadrianus apud Spartian. cap. 20. *Equos & canes ſic amavit, ut eis ſepulchra conſtitueret.* Alexandrum etiam canem *Peritam* nomine eodem honore affeciſſe, urbe quoque cognomine ei condita, Plutarch. cap. 107. narrat. Eum ex Indico genere fuiſſe, leonibus congredi ſolitum, centum minis emptum, ex Theopompo refert Iulius Pollux 5. 5. *Freinsh.*

24 *Secundo amne defluxit*] Hydaſpe, non Aceſine. Verum ut hic locus recte percipiatur, paulo longius inhærendum eſt. Sciendum ergo, Curtium per properantiam confudiſſe iter Alexandri. Supra *ad flumen Aceſinem locat caſtra. Ibi forte Cœnus, &c.* omiſit enim dicere quod Arrianus fine quinti, *Aceſine tranſmiſſo, ad Hydaſpem veniſſe.* ibi enim mortuus eſt Cœnus. Arrian. 6. 1. Quod ſi quis haud ſatis validum argumentum putet, quia nihil neceſſe eſt Curtium eadem ſentire cum Arriano, ex ipſo producam argumenta, quæ ſententiam meam affirment. ait: *Iam in aqua claſſis, quam ædificari juſſerat, ſtabat.* at ubi exædificata claſſis illa? *in proximis* Hydaſpi fluvio *montibus*, ipſius iudicio, ſupra 9. 1. quod conſtat ex hoc cap. quod dicit *in ædificanda claſſe ſummo* Pori Taxiliſque *ſtudio uſum.* ædificata ergò fuit in Hydaſpe fluvio, qui amborum finibus medius interfluebat. Supplementa quoque variarum nationum, Arriano teſte Indic. 3. 15. juxta Hydaſpen Alexandro conjunctæ ſunt. Sic & *diſcordes, & vetera odia retractantes*, Porum atque Taxilem, *reliquiſſe in ſuis regnis* intelligis, non ad Acesinis fluenta, ſed Hydaſpis. *Oppida quoque duo* quæ *condidiſſe* hic iterum inculcat (oblitus, quod ſupra 9. 1. de iis tradidiſſet: & in errorem inductus eo negotio, quod ſicut etiam fine lib. 5. Arrianus tradit, Alexander tum temporis

non

fluxit; quadraginta ferme ſtadia ſingulis diebus procedens, ut opportunis locis exponi ſubinde copiæ poſſent.

NOTÆ.

non quidem de novo iſta oppida condidit, ſed quæ ibi imbres corruperant, inſtauravit) non in Aceſinis, ſed Hydaſpis ripa fuiſſe, certiſſimum eſt. poſita enim ſunt juxta locum, in quo cum Poro pugnaverat. Quæ cum omnia certiſſima ſint, hoc accedit inprimis magnum argumentum, quod cap. ſeq. addit: *Perventum erat in regionem, in qua Hydaſpes amnis Aceſini committitur.* Quod diſerte Arrian. Indic. 3. 15. *Ipſe inde eram ſolvens per Hydaſpen ad Aceſinis & Hydaſpis confluentem navigavit.* Confirmat hæc omnia Strabo lib. 15. cui in hoc negotio merito plurimum tribuas, non uno loco; ſed hoc potiſſimum: *Sylva ad Emodos montes, ex qua Alexander multam abietem, &c. compingendis navibus in Hydaſpem deduxit, ex quibus claſſem conſtruxit juxta urbes in utraque fluminis ripa à ſe conditas, ubi eo tranſmiſſo Porum vicit, &c.* Idem ex Ariſtobulo paulo ſupra: *Poſtquam in Hydaſpem veniſſent, & Porum ſuperaſſent, iter ad Hypanim facientes ad orientem, atque inde ad Hydaſpem rurſum, continue pluiſſe, &c. & cum navium fabricationi ad Hydaſpem immorati eſſent, & non multis diebus ante Pleiadum occaſum navigare cœpiſſent, &c.* Ex quo teſtimonio multa firmantur: Alexandrum, ab Hydaſpe ad Hypanin itinere facto, per eadem fere loca reverſum eſſe: pluiſſe continuo per id tempus: inde fides Arriano de inſtauratis oppidis; naves in Hydaſpe fuiſſe confectas: ibi & navigationis initium factum. Quod ſatis puto confirmatum: quamquam Curtius cum Iuſtino 12. 9. & auctore ſuo Diod. 17. 94. (nam eum, ut multis aliis locis, ita hic quoque, non ſecus ac Polybium Livius, interpretatur,) Aceſinen velut principium navigationis fuiſſe. *Freinsh.*

Quadraginta ferme ſtadia] Vnde hoc hauſerit Curtius, non reperio. nam Diodorus, quem ſequi ſolet, nihil tale. Quadraginta ſtadia milliare Germanicum unum admodum cum quadrante conficiunt. quis credat uno die non majus confectum fuiſſe ſpatium, prono alveo? cum præſertim Plin. 6. 17. tradiderit, *Alexandrum nullo die minus ſtadia ſexcenta navigaſſe in Inde, nec potuiſſe ante menſes quinque enavigare, adjectis paucis diebus.* Quando igitur abſolviſſet navigationem integram, uno die non plus 40 ſtadiis promovens, ſi 600 diurna conficienti unus Indus ſupra quinque menſes abſumpſit? Scimus autem ex Ariſtobulo apud Strabonem, totum iter ab Hydaſpe ad Pattalenam inſulam, quam Indus mari jam vicinior efficit, decem menſibus fuiſſe confectum: cum interim ſæpe propter varia bella exſcenſiones expeditioneſque eſſent faciendæ. Plutarch. c. 115. ſeptem modo numerat. Numquid igitur pro *quadraginta ſtadia* reponendum in Curtio, *quadringenta?* Certe neceſſe eſt, vel ob ſequentia, *ut opportunis locis exponi copiæ poſſent.* hæc enim cauſſa eſſe ſolet, ut intendantur itinera; raro etiam ut minuantur: ubi nimirum inter duo loca commoda nimis magna eſt diſtantia, quæ nec facile attingi poſſit. At ſi per ſingula 40 ſtadia loca opportuna occurrant, nihil opus erat ad earum rationem iter moderari, cum vel dormientibus in ea fuiſſet incidendum. Hæc igitur eſt celeberrima illa Alexandri navigatio, quam levi brachio tangit Curtius. Arrianus autem à pr. lib. 6. & inprimis Indic. cap. 3. accurate deſcribit. ad cujus meliorem intellectum uſui erunt duo loca. quorum alterum ſupra ad 3. 13. alterum *de equitatu ſeciorum ecte millium*, alibi emaculavimus. *Idem.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. IV.

Sobiis, & aliis expugnatis, regionem Oxydracarum & Mallorum ingreditur. Oratione ad milites habita, Barbaros fugat, eorumque oppidum, contempto Demophoonte Vate, obsidet.

PERVENTVM erat in regionem, in qua Hydaspes amnis Acesini committitur. Hinc decurrit in fines Sobiorum. hi *de exercitu Herculis majores suos esse* commemorant, *agros relictos esse; cepisse sedem, quam ipsi obtinebant.* Pelles ferarum pro veste; clavæ pro telo erant : multaque etiam quum Græci mores exoleviſſent, stirpis ostendebant vestigia. Hic exscensione facta CC & L stadia processit, depopulatusque regionem, oppidum caput ejus corona cepit. XL peditum millia alia gens in ripa flu-

NOTÆ.

1 *Sobiorum*] Malim cum Strabone lib. 15. & Arriano Indic. 1. 21. *Sibarum*. Diodor. 17. 96. *Ibos* appellat. *Raderus*. In Diodoro sibilus præcedentis vocis ademit eum sequenti. τοὺς ὀνομαζομένους Ἴβους. animadvertit vitium ad Iustin. 12. 9. Bongarsius. in Iustino *Silei* vocantur, quos idem recte docet *Sibos* intelligi : nam & Orosius 3. 19. sic appellat. Stephano sunt *Siba*. Reineccius eosdem esse credit *Suraſenos* Arriani Indic. 2. 1. nimirum quod illi præcipue Herculem colere dicantur: sed argumentum hoc nimis leve videtur. coluerunt enim eum & alii Indi, nec tamen omnes fuere Sibæ. Pori quidem exercitus Herculis effigiem pro signo sequebatur. Imo est ex Arriano concludere, plane diversos fuisse populos. Sibæ enim ad Hydaspen coluisse creduntur; Arrianus Suraſenos ad Iobarem (*Iomanem* Plin. 6. 19.) ponit. qui forte *Oxydracæ* fuerint : qui Orosio 3. 19. *Subagræ*; Plin. 12. 6. *Sydracæ*; Diodor. 17. 98. Συδρακῶν etiam Cuntianis Mss. 9. 4. *Sudracæ*. Idem.

2 *Ægros relictos esse*] Alii *agros relictos se*, vitiose. *majores suos esse de exercitu Herculis, se* (nimirum qui Alexandri tempore vivebant) *agros relictos* (ubi? aut à quo?) *cepisse sedem, quam ipsi* (qui ipsi? qui loquebantur? an majores eorum?) *obtinebant*. Melius utique aliæ editt. & Mss. *agros relictos esse*. nimirum majores suos. ad quos necessario hæc referenda. Quæ quidem & Acidalio in mentem veniebant. quare utrumque illud *se* & *esse* delendum putabat; *agros relictos cepisse sedem*. quod & Bongarsio visum. & verũ puto. quin & superiori *esse* itidem eliminato, sic concepta hæc fuisse primitus. *His de exercitu Herculis majores suos commemorant agros relictos cepisse sedem*, &c. Nam si verbo illo uti voluisset, non *esse* magis, quam *fuisse* dixisset. Ægros autem in coloniis ejusmodi relinqui solitos supr. ad 7. 3. observatum est. Sic urbem ad Acesinẽ Alexandri jussu conditam, *mercenariorum ad militiã ineptis*, senio puta, aut vulneribus, attribuit Arrian. 5. 4. Pompeius apud Dion. l 36. *urbem eo loco quo Mithridatem vicerat, condidit, quam vulnerati aut ætate confecti milites sui haberent*. Idem.

5 *Alia gens Agalaſſenſes*] vocat Diodor.

fluminum oppoſuerat, quam amne ſuperato in fugam compulit, incluſoſque mœnibus expugnat. pu-
6 beres interfecti ſunt, ceteri venierunt. Alteram deinde urbem expugnare adortus, magnaque vi defendentium pulſus, multos Macedonum amiſit. Sed quum in obſidione perſeveraſſet, oppidani deſperata ſalute ignem ſubjecere tectis, ſe quoque ac libe-
7 ros conjugeſque incendio cremant. Quod quum ipſi augerent, hoſtes exſtinguerent, nova forma pugnæ erat. delebant incolæ urbem; hoſtes defendebant: adeo etiam naturæ jura bellum in contrarium mutat.
8 Arx erat oppidi intacta, in qua præſidium dereliquit: ipſe navigio circumvectus eſt arcem. quippe

NOTÆ.

dor. 17. 96. à quibus longe abſunt Malli, qui Hydraoten tranſgreſſi ab Alexandro victi expugnatique ſunt: apud Arrian. 6. 1. nam hæc adhuc ad Hydaſpen geſta, quæ Arrianus 6. 1. conciſe: *Indos Hydaſpis ripam accolentes partim deditionem facientes in amicitiam ac fidem recipiebat* (Sibas ſive Sobios intelligit) *partim ad arma confugientes* (Agalaſſenſes alioſque vicinos innuit) *vi ſubigebat. Porro magna celeritate in Mallos & Oxydracas contendebat*, &c. Sed fefellit explanatorem Curtius, qui ſtatim ſubjicit, *Alteram deinde urbem*, &c. quam hiſtoriam cum narret Arrian. 6. 1. credidit Explanator debuiſſe eandem ſeriem rerum ſecutum, in proxime præcedentibus eadem narrare, quæ Curtius ante dicta verba, *Alteram deinde*, &c. narraverat. Sed nimirum noſter cum Diodoro hanc alteram urbem ſupra Mallorum regionem poſitam fuiſſe volunt; Arrianus in ipſis Mallis.

Fluminum] Quorum enim? Ex Curtii mente, neceſſe eſt accipias Aceſinem & Hydaſpen, jam non ſeorſim fluentes, ſed unum in alveum redactos. *Freinsh.*

6 *Deſperata ſalute*] Diodor. 17. 96. contra. *Oppido per iram* (Alexandri) *incenſo, maximam illorum partem comburit.* Arrian. 6. 1. cum Curtio facit. *Raderus.*

7 *Delebant incolæ*] *Adjuvantibus ignem, qui aliàs ad extinguendum opem ferre ſolent*, ut loquitur Livius 34. 38. de incenſis ædificiis in oppugnatione Lacedæmonis, juſſu ducis Spartani, ad hoſtium incurſum inhibendum. Cui negotio ſimilis eſt Iudæorum dolus, quem de bello Iud. 7. d. refert Ioſephus.

Adeo etiam naturæ jura bellum in contrarium mutat] Gronovius in diatribe ad Statii Silv. cap. 61. Naturæ vera. *Sic omnes Modii, & duo, quorum nos excerpta habemus. Scioli ex gloſſa ſuppoſuerunt* jura. Verum Acidalius ait nimium nos membranis tribuere, ſi contra verum iis niti ſuſtineamus. Gronovius probat *verum* pro æquo ſæpe poni. quod etiam nonnullis exemplis oſtendit Brantius ad illa Cæſaris de bell. Gall. 4. 8. *Neque verum eſſe, qui ſuos fines tueri non potuerint, alienos invadere.* Vtrum eo Curtius hic uti voluerit, ambigo. Nec omittendum eſt, quod excerpta Pal. 1. & D. quæ eadem putamus eſſe, quorum Gronovius mentionem facit, confirmant vulgatam

quippe III flumina tota India præter Gangem maxima [a] munimento arcis adplicant undas. A Septemtrione Indus adluit; à meridie Aceſines Hydaſpi confunditur. Ceterum amnium coïtus maritimis ſimiles fluctus movent, multoque ac turbido limo, quod aquarum concurſu ſubinde turbatur, iter qua meant navigia, [b] in tenuem alveum cogitur. Itaque quum crebri fluctus ſe inveherent, & navium hinc proras, hinc latera pulſarent; [c] ſubducere nautæ cœperunt. ſed [d] miniſteria eorum hinc metu, hinc prærapida celeritate fluminum occupantur. In oculis duo majora omnium navigia ſubmerſa ſunt; leviora quum & ipſa nequirent regi, in ripam tamen innoxia expulſa ſunt. Ipſe rex in rapidiſſimos vortices incidit: quibus intorta navis, [e] obliqua, & gubernaculi impatiens agebatur. Iam veſtem detraxerat corpori; projecturus ſemet in flumen; amicique ut exciperent eum, haud procul nabant. [f] adparebat-

INTERPRETATIO.

a *Arcis munitiones aquis alluunt.*
b *In anguſtum canalem conſtringitur* Aceſines.
c Ad terram *appellere navigia.*
d *Illorum labor prævenitur.*
e *In tranſverſum ferebatur, nec clavo* regi *poterat.*
f *Æquale utrinque diſcrimen* fore *videbatur.*

NOTÆ.

tam lectionem, *jurá.* Hoc Maro 3. Georg. paucis ſed nervoſis verbis exprimit: ubi de belli malis agit:

FAS VERSUM ATQUE NEFAS.

vid. Clapmar. de arcan. rerump. lib. 4. cap. 50.

8 *Quippe III flumina*] Vide infra ad num. 15.

10 *Hinc metu*] Non conſtituo, membranarum *cœtu*, an excuſorum *metu* verius: quorum & neutrum fortaſſe verum. *Acidalius. Cœtu* ſervat Raderus, & explicat de coetu fluminum. Freinshemius *metu* præfert, idque interpretatur de ipſis nautis in periculo trepidantibus, niſi forte de metu militum hic fuit, ut ſupra 4. 9. & infra 9. 9.

11 *Majora omnium*] Mihi cum Acidalio & Sebiſio potius videtur, factam hic verborum tranſpoſitionem, legendumque, *In oculis omnium duo majora navigia ſubmerſa ſunt.* tum quod Curtium hæc magis ſapiunt, qui non delectatur inſolentia phraſium, quæ hic duplex, &, *in oculis*, non adjecto cujus, & *majora omnium*: tum quod rei veritas hunc ſenſum non patitur. *Duas longas naves* ſubmerſas Diodor. 17. 97. tradit;

batque anceps periculum tam nataturi, quam navi-
13 gare perſeverantis. Ergo ingenti certamine concitant remos, quantaque vis humana eſſe poterat admota eſt, [a] ut fluctus, qui ſe invehebant, everbe-
14 rarentur. Findi crederes undas, & retro gurgites cedere. quibus tandem navis erepta, non tamen ripæ adplicabatur, ſed in proximum vadum inliditur. Cum amne bellum fuiſſe crederes. ergo aris pro numero fluminum poſitis, ſacrificioque facto, xxx
15 ſtadia proceſſit. Inde ventum eſt in regionem Oxy-

INTERPRETATIO.

a *Vt fluctus qui ſe* in navim *illidebant*, remis *frangerentur*.

NOTÆ.

dit: cui plane conſentit Arriani narratio 6. 1. ſi recte perpendas. Fuerunt ergo naves illæ ex octoginta triacontoris Arriani 6. 1. qualibet illarum, ut conſentaneum eſt, nihil ſuperiores magnitudine. *longæ* appellat noſter 9. 9. *Freinsh.*

12 *Tam nataturi*] Sunt qui negent, ſciviſſe. Zonaras ex Plutarcho c. 102. & forte hac de cauſa *amici, ut excipe-rent eum, haud procul nabant*: ſive, ut Sebiſius volebat, *navigabant*. Cui tamen non aſſentitur Freinshemius, cum in communi periculo non vacaſſet ipſis ſuo arbitrio navigare. Ergo de amicis qui in eadem nave erant, probe interpretatur.

15 *Inde ventum*] Iterum nobis occurrit haud parvæ difficultatis nodus. Ait Macedonem veniſſe in regionem Mallorum, cum jam reliquiſſet confluentes Aceſinis & Hydaſpis, poſt urbem ab incolis crematam, cujus arcem tria flumina ſtringerent; poſtque periculum in confluente trium iſtorum ſuperatum. Secutus eſt, ut licet credere, Diodor. 17. 97. niſi qua illum non cepit. Sed ambos erroris convincit diligentiſſimi ſcriptoris Arriani narratio, 6. 1. cui penes me fides eo firmior, quod non, ut aliæ, vel cum geographorum ſententia, vel ſecum ipſa pugnat. Nam ecce poſtquam navigationem Alexander per Hydaſpen orſus eſt, accolas utriuſque ripæ perdomuit. inter quos & Sibas Arrianum innuere, paulo ante dictum eſt. Periculum autem claſſis in confluente Aceſinis & Hydaſpis accidiſſe narrat Arrianus, poſt quod alias ab Alexandro gentes ſubactas, donec reparata claſſe, iter in Mallos perſequeretur: in quibus locis urbem illam ſumma vi defenſam per deſperationem incenderint incolæ. Quæ quidem nullam plane contradictionem continent. At Curtii narratio de confluente trium amnium, ne Diodoro quidem conſentit. ille enim non, ut Curtius, tres diverſos amnes uno loco jungit, quam inſignem obſervationem nec alii prætermiſiſſent; ſed Aceſinen cum Hydaſpe, quem jam ille receperat, in Indum effundi. De periculo autem claſſis uterque falſus videtur. nam ſi ad Indi confluentes id accidit; non poſtea demum ad Mallos pervenit. ſi hoc verum eſt; in confluentibus Aceſinis & Hydaſpis Alexandrum periclitatum apparet. Apud Mallos enim Aceſines in Indum exit, ut Arrian. Ind. 1. 13. ſcribit. quia tamen addit in Oxydracis (qui forte Σαρδανίοις Dionyſio v. 1138.) Aceſini Hydaſpen miſceri, quos populos conterminos fuiſſe conſenſu traditur, non adeo longe diſtare potuerint Aceſinis & Hy-

Oxydracarum Mallorumque, quos alias bellare inter ſe ſolitos tunc periculi ſocietas junxerat. Nonaginta millia juniorum peditum in armis erant; præter hos equitum x millia nongentæque quadrigæ. At Macedones, qui omni diſcrimine jam defunctos ſe eſſe crediderant, poſtquam integrum bellum cum ferociſſimis Indiæ gentibus ſupereſſe cognoverunt, improviſo metu territi, rurſus ſeditioſis vocibus regem increpare cœperunt. *Gangem amnem, & quæ ultra eſſent, coactos tranſmittere; non tamen finiſſe, ſed mutaſſe bellum. Indomitis gentibus ſe objectos, ut ſanguine ſuo aperirent ei Oceanum. Trahi extra ſidera & ſolem, cogique adire, quæ mortalium oculis natura ſubduxe-* 16 17 18

NOTÆ.

& Hydaſpis confluentes, à confluentibus Aceſinis & Indi. Eadem confuſio cauſſam alii quoque contradictioni dedit: nam infra 9. 8. dicit eum ſecundo flumine in fines Mallorum perveniſſe; poſtquam hic jam tum idem aſſeruiſſet, totque res in ea regione interim geſtas expoſuiſſet. *Freinsh.*

Oxydracarum] Aliis aliter appellari diximus ad 9. 4. 1.

Quos alias bellare inter ſe ſolitos] Notum, quos privata ſeparat inimicitia, eos publicum ac commune periculum ex neceſſitate conjungere. Adi Eraſmi adagia in *Syncretiſmus*. Loccenius.

Periculi ſocietas junxerat] Notavit id de Hieroſolymitanis Tacit. H. 5. 12. *in duas factiones civitas diſceſſit, donec propinquantibus Romanis bellum externum concordiam pareret.*

X millia] Alii *novem millia*. Id cum falſum eſſe nemo dubitet; Curtio redonandum putavi. quod ipſum ſcripſiſſe, etiamſi aliorum ſcriptorum ope non juvaremur, totus hic locus clamat. Diodor. 17. 98. unde hæc deſumpta, totidem numerat. & quamquam ad novenarium numerum inclinent alii libri; tamen ex Pal. 1. qui VIII M. habet, Curtium à Diodor. non diſceſſiſſe deprehendi. *Freinshemius.*

17 *Gangem amnem*] Non latuit hujus loci difficultas Glareanum, quippe videbat nec præcedenti Curtii narrationi convenire iſthæc poſſe, nec illis quæ paulo poſt ſubjiciuntur: *Ceſſiſſe illis metuentibus Gangem*, &c. ideo conjecerat legendum: *Gangem amnem & qua ultra eſſent coactum tranſmittere, ut το coactum* ad Alexandrum referatur. Id valde abſurdum viſum Radero, qui veram Curtii ſcripturam certo definire autumat; *Non quidem Gangem amnem & q. u. e. coactos transmittere.* Sed pro Glareano poſſemus dicere, Radero non veniſſe in mentem *transmittere* idem interdum eſſe quod omittere, prætermittere. apud Romanos *vis imperii valet, inania tranſmittuntur*, ait Tacit. 15. 31. Ipſius autem conjectura merito ſuſpecta eſt nimiæ liberalitatis: nec enim unam modo voculam, ut affirmat, ſed duas adjecit. Ergo Glareani conjecturam merito prætulerim. Niſi forte pro *Gangem* ſcripſit aut ſenſit Curtius *Indum*. Diſtinctionem etiam mutem. *Indum & q. u. ſ. c. t. n. t. f. ſ. in. bellum, indomitis gentibus objectos, ut ſ. ſ. a. ei Oceanum, trahi extra ſidera*, &c. *Idem.*

duxerit. [a] *Novis idemtidem armis novos hoſtes exſiſtere. Quos ut omnes fundant fugentque, quod præmium ipſos manere? caliginem, ac tenebras, & perpetuam noctem profundo incubantem; repletum immanium bellua-*
rum gregibus fretum: immobiles undas, in quibus enio-
19 *riens natura defecerit.* Rex non ſua, ſed militum ſolicitudine anxius, concione advocata docet, *imbelles eſſe, quos metuant. nihil deinde præter has gentes obſtare, quo minus terrarum ſpatia emenſi ad finem ſimul*
20 *mundi laborumque perveniant. Ceſſiſſe illis metuentibus Gangem, & multitudinem nationum, quæ ultra amnem eſſent, declinaſſe iter eo, ubi par gloria, minus periculum eſſet. Iam proſpicere ſe Oceanum: jam perflare ad*
21 *ipſos auram maris: ne inviderent ſibi laudem quam peteret. Herculis & Liberi patris terminos tranſituro illos regi ſuo, parvo impendio immortalitatem famæ daturos.*
22 *paterentur ſe ex India redire, non fugere.* Omnis multitudo, & maxime militaris, mobili impetu fertur. ita ſeditionis non remedia quam principia majora
23 ſunt. Non alias tam alacer clamor ab exercitu eſt red-

INTERPRETATIO.

a *Pro novis*, quæ *ſubinde* mutabant, *armis novos hoſtes occurrere.*

NOTÆ.

18 *Novis idemtidem armis*] Ad ſua reſpiciunt, opinor, non hoſtilia. vide ſupra 9. 3. 21.

Caliginem, ac tenebras] Declamatoria ſunt, qualia apud Senec. ſuaſor. 1. Lucan. 5. v. 442.

Sæva quies pelagi, &c. *Lucen.*

Acidalius Virgil. Æn. 1. 93. reſpici putat. illis *noctem profundo incubantem*, quibus tamen addi vocem *mari* nihil attinet.

21 *Quam peteret*] Melius Acidalius: *Ne inviderent ſibi laudem, quam peteret. Here. & Lib. patris terminos tranſituros. Ipſos regi ſuo*, &c.

22 *Omnis multitudo*] Recte ſeditioſus populus maris fluctibus, nunc intumeſcentibus, nunc reſidentibus, à ſcriptoribus comparatur, ſicut Maro fluctus ipſos cum populo tumultuante compoſuit. Æn. 1. 152.

Ac veluti magno in populo, cum ſæpe coorta eſt
Seditio, &c. *Rader.*

Nihil tam incertum, nec tam inæſtimabile eſt, quam animi multitudinis. Liv. 31. 34. *Multitudo omnis, ſicut natura maris, per ſe immobilis eſt: ut venti & aura cient, aut tranquilli, aut procelloſi.*

Seditionis non remedia quam principia majora ſunt] Quo vero illa majora, eo citius principiis obſtandum: ne incrementa ſpem medelæ abſorbeant, aut eam

redditus, jubentium *duceret diis ſecundis, & æquaret gloria, quos æmularetur.* Lætus his adclamationibus ad hoſtes protinus caſtra movit. Validiſſimæ Indorum 24
gentes erant, & bellum impigre parabant; ducemque ex natione Oxydracarum ſpectatæ virtutis elegerant. Qui ſub radicibus montis caſtra poſuit, lateque ignes, ut ſpeciem multitudinis augeret, oſtendit; clamore quoque ac ſui moris ululatu idemtidem adquieſcentes Macedonas fruſtra terrere conatus. Iam lux adparebat; quum rex fiduciæ ac ſpei 25
plenus alacres milites *arma capere, & exire in aciem* jubet. Sed metune, an ſeditione oborta inter ipſos, ſubito profugerunt barbari. Certe avios montes & impeditos occupaverunt. quorum agmen rex fruſtra 26
perſequutus, impedimenta cepit. Perventum deinde eſt ad oppidum Oxydracarum, in quod plerique confugerant, [a] haud majore fiducia mœnium, quam armorum. Iam admovebat rex, quum vates mone- 27
re eum cœpit, *ne committeret, aut certe differret obſi-*

INTERPRETATIO.

a *Non minus armis* ſuis *quam muris confiſi.*

NOTÆ.

eam difficiliorem reddant. qua de re paſſim Politici. *Lucen.*

24 *Speciem multitudinis*] Simile ſtratagema Eumenis adnotat Diodorus 19. 37. & ſcriptores vitæ, cum Polyæno 4. 8. Ignibus accenſis ſpeciem auctorum aut manentium caſtrorum objectam hoſti reperies apud Liv. 27. 44. & alibi paſſim. *Freinsh.*

25 *Sed, metune*] Aliæ edit. addunt, *ſed, non traditur metune*, quod eliminandum cenſuit Palmerius cum Modio; defendit Acidalius: & ſane tolerari poteſt. Habet quidam, *ſed ut traditur*, ex quo Acid. *ſed haud traditur.* Freinshemio placet, *profugerint.*

26 *Oxydracarum*] Negat Arrianus 6. 2. Infortunium hoc in Oxydracis Alexandro obtigiſſe, communis opinio eſt: quod tamen apud Mallos, liberam Indorum gentem, accidit. Nam & urbs Mallorum erat, & à Mallis ictus fuit Alexander. Porro ſtatuerant quidem Malli Oxydracis ſeſe conjungere, atque ita prælium inire, ſed Alexander itinere per arida & ſiticuloſa loca facto eos præverterat, priuſquam aut Malli Oxydracis, aut Oxydracæ Mallis adjumento eſſe poſſent. Inter eos qui apud Oxydracas hoc accidiſſe tradunt, eſt etiam Lucian. Dial. Mortuor. 14. & Stephanus in Ὀξυδρακαι, & Pauſanias in Atticis. Verum Plut. cap. 110. & de fort. Alex. 1. 1. & 2. 29. item Strabo, ſcribunt in Mallis hoc eſſe geſtum. *Freinsh.*

27 *Ne committeret*] Iſtud *committere* abſolute dictum volebat eruditiſ-

28 *dionem. vitæ ejus periculum oſtendi.* Rex Demophoonta (is namque vates erat) intuens, *ſi quis*, inquit, *arti tuæ intentum & exta ſpectantem ſic interpellet; non dubitem, quin incommodus ac moleſtus videri tibi poſſit.*
29 Et quum ille *ita prorſus futurum* reſpondiſſet; *Cenſeſne*, inquit, *tantas res, non pecudum fibras ante oculos habenti, ullum eſſe majus impedimentum quam va-*
30 *tem ſuperſtitione captum?* Nec diutius quam reſpondit moratus, *admoveri* jubet *ſcalas*: contantibuſque ceteris evadit in murum. Anguſta muri corona erat: [a] non pinnæ ſicut alibi faſtigium ejus diſtinxerant;
31 ſed perpetua lorica obducta, tranſitum ſepſerat. Itaque rex hærebat magis, quam ſtabat in margine, clypeo undique incidentia tela propulſans; nam ubi-
32 que eminus ex turribus petebatur. Nec ſubire milites poterant, quia ſuperne vi telorum obruebantur. tandem magnitudinem periculi pudor vicit: quippe cernebant contatione ſua dedi hoſtibus regem.

Sed

INTERPRETATIO.

a Muri *ſummitas non erat pinnis alternatim faſtigiata ut in aliis ſolet.*

NOTÆ.

ſimus Vir ad Albinum Capitolini, ut in gloſſis *Committere*, συμβάλλειν μάχῃ. Sed cum hic ſequatur vox *obſidionem*, ad ipſam *committendi* verbum referri videbatur. Numquid autem ſcripſit Curtius, *monere cœpit*, (*ut*) *omitteret, aut certe differret obſidionem.* Idem.

29 *Cenſeſne, inquit, tantas res, non pecudum fibras*] Magna viri magni molientes & ſaniores homines in ſuperſtitione nihil momenti ponunt; nec eam res arduas morari patiuntur; ſed omnia proſperitatis momenta in Deo locant, & animo intrepido: cujus augurium optimum, pugnare pro patria, ut Hector apud Homerum Iliad. M. heroïce reſpondet, rejiciens augurium: *avis*, inquit, *minime moror, ſive ad dextram verſus orientem volat, ſive ad ſiniſtram verſus occaſum. Nos autem magni Iovis pareamus conſilio:*

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

Vnum augurium optimum, pugnare pro patria.

quo procul dubio Alexander reſpexit. Varro *non ſolum otioſos, ſed ſordidiſſimos fuiſſe deos* ait, *ſi in jecorum & viſcerum ſterquilinio ſua occuluiſſent conſilia, hominibus ab inſanis ſacerdotibus manifeſtanda.* Loccen.

Non pecudum fibras] Senſit igitur eo tempore (nam alias & ipſe ſuperſtitioni deditus fuit) quod apud Ciceron. de divin. 2. Hannibal. *Rex* enim *Pruſias, cum Hannibali apud eum exſulanti pugnari placeret; negabat ſe aude-*

re,

Sed feſtinando morabantur auxilia. nam dum pro ſe 33
quiſque certat evadere, oneravere ſcalas; quis non
ſufficientibus devoluti unicam ſpem regis fefellerunt.
Stabat enim in conſpectu tanti exercitus, velut in
ſolitudine deſtitutus.

INTERPRETATIO.

2 *Quæ cum eos deſtituiſſent, illi deorſum præcipitati &c.*

NOTÆ.

re, quod exta prohiberent. Antu, inquit, caruncula vitulina mavis, quam imperatori veteri credere?

33 *Sed feſtinando morabantur auxilia*] Nimia feſtinatio cunctationis aut remoræ ſæpe cauſa eſt: dum præceps & tumultuaria opera ſibi impedimento eſt. Liv. lib. 26. de Scipionis militibus oppugnationem novæ Carthaginis aggredientibus: *Cæterum tumultus inde major quam vis videri poterat, dum applicant, dum partem exponunt ſcalas militeſque, dum qua cuique proximum eſt in terram evadere properant: ipſa feſtinatione & certamine alii alios impediunt.* Lente ergo feſtinandum. *Lecten.*

Velut in ſolitudine] Sic apud Ioſeph. de bel. Iud. 7. 6. Romani incendio porticus intercepti, in oculis ſuorum perierunt.

CAP. V.

Præcipiti ſaltu in Oxydracarum oppidum ſe immittens, graviter vulneratur, & fortiſſimis quibuſdam ducibus deſideratis, oppidoque poſt aliquot dies expugnato, ſibi ſuiſque reſtituitur.

IAMQVE lævam, qua clypeum ad ictus cir- 1
cumferebat, laſſaverat, clamantibus amicis, *ut ad ipſos deſiliret*, ſtabantque excepturi; quum ille rem auſus incredibilem atque inauditam, multoque magis ad famam temeritatis, quam gloriæ

NOTÆ.

1 EXcepturi] Ioſephus de B. I. 7. 6. narrat Artorium quendam ita ſalutem ſibi paraviſſe inclamato Lucio contubernali, ut deſilientem excideret: ſi faceret, heredem ex aſſe ſibi fore. Lucius ergo eum excepit, ſed pondere deſilientis, ſtrato lapidibus ſolo illiſus, ſtatim exſpiravit.

Quum ille rem auſus incredibilem atque inauditam, &c.] De eximio Coclitis Horatii facto Livius 2. 29. *rem auſus plus fama habituram ad poſteros, quam fidei.* Ovidius in epiſt. Paridis ſive ep. 15. verſu 60.

Vera loquar: veri non habitura fidem.

Sic enim lego. vulgo *vero non hab. fidem.* Seneca epiſt. 94. *Duæ res plurimum roboris animo dant, fides veri, & fiducia: utramque admonitio facit. Nam & creditur illi, &c.* Sic explicat quid ſit *fides veri.* Ipſe Ovid. Faſtor. 3. 662.

2 gloriæ insignem. Namque in urbem hostium plenam præcipiti saltu semetipse immisit; quum vix sperare posset dimicantem certe, & non inultum esse moriturum: quippe antequam adsurgeret, opprimi poterat,

NOTÆ.

——— *nostras pervenit ad aures*
Fama, nec à veri dissidet illa fide.

Freinsh. Hunc Alexandri impetum ingentis animi vigor & gloriæ ardor suasit, ac fortuna juvit. non tamen in exemplum trahi temere debet. Nam:

Cæca est temeritas, quæ petit casum ducem.

ut Seneca in Agamemnone a. 2. loquitur; & quia cæca, exitio propinqua. Vnde Lucianus in dialogo Philippi & Alexandri φιλοκίνδυνον Alexandrum vocat. Simile fere exemplum alterius Alexandri nimirum Farnesii, qui (forte nostri Alexandri exemplo incitatus) arrepto, cui vibrando adsueverat, prægrandi gladio, in hostilem Turcorum triremem saltu se projecit; ac furenti similis, circumducto utraque manu ferro, latam per hostium stragem aperuit militibus suis viam, præda ingenti cum victoria potitus. Post finem pugnæ; inter gratulantium officia ferunt Iohannem Austriacum suscepisse quidem illum singulari benevolentia atque præconio; cum ea tamen exceptione laudasse, quod eventu meliore quam consilio sese in hostes consertos & adhuc validos, dubio regressu, conjecisset, ut refert Strada lib. 9. Præstat itaque ex prudentium judicio cautus dux feroci; qui nec timeat pericula, nec iisdem temere suum caput, unde tot civum salus pendet, objiciat. Tullius 1. offic. *Animus paratus ad periculum, si sua cupiditate, non utilitate communi impellitur, audacia potius nomen habet, quam fortitudinis.* Id. ib. *Nunquam omnino periculi fuga committendum est, ut imbelles timidique videamur. sed fugiendum etiam illud, ne efferamus nos periculis sine caussa, quo esse nihil potest stultius.* Martialis: lib. 6. epigr. 25. v. 5.

Casta sit ut virtus, non te temerarius ardor
In medios enses sævaque bella ferat.

Loccenius.

2 *Namque*] Vox nihili ab ineptis correctoribus intrusa. Sic cohæret oratio, *rem ausus incredibilem, in urbem hostium se immisit.* nec habet illud *quum* (*quum ille rem ausus, &c.*) unde se sustentet, nisi perperam inserta removeas. *Idem.*

Saltu semetipse immisit] Male narrat Orosius 3. 19. *cum murum ascendisset primus, vacuam civitatem ratus, solus introrsum desiluit.* Melius tamen auctore suo Iustino 12. 9. *ad urbem eorum ducit. Quam desertam à defensoribus cum de muro, quem primus ceperat, animadvertisset, in urbis planiciem sine ullo satellite desilit.* Si enim hoc verum, unde illi hostes, qui statim, *cum eum solum conspexissent, undique concurrunt?* Vidit absurditatem Orosius, & lenivit, non sustulit. nec enim credibile est, quicquam evenisse, unde vacuam urbem putare potuisset Alexander. Alexandri factum, quo auctore nescio, sic recenset Fulgos. 3. 2. *cum effractis scalis cum duobus tantum remansisset comitibus, quamquam multis acceptis vulneribus, nunquam de se hostibus dedendo verbum fecit. sed ut erat confossus, à muris saltu ad suos se recepit.* Porro temeritatis eam ob causam arguitur ab amicis apud Arrian. ex Nearcho 6. 2. à Philippo apud Lucian. dial. mortuor. 14. 15. & ab Hegesippo 5. 19. ubi hæc res non incommode exponitur. Notandum etiam, quod Eustathius ad Homer Iliad. 5. 4. scribit, Indos aspectu desilientis territos recessisse paulisper, ex splendore armorum, non hominem quendam, sed spectrum in eos ferri arbitratos. Quod ex Plutarchi c. 110. desumptum est. *Idem.*

5 *Vnus*

poterat, & capi vivus. Sed forte ita libraverat cor- 3
pus, [a]ut ſe pedibus exciperet. itaque ſtans init pugnam; & ne circumiri poſſet, fortuna providerat. Vetuſta arbor, haud procul muro, ramos multa 4
fronde veſtitos velut de induſtria regem protegentes, objecerat: [b]hujus ſpatioſo ſtipiti corpus, ne circumiri poſſet, adplicuit; clypeo tela, quæ ex adverſo ingerebantur, excipiens. Nam quum unum procul 5
tot manus peterent; nemo tamen audebat propius accedere: miſſilia ramis plura, quam clypeo incidebant. Pugnabat pro rege primum celebrati nominis 6
fama: deinde deſperatio, magnum ad honeſte moriendum incitamentum. Sed quum ſubinde hoſtis 7
adflueret, jam ingentem vim telorum exceperat clypeo: jam galeam ſaxa perfregerant; jam continuo labore gravia genua ſuccideranant. Itaque contemptim 8
& incaute, qui proximi ſteterant, incurrerunt: è quibus duos gladio ita excepit, ut ante ipſum eximes procumberent. nec cuiquam deinde propius inceſſendi eum animus fuit: procul jacula ſagittaſque mittebant. Ille ad omnes ictus expoſitus, [c]ægre 9
jam exceptum poplitibus corpus tuebatur; donec Indus duorum cubitorum ſagittam (namque Indis,

ut

INTERPRETATIO.

a *Vt in pedes caderet.*
b *Illius* arboris *trunco admodum craſſo ſeſe admovit.*
c *Difficile corpus defendebat genibus ſubnixum.*

NOTÆ.

5 *Vnum*] Plutarch. cap. 110. *Aßiſtebant ei Peuceſtes & Limnæus* (qui noſtro *Timæus*) quaſi ſtatim à principio ipſi adfuiſſent. quod & ſimilius vero. Nam & Arrian. 6. 2. narrat, in eadem ſcala poſt Alexandrum ſtatim adſcendiſſe Peuceſtan, Leonnatumque & Abrean. deinde ceteros feſtinantes pondere ſuo rupiſſe ſcalas. *Idem.*

Propius accedere] Ejuſmodi pugnæ multæ narrantur ab auctoribus. de Agide Spartano habes ſuprà 6. 1. de Alcibiade apud Plutarch. in extrema vita. Adde Joſephum Iud. 7. 1. de Sabino.

9 *Hujus magnitudinis ſagitta*] Xenophon *ἀναβάσ.* lib. 4. de Carduchis: Arcus ternum fere cubitum habebant, ſagittas binis cubitis longiores. Nervos, emiſſuri ſagittas, verſus imam partem arcus tendebant, pedem ſiniſtrum adplicantes. ſagittæ ipſos clypeos & loricas penetrabant.

ut antea diximus, hujus magnitudinis ſagittæ erant) ita excuſſit, ut per thoracem paulum ſuper latus dextrum infigeretur. [a]Quo vulnere adflictus, magna vi ſanguinis emicante, remiſit arma moribundo ſimilis, [b]adeoque reſolutus, ut ne ad vellendum quidem telum ſufficeret dextra. Itaque ad exſpoliandum corpus, qui vulneraverat alacer gaudio adcurrit. quem ut injicere corpori ſuo manus ſenſit, credo, ultimi dedecoris indignitate commotus; linquentem revocavit animum, & nudum hoſtis latus [c]ſubjecto mucrone hauſit. Iacebant circa regem tria corpora, procul ſtupentibus ceteris: ille ut, antequam ultimus ſpiritus deficeret, dimicans jam exſtingueretur, clypeo ſe adlevare conatus eſt: & poſtquam ad connitendum nihil ſupererat virium, dextrâ impendentes ramos complexus tentabat adſurgere. Sed ne ſic quidem [d]potens corporis, rurſus in genua procumbit; manu provocans hoſtes ſi quis congredi auderet. Tandem Peuceſtas per aliam oppidi partem deturbatis propugnatoribus [e]muri veſtigia perſequens regi ſupervenit. quo conſpecto Alexander jam non vitæ

INTERPRETATIO.

a *Hoc ictu proſtratus, arma* è manibus *dimiſit.*
b *Ita debilis, ut ne dextra quidem valeret &c.*
c *Surſum adacto gladio transfixit.*
d *Ad corpus* erigendum *ſufficiens.*
e *Iter* quod *per muros erat ſecutus.*

NOTÆ.

12 *Procul ſtupentibus ceteris*] Statius 9. 538.

Non tamen aut enſem, galeamve audacia cuiquam
Tangere; vix credunt oculis, ingentiaque horrent
Funera.

14 *Tandem Peuceſtes*] Hunc omnes teſtantur Alexandro periclitanti adſtitiſſe. Plutarchus cap. 110. Arrian. 6. 2. Diodor. 17. 99. De Leonnato non omnes conſentiunt, ut nec de Abrea Duplario. De Ariſtono nulla apud alios mentio in hoc Alexandri diſcrimine, alioqui inter primos etiam Alexandri duces, qui infra 10. 6. de creando rege dixit ſententiam. *Raderus. Peuceſtas Alexandri Magni ſervator* hinc appellatur Plinio 34. 8. Meminit ejus ſolius in hoc negotio Iulianus in Cæſaribus. *Freinsh.*

15 Ari-

vitæ ſuæ, ſed mortis ſolatium ſuperveniſſe ratus, [a]clypeo fatigatum corpus excepit. Subit inde Timæus: & paulo poſt Leonnatus: huic Ariſtonus ſupervenit. Indi quoque quum intra mœnia regem eſſe 16
comperiſſent, omiſſis ceteris illuc concurrerunt, urgebantque protegentes. ex quibus Timæus multis adverſo corpore vulneribus acceptis egregiaque edita pugna cecidit: Peuceſtas quoque tribus jaculis con- 17
ſoſſus non ſe tamen ſcuto, ſed regem tuebatur: Leonnatus dum avide ruentes barbaros ſubmovet, cervice graviter icta ſemianimis procubuit ante regis pedes. Iam & Peuceſtas vulneribus fatigatus ſubmi- 18
ſerat clypeum: in Ariſtono ſpes ultima hærebat. hic quoque graviter faucius tantam vim hoſtium ultra ſuſtinere non poterat. Inter hæc ad Macedonas *re-* 19
gem cecidiſſe fama perlata eſt. Terruiſſet alios, quod illos

INTERPRETATIO.

a *Languida membra in ſcutum* ſuum *reclinavit.*

NOTÆ.

15 *Ariſtonus*] Ἀριστόνης Πεισαίου Πελλαῖος. Arrian. 6. 5. ubi inter corporis cuſtodes numeratur. Apud Sabellicum vitioſe *Ariſtonius*. Diverſus ab hoc Ariſton Pæonum præfectus ſupra 4. 9.

16 *Timæus*] Plutarcho cap. 110. eſt *Limnæus*, & orat. de fort. Alex. 2. 29. *Lemnæus*.

18 *Submiſerat clypeum*] *Palladis Iliaca ſcuto interjecto, regem protexerat.* Arrian. 6. 2. Detraxerat id templo Minervæ, cum primum in Ilium veniſſet. *Arrian.* 1. 5. Ceterum feſtinabundus, ut apparet, Sabellicus, ex hoc Curtii loco male intellecto, ſcripſit, *Timæo & Peuceſta cadentibus, duos reliquos graviter vulneratos.* Cui tamen eodem libro in diſtributione provinciarum poſt Alexandri mortem Babylonios eveniſſe tradit. *Freinsh.*

19 *Terruiſſet alios*] Livius 10. 29. de P. Decio: *Romani duce amiſſo, quæ res terrori alias eſſe ſolet, ſiſtere fugam, &c.* Nam *etiam fama occiſi vulnerative ducis, exercitui perniciosa*, ut Gruterus diſcurſ. in Tacit. cap. 11. plurimis exemplis oſtendit. Apud Chryſoſtomum περὶ παρθενίας cap. 14. virginitatem impugnantes inquiunt: τῷ στρατηγῷ πονηρῷ, πᾶσα ἀνάγκη τ στρατόπεδον διαφθαρῆναι τάξιν. *Duce cadente inevitabilem eſſe confuſionem exercitus.* Liv. 29. 34. *ceteros, ducis præcipue territos cade, effuſe fugientes, &c.* Silius 4. 302.

Ductore amiſſo pedibus ſe credere Celta.

Apud Marcellin. 16. 29. *cataphractii equites viſo rectore ſuo leviter vulnerato, &c. dilapſi qua quiſque poterat, peditesque calcando cuncta turbaſſent, &c.* Duo etiam exempla Zonaras, in Conſtantino Leonis, & Baſilio Porphyrogenito refert, ubi propter equum ducis fortuito elapſum, exercitus occiſum Imp. ratus fugeret. Hinc ergo occultare ducis caſum conſueverunt viri pru-

illos incitavit. namque periculi omnis immemores dolabris perfregere murum; & [a]qua moliti erant aditum, inrupere in urbem; Indosque plures fu-
20 gientes quam congredi ausos cecidcrunt. Non senibus, non feminis, non infantibus parcitur: quisquis occurrerat, ab illo vulneratum regem esse credebant. tandemque internecione hostium justæ iræ
21 parentatum est. *Ptolemæum, qui postea regnavit, huic pugnæ adfuisse*, auctor est Clitarchus, & Timagenes. Sed ipse, scilicet gloriæ suæ non refragatus, *abfuisse se*,

INTERPRETATIO.

a *Qua* parte *ingressum tentaverant.*

NOTÆ.

dentes, ut præter eos, quos Gruter. §. 11. ejus discurs. adducit, in Brasida exemplum est apud Thucydid. 5. 2. Huc autem proprie pertinet observatio Gruteri in extremo illo capite: *Vix inveniemus vicisse sine duce militem, nisi ira & indignatione ita recenti, ut sensum mali sui minime aut sentiret, aut perpenderet.* Subjicit deinde cum hoc Curtiano exemplum C. Attilii ex Polyb. 2. 28. & Samnitium ducis ex Livio 9. 22.

20 *Non senibus, non feminis, non infantibus parcitur*] Idem Arrian. 6. 2. Livius 28. 30. Tum vero apparuit ab ira & ab odio urbem oppugnatam esse. nemo capiendi vivos, nemo, patentibus ad direptionem omnibus, prædæ memor est: trucidant inermes juxta atque armatos, feminas pariter ac viros: usque ad infantium cædem ira crudelis pervenit. ignem deinde tectis injiciunt, ac diruunt quæ incendio absumi nequeunt: adeo vestigia quoque urbis extinguere, ac delere memoriam hostium sedis, cordi est.

21 *Ptolemæum*] In eo autem præcipue mihi errasse videntur qui Alexandri res conscripserunt, quod Ptolemæum Lagi F. una cum Alexandro & Peucesta scalam conscendisse scribant, jacentemque objecto scuto protexisse. ideoque Ptolemæum Soterem, id est, servatorem, à militibus appellatum fuisse. quum alioqui Ptolemæus ipse scribat se huic pugnæ non interfuisse: sed eo tempore copiarum ducem adversus alios barbaros pugnasse. At enim Pausanias in Atticis pag. 10. tradit, Ptolemæum *Alexandro in Oxydracis periclitanti præ cunctis regis amicis auxilio fuisse.* Rad. Stephanus in Ὀξυδράκαι, utramque opinionem tangit.

Sed ipse, scilicet gloriæ suæ non refragatus, &c.] De Ptolemæo Ægypti rege, quem res gestas Alexandri scripsisse notum est, hæc Curtius. sed legend. *non refragaturus*, hoc sensu: Si quidem Ptolemæus ei pugnæ adfuisset, id etiam de se memoriæ prodidisset, neque enim credibile sit illum suæ sibi gloriæ refragaturum fuisse, ut qui præclara aliorum facinora scriberet, idem sua omitteret. *Faber.*

Non refragatus] Acidalius exturbat *non.* ego retinendum judicem, nisi membranis absit. Non enim opus est, ut ironiam suspicemur, quoties occurrit vocula *scilicet*: interdum enim est serio valde affirmantis pro certo, rem ita se habere: ut apud Ciceron. Epist. Famil. 13. 26. *Peto igitur à te, tanto scilicet studio, quanto intelligis debere me petere, &c.* Eadem notio vocis *videlicet* in corrupto loco Livii 23. 12. *Hostium*

capi

ſe, miſſum in expeditionem memoriæ tradidit. Tanta componentium vetuſta rerum monumenta, vel ſecuritas, vel par huic vitium, credulitas! Rege in tabernaculum relato, medici lignum haſtæ corpori infixum, ita ne ſpiculum moveretur, abſcindunt. corpore deinde nudato animadvertunt hamos ineſſe telo; nec aliter id ſine pernicie corporis extrahi poſſe, quam ut ſecando vulnus augerent. Ceterum ne ſecantes profluvium ſanguinis occuparet, verebantur; quippe ingens telum adactum erat, & penetraſſe in viſcera videbatur. Critobulus, inter medicos artis eximiæ, ſed in tanto periculo territus, manus admo-

NOTÆ.

cepi bina caſtra, prada videlicet plena: & commeatum: frumentum & pecuniam date. Legendum: *prada videlicet plena & commeatuum: frumentum & pec. date.* nec vero hiſtorici gravitatem ejuſmodi ironiæ decent. Similis eſt locus Livii 34. 15. *Cato ipſe, haud ſane detrectator laudum ſuarum, multos caſus ait, numerum non ſcribit.* De Catone obiter addo, idem elogium ei tribuere Plutarchum in vita, cap. 27. *Freinsh.*

Tanta componentium] Arrian. 6. 2. de hac ipſa re: *Hæc mihi per digreſſionem dicta ſint, ut in tantorum facinorum & caſuum expoſitione poſteri plus diligentiæ adhibeant.* Eadem querela Taciti 3. 19. *Adeo maxima quæque ambigua ſunt, dum alii quoque modo audita pro compertis habent, alii vera in contrarium vertunt: & gliſcit utrumque poſteritati.* Et 4. 11. *Mihi tradendi arguendique rumoris cauſa fuit, ut clare ſub exemplo falſas auditiones depellerem, &c.* Sic Thucydides 1. 4.

Vel ſecuritas, vel par huic vitium] In eo ſecuritas & credulitas paria ſunt, ut hoc loco innuitur, quum incerta pro compertis ſine cura ac delectu accipiuntur & creduntur. *Loccen.*

25 *Critobulus*] *Critodemus* Arriano 6. 3. Vbi Philippus Acarnan, qui in Cilicia ad Tarſum curaverat Alexandrum? ſupra 3. 6. an extinctus interim, an clinicam tantum, non vulnerariam profeſſus? alii enim medicorum ophthalmici, alii clinici, alii vulnerarii, raro unus omnes medecinæ partes profitebatur aut exercebat, uti nec hodie. Vbi Oſthanes? de quo Plin. 30. 1. *Non levem & Alexandri M. temporibus auctoritatem addidit profeſſioni ſecundus Oſthanes, comitatu ejus exornatus, planeque, quod nemo dubitat, orbem terrarum peragravit.* Sed Philippus Acarnan etiam vulnerarius fuit, ut ex 4. 6. apparet. Sed poſtea extinctum credo, quando nulla amplius ejus mentio. *Raderus.* De Oſthane quod ait, dupliciter fallitur. nec enim eum medicum fuiſſe dicit Plinius, ſed magum: nec de ipſo ultima verba Plinii, *orbem terrarum peragravit*, accipiunda, ſed de arte ſeu profeſſione magiæ. quod ſequentia clamant: *Extant itaque & apud Italas gentes veſtigia ejus*, &c. Sed ad Critobulum revertimur: ejuſque nomen ſecundum Popmam ex Plin. 7. 37. affirmamus. *Magna & Critobulo fama eſt extracta Philippi regis oculo ſagitta, & citra deformitatem oris curata orbitate luminis.* Philippo id acciderat in obſidio Methonæ apud Diodor. 16. 34. Iuſtin. 7. 6. Hunc igitur etiam ex paternis medicis ſecum duxerat Alexander. *Freinsh.*

Ne

admovere metuebat, ne in ipsius caput parum pro-
26 speræ curationis recideret eventus. Lachrymantem eum ac metuentem, & sollicitudine propemodum exsanguem rex conspexerat. *Quid*, inquit, *quodve tempus exspectas, & non quamprimum hoc dolore me saltem morituum liberas? An times ne reus sis, quum*
27 *insanabile vulnus acceperim?* At Critobulus tandem vel finito, vel dissimulato metu hortari eum cœpit, *ut se continendum præberet, dum spiculum evelleret: etiam*
28 *levem corporis motum noxium fore.* Rex quum adfirmasset *nihil opus esse iis, qui semet continerent*; sicut præceptum erat, sine motu præbuit corpus. Igitur patefacto latius vulnere, & spiculo evulso, ingens vis sanguinis manare cœpit; linquique animo rex, & caligine oculis offusa, veluti moribundus exten-
29 di. Quumque profluvium medicamentis frustra inhiberent; clamor simul atque ploratus amicorum oritur, regem exspirasse credentium. Tandem constitit sanguis, paulatimque animum recepit, & circum-
30 stantes cœpit adgnoscere. Toto eo die ac nocte, quæ sequuta est, armatus exercitus regiam obsedit, confessus omnes unius spiritu vivere. nec prius recesserunt, quam compertum est, somno paulisper adquiescere. hinc certiorem spem salutis ejus in castra retulerunt.

NOTÆ.

Ne in ipsius caput parum prospera] Sed *medico* (si suum ex fide fecerit officium) *eventus mortalitatis* (qui in solius Dei manu est) *imputari non debet*, ut loquitur Vlpianus in lib. 6. D. de officio præsid. *Lucen.*

28 *Sine motu præbuit corpus*] Cicer. Tusc. quæst. 2. 22. *C. Marius, cum secaretur, vetuit se alligari: nec quisquam ante Marium solutus dicitur esse sectus.* ubi multa præclara de dolore tolerando, virisque digna.

30 *Confessus omnes unius spiritu vivere*] Vt capitis spiritus, membrorum est, ita regis, subditorum: qui non prodige habendus est. Aurel. Victor de Iuliano: *Audax plus quam imperatorem decet, cui salus propria cum semper ad securitatem omnium, tum maxime in bello conservanda est.* Ea contemplatione nolunt Hebræi regem suum una secum contra Absolonem rebellem exire: quod illis rex instar decem millium esset. *Lucen.*

Certiorem spem] Sive: *certiore spe salutis ejus in castra se retulerunt.* Acidalius. Videtur non necessaria mutatio. Castra autem intellige, quæ ad urbem erant, ne confundas cum iis quæ ad confluentes Acesinis & Hydraotis apud Arrianum 6. 2. *Freinsh.*

CAP.

CAP. VI.

Ab amicis rogatus, ut ſaluti ſuæ publicæque parceret, generoſe reſpondet, in inſtituto ſuo de domando orbe perſeverans.

REX ſeptem diebus curato vulnere, nec dum 1
obducta cicatrice, quum audiſſet *convaluiſſe apud barbaros famam mortis ſuæ; duobus navigiis junctis, ſtatui in medium undique conſpicuum tabernaculum* juſſit, *ex quo ſe oſtenderet periſſe credentibus.* Conſpectuſque ab incolis ſpem hoſtium falſo nuncio conceptam inhibuit. Secundo deinde amne 2
defluxit, [a] aliquantum intervalli à cetera claſſe præcipiens, ne quies corpori invalido adhuc neceſſaria pulſu remorum impediretur. Quarto, poſtquam na- 3
vigare cœperat, die, pervenit in regionem deſertam quidem ab incolis; ſed frumento & pecoribus abundantem. placuit is locus & ad ſuam, & ad militum requiem. Mos erat principibus amicorum, & 4
cuſtodibus corporis, excubare ante prætorium, quoties regi adverſa valetudo incidiſſet. hoc tum more quoque ſervato univerſi cubiculum ejus intrant. Ille ſolicitus, ne quid novi adferrent, quia ſimul 5
venerant; perconatatur, *num hoſtium recens nunciaretur adventus.* At Craterus, cui mandatum erat, ut 6
amicorum preces perferret ad eum; *Crediſne*, inquit, *ad-*

INTERPRETATIO.

a *Nonnullo ſpatio reliquam claſſem præverteus.*

NOTÆ.

1 F*Amam mortis ſuæ*] Aliter paulo Arrian. 6. 2. Diodor. 17. 99. hanc etiam inter cauſas numerat ſeditionis à Græcis concitatæ, quæ ſeq. cap. exponitur. *Idem.*

5 *At Craterus*] Apud Arrian. 6. 2. *Nearchus auctor eſt, amicos qui eum deducebant, factum ejus reprehendiſſe, quod ſe tanto diſcrimini pro exercitu objeciſſet: neque enim id ducis, ſed militis officium eſſe.* Eadem Suidas in Ἀλέξανδρος, ex Arriano. Confer ſimillimum locum Lucani 5. 680.

Circumfuſa duci flevit, gemitumque ſuorum
Et non ingratis inceſſit turba querelis:

Quæ

adventu magis hoſtium, [a] *ut jam in vallo conſiſterent, quam cura ſalutis tuæ, ut nunc eſt tibi vilis, nos eſſe ſo-*
7 *licitos? Quantalibet vis omnium gentium conſpiret in nos; impleat armis viriſque totum orbem; claſſibus maria conſternat; inuſitatas belluas inducat: tu nos præſta-*
8 *bis invictos. Sed quis deorum hoc Macedoniæ columen ac ſidus diuturnum fore polliceri poteſt; quum tam avide manifeſtis periculis offeras corpus, oblitus* [b] *tot civium ani-*
9 *mas trahere te in caſum? Quis enim tibi ſuperſtes aut optat eſſe, aut poteſt? eo pervenimus, auſpicium atque imperium ſequuti tuum, unde niſi te reduce nulli ad penates ſuos iter eſt.*
10 *Qui ſi adhuc de Perſidis regno cum Dario dimicares; etſi nemo vellet, tamen ne admirari quidem poſſet tam promptæ eſſe te ad omne diſcrimen audaciæ: nam VBI PARIA ſunt periculum ac præmium, & [c] ſecundis rebus amplior fru-*
11 *ctus eſt, & adverſis ſolatium majus. Tuo vero capite igno-*

INTERPRETATIO.

a *Quamvis jam* noſtrum *vallum occupaſſent.*
b *Tot Macedonum vitam à te in diſcrimen adduci.*
c *In proſperitate major eſt gaudii ſenſus.*

NOTÆ.

Quo te dure tulit virtus temeraria Caſar? &c.

Vt nunc eſt tibi vilis] Acidalius *τὸ tibi vilis*, expungit, putatque ſufficere, *ut nunc eſt*. probatque ſimili loco Curtii 5. 5. 10.

8 *Tot civium animas*] Quæ omnes unius ſpiritu trahuntur. Lucan. 5. 685.

Cum tot in hac anima populorum vita ſalusque
Pendeat, & tantum caput hoc ſibi fecerit orbis, &c.

10 *De Perſidis regno*] Crimen hoc fortunæ facit Plutarch. de fort. Alex. 2. 28. Ferè in modum caſſibus implicatæ, delertus & auxilii inops agebat: non eo redactus, ut Suſis, Babylone, vel Bactris potiretur, aut præclaram de Poro illam victoriam reportaret. nam qui arduas ac glorioſas res gerendas ſuſcipiunt, ab illorum infortunio, ſi quod habent, ſaltem dedecus abeſt. Vide & quæ ſequuntur; eſt enim prolixus locus.

Ne admirari quidem] Nemo quidem vellet, ut periculis te exponeres: nec tamen, ſi faceres, miraretur. quippe cogitaret, non iniquum eſſe, ut magnum ob præmium, magnum etiam periculum ſuſciperetur. Nihil ergo mutandum: nec Acidalio credendum. qui pro *ne admirari*, reponebat *admittere*. Freinsh.

Vbi paria ſunt periculum] Auguſtus prælii diſcrimina adeunda negabat imperatori, niſi cum major emolumenti ſpes quam damni metus oſtenderetur. Nam minima commoda non minimo ſectantes diſcrimine, ſimiles eſſe aiebat aureo hamo piſcantibus, cujus abrupti damno nulla captura penſari poſſet, ut eſt apud Sueton. in

Au-

ignobilem vicum emi, quis ferat, non tuorum modo militum, ſed ullius etiam gentis barbara civis, qui tuam magnitudinem novit? Horret animus cogitatione rei, 12
quam paulo ante vidimus. Eloqui timeo, invicti corporis ſpoliis inertiſſimos manus fuiſſe injecturos, niſi te interceptum miſericors in nos fortuna ſervaſſet. Totidem proditores, totidem deſertores ſumus, quot te non potuimus perſequi. Vniverſos licet milites ignominia notes, 13
nemo recuſabit luere id, quod ne admitteret, præſtare non potuit. Patere nos quaſo alio modo eſſe viles tibi. Quo- 14
cunque juſſeris, ibimus. Obſcura bella & ignobiles pugnas nobis depoſcimus: temetipſum ad ea ſerva pericula, quæ magnitudinem tuam capiunt. CITO gloria obſoleſcit in ſordidis hoſtibus: nec quidquam indignius eſt, quam conſumi eam, ubi non poſſit oſtendi. Eadem fere Ptole- 15
mæus, & ſimilia iis ceteri. jamque confuſis vocibus eum orabant, " *ut tandem exſatiatæ laudi modum faceret, ac ſaluti ſuæ, id eſt, publicæ parceret.* Grata erat 16
regi pietas amicorum. itaque ſingulos familiarius amplexus *conſidere* jubet. altiuſque ſermone repetito, *Vobis quidem*, inquit, *ô fidiſſimi piiſſimique civium at-* 17
que amicorum, grates ago habeoque, non ſolum eo nomine, quod hodie ſalutem meam veſtræ præponitis; ſed quod

INTERPRETATIO.

2 *Vt aliquando limites poneret ſat cumulatæ gloriæ* deſiderio.

NOTÆ.

Auguſt. cap. 25. Catull. ep. 63. verſ. 15.
—— *Amat victoria curam.*

Horat. 1. ep. 1. v. 51.
Cui ſit conditio dulcis ſine pulvere palmæ?

Loccenius.

11 *Novit*] Ante hac *norit.*

13 *Ignominia notes*] De poenis militaribus, & ignominioſis dimiſſionibus copioſe ex Polybio Lipſius Mil. Rom. 5. 18. & 19.

14 *Cito gloria obſoleſcit in ſordidis hoſtibus*] Alexandrum adhuc puerum miniſtri interrogantes, quia pernix erat pedibus; an Olympiis certare curriculo vellet: *Sane*, inquit, *ſi habiturus ſim adverſarios reges.* Heroica & excelſa virtus dignam laudis materiam dignumque ſe theatrum exigit, hoſtium ignobilitate laudem deteri credit. Vt quoddam fulminis genus, cera & lana illæſis, æs & ferrum validius penetrat. Et ut Martialis lib. 12. epigrammate 62.

In tauros Libyci ruunt leones;
Non ſunt papilionibus moleſti.

vel,

quod à primordiis belli nullum erga me benevolentiæ pignus atque indicium omiſiſtis. adeo ut confitendum ſit, nunquam mihi vitam meam fuiſſe tam caram, quam eſ-
18 *ſe cœpit, ut vobis diu frui poſſim. Ceterum non eadem eſt cogitatio eorum, qui pro me mori optant, & mea: qui quidem hanc benevolentiam veſtram virtute meruiſſe me judico. Vos enim diuturnum fructum ex me, forſitan etiam perpetuum percipere cupitis: [a] ego me metior*
19 *non ætatis ſpatio, ſed gloriæ. Licuit paternis opibus contento intra Macedoniæ terminos per otium corporis exſpectare obſcuram & ignobilem ſenectutem. Quamquam NE PIGRI quidem ſibi fata diſponunt: ſed unicum bo-*

INTERPRETATIO.

a *Ego meam* fortunam *æſtimo non diuturnitate vitæ, ſed gloriæ* amplitudine.

NOTÆ.

vel, ut Claudian. lib. 2. de laud. Stilich. expreſſit:

— Alacres audent qui frangere tauros,
Tranſiliunt prædas humiles;

ita fortiores ac generoſiores animi non cum vilibus & ignavis, ſed ſtrenuis congredi audent hoſtibus: ut aptam virtutis cotem habeant. C. Val. Maximini ſymbolum fuit (quod alias habet auctorem Senecam lib. de provid. cap. 2.) *Marcet ſine adverſario virtus*, præſertim digno adverſario. *Loccen.*

18 *Ego me metior non ætatis ſpatio, ſed gloriæ*] Non quamdiu, ſed quam bene vixeris, refert. Pedo:

Quid numeras annos? vixti maturior annis.
Acta ſenem faciunt: hæc numeranda tibi.

Valerius Max. lib. 9. c. 12. *Si tempore vitæ bene uti voles, etiam parvum amplißimum facies, numerum annorum multitudine operum ſuperando. Alioqui quid attinet inerti mora gaudere, ſi magis vitam exigis quam approbas?* Sed Alexandro hic in mente, quod Scipio dixit in oratione apud Livium lib. 28. *Tanquam non longius, quam quantum vitæ humanæ ſpatium eſt, cupiditas gloriæ ſe extenderet.* Loccen.

19 *Licuit paternis opibus contento*] Hic quoque ſecutus eſt auctorem generis Achillem: qui cum fatum ſuum ex matre didiciſſet, ut vel inglorius ad extremam ſenectutem pervenire poſſet, vel magna gloria compos, ſed brevis ævi foret, elegit gloriam. Paria Curtianis his dixit apud Arrian. 5. 4. *Quidnam magnum ac memorabile in vita egiſſemus, ſi deſides in Macedonia ſatis habuiſſemus laboris expertes domos noſtras tueri?*

Ne pigri quidem] Arellius in Senecæ Suaſor. 2. Erratis, ſi metuendam creditis mortem. Nulli natura in æternum ſpiritum dedit, ſtatutaque naſcentibus in finem vitæ dies eſt. Imbecilla enim nos materia Deus orſus eſt, quippe minimis ſuccidunt corpora: indenunciata ſorte rapimur: ſub eodem puericia fato eſt; eadem juventus cauſa cadit.

Vnicum bonum diuturnam, &c.] Idem eſt quod Seneca dixit cap. 2. de brev. vit. *Quibusdam nihil quo curſum dirigant placet, ſed marcentes oſtiaque ſata deprehendunt.* Loccen.

Non

bonum diuturnam vitam æſtimantes ſæpe acerba mors occupat. Verum ego, qui non annos meos, ſed victorias numero; ſi munera fortunæ bene computo, diu vixi. Orſus à Macedonia imperium, Græciam teneo: Thraciam, & Illyrios ſubegi: Triballis, Mediſque imperito; Aſiam, qua Helleſponto, qua rubro mari adluitur, poſſideo. jamque haud procul abſum à fine mundi, quem egreſſus, aliam naturam, alium orbem aperire mihi ſtatui. Ex Aſia in Europæ terminos momento unius horæ 21 *tran-*

NOTÆ.

Non annos meos] Ceſtius apud Senec. Suaſ. 6. Si ad deſiderium populi reſpicis, Cicero, quandocunque perieris, parum vixiſti: ſi ad res geſtas, ſatis vixiſti: ſi ad injurias fortunæ & præſentem Reipub. ſtatum, nimium diu vixiſti: ſi ad memoriam operum tuorum, ſemper victurus es. Ad eam formam Senec. epiſt. 78. ait ex Poſidonio: *unum diem hominum eruditorum plus patere, quam impetiti longiſſimam ætatem.* Vbi Lipſium & Muretum conſule. Sic etiam Agricola Taciti 44. *Quantum ad gloriam, longiſſimum ævum peregit.* Mamertinus in gratiar. actione cap. 14. *Itaque grandævum jam Imperium videbitur his, qui non ratione dierum, aut menſium, ſed operum multitudine, & effectarum rerum modo Iuliani tempora metientur.* Idem ſenſus in his Martial. 10. 53.

Invida quem Lacheſis raptum trieteride nona,
Dum numerat palmas, credidit eſſe ſenem.

20 *Imperium*] Credo Pal. 1. rectius habere: *Orſus à Macedonia, imperium Græcia teneo.* Freinshemius.

Mediſque] Nulla horum apud ullos ſcriptores, qui de Alexandro tradidere, mentio eſt, Radero teſte. Eſſe autem Thraciæ gentem hoc nomine, Macedoniæ vicinam, ex Stephano & Ptolemæo 3. 11. notum. Vide etiam Ortelium. Verum de his ſermonem eſſe Curtio non videtur. cur enim poſt totam Thraciam, unius nationis vocabulum nominet? Quare potius hic legerim, *Mæſiſque.* quæ gens vicina Triballis, & armis virilque valida: quamquam Raderus *Medos* retinendos arbitretur. *Idem.*

Quem egreſſus, aliam naturam, alium orbem aperire mihi ſtatui] Seneca de benef. 7. 2. *Non ſatis apparebat inopem eſſe, qui extra naturæ terminos arma proferret?* Sic Romanè apud Tacit. Agric. 30. *Poſtquam cuncta vaſtantibus defuere terra, & mare ſcrutantur.* Videtur autem Curtius alludere ad notam fabulam de pluribus mundis, de qua infra 10. 5. Iuvenalis 10. 167.

Vnus Pellæo juveni non ſufficit orbis.

Freinshemius. Quam vana ambitio regis! dum cupiditates ſuas in immenſum emittit, & gloriatur ſe non procul abeſſe à fine mundi; non cogitat ſe prope abeſſe à fine vitæ. dum aliam naturam, alium orbem quærit, ſe domi non quærit, nec terminum cupiditati ſuæ. Pulcre Senec. epiſt. 119. *Nunquam parum eſt, quod ſatis eſt: nunquam multum eſt quod ſatis non eſt. Poſt Darium & Indos pauper eſt Alexander Macedo: quærit quod ſuum faciat, ſcrutatur maria ignota, in Oceanum claſſes mittit novas, & (ut ita dicam) mundi clauſtra perrumpit. Quod naturæ ſatis eſt, homini non eſt.* Loccen.

transivi. Victor utriusque regionis post nonum regni mei, post vigesimum atque octavum ætatis annum; videor-ne vobis [a] in excolenda gloria, cui me ıni devovi, posse cessare? Ego vero non deero, & ubicumque pugnabo, in
22 *theatro terrarum orbis esse me credam. Dabo nobilitatem ignobilibus locis: aperiam cunctis gentibus terras, quas natura longe submoverat. In his operibus exstingui me, si fors ita feret, pulchrum est: ea stirpe sum genitus, VT MVLTAM prius, quam longam vitam debeam op-*
23 *tare. Obsecro vos, cogitate nos perveniisse in terras, quibus femina ob virtutem celeberrimum nomen est. quas urbes Semiramis condidit? quas gentes redegit in potestatem? quanta opera molita est? Nondum feminam aquavimus gloria, & jam nos laudis satietas cepit? Dii fa-*
24 *veant, majora adhuc restant. Sed ita nostra erunt, quæ nondum adtigimus; si NIHIL parvum duxerimus, in quo magnæ gloriæ locus est. Vos modo me ab intestina fraude & domesticorum insidiis præstate securum; belli*
25 *Martisque discrimen impavidus subibo. Philippus in acie tutior,*

INTERPRETATIO.

a *Ab extendenda fama posse quiescere.*

NOTÆ.

21 *Vigesimum atque octavum ætatis annum*] Non ergo convenit Iustinus 11. 1. cui *viginti annos natus* regnum orditur. nec Raderus prolusion. c. 7. qui hoc gestum in vigesimum nonum Alexandri annum conjicit. Chronologos consule. *Idem.*

22 *Dabo nobilitatem ignobilibus locis*] Aristippum Dionysius jussit in convivio infimum omnium accumbere. hic Aristippus nihil offensus: Hunc, inquit, locum, ô rex, illustrare vis ac honorificum reddere. significans, non locum reddere hominem meliorem; sed ex dignitate hominis, honorem addi loco. Veluti Sol etiam obscura & vilia loca lumine suo illustrat; ita præclara hominum facta. qua de re plura Freinshem. hic 9. 6. 22. & 4. 99. *Locen.*

Aperiam cunctis] Id quoque præstitit. Nam ante ejus expeditionem India, & quæ circa sunt, vix fando Græcis cognita. Plutarchum & Strabonem non uno loco teites ejus rei habes.

24 *Nihil parvum*] Hieronymus ad Lætam, in re dissimili, similem fere sententiam dixit: *Non sunt contemnenda quasi parva, sine quibus magna constare non possunt.*

25 *Philippus in acie tutior*] Henricus IV. duo regna protegere potuit à vi & insidiis externorum hostium; ipsum solum ne duo quidem regna contra insidias domesticas. Owenus lib. 2. ad Henricum principem epigr. 57. Regis dictum, *Duo protegit manus* sic alluſit:

Gal-

tutior, quam in theatro fuit : hostium manus sæpe vitavit ; suorum effugere non valuit. aliorum quoque regum exitus, si reputaveritis, PLVRES à suis, quam ab hoste interemptos numerabitis. Ceterum quoniam olim 26
rei agitatæ in animo meo nunc promendæ occasio oblata est ; mihi maximus laborum atque operum meorum erit fructus, si Olympias mater immortalitati consecretur, quandocumque excesserit vita. Si licuerit, ipse præstabo hoc : si me præceperit fatum ; vos mandasse mementote. At tum quidem amicos dimisit : ceterum per complures dies ibi stativa habuit.

NOTÆ.

Gallorum rex regna, inquis, duo protegit unus ;
Protexere tuum nec duo regna caput.
Senec. ep. 4. *Recognosce exemplum eorum qui domesticis insidiis perierunt, aut aperta vi & dolo : & intelliges non pauciores ira servorum cecidisse, quam regum.* Loccen.

In theatro fuit] Ad ostium ejus cæsus. Diodor. 16. 95. *occupatis* ejus *angustiis* à Pausania, ut loquitur Iustinus 9. 6. *Freinsh.*

Plures à suis] Saturninus apud Vopiscum cap. 10. *Nescitis, amici, quid mali sit imperare. gladii & tela nostris cervicibus impendent : imminent hasta undique, undique spicula : ipsi custodes timentur, ipsi comites formidantur.* Sulpicius Ciceron. epist. ad famil. 4. 12. de nece M. Marcelli. *cui inimici propter dignitatem pepercerant, inventus est amicus, qui ei mortem afferret.*

CAP. VII.

Græcorum quorundam in Bactris defectio repressa. Dum Indorum legatos convivio excipit Alexander, inter Horratam & Dioxippum, qui tandem imparibus armis & duello certant, rixa oritur. Paulo post Dioxippus, inimicorum calamniis ultra modum irritatus, semetipsum interimit.

HÆC dum in India geruntur, Græci milites 1
in colonias à rege deducti Garabactra, orta inter ipsos seditione, defecerant ; non tam Alexandro infensi, quam metu supplicii. Quippe 2

NOTÆ.

1 *Garabactra*] Ortelius corruptam putat vocem, & *circa Bactra* legendum existimat. Constantiensis Ms. habet *Garabactra*. Glareanus existimat com-

Digitized by Google

pe occiſis quibuſdam popularium, qui validiores erant, arma ſpectare cœperunt; &. Bactriana arce, quæ quaſi negligentius adſervata erat, occupata, barbaros quoque in ſocietatem defectionis impule-
3 rant. Athenodorus erat princeps eorum, qui regis quoque nomen adſumpſerat; non tam imperii cupidine, quam in patriam revertendi cum iis, qui
4 auctoritatem ipſius ſequebantur. Huic Bicon quidam nationis ejuſdem, ſed ob æmulationem infeſtus, comparavit inſidias, invitatumque ad epulas per Bo-
5 xum quendam Macerianum in convivio occidit. Poſtero die concione advocata Bicon *ultro inſidiatum ſibi Athenodorum* pleriſque perſuaſerat: ſed aliis ſuſpecta fraus erat Biconis; & paulatim in plures cœ-
6 pit manare ſuſpicio. Itaque Græci milites arma capiunt, occiſuri Biconem, ſi daretur occaſio. ceterum principes eorum, iram multitudinis mitigave-
7 runt. Præter ſpem ſuam Bicon præſenti periculo ere-

NOTÆ.

compoſitum ex *Cara* & *Bactra*, propter coloniam novam eo deductam. Ortelii tamen conjecturæ favet Raderus, quod Curtius ipſe addat: *Hæc circa Bactra geſta*. Iuvat etiam Diodor. 17. 99. *Græci per Bactrianam & Sogdianam in colonias diſtributi*, &c. Bongarſius etiam ita leg. conjecerat.

2 *Popularium*] Glareanus de Bactrianis interpretatur, Loccenius de Græcis. quod Freinshemius probat, ex verbis, *qui validiores erant*. quæ res notat diſſenſum in eodem hominum genere. accedit, quod illi Bactrianos etiam ad defectionem perpulerunt: at quomodo potuiſſent, ſi quibuſdam eorum occiſis, genti tantam intuliſſent injuriam.

3. *Quaſi*] Quid ſibi vult in iſta re *quaſi*? Emendat Acidalius *caſu*: pro quo ſolenni mutatione literarum in antiquioribus libris ſcriptum erat *quaſu*. Recepit in textum Raderus.

4 *Bicon quidam*] Forte *Nicon*. aut cum Pal. 1. *Biton*. Græcum enim fuiſſe, tametſi Glareanus dubitet, omnia probant. *Freinsh.*

Invitatumque] Non ergo duæ erant factiones, alterius Athenodorus princeps, alterius Bicon, ut putabat Raderus: ſed Bicon ille ſub Athenodoro erat. qui enim aliter ille regis nomen adſciſceret, valida adhuc diverſa factione? aut qui fideret inimico invitanti? Ceterum exempla quædam hoc modo occiſorum reperies ſupra ad 6. 8. quibus adde inſigne illud apud Plutarch. in Demetrio cap. 47. item in Sertorio cap. 44. *Idem.*

Macerianum] *Marcianum* putat legendum Glareanus, quod Marciani Medi eſſent. Omnia exemplaria habent *Maceriani*. unde conjicit Raderus à *Macis* apud Stephanum dictos Macerianos. At ego non video ut à *Μάκαι*, quorum quidem & apud Pli-

nium

ereptus, paulo poſt inſidiatus auctoribus ſalutis ſuæ eſt: cujus dolo cognito & ipſum comprehenderunt, & Boxum. Ceterum *Boxum protinus* placuit *interfici*: 8 *Biconem etiam per cruciatum necari.* jamque corpori tormenta admovebantur; quum Græci milites, incertum ob quam cauſam, lymphatis ſimiles ad arma diſcurrunt. Quorum fremitu exaudito, qui torquere 9 Biconem juſſi erant, omiſere; veriti ne id facere tumultuantium vociferatione prohiberentur. Ille, ſicut 10 nudatus erat, pervenit ad Græcos; & miſerabilis facies ſupplicio deſtinati in diverſum animos repente mutavit, *dimittique eum* juſſerunt. Hoc modo pœna 11 bis liberatus, cum ceteris, qui colonias à rege adtributas reliquerunt, revertit in patriam. Hæc circa Bactra

NOTÆ.

nium 6.23. mentio, fiat Μαγαγειανὸς gentile nomen: deinde certum habeo, nullam tam obſcuram gentem hic innui. quippe tam ignotum patriæ nomen abſque ulla explicatione proferre, perinde fuerat, ac ſi plane reticuiſſet. Ceterum nec magni momenti res eſt, & in ſola conjectura poſita: nec enim alii ſcriptores hujus Boxi meminerunt. ergo proclive aberrare à ſcopo. Non igitur auſim affirmare *Mauritanum* eſſe legendum, cum nihil habeam, quo id aſſeram, præter ductum literarum, niſi unum vocabulum Boxi, quod, niſi fallor, Mauruſium eſt. *Freinsh.*

8 *Per cruciatum*] Vtrumque rectum, ſive diviſim duabus, ſive una voce junctim legas *percruciatum*. hoc tamen opinor elegantius. Ita ſupra 4. 9. corrigebam *perarmatos*: & adducebam familiaria Curtio, *percuratum*, itemque *perſanatum vulnus*. Eadem facie *percruciatum*, valet, totum excruciatum. *Acidalius.*

Iamque corpori tormenta] Iuvat narrare ſimilimum fortunæ luſum verbis Polybii 15. 25. de Mœragene: quum nihil eorum quæ dicebantur fareretur eſt exutus. & erant jam qui torquendi inſtrumenta diſponerent aptarentque: alii flagra manibus tenentes ſuis eum chlamydibus denudabant. Inter hæc accurrit aliquis apparitorum ad Nicoſtratum, & poſtquam aliquid ei in aures immurmuraſſet, quicquid tandem illud eſſet, feſtinanter ab eo diſceſſit. Nicoſtratus abeuntem è veſtigio ſequitur, tacitus ille quidem, ſed femur aſſidue feriens. Mœrageni vero res tunc evenit dictu difficilis & ſtupenda. Stabant prope ipſum hinc illi qui flagra tantum non ad feriendum jam intenderant: inde illi qui inſtrumenta ad torquendum diſponebant & concinnabant. Poſtquam loco exceſſit Nicoſtratus, omnes ſeſe invicem intuentes, ſtupore ſunt defixi, reditum Nicoſtrati præſtolantes. Vbi aliquandiu eſt exſpectatum, paulatim qui aderant, dilabi cœperunt, & Mœragenes nudus eſt relictus, qui poſtea per regiam tranſiens præter ſpem ſuam, nudus ad Macedonum quoddam tentorium regiæ vicinum devenit.

9 *Juſſi erant*] Antehac *juſſerant*.

11 *Revertit in patriam*] Diodorus 17. 99. contra, omnes poſt Alexandri mortem conciſos affirmat. *Rader* Exitum eorum narrat Diodorus 18. 7.

12 Bactra & Scytharum terminos gesta. Interim regem duarum gentium, de quibus ante dictum est, centum legati adeunt. Omnes curru vehebantur, eximia magnitudine corporum, decoro habitu, lineæ
13 vestes intextæ auro, purpuraque distinctæ. Ei *se dedere ipsos, urbes agrosque* referebant; *per tot ætates inviolatam libertatem illius primum fidei ditionique permissuros. Deos sibi deditionis auctores, non metum; quippe intactis viribus jugum excipere.* Rex consilio habito
14 deditos in fidem accepit; stipendio, quod Arachosiis utraque natio pensitabat, imposito. præterea *II millia & D equites* imperat, & omnia obedienter
15 à barbaris facta. Invitatis deinde ad epulas legatis gentium regulisque *exornari convivium* jussit. Centum aurei lecti modicis intervallis positi erant; lectis

NOTÆ.

Redierunt tandem etiam multi ex aliis coloniis in patriam, cum quibus forte confudit Curtius quos non oportuit. *Freinsh.*

Scytharum] Est qui reponat *Sogdianorum*, ex Diodoro. Sed nihil opus. Vere enim *circa Scytharum terminos gesta*, quæ in Bactris & Sogdianis acciderunt. Scythis enim hi populi finitimi. *Freinsh.*

12 *Centum legati adeunt*] Probat hunc numerum Paschal. de Legat. c. 9. ubi multa exempla numerosarum legationum. Verum Gentilis de Legat. cap. 3. monet moderationem tempori convenientem adhibendam esse.

Intexta auro] Mss. nihilo deterius, *intexto auro*.

14 *Stipendio, quod Arachosiis*] Si Malli & Oxydracæ Arachosiorum stipendiarii fuere, quomodo libertatem per tot ætates inviolatam jactabant? Stipendiarii quidem fuere, sed non servi, nec regem ullum, nec magistratum extra suam gentem agnovere, nec ipsi uni alicui parebant, sed rempub. liberam habuere, suisque legibus vivebant, quamvis Arachosiorum imperium adgnoscerent, illisque stipendia penderent, ut Pœni Romanis, qui tamen nullum ex Romanis vel prætorem, vel præsidem provinciæ, vel proconsulem ad excidium usque suum admisere. *Raderus.*

15 *Invitatis deinde ad epulas legatis*] Id recte & more factum ostendit Paschal. de Legat. cap. 68.

Aurei lecti] Athenæus 1. 14. *Aliquando* (Alex.) *quadringentos duces in sellis aureis & argenteis, veste purpurea stratis, sedentes ac reclinatos, convivio excepit.* Curtius tamen lectis recubuisse hic tradit. Et Athenæum recte de Susianis nuptiis locutum. *Raderus.* Ejusmodi convivia non reprehendit Plutarchus cum alibi, tum etiam in Non posse suaviter vivi secund. Epicur. cap. 39. Ceterum maximo luxu celebrantur ejus convivia. *Agatharchides Cnidius* apud Athen. 4. 14. *octavo libro Asiaticorum scribit, cum Alexandrum Philippi filium exciperent amici convivio, quæ bellaria mensis apponi debebant, inaurata* (auro bracteata) *fuisse, & convivas illuti qui cuperent, aurum detrahere solites, & cum ciborum* perga-

ctis circumdederat aulæa, purpura auroque fulgentia; quidquid aut apud Persas vetere luxu, aut apud Macedonas nova immutatione corruptum erat, confusis utriusque gentis vitiis in illo convivio ostendens. Intererat epulis Dioxippus Atheniensis, pu- 16
gil nobilis, & ob eximiam virtutem virium, regi pernotus & gratus. Invidi malignique increpabant per seria & ludum, *saginati corporis sequi inutilem belluam. quum ipsi pralium inirent, oleo madentem preparare ventrem epulis.* Eadem igitur in convivio Horra- 17
tas Macedo jam temulentus exprobrare ei cœpit; & postulare, *ut si vir esset, postero die secum ferro decerneret: regem tandem vel de sua temeritate, vel de illius ignavia judicaturum.* Et à Dioxippo contemptim mi- 18
litarem eludente ferociam accepta conditio est. Ac

poste-

NOTÆ.

purgamentis abjicere, ut ejus luxus essent ac impensa spectatores amici, famuli vero domini. Freinsh.

Aulæa] Hoc est *tabernaculum*, de quo Ælian. hist. var. 9. 2. *centum lectorum spacii capax, quinquaginta columnis aureis interstinctum, quibus tectum suffulciebatur. Ipsum vero tectum erat inauratum, & magnifica arte varietateque concinnatum.* Athenæo 12. 2. εἰκὼ ἰκετευτηρίων.

Nova immutatione] Tolerat Acidalius; ut tamen præferat *imitatione*. quam hic non possum admittere. jam enim id consumpsit priore membro, *aut apud Persas vetere luxu*, subjungitque *confusis utriusque gentis vitiis*. at si vetus Persarum luxus tantum adfuisset, cum imitatione Macedonum, unius gentis fuissent vitia, non duarum. nec enim imitari potuissent Macedones, nisi quod jam apud Persas obtinuisset. At *nova immutatione* etiam ab ipsis quædam reperta vult ostentandæ luxuriæ, Persis incognita. Denique vocula *nova* rectius *immutationi* jungitur, quam *imitationi*. quamquam ita præferat Pal. 1. *Freinsh.*

16 *Dioxippus*] Hunc Athenæus 6. 13. πυγμαχιαστὴν, *quinquertionem*, appellat. Ælian. 12. 58. de eodem; *Dioxippus pugil Olympionices Atheniensis, &c.* Plin. 35. 11. pinxit. *Alcimachus Dioxippum, qui pancratio Olympia citra pulveris jactum (quod vocant ἀκονιτὶ) vicit.* Raderus. Certamen autem hoc cum milite Macedone narrat etiam Ælian. hist. var. 10. 22. & Diodorus 17. 100.

Et gratus] Sed tamen Plutarch. asserit, Alexandrum hujusmodi hominibus haud magnopere delectatum fuisse.

Saginati corporis] Dousa Plautin. Explan. 4. 24. f. legit, *Saginam corporis*. certe Justinus non uno loco, ut 21. 2. 34. 2. 38. 8. *saginam corporis dixit.*

17 *Horratus Macedo*] Diodorus simul Ælianusque *Corragum* appellant, quod verum hominis nomen fuisse credam. est enim Macedonicum: quo etiam apud Liv. 42. 67. est Eumenis præfectus: quem Macedonem fuisse certum est ex eodem 38. 13. *Freinsh.*

Digitized by Google

poſtero die rex quum etiam acrius certamen expoſce-
rent, quia deterrere non poterat, deſtinata exſequi
19 paſſus eſt. Ingens hic militum, inter quos erant
Græci, qui Dioxippo ſtudebant, convenerat mul-
titudo. Macedo juſta arma ſumpſerat; æreum cly-
peum, haſtam, quam *ſariſſam* vocant, læva tenens,
dextra lanceam: gladioque cinctus, velut cum plu-
20 ribus ſimul dimicaturus. Dioxippus oleo nitens, &
coronatus, læva puniceum amiculum, dextra vali-
dum nodoſumque ſtipitem præferebat. Ea ipſa res
omnium animos exſpectatione ſuſpenderat: quippe
armato congredi nudum, dementia non temeritas
21 videbatur. Igitur Macedo haud dubius eminus in-
terfici poſſe, lanceam emiſit; quam Dioxippus quum
exigua corporis declinatione vitaſſet; antequam ille
haſtam transferret in dextram, adſiluit, & ſtipite
22 mediam eam fregit. Amiſſo utroque telo Macedo,
gladium

NOTÆ.

19 *Gladioque*] Convenientius *gla-
dio quoque*, niſi iſtud *que*, valeat *quo-
que*, ut obſervare viſus ſum in Tacito.
Freinsh.

20 *Oleo nitens, & coronatus*] Lu-
ctatores & pancratiaſtæ potiſſimum
ungebantur, non item pugiles, aut
curſores, ut docet Mercurialis de
arte gymnaſt. 1. 8. Faber tamen etiam
pugiles ait inunctas geſtaſſe veſtes,
ſed non niſi ad ſubligaculum, aut
campeſtre. vocem veſtis refert lib.
2. cap. 2. Agoniſtici. Nudum certe
ait Dioxippum Curtius fuiſſe, niſi
nudum exponas inermem comparatione Horratæ. coronatus autem,
veluti vel prioribus olim certaminibus victor, vel quaſi certus de futura etiam cum Horrata victoria. De
coronis multa Faber in Agoniſticis.
Raderus.

Armato congredi nudum] Narrant
tamen Polydamanta Scotuſſæum Pancratiaſten eo fuiſſe corporis robore ſimul & agilitate, ut leones interficeret, & cum armatis nudus congrederetur. Euſebius λόγῳ τοιούτῳ· Πολυδάμας Σκοτουσσαῖος παγκράτιον νικήσας παρ' Ἕλλησι τοῦ Περσῶν βασιλέως χρόνοις μὴ χεῖρον λέοντα διαχειρούμενος καὶ ὁπλισμένος, γυμνὸς πολεμοῦντι, παμμεγέθης ὑπάρχων καὶ ἀλκιμώτατος. lege, λέοντα διαχειρούμενος, καὶ ὁπλισαμένοις γυμνὸς πολεμοῦσι. Sic in catalogo Olympionicarum, Olymp. 103. Ὃς ἐν Πέρσαις τοῖς ἔλαχε χρόνοις λέοντας αἴρει, καὶ ὁπλισαμένοις γυμνὸς κατηγωνίσατο. Quibus confer Pauſaniam lib. 6. *Freinsh.*

21 *Lanceam emiſit*] Sic apud Homer. Iliad. 3. 355. Dioxippus hoc inprimis callebat, quippe pugil: quorum præcipua *ars: ictum vitare non fuga, ſed corporis inclinationibus & flexionibus.* Scaligerum poëtic. 1. 22. & Cœlium Antiq. Lect. 13. 30. inprimis autem Fabri Agoniſticon: & de arte gymnaſtica Mercurialem inſpice.
Idem.

23 Trip-

gladium cœperat ſtringere, [a]quem occupatum complexu, pedibus repente ſubductis Dioxippus arietavit in terram; ereptoque gladio pedem ſuper cervicem jacentis impoſuit, [b]ſtipitem intentans, eliſuruſque eo victum, ni prohibitus eſſet à rege. Triſtis ſpectaculi eventus, non Macedonibus modo, ſed etiam Alexandro fuit; maxime quia barbari adfuerant: quippe celebratam Macedonum fortitudinem ad ludibrium recidiſſe verebatur. Hinc ad criminationem invidorum adapertæ ſunt aures regis. & poſt paucos dies inter epulas aureum poculum [c]ex compoſito ſubducitur; miniſtrique, quaſi amiſiſſent, quod amoverant, regem adeunt. [d]SÆPE minus eſt conſtantiæ in rubore, quam in culpa, conjectum oculorum, quibus ut fur deſtinabatur, Dioxippus ferre

23 24 25

INTERPRETATIO.

a Sed *illum Dioxippus prævenit amplectens* medium, *& diſturbatis* ejus *pedibus* ipſum *humi proſtravit.*

b *Clava minitans.*

c *Insto* inter eos *conſilio* clam *ſublatum eſt.*

d *Facilius perturbatur verecundus* innocens, *quam reus.*

NOTÆ.

23 *Triſtis ſpectaculi eventus*] Hoc eſt moleſtus & ingratus. Triſtior autem re ipſa apud Tacit. H. 2. 68. *duobus militibus, altero legionis quintæ, altero è Gallis auxiliaribus, per laſciviam ad certamen luctandi accenſis, poſtquam legionarius prodierat, inſultante Gallo, & iis qui ad ſpectandum convenerant in ſtudia diductis; erupere legionarii in perniciem auxiliorum, ac duæ cohortes interfectæ.*

24 *Aureum poculum*] Eodem fere modo furti ſuſpicio inpacta Joſephi fratribus: tum Æſopo.

25 *Sæpe minus eſt conſtantiæ in rubore, quam in culpa*] Rubor non eſt conſtans ac perpetua malæ conſcientiæ nota. interdum enim ex ſubita oritur commotione propter ſuſpicionem in innocentem inopinato jactam, aut ex phantaſia ſubito & vi quadam ſe inferente; aut ex imbecillitate frontis. Seneca ep. 11. de Fabiano: *Fabianum, cum in Senatum teſtis eſſet inductus, erubuiſſe memini: & hic mire illum pudor decuit. Non accidit hoc ab infirmitate mentis, ſed à novitate rei: quæ inexercitatos etſi non concutit, movet, naturali in hoc facilitate corporis promes. Nam ut quidam boni ſanguinis ſunt, ita quidam incitati, & mobilis, & cito ad os prodeuntis.* Non itaque ſemper ex rubore facti conſcientia arguenda eſt; niſi alia urgentia indicia concurrant. Alias Claudius Imp. convivæ, qui pridie ſcyphum aureum ſurripuiſſe exiſtimabatur, revocato in diem poſterum calicem fictilem appoſuit, teſte Suetonio in vita Claudii c. 32. quo tacite hominem indicavit, ſuſpectum magis furti quam manifeſtum. *Lecen.*

ferre non potuit: & quum exceſſiſſet convivio, literis conſcriptis, quæ regi redderentur, ferro ſe in-
26 teremit. Graviter mortem ejus tulit rex, exiſtimans indignationis eſſe, non pœnitentiæ teſtem: utique poſtquam falſo inſimulatum eum, nimium invidorum gaudium oſtendit.

NOTÆ.

26 *Indignationis eſſe, non pœnitentiæ teſtem*] Potius indignitate facti in ſe criminis, quam ulla veri pœnitentia commotum, necem ſibi conſciviſſe. Aliorum explanationem haud admittunt ſequentia; *utique poſtquam falſo inſimulatum*, &c. eo enim cognito non mutavit priorem opinionem, ſed confirmavit. Vtique enim cogitabat plus in pectore ingenuo poſſe indignationem, quam in polluto pœnitentiam.

CAP. VIII.

Donis à legatis Indorum acceptis, Sabracas, Muſicanos, Praſtos, alioſque populos debellat: Ptolemæo venenata plaga accepta curato, ope cujuſdam herbæ, cujus ſpecies in ſomnis Alexandro eſt oblata.

1 INDORVM legati dimiſſi domos, paucis poſt diebus cum donis revertuntur. trecenti erant equi, mille triginta currus, quos quadrijugi equi ducebant, lineæ veſtis aliquantum, mille ſcuta Indica, & ferri candidi talen-
2 ta centum; leoneſque raræ magnitudinis & tigres, utrumque animal ad manſuetudinem domitum: la-

NOTÆ.

1 *Mille triginta currus*] Valde mihi probabilis videtur Acidalii conjectura. 300 *erant currus, quos quadrijugi equi ducebant*. Quæ delevi, ait, è gloſſa puto irrupiſſe, ſed gloſſa nec ipſa incorrupta. Fuerit & hinc, & corruptioni ejus origo talis. Ad marginem libri ſui computarat aliquis & notarat numerum equorum, quot confierent, ſi quadrijugi traxiſſent trecentos currus. Itaque ſcripſerat *Equi mille* 200. quot omnino exſiſtunt è multiplicatione. Mox deinde librariorum errore centenarii notæ in denarii, quod facile, & paſſim in aliis ſæpiſſime factum, converſæ, &c. Acidalii conjectura eo videtur fide dignior, quod lectionem hanc corruptam eſſe ſatis ex 9. 4. ſupra conſtat: ubi ambabus hiſce gentibus in univerſum *nongenti* tantum currus tribuuntur *Quingentos* tamen Alexandro miſiſſe tradit Arrianus 6. 3. *Freinsh.*

2 *Ad manſuetudinem*] De domitis tigribus multa à nobis dicta ex Ælliano & aliis, ad 18 epigramm. Manial. lib. Spectac.

Lambere ſecuri dextram conſueta magiſtri
Tigris ab Hyrcano gloria rara jugo.

De

lacertarum quoque ingentium pelles, & dorſa teſtudinum. Cratero deinde imperat rex, *haud procul* 3
amne, per quem erat ipſe navigaturus, copias duceret: eos autem, qui comitari eum ſolebant, imponit in naves, & in fines Mallorum ſecundo amne devehitur. Inde Sabracas adiit, validam Indiæ gentem, 4
quæ populi, non regum imperio regebatur. ſexaginta millia peditum habebant, equitum ſex millia: has copias currus quingenti ſequebantur. tres duces ſpectatos virtute bellica elegerant. At qui in agris 5
erant proximi flumini (frequentes autem vicos; maxime

NOTÆ.

De leone dictum etiam Spectac. epigr. 10. Et lib. 1. epigr. 101.

Lacertarum] In Nyſa Indiæ monte Plin. 8. 39. 4. lacertas ait longitudine 24 pedum reperiri.

Dorſa teſtudinum] Concharum, conchyliorum, &c. tanta eſt varietas, ut prope innumeræ horum ſint formæ & diſcrimina. terga horum & cutes, & teſtacea operimenta Curtius vocat dorſa, quorum haud dubie ingens numerus eſt Alexandro collatus, ut regi admirationem moverent. accedebat magnitudo & varietas teſtarum, de quibus toto lib. 3. copioſiſſime Vlyſſes Aldrovandus de Teſtaceis, ubi & iconas fere ſexcentas teſtudinum & oſtreorum expreſſit. Tu tantum Plinii 9. 10. locum de Indicis teſtudinibus inſpicias. *Raderus*.

3 *Haud procul amne*] Indo, ex Curtii ſententia, jam Hydaſpe & Aceſine auctо, ut ſupra 9. 4. docuerat. Sed Arrian. 6. 3. (cui facile hic ſubſcribas) per amnem Hydraotem à Mallis navigaſſe, donec veniret ad confluentem Aceſinis & Hydraotis, tum perrexiſſe donec ad Indi & Aceſinis confluentem appelleret. *Raderus*. Res ſecundum Arrianum ita habet. Hydraotes Aceſini miſcetur. eo ſubvectus Alexander locaverat caſtra: deinde expeditionem in qua ad periculum mortis venit, ſuſcipiens, ſecundo amne defluxit in Aceſinem, qui Mallos alluit. ibi cum ex vulneribus mortuus crederetur, veritus ne in caſtris ad Hydraotem tumultus exiſteret, eo navigavit. Sed hæc interim facta Curtius jam percurrit, aut præteriit: perſequiturque Alexandri navigationem per Indum flumen. in quo nihil diſſentit ab Arriano: nam ille 6. 3. ait Craterum in ripa Indi juſſum incedere.

In fines Mallorum] Nam omnia ante hac geſta apud Oxydracas Curtius acta docuit, eum, ut monui, alii apud Mallos facta affirmarint. *Raderus*. Rectius tamen ſcripſiſſet *per fines*. jam enim ſupra 9. 4. *in regionem Oxydracarum Mallorumque* perveniſſe ſcripſit. *Freinsh*.

4 *Sabracas*] *Abaſtanos* Arrian. 6. 3. appellat. *Sambeſtas* Diodor. 17. 102. qui de his plura. *Raderus*. Nominat quidem eo loco Arrian. *Abaſtanos*, ſed ut potius de alia gente loqui videatur. Bongarſius ad Iuſtin. 12. 9. non dixit emendandum in Curtio *Sudracas*; minus hunc locum reſpexit; ſed ſup. 9. 4. pro *Oxydracis* in ſuis exemplaribus *Sudracas* reperit. Nam ita multi codices præferunt. luſit ergo operam Vir doctus, qui vel Bongarſium reprehendendum ſibi putavit, vel in Curtio aliquid mutandum. Illud enim certum eſt fieri non debuiſſe; hoc debuiſſe, incertum eſt. *Freinsh*.

5 *Ter-*

me in ripa habebant) ut videre totum amnem, qua prospici poterat, navigiis constratum, & tot millium arma fulgentia; [a]territi nova facie, deorum exercitum, & alium Liberum patrem, celebre in illis
6 gentibus nomen, adventare credebant. Hinc militum clamor, hinc remorum pulsus, variæque nautarum voces hortantium, pavidas aures impleverant.
7 Ergo universi ad eos, qui in armis erant, currunt, *furere* clamitantes, *cum diis prælium inituros. navigia non posse numerari, quæ invictos veherent.* tantumque in exercitum suorum intulere terroris, ut lega-
8 tos mitterent gentem dedituros. His in fidem acceptis, ad alias deinde gentes quarto die pervenit. Nihulo plus animi his fuit, quam ceteris fuerat. itaque oppido ibi condito, quod *Alexandriam* adpellari jusserat, fines eorum, qui *Musicani* adpellantur, in-
9 travit. Hic de Terioltę satrapę, quem Paropamisadis

INTERPRETATIO.

a *Pavidi ad insuetum spectaculum.*

NOTÆ.

5 *Territi novæ facie*] Quam auxit & velorum versicolorium aspectus. Nam, ut ait Plinius 19. 1. *Tentatum est tingi linum quoque, & vestium insaniam accipere, in Alexandri Magni primum classibus, Indo amne navigantis, cum duces ejus ac prafecti (in) certamine quodam variassent insignia navium: stupueruntque litora flatu versicoloria implente.*

8 *Alexandriam*] Testes Siculus 17. 102. & Arrian. 6. 3. Idem Arrian. 6. 3. aliam ab eo conditam scripsit, ad confluentes Indi & Acesinis. quæ huc non pertinere videtur. Hæc enim, ut ille ait, in *Segdis* fuit exstructa: quos Diodor. 17. 102. *Sodras* videtur appellare. quod notandum, ne quis urbem hanc ex numero earum putet, quas in Sogdiana condidit Alexander, supra 7. 10. *Freinsh.*

Eorum qui Musicani] Scribe *finis*, *qui Musicani appellantur.* & mox: *Finibus Musicani deinde in ditionem redactis.* Non enim gentis nomen est *Musicanus*, sed regis. Non inquam Μυσηκανοὶ sunt populi, sed οἱ ὑπὸ Μυσηκανῷ τεταγμένοι. *Fines Musicani* dixit, quod Arrianus 6. 3. τῶν Μυσηκανῶν ὑπηκόων. Diodor. 17. 102. τῶν Μυσηκάνου χώρων. Strabo lib. 15. simpliciter τῶν Μυσηκανῶ· & semel etiam τῶν Μυσηκανὸ χώρων. Ex quibus dubitari non potest, quin duo hæc Curtii loca insciția correctorum sint contaminata. Quæ res etiam labefactat speciosam Rubenii lectionem; quam mox proponemus. Infra tamen legitur, *Rursus Musicani defecerunt.* ut hæream an ipsi potius Curtio sit imputandum hoc παρέγραμμα. *Idem.*

9 *Terioltę*] Hic *Tiryæses* est Arrian. 6. 3.

10 Iste

dis præfecerat, [a] iisdem arguentibus cognovit: multaque avare ac superbe feciſſe convictum interfici juſſit. Oxathres prætor Bactrianorum, non abſolutus modo, ſed etiam jure amplioris imperii donatus eſt. Finibus Muſicanis deinde in ditionem redactis, urbi eorum præſidium impoſuit. Inde Præſtos & ipſam Indiæ gentem perventum eſt. Oxycanus rex erat, qui ſe munitæ urbi cum magna manu popularium incluſerat. Hanc Alexander tertio die quam cœperat obſidere, expugnavit. Et Oxycanus, quum in arcem confugiſſet, legatos de conditione deditionis miſit ad regem: ſed antequam adirent eum, duæ turres cum ingenti fragore prociderant, per quarum ruinas Macedones evaſere in arcem; qua capta Oxycanus cum paucis repugnans occiditur. Diruta igitur arce, & omnibus captivis venundatis, Sabi re-

10 11 12 13

INTERPRETATIO.

a *Iudicium inſtituit ipſis accuſantibus.*

NOTÆ.

10 *Iure amplioris imperii*] Rubenius ſupra ad 8. 4. locum hunc ita retulit: *jure amerii, amplioris imperii donatus eſt finibus. Muſicanis deinde in ditionem redactis, &c.* Verum ſive conjectura hæc eſt, ſive cujus codicis ſcriptura, adſentiri ei non poſſum, quia populi iſti non dicuntur *Muſicani*, primo caſu plurativi numeri, ſed ſecundo ſingularis, *Muſicani* videlicet regis ſubditi. deinde ſane vix placeat iſtud *jure amerii*, & multo rectius magiſque maſcule ſonat periodus, ſi cum vulgari diſtinctione ſic concipias, *jure amplioris imperii donatus eſt*. taceo quod ſi de jure amoris dicturus fuiſſet, priori membro, ubi de abſolutione agitur, potius inſerturus fuiſſe videatur. *Freinsh.*

Præſidium impoſuit] Arce in ejus urbe exſtrui juſſa. Arrianum vide 6. 3.

11 *Oxycanus*] Sic etiam Arriano 6. 3. 13. vocatur. Aliis Curtii editionibus cum Siculo 17. 102. & Strabone libr. 15. *Portcanus.*

12 *Miſit ad regem*] Eodem fere modo Eretria à Quintio capitur, apud Liv. 32. 16.

13 *Diruta igitur arce*] Sic repoſuerunt pro *dirupta*, quæ quidem ſæpe ſcio confundi: hic tamen inclino, ut legatur, *direpta arce.*

Sabi regis] *Sambum* appellat Arrian. 6. 3. Fuit Sambus etiam Indiæ fluvius Arriano, Indic. 1. 11. à quo terra & rex fortaſſe nomen traxerunt. Plura Siculus 17. 102. de rege *Sambo*. Plutarch. cap. 112. *Saóbam* appellat. Iuſtin. 12. 10. *Ambigerum.* Oroſ. 1. 19. *Ambiram.* Raderus. Corruptum hoc nomen apud Strab. l. 15. *Ad ipſam vero jam Patalenam Muſicani terram dicunt; & Sabuta Sindonaliam.* ἐς τὴν Σαβέτα Σινδοναλίαν. ubi eruditiſſimo interpreti *Sabuta terra videtur eſſe quam Dioder. 17. 102. appellat* τὴν χώραν τὴν ὀνομαζομένην Σαμβαγῆν.

regis fines ingreſſus eſt; multiſque oppidis in fidem acceptis, validiſſimam gentis urbem cuniculo cepit.
14 Barbaris ſimile monſtri viſum eſt, rudibus militarium operum; quippe in media ferme urbe è terra exſiſtebant, [a] nullo ſuffoſſi ſpecus ante veſtigio fa-
15 cto. *Octoginta millia Indorum in ea regione caſa* Clitarchus eſt auctor, *multoſque captivos* [b] *ſub corona veniſ-*
16 *ſe*. Rurſus Muſicani defecerunt, ad quos opprimendos miſſus eſt Pithon, qui captum principem gentis, eumdemque defectionis auctorem, adduxit ad regem. quo Alexander in crucem ſublato, rurſus amnem, in quo *claſſem exſpectare ſe* juſſerat, repetit.
17 Quarto deinde die ſecundo amne pervenit ad oppidum, qua iter in regnum erat Sabi. Nuper ſe ille dediderat, ſed oppidani detrectabant imperium, &
18 clauſerant portas. Quorum paucitate contempta rex, *quingentos Agrianos mœnia ſubire* juſſerat, *& ſenſim re-*

ceden-

INTERPRETATIO.

a *Cum nullum effoſſi* ſub terra *cuniculi indicium prius apparuiſſet.*
b *Auctione venditos fuiſſe.*

NOTÆ.

ςῶν. Nequaquam. Sed legendum in Strabo. ἐ τῳ Σάϛᾳ, τὰ Σινδονάλια. vel ex Arriano 6. 3. τὰ Σινδόμανα. ea enim urbs caput erat iſtius regionis. *Sabum* ergo Strabo vocat hunc, ut Curtius, in quo tamen mox etiam *Samus* eſt. *Freinsh.*

16 *Pithon*] Arrianus 6. 3. Πύθωνα vocat. quem ſupra earum regionum Satrapam conſtitutum fuiſſe dixerat. rectius tamen apud eundem Indic. 3. 11. ſcribitur *Pithon*, Πείθων. quomodo & aliis appellatur. Aliæ edit. Curtius peſſime, *Phyton.*

In crucem ſublato] Arrian. 6. 3. καὶ τῶν χειμῶνος καλδίξ. interpres, *laqueo ſuſpendi jubet.* Verum Lipſius de Cruce cap. 4. vertendum fuiſſe docet, *cruciſigi jubet.*

17 *Oppidum*] *Harmatelia* dictum Diodoro 17. 103.

Qua iter in regnum erat Sabi] Non capio. forte *qua iterum regnum erat Sami.* ut velit, ſupra etiam Indum accoluiſſe Sami, vel Sabi, ut antea vocavit, ſubditos, deinde interjectis, ut fit, aliorum dominiis, hic denuo regnum Sami fuiſſe. Ita ſup. 7. 7. *qua Baſtra ſunt.* Alii ſatis audacter mutant, *quod in regno erat Sami.* Freinshemius.

18 *Agrianos mœnia ſubire*] Levis armaturæ equites, ſed expeditos, ut hodie Pannones ſeu Vngari ſunt, videntur Radero fuiſſe. Sed mirum ſi equites juſſi ſunt mœnia conſcendere. hoc enim vox iſta, *ſubire*, notat. ſed ſupra quoque diximus, pedites fuiſſe Agrianos, quod vel unius Arriani compluribus locis evidentiſſime probari poſſet. *Idem.*

20 Sed

Digitized by Google

cedentes elicere extra muros hoſtem, ſequuturum profecto ſi fugere eos crederet. Agriani, ſicut imperatum 19
erat, laceſſito hoſte ſubito terga vertunt; quos barbari effuſe ſequentes in alios, inter quos ipſe rex erat, incidunt. Renovato ergo prælio ex tribus millibus barbarorum quingenti cæſi ſunt, mille capti, ceteri mœnibus urbis incluſi. Sed non ut prima ſpe- 20
cie læta victoria; ita eventu quoque fuit: quippe barbari veneno tinxerant gladios. itaque ſaucii ſubinde exſpirabant; nec cauſa tam ſtrenuæ mortis excogitari poterat à medicis, quum etiam leves plagæ inſanabiles eſſent. Barbari autem ſperaverant in- 21
cautum & temerarium regem [a] excipi poſſe. & forte inter promptiſſimos dimicans intactus evaſerat. Præcipue Ptolemæus lævo humero, leviter quidem fau- 22
cius, ſed majore periculo quam vulnere adfectus, regis

INTERPRETATIO.

a Simili vulnere *interimi poſſe*.

NOTÆ.

20 *Sed non ut prima ſpecie lata victoria*] Non enim ſemper, ut ait Cato lib. 1. diſt. 18.

Eodem curſu reſpondent ultima primis. Polybius lib. 10. Sæpe eſt cernere eos qui ſuperiores jam videbantur evaſiſſe, mox univerſo prælio eſſe victos. alios contra qui per initia offenderant, poſtmodum mutata rerum facie ſummæ rei victoriam ſuâ ſolertiâ & ex hoſtium erratis ſapiendo præter opinionem omnium conſequutos eſſe. Veriſſimum idcirco dictum Achabi ad Benhadad Aſſyriorum regem: *Ne glorietur accinctus æque ac diſcinctus.* Loccen.

Quippe barbari veneno tinxerant gladios] Acriter invehitur Plin. in eos, qui venenis ad hominum exitium abuſi ſunt, quaſi non ſat multæ ad interitum hominis viæ ſint. nullam feram alieno veneno pugnare. & Ovid. Triſt. 3. diſt. 31. 10. de Sarmatis ſeu Getis queritur:

Pars cadit hamatis miſere confixa ſagittis,
Nam volucri ferro tinctile virus ineſt. Radenus.

Adde Oroſium 3. 19. ex Iuſtino 12. 10. Hinc etiam *Toxici* vocabulum ortum, quaſi ſagittarii veneni, præter Dioſcoridem, Paul. Æginetam, Aëtium, &c. à Stephano in ea voce citatos, Feſtus, ut à Scaligero reſtitutus eſt, aſſerit. Lucan. 8. 303. de Scythis:

Spicula nec ſolo ſpargunt fidentia ferro;
Stridula ſed multo ſaturantur tela veneno:
Vulnera parva necant, fatumque in ſanguine ſummo eſt.

velut explicans quod dixerat 3. 266.

——— *tinxere ſagittas*
Errantes Scythiæ populi.

Adde Ælian. 9. 15. Leonis Tactica cap. 18. tmemate 108. de Sclavis: *ſagittas habent veneno imbutas efficaciſſimo. Niſi enim, qui plagam accepit, vel theriacam bibat, vel aliud aliquid ſalutare præſidium, vel ſtatim plagam omnem*

pra-

regis ſolicitudinem in ſe converterat. Sangine conjunctus erat, & quidam Philippo genitum eſſe cre-
23 debant; certe pellice ejus ortum conſtabat. Idem corporis cuſtos, promptiſſimuſque bellator; & pacis artibus quam militiæ major & clarior, [a] modico civilique cultu, liberalis inprimis, adituque facilis,
24 nihil ex faſtu regio adſumpſerat. Ob hæc regi an popularibus carior eſſet, dubitari poterat: tum certe primum expertus ſuorum animos, adeo ut fortunam, in quam poſtea adſcendit, in illo periculo Macedo-
25 nes ominati eſſe videantur. quippe non levior illis Pto-

INTERPRETATIO.

2 *Moderata & vulgari ratione vivendi.*

NOTÆ.

præcidat, ne latius ſerpat, univerſum corpus pereat neceſſe eſt. Ex Æliano hiſtor. anim. 6. 18. patet, Indos venenatis telis etiam in venatione uſos. Idem de Elephantophagis Libycis prodit Agatharchides, excerptorum apud Photium cap. 25. *Freinshem.* Plinius lib. 18. c. 1. ſcite: *Genuit terra venena; ſed quis invenit illa, præter hominem? Cavere ac refugere alitibus ferisque ſatis eſt: atque cum arbore exacuant limentque cornua elephanti, & ſaxo rhinoceros, & utroque apri dentium ſicus, ſciantque ad necandum ſe præparare animalia: quod tamen eorum tela ſua, excepto homine, veneno tingit? Nos & ſagittas ungimus, ac ferro ipſo nocentius aliquid damus.* Hoc tamen contra jus gentium cultiorum eſſe probant Grotius lib. 3. de jure belli & pac. cap. 4. n. 16. & Alb. Gentilis lib. 2. de jure belli, cap. 6. Et generoſius eſt apertis juſtiſque armis, quam venenatis adverſus hoſtem pugnare. *Loccen.*

22 *Sanguine conjunctus erat*] Eadem de re Pauſanias in Atticis diſertius explicans, *nomine Lagi, re Philippi filium fuiſſe* dicit, propterea, quod Arſinoë mater jam è Philippo gravida, Lago tradita eſſet: qui quidem Lagus & eam ob cauſam expoſuiſſe Ptolemæum poſtea videtur, ut narrat Suidas. Contra Iuſtin. 13. 4. *è gregario milite*, ab Alexandro tantummodo *virtutis cauſa provectum* refert. Libenter iis aſſentimur, qui à Philippi familia haud alienum cenſent. Quod totum etſi Theophilus Antiochen. lib. 2. ad maternam proſapiam reſtrinxit, tamen nihil vetat, ut ſimul in Pauſaniæ & Curtii placitis acquieſcamus. Eſtque hinc forte, quod Theocritus Idyll. 17. Alexandrum Magnum & Ptolemæum generis conditores Herculem & Hyllum habuiſſe ſcripſit. Tametſi ipſe Ptolemæus Lago patre ſe genitum credi maluerit: unde & poſteri Lagidarum nomen retinuere. *Reineccius in regno Ægyptio Lagidarum.* Hinc apud Propert. 3. 10. v. 40.

Vna Philippæo ſanguine adusta nota

dicitur Cleopatra. Lagum vero non valde nobilem fuiſſe, argumento poſſit eſſe quod Plutarch. de ira cohibenda cap. 16. narrat: *Ptolemæus grammaticum ob inſcitiam ſubſannans, interrogabat quis Pelei fuiſſet pater? reſpondit ille, Tu prius dic, quis Lagi fuerit pater. id dicterium obſcuritatem generis regi exprobrabat.* Freinsh.

23 *Et pacis artibus*] Par fere encomium P. Licinii apud Liv. 30. 1. Syllæ apud

Ptolemæi fuit cura, quam regis: qui & prœlio & ſolicitudine fatigatus cum Ptolemæo adſideret, *lectum, in quo ipſe adquieſceret*, juſſit *inferri*. In quem ut ſe recepit, protinus altior inſequutus eſt ſomnus. Ex quo excitatus *per quietem vidiſſe ſe* exponit *ſpeciem draconis oblatam herbam ferentis ore, quam veneni remedium eſſe monſtraſſet. colorem quoque herbæ* referebat, *adgniturum ſi quis reperiſſet* adfirmans. inventamque deinde, quippe à multis erat requiſita, vulneri impoſuit: protinuſque dolore finito, intra breve ſpatium cicatrix quoque obducta eſt. Barbaros ut prima ſpes fefellerat, ſe ipſos urbemque dediderunt. Hinc in proximam gentem Pathaliam perventum eſt. Rex erat Mœris, qui urbe deſerta in montes profugerat. Itaque Alexander oppido potitur, agroſque populatur. Magnæ inde prædæ actæ ſunt pecorum armentorumque, magna vis reperta frumenti. Ducibus deinde ſumptis amnis peritis, defluxit ad inſulam, medio ferme alveo enatam.

26 27 28 29 30

CAP.

INTERPRETATIO.

a *Quæ in medio prope flumine* ſenſim *coaluerat.*

NOTÆ.

apud Salluſt. Iugurth. 96. Ælian. 12. 16. Alexandrum Ptolemæo ſcribit invidiſſe, fuiſſeque offenſum illius τῷ δεξιῷ. quod de dexteritate ingenii ſolertiaque potius, quam aut de proſperitate ejus, aut comitate interpreter. Vide etiam quæ notat Gruterus ad illa Livii 1. 34. de Tarquinio Priſco: *fortunam benigno alloquio, comitate invitandi, beneficiiſque, quos poterat, ſibi conciliando, adjuvabat.*

25 *Quam regis*] Scio quid velint dicere. Sed ſi recte examines, nihil opus eſſe deprehendes. Credo fuiſſe *regi*: Cum eo Macedonas certaſſe in Ptolemæum cura. Cum autem exponat regis ſolicitudinem pro Ptolemæo, ſatis etiam intelligitur, quanta reliquorum fuerit. *Idem.*

26 *Per quietem vidiſſe*] Idem Cicero de divinat. 2. 66. Strabo lib. 15. Iuſtin. 12. 10. Oroſ. 3. 19. Omnium clariſſime Diodor. 17. 103. *Radenus.* Eundem Alexandrum imaginatum eſſe Caſſandrum poculum venenatum ſibi miſcentem, tradit Valer. Max. 1. 7. ext. Vide inprimis cap. 46. Tertulliani de anima. ubi inter alia: *Revelantur & honores & ingenia per quietem, præſtantur & medela, &c.* Freinsh.

30 *Defluxit ad inſulam*] Dictam *Cillulam* [immo *Cilluta* pluraliter] ut Arrian. 6. 3. habet; ut Plutarch. c. 115. *Scilluſtin* vel *Pſilluein.* Loccenius. Ego putabam *Cilluta* nomen eſſe inſulæ, quam infra 9. 9. deſignat. Compara auctores: videbis Cilluta ne unius qui-

quidem diei itinere ab Oceano abfuiſſe; cum hæc ex deſcriptione Curtii, quatridui circiter itinere abfuerit. Non vacat Arriani narrationem cũ hac prolixius conferre, nec oſtendere, quomodo ab ejus mente, præſertim ubi de Leonnato loquitur, aberrarint interpretes. Monitus lector ipſe diſpiciat.

CAP. IX.

Cupidine viſendi Oceani correptus, non ſine periculis propter nautarum imperitiam, tandem voti ſui compos redditur.

1 IBI diutius ſubſiſtere coactus, quia duces ſocordius adſervati profugerant, miſit qui conquirerent alios; nec repertis, pervicax cupido inceſſit viſendi Oceanum, adeundique terminos mundi, ſine regionis peritis, flumini ignoto caput ſuum, totque fortiſſimorum virorum ſalutem
2 permittere. Navigabant ergo [a] omnium per quæ ferebantur ignari. quantum inde abeſſet mare; quæ gentes colerent; quam placidum amnis os, [b] quam patiens longarum navium eſſet, anceps & cæca æſtimatio augurabatur. VNVM erat temeritatis ſolatium
3 perpetua felicitas. Iam CCCC ſtadia proceſſerant; quum gubernatores *adgnoſcere ipſos auram maris, & haud procul videri ſibi Oceanum abeſſe*, indicant regi.
4 Lætus ille hortari nauticos cœpit, *incumberent remis. adeſſe finem laboris omnibus votis expetitum. Iam nihil gloriæ deeſſe; nihil obſtare virtuti: ſine ullo Martis diſcrimine, ſine ſanguine orbem terræ ab illis capi. Ne natu-*

INTERPRETATIO.

a *Locorum omnium, per quæ tranſibant, imperiti.*

b *Quam eſſet opportunum triremibus, incertis ac temerariis conjecturis divinabant.*

NOTÆ.

2 CVpido inceſſit viſendi Oceanum] Inconcinna ſtructura, *viſendi, adeundi*, & mox, *permittere*. Niſi alia deſint (forte iſta, *ut non vereretur ſine regionis peritis*, &c.) auſim tentare: *ut flumini ign. c. ſ. &c. permitteret* vel potius *per v. cupido viſendi Oc. ad. t. mundi, ingeſſit, ſine reg. per. fl. ign. &c. permittere*. Acidalius. Credit Freinshemius excidiſſe nonnulla verba: aut fortaſſis unum in fine ſenſus. Nam Mſſ. quidam omittunt *inceſſit*. quod ſane vix tolerari etiam poteſt. eo igitur abjecto videatur leg. *per vicax cupido viſendi, &c. permittere coëgit*, aut quid ſimile.

4 *Ne naturam*] Tacitus Agric. 33. *In*

tiram quidem longius posse procedere. brevi incognita nisi immortalibus esse visuros. Paucos tamen navigio emisit in ripam, qui agrestes vagos exciperent; è quibus certiora nosci posse sperabat. illi scrutati omnia tuguria, tandem latentes reperere. Qui interrogati *quam procul abesset mare?* responderunt *nullum ipsos mare ne fama quidem accepisse: ceterum tertio die perveniri posse ad aquam amaram, quæ corrumperet dulcem.* Intellectum est mare destinari ab ignaris naturæ ejus. Itaque ingenti alacritate nautici remigant, & proximo quoque die, quo propius spes admovebatur, crescebat ardor animorum. tertio jam die mixtum flumini subibat mare, [a] leni adhuc æstu confundente dispares undas. Tum aliam insulam medio amni sitam evecti paulo lentius, quia cursus æstu reverberberabatur, adplicant classem: & ad commeatus petendos discurrunt, [b] secuti casus ejus; qui supervenit ignaris. Tertia ferme hora erat, quum stata vice Oceanus exæstuans invehi cœpit, & retro flumen urgere. [c] quod primo coërcitum, deinde vehemen-

5 6 7 8 9

INTERPRETATIO.

a *Cum adhuc placidus* maris *fluxus misceret dissimiles aquas* fluvii & suas.

b *Nihil metuentes periculum quod incautos occupavit.*

c *Quod initio repressum* æstu, *postea violentius repulsum, rapidiore cursu retrorsum ferebatur, quam* quo *torrentes per præcipitia ruunt.*

NOTÆ.

In ipso terrarum ac naturæ fine. Ad quæ Virdungus ita notat: *Ridiculum: quasi illuc usque tantum Natura: sed hæ sunt veterum hallucinationes, nescientium Terram esse conditam,*

——— *in Orbem*
Undique surgentem pariter pariterque cadentem.

Manil. Astronom. Leges, si lubet, multa hujusmodi ineptiarum & anilium delirationum apud Senecam patrem, Suasor. 1. Ipse etiam Alexander apud Curtium Κρείττων ἑαυτοῦ, quum suis ingerit, ne Naturam quidem longius posse procedere, &c. Ex eodem fonte sunt & isthæc Taciti Agric. 12. *extrema & plana terrarum humili umbra non erigunt tenebras.* Item Germ. 45. *illuc usque tantum natura.* Liv. 28. 39. *Terrarum ultimus finis Oceanus.* Freinshemius.

8 *Aliam insulam*] De qua supra ad 9. 8. opinati sumus.

9 *Oceanus exæstuans*] Tota prope sapientum, & veterum, & recentium natio, rationes æstus Lunæ impressionibus

mentius pulſum, majore impetu adverſum agebatur,
10 quam torrentia præcipiti alveo incurrunt. Ignota vulgo freti natura erat, monſtraque & iræ deum indicia cernere videbantur. Idemtidem intumeſcere mare, & in campos paulo ante ſiccos deſcendere ſu-
11 perfuſum. Iamque levatis navigiis, & tota claſſe diſperſa, [a] qui expoſiti erant, undique ad naves tre-
12 pidi & improviſo malo adtoniti recurrunt. Sed in tumultu feſtinatio quoque tarda eſt. hi contis navigia adpellebant; hi dum remos aptari prohibebant,
13 conſederant. quidam enavigare properantes, ſed non exſpectatis, qui ſimul eſſe debebant, [b] clauda & inhabilia navigia languide moliebantur; aliæ navium inconſulte ruentes non receperant; pariterque &
14 multitudo, & paucitas feſtinantes morabatur. Clamor hinc *exſpectare*, hinc *ire* jubentium, [c] diſſonæque voces nuſquam idem ac unum tendentium, non oculorum modo uſum, ſed etiam aurium abſtulerant.

INTERPRETATIO.

a *Quiè navibus in terram deſcenderant.*

b Quaſi *mutilas* remorum parte *naves*, adeoque *minus expeditas* [c] *lente movebant.*

c *Oppoſitæ voces* hominum *penitus contraria poſtulantium.*

NOTÆ.

nibus aſſignat. Vide etiam Ariſtot. in Problem. ſect. 23. Meteor. lib. 2 ſumma 1. Ptolem. 2. 12. Plutarch. de placitis Philoſophorum. Senec. Natural. quæſt. 2. 28. Plin. 2. 97.

10 *Ignota vulgo*] Imo ipſi Alexandro, nec in principe talium notitiam magnopere neceſſariam eſſe probat Alb. Gentil. de Legat. cap. 3. Vtilem tamen interdum eſſe, ſi ablque majoris momenti rerum jactura poſſit comparari, vel hoc exemplo claret. *Freinsh.*

12 *Feſtinatio quoque tarda*] Liv. 22. 39. *feſtinatio improvida eſt & cæca.* Quæ porro ſubjicit, iis ſimilia ſunt iſta Taciti 2. 23. Miles pavidus, & caſuum maris ignarus, dum turbat nautas, vel intempeſtive juvat, officia prudentium corrumpebat. *Livii* 22. 19. Ruentibus in naves ſimul remigibus militibuſque, fugientium magis à terra, quam in pugnam euntium modo. Vix dum omnes conſcenderant, quum alii reſolvunt oras, aut ancoram vellunt: alii, ne quid teneat, ancoralia incidunt: raptimque omnia præpropere agendo, militum apparatu nautica miniſteria impediuntur; trepidatione nautarum capere & aptare arma miles prohibetur.

Hi dum remos aptari] Manifeſte vitioſa, quæ traductione unius verbi corrigimus in hunc modum. *hi dum ſtu-*

fidi-

rant. Ne in gubernatoribus quidem quidquam opis erat, quorum nec exaudiri vox à tumultuantibus poterat; nec imperium à territis incompositisque servari. Ergo [a] conlidi inter se naves, abstergerique invicem remi, & alii aliorum navigia urgere cœperunt. Crederes non unius exercitus classem vehi, sed duorum navale iniisse certamen. Incutiebantur puppibus proræ; premebantur à sequentibus, qui antecedentes turbaverant: jurgantium ira perveniebat etiam ad manus. Iamque æstus totos circa flumen campos inundaverat, tumulis dumtaxat eminentibus, velut insulis parvis; in quos plerique trepidi omissis navigiis enare cœperunt. Dispersa classis partim in prælta aqua stabat, [b] qua subsederant valles; partim in vado hærebat, [c] utcumque inæquale terræ fastigium occupaverant undæ: quum subito novus, & pristino major terror incutitur. Reciprocare cœpit mare magno tractu aquis in suum fretum recurren-

15 16 17 18 19 20

INTERPRETATIO.

a *Inter se mutuo concursu frangi.*
b *Ubi depressiores campi erant.*
c *Ubicumque editior erat terra quam aqua inundaverant.*

NOTÆ.

sidèrent, remos aptari prohibebant. Acidalius. Ex cujus mente sic etiam edidit Raderus.

20 *Reciprocare cœpit mare magno tractu aquis in suum fretum*] Adscribam insignem locum Arriani peripl. Erythr. 3. 15. Iuxta Barygazam derepente ipsum profundum, ac quædam continentis partes apparent siccæ & aridæ. quæ paulo ante navigabantur. Ipsa quoque flumina hoc universi maris æstu atque inundatione vehementissima sursum contra naturalem suum cursum feruntur ac rapiuntur. Quam sane ob causam ii, qui sunt hujus ignari, primumque ad emporium illud appellunt, magno periculo in navibus vel subducendis vel educendis conflictant. Quoniam enim anchoræ propter inundationis nihil quicquam remittentis vim atque impetum navibus retinendis minime pares esse possunt: idcirco ipsæ naves, vi repentina in obliquum sive transversum rapido præcipitique fluxu cursuque abreptæ, atque ad paludes allisæ, franguntur, minores vero everruntur. Nonnullæ etiam ubi inundationis tempore ad fossas deflexerint, nisi statim trajiciant, æstu subito implentur atque obruuntur. *Quod* de fossis ait, intelliges ex his verbis ejusdem loci paulo supra: Flectunt cursum statim ab ipso fluvii ostio per paludes navibus illis ante commemoratis; deinde remulco eas trahunt per certas quasdam & ordinatas mansiones: & accedente quidam æstu solvunt;

rentibus ; [a] reddebatque terras paulo ante profundo salo mersas. Igitur [b] destituta navigia alia præcipitantur in proras ; alia in latera procumbunt. Strati erant campi sarcinis , armis , avulsarum tabularum
21 remorumque fragmentis. Miles nec egredi in terram nec in naves subsistere audebat; idemtidem præsentibus graviora, quæ sequerentur , exspectans. Vix quæ perpetiebantur, videre ipsos credebant, in sic-
22 co naufragia , in amni mare. Nec finis malorum. quippe [c] æstum paulo post mare relaturum, quo navigia adlevarentur, ignari, famem & ultima sibimet ominabantur. belluæ quoque fluctibus destitutæ ter-
23 ribiles vagabantur. Iamque nox adpetebat, & regem quoque desperatio salutis ægritudine adfecerat. non tamen invictum animum curæ obruunt , quin tota nocte præsideret in speculis , equitesque præmitteret ad os amnis , ut quum mare rursus exæstuare sensis-
24 sent , procederent. *Navigia* quoque *lacerata resici*, *& eversa fluctibus*, *erigi* jubet, *paratosque esse & intento-*
25 *tos*, *quum rursus mare terras inundasset.* Tota ea nocte inter

INTERPRETATIO.

a *Campos retegebat quos paulo ante altis aquis texerat.*
b *Deserta* ab undis *naves alia in* suas *proras cadunt, alia &c.*
c *Cum ignorarent brevi rediturum mare* simili *æstu.*

NOTÆ.

vunt ; recedente autem , in portus quosdam & in Cythrinos se recipiunt. Sunt autem Cythrini loca quædam fluvii profundiora. Hinc forte intelligendus idem de expedit. Alex. 6. 3. Ἐμπεσὸν γοῦν αὐτὸ ἐς διώρυχα , *in fossam quandam confugiunt.* Idem Indic. cap. 4. 2. *fossa quinque stadiorum perducta naves traduxerunt æstu marino accedente.* Sed cur *accedente ?* Diversæ videntur fuisse fossæ : aliæ in transversam ripam æstæ portuum instar, ut ibi ab accedente æstu naves tutiores forent ; aliæ in altum depressæ, ut eo recedente non destituerentur in sicco. De eodem æstu quædam etiam excerpamus ex Plinio 13. 25. Qui navigavere in Indos (*lege* Indo) Alexandri milites, &c. tradidere, &c. Eodem tractu insularum sylvas operit æstus. quanquam altiores platanis populisque altissimis, &c. Harum minores totas integit mare : maximarum cacumina extant , ad quæ naves religantur; & cum recessit æstus, ad radices. *Freinsh.*

23 *Procederent*] Imo *retrocederent :* si de equitibus capis hæc. illud tamen rectum , si de classe & navibus. Sed quia de his sequitur, illud ad equites videbatur referendum.

27 Pro-

inter vigilias adhortationeſque conſumpta, celeriter & equites ingenti curſu refugere; & ſequutus eſt æſtus. qui primo aquis leni tractu ſubeuntibus cœpit levare navigia, mox totis campis inundans etiam impulit claſſem. plauſuſque militum nauticorumque 26
inſperatam ſalutem immodico celebrantium gaudio litoribus ripiſque reſonabat. *unde tantum rediſſet ſubito mare? quo pridie refugiſſet? quanam eſſet ejuſdem elementi natura, [a]modo diſcors, modo imperio temporum obnoxia*, mirabundi requirebant. Rex quum ex 27
eo, quod acciderat, conjectaret poſt ſolis ortum ſtatum tempus eſſe; media nocte, ut æſtum occuparet, cum paucis navigiis ſecundo amne defluxit. [b]Evectuſque os ejus quadringenta ſtadia proceſſit in mare, tandem voti ſui compos: præſidibuſque maris & locorum diis ſacrificio facto, ad claſſem rediit.

INTERPRETATIO.

a *Nunc pugnans temporum conditioni, nunc iis ſubjecta.*
b *Et oſtium ejus ingreſſus.*

NOTÆ.

27 *Proceſſit in mare*] Arrian. 6. 3. Ipſe Indi amnis oſtia prætergreſſus in vaſto pelago navigavit, exploraturus (ut ipſe quidem dicebat) an aliqua regio vicina mari appareret: meo vero judicio præcipue, ut in Oceano qui ultra Indos eſt, navigaſſe diceretur. *Idem innuit Curtius in quo ſic ſcribo:* proceſſit in mare, tandem voti ſui compos: præſidibuſque maris & locorum diis, &c. Diſtinctio enervaverat ſenſum. nam illa *voti ſui compos* cum ſequentibus jungebantur. Quod ſæpe fit egregiorum ſenſuum inſigni damno. *Freinsh.*

CAP. X.

Ab Oceano in Arabitarum, Gedrosiorum & Indorum fines revertitur: ubi cum fame & pestilentia luctatur exercitus. deinde liberatur, planeque restituitur. Inde sequutus est probrosus bacchantium lusus, supplicio Aspastis Satrapis cruentatus.

1 HInc adversum flumen subiit classis; & altero die adpulsa est haud procul lacu salso, cujus ignota natura plerosque decepit temere ingressos aquam. quippe scabies corpora invasit, & contagium morbi etiam in alios vulgatum est. 2 oleum remedio fuit. Leonnato deinde præmisso ut puteos foderet, qua terrestri itinere ducturus exercitum videbatur, quippe sicca erat regio; ipse cum copiis substitit, vernum tempus exspectans. Interim 3 & urbes pleraque condidit. Nearcho atque Onesicrito

INTERPRETATIO.

a *Adverso* eodem *fluvio progressa est.*

NOTÆ.

2 *UT puteos foderet*] Iustin. 12. 10. *Urbes pleraque.* | *Etsi his ante Barce nomine, ut Tregus scribit*, Sabellicus. Iustinum 12. 10. vide. Forsitan & Xylenepolis, Plin. 6. 23. Cui forte hinc aliqua lux commodari possit. *Onesicriti & Nearchi navigatio nec nomina habet mansionum, nec spatia. primumque Xylenepolis ab Alexandro condita, unde ceperunt exordium. juxta quod flumen, aut ubi fuerit, non satis explanatur.* Credibile enim est fuisse juxta Indum. nam inde cœpit illorum navigatio. Arrian. Indic. 4. 1. *Primo itaque die quum è portu solvissent, per fluvium Indum ad amplum quendam alveum appulerunt*, &c. Necesse igitur est, ut ad Indum sita fuerit Xylenepolis, & quidem trecenta circiter stadia à mari, hoc est, in ipsa regione, ubi has urbes conditas narrat Curtius. Interim nota, mansionum spatia notari ab Arriano, quem id accepisse credibile est ex Nearchi & Onesicriti commentariis, in quibus tamen ea comparere negat Plinius. Sed ad Curtium revertimur. Quid est, quod ait *urbes pleraque condidit?* An *pleraque* urbium quas ibi piam condidit? nugæ. anearum quæ unquam in ea regione fuerunt? quis ex his verbis hunc exsculpet sensum? Arrianus 6. 4. narrat nobis, in Pattalis arcem ædificasse, portusque & navalia, itidem ad lacum quendam haud procul ostiis Indi, alia navalia, portusque, ibi etiam præsidium reliquisse. qui ni fallor ipse locus est, ubi Xylenepolis sita esse debuit: sicut ex horum collatione auctorum ipse deprehendes. De quo fortasse Agatharchides excerpt. apud Photium c. 31. sentit: *In his* (insulis Fortunatis) *mercatoriæ accolarum naves stationem habere videas, pleraque inde profectas, ubi juxta Indum amnem navale instituit Alexander.* Crediderim ergo pro *urbes pleraque*, legendum, *urbes portusque.* Freinsh.

3 *Nearcho atque Onesicrito*] Nearchus

erito nauticæ rei peritis imperavit, *ut validiſſimas navium deducerent in Oceanum, progreſſique quoad tuto poſſent, naturam maris noſcerent: vel eodem amne, vel Euphrate ſubire eos poſſe, quum reverti ad ſe vellent.* Iamque mitigata hyeme, & navibus, quæ inutiles videbantur, crematis, terra ducebat exercitum. No- 4 nis caſtris in regionem Arabitarum; inde totidem 5 diebus in Gedroſiorum regionem perventum eſt. Liber hic populus concilio habito dedidit ſe; [a] nec quidquam deditis præter commeatus imperatum eſt. Quinto hinc die venit ad flumen, *Arabum* incolæ 6 adpellant. Regio deſerta & aquarum inops excipit: quam emenſus in Horitas tranſit. ibi majorem exercitus

INTERPRETATIO.

a *Ab iis qui ſe dediderant, nihil exactum eſt præter cibaria.*

NOTÆ.

chus præfectus erat totius claſſis, Oneſicritus gubernatorum, ut Arrian. Indic. 1. 8. & Plutarch. cap. 115. docent. *Raderus.* De iiſdem ſupra dictum inter ſcriptores Alexandrinæ hiſtoriæ. Plinius 6. 22. Oneſicritum *claſſis Alexandri præfectum* vocat. Scilicet ipſe ſibi in ſcriptis ſuis honorem eum tribuit; ſed falli ab aliis arguitur. Nearchum in Patralis ſepultum tradit Philoſtratus 3. 15. ubi & *claſſem Alexandri conveniſſe tradit.* Quod haud multum aberrat à vero, & aliquomodo pro vero haberi poteſt. Certius tamen arbitror quod modo de Xylenepoli diſputavimus. *Idem.*

Vel Euphrate] *Nam & is in Oceanum ſe exonerat.* Raderus.

5 *Arabitarum*] Alii *Abaritarum*, quod non tantum Strabo, Diodor. Arrian. Plin. quanquam leviter diſſentientes, fallum oſtendunt, ſed ipſe Curtius mox: flumen *Arabum* incolæ appellant. à quo denominatos iſtos Arabitas certiſſimum eſt ex Arriano Indic. 4. 3. ubi *Arabium* vocatur. *Freinsh.*

Gedroſiorum] Ita lege, non *Cedroſiorum.* eſt ubique Γ apud Græcos. [vide tamen Diodorum 17. 104.] Gedroſiam deſcribit Marcianus Heracleotes Ponticus in ſuo periplo I. Gedroſia, *inquit*, à ſeptentrione Drangiana & Arachoſia circumſcribitur, ab occaſu uſque ad mare Carmaniam habet, ab Oriente parte Indiæ, quoad Indum flumen pertinet. uſque ad Arachoſiæ jam dictæ terminos definitur. A meridie Indico Oceano clauditur. *Raderus.*

6 *Horitas*] Aliis *Norita* ſunt; apud Diodor. 17. 105. Νωρίται· Plutarcho cap. 115. *Oreita*, ut & Arrian. 6. 4. Strab. & Philoſtr. 3. 15. Stephano in Alexandria Νοάρται. *Noritæ* & Sabellicus vocat. Verum Dionyſius verſu 1096. Ὠρείτας· quomodo ſcribendum ait Euſtathius, ad diſcrimen τῆς Ὠρεστῶν Euboici populi. ut dubium non ſit *Noritas* nihil huc pertinere. Ejus tamen vitii fontem deprehendiſſe videor, ſimul cum vero & antiquo hujus gentis nomine. *Horitas* dictos arbitror. id antique ſcriptum, Η ΩΡΙΤΑΙ, ut Η ſaltem eſſet Ἡσιονται, & adſpiratio, non litera, cujus rei

citus partem Hephæſtioni tradidit; levem armatu-
7 ram cum Ptolemæo Leonnatoque partitus eſt. Tria ſimul agmina populabantur Indos; magnæque prædæ actæ ſunt: maritimos Ptolemæus; ceteros ipſe rex, & ab alia parte Leonnatus urebant. In hac quoque regione urbem condidit, deductique ſunt in
8 eam Arachoſii. Hinc pervenit ad maritimos Indos. deſer-

NOTÆ.

exemplá apud Scaliger. in Euſebium. Alii ergo iſtud H cujus uſum non intelligebant, facile in proximæ figuræ literam N mutare potuerunt. *Freinſhemius.*

7 *Tria ſimul agmina*] Teſtatur hoc Geographus: *Cùpiu triſariam diviſis, ipſe cum exercitus parte per Gedroſiam profectus eſt, à mari quingentis ſtadiis, ubi plurimum, iter faciens: ut ſimul & claſſi aram commodam pararet. ſæpe etiam mari appropinquavit, tametſi id inopes difficileſque & aſperas ædes habebat.* Sæpiſſime autem ſic diviſiſſe exercitum, vel in uno Curtio multa habemus documenta. Idque obſervat Marcellin. 21. 15. *Conſilio ſolerti pravidit: & agminibus diſtributis, &c. qui diffuſi per varia opinionem numeri præberent immenſi, formidineque cuncta complerent. Id enim & Alexander Magnus, & deinde alii plures, negotio ita poſcente, periti fecere ductores.*

Vrbem condidit] Quam veriſimile eſt fuiſſe Alexandriam Arianæ, cujus mentio apud Strabon. lib. 11. quæ fortaſſe eſt *Alexandria condita à Leonnato juſſu Alexandri in finibus gentis Ariana, portu ſalubri.* Sic enim apud Plin. 6. 23. legendum videatur, certe ſitus non abludit. Nec quicquam vetat eandem credere, quam Stephanus quintodecimo loco recenſet in Ἀλεξάνδρεια, *in Arachoſiis, juxta Indiam.* Arachoſii enim modo diſtinguebantur ab Arianis, modo ſub ipſorum appellatione comprehendebantur. Locuples ejus rei teſtis Plin. 6. 20 & 21. Firmatur hoc negotium eo, quod Arachoſios in illam deductam auctor addit, qui male apud Sabellicum *Amerchoſei* leguntur. Nam quod eos Arachoſios à Pontico mari ſecutos Alexandrum Raderus putat, error eſt ex corrupto Curtii loco 7. 3. natus, ubi pro *Pontico* mari nos *Indico* ſubſtituiſſe, minus minuſque pœnitet. Nam etiam ſequentia: *Hinc pervenit ad maritimos Indos*: id clare teſtantur: quippe Ichthyophagis (nam hos intelligit Curtius) Arachoſii finitimi. *Freinsh.*

8 *Ad maritimos Indos*] Omnia ex Diodor. 17. 102. hauſiſſe videtur. De tuguriis etiam Arrian. 6. 4. & Indic. 5. 15. *Iam tuguria ex conchis congeſtis facta, tecta ex piſcium ſpinis.* De hujus generis tectis e piſcium oſſibus erectis leges etiam apud Olaüm Magnum. Idem Arrian. Indic. 4. 18. *erant captivi craſſis corporibus, capite & unguibus ferinis: ſiquidem unguibus loco ferri uti dicebantur, piſceſque iis diſcindentes: ligna etiam molliora iis ſecabant; ad duriora ſaxis acutis utebantur: ferrum apud eos non erat. Ferarum, aut grandium piſcium pellibus ſeſe veſtiebant.* Raderus. Arriani verba ſunt: ἦσαν δὲ οἱ ἁλόντες τὰ τὰ ἄλλα σώματα ἀνθρώπων, καὶ τὰς κεφαλὰς, καὶ τοὺς ὄνυχας θηρίων. quæ ſic interpretor: *erant autem captivi tum reliquo corpore, tum etiam capite hirti: unguibus autem quaſi ferinis.* Sic ſane reddidit Curtius, undeunde acceperit. *Prominent ungues nunquam reciſi: coma hirſuta & intenſa ſunt.* De iiſdem hominibus multa enim Strabo, Ælianus, & Agatharchides apud Photium cap. 12, &c. Plinius 9. 3. *Gedroſæ qui Arbin amnem accolunt,*

Alexan-

deſertam vaſtamque regionem late tenent, ac ne cum finitimis quidem ullo commercii jure miſcentur. [a]Ipſa ſolitudo natura quoque immitia efferavit inge- 9
nia: prominent ungues nunquam reciſi; comæ hirſutæ & intonſæ ſunt. tuguria conchis, & ceteris pur- 10
gamentis maris inſtruunt. ferarum pellibus tecti, piſcibus ſole duratis, & majorum quoque belluarum, quas fluctus ejicit, carne veſcuntur. Con- 11
ſumptis igitur alimentis Macedones primo inopiam, deinde ad ultimum famem ſentire cœperunt, radices palmarum, namque ſola ea arbor gignitur, ubique rimantes. Sed quum hæc quoque alimenta defece- 12
rant, jumenta cædere adgreſſi, ne equis quidem abſtinebant; & quum deeſſent quæ ſarcinas veherent, ſpolia de hoſtibus, propter quæ ultima Orientis peragraverant, cremabant incendio. Famem deinde pe- 13
ſtilentia ſequuta eſt: quippe inſalubrium ciborum novi ſucci, ad hoc itineris labor, & ægritudo animi, [b]vulgaverant morbos; & nec manere ſine clade, nec progredi poterant: manentes fames; pro-

greſſos

Interpretatio.

a *Solitaria* vita *ferociores reddidit* eorum *animos*, *indole* ſua *jam feroces*.

b *Contagionem ſparſerant*.

Notæ.

Alexandri Magni claſſium præfecti prodidere in domibus fores maxillis belluarum facere, oſſibus tecta contignare, ex quibus multa quadrigenum cubiterum longitudinis reperta. Freinshemius.

11 *Radices palmarum*] Strabo lib. 15. *Palmarum tamen & fructus & cerebrum ſaluti fuit.* At Plin. 13. 4. ait, *milites Alexandri palmis viridibus ſtrangulatos fuiſſe.* Idemque ante Geographus docuerat: *cruda palma multos ſuffocabant.* Arrian. 6. 4. imperatum ait indigenis, *ut palmarum dactylos adferrent.* Radetus.

12 *Ne equis quidem*] Iam etiam alia peſte vexatos. Nam, ut ait Plin. 12. 8. In Ariana *frutex peſtilens raphani folio, lauri odore, equos invitante, pene equitatu orbavit Alexandrum prime introitu: quod & in Gedroſi accidit.* Bis vult accidiſſe. vereor ut ex vero. cur enim primo periculo edocti, non abſtinuiſſent equos? Suſpicor reperiſſe apud alios in Ariana id accidiſſe; apud alios in Gedroſis. Sed illi de eadem re ſentire potuerunt: cum Ariana interdum ſtrictius intelligatur; interdum latiſſime, quod ex ipſo paulo ante aſſeruimus. *Freinsh.*

17 Pa-

14 greſſos acrior peſtilentia urgebat. Ergo ſtrati erant campi pene pluribus ſemivivis, quam cadaveribus. Ac ne levius quidem ægri ſequi poterant: quippe [a]agmen raptim agebatur, tantum ſingulis ad ſpem ſalutis ipſos proficere credentibus, quantum itineris
15 feſtinando præriperent. Igitur qui defecerant, notos ignotoſque, *ut adlevarentur*, orabant. Sed nec jumenta erant, [b]quibus excipi poſſent; & miles vix arma portabat, imminentiſque etiam ipſis facies mali ante oculos erat. Ergo [c]ſæpius revocati, ne reſpicere quidem ſuos ſuſtinebant; miſericordia in for-
16 midinem verſa. Illi relicti *deos teſtes*, [d]*ſacra communia*, *regiſque* implorabant *opem*: quumque fruſtra ſurdas aures fatigarent, in rabiem deſperatione verſi, *parem ſuo exitum*, *ſimileſque ipſis amicos & contubernales* precabantur. Rex dolore ſimul ac pudore anxius,
17 quia cauſa tantæ cladis ipſe eſſet; ad Phrataphernen Parthorum ſatrapen miſit, qui juberet *camelis cocta cibaria adferre*: alios quoque finitimarum regionum
18 præfectos certiores neceſſitatis ſuæ fecit. Nec ceſſatum eſt ab his. Itaque [e]fame duntaxat vindicatus exercitus, tandem in Gedroſiæ fines perducitur. Omnium rerum ſola fertilis regio eſt, in qua ſtativa habuit,

INTERPRETATIO.

a *Exercitus feſtinanter ducebatur, cum unuſquiſque tanto propius ad ſpem incolumitatis ſe accedere putaret, quanto plus properando alios antevertiſſet.*

b *In quæ imponi poſſent.*

c Quamvis *frequenter implorati* a tergo, *ne volebant quidem ad ſuos* amicos *vultum convertere.*

d *Communem utriſque religionem.*

e *A fame ſola liberatus.*

NOTÆ.

17 *Pudore anxius*] Omnia ab Alexandro ſimulata, teſtibus Arriano 6. 4. & Strabone, exiſtimata ſunt, illumque hæc ſtudio ſuperandi Cyri & Semiramidis famam, non ignarum futurorum malorum, aggreſſum. *Raderus.*

Finitimarum regionum] *Drangenum* & *Arian* nominat Diodor. 17. 105.

18 *Sola fertilis*] An *ſolis*? Sebiſius. Acidalius

habuit, ut vexatos milites quiete firmaret. Hic Leon- 19
nati literas accipit, *conflixisse ipsum cum octo millibus peditum & quingentis equitibus Horitarum, prospero eventu.* A Cratero quoque nuncius venit, *Ozinem & Zariaspem nobiles Persas, defectionem molientes oppressos à se, in vinculis esse.* Præposito igitur regioni Sibyrtio 20
(namque Menon præfectus ejus nuper interierat morbo) in Carmaniam ipse processit. Aspastes erat 21
satrapes gentis, suspectus res novare voluisse, dum in India rex esset. Quem occurrentem dissimulata ira 22
comi-

NOTÆ.

Acidalius corrigit *solo fertili.* quod quanquam edidit Raderus, vix præferendum puto Sebisiano. Ceterum Strabo, & Arrian. 6. 4. non valde fertile solum Gedrosiæ tribuunt: melius tamen quam vicinis Ichthyophagis. Vulgata lectio sensum haberet contrarium illi,

——*non omnis fert omnia tellus:*

quem quidem Curtii fuisse non puto. *Freinsh.*

19 *Prospero eventu*] Confirmat hoc Arrian. 7. 1. & Indic. 4. 12. Nam Diodor. 17. 105. damnum accepisse scribit.

Ozinem] Arrian. 6. 5. *Ordonem* appellat: *Alexandro jam Carmaniam ingresso, Craterus ad eum venit, reliquum exercitum & elephantos secum ducens, unaque Ordonem, quem quod defectionem molitus esset, ceperat.* De Zariaspe Satrapa nihil memini apud alios legere, nisi forte sit Baryaxes Medus apud Arrian. 6. 5. affectati regni postulatus, & interfectus. *Raderus.* Videntur dissentire auctores: sed non dissentiunt. Tantum enim abest ut neget Curtius ab ipso Cratero adductos eos Persas, ut ipse quoque expresse id dicat 10. 1. sed intellige primo nuncium misisse; mox ipsum venisse. *Freinsh.*

23 *Sibyrtio*] *Sisyrtim* est Arriano 6. 5. *Raderus.* Mendum est absque dubio, ut priscum sigma forma parum differens à beta, hujus locum occupaverit. Non enim Diodorus tantum, Justin. 13. 4. & ibi notati, Σιβύρτιον vocant; sed ipse Arrian. 5. 1. *Freinsh.*

Menon] Hunc supra 7. 4. innuit primum Arachosiorum, vicinorumque Gedrosorum, ut intelligi datur, prætorem fuisse, ut ab Alexandro subacti sunt. at Arrian. 6. 5. longe aliter: *Postquam vero in Gedrosorum regionem pervenit, militibus ibi quietem dedit: Apollophanem, quod nihil eorum quæ imperata ei fuerant, perfecisset, satrapatu deposuit, Thoante in ejus locum suffecto: quicquam ex morbo decessit, Sibyrtius ei successor est datus.* Verum ipse Arrian. Indic. 4. 12. *Apollophanem in prælio Leonnati cum Oritis casum* ait. quæ loca non video quomodo concilientur, nisi dicas, postquam satrapia privatus fuit, statim ad Leonnatum se contulisse, sponte an jussu regis. *Idem.*

In Carmaniam] Strabo lib. 15. *Die sexagesimo in Gedrosiorum regiam à finibus veniens, cum exercitum paululum quiete refecisset, in Carmaniam profectus est.*

21 *Aspastes*] Arrian. 6. 5. de Sibyrtio: *Carmaniæ satrapa erat, nuper admodum id muneris ab Alexandro consequutus: tum vero Arachosiorum & Gadrosorum imperium illi collatum est. Carmaniam vero Tlepolemus Pythophanis filius tenuit.* Idem Indic. 6. 17. *Collecti undequaque barbari tuta munitaque Carmaniæ loca occupaverant. Nam satrapa eorum jussu Alexandri interfectus fuerat. Tlepolemus autem qui recens satrapatum inie-*

comiter adloquutus, dum exploraret quæ delata erant, in eodem honore habuit. Quum India profecti, ſicut imperatum erat, equorum jumentorumque jugalium vim ingentem ex omni, quæ ſub imperio erat regione miſiſſent; quibus deerant impedimenta, reſtituit. Arma quoque ad priſtinum refecta ſunt cultum: quippe haud procul à Perſide aberant, non pacata modo, ſed etiam opulenta. Igitur, ut ſupra dictum eſt, æmulatus Patris Liberi non

NOTÆ.

inierat, nondum firmum imperium nactus erat. Quæ non modo cum Curtio, ſed nec inter ſe conſentiunt.

22 *Impedimenta*] An *ad imp.* reſtituit equos & jumenta ad impedimenta vehenda, quibus *deeſſent quæ ſarcinas veherent*, ut dixerat paulo ſupra.

24 *Æmulatus patris Liberi*] Arrian. 6. 5. negat; Diodor. 17. 106. affirmat: teſtatur & Plutarch. cap. 116. Bacchi vero ſeu Liberi patris ex India redeuntis triumphum Siculus 4. 3. paucis hiſce verbis ſpectandum proponit: *Liberum memorant impiis ubique graviter multatis, & benigne habitis ceteris hominibus, ex India in elephanto ſublimem Thebas rediſſe, & quia totum expeditionis intervallum trienne fuerat, Græcos propterea trieteridas celebraſſe aſſerunt. Primum quoque omnium ſpoliis tanta expeditionis onuſtum, cum triumpho in patriam eſſe invectum.* Raderus. De Alexandro adde Liv. 9. 18. Plutarch. orat. 1. 15. ubi in magna gloria ponit hoc factum. Secus viſum Athenæo 12. 9. ubi ex Ephippo narrat alios quoque deos æmulatum eſſe Alexandrum; Ammonem, Dianam, Mercurium, Herculem. Ibidem etiam de Commodo narratur, Herculem dici voluiſſe. Quod & ex ſcriptoribus vitæ conſtat. Bacchus autem præcipue ad imitandum placuit multis: Mithridatem, Antigonum, C. Marium, M. Antonium in ſcenam producit Schottus Obſerv. Hiſtor. 3. 3. Vbi ex Valer. Maxim. 3. 6. & Plinio 33. 11. notat, Marium poſt victoriam Cimbricam cantharis potaſſe, quod in inclyto ſuo per Aſiam triumpho Liberi poculi genere fuiſſet uſus. Vt mirum ſit, in hoc triumpho Plutarchum, cum varia pocula nominaret, cantharos omiſiſſe. Memorabile autem inprimis eſt, quod in Avito, ſive potius *Vario*, Xiphilinus narrat: Genius aliquis, quum ſe Alexandrum Macedonem eſſe diceret, haberetque formam ejus, atque omnem ipſius ferret apparatum, profectus ex iis locis quæ ad Iſtrum ſunt, (ubi quemadmodum extiterit, mihi quidem non conſtat) Aſiam atque Thraciam perranſit bacchantium more, cum quadringentis hominibus qui thyrſis ornati erant nerviſque, faciebantque injuriam nemini. Huic, ut uno ore aſſeruerunt omnes qui tum fuerunt in Thracia, diverſoria ceteræque res neceſſariæ publice ſuppeditatæ ſunt, nec ei contradicere quiſquam eſt auſus aut reſiſtere, non prætor, non miles, non procurator, non præſides provinciarum, ſed interdiu tanquam in pompa, ut edixerat, Byzantium venit: poſt inde profectus, appulit ad regionem Chalcedonenſium, ubi de nocte creato quodam ſacerdote, obrutoque equo ligneo, evanuit. Inſignis locus, ſed & inſigni mendo conſpurcatus, ibi: *thyrſis ornati erant nerviſque*, τύρσεις τε ἐ νεύρεσι ἐστεφανωμένοις. Sed νεύρεις nervus eſſe non videtur; aut doceatur exemplis: & ſi maxime foret, quid ad rem? Scribe νάρθηξι τε καὶ νεύρεσι

non gloriam ſolum, quam ex illis gentibus deportaverat; ſed etiam famam (ſive illud triumphus fuit ab eo primum inſtitutus, ſive bacchantium luſus) ſtatuit imitari, animo ſuper humanum faſtigium elato. *Vicos, per quos iter erat, floribus coroniſque ſterni* jubet: *liminibus edium crateras vino repletos, & alia eximiæ magnitudinis vaſa diſponi: vehicula deinde conſtrata, ut plures capere milites poſſent, in tabernaculorum modum ornari, alia candidis velis, alia veſte precioſa.* 25 Primi ibant amici & cohors regia, variis redimita 26 floribus coroniſque, alibi tibicinum cantus; alibi lyræ ſonus audiebatur: item in vehiculis pro copia cujuſque adornatis, comeſſabundus exercitus, armis quæ maxime decora erant circumpendentibus. Ipſum convivaſque currus vehebat, crateris aureis ejuſdemque materiæ ingentibus poculis prægravis. Hoc 27 mo-

NOTÆ.

πλοκάδας, *thyrſis & hinnulorum pellibus.* Hic enim bacchantium habitus fuit, ipſiuſque Bacchi. Dionyſius verſu 996. *At vero illa hinnuli pellem* (νεβρίδα) *in humeros extendit: Ebrius autem vino implexos quaſſavit thyrſos.* Vbi Euſtathium: νεβρίδα. ἢ ἐπὶ ἅρματι νεβρὸν, ἤτοι τοῦ ἁλόφου, πολύστικτον, &c. Papinius Sylvar. 1. 2. Baccho cum thyrſis attribuit.

—— *flavam maculoſo nebrida tergo.*

& Achillem Baccho comparans Achillid. 1. 8.

Vt vero à tereti demiſit nebrida collo.

Sic & Polyæn. 1. 1. Bacchi comitibus νεβρίδας tribuit: & alii paſſim. Admirandi luxus pompam Bacchicam, inſtitutam Alexandriæ imperante Ptolemæo, prolixe deſcribit Athen. 5. 7. *Freinsh.*

Bacchantium luſus] Polyænus 1. 1. haud abſurde, omnia Bacchi orgia ſtratagemata fuiſſe aſſerit.

25 *Floribus coroniſque*] Dictum ſupra ad 5. 1. Ælian. Var. 9. 8. *Dionyſius junior in Locrenſium urbem venient, &c. maximæ civitatis domos occupavit, caſque roſis, ſertyllis, aliiſque id genus floribus ſtravit.* & cap. 9. Demetrio *ſingulis anni partibus flores recentes ſubſternebantur, ut in ipſis veſtigia poneret.*

Alia candidis velis] Quid, ſi legas; *ornari candidis velis, aliaque veſte precioſa.* Veſtis nomen late patens, etiam vela iſta candida, quæ intellige ex Indica byſſo confecta, comprehendit. *Freinsh.*

26 *Coroniſque*] Præſertim ex hedera. Plin. 16. 34. ex Theophraſto ſcribit, *Alexandrum ob raritatem* (hederæ in illis partibus) *ita coronato exercitu, victorem ex India rediiſſe, exemplo Liberi patris.*

Tibicinum cantus] Polycletus apud Athenæum 12. 9. ſcribit. *tibicinas ſemper & tibicines ſecutos eum in exercitu* [illegible] αὐλητρίδας καὶ αὐλητὰς. Etiam in hoc triumpho apud Arrianum 6. 5. legitur καταυλεῖσθαι. Plutarch. cap. 116. *Circumſonabant omnia loca fiſtulis, tibiis, &c.* Freinshemius.

27 *Pat-*

modo per dies ſeptem bacchabundum agmen inceſſit; [a] parta præda ſi quid victis ſaltem adverſus comeſſantes animi fuiſſet: mille hercule, [b] viri modo & ſobrii, ſeptem dierum crapula graves in ſuo trium-
28 pho, capere potuerunt. Sed fortuna, quæ rebus famam pretiumque conſtituit; hic quoque militiæ probrum vertit in gloriam. Et præſens ætas, & poſteritas deinde mirata eſt, *per gentes nondum ſatis domitas inceſſiſſe temulentos, barbaris, quod temeritas erat,*
29 *fiduciam eſſe credentibus.* Hunc adparatum carnifex ſequebatur: quippe ſatrapes Aſpaſtes, de quo ante
30 dictum eſt, interfici juſſus eſt. adeo nec luxuriæ quidquam crudelitas; nec crudelitati luxuria obſtat.

INTERPRETATIO.

a Qui *facilis præda* fuiſſet, *ſi &c.*
b *Qui modo ſortes ac non temulenti forent.*

NOTÆ.

27 *Parta præda*] An *parata*? quomodo & editi quidam. ſic ſup. 4. 14. Tacit. H. 1. 6. *parata audenti materia.* quia tamen illud eundem prope ſenſum reddit, loco movere non ſuſtinuimus: præſertim cum & auctoritate nitatur maximi poetæ Virg. Eclog. 3. 68.

Parta mea Veneri ſunt munera:

maximique Hiſtorici Salluſt. Iugurth. 10. utroque verbo ſine diſcrimine utitur: *neque aurę parare queas, officio & fide pariuntur.* Idem.

Septem dierum] Totidem & alii, ut Diodor. 17. 106.

30 *Adeo nec luxuria quidquam crudelitas*] Cum tyrannus ad commodum & voluptatem ſuam omnia referat, inde utrumque in illo vitium. Trebellius Pollio in 30 Tyrannis. de Ingenuo 8. *Exſtat ſane epiſtola Galliæni, quam ad Celerem Verianum ſcripſit, qua ejus nimietas crudelitatis oſtenditur. quam ego idcirco interpoſui, ut omnes intelligerent, hominem luxurioſum crudeliſſimum eſſe, ſi neceſſitas poſtulet.* Corn. Nepos in Timoleonte: *Et manu fortis & belli peritus fuit; &, id quod in tyranno non facile reperitur, minime libidinoſus, non luxurioſus, non avarus, nullius rei denique cupidus, niſi ſingularis perpetuique imperii, eb eamque crudelis.* Loccen.

Q. CVR-

Digitized by Google

Q. CVRTII RVFI,

DE

REBVS GESTIS

ALEXANDRI REGIS MACEDONVM,

LIBER X.

CAP. I.

Cleander & alii duces delictorum veniam impetrant, dum nonnulli minus facinorosi puniuntur. Alexandri consilium de Occidentali Europæ parte lustranda: liberalitas erga Abisaris filium: & in Orsinem crudelitas.

IISDEM fere diebus Cleander & Sitalces, & cum Agathone Heracon superveniunt, qui Parmenionem jussu regis occiderant; quinque millia peditum cum equitibus mille. Sed & accusatores eos è provincia, cui præfuerant, sequebantur; nec tot facinora, quot admiserant, compensare poterant cædis perquam gratæ regi ministerio. Quippe quum omnia profana spoliassent; ne sacris quidem abstinuerant: virgineſque & principes feminarum stupra perpessæ, corporum ludibria deflebant. Invisum Macedonum nomen avaritia eorum ac libido barbaris fecerat. Inter omnes tamen eminebat Cleandri furor; qui nobilem virginem constupratam servo suo pellicem dederat. Ple-

1 2 3 4 5

NOTÆ.

5 *Cleandri furor*] Vt eodem nomine, ita haud multum dispari fortuna vitæque exitu fuit Cleander Commodi libertus. De quo Lamprid. cap. 7. & Marcellin. 26. 15. *Freinsh.*

Servo suo pellicem dederat] Quum majorem indignioremq; injuriam ne excogitare quidem posset. Graphice describit Iust. 16. 5. in Clearchi Heracliensis tyrannide: *Ne quid mali afflictis honestissimis domibus deesset, uxores eorũ filiasq; nubere servis suis, proposita recusantibus morte, compellit*, &c. additq; multas huic dedecori mortem antetulisse. *Id.*

6 Plerique amicorum Alexandri non tam criminum, quæ palam objiciebantur, atrocitatem; quam memoriam occiſi per eos Parmenionis, quod tacitum prodeſſe reis apud regem poterat, intuebantur: læti recidiſſe iram in iræ miniſtros, NEC VLLAM potentiam ſcelere quæſitam cuiquam eſſe diuturnam.
7 Rex cognita cauſa pronunciavit *ab accuſatoribus unum, & id maximum crimen eſſe præteritum, [a] deſperationem ſalutis ſuæ: nunquam enim talia auſuros, qui ipſum*

INTERPRETATIO.

a *Quod de ipſius* regis *vita deſperaſſent.*

NOTÆ.

6 *Prodeſſe reis*] Quemadmodum Catum liberavit ſeveriori ſententia Tiberius apud Tacit. 4. 31. ſimilis *operæ* ſibi præſtitæ *memor.*

Læti recidiſſe iram] Vide Tacit. 6. 3. 6. 4. & 6. 10. *quo lætius acceptum ſua exempla in conſultores recidiſſe.* Lucretius lib. 5. v. 304. à fine:

Circumretit enim vis atque injuria quemque,
Atque unde exorta eſt, ad eum plerumque revertit.

Hiſtoria tam ſacra quam profana hujus rei exemplis abundat. *Loccen.*

Nec ullam potentiam ſcelere] Livius id probat exemplo Tarquinii Superbi, cujus *ultimum regnum, quod ſcelere partum* erat. Et vetitas conſtat inſigni monito Demoſthenis Olynth. 2. ὅταν ἐκ πλεονεξίας καὶ πονηρίας τις ἰσχύσῃ, ἡ πορισθῇ τινὰ τρόπον καὶ μικρὸν πᾶσιν ἅπασι τοῖς ἀνθρώποις ἀντίκαιον ἐξ ἀρχῆς διέλυσεν. ἐν γὰρ ἐστιν, ἃ ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀδικοῦντα καὶ ἐπορκοῦντα καὶ ψευδόμενον συνασφαλῆ κτήσασθαι. *Si quis per avaritiam & improbitatem fiat potens, prima quæq; occaſio & parvum erratum omnia retrahit & diſſolvit. Non enim fieri, non fieri poteſt viri Athenienſes, ut per injurias & perjuria & mendacia ſtabilis potentia comparetur.* Loccen.

7 *Maximum crimen eſſe præteritum, deſperationem ſalutis ſuæ*] Mercerus ad illa Taciti 2. 50. *Cæſarique connexa adulterio teneretur*, oſtendit, familiare principibus eſſe, ut omnia perperam facta ad crimen majeſtatis trahant. Quamquam hoc loco veriſſima fuerit vox Alexandri. conſentiunt enim ſcriptores, famam mortis ejus, ex periculo apud Mallos Oxydracas, ſpiritus feciſſe præfectis ejus, ut poteſtate ſua, tanquam rationem non reddituri, pro libitu abuterentur. Scipio Gentilis lib. 1. de Conjurat. p. m. 32. 33. notat, *etiam de vita Principis inquirere, præſertim per aſtrologos & mathematicos, capitale eſſe: neque hoc ſolum, ſed etiam de ea dubitare vel deſperare, pro crimine majeſtatis habitum eſſe, ſi ea deſperatio indiciis eſſet aliquibus pateſacta.* Hoc ibidem declarat exemplo C. Lutorii Priſci ex lib. 3. Annal. Taciti. mox addit: *Alexander Magnus id ipſum pro maximo crimine majeſtatis habuit, non ex ira vel ebrietate, ſed tanquam recepto jure. Sic enim Q. Curtius lib. 10. ait: Rex, cognita cauſa, pronunciavit, ab accuſatoribus unum & id maximum crimen eſſe præteritum. &c. Nunquam hoc ita Alexander pronunciaſſet & cauſa cognita, niſi lex Macedoniæ de hac ſpecie majeſtatis fuiſſet.* Crimen auxit ex deſperatione ſalutis regiæ orta violatio dignitatis regiæ, & quod tam vilis illis eſſet ſalus & vita regia, & quod inde accelerat abuſus poteſtatis ſuæ. Scipio apud

ipſum ex India ſoſpitem, aut optaſſent reverti, aut credidiſſent reverſurum. Igitur hos quidem vinxit; *DC* 8
autem militum, qui ſævitiæ eorum miniſtri fuerant, interfici juſſit. Eodem die ſumptum eſt ſupplicium de 9
iis quoque, quos auctores defectionis Perſarum Craterus adduxerat. Haud multo poſt Nearchus & Oneſicritus, quos *longius in Oceanum procedere* juſſerat, 10
ſuperveniunt. Nunciabant autem quædam audita, 11
alia comperta; *inſulam oſtio amnis ſubjectam auro abundare; inopem equorum eſſe: ſingulos equos ab iis, qui ex continenti trajicere auderent, ſingulis talentis emi.* *Ple-*

NOTÆ.

apud Livium lib. 28. In orat. ad ſeditiosos milites in præſidio poſitos, aciter nec ſemel illis objectat *famam mortis ſuæ non acceptam ſolum temere, ſed etiam ſperatam*; eoque ſe non parum violatum offendit: *Nihil ultra facile creditam mortem meam à vobis VIOLATVS SIM.* Auguſtus pædagogum miniſtroſque Caji filii, *per occaſionem valetudinis mortiſque ejus ſuperbe avareque in provincia graſſantes*, oneratis gravi pondere cervicibus, præcipitavit in flumen, ut refert Suetonius in vita Auguſti cap. 67. Quod autem Sc. Gentilis peculiarem hac de re legem Macedonum exſtitiſſe ſcribit, de hoc dubito: cum nihil tale auctores prodiderint memoriæ. *Leccenius.*

8 *Hos quidem vinxit*] Et, quod apud Curtium deeſt, Arriano 6. 5. teſte, occidit. Fallitur enim editor Curtii Allobrox, qui ad oram annotavit: *Dat veniam ſcelerum auctoribus humana cenſura, ſed vexat & opprimit ſcelerum miniſtros.* Non dedit veniam Cleandro, Sitalci, Agathoni, Eraconi Alexander, ſed omnes interfecit, *Raderus.* Firmant id reliqui ſcriptores, licet occiſos non nominent. Juſtin. 12. 10. Multæ devictæ gentes præfectos ſuos accuſaverunt; quos ſine reſpectu amicitiæ, Alexander in conſpectu legatorum necari juſſit. *Diodor.* 17. 106. Cum multos Satraparum & ducum per vim & injuriam poteſtate abuſos cognoviſſet, meritas illis pœnas irrogavit. *Plut. cap.* 118. Sumpſit de ducibus, qui deliquerant, ſupplicium.

10 *Nearchus & Oneſicritus*] Plin. 6. 23. *Feſtos dies ibi* (apud Suſa) *agentem Alexandrum invenerunt ſeptimo menſe, poſtquam digreſſus ab iis fuerat Pattalis, tertio navigationis.* Qui Diodor. 17. 106. cetera concors, urbem maritimam nomine *Salmuntem* vocat. Reliqui, & præſertim Arrianus in Indicis, quem prolixe hæc omnia exponentem per te leges, ut ſolet fieri, varie diſſentiunt. Qui tamen conciliari nonnihil poſſunt ex eo, quod bis ad Alexandrum pervenit Nearchus: ſemel in Gedroſis, iterum Suſis. *Freinshemius.*

11 *Inſulam oſtio*] De hac Plinius 6. 21. *Extra oſtium Indi Chryſe & Argyre, fertiles metallis, ut credo; nam quod aliqui tradidere aureum argenteumque iis ſolum eſſe, haud facile crediderim.* Periegetes verſu 589. plura Mela 3. 7. *Ad Tamum inſula eſt Chryſe, ad Gangem Argyre, altera auri ſoli (ita veteres tradidere) altera argenti.* Raderus.

12 *Plenum esse belluarum mare; [a] æstu secundo eas ferri magnarum navium corpora æquantes: [b] truci cantu de-*
13 *territas sequi classem: cum magno æquoris strepitu, ve-lut demersa navigia, subisse aquas.* Cetera incolis cre-
didérant: inter quæ *rubrum mare non à colore undarum, ut plerique crederent, sed ab Erythra rege adpella-*
14 *ri. Esse haud procul à continenti insulam palmis frequentibus consitam, & in medio fere nemore columnam eminere, Erythræ regis monumentum, literis gentis ejus scriptam.*

INTERPRETATIO.

a Eas *sequi* maris *æstuantis cursum.*
b *Horridis clamoribus fugatas* ne *classem sequerentur.*

NOTÆ.

12 *Plenum esse belluarum mare*] De his Strabo lib. 15. Diodor. 17. 106. Plin. 6. 23. paucis: *Circa has* (insulas) *hydri marini vicenûm cubitorum adnatantes, terruere classem.* Solinus c. 55. *Indica maria balænas habent ultra spacia quatuor jugerum,* &c. Consulendus hic Arrian. Indic. c. 5. De belluis hisce & harum iconibus Rondeletius, & alii. Plurima Gesnerus lib. 4. lit. B. & C. in Balænis & Cetis. *Raderus.* Etiam apud Senec. suasor. 1. exaggeratur *fœda belluarum magnitudo.*

Truci cantu] Sebisius malit *tuba cantu*, & quodammodo juvant Arrianus Ind. 5. 18. *quantum capita ferre poterant, acclamasse, tubisque clanxisse.* & Strabo lib. 15. *tuba belluas exterruit.* Verum tamen nihil incommodi habet vulgata lectio; sed eo melior est quod non tubam tantum, sed alium quoque clamorem non excludit; quo præter tubam usos Macedonas, ex scriptoribus constat. Quamquam ne clamori quidem cesserint, sed fragori navium obviam venientium. Plin. 9. 3. Sed in mari belluæ circa solstitia maxime visuntur. Tunc illi ruunt turbines, tunc imbres, tunc dejectæ montium jugis procellæ ab imo vertunt maria, pulsataque ex profundo belluas cum fluctibus volvunt (*hoc est quod* æstu secundo eas ferri *dixit Curtius*) & alias tanta thynnorum multitudine, ut Magni Alexandri classis haud alio modo, quam hostium acie obvia contrarium agmen adversa fronte direxerit: aliter sparsis non erat evadere. non voce, non sonitu, non ictu, sed fragore terrentur, nec nisi ruina turbantur. thynnis tribuit Plinius, si tamen vitio caret locus; quod alii rectius physeteribus. *Freinsh.*

Deterritas sequi classem] Hoc sine Græcis vix intelligas. Quorum Strabo, *tubis belluas exterruit. Illæ undas subeuntes, navale certamen à puppi minabantur: verum subito cessavere.* Arrian. Ind. 5. 18. *cete exterrita in profundum sese abdidisse: neque multo post ad puppes emersisse.*

14 *Erythræ regis monumentum*] De loci istius nomine non parum discrepat inter auctores. *Oaractam* vocat Arrian. Ind. 6. 18. *Ogyris* dicitur Plinio 6. 28. Melæ 3. 8. Stephano, & Dionysio περιηγητῇ vers. 607. Eratosthenis apud Strabon. lib. 16. *Tyrina*; Nearcho apud eundem *Doracta*: denique Ptolemæo (Οὐορόχθα) *Vorochtha* vel *Borochtha*: unde fortasse mendosum illud *Doracta*. Nec de certo compertoque loci positu quicquam habent, quod plane liqueat. Nam Ogyrin sive Tyrinam

Digitized by Google

ptam. Adjiciebant, *navigia, quæ lixas mercatoresque vexissent, famam auri sequutis gubernatoribus in insulam esse transmissa, nec deinde ab his postea visa.* Rex cognoscendi plura cupidine accensus, *rursus eos terram legere* jubet, *donec ad Euphraten adpellerent classem; inde adverso amne Babylonem subituros.* Ipse animo infinita complexus, statuerat omni ad Orientem maritima regione perdomita, ex Syria petere Africam, Carthagini infensus: inde Numidiæ solitudinibus peragratis

15 16 17

NOTÆ.

rinam alii paulo longius intra sinum Persicum collocant: alii eam inde duobus stadiorum millibus in altum mare: Oceanum scilicet, austrum versus submovent, Καρμανιδ@ ἔκτοθεν ἄκρης, uti canit Dionysius, *extra Carmania promontorium:* quo, tanquam obice altero, sinus Persicus clauditur. *Fullerus Miscell. Sacror.* 4. 20.

15 *Adjiciebant*] Incolæ [immo ipsi, Nearchus & Oneſicritus] adjiciebant, seu referebant inter alia. De hac Insula, in quam lixæ & mercatores trajecerunt, exacte Arrianus rerum Indicarum 5. 20. & *Nesalam* appellatam, Solique sacram fuisse docet, sed fabulosa esse quæ de illa narrentur. *Raderus.* Quod eo loco de Nereide quadam addit Arrianus, fidem facit, eandem insulam hic intelligi, quæ Philostrato 3. 16. Σίλλης vocatur: itidemque centum à continente stadiis abesse dicitur. *Freinsh.*

17 *Animo infinita complexus*] De his Alexandri molitionibus paulo fusius Arrian. l. 7. initio. Plutarch. cap. 117. pauciſſimis: *Instituit Arabiam & Africam abire, atque per columnas Herculis in mare mediterraneum decurrere.* Raderus. Apud Diodor. 18. 4. hæc aliaque multa ardua atque magnifica in commentariis ejus reperta enarrantur. Belle Lucan. 10. 36.

——— *Oceano classes inferre parabat*
Exteriore mari. non illi flamma nec unda,
Nec sterilis Libye, nec Syrticus obstitit Ammon.
Isset in occasus, mundi devexa secutus,
Ambissetque polos, Nilumque à fonte bibisset:
Occurrit suprema dies; naturaque solum
Hunc potuit finem vesano ponere regi.

Ita Cæsar apud Plutarch. cap. 32. instituebat Parthos bello petere. His subjugatis per Hyrcaniam secundum mare Caspium & Caucasum ambire Pontum, atque ita Scythiam invadere, incursatisque quæ Germaniæ circumjecta sunt, ac Germania ipsa, per Galliam regredi in Italiam, atque hunc committere Imperii Romani Oceano undique circumscripti orbem. Similis Pyrrhi vesania apud Plutarch. cap. 29.

Maritima regione] Arabia. Quam *nec Persarum, nec Macedonum postea reges, quamvis potentissimi, subigere valuerunt.* Diodor. 2. 1. Vide præcipue Arrian. qui unus plura intelligendo huic libro conferet, quam omnes alii. Eustathius ad Dionys. vers. 995. notat, Alexandrum ibi sedem imperii constituere decrevisse. Verum eam non perdomuit, quicquid dicant de thurifera regione, qui apophthegma ejus adnotarunt, Leonidæ magnum thuris modum mittentis, ut ea regione subacta. Plutarch. apophth. c. 36. *Freinsh.*

Carthagini infensus] Supr. 4. 4. Nec

gratis cursum Gadis dirigere. *ibi* namque *columnam*
18 *Herculis esse* fama vulgaverat. Hispanias deinde, quas *Iberiam* Græci à flumine Ibero vocabant, adire; & prætervehi Alpes, Italiæque oram, unde in Epirum
19 brevis cursus est. Igitur Mesopotamiæ prætoribus imperavit, *materia in Libano monte cæsa, devectaque ad urbem Syriæ Thapsacum, ingentium carinas navium ponere: septiremes omnes esse, deducique Babylonem. Cypriorum regibus imperatum, ut æs stuppamque & vela*
20 *praberent.* Hæc agenti Pori & Taxilis regum literæ traduntur, *Abisarem morbo; Philippum præfectum ipsius*

ex

NOTÆ.

ignorabant aut negligebant astutissimi mortalium; sed cum animadvertissent Alexandri ita magnas opes, ut Africæ quoque immineret, unum ex civibus virum acrem, nomine Hamilcarem Rhodinum, jussérint simulato exilio ire ad regem, omnique studio in amicitiam ejus pervenire: qua is potitus, consilia ejus nota civibus suis faciebat. Frontin. l. 2. Iustin. 21. 6.

Cursum Gadis dirigere] Quin & eo venisse, etiam in Britanniam & Orcadas, scripsit Cedrenus, reprehensus eo nomine à Camdeno in Britannia cap. de Britannorum moribus.

Columnæ Herculis] Mira de his columnis, sed incerta. nam alii pro columnis promontoria ponunt. alii montes, alii statuas Herculis, alii turres, alii columnas octo cubitorum: alii freti claustra, alii Gades, alii etiam quippiam ultra Gades situm. Nonnulli pro columnis habent Calpen, & Abilam, qui est mons ex adverso Calpæ in Africa, quem Eratosthenes ait situm esse in Metagoniis Numidica gente. Strabo lib. 3. de Gadibus & columnis copiosissime disputat, quem lector ipse, si placuerit, videbit; locus enim est prolixior, quam ut huc transferatur. Interim Melam 2. 6. Solin. cap. 26. Philostrat. 11. 97. Periegetem, & ad illum Eustathium, Pindarum in Pythiis, Isthmiis & Nemeis inspice. Nam quæ à Strabone & Eustathio ex Pindaro laudantur, hodie non apparent. *Raderus.* Non temere autem de *columnis Herculis* mentionem injicit, sed designans, quod jam aliquoties dixit, Alexandrum *cupisse expeditione ultra terminos Bacchi & Herculis progredi:* ut de hoc ipso ejus consilio judicat Plutarchus de fort. Rom. c. 26. *Freinshemius.*

18 *Italiaque oram*] Plutarch. ibidem: Ego vero etiam Alexandri Magni mortem in parte felicitatis Romanæ pono, nisi magnis successibus & rebus clarissime gestis, insuperabili confidentia & elatione animi, qui stellæ instar ab ortu Solis in occasum transiliebat, ac jam in Italiam fulgorem armorum jaciebat, &c. Liv. autem 9. 17. sentit, si in Italiam transmisisset Alexander, Romanos non fuisse superaturum.

19 *Septiremes omnes esse*] Ultimam vocem expungit Rutgers. Var. Lect. 3. 4.

Cypriorum regibus] Ammian. 14. 27. Tanta autem tamque multiplici fertilitate abundat rerum omnium eadem Cyprus, ut nullius externi indigens adminiculi, indigenis viribus, à fundamento ipso carinæ, ad supremos usque carbasos ædificet onerariam navem, omnibusque armamentis instructam mari committat.

20 *Philippum præfectum*] Reor eundem olim Thessalorum equitatui præfuisse

ex vulnere interiſſe, oppreſſoſque qui vulneraſſent eum. Igitur Philippo ſubſtituit Eudæmonem. dux erat 21
Thracum. Abiſaris regnum filio ejus adtribuit. Ven- 22
tum eſt deinde Perſagadas. Perſica eſt gens, cujus ſatrapes Orſines erat, nobilitate ac divitiis inter omnes barbaros eminens. Genus ducebat à Cyro 23
quondam rege Perſarum: opes & à majoribus traditas habebat; & ipſe longa imperii poſſeſſione cumulaverat. Is regi cum omnis generis donis, non ipſi 24
modo ea, ſed etiam amicis ejus daturus occurrit. Equorum domiti greges ſequebantur, curruſque argento & auro adornati, precioſa ſupellex, & nobiles gemmæ, aurea magni ponderis vaſa, veſteſque purpureæ, & ſignati argenti talentûm quatuor millia. Ceterum tanta benignitas barbaro cauſa mortis fuit. 25
nam quum omnes amicos regis donis ſuper ipſorum vota coluiſſet; Bagoæ ſpadoni, qui Alexandrum obſequio corporis devinxerat ſibi, nullum honorem ha-

NOTÆ.

fuiſſe ad Arbela, Balacro natum, de quo etiam Diodor. 17. 57. *Raderus.* Quem erroris convincit Arrian. 5. 2. *Philippo Machatæ F. præſide illius regionis conſtituto.*

24 *Talentum quatuor millia*] Vix credibiles opes unius Satrapæ. mox Bagoas rem exaggerans, ut ſuſpicari licet, ait *tria millia talentûm condita eſſe cum Cyro.* Vultque illa ab Orſine ſublata: atque hinc hominem prædivitem factum. Quod conſideranti utique videbitur falſo aucta 4000 talentorum ſumma. præſertim cum adjiciat multa alia dona præcioſiſſima; veroque ſimile ſit, non omnia largitum eſſe, ſed ſibi quædam retinuiſſe. Regias igitur opes poſſederit: quod vix concedas, & ſi concedas, utique non pertendas, eo fuiſſe deventurum, ut munificentia Alexandrum ſupergrederetur. At hujus mille talenta Taxili dono data, quanta non admiratione modo, ſed etiam invidia proſecuti ſunt amici? Vide ſupra 8. 12. *Freinsh.*

25 *Obſequio corporis*] Quam ſceleſte deperiret propudium illud hominis, ex Dicæarcho apud Athenæum 13. 8. & Plutarcho cap. 116. conſtat. Non omnino diſſimilis eſt veſania L. Quintii, qui itidem in ſcorti ſui grâtiam nobilem barbarum occidit. Auctor Liv. 59. 42. & Plutarch. Catone Maj c. 32. Sed quid ibi animadverto monſtri? De Catone cenſore lego: *Allegit in ſenatum collegam & amicum L. Valerium Flaccum.* Quid? ergo Flaccus cenſor erat, ſenator non erat? Ne dubita ſcribere: *Principem ſenatus legit*, &c. & in textu: περιήγαγε μὲν ἐς τὸ Κάτωνα τὴν συγκλητὸν ὁ πωμάρχης, &c. fuerat περιήγαγε, una literula temere inculcata eas excitavit turbas. Correctionis hujus quem meliorem dabo prædem vademque ipſo Plutarcho? In Æmilio cap. 65.

26 habuit, admonituſque à quibuſdam *quam Alexandro cordi eſſet*; reſpondit, *amicos regis, non ſcorta ſe colere: nec moris eſſe Perſis, mares ducere, qui ſtupro effe-*
27 *minarentur.* His auditis ſpado potentiam flagitio & dedecore quæſitam, in caput nobiliſſimi & inſontis exercuit. Namque gentis ejuſdem leviſſimos falſis criminibus adſtruxit, monitos tum demum ea de-
28 ferre, quum ipſe juſſiſſet. Interim quoties ſine arbi-

INTERPRETATIO.

26 *Fictis criminationibus inſtruxit.*

NOTÆ.

τὸ ἢ βελτίω σοφίζεσθε μὴ Μήδους Αἰμιλίου Λίσιδος, ἵνα τυραννίς καταπέμψωσι πλὴ σοφωτέρας. ubi ſimul explicatam vides eam phraſin. *Freinsh.*

27 *Spado potentiam flagitio & dedecore quæſitam*] Iſte ſpado etiam ſuo firmat exemplo, licet indigniſſimo; Piſonis effatum apud Tac. 1 Hiſt. *Nemo unquam imperium flagitio quæſitum, bonis artibus exercuit.* Et illud Senecæ in Hercule OEtæo v. 637. & ſeqq.

Colit hic reges, calcat ut omnes;
Perdat quæ aliquos, nullumque levet:
Tantum ut noceat, cupit eſſe potens.

Loccenius.

Adſtruxit] Negat Acidalius verbum *adſtruere* reperiri pro ſubornare, ſubmittere. vel ſi inveniatur, rectius tamen ſcribi *inſtruxit*, exiſtimat. Freinshemius libentius ad crimina verbum ſtruendi refert, ſi exemplaria patiantur: *Nam per gentis e. falſis criminibus ſtructis (monitos tum d. e. d. q. ipſe juſſiſſet) interum*, &c. ſed nihil aſſeverare audet.

28 *Quoties ſine arbitris erat*] Hoc exemplo gratioſorum in aula facilitate Principis abutentium, & pravæ calumniantium artes accurate deſcribuntur; Vel ex ambitione & æmulatione, vel ex honoris & præmiorum non ſatis æſtimato, ut putant, ac præſtito ſibi debito cauſas iræ odiique adverſus innocentem, & inde calumniæ anſam arripiunt. Senec. de ira 3. 30. *Inquieta ac ſtolida ingenia interdum injurias vocant modica beneficia: in quibus frequentiſſima, certe acerbiſſima iracundia materia eſt.* Dum vero ſtrenue calumniantur, veram iræ ſuæ odiique cauſam diſſimulant; fictam, ſpecioſam tamen, afferunt: quo gravior ſit criminantium auctoritas, & facilius fidem calumniæ inveniant: eaque apud credulum Principem, in ſecreto, abſque arbitris, inauditum reum evertant. Inprimis hoc ſceleratum artificium olim uſurpabatur à ſpadonibus in aula Principum frequentibus & chatis. Ammian. Marcell. lib. 14. Gallum virum fortiſſimum ſimili fraude in regia Conſtantini oppreſſum refert: *Spadonum ea tempeſtate plus habendi cupiditas ultra mortalem modum adoleſcebat, inter miniſteria vitæ ſecretioris per arcanos ſuſurros nutrimenta fictis criminibus ſubſerentes: qui ponderibus invidiæ gravioris virum fortiſſimum opprimebant.* Hodie etiam in aula Turcica ferunt à purpuratis eunuchorum, qui Sultano in deliciis, gratiam magnis & crebris muneribus eſſe mercandam, ſi incolumi fortuna apud Imperatorem ſuum ſtare velint. Alexander Severus hujuſmodi tineas ac ſorices palatii (ita vocabat Licinius) aulæ ſuæ ſecreto virilibuſque miniſteriis recte ſubmovebat, nec patulas aures inſontes abſentesque calumniantibus præbebat, ut notat Ælius Lampridius in ejus vita. *Loccenius.*

30 Se-

bitris erat, credulas regis aures implebat; dissimulans causam iræ, quo gravior criminantis auctoritas esset. Nondum suspectus erat Orsines, jam tamen vilior. Reus enim in secreto agebatur, latentis periculi ignarus: & importunissimum scortum, ne in stupro quidem & dedecoris patientia fraudis oblitum, quoties amorem regis in se accenderat, Orsinem modo *avaritiæ*, interdum etiam *defectionis*, arguebat. Iam matura erant in perniciem innocentis mendacia, & fatum, cujus inevitabilis sors est, adpetebat. Forte enim *sepulchrum Cyri* Alexander jussit *aperiri*, in quo erat conditum ejus corpus, cui [a]dare volebat inferias. Auro argentoque repletum esse crediderat, quippe ita fama Persæ vulgaverant; sed præter clypeum ejus putrem, & arcus duos Scythicos, & acinacem, nihil reperit. Ceterum corona aurea imposita amiculo, cui adsueverat ipse, solium, in quo corpus jacebat, velavit; miratus *tanti nominis regem, tantis præditum opibus, haud preciosius sepultum esse, quam si fuisset è plebe.* Proximus erat lateri spado, qui regem intuens, *quid mirum*, inquit, *est inania sepulchra esse regum, quum satraparum domus aurum inde egestum capere non possint? Quod ad me attinet, ipse hoc bustum antea non videram: sed ex Dario ita accepi tria millia talentûm condita esse cum Cyro.* 29 30 31 32 33 34

Hinc

INTERPRETATIO.

a *Funebres honores persolvere.*

NOTÆ.

30 *Sepulchrum Cyri*] De sepulchro Cyri, quidque in eo repertum & lectum sit, præter Curtium docent Strabo lib. 15. Arrian. 6. 5. Plut. cap. 118. quos citat & confert Brissonius lib. 1. Forte ex hoc facto nata fabula, Kainan magni regis prioris mundi sepulchrum Alexandro M. in India monstratum fuisse: quod ex Iuchasin refert Schickardus in Tarich pag. 25.

31 *Auro argentoque repletum*] Morem fuisse apud varias gentes tumulis inferendi thesauros, ostendit Rosinus antiq. Rom. 6. 31.

32 *Corona aurea*] Sic etiam *Achillis monumentum coronavit, & Hephæstion Patrocli.* Ælian. hist. var. 12. 7. Eundem postea honorem ipse consecutus ab Augusto. adi Sueton. in vita 18. & Caracalla apud Herod. 4. 15. *Freinsh.*

35 *Quod*

35 *Hinc illa benignitas in te; ut quod impune habere non*
36 *poterat Orſines, donando etiam gratiam emeret.* Concitaverat jam animum in iram; quum ii, quibus negotium idem dederat, ſuperveniunt. hinc Bagoas; hinc ab eo ſubornati, falſis criminibus occupant au-
37 res. Antequam accuſari ſe ſuſpicaretur Orſines, in vincula eſt traditus. Non contentus ſupplicio inſontis ſpado, ipſe morituro manum injecit. Quem Orſines intuens, *audieram*, inquit, *in Aſia olim regnaſ-*
38 *ſe feminas; hoc vero novum eſt, regnare caſtratum!* Hic fuit exitus nobiliſſimi Perſarum, nec inſontis modo,
39 ſed eximiæ quoque benignitatis in regem. Eodem tempore Phradates regnum adfectaſſe ſuſpectus occiditur.

NOTÆ.

35 *Quod impune habere*] Ὁ πολλὰ κλέψας, ὀλίγα δώσει. Lampridius in Alex. Severo cap. 18. Idem ſenſus in his Livianis l. 17. *offerendum ultro rati quod amiſſuri erant.* & 6. 17. *refracturoſque carcerem minabantur: quum remiſſo, id quod erepturi erant, ex SCto Manlius vinculis liberatur.* Pulchra ars & interdum utilis, quæ ſervare non poſſis, donaſſe potius videri, quam perdidiſſe. Himerius apud Photium, ubi Demoſthenem inducit de revocando Æſchine conſultantem: *Cum utrumque acerbum ſit, & edictum ſponte ſolvere, & hæc ſuſtinere præter voluntatem ex mandato: minus malum exiſtimavi ſponte ſolvere, quam invite tolerare.* Freinsh.

37 *Supplicio inſontis ſpado*] Arrianus 6. 5. non excuſat Ormis innocentiam. Plutarch. cap. 118. à Macedone quodam apertum ait ſepulchrum: *Hinc*, inquit, *cum Cyri conditorium apertum comperiſſet, interfecit auctorem, quamvis Pellæus eſſet non ex obſcuriſſimis, qui id admiſerat, Polymachus nomine.* Raderus. Apud Strab. culpa confertur in prædones ignotos.

Audieram, inquit, in Aſia olim] Inprimis Semiramin & Amazonas; quod etiam Cæſar fatetur apud Suetonium cap. 22. Præter has etiam alibi Reginarum virtute & prudentia inſignium exempla præbet hiſtoria ſacra in Abigail & Eſther, externa in Arthemiſia, Sarina, Zenobia & aliis, de quibus Politici, ubi agunt de gynæcocratia, apud Gothos extra patriam in Amalaſuentha, intra patriam hodie in CHRISTINA, Reginarum exemplo. *Loccen.*

Regnaſſe feminas] Iunge quæ de Amazonibus notata ſunt ſup. ad 6. 5. Addit, *olim regnaſſe feminas*: at ſi Arriano l. 7. credimus, Alexandri tempore *uſitatum erat in Aſia, jam inde à Semiramide, ut & virorum uxores regnarent.* Freinsh.

Hoc vero novum eſt, regnare caſtratum] Imo ſecundum Plin. 33. 3. nihil novi: *Clariſſima omnium* palmæ, *quas regias appellavere ab honore, quoniam regibus tantum Perſidis ſervabantur, Babylone nata una in horto Bagoa, ita enim vocant ſpadones; qui apud eos etiam regnavere.* Intelligit, opinor, eum qui Dario regnum dedit ſup. 6. 3. Non eſt novum duntaxat, ſed & indigniſſimum, ſemiviros reges eſſe virorum, imo ipſorum regum in nonnullis exterorum aulis. *Loccen.*

40 Rex

ditur. Cœperat esse præceps ad repræsentanda sup-
plicia; idem ad deteriora credenda. Scilicet RES 40
SECVNDÆ valent commutare naturam; & raro quis-
quam [a]erga bona sua satis cautus est. Idem enim
paulo ante Lynceſtem Alexandrum delatum à duobus
indicibus damnare non sustinuerat: humiliores quo- 41
que reos contra suam voluntatem, quia ceteris vi-
debantur insontes, passus absolvi: hostibus victis 42
regna reduxerat. ad ultimum à semetipso degenera-
vit usque adeo, ut adversus libidinem animi, arbi-
trio scorti aliis regna daret, aliis adimeret vitam.
Iisdem fere diebus literas à Cœno accepit de rebus 43
in Europa & Asia gestis, dum ipse Indiam subigit.
Zopyrio Thraciæ præpositus dum expeditionem in 44
Getas faceret, tempestatibus procellisque subito
coortis

INTERPRETATIO.

a *Contra prosperitatem suam.*

NOTÆ.

40 *Res secundæ, &c.*] Vide Gruteri discurs. in Tacit. cap. 5.

41 *Regna reduxerat*] Vulgati ante Modium *regnare dixerat*. Acidalius corrigit *regnare didicerat*: ut sit acerba irrisio, in contrarium accipienda. Summæ antea moderationis rex, & vere rex, victor tandem rex esse didicerat, quasi id vero regium, non ex æquo & jure agere, sed pro sua aut aliorum libidine grassari. Addit deinde aliam conjecturam, *regnari didicerat*. quasi diceret, hostibus victis ipsum victum regnatumque fuisse, *ut ad scorti arbitrium aliis regna daret, aliis adimeret vitam*. At hanc correctionem respuit Raderus; illam sinceram & germanam scripturam arbitratur. Freinshemius miratur, Acidalium, quo fuit acumine, non vidisse legendum, *hostibus victis regna reddiderat*. Notum de Poro: sed & aliorum exempla suggeret Arrianus.

43 *Literas à Cœno accepit de rebus in Europa & Asia gestis*] Vulgo *literas a Cœno accepit*. Ad quod Raderus. A quo Cœno? nonne Cœnum 9. 3. extulimus? Dicam quod sentio. Hæc Curtii verba, *Iisdem fere diebus, &c.* usque ad illa, *Igitur XXX navibus Sunium, &c.* esse loco mota, & ad initium sexti libri, quod ibi desideratur revocanda. Sub illud enim tempus hæc à Zopyrione gesta Iustinus 12. 1. docet. Itaque pro *Cœno*, hic lego *Antipatro*: & pro *India* (*dum ipse Indiam subigit*) *Asia* recipienda: quæ vox in aliis codicibus hic desideratur apud Curtium, scribiturque tantum de *rebus in Europa gestis*, ut *Asia* pro *India* sit reponenda. Hæc certa meo animo conjectura est. *Raderus*. Mihi præter insignem violentiam, nihil habere videtur certi. Vt enim patiamur ex Cœno Antipatrum, ex India Asiam, ex decimo libro sextum fieri, unicum quo omnia ista quomodocumque niti videntur argumentum, valde lubricum est. Quippe Iustinus multa alio tempore gesta refert, ac Cur-

45 coortis, cum toto exercitu oppreſſus erat. Qua cognita clade Scuthes Odryſas populares ſuos ad defectionem compulerat. Amiſſa propemodum Thracia, ne Græcia quidem.*

NOTÆ.

Curtius verbi gratia, cum primum Perſidem ſubigeret, inſtituiſſe eum cum alia Iuſtinus 12. 4. narrat, tum, ut *pupilli ſtipendia patrum traherent*; at ſecundum Curtium 10. 4. diu poſtea id evenit. Ergo ſecutus Mſſ. Editorumque nonnullos importuna duo verba *à Cano* eliminavi: quo facto tota ratio loci hujus conſtare poteſt. *Freinsh.*

CAP. II.

Dum turbatum Græciæ ſtatum pacare, ex militibus ære alieno liberatis alios remittere domum, alios retinere cogitat, in caſtris oritur ſeditio: quam gravi oratione & regia auctoritate compeſcit.

1 * IGITUR triginta navibus Sunium tranſ-
2 mittunt. promontorium eſt Atticæ terræ, unde portum urbis petere decreverant. His cognitis rex Harpalo Athenienſibuſque juxta infeſtus *claſſem parari* jubet; Athenas protinus petiturus. Quod conſilium dum agitat clam, literæ ei red-
3 duntur; *Harpalum intraſſe quidem Athenas, pecunia conciliaſſe ſibi principum animos: mox concilio plebis habito juſſum urbe excedere, ad Græcos milites perveniſſe, à quibus interceptum & trucidatum à quodam viatore*
4 *per inſidias.* His lætus in Europam trajiciendi conſilium

NOTÆ.

1 *Sunium tranſmittunt*] Accipio de mercenariis Harpali. De exulibus quidem Græcis haud accipiendum, vel cæcus videat. *Freinsh.*

3 *Dum agitat clam*] Rectius ſic diſtinguitur, quam in aliis; *Quod conſ. dum agitat, clam littera ei redduntur.* quid enim attinebat clam literas reddi Alexandro. & quidem ejuſmodi literas? Sec nec illud placet: qui non poſſim credere, Alexandrum in ea magnitudine fortunæ atque gloriæ clam fuiſſe habiturum quem hoſtem peteret, etiamſi maxime potuiſſet. ſi tamen texit, omnibus aliis præfero ſcripturam B 1. *Quod conſilium clam agitanti litera redduntur.* Idem.

A quodam viatore per inſidias] *A Thimbrone, uno ex amicis*, Diodor. 17. 108. *à ſervis ſuis*, Pauſanias lib. 2. qui quidem addit: *Sunt tamen qui dicant Pauſaniæ Macedonis dolo interiiſſe.* Quomodo autem hic exponemus viatore? nonne rectius in Mſſ. *auctore?*

qui

Digitized by Google

lium omisit: sed *exsules praeter eos, qui civili sanguine adspersi erant, recipi ab omnibus Graecorum civitatibus, quis pulsi erant*, jussit. Et Graeci haud ausi imperium aspernari, quamquam solvendarum legum id principium esse censebant; bona quoque, quae exstarent, restituere damnatis. Soli Athenienses, non suae modo, sed etiam publicae vindices libertatis, conluvionem hominum, quia aegre ferebant, non regio imperio, sed legibus moribusque patriis regi adsueti, prohibuere finibus: OMNIA potius toleraturi, quam purgamenta quondam urbis suae, tunc etiam exilii, admitterent. Alexander senioribus militum in patriam remissis; *tredecim millia peditum, & duo millia equitum, quae in Asia retineret, eligi* jussit: existimans modico exercitu continere posse Asiam, quia pluribus locis praesidia disposuisset; nuperque conditas urbes, quas colonis replesset, res renovare cupientibus obstare. Ceterum prius quam

NOTAE.

qui forte ad veram scripturam nos ducent: *à quibus interceptum Thymbronem quodam auctore per insidias.* Idem.

4 *Exsules praeter eos*] Plutarchus apophth. Lacon. cap. 59. addit eximios etiam Thebanos fuisse. unde Eudamidae Laconis dictum extat: Cum Olympiis praeconio jus feciſſet omnibus exulibus, in suam cuique patriam redeundi, praeterquam Thebanis: Infortunatum quidem, inquit, praeconium, sed vobis, ô Thebani, gloriosum: solos enim vos metuit Alexander. *Raderus.*

6 *Athenienses*] Ex hac occasione nata est Himerii oratio apud Photium, *in qua Demosthenem inducit de revocando Aeschine consultantem: vulgato rumore Alexandrum exsules revocaturum.* in cujus fine ista ὁ τὰς ἀπ' Ἰνδῶν φήμας ὡς ὅπλα καὶ μάχας φοβούμενος, interpretor: *rumores ab Indis usque huc perlatos, tanquam arma pugnasque praesentes metuens.* Freinshemius.

8 *Senioribus militum in patriam remissis*] Ostendit hic locus, recte me conjeciſſe supra 7. 5. pro *seniorum* legend. *servorum.* Septem enim millibus Macedonum quomodo carere potuisset, ut uni coloniae tot assignaret? Vides hic post omnia fere bella profligata ex toto exercitu dimitti seniores, & tamen ex Diodoro 17. 109. & 18. 4. constat, eos decem millium numerum non excessisse: aut si Iustin. 12. 12. sequimur, undecim. *Idem.*

Praesidia disposuisset] Quae sunt frani domitarum gentium. adi Notas Berneggeri in Iustin. 43. 3. 13. *Lucenius.*

Quas colonis replesset] Appianus lib. 1. Civil. Apud Romanos *colonia tanquam praesidia partis bello provinciis imponebantur.* Unde opportuno situ tres urbes *Philippum non contumeliosius, quam verius, compedes Graeciae appellasse*, Livius 32. 37. refert.

13 *Fre-*

quam ſecerneret, quos erat retenturus, edixit, *ut omnes milites* [a] *æs alienum profiterentur.* [b] Grave pleriſque eſſe compererat: & quamquam ipſorum luxu contractum erat, diſſolvere tamen ipſe decreverat.
10 Illi tentari ipſos rati, quo facilius [c] ab integris ſumptuoſos diſcerneret; prolatando aliquantum extraxerant temporis. & rex ſatis gnarus [d] profeſſioni æris pudorem, non contumaciam obſtare; *menſas totis caſtris poni* juſſit, *& decem millia talentorum proferri.*
11 Tum demum fide facta profeſſi ſunt, nec amplius ex tanta pecunia quam centum & triginta talenta ſuperfuere. adeo ille exercitus, tot ditiſſimarum gentium victor, plus tamen victoriæ, quam prædæ de-
12 portavit ex Aſia. Ceterum ut cognitum eſt, *alios mitti domum*, *alios retineri*; perpetuam eum regni ſedem in Aſia habiturum rati, vecordes & diſciplinæ militaris immemores, ſeditioſis vocibus caſtra complent, regemque ferocius quam alias adorti, omnes

INTERPRETATIO.

a *Debita ſua* publice *agnoſcerent.*
b *Pleroſque* militum *oneratos debitis ſciebat eſſe.*
c *Prodigos à frugalibus dignoſceret.*
d Quo minus *debita ſua faterentur.*

NOTÆ.

13 *Profeſſioni æris puderem*] Quæ intelligas ex his Senecæ de benef. 2. 7. *Tiberius Cæſar rogatus à Nepote M. Allio prætorio, ut ære alieno ſuccurreret; edere illum ſibi nomina creditorum juſſit. Hoc non eſt donare, ſed creditores convocare.*

Decem millia talentorum] Juſtin. 12. 11. *XX. millia.* Diodor. 17. 109. cum Curtio: *Multoſque ære alieno obſtrictos eſſe edoctus, id totum uno die X millibus talentûm paulo minus diſſolvit.* Quo Diodorus *paulo minus* addit, hoc Plutarch. cap. 120. & Curtius expreſſe è decem millibus talentûm tantum 130. poſt exſoluta nomina ſuperfuiſſe teſtatur. Arrian. 7. 2. dimiſſis tantum in viaticum tot ait talenta donata, ſingulis nempe ſingula. Ergo cum decem millia, ut Diodorus numerat, undecim, ut Juſtinus, eſſent in patriam remiſſi, & ſingulis talentum eſſet oblatum, idem numerus talentorum cum Curtio & Diodoro & Plutarcho eſt expreſſus. Sed hic Plutarchus addit ſingulare quiddam de quodam Antigene Luſco, falſa creditorum nomina profeſſo, ut majorem inde vim pecuniæ auferret, *Raderus.* De Arriani conſenſu fallitur. Ille enim 7. 1. diſerte ſcribit, largitionem hanc diſſolutorum munerum *X X M talentûm fuiſſe tradi.* Alia eſt largitio, de qua loco a Radero citato narrat. *Freinshemius.*

12 Ca-

mnes ſimul *miſſionem* poſtulare cœperunt; deformia ora cicatricibus, canitiemque capitum oſtentantes. Nec aut præfectorum caſtigatione, aut verecundia 13
regis deterriti, tumultuoſo clamore & militari violentia volentem loqui inhibebant; palam profeſſi *nuſquam inde, niſi in patriam veſtigium eſſe moturos.* Tandem ſilentio facto, magis quia motum eſſe cre- 14
debant, quam quia ipſi moveri poterant; quidnam acturus eſſet, exſpectabant. Ille, *quid hæc*, inquit, 15
[a] *repens conſternatio, & tam procax atque effuſa licentia denunciat? Eloqui timeo, palam certe rupiſtis imperium, & [b] precario rex ſum: cui non adloquendi, non noſcendi monendique, aut intuendi vos jus reliquiſtis. Equidem quum alios dimittere in patriam; alios mecum* 16
paulo poſt deportare ſtatuerim: tam illos adclamantes video, qui abituri ſunt, quam hos, cum quibus præmiſſos ſubſequi ſtatui. Quid hoc eſt rei? diſpari in cauſa idem 17
omnium

INTERPRETATIO.

a *Subita ſeditio.*
b *Emendicata* poteſtate impero.

NOTÆ.

12 *Canitiemque capitum oſtentantes*] Nondum enim dimiſſi erant ſeniores; ſed id cum maxime agebatur, ut dimitterentur. Ipſum auctorem inſpice. *Idem.*

13 *Nuſquam inde, niſi in patriam veſtigium eſſe moturos*] Tacitus 4. Hiſt. *Longa militia ſeſſis patriæ atque otii cupido eſt.* Lucilius apud Nonium; *Domuitionis cupidi imperium regis pene imminuimus.* Reſpicit autem Græcos domuitionem apud Regem pertinaciter urgentes: quum diutius ad Trojam fruſtra ſedere viderentur. *Loccenius.*

16 *Mecum paulo poſt deportare*] Præ ſe ferebat enim reditum in patriam agitare, dubium an ex animo: ſunt enim complures qui in Aſia ſedem imperii fuiſſe conſtituturum arbitrantur. Illud autem palam teſtabatur: pertinetque eo quod Plutarchus de liber. educand. cap. 34. refert, *Græcis mandaſſe, ut purpureas ſibi veſtes pararent, quippe domum reverſum è bello ſacrificium de parta è barbaris victoria peracturum.* Quod tamen diverſum narrat Athenæus 12. 9. Verum, ut dixi, Aſiam potius habebat in animo, ſive Arabiam regni ſedem habiturus, ut tradit Euſtathius ad Dionyſ. verſum 995. ex Strabonis extremo ſexto decimo: ſive potius Babylonem, ut aſſerit idem Strabo lib. 15. *Idem.*

Adclamantes] *Occlamantes* mavult cum Acidalio Raderus.

17 *Diſpari in cauſa idem omnium clamor eſt*] Vnanimis militum ad ſeditionem conſenſus, qui ſpeciem imperii habet, indicium eſt periculoſi motus, quod ipſe Alexander fatetur: *Subeſt nimirum altius malum, quod omnes aver-*

omnium clamor eſt! pervelim ſcire, utrum qui diſce-
18 *dunt, an qui retinentur, de me querantur.* Crederes uno ore omnes ſuſtuliſſe clamorem; ita pariter ex
19 tota concione reſponſum eſt, *omnes queri.* Tum ille, *non hercule*, inquit, *poteſt fieri, [a] ut adducar querendi ſimul omnibus hanc cauſam eſſe, quam oſtenditis; in qua major pars exercitus non eſt, utpote quem plures di-*
20 *miſerim, quam retenturus ſum. Subeſt nimirum alius malum, quod omnes avertit a me. quando enim regem univerſus exercitus deſeruit? Ne ſervi quidem uno grege profugiunt dominos; ſed eſt quidam in illis pudor a ce-*
21 *teris deſtitutos relinquendi. Verum ego tam furioſæ conſternationis oblitus remedia inſanabilibus conor adhibere. Omnem hercule ſpem, quam ex vobis conceperam, damno; nec ut cum militibus meis, jam enim eſſe deſti-*
22 *tutis, ſed ut cum ingratiſſimis oportet, agere decrevi.* SECVN-

INTERPRETATIO.

[a] *Ut mihi perſuadeam.*

NOTÆ.

avertit à me. Salluſtius bello Iugurth. *Omnes eadem cupere, eadem odiſſe, eadem metuere, hac inter bonos amiſtia; inter malos factio eſt.* Loccen.

Diſcedunt] Mſſ. *deſcendunt*, probante Bongarſio. Cujus manum qui deſcripſit, hoc loco non potuit aſſequi. Video autem ἀναβασιν Xenophontis allegari: credo quod inde nomen illi hiſtoriæ ſit, *aſcenſus*, quia mediterranea loca altiora ſunt mari. Vnde profectio ad mare κατάβασις, *deſcenſus*, vocatur; à mari ἀνάβασις. *Freinsh.*

18 *Vno ore omnes ſuſtuliſſe clamorem*] Id militares animos altius conjectantibus præcipuum indicium magni atque implacabilis motus, quod neque diſjecti, vel paucorum inſtinctu, ſed pariter ardeſcerent, pariter ſilerent; tanta æqualitate & conſtantia, ut regi crederes. *Tacit.* 1. 33.

Omnes queri] Poterat abeſſe verbum *queri* relicto *omnes* ſolo. ut apud ſcriptores Hiſt. Auguſtæ. Pollio in Valeriano cap. 1. *Quæ quum eſſent ſapiſſime dicta, addiderunt* OMNES: *atque ita diſceſſum eſt.*

20 *Quando enim regem univerſus exercitus*] Hoc eſſet extremæ perfidiæ. Piſo in orat. ad milites apud Tacitum 1. Hiſt. *Legionum ſeditio adverſum duces ſuos audita eſt aliquando. veſtra fides famaque illæſa ad hunc diem manſit, & Nero quoque vos deſtituit, non vos Neronem.* Loccen.

21 *Eſſe deſtitiſtis*] Alii *deſiſtis*, aut *deſiſtiſtis*. Freinshemius, expuncto verbo ſubſtantivo, legendum putat, *me deſtituiſtis.* ſupra 9. 2. *deſertus, deſtitutus ſum, hoſtibus proditus.*

Cum ingratiſſimis oportet] Legas; *cum ingr. operis.* Non ultra vobiſcum, inquit, quaſi cum militibus aut ingenuis agere mihi decretum eſt, neque præmia dare aut munera; ſed ut vilibus mercenariis, appendere debitam modo diurnamque veſtram mercedem. *Optatum* ſcilicet vox ignominiam

CVNDIS rebus, quæ circumfluunt vos, insanire cœpistis: obliti status ejus, quem beneficio exuistis meo. digni hercule qui in eodem consenescatis; quoniam facilius est vobis adversam, quam secundam regere fortunam. En 23
tandem! Illyriorum paulo ante & Persarum tributariis Asia & tot gentium spolia fastidio sunt. Modo sub Philippo seminudis, amicula ex purpura sordent; aurum & argentum oculi ferre non possunt: lignea enim vasa desiderant, & ex cratibus scuta, rubiginemque gladiorum. Hoc cultu nitentes vos accepi, & quingenta talenta aris 24
alieni: quum omnis regia supellex haud amplius quam sexaginta talentorum esset, meorum operum fundamenta. quibus tamen (absit invidia) imperium maximæ terrarum partis imposui. Asiane pertæsum est, quæ vos gloria 25
rerum gestarum diis pares fecit? In Europam ire properatis rege deserto, quum pluribus vestrum defuturum viaticum fuerit, ni ea alienum luissem. nempe in Asiatica præ-

INTERPRETATIO.

a *Tali ornatu splendentes.*

NOTÆ.

niam habet, quadratque in eos, qui viles & lucello tantum inhiant. Σύμφορον est huic illud Cic. pro Sextio cap. 17. *Erat mihi contentio, non cum victore exercitu, sed cum operis conductis, & ad diripiendam urbem concitatis.* Freinsh.

22 *Facilius est vobis adversam*, &c.] Quod milites facilius adversam quam secundam regere possint fortunam, in causa sunt labor ac disciplina militaris, quæ in officio eos continent; prosperitatis autem abusus, & otium eosdem corrumpunt. Aristot. 7. Polit. 15. Hinc Attalus optare solitus: *Malo me fortuna in castris quam in deliciis habeat.* Inde etiam quibusdam populis utilius bellum pace: vel in pace æque ac in bello laboris ac disciplinæ paci convenientium assiduitas necessaria est. *Loccen.*

23 *Illyriorum paulo ante*] Diodor. 16. 2. Bello fractus ab Illyriis Amyntas vectigalia pendere victoribus cogebatur. Hi filium ejus natu minimum Philippum, obsidem loco acceptum, Thebanis asservandum tradiderunt. *Justinus* 7. 5. Alexander inter prima initia regni, bellum ab Illyriis, pacta mercede, & Philippo fratre dato obside, redemit. *Ac de ipso Philippo* 7. 6. bella alia interposita pactione componit, alia redimit.

Ex cratibus scuta] Qualia paupertas & indigentia rerum necessariarum facit. Lipsium de Mil. Rom. 3. 2. vide. cui addes Frontin. 1. 7. & Flor. 3. 20. de Spartaco.

24 *Quingenta talenta*] Vide Plutarch. cap. 23. & de fort. Alex. 1. 3. *ubi ducenta talenta* produntur.

25 *Nempe in Asiatica præda*] Sic scilicet hoc dictum fuerit, ut apud Sen. epist. 19. *In aspera & probra accipere*: &

26 *præda. Nec pudet profundo ventre devictarum gentium spolia circumferentes, reverti velle ad liberos conjugesque, quibus pauci præmia victoriæ potestis ostendere. Nam ceterorum, dum etiam spei vestræ obviam istis, arma quo-*
27 *que pignori sunt. Bonis vero militibus carituros sum, pellicum suarum concubinis: quibus hoc solum ex tantis opibus superest, quod impenditur. Proinde fugientibus me pateant limites; facessite hinc ocius: ego cum Persis abeuntium terga tutabor. Neminem teneo: liberate ocu-*
28 *los meos ingratissimi cives. Lati vos excipient parentes liberique sine vestro rege redeuntes! obviam ibunt desertoribus*

INTERPRETATIO.

2 *Reliqui enim* ex vobis *arma sua oppignerarunt, spem* reditus *antevertentes.*

NOTÆ.

apud alios cum idem hoc, tum alia ad eam facem plura. *Acidalius.* Nam Modius fecerat *ex Asc. præda.* quæ res induxit alios ut totum hoc pro glossemate haberent: sed non est. ostendit enim, injuria fastidire Asiam, quibus inde tot tantaque fuissent commoda. Habetque illa vocula *nempe* insignem vim inculcandi, cum quadam exprobratione personæ causæve de qua agitur meritum. Apud Liv. 34. 5. Valerius abrogat L. Oppiam suadens, pro matronis: *Tum urbe capta à Gallis, quo redempta urbs est? nempe aurum matronæ consensu omnium in publicum contulerunt.* Freinsh.

26 *Etiam spei vestræ*] Non præsentia modo dilapidarunt, sed ne spem quidem, quæ omnia in armis, plura acquirendi sibi reliquerunt, ipsa arma pignori tradentes. Mirum autem hoc sub Alexandro licuisse. Sane Romanis moribus, ipsaque evidenti ratione, id veritum. l. 3. §. 13. de R. M. *Miles, qui in bello arma amisit, vel alienavit, capite punitur.* Vbi verbum *alienandi*, quod in lib. 14. §. 1. eod. repetitur, etiam ad pignoris nexum extendi decet l. ult. Cod. de rebus alien. non alien. *Idem.*

27 *Quod impenditur*] Scilicet ventri. *Sebisius.*

Facessite hinc ocius: ego cum Persis abeuntium terga tutabor] Valde pathetica ac severa Alexandri oratio, quæ ferro acrius scindit penetratque militum animos. cui par exstat Cæsaris oratio ad suos milites, missionem urgentes apud Lucanum lib. 5. v. 321.

Hinc fuge, si belli finis placet, ense relicto.
Detegit imbelles animos nil fortiter ausa
Seditio, tantumque fugam meditata juventus,
Ac ducis invicti rebus lassata secundis.
Vadite, nequæ istis ad bella relinquite fatis:
Invenient hæc arma manus, vobisque repulsis
Tot reddet fortuna viros, quot tela vacabunt.

Ecce quot verba, tot fulmina. Contumacia enim militum mitissimo etiam Duci interdum atrocia extorquet verba. Laberius:

Mutat se bonitas irritata injuria.

Loccen.

Cum Persis] Nempe de quibus Diodor.

tribus transfugisque! Triumphabo mehercule de fuga ve- 29
stra, & ubicumque ero, expetam pœnas; hos, cum qui-
bus me relinquitis, colendo, præferendoque vobis. Iam
autem scietis, & QVANTVM sine rege valeat exer-
citus, & quid opis in me uno sit. Desiluit deinde 30
frendens de tribunali, & in medium armatorum agmen se immisit; notatos quoque, qui ferocissime oblocuti erant, singulos manu corripuit: nec ausos repugnare, tredecim adservandos custodibus corporis tradidit.

NOTÆ.

dor. 17. 108. & ipse Curtius 10. 3.

29 *Quantum sine rege valeat exercitus*] Polyæn. 4. 3. Mandavit, ut armati Macedones seorsim à ceteris starent e regione vero Persæ. Qui cum discessissent: Dedigite, inquit, Macedones, ducem quem volueritis. ego vero Persis utar militibus. si vicerit is, faciam omnia quæ volueritis: sin victi fueritis, experti vos nihil per vosmet ipsos posse quidem, quietem agite.

30 *Desiluit deinde frendens de tribunali*] Alexandri factum hoc, non tam animi magnitudini, quamquam & huic, quam prudentiæ adscribo: nec enim aliud supererat vindicandæ majestati, quàm neque suadendo neque minando, petielitantem conservare poterat, ut ita necessario ad ultimum ei præsidium deveniendum, & vélut de summa rerum cum militibus suis decernendum fuerit. Hoc ergo, aut similia, non unus ille fecit, sed Cæsar, & Alexander Severus, & Augustus, *Quirites* appellando suos milites, unoque verbo omnes non sine quadam ignominia exauctorando. eandem plane jacientes aleam. Quin & minorum ducum constantia, paucorum pœna, sæpe tumultuantium agminum repressit audaciam. Vide Tac. 1. 38. *Tuniri* enim *qui indoque possint*, *qui cohiberi non possint*. Idem H. 4. 27. *Freinsh.*

Notatos quoque, qui ferocissime oblocuti erant, singulos manu corripuit] Similis constantiæ ac severitatis exemplum refert Tacitus 4. Hist. de Vocula: *Consistendi tribunal, nitra constantia, prehensumque militem ac vociferantem duci ad supplicium jussit. Et dum mali pavent, optimus quisque jussis paruere.* Inf. noster de Perdicca; *Sic animi vultusque constantia territi milites, ut vix mentis compotes fugerent.* Hoc ex vi majestatis & auctoritatis, ultimum præsidium ab audacia & animi fiducia petentis: qui dum nihil timet, timetur. Suetonius de militibus Iulii Cæsaris, in vita ejus, cap. 69. *Seditionem per decem annos Gallicis bellis nullam omnino moverunt; civilibus aliquas: sed ut celeriter ad officium redierint, nec tam indulgentia ducis, quam auctoritate: Non enim cessit unquam tumultuantibus, atque etiam obviam semper it.* Confer hic Freinshemium 10. 2. 30. & Boeclerl Charact. Polit. Vellei. 2. 68. Zevecotii Observat. Polit. in Suetonii Iulium Cæsarem cap. 69. *Loccenius.* Raderus ex Acidalio, *notatisque.*

Nec ausos] Forte, *nec ausis.*

CAP. III.

Seditiosis supplicio affectis, totius exercitus dissipat consilia, & Persis credit corporis sui custodiam.

1 QUIS crederet sævam paulo ante concionem obtorpuisse subito metu, & quum ad supplicium videret trahi nihil ausos graviora
2 quam ceteros * [tam effu[illegible] antea licentiam, atque seditiosam militum violentiam ita compressam, ut non modo nullus ex omnibus irruenti regi restiterit; verum etiam cuncti pavore exanimati adtonitis similes, quid de ipsis quoque rex statuendum censeret, sus-
3 pensa mente exspectarent. Itaque *] sive nominis, quod gentes, quæ sub regibus sunt, inter deos colunt; sive propria ipsius veneratio; sive fiducia tan-
4 ta vi exercentis imperium conterruit eos: singulare certe ediderunt patientiæ exemplum; adeoque non sunt accensi supplicio commilitonum, quum sub noctem interfectos esse nossent, ut nihil omiserint, quod
5 singuli magis obedienter ac pie facerent. Nam quum postero die prohibiti aditu veniissent, Asiaticis modo militibus admissis, lugubrem totis castris edidere clamorem, denunciantes *se protinus esse morituros, si rex*
6 *perseveraret irasci.* At ille pervicacis ad omnia quæ agitasset animi, *peregrinorum militum concionem advocari* jubet; *Macedonibus intra castra cohibitis*: & quum frequentes coirent, adhibito interprete talem oratio-
7 nem habuit. *Quum ex Europa trajicerem in Asiam, multas nobiles gentes, magnam vim hominum imperio meo*

NOTÆ.

1 *Nihilo ausos graviora*] Sic scribe. De cetero; sublata hic à Modio deinceps recte, quæ pro Curtianis diu se gesserant, etiam post indicium Glareani: nec obest, quin paucula quædam auctoris absint & desint. *Acidal.* Quem sequitur Raderus. sed & Aldus illa omisit. Nos ad vitandam confusionem alias orituram non rejecimus, sed ut aliis locis supra, inclusimus uncis.

4 *Obedienter ac pie facerent*] De Macedo-

meo me additurum esse sperabam. Nec deceptus sum, 8
quod de his credidi fama. Sed ad illa hoc quoque accessit, quod video fortes viros erga reges suos pietatis invicta. Luxu omnia fluere crediderat; & NIMIA fe- 9
licitate mergi in voluptates. at hercule munia militiæ hoc animorum corporumque robore æque impigre toleratis; & quum fortes viri sitis, non fortitudinem magis, quam fidem colitis. Hoc ego nunc primum profiteor, sed olim scio. 10
Itaque & delectum è vobis juniorum habui; & vos meorum militum corpori immiscui. Idem habitus, eadem arma sunt vobis: obsequium vero & patientia imperii longe præstantior est, quam ceteris. Ergo ipse Oxathris Per- 11
sæ filiam mecum in matrimonio junxi, non dedignatus ex captiva liberos tollere. Mox deinde quum stirpem generis 12
mei latius propagare cuperem, uxorem Darii filiam duxi; proxi-

NOTÆ.

cedonibus sermo est, at de Persis acceperat Brissonius.

8 *Fortes viros erga reges suos pietatis invicta.*] Et mox: *Quum fortes viri sitis, non fortitudinem magis quam fidem colitis.* Tacit. 1 Annal. de Germanis: *Quanto quis audacia promptus, tanto magis fidus.* Fortis enim honesti & gloriæ causa strenue agit, illam vero contaminat perfidia. Contra ignavi ac vecordes plerumque infidi sunt. Tacitus 14 Annal. *Ginarus faciem mutatu tentem, ut segnem ad pericula, ita infidam ad occasiones.* Et 4 Hist. *Seditiosissimus quisque ignavus.* Vnde hæc allocutionis formula olim ad militem: FORTIS ESSET ET FIDVS. vid. cl. Lindenbrog. ad 15. lib. Ammiani Marcellini. Sane, post pietatem fortitudo ac fides duæ sunt præcipuæ virtutes militum & bonorum civium, fortitudo adversus hostem, fides erga Principem suum & Rempub. *Lucan.*

10 *Nunc primum profiteor*] Alii *non nunc primum.* sed negationem illam ejiciendam alibi monueram: & jam video monuisse sic Acidalium. qui jure miratur aliis id non animadversum. Est autem profecta illa corruptio ab iis, qui *sed* absque *non* reperiri nefas existimarent: nec sentirent eam esse formam, qua Cic. ad Attic. 12. 4. *Occidimus*, inquit, *occidimus, Attice, jam pridem nos quidem, sed nunc fatemur.* Nec longe abit Demetrius apud Liv. 40. 15. *Non hodie me primum frater accusat: sed hodie primum aperte.* Cyrus. apud Xenoph. lib. 1. *παιδ.* *Cooptavi vos equidem, amici, non quod nunc primum vos probaverim, sed quod viderim vos inde usque à pueris ea quæ civitas nostra honesta censet, studiosè facere.* Freinsh.

Delectum è vobis juniorum habui] Triginta Persarum millia Macedonicis armis disciplinaque institui jussit. Vide Plutarch. cap. 83. Diodor. 17. 108. Arrian. 7. 1. Justin. 12. 12.

Obsequium vero & patientia imperii] Satis hoc ostendit Brissonius lib. 2. de regno Pers.

12 *Darii filiam duxi*] Diodor. 17. 107. Susam profectus Statiram Darii filiam natu majorem sibi matrimonio junxit: minorem vero Drypetim Hephæstioni uxorem tradidit: amicorum

proximisque amicorum auctor fui ex captivis generandi liberos: ut hoc sacro fœdere omne discrimen victi & victo-
13 *ris excluderem. Proinde genitos esse vos mihi, non adscitos milites credite. Asiæ & Europæ unum atque idem regnum est. Macedonum vobis armado. [a] Inveteravi peregrinam novitatem; & cives mei estis & milites, omnia*
14 *eundem ducunt colorem. Nec Persis Macedonum morem adumbrare; nec Macedonibus Persas imitari indecorum est. Ejusdem juris esse debent, qui sub eodem rege victuri sunt.*

SVPPLEMENTVM.

15 HAc oratione habita, Persis corporis sui custodiam credidit, Persas satellites, Persas adparitores fecit. Per quos cum Macedones, qui huic seditioni occasionem dedissent, vincti ad supplicia

INTERPRETATIO.

a *Ex novis* ac *peregrinis* quasi *vetustos* milites *vos feci.*

NOTÆ.

etiam nobilissimis novi conjugii auctor fuit, & generosissimas Persarum virgines in matrimonium collocavit. Adde Iustin. 12. 10. Plutarch. c. 120. M. Paul. Venetus 1. 31. contractas eas nuptias scribit in civitate Balac, quam veterum Susa fuisse, ex eo conjicit Reineccius. Cratero tum temporis Amestrin, Oxathræ fratris Darii filiam in matrimonium dedit; Diodor. 23. 110, quam Amastrinem vocat Arrian. 7. 1. ubi de his nuptiis plura. Vide & Ælian. 8, 7. cum Athenæo 12. 9. Depingi eas curarunt Hispani in arcu suo triumphali, quem erexerunt inaugurationi Alberti & Isabellæ principum, initio hujus seculi, Antverpiæ. Statuerat etiam *homines multos ex Asia in Europam, & rursum ex Europa in Asiam transferre: ut per connubia etiam necessitudines continentis orbis maximas concordia mutua & cognationis amicitia inter se devinciret.* Diodor. 18. 4.

Ut hoc sacro fœdere omne discrimen victi & victoris excluderem] Hujus rei satis gnarus, non minus callidus, quam sævus Dux Albanus, in Hollandia ne quidem unius oppidi cives, cum alterius urbis incolis matrimonium contrahere permisit: ut amicitiæ citius distraherentur. *Loccen.*

13 *Genitos esse vos mihi*] Quia nunc in unam velut gentem coaluimus: gerite vos pro popularibus civibusque meis potius, quam pro extraneis: illorumque numero mihi haberi credite. Nihil huc pertinent liberi Macedonum ex captivis geniti: quos frustra nituntur huc trahere. *Freinsh.*

14 *Ejusdem juris esse debent*] Idque concordiæ firmandæ & æquabilitatis causa. Varronis proverbium est: *Idem Acen quod Titii.* Livius lib. 7. de Latinis: *Ne sub eodem jure solum, sed etiam nomine omnes essent.* Loccen.

15 *Hac oratione habita*] Recte hæc & sequentia, ad ea: *Quousque animo tuo*, &c. omittit Raderus. Est enim manifestum supplementum, quod tamen

cia traherentur, unum ex iis auctoritate & ætate gravem, ad Regem ita locutum ferunt.

NOTÆ.

men etiam cum auctore noſtro pugnat. ille enim ſupra oſtendit ante concionem hanc interfectos fuiſſe ſeditioſos, aut potius contumaces illos: hoc Supplementum vero affirmat poſtea demum id accidiſſe.

CAP. IV.

Oratio Macedoni militis vincti. Conjuratio in Alexandrum. qui veneno extinguitur.

QVOVSQVE, inquit, "*animo tuo* 1
etiam per ſupplicia, & quidem externi moris obſequeris? Milites tui, cives tui, incognita cauſa, captivis ſuis ducentibus trahuntur ad pœnam? Si mortem meruiſſe judicas, ſaltem miniſtros ſupplicii muta. Amico animo, ſi veri patiens fuiſſet, ad- 2
monebatur; ſed in rabiem ira pervenerat. Itaque rurſus (nam parumper, quibus imperatum erat, dubitaverant) *mergi in amnem, ſicut vincti erant*, juſſit. Nec hoc quidem ſupplicium ſeditionem militum mo- 3
vit. Namque copiarum duces atque amicos ejus, manipuli adeunt, petentes, *ut ſi quos adhuc priſtina noxa judicaret eſſe contactos, juberet interfici, offerre ſe corpora iræ, trucidaret.*

SVP-

INTERPRETATIO.

a *Iram tuam exples.*

NOTÆ.

2 MErgi in amnem] Quod hic *externi moris ſupplicium*, idem apud Liv. 1. 51. *novum genus lethi* vocatur. de Turno Herdonio: *ut indicta cauſa, novo genere lethi, dejectus ad caput aqua Ferentina, crate ſuperne injecta, ſaxiſque congeſtis mergeretur.* Apud Germanos olim *ignavos, & imbelles, & corpore infames, cano ac palude, injecta inſuper crate, mergebant.* Tacit. Germ. 12. Vnde fortaſſis manavit hodieque receptus mos, meretrices in amnes mergendi; quem tantopere mirabantur in Concilio Baſil. Italici Proceres. Sic & Amulius Romulum Remumque ſpurios in *profluentem abjici* juſſit. Flor. 1. *Freinshemius.*

3 *Offerre ſe corpora iræ, trucidaret*] Lucanus lib. 5. d. loco: v. nempe 369.

——— *Vicit patientia ſævi*
Spem ducis, & jugulos, non tantum præſtitit enſes.

Severitatis tamen Ducis modus ſit, ne omnis veniæ deſperatio rurſus efferet ingenia. *Locenius.*

SVPPLEMENTVM.

4 POstquam vero cognitum eſt, Perſis ducatus datos, Barbaros in varios ordines diſtributos, atque Macedonica iis impoſita nomina, ſe vero ignominioſe penitus rejectos eſſe, non jam amplius
5 conceptum animis dolorem perferre potuerunt. Sed concurſu in regiam facto, interiori duntaxat retenta tunica, arma ante januam, pœnitentiæ ſignum, projecerunt, ac præ foribus ſtantes, intromitti ſe, ſibique ignoſci ſuppliciter atque flentes orabant, utque rex ſuppliciis ſuis potius ſaturet ſe quam contumeliis. ipſos niſi ve-
6 nia impetrata non diſceſſuros. Quæ cum Alexandro nunciata eſſent, apertis regiæ foribus ad ipſos eſt egreſſus. Poſtquam vero ipſorum ejulatum atque pœnitentiam, nec non miſerandum atque afflictum habitum vidiſſet, diu quoque collachrymatus eſt. Eaque modeſtia,
7 ut ipſis ignoſceret, obtinuerunt. Eis deinde nunc modeſte inculatis, nunc comiter appellatis, complures bello inutiles exautoravit, magnificentiſſimeque donatos dimiſit. Scribens quoque ad Antipatrum, Macedoniæ præfectum, eis ad ſpectanda certamina priores
8 in theatro ſedes aſſignari, coronatoſque ſedere juſſit. Defunctorum quoque liberos pupillos paterna contrahere ſtipendia voluit. Cratero

iis

NOTÆ.

4 *Poſtquam vero cognitum eſt*] Omnia hinc ad finem uſque capitis inſerta ſunt ab alio quodam, qui lacunam hanc ſic explevit. abſunt ab antiquioribus exemplaribus, & Radero. Nos, quia hiſtoriæ nonnihil lucis addunt, reliquimus: inſignita tamen notis ſupplementi, unciſque incluſa, ne deinceps fallant viros doctos etiam pro Curtianis.

Perſis ducatus datos] Sic apud Tacit. 1. 41. 5. ſeditioſos milites *nihil aque flexit quam invidia in Treviros*; quorum fidem ſuæ præferri indignabantur.

6 *Eaque modeſtia*] Hoc reſpondet ingenio Alexandri, quod Zonaras tom. 1 Annal. adverſus vim & imperata contumax (ὑπεραντες) ad ſuaſiones & modeſtiam ſuorum tractabile fuiſſe ſcribit. *Loccenius.*

7 *Priores in theatro ſedes*] Quo exemplo *Auguſtus etiam milites a plebe diſcretos habuit.* apud Sueton. 44. Scaliger poëtic. 1. 21.

Coronatoſque ſedere] Nam in triumphis non ipſe tantum Imp. ſed & milites coronati fuerunt.

8 *Defunctorum quoque liberos*] Athenienſibus lex erat, ut liberi eorum qui pro patria cecidiſſent, publice educarentur. Cujus meminerunt Plato extremo Menexeno: Thucydides 2. 8. & Ariſtides Panathenaico. Qua in re dignum viſum cap. 56. centur. 2. Subciſiv. Cameraril, quod pene totum exſcriberem. Præ ceteris autem Veneti, longiſſimi temporis recepta obſervatione, non tam grati, quam liberales & munifici ita erga patres ſunt, ut etiam in liberos eorum, ea liberalitas propagetur, qui vel in toga, vel lago, patriæ utilem operam præſtiterunt. Non ſolum enim ſtipendia & ſalaria parentum defunctorum filiis ſuperſtitibus, veluti hæreditario jure, conferuntur: ſed etiam filiæ nubiles ex fiſco honorifice ditantur, ut ſtudium & cupiditas inſerviendi, & etiam moriendi pro patria & rep. ſpe recompenſationis, ceu ſtimulis, exacuatur. Hi ergo proprie dicuntur *epigoni* Iuſtino 12. 4.

Ad

iis præpoſito, quem etiam Antipatri loco, Macedonibus, Theſſalis Thracibuſque præeſſe juſſit, Antipatrumque cum ſupplemento tironum in Crateri locum vocavit. Iam pridem quidem Alexandro 9
literæ, & ab Olympiade matre & ab Antipatro redditæ erant, ex quibus mutuam inter ipſos ſimultatem perceperat. Mater Antipatrum affectati regni inſimulabat. Antipater Olympiadem multa præter ipſius decorum gerere ſcripſerat. Itaque evocari ſe valde iniquo ferens animo, Alexandrum veneno interficere ſtatuit. Peractis his rebus omnibus, Alexander ad Ecbatana Mediæ profectus, regni neceſſaria diſpoſuit, ſpectacula denuo & ſolennes indixit dies. Illis forte diebus Hephæſtion, quem Rex unice ac fratris loco dili- 11
gebat, febricitans moritur. Ex quo Alexander incredibili affectus dolore multa quæ regiam majeſtatem minime decerent, admiſiſſe dicitur.

10

NOTÆ.

Sic etiam *vocabantur eorum poſteri, qui cum Adraſto & Polynice Thebas oppugnaverant:* ut notat Diodor. 4. 68. Strabo lib. 7. & Euſeb. num. 822. Ad horum igitur exemplum *Epigonos* illos vocari voluit Alexander, quaſi in perpetuum Macedonica militia ſtabilita, ut ſcilicet ætate aut vulneribus feſſi capti ve ſubinde à *poſteris* ſuis, hoc enim ſunt *epigoni*, exciperentur. Arrian. autem 7. 1. & 7. 2. appellationem eam reſtringit ad 30 Perſarum millia Macedonicis artibus inſtituta. Videntur autem & hi & illi, tanquam in unum corpus coalituri, eodem hoc nomine fuiſſe vocati. Ceterum *militum bello cæſorum* uxores pecuniæ diſtributione conſolatus eſt Michael Rangabe apud Zonaram. Romanæ leges etiam pupillis ejuſmodi varia ſolatia conſtituerunt. *Freinsh.*

9. *Et ab Olympiade matre*] Quo tempore accidit illud fama celebratiſſimum, ut nimirum Hephæſtione literas ſecum inſpiciente, annulum quem digito detrahebat, ori ejus imprimeret. Vide Plutarch. Apoph. c. 39. & orat. de fort. Alex. 2. 17. Criminationes autem matris hæſiſſe in regis animo, argumento eſt illud ejus apophthegma: cum enim Antipatrum nonnulli commendarent, quod ſeveram integramque vitam degeret: ait, Antipatri quidem exteriora dealbata ſunt; intus vero totus eſt purpureus Plutarch. Apoph. c. 39. *Idem.*

Itaque evocari ſe] Præter hanc cauſam, alia longe fortior fuit, metus nimirum ex rege, quem aperit ejus vox apud Plutarch. c. 50. *Si Parmenion inſidiatus eſt Alexandro, cui tandem credendum erit? ſin vero, qui agendum eſt?*

11 *Hephaſtion*] Mortem eam prædixit Pythagoras vates apud Appianum de bell. Civ. lib. 2. Arrian. 7. 3. & Plutarch. c. 124. Mortuus autem eſt *ad Ecbatana.* Ælian. hiſt. var. 7. 8.

Unice ac fratris loco diligebat] Ælian. hiſtor. var. 12. 7. *Alexander Achillis monumentum coronavit, Hephaſtion Patrocli: ſignificans, ſe ita charum Alexandro eſſe, ut Patroclus fuiſſet Achilli:* Teſtatur & Probus in Eumene, Alexandrum eum ſemper *plurimi feciſſe.*

Incredibili affectus dolore] Sen. Epiſt. 113. *Alexander modo occiſo amico* (Clito) *modo amiſſo* (Hephæſtione) *jacebat in tenebris: alias ſcelus, alias deſiderium ſuum merens. victor tot regum atque populorum, ira triſtitiaque ſuccubuit.*

Qua regiam majeſtatem] Iuſtin. 12. 12. *contra decus regium* ait feciſſe. Adde Plut. cap. 123. & ceteros. Id, opinor, voluit Lucianus in dial. Mortuor. objiciens ex perſona Philippi, *quod Hephaſtionem plus quam eſſet ſatis amarit.* Nam in luctu quoque modus ſervandus, præſertim imperantibus. *Non enim eadem decora principibus viris & imperatori populo, quæ modicis domibus aut civitatibus:* ut recte dixit apud Tacit.

12 dicitur. Miſerum quippe medicum, tanquam in curando negligentior fuiſſet, ſuſpendi juſſit. Super amici corpus examine ejulans procubuit, vixque inde ab amicis abſtractus eſt. Diem atque noctem luctum continuavit. Aliaque nonnulla feruntur, quæ quidem
13 ego minime credo. Illud tamen verum eſt, quod Alexander Hephæſtioni, tanquam Heroï, ſacrificari juſſerit. In funus atque monu-

NOTÆ.

cit. 3. 6. Tiberius. Ideo Gregoras conſolans Andronicum Iun. in obitu matris, hortatur eum, ut potius ceteram Alexandri conſtantiam, quam hanc in lugendo mollitiem imitaretur. *Freinsh.*

12 *Suſpendi juſſit*] Plin. 29. 1. hoc non meminit. Ait enim: *Nulla lex, quæ puniat inſectiam capitalem, nullum exemplum vindictæ*, &c. Sed fortaſſis ſuum tantum ævum reſpicit. Medici nomen fuiſſe *Glauciæ*, ex Arriano 7. 3. diſcimus. Plut. c. 123. *Glaucum* vocat. Illud autem *ſuſpendi*, de cruce intelligo, collatis quæ reperies ſup. ad 9. 8.

Luctum continuavit] Rectius, *diem atque noctem luctu contin.* Sed de his, quando Curtium non habent auctorem, ſoliciti non ſumus. Ceterum Polyænus 4. 1. Arrian. 7. 3. & reliqui ſcribunt, Alexandrum, ad minuendum luctum, Coſſæorum terram ſubegiſſe. Nimirum *negotia pro ſolatio* fuere, ut eſt apud Tacit. 4. 13. *Idem.*

Alia nonnulla] Qualia enumerat Arrian. 7. 3, &c. Vbi poſt alia cum Plutarcho cap. 123. & Arriano 7. 8. ſcribit, inter cetera mœſtitiæ ſigna juſſiſſe, non homines modo, ſed *equos & mulos etiam tondere*. quod etiam in Maſſilii morte Perſas feciſſe narrat Herodot. 9. 24. & Plutarch. Ariſtide c. 29. & in Pelopidæ nece Plutarch. in vita cap. 51. Item juſſiſſe *paſſim incendi Æſculapii fana*. Arrianus in Epictetum 2. 22. Exprobraſſe caſum illum Æſculapio apud legatos Epidauriorum Arrian. 7. 3. narrat. *Mures Echatanarum arcis evertiſſe*. Ælian. 7. 8.

13 *Sacrificari juſſerit*] Deſcribit eam rem, præter auctores hiſt. Alexandrinæ, Lucianus, in *Calumniæ non temere credendum*, non minus eleganter, quam copioſe: *Apud* Alexandrum graviſſimi criminis reus fiebat, qui colere & adorare Hepheſtiona nollet. nam poſteaquam is vivis exceſſit, amore victus Alexander, effuſo animo ad reliquam funeris magnificentiam additum voluit, ut mortuus inter deos Hephæſtion haberetur. Continuo ei templa civitates pleræque dicarunt, delubra condiderunt, aras, ſacra, ferias, novo deo ſanxerunt. Iusjurandum omnium religioſiſſimum Hephæſtionis nomine fuit. Capitale erat ſi quis hac parte vel contaretur, vel negleſtim coleret. Hic eviratus affectus, hæc veſania, fuit aſſentatoribus occaſioni accendendi inflammandique regis. Narrabantur inſomnia, viſæ Hephæſtionis umbræ, prædicabantur illius reſponſa. Denique aræ & ſacra dicata ſunt familiari & malorum vindici deo. Proinde cum his Alexander initio mire oblectaretur, tandem ita captus eſt, ut fidem quoque adhiberet, gloriareturque, quod non modo diis genitus eſſet, ſed deos quoque ipſe faceret. Quo tempore quantum putamus amicorum Alexandri affixit Hephæſtionis divinitas? *Subjicit* deinde de Agathocle Samio memorabile exemplum, ob eam rem valde periclitati. Eandem inſaniam inſamivit in Antinoo ſuo Hadrianus, de quo præter alios multos Theodoretus lib. 8. de Martyribus ita: *Hadrianum Imper. Rom. ferunt puerum Antinoum in deos retuliſſe, temploque illi extructo, omnibus imperio Rom. ſubjectis, ut divinis honoribus eum proſequerentur, edixiſſe.* Tertull. l. 2. ad nationes, eam rem acerbe exprobrat gentilibus. *Freinsh.*

In funus] Quod late deſcribit Diodor. 17. 115. ubi itidem 12000 *talentum* conſtitiſſe traditur: adſentiente Iuſtino 12. 12. Nam Plutarch. c. 24. & Arrian. 7. 3. rotundiore *myriadis* numero *decem* tantum *millia talentum* nume-

monumentum ei faciendum, pluſquam duodecim millia talentorum impenſa ſunt. Revertenti Babylonem, Chaldæi vates occurrerunt, monentes ne Babylonem ingrederetur. Profectionem enim ejus per id tempus, vitæ periculum ei portendere. Quibus ſpretis, quo deſtinaverat ire pergit. Nunciabatur enim ei, legatos ex diverſis terrarum orbis partibus, undique Babylonem confluxiſſe, ejuſque adventum exſpectare. Adeo totum orbem nominis ejus terror invaſerat, ut cunctæ gentes, velut deſtinato ſibi Regi, adularentur.

NOTÆ.

numerant. quod precium exacte ſupputat Georg. Agricola lib. 3. de precio veterum monetarum, *Vngaricorum* 5090909. *duodenarios tres, duplum unum, ſimplum unum.* Idem.

14 *Ne Babylonem ingrederetur*] Ex hac hiſtoria nata eſt apud Senec. Suaſoria 4. unde multa peti poſſunt huc facientia. Meminit & Appianus lib. 2. civilium.

Vitæ periculum ei portendere] Quam rem variis etiam ominibus teſtatam ferunt. Inter quæ Nicephor. Gregor. fin. libri 10. ſcribit, triremi conſcenſa è capite excidiſſe regium capitis tegumentum circa medium fluvium, quod unus aliquis è nautis cito accepit natans, & id manu ferre ſimul & natare non potis, capiti ſuo impoſuit, enatavit, ad regem attulit. Rex ei, quia regium capitis decus ſervarat, talentum dedit, ſed quia capiti ſuo impoſuerat, hominem capite mulctat. Sed Gregoras fabellam narrat nullo certo auctore, ait Cæſ. Bulengerus. Imo Diodor. 17. 116. idem tradidit; & Arrian. 7. 3. ab omnibus fere Alex. hiſtoriæ ſcriptoribus proditum innuit. Sed & *cum mœnibus* Babylonis *propinquaſſet, corvos, inter ſe dimicantes, coram eo concidiſſe* Zonaras narrat. Somnio quoque præmonitum ferunt, ut à Caſſandro caveret. Valer. Max. 1. 7. ext. vide. Plura apud ordinarios auctores: quæ quia per ſe manifeſta, raro monemus. Fabulam autem putamus, quæ de arboribus in India fatidicis commentitia Alexandri epiſtola, aliique nugatores garriunt. *Freinsh.*

Quibus ſpretis] Præcipue confirmatus à philoſophis, iſthæc elevantibus, & contemnenda judicantibus. Diodor. 17. 112. Sic apud Marcellin. 23. 12. Hetruſci auſpices, qui leonem occiſum Iuliani mortem portendere ſignificabant, *calcabantur, philoſophis refragantibus, quorum tunc erat auctoritas, errantium ſubinde, & in parum cognitis perſeverantium diu.*

15 *Legatos ex*] Diodor. 17. 113. explicat cauſas harum legationum, ut & Arrian. 7. 3. ubi etiam diſquiritur, an & Romani in iis fuerint. Oroſ. 3. 20. (in quo & ridiculo mendo *Hiſpanus Maurinus*, pro *Hiſp. & Maurus*) ex *plurima parte Italiæ* veniſſe tradit: Iuſtin. 12. 13. *nonnullæ quoque ex Italia.* Livius 9. 18. ſtudio extollendi Romam, temere videtur prolapſus ut diceret, *Alexandrum M. ne fama quidem populo R. cognitum fuiſſe.* Quod tamen perſuaſit Viro Magno in notis ad Lampridium. Verum *ex iis qui de Alexandri rebus geſtis ſcripſerunt, Ariſtus & Aſclepiades* legatorum Rom. expreſſam mentionem fecerunt apud Arrianum. Quibus addi poteſt Clitarchus apud Plin. 3. 5. Hiſpanos quidem & Gallos Babylonem tum miſiſſe, ait Hiſt. Miſcella 7. 14. ex Oroſii 6. 21. loco notabili: ubi cum Alexandri gloria comparat Auguſtum, itidem longinquis remotiſſimarum gentium legationibus aditi. Ceterum ut ex iſtis legationibus ceteraque frequentia Babylonem tum confluentium immenſas opes ſibi comparaverit Antimenes Rhodius, apud Ariſtot. lib. 2. οἰκονομικῶν perſcriptum habes. *Freinsh.*

Vt cunctæ gentes] Hæc quoque ex Iuſtino ad verbum deſumpta. Excipiuntur tamen Romani, multorum vindiciis. utique vero Arabes, quamquam vicini. quos ideo bello aggredi meditabatur, *quod ſoli ex omnibus gentibus*

16 tur. Igitur tanquam conventum univerſi orbis acturus, Babylonem pervenire feſtinabat. Quo cum veniſſet, legatos omnes beni-
17 gne ſuſceptos domum remiſit. Liſdem fere diebus convivium apud Theſſalum medicum inſtitutum eſt, ad quod Rex quoque cum ſo-
18 dalibus vocatus venit. Ibi nondum Herculis ſcypho epoto, repente, velut telo confixus, ingemuit. Elatus è convivio ſemianimis, tan-
19 to dolore cruciatus eſt, ut ferrum in remedia poſceret. Amici cauſam morbi, intemperiem ebrietatis, divulgarunt; Revera autem inſidiæ

NOTÆ.

tibus legatos ad eum non miſiſſent, ut tradit Strabo lib. 16. poſt pr. & in fine, cum Arriano 7. 4. *Idem.*

16 *Legatos omnes benigne ſuſceptos domum remiſit*] Quos quo ordine audiverit, enarrat Diodor. 17. 113. Athenæus 12. 9. tradit, *in hortis ipſi ſtatutum fuiſſe aureum ſolium & lectos argenteis ſultos pedibus, in quibus, ſedens cum amicis, legationibus reſponſa dabat.*

17 *Convivium*] Alexander Babylone ſedem imperii collocare deſtinaverat, *videns eam & magnitudine & rebus ceteris excellere:* ut ait Strab. lib. 15. Ibi ergo dum eſſet, variis oblectamentis animum recreare, opumque magnitudinem oſtentare cœperat. Præterea *thronum aureum*, varieque gemmatum effigiatumque, in quo *titulus ſequens Græcis &* (ne quid ad fidem deeſſet) *Latinis literis ſculptus inhærebat:*

Ortus & occaſus, Aquilo mihi ſervit & Auſter.

Illud conſtat, ex toto fere orbe varii generis artifices ad eum veniſſe, & ingentia munera promeruiſſe. Quo tempore & ridiculum illud accidiſſe puto, quod Maxim. Tyrius narrat diſſert. 19. veniſſe Babylonem Ionem quendam, qui *offulas parvas rotundaſque quas in hunc uſum fecerat, tam certo ictu in mucronem acus ex diſtanti loco dirigebat, ut nunquam ab acie ejus aberraret.* Ait veniſſe πρὸς τὸ μέγας βασιλέα, *Ad magnum regem.* Id non de Perſarum rege, ſed Alexandro accipiendum apparebit ex Quintiliano 2. 20. ubi itidem de hac μεγαλοψυχίᾳ mentio habetur. Præcipue autem frequenter per eos dies convivatus eſt, *cenam quotidie manus impendens*, ut apud Athenæum 4. 10. Ephippus ſcribit. Adde Athen. 12. 9. pag. 537. Tum & inſtituta *melomachia*, apud eundem 7. 1. *Freinsh.*

Theſſalum medicum inſtitutum eſt] Lege *Theſſalum Medium.* Μήδιος nomen erat homini; Theſſalia patria Indicavimus hunc errorem jam ſupra 3. 13. eoque in nomine locum Arriani emendavimus. Hauſit hæc homo, quiſquis fuit, ex Iuſtino 12. 13. ubi mendum hoc pridem ſuſtulit Leopard. emend. 17. 10. m. Lariſſæum autem fuiſſe, ut in Arriano correximus, etiam Strabo auctor. lib. 11. *Ab Armeno nomen habere Armeniam, affirmant Cyrſilus Pharſalius, & Medius Lariſſæus, qui cum Alexandro militarunt.* Eum inprimis fuiſſe ſolitum cum Alexandro compotare, Plutarchus de animi Tranquill. c. 22. memorat, & de ſanitate tuenda c. 8. ubi itidem in quibuſdam exemplaribus editur *Medicus.* Etiam Zonaras in hoc nomine corrigendus, qui Μαδίας vocat. Summum adulatorem fuiſſe teſtatur Plutarch. de adul. & amici diſcr. cap. 51. cum quo familiariter ceteroqui verſatus, in ultima ſibi valetudine teſſeris quoque luſit. Idem de ſort. Alex. 2. 14. Μήδειος appellat Athenæus 10. 9. ubi & convivium hoc deſcribitur. *Idem.*

18 *Herculis ſcypho epoto*] De quo plura Dempſterus in Roſini antiq. 5. 30. ex variis auctoribus. Quibus adde Lipſium ad Senecæ epiſt. 38. *Alexandrum intemperantia bibendi, & ille Herculaneus ac fatalis ſcyphus condidit.* & Tiraqell. ad Alex. ab Alex. 3. 10. Athen. 10. 9. tradit, poculum, quod ultimum ebibit Alexander, duos congios cepiſſe.

19 *In*

Digitized by Google

insidiæ fuerunt, quarum infamiam successorum potentia oppressit. Antipater enim præparatum venenum Cassandro filio, qui cum fratribus Philippo & Iolla Regi ministrare solebat, dederat, præmonito eo, ne aliis quam Thessalo & fratribus crederet. Phi- 20
lippus itaque & Iollas, potum Regis prægustare soliti, in aqua frigida venenum habentes, eam prægustatæ potioni Regis supermiserunt. Quarto deinde die, cum milites partim mortuum suspicarentur, idque celari crederent, partim ejus desiderium ferre non possent, mœsti sese in regiam contulerunt, ut sibi Regis videndi copia fieret orantes, atque à custodibus ex mandato Regis intromissi sunt.

NOTÆ.

20 *In aqua frigida venenum habentes, eam prægustatæ potioni Regis supermiserunt*] Frustra prægustantur cibus & potus ad mensas regias, si prægustatores gustum malitiæ ac perfidiæ habeant; aut insidiæ domesticæ obrepant. cujus rei Plinius lib. 21. cap. 3. tale exemplum refert: *Apparatu belli Actiaci gratificationem ipsius reginæ Antonio timente, nec nisi prægustatos cibos sumente, fertur scelerata Cleopatræ solertia pavore ejus lusisse, extremis coronæ floribus veneno illitis, ipsaque capiti imposita. mox procedente hilaritate invitavit Antonium ut coronas biberent. Quis ita timeret insidias? Ergo concepta in scyphum incipienti haurire, opposita manu, En ego sum, inquit, illa, chare Antoni, quam tu nova prægustantium diligentia caves: adeo mihi, si possim sine te vivere, occasio aut ratio deest? Inde eductum custodia bibere jussit, illico expirantem.* Loccenius. Sic apud Tacit. 13. 16. *Innoxia adhuc* [*ac præcalida*] *& libata gustu potio, traditur Britannico: dein postquam fervore aspernabatur, frigida in aqua affunditur venenum.*

CAP. V.

Dicta & gesta ejus ante obitum. Quantum à suis fuerit desideratus: præcipue vero à Darii matre; qua dolore succumbens, paulo post extincta est. Alexandri elogium.

INTUENTIBUS lacrymæ obortæ præbue- 1
re speciem jam non regem, sed funus ejus visentis exercitus. Mœror tamen circum- 2
stantium lectum eminebat: quos ut rex adspexit, *Invenietis*, inquit, *quum excessero, dignum talibus viris*

NOTÆ.

2 *Dignum talibus viris regem*] Intererat sensus, non omitti signum interrogationis, quod omnino addi debere certum ex Iustino 12. 15. Ita apud Vellei. Patercul. 2. 14. Livius Drusus, *cum ultimum redderet spiritum, intuens circumstantium mœrentiumque frequentiam, effudit vocem convenientissimam conscientiæ suæ: Ecquando, inquit, propinqui, amicique, similem mei civem habebit respublica?* Sic apud Sueton. 99. Augustus *amicos admissos per-*

Digitized by Google

3 *ris regem?* Incredibile dictu adituque. in eodem habitu corporis, in quem se composuerat, quum admissurus milites esset, durasse, donec à toto exercitu illo ad ultimum persalutatus est: dimissoque vulgo velut omni vitæ debito liberatus, fatigata
4 membra rejecit. *Propiùsque adire* jussis amicis, nam & vox deficere jam cœperat; detractum annulum digito, Perdiccæ tradidit; adjectis mandatis, *ut*
5 *corpus suum ad Hammonem ferri juberet.* Quærentibus his, *cui relinqueret regnum?* respondit, *EI, QUI*

NOTÆ.

cunctatus legitur, *Ecquid iis videretur mimum vitæ commode transegisse?* Freinsh.

3 *Incredibile dictu adituque*] Miratus & Valer. Max. 5. 1. ext. *quamquam violentia morbi dilabebatur, in cubitum tamen erectus, dextram omnibus, qui eam contingere vellent, porrexit. Quis autem illam osculari non cuperet, quæ jam fato oppressa, maximi exercitus complexui, humanitate, quam spiritu vividiore, sufficit?* Ceterum qui ad eum salutandum ingressi erant, transibant, aliaque janua egrediebantur. Lucianus Pseudomant. *Eratque è regione januæ patefactum aliud ostium ad exeundum: cujusmodi secretante Alexandro Macedonas in Babylone fecisse ferunt: cum illi gravissime affectum ipsum, obsessa regia, intueri, & supremum alloqui cuperent.*

4 *Detractum annulum digito, Perdiccæ tradidit*] Consentit Lucian. in dial. Diogenis & Alexandri: Dexippus apud Eusebium: Iustinus, & reliqui. Probus in Eumene: *Alexander morientis annulum suum dederat Perdiccæ, ex quo omnes conjecerant, eum regnum ei commendasse, quoad liberi ejus in suam tutelam pervenissent.* Ex hoc actu, & aliis exemplis, observat Kirchmann. in Cancellario, 4. 2. priscos principes sigilli sui custodes ipsos fuisse. Hereditatis autem transmissæ indicium id habitum, ex Valer. Max. 7. 8. 5. 8. & 9. Casaubonus ad Sueton. Aug. 94. tradit, putatque id causæ fuisse, cur Tiberio morienti Caius annulum adimeret, apud Suet. 73. Quod nec analogia privati juris caret, ut scilicet ita videretur totius patrimonii jus traditum, quomodo *clavibus traditis mercium in horreis conditarum possessio tradita videtur.* lib. 44. de contrah. empt. Ergo Alexandri exemplo Augustus undecimo consulatu ægrotans, *Agrippæ annulum porrexit*, apud Zonaram. Vide Kirchmann. de annul. cap. 22. Testamentum autem ab Alexandro factum negant & hæc Lucani 10. 43.

Qui secum invida, quæ totum caperet orbem,
Abstulit imperium; nulloque hærede relicto
Totus fati, lacerandas præbuit urbes.

Inf. 10. 10. Freinsh. Non videtur Perdiccas annuli traditione successor regni Macedonici designatus: quum Alexander quæsitus de successore regni, illud indefinite *optimo* deferendum responderit: sed custos annuli ac temporarius regni administrator, donec adolescerent Alexandri liberi, constitutus est: quod ex Perdiccæ & Meleagri oratione colligere licet. Præter alios adi quoque Cl. Boxhornii Emblemata Politica, acutæ elegantiæ plena, inprimis, embl. 10. Idem quoque liquet ex illis Ælii Spartiani verbis: *Multi quidem dicunt, Trajanum animo ad hæsisse, ut exemplo Alexandri Macedonis sine certo successore moreretur.*

quem

QVI esset optimus. Ceterum providere jam ob id certamen, magnos funebres ludos parari sibi. Rursus 6
Perdicca interrogante, *quando caelestes honores haberi sibi vellet?* dixit *tum velle, quum ipsi felices essent.*
Suprema hæc vox fuit regis, & paulo post exstinguitur. Ac primo ploratu lamentisque & planctibus 7
tota regia personabat: mox velut in vasta solitudine omnia tristi silentio muta torpebant; ad cogitationes quid deinde futurum esset dolore conversо. Nobiles pueri custodiæ corporis ejus adsueti, 8

nec

NOTÆ.

quem tamen certum esse reip. expedit. De *Optimi* vero sensu vide Berneggeri accuratas in Iustinum Notas, 12. 15. 8. *Loccen.*

5 *Qui esset optimus*] *Non volebat dicere, se heredem constituere, qui maxime dignus imperio foret: sed regnum suum fore in potestate occupantis, fortissimi scilicet.* Nicol. Loënsis Miscell. Ephil. 5. 18. Vbi ostendit, *optimum* esse ἄριστον, Diodor. 17. 117. & 18. qui nempe bello sit optimus. male autem *dignissimum* reddidisse Iustinum 12. 15. Loccenius ait, omnes istas voces eodem recidere: nec sane multum interest: nisi quod interpretatione sua Iustinus ostendit se verum ejus vocis sensum non percepisse.

6 *Exstinguitur*] Dum duodecim annos regnasset, ut docent Machab. 1. 1. S. Hieronymus ad 11. Daniel. Tertull. contra Iudæos cap. 8. Non plures numerant, nec mensem addunt. Addit annis 12. Sicul. 17. 117. menses septem. item Olympiadum descriptio in Olymp. 114. anno primo. Lamprid. in Alexandro cap. 5. eo die decessisse ait, quo Alexander Severus est natus. Arrian. 7. 5. vitæ annos 32. menses 8. regni, annos 12. menses 8. tribuit. Probus in Eumene. Liv 9. 19. & 45. 9. annos 13. Cic. Philipp. 5. 17. vitæ annos 33. assignat. quibus Iustin. 12. 16. mensem addit. Eusebius 32. dat ætati, duodecim imperio. Clemens Alexandrin. lib. 1. 18. (12.) Nicephorus Constantinop. dat illi ann. vitæ 35. vel 36. quod omnino falsum est, inquit Andr. Schottus. Habet tamen suffragatorem Taricium Mircondum in Periclis. qui: *Vixit triginta sex annis, regnavit septendecim.* Chronic Alexandrin. 32. annos vitæ duntaxat dedit. [Item Hieronym. in Daniel. cap. 8. & 11.] Salianus ostendit Alexandrum obiisse anno Mundi 3730. Sextæ ætatis 214. Anno imperii Asiæ 7. regni 13. Iaddi pontificis ultimo, Olymp. 116. Anno 1. Archonte Hegesia, Vrbis Conditæ anno 429. Dictatore L. Papyrio Cursore, Mag. Eq. Q. Fabio Max. Rutiliano, & mox L. Papyrio Crasso sine Coss. Ante Christum natum 323. Cui velut exactissimo Chronologo libenter subscribimus, præsertim cum sententiam multis rationibus & testibus confirmet. *Raderus.* Agell. 17. 21. Alexandri regnum includit annis undecim, Prophyrius apud Euseb. duodecim, cum quo consentit supputatio Clementis in 1. Stromatum, & Hieron. ad cap 11. Danielis. Butingus computat *vixisse præcise annos 32. menses 10. & dies 22. mortuum 9. die Iunii, si annos Iulianos retro cogitemus, die Saturni. Anno Mundi 3646. ab Vrbe Cond. 430.* Funccius & Chytræus obitum ejus ponunt ad ann. V. C. CCCCXXVIII. Bucholcerus & Beroaldus ad ann. 429. adsentiente Censorino cap. 21. Sleidanus de quatuor monarch. 409. Nicephori

nec doloris magnitudinem capere; nec ſe ipſos intra veſtibulum regiæ retinere potuerunt: vagique & furentibus ſimiles totam urbem luctu ac mœrore compleverant; nullis queſtibus omiſſis, quos in ta-
9 li caſu dolor ſuggerit. Ergo qui extra regiam adſtiterant Macedones pariter barbarique concurrunt; nec poterant victi à victoribus in communi dolore diſcerni. Perſæ *juſtiſſimum ac mitiſſimum dominum*; Macedones *optimum ac fortiſſimum regem* invocantes,
10 certamen quoddam mœroris edebant. Nec mœſtorum ſolum, ſed etiam indignantium voces exaudiebantur; *tam viridem, & in flore ætatis fortunæque invidia deûm ereptum eſſe rebus humanis*. Vigor ejus & vultus educentis in prælium milites, obſidentis urbes, evadentis in muros, fortes viros [a] pro concio-
11 ne donantis occurrebant oculis. Tum Macedones *divinos honores negaſſe* ei pœnitebat; *impioſque & ingratos fuiſſe* ſe confitebantur, *quod aures ejus debita adpellatione fraudaſſent*. Et quum diu nunc in veneratione, nunc in deſiderio regis hæſiſſent; [b] in ipſos verſa

INTERPRETATIO.

a *In medio* militum *conventu remunerantis.*

b *Commiſerationem* ſuam *in ſe ipſos converterunt.*

NOTÆ.

phori Patriarchæ Chronographia tribuit illi ætatis annos 35. aut ſecundum alios 36, imperii 18. Plutarchus Sympoſ. 8. 1. refert, eodem die exceſſiſſe, quo & Diogenem. Scalig. de emend. tempor. libr. 1. conſtanter affirmat deceſſiſſe Alexandrum feria quinta 25. Iulii. Ceterum *inter omnes* (certe præcipuos) *conſtat anno vitæ trigeſimo tertio eum obiiſſe*. Salmaſ. ad Solin. cap. 40. ex Ioſephi lib. 1. adverſus Appion. Non igitur immerito Scaliger, ad Euſebium 2262. dicit *diem obitus Alexandri* doctis ignorari, cum in tot ſententias diverſi abeant, ex quibus eligat quivis quam maxime probandam putet. Certum eſt, ut apud Tacit. 2. 73. dicitur, obiiſſe *haud multum triginta annos egreſſum*: ob quam rem, inter alias, ibi comparatur Germanico. Sed & patrum memoria multi egregii principes, ut eſt nunc ſæculi captus, intra id ſpatium expiraverunt. Continuat. Sleidani lib. 32. vide. *Freinsh.*

10 *Invidia deûm*] Vide Gruterum ad iſta Livii 10. 13 6. *Fortunam ipſam vereri, ne cui deorum nimia jam in ſe & conſtantior, quam velint humanæ res, videatur.*

12 *Si-*

ſa miſeratio eſt. Macedonia profecti ultra Euphra- 12
ten mediis hoſtibus novum imperium aſpernantibus
deſtitutos ſe eſſe cernebant; ſine certo regis herede,
ſine herede regni publicas vires ad ſe quemque tra-
cturum. Bella deinde civilia, quæ ſequuta ſunt, men- 13
tibus augurabantur: *iterum, non de regno Aſiæ, ſed
de rege, ipſis ſanguinem eſſe fundendum; novis vulneri-
bus veteres rumpendas cicatrices, ſenes, debiles, modo* 14
*petita miſſione a juſto rege, nunc morituros pro potentia
forſitan ſatellitis alicujus ignobilis.* Has cogitationes vol- 15
ventibus nox ſupervenit, terroremque auxit. mili-
tes in armis vigilabant: Babylonii alius è muris,
alius culmine ſui quiſque tecti proſpectabant, quaſi
certiora viſuri. nec quiſquam lumina audebat accen- 16
dere, & quia oculorum ceſſabat uſus; fremitus, vo-
ceſque auribus captabant: ac plerumque vano metu
territi per obſcuras ſemitas, alius alii occurſantes,
invicem ſuſpecti & ſoliciti ferebantur. Perſæ comis 17
ſuo more detonſis, in lugubri veſte, cum conjugi-
bus ac liberis, non ut victorem & modo hoſtem,
ſed ut gentis ſuæ juſtiſſimum regem vero deſiderio
lugebant. Adſueti ſub rege vivere, *non aliud, qui*
im-

NOTÆ.

12 *Sine herede regni*] Suffecerat hoc, aut illud, *ſine certo regis herede*. Certe utrumque conjunxiſſe non videtur Curtius. Eſſe autem inprimis magnum imperii munimentum, ſi ſucceſſor certus ſit, omnes norunt. Unde Eliſabetham, gravatim de herede regni agi ferentem, donec exorarent ſtatus regni Britannici, ut ſucceſſorem declararet, non deſtiterunt. Vide Cambdenum, & Savilium in dedicat. Chryſoſtomi.

15 *Certiora viſuri*] Forte *certamina*. Sebiſius. Non aſſentior. proſpectabant tanquam viſuri auditurive certiora de morte regis, quam, ut ſolet in ejuſmodi affectibus, quia non putaverant tam cito adfuturam, jam etiam cum adveniſſet, vix poterant credere. *Freinsh.*

17 *Comis ſuo more detonſis*] De hoc more Briſſon. de regno Perſ. l. 3. Alexander ab Alex. 3. 7. & ibi Tiraquellus. Vide inprimis Kirchm. de funer. Rom. qui omnem iſtum apparatum lugubrem fuſe exponit. & quæ obſervat Gronov. ad Statium Sylv. c. 54. In ſacris quoque literis ejus moris exempla & veſtigia ſunt, Iobi 1. 20. & Eſaiæ 15. 2. Confer luctum ob mortem Germanici in Sueton. Calig. 5.

Aſſueti ſub rege vivere] Inde *ſuetus regibus oriens* apud Tac. H. 4. 17. Plutarch. Anton. cap. 13. Orientales vocat

18 *imperaret ipſis, dignorem fuiſſe* confitebantur. Nec muris urbis luctus continebatur; ſed proximam regionem ab ea, deinde magnam partem Aſiæ cis Eu-
19 phratem tanti mali fama pervaſerat. Ad Darii quoque matrem celeriter perlata eſt. abſciſſa ergo veſte, qua induta erat, lugubrem ſumpſit; laceratiſque cri-
20 nibus humi corpus abjecit. Adſidebat ei altera ex neptibus, nuper amiſſum Hephæſtionem, cui nupſerat, lugens; [a] propriaſque cauſas doloris in com-
21 muni mœſtitia retractabat. Sed omnium ſuorum mala Siſygambis una capiebat. Illa ſuam, illa neptium vicem flebat. Recens dolor etiam præterita revocaverat. crederes modo amiſſum Darium, & pariter miſeræ duorum filiorum exſequias eſſe ducendas.
22 Flebat mortuos ſimul vivoſque. *Quem enim puellarum acturum eſſe curam? quem alium futurum Alexandrum? iterum ſe captas, iterum excidiſſe regno. qui mortuo Dario ipſas tueretur reperiſſe; qui poſt Alexan-*
23 *drum reſpiceret, utique non reperturas.* Subibat inter hæc animum, *octoginta fratres ſuos eodem die ab Ocho ſæviſſimo regum trucidatos, adjectumque ſtragi tot filiorum patrem: è ſeptem liberis, quos genuiſſet ipſa, unum ſupereſſe: ipſum Darium floruiſſe pauliſper, ut crudelius*
24 *poſſet exſtingui.* Ad ultimum dolori ſuccumbit, obvolutoque capite accidentes genibus ſuis neptem nepotem-

INTERPRETATIO.

a *Prater publicum luctum*, Drypetis *recogitabat cauſam dolendi* ſibi *propriam.*

NOTÆ.

cat *homines ſervire aſſuetos, & regnari quærentes.* Vide Flor. 2. 20.

20 *Altera ex neptibus*] Arrian. 7. 1. hanc vocat *Drypetin.*

23 *Ocho ſæviſſimo regum trucidatos*] Ochus cognomento Artaxerxes *ſævitia & atrocitate*, ut Plut. in vita cap. 49. ait, *omnes ſuperavit*, qui *regiam cognatorum cade & ſtrage principum replevit.* Iuſtin. 10. 3. Ocham ſororem atque eandem ſocrum, vivam capite defodit, & patruum cum centum & amplius filiis ac nepotibus eodem die interemit. Vide Val. Max. 9. 2. ext. Ælian. hiſt. var. 6. 8. Athenæum 4. 10. & Diodor. 16. *Pepma.*

Vnum ſupereſſe] Oxathrem ſcilicet, inter amicos ab Alexandro receptum. *Locceniut.*

24 *Accidentes*] Hoc eſt, procidentes

temque averſata, cibo pariter abſtinuit & luce. quinto, poſtquam mori ſtatuerat, die exſtincta. Magnum profecto Alexandro indulgentiæ in eam, juſtitiæque in omnes captivos, documentum eſt mors hujus; quæ quum ſuſtinuiſſet poſt Darium vivere; Alexandro eſſe ſuperſtes erubuit. Et hercule, *juſte æſtimantibus regem liquet, bona naturæ ejus fuiſſe; vitia vel fortunæ, vel ætatis. Vis incredibilis animi: laboris patientia propemodum nimia; fortitudo non inter reges modo excellens, ſed inter illos quoque, quorum hæc ſola virtus fuit: liberalitas ſæpe majora tribuentis, quam à diis petuntur: clementia in devictos, tot regna aut reddita, quibus ea dempſerat bello, aut dono data: mortis, cujus metus ceteros exanimat, perpetua contemptio: gloriæ laudiſque ut juſto major cupido; ita ut juveni & in tantis admittenda rebus. jam pietas erga parentes, quorum Olympiada immortalitati conſecrare decrevetes ad genua ejus, exorandi ſcil. cauſa, ut iplorum miſerta cibum caperet. Vulgo *adſidentes*, male.

Quinto, poſtquam mori ſtatuerat, die exſtincta] Vulgo ſeptimus inediæ dies, ut criticus, habetur lethalis. Macrob. in Somn. Scipion. 1. 6. *Hoc obſervatum eſt, quod ſine hauſtu ſpiritus ultra horas ſeptem, ſine cibo ultra totidem dies vita non durat.* Cteſias tamen in Perſicis tradit OEbaram *decem dierum inedia ſe confeciſſe.* Freinsh.

26 *Bona naturæ ejus fuiſſe; vitia vel fortunæ, vel ætatis*] Aliter Suetonius de Nerone: *Vitia ejus naturæ fuiſſe, non ætatis.* Quæ boni ſemina inſunt ingenio, ſtudio virtutis, cultu ac induſtria ſunt educenda. quæ vero vel à fortuna vel ætate vitia, ratio ac dies corrigent: imo ratio, antequam dies, ne tempore ac pravo uſu invaleſcant. *Loccenius.*

28 *Liberalitas*] Cujus teſtes Laërtius in Xenocrate: Fulgoſ. 4. 8. 1. cap. *de liberalitate*, cujus principatum Alexandro tribuit. Plutarch. apophth. cap. 37.

Clementia in devictos] Alioſque, ut inſigne exemplum eſt apud Marcellin. 14. 38.

29 *Gloriæ laudiſque ut juſto major cupido*] De qua Valer. Maxim. 8. 14. 2. Qua de cauſa optavit ſibi plures mundos, quos ſubigeret. Ælian. hiſtor. var. 4. 29.

30 *Olympiada*] Quam chariſſimam ipſi fuiſſe, præter alia docet Curtius 3. 6. ubi medicus, ejus nomine ſæpius ingeſto, vitales ægroti ſpiritus excitat. quomodo & Fabianus apud Sen. Suaſor.

rat;

INTERPRETATIO.

a *Qui recto judicio Alexandrum conſiderant, agnoſcunt eximias* ejus *dotes ab indole* ipſius ortas *fuiſſe.*

NOTÆ.

31 rat; Philippum ultus erat: jam in omnes fere ami-
cos benignitas; erga milites benevolentia; conſi-
lium par magnitudini animi, & quantam vix pote-
32 rat ætas ejus capere, ſolertia: modus immodicarum
cupiditatum, Veneris intra naturale deſiderium uſus,
nec ulla niſi ex permiſſo voluptas, ingentes profe-
33 cto dotes erant. Illa fortunæ: diis æquare ſe, &
cœleſtes honores accerſere, & talia ſuadentibus ora-
culis credere, & dedignantibus venerari ipſum ve-
hementius quam par eſſet iraſci; [a] in externum ha-
bitum mutare corporis cultum, imitari devictarum
34 gentium mores, quas ante victoriam ſpreverat. Nam
iracundiam & cupidinem vini ſicuti juventa inrita-
35 verat, ita ſenectus mitigare potuiſſet. Fatendum
eſt tamen, quum plurimum virtuti debuerit, plus
de-

INTERPRETATIO.

a *Veſtes mutare in morem peregrinum.*

NOTÆ.

ſor. 1. idoneum locum cenſet, unde argumentum diſſuadendi, ne Oceano ſe credat, ſumatur: *Memento, Alexander; matrem in orbe victo adhuc magis, quam pacato, relinquis.* Item Ceſtius ibidem. Ejus igitur cauſa etiam cum patre ſimultates exercuit. Arrian. 3. 1. omniaque deinceps illius impotenter facta tulit; quanquam ſentiret eſſe prægravia. Idem 7. 3. *Freins.*

31 *Philippum ultus erat*] Quæ tamen ultio non tam ex pietate profecta creditur, quam ad ſuſpicionem (nam ipſe paternæ necis particeps habebatur) diluendam: vel etiam ne cuiquam regem occidiſſe impune foret. *Idem.*

In omnes fere amicos benignitas] Hephæſtion apud Photium Cod. 190. de Alexandro rege commemorat, dum Epheſi Palamedem per dolum deciſum in tabula ſpectaret, turbatum animo fuiſſe, quod illi per fraudem interempto ſimilis eſſet Ariſtonicus Alexandri in pilæ luſu ſocius. Tanta nimirum erat Alexandri animi manſuetudo, tantumque amicorum ſtudium. Oſculandi ejus jus amicis fuiſſe, etiam cum deus credi vellet, conſtat ex Arriano 4. 2. & aliis.

32 *Veneris*, &c.] De conjugibus, ſed & concubinis Alexandri, vide Reineccium. *Ad inſaniam amore puerorum exarſiſſe*, tradit Athen. lib. 13. pag. 603.

33 *Illa fortuna*] Quæ *plerumque ſuam naturam corrumpit*, ſupra 3. 2. 17. Tac. H. 1. 15. 5. *felicitate corrumpimur.*

Dis æquare ſe] Quapropter Mandanim ex Indicis philoſophis *Alexandri nuncis ad Iovis filium vocabant* apud Strabon. lib. 15. ſed ille nec paruit, & negavit eſſe filium Iovis. Eadem de cauſa vituperatur à Dione Chryſoſt. orat. 64. *Freinsh.*

34 *Cupidinem vini*] De Alexandri bibacitate, vide Plutarch. Sympoſ. 6. 1. Athenæum 10. 10. Ælian. hiſt. var. 2. 41. Liv. 9. 18. 4. &c.

35 *Plus debuiſſe fortunæ*] Pauſan. in Co-

debuiſſe fortunæ; quam ſolus omnium mortalium in poteſtate habuit. Quoties illum à morte revocavit? quoties temere in pericula vectum perpetua felicitate protexit? Vitæ quoque finem eumdem illi, quem 36
gloriæ ſtatuit. Exſpectavere eum fata, dum Oriente perdomito, aditoque Oceano, [a]quidquid mortalitas capiebat, impleret. Huic regi ducique ſucceſ- 37
ſor quærebatur: ſed major moles erat, quam ut unus ſubire eam poſſet. Itaque nomen quoque ejus & fama rerum in totum propemodum orbem, reges ac regna diffudit; clariſſimique ſunt habiti, qui etiam minimæ parti tantæ fortunæ adhæſerunt.

INTERPRETATIO.

a *Perficeret quæcumque mortalis natura poterat.*

NOTÆ.

Corinth. ait, id unum ex ſententia non ceſſiſſe, quod Mimantem fodere non potuit. Vnde Nicetas in Balduino: *Ne Alexandro quidem ferunt omnia ſucceſſiſſe ex ſententia.* Verum auctori ſubſcribit Gentilis de arm. Rom. 2. 12. ubi exactiſſime quæſtionem hanc pertractat. Contra Plutarch. duabus orat. de fortuna Alexandri pertendit, virtutem in eo priorem fuiſſe. quam ei laudem elegantiſſimis his verbis vindicat & Apuleius l. 1 Florid. Solus à condito ævo, quantum hominum memoria extat, inexuperabili imperio orbis auctus fortuna ſua major fuit: ſucceſſuſque ejus ampliſſimos & provocavit ut ſtrenuus, & æquiparavit ut meritus, & ſuperavit ut melior: ſoluſque ſine æmulo clarus. adeo ut nemo ejus audeat vel ſperare virtutem, vel optare fortunam. Qui locupletem inſuper teſtem habent Demoſthenem epiſt. 1. de concordia: *Si quis Alexandrum eo fortunatum putat, quod ei proſpere ſucceſſerunt omnia: is illud reputet, eum agendo & laborando, & audendo, non deſidendo fuiſſe fortunatum.* Invidenda laus Syllæ apud Salluſt. Iug. 95. *Feliciſſimo omnium ante civilem victoriam, nunquam ſuper induſtriam fortuna fuit.* Freinsh.

Solus omnium] Imo apud Vellei. 2. 35. Cato *ſemper fortunam in ſua poteſtate habuit.* Sed longe diverſo modo. Alexandro ſolebat evenire, quod malebat; Cato malebat quod evenerat. *Freinshem.*

37 *Quam ut unus ſubire eam poſſet*] De Imperio Rom. Tiberius apud Tacit. 1. 11. *Solam Auguſti mentem tanta molis capacem, &c. Quam difficile ſit imperatorem in locum boni principis legere*, oſtendit dignus notatu locus in Vopiſci Aureliano, cap. 40.

Minima parti] Plutarch. de fort. Alex. 2. 12. *Demetrius, cui Alexandrea potentia parvam Fortuna portiunculam contulerat, paſſus eſt ſe Catabatem (Iovem Elicium* reddit Turneb. averſ. 9. 9.) *tanquam deum qui in terras deſcendiſſet, appellari*, &c. Vide eundem in Demetrio, cap. 20.

Digitized by Google

CAP. VI.

De ſucceſſore Alexandri inter Magnates conſultatio, & varia ſententia.

1 CETERUM Babylone (inde enim divertit oratio) corporis ejus cuſtodes, in regiam principes amicorum, ducesque copiarum advocavere. ſequuta eſt militum turba, cupientium ſcire, in quem Alexandri fortuna eſſet tranſitura. 2 Multi duces frequentia militum excluſi regiam intrare non poterant; quum præco *exceptis*, *qui nominatim citarentur*; *adire* prohibuit. ſed precarium ſper- 3 nebatur imperium. Ac primum ejulatus ingens, ploratuſque renovatus eſt: deinde futuri exſpectatio in- 4 hibitis lachrymis ſilentium fecit. Tunc Perdicca regia ſella in conſpectum vulgi data, in qua diadema veſtiſque Alexandri cum armis erant; annulum ſibi pridie traditum à rege in eadem ſede poſuit; quorum adſpectu rurſus obortæ omnibus lachrymæ, in- 5 tegravere luctum. Et Perdicca, *ego quidem*, inquit, *annulum, quo ille regni atque imperii vires obſignare erat* 6 *ſolitus, traditum ab ipſo mihi, reddo vobis. Ceterum quam-*

NOTÆ.

1 *Ceterum*] His quæ poſtea narrantur, ingens haud dubie lûmen accenderent decem libri quos de rebus poſt Alexandrum geſtis Arrianus, aut quatuor quos Dexippus conſcripſit. Iuvant ſic quoque nonnihil à Photio inde excerpta; quem vide 82. & 92. *Freinsh.*

4 *Regia ſella in conſpectum vulgi data*] Eumenem etiam à morte Alexandri aureum ſolium cum ſceptro, corona & armis regiis in tribunali collocaſſe, ubi ſub exortum diei duces conſeſſu juxta ſellam habito mandata quaſi regis acceperint, refert Diodor. lib. 18. 1. & Cornel. Nepos in Eumene. Idem Ptolemæum ſuaſiſſe, auctor inf. h. lib. notat. Hæc externa imperii ſimulacra ad movendum populum, & auctoritatem conciliandam non exiguum habent momentum. Horatius lib. 1. ſat. 6. v. 17. de populo:

Qui ſtupet in titulis & imaginibus.

Hac de re cum Deo plura ad Cornel. Nepotem. *Laccenius.*

Diadema] Quod primus Macedonum uſurpavit, ſi verus Iuſtin. 12. 3. Poſtea duces quoque ejus, ſumpto regio nomine, uſurparunt. de qua re Plutarch. in Demetrio cap. 20. *Freinsh.*

6 *Ad-*

quamquam nulla clades huic, qua adfecti ſumus, par ab iratis diis excogitari poteſt; tamen magnitudinem rerum, quas egit, intuentibus credere licet, tantum virum deos adcommodaſſe rebus humanis, [a]quarum ſorte completa, cito repeterent eum ſuæ ſtirpi. Proinde quoniam nihil 7
aliud ex eo ſupereſt, [b]quam quod ſemper ab immortalitate ſubducitur, corpori nominique quam primum juſta ſolvamus; haud obliti, in qua urbe, inter quos ſimus, quali rege ac præſide ſpoliati. Tractandum eſt, commilitones, 8
cogitandumque, ut victoriam partam inter hos, de quibus parta eſt, obtinere poſſimus. Capite opus eſt. hoc ne uno an pluribus, in veſtra poteſtate eſt. Illud ſcire debetis, militarem ſine duce turbam corpus eſſe ſine ſpiritu. Sextus menſis eſt, ex quo Roxane prægnans eſt; opta- 9
mus

INTERPRETATIO.

a *Vt his* rebus *expletis revocarent illum ad* Deos *ipſi cognatos.*

b *Præter* corpus *quod ſemper immortalitati eripitur* per mortem.

NOTÆ.

6 *Adcommodaſſe rebus humanis*] Quemadmodum vates de Catone:

Tertius è cælo cecidit Cato.

Et de I. Cæſare Pelignus olor Ovid. Metamorph. 15. v. 64. à fine.

Hic ſua complevit, pro quo Cytherea laborat,
Tempora, perfectis, quos terris debuit, annis,
Vt decus accedat cælo, templiſque colatur. Raderus.

Eodem tendit illud Virgilii de Marcello, Æn. 6. v. 33. à fine.

Oſtendent terris hunc tantum fata.

& uſitata acclamatio:

Serus in cælum redeas.

Horat. Carm. 1. 2. v. 45. *Freinsh.*

7 *Ab immortalitate ſubducitur*] Fateor me non intelligere hoc ænigma: niſi quod de corpore capiendum autumo. eum ſenſum rectius efficias ita, *quod ſemper immortalitati ſubducitur*, quia nempe mors & ſepulchrum iſtud ſibi vendicat. Stiebant enim, eos qui pro diis tum colebantur, fuiſſe mortuos. *Idem.*

8 *Vt victoriam partam inter hos, de quibus parta eſt, obtinere poſſimus*] Non ſatis eſt viciſſe, niſi & partam victoriam retinere ſcias. Quin ex mente Claudiani:

—— *Plus eſt ſervaſſe repertum,*
Quam quæſiſſe novum. Loccen.

Corpus eſſe ſine ſpiritu] Maximus ſerm. 9. *Epaminondas cum magnum & pulchrum videret exercitum ſine duce, Quanta, inquit, bellua! caput nullum habet.* Vide Polit. Lipſii 5. 14. Scitum illud ſive Demadis ſive Leoſthenis dictum; nam utrique tribuit Plutarch. in apophth. c. 42. & de fort. Alex. 2. 9. de hoc Macedonum exercitu, ſimilem eſſe Cyclopi excæcato.

9 *Roxane prægnans eſt*] Conſentit his Plut. cap. 130. Iuſtin. 12. 15. Quæ mox peperit filium, cujus nomen quærit Lambinus ad Probi Eumenem, nota 108. putatque, ex Probi Phocione conjici poſſe, Philippum fuiſſe appellatum, Trogo autem Herculem nominari: At Herculem Iuſtin. 11. 10. ex Barſine filium Alexandri facit.

Digitized by Google

mus [a] *ut marem enitatur: ejus regnum diis adprobantibus futurum, quando adoleverit. interim à quibus regi velitis deſtinate.* Hæc Perdicca. Tum Nearchus, *Alexandri modo ſanguinem ac ſtirpem regiæ majeſtati convenire neminem* ait *poſſe mirari. Ceterum exſpectari nondum ortum regem, & qui jam ſit præterire, nec animis Macedonum convenire, nec tempori rerum. Eſſe è Barſine filium regis, huic diadema dandum.* Nulli placebat oratio. itaque ſuo more haſtis ſcuta quatientes obſtrepere perſeverabant. Iamque prope ſeditionem pervenerant, Nearcho pervicacius tuente ſententiam. Tum Ptolemæus; *digna prorſus eſt ſoboles*, inquit, *quæ Macedonum imperet genti Roxanes vel Barſinæ filius; cujus nomen quoque Europam dicere pigebit, majore ex parte captivi. Cur Perſas vicerimus, ut ſtirpi eorum ſerviamus? quod juſti illi reges Darius & Xerxes tot millium agminibus, tantiſque claſſibus* [b] *nequidquam petive-*

INTERPRETATIO.

a *Ut maſculum pariat.*
b *Fruſtra tentarunt* efficere.

NOTÆ.

quod agnoſcit ipſe Lambin. ex Diod. 20. 20. ad illum Probi locum in Phocione, nota 42. ubi verba auctoris: *cauſam apud Philippum regem verbo, re ipſa quidem apud Polyperchontem juſſus eſt dicere*, mavult accipere de Philippo Alexandri, ut ei videtur, filio, quam de Aridæo Philippo Alexandri fratre: ad quem tamen haud dubie pertinent. Verum autem nomen filio Roxanes fuit Alexander. quod certum eſt ex Pauſania Atticis & Bœoticis, item Dexippo apud Photium & Euſebium. Adde Porphyrium mox ad 10. 6. Diodor. 19. 115. *Freinsh.*

A quibus regi velitis deſtinate] Infantibus enim & pueris regibus tutores & curatores dantur etiam invitis. quod pluribus I. C. auctoritatibus multiſque ex antiquitate exemplis, prolixe oſtendit Tiraquellus de jure primogenitorum, 40, 207, &c.

11 *E Barſine filium regis*] Is Hercules dictus. Iuſtin. 12. 15. quem poſtea Caſſander occidi juſſit. Iuſtin. 15. 2. Diodor. 20. 28. Pauſan. in Bœoticis. Corrigendus in ejus mulieris nomine Porphyrius apud Euſeb. in regno Macedonico: Κατέλιπε ὁ Ἀλέξανδρος παῖδας, Ἡρακλέα τε ἐκ Μαρσίνης τῆς Φαρνακάζου. Ἀλέξανδρόν τε ἐκ Ῥωξάνης τῆς Ὀξυάρτου τοῦ Βάκτρων Βασιλέως. ſcribe ἐκ Βαρσίνης. quam hic Pharnabazi filiam facit Plutarch. cap. 36. & Eumene cap. 2. Arrabazi: Arrian. 7. 1. Darii regis. Sed in nomine conſentiunt. *Freinsh.*

14 *Cur Perſas vicerimus*] Acutius foret omittere particulam interrogantem: aut ſi tenere malis, reſcribere *vicimus*.

15 *Se-*

petiverunt. Mea ſententia hæc eſt, ut ſede Alexandri 15
in regia poſita, qui conſiliis ejus adhibebantur, coëant, quoties in commune conſulto opus fuerit: eoque, quod major pars eorum decreverit, ſtetur. duces, præfectique copiarum his pareant. Ptolemæo quidam, potiores 16
Perdiccæ adſentiebantur. Tum Ariſtonus orſus eſt dicere, *Alexandrum conſultum, cui relinqueret regnum, voluiſſe optimum deligi. judicatum autem ab ipſo optimum Perdiccam, cui annulum tradidiſſet. Neque* 17
enim unum eum adſediſſe morienti; ſed circumferentem oculos, ex turba amicorum delegiſſe cui traderet. Placere igitur ſummam imperii ad Perdiccam deferri. Nec 18
dubitavere, quin vera cenſeret. itaque univerſi *procedere in medium Perdiccam, & regis annulum tollere* jubebant. Hærebat inter cupiditatem pudoremque, & quo modeſtius, quod exſpectabat, adpeteret, pervicacius oblaturos eſſe credebat. Itaque contatus, 19
diuque, quid ageret incertus; ad ultimum tamen receſſit, & poſt eos, qui ſederant proximi, conſtitit. At Meleager unus e ducibus confirmato animo, 20
quem Perdiccæ contatio erexerat, *nec dii ſiverint*, inquit, *ut Alexandri fortuna, tantique regni faſtigium in iſtos humeros ruat; homines certe non ferent. Nihil dico*

NOTÆ.

15 *Sede Alexandri in regia poſita*] Si noſter ex fide hæc narrat, hinc ſtratagema ſuum deſumpſit Eumenes, cujus hominem prudentiſſimum, ipſum architectum fuiſſe libens credebam: ut nempe ab Argyraſpidibus receptus, cum ſatis ſciret haud in longum dicto audientes ſibi habiturum, niſi arte exprimeret obſequium, quod auctoritate non poterat; in caſtris ſuis aureum ſolium cum diademate & ſceptro, armiſque quibus Alexander ſolebat uti, collocari juberet; juxta quod de communibus rebus conſilia capientes, non ab Eumene, ſed Alexandro regi ſibi viderentur. Vide Diodor. 18,60. Probum & Plutarch. in Eumene cap. 25. & Polyænum 4. 8. *Freinsh.*

18 *Pervicacius oblaturos*] Tacit. 1.3. Auguſtus nepotes ſuos *principes juventutis appellari, deſtinare conſules, ſpecie recuſantis flagrantiſſime cupiverat.* Eodem etiam libro Tiberii diſſimulata cupiditas traditur. Ibidem 3,35. Blæſus procoſ. Africæ nominatus *reſpondit ſpecie recuſantis, &c.*

20 *Homines certe non ferent*] Suſpectum hoc mihi: nequedum iſtud plane probo: *in iſtros humeros ruat hominis: certe non ferent.* Acidalius. Ego nihil mutandum arbitror: nec enervandam vim violentiſſimi ſenſus:

dico de nobilioribus quam hic eſt, [a]ſed de viris tantum;
21 *quibus invitis nihil perpeti neceſſe eſt. Nec vero intereſt, Roxanes filium, quandoque genitus erit, an Perdiccam regem habeatis; quum iſte ſub tutelæ ſpecie regnum occupaturus ſit. Itaque nemo ei rex placet, niſi qui nondum natus eſt: & in tanta omnium feſtinatione, non juſta modo, ſed etiam neceſſaria, exactos menſes ſolus exſpectat, & jam divinat marem eſſe conceptum, quem vos dubi-*
22 *tatis paratum eſſe vel ſubdere. Si medius fidius Alexander hunc nobis regem pro ſe reliquiſſet, id ſolum ex iis,*
23 *quæ imperaſſet, non faciendum eſſe cenſerem. Quin igitur ad diripiendos theſauros diſcurritis? harum enim*
24 *opum regiarum utique populus eſt heres.* Hæc eloquutus per medios armatos erupit, & qui abeunti viam dederant, ipſum ad pronunciatam prædam ſequebantur.

INTERPRETATIO.

a *Sed de* quibuſvis *qui modo viri ſint: quos nulla res cogit* hoc *pati invitos.*

NOTÆ.

Perdiccam regnare prohibeant dii, & prohibebunt ut auguror. quidquid autem illis tandem decretum ſit, id certo mihi conſtat, homines non paſſuros. nec jam loquor de nobilioribus quam Perdicca eſt, quorum quidem maxime refert obviam iri conatibus hominis, ſed omnino de aliis cujuſcunque conditionis Alexandri commilitonibus; modo viri ſint, animoſque mares habeant. Ego quidem meique ſimiles, qui ſervitio mortem anteponimus, compertum habemus, viros fortes nihil invitos perpeti, nec poſſe cogi, ut quod nolint faciant. Hic illorum verborum ſenſus eſt haud dubius. *Freinsh.*

De nobilioribus] **Quorum ut dixi maxime intereſt, vilioribus non ſubjici. Tendunt eo verba Auguſti apud Senec. de clementia 1. 9. ad Cinnam:** *Cedo, ſi ſpes tuas ſolus impedio. Paulusne te, & Fabius Maximus, & Coſſi, & Servilii ferent, tantumque agmen nobilium, non inaniæ nomina præferentium, ſed eorum qui imaginibus ſuis decori ſunt?* **Sed quinam amicorum Alexandri nobiliores Perdicca? erat enim** *ſtirpe regia genitus*, **ut patet ex 10. 7. Sed Leonnatus ibidem itidem; & forte proximiori gradu Alexandrum hic contigerit. Aridæus autem Alexandri frater erat, Ptolemæus credebatur. Quin & Neoptolemus Alexandri avunculus adhuc ſupererat, de quo Arrian. fine lib. 2. cujus nullam à Curtio mentionem fieri miror.** *Idem.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. VII.

Aridæus, Philippo genitus, Meleagro promovente, à quibusdam Rex salutatur. Unde civilis belli semina.

IAMQVE armatorum circa Meleagrum fre- 1
quens globus erat, in seditionem ac discordiam versa concione; quum quidam plerisque Macedonum ignotus ex infima plebe, *Quid opus* 2
est, inquit, *armis, civilique bello habentibus regem, quem queritis? Aridæus Philippo genitus, Alexandri paulo ante regis frater, sacrorum, cærimoniarumque consors modo, nunc solus heres, præteritur à vobis. Quo merito suo? quidve fecit, cur etiam gentium communi jure fraudetur? Si Alexandro similem queritis, nunquam reperietis; si proximum, hic solus est.* His auditis con- 3
cio primo silentium velut jussa habuit: conclamant deinde pariter *Aridæum vocandum esse, mortemque meritos, qui concionem sine eo habuissent.* Tum Pithon 4
plenus lachrymarum orditur dicere, *Nunc vel maxime miserabilem esse Alexandrum, qui tam bonorum civium militumque fructu, & præsentia fraudatus esset.*

Nomen

NOTÆ.

2 *Aridæus Philippo genitus*] Ex Philinna Lariſſæa: quam Ptolemæus apud Athenæum 13. 5. ſaltatricem fuiſſe refert; at Iuſtin. 13. 2. 13. 3. Lariſſæum ſcortum. *Popma.* Adde Plutarch. cap. 130.

Nunc ſolus heres] Nam Barſines filius Hercules, velut captivæ, negligebatur. *Raderus.* Non modo velut captivæ, nam & Roxane captiva fuit, ſup. 8. 5. & 10. 3. ſed quia Barſinen juſtæ uxoris loco non habuerat. Porro militis iſtius, quiſquis ille fuit, ſententiæ velut data opera contradicit Themiſtius orat. 12. *Alexandro apud Babylonem defuncto, Macedones ſucceſſorem nullum idoneum repererunt: ſed Ptolemæo Lagi filio Aridæum ſtolidum prætulerunt, tanquam pecuniæ, mortui fratris loco, ſuperſtiti perſolverent, non imperium conferrent, cujus heres ille unicus eſt, qui illud conſervare ac tueri noverit.* Quæ ſequuntur in Curtio: *præteritur à vobis*, in memoriam revocant iſta Taciti 3. 18. *Mihi quanto plura recentium ſeu veterum revolvo, tanto magis ludibria mortalium cunctis in negotiis obverſantur. quippe fama, ſpe, veneratione potius omnes deſtinabantur imperio, quam quem futurum principem fortuna in occulto tenebat.* Etiam providentiæ id tribuit Sen. de benef. 4. 31. *Interdum ſolemus dicere: Quid ſibi voluit providentia, quæ Aridæum regno impoſuit? Illi putas hoc datum? patri ejus datum eſt, & fratri.* Freinsh.

5 *Impen-*

Nomen enim memoriamque regis ſui tantum intuentes,
5 *ad cetera caligare eos.* * Haud ambigue in juvenem, cui regnum deſtinabatur, impenſa probra; quæ magis ipſi odium, quam Aridæo contemptum adtulerunt: quippe dum miſerentur, etiam favere cœpe-
6 runt. Igitur *non alium ſe quam eum, qui ad hanc ſpem genitus eſſet, regnare paſſuros* pertinaci adclamatione
7 declarant, *vocarique Aridæum* jubent. Quem Meleager infeſtus inviſuſque Perdiccæ ſtrenue perducit in regiam; & milites *Philippum* conſalutatum, *regem*
8 adpellant. Ceterum hæc vulgi erat vox; principum alia ſententia. E quibus Pithon conſilium Perdiccæ exſequi cœpit, *tutoreſque* deſtinat *filio ex Roxane futuro, Perdiccam, & Leonnatum ſtirpe regia genitos.*
9 Adjecit, *ut in Europa Craterus & Antipater res adminiſtrarent.* Dum jusjurandum à ſingulis exactum *fu-*
10 *turos in poteſtate regis geniti Alexandro.* Meleager haud injuria metu ſupplicii territus, cum ſuis receſſerat. rurſus Philippum trahens ſecum inrupit regiam, clamitans *ſuffragari reipubl. de novo rege paulo ante concepto: robur ætatis experirentur; modo ſtirpem Philippi, & filium, ac fratrem regum duorum ſibimetipſis potiſſi-*
11 *mum crederent.* Nullum profundum mare, nullum vaſtum fretum & procelloſum tantos ciet fluctus, quantos multitudo motus habet. utique ſi nova & brevi

NOTÆ.

5 *Impenſa probra*] Malim *intenſa*, hoc eſt, intenta. Quæ Pithon oblique jecerat, eo tendebant, ut Aridæum probris & contumeliis exagitaret, inviſumque popularibus redderet. verum id contra evenit. Signum defectus, quod hic notarant, *quæ magis ipſi*, ſuſtuli: nihil enim deeſt. *Idem.*

Dum miſerentur] Solet hoc fieri, & plerumque perperam. Eſt enim etiam miſericordia affectus, ut reliqui, cæcus & improvidus, & in deteriora ferri pronus, quoties ratione non regitur. Vide Sen. de Clement. 2. 4. Ergo & in ſacris interdicitur. Deuter. 19. 13. & 21. Favorem autem ex commiſeratione naſci ſolere certum eſt. Quo intuitu ſic emendandum putabam in Tacit. 14. 58. *magni nominis miſeratione reperturum bonos, &c.* Interim Iuſtin. 37. 2. & ibi citatos vide. *Idem.*

20 *Suffragari reip.*] Locus ſane difficilis: quem ſic reſtituere conatus Acidalius: *Suffragari reip. de novo rege paulo*

brevi duratura libertate luxuriat. Pauci Perdiccæ 12
modo electo ; plures Philippo quam ſperaverat, imperium dabant. Nec velle, nec nolle, quidquam diu poterant; pœnitebatque modo conſilii, modo pœnitentiæ ipſius. Ad ultimum tamen in ſtirpem regiam inclinavere audiis. Ceſſerat ex concio- 13
ne Aridæus principum auctoritate conterritus ; & abeunte illo conticuerat magis, quam languërat militaris favor. Itaque revocatus veſtem fratris, eam ipſam, quæ in ſella poſita fuerat, induitur. Et Me- 14
leager thorace ſumpto capit arma, novique regis ſatelles ſequitur. Phalanx haſtis clypeos quatiens *ex-*

ple-

NOTÆ.

paulo ante recepto robur ætatis: experirentur modo ſtirpem Philippi, & filium ac fratrem regum duorum : ſibimet ipſis potiſſimum crederent. quod quidem in textum recepit Raderus. Freinshemius præfert Sebiſii conjecturam. *ſuffragari* (ſic enim habent impreſſi quidam) *reip. de novo rege paulo ante concepto, robur ætatis experirentur : modo ſt. Ph. e. f. ac fr. r. d. ſibimet* (*ſemet* voluit ſcribere) *ipſis potiorem crederent.* Rectius enim utique *robur ætatis* opponitur *regi paulo ante concepto* (Roxanes uterum intelligit) quam verbo *ſuffragari* jungitur. ultima autem invidiæ plena ſunt, in tutores pueri regis, ſi tamen puer naſceretur, jacta: quos & mox arguit *affectaſſe nihil ad ipſos pertinens regnum*, & ſupra 10. 6. *ſub tutelæ ſpecie regnum occupaturos eſſe.*

12 *Quam ſperaverat*] *Quem ſprevetant* legendum contendit Acidalius. Cujus ſententiam, ut ſolet, in textum recepit Raderus.

Pœnitebat pœnitentiæ] Salvianus lib. 5. hac fere loquendi forma de perverſis pœnitentibus: *Quomodo igitur tales iſtos pœnitentiam ſe egiſſe non pœnitet ?* Qui fortean reſpexerit iſta Tertulliani de pœnitentia cap. 5. *Ita, qui per delictorum pœnitentiam inſtituerat Domino ſatisfacere, diabolo per aliam pœnitentiæ pœnitentiam ſatisfaciat.* Scilicet hæc non eſt μετάνοια ἀμεταμέλητος Apoſtoli 2 ad Corint. 7. 10. qua non fruuntur, niſi quos erratis cognitis, ſecundum præſcripta Domini dolor mœrorque & pudor intraverit. Ceterum rebus adverſis ita fieri, ut nulli conſilio acquieſcant homines, pulchre oſtendit Vindungus ad Taciti Agric. 38. 2. *eligere latebras, ac ſtatim relinquere.* Freinsh.

14 *Novique regis ſatelles*] Mſſ. delent conjunctionem, cum ſequenti verbo, *minabatur.* probe. Sed ſi cui vulgata potior, tamen hoc de ipſo Meleagro capio, eoque jungendum puto ſequenti verbo; *novique regis ſatelles ſequitur. Phalanx, &c. imperii vires remanſuras eſſe.* Quamquam Modius, Acidalio probante : *ſatelles. Sequitur phalanx, &c.* Sed ut dixi *ſatelles* hic intelligitur Meleager. nec enim *turbam ſatellitum*, cujus poſtea mentio habuit, priuſquam plurium conſenſu rex eſſet declaratus. Itaque vulgatis ante Modium aſſentior. niſi quod cum illo τὸ *gaudebant* eliminem. *Idem.*

Haſtis clypeos quatiens] Morem eum ſæpe expreſſit Ammian. quæ loca obſervavit doctiſſimus Lindenbrogius ad auctorem iſtum 14. 2. *Haſtiſque feriens ſcuta; qui habitus iram pugnantium concitat;* ubi alii quoque ſcripto-

Digitized by Google

pleturam ſe ſanguine illorum, qui adfectaverant nihil ad
15 *ipſos pertinens regnum*, minabatur. *in eadem domo familiaque imperii vires remanſuras eſſe* gaudebant; *hereditarium imperium ſtirpem regiam vindicaturam adſuetos ſe nomen ipſum colere, venerarique, nec quemquam*
16 *id capere, niſi genitum ut regnaret.* Igitur Perdicca territus, *conclave in quo Alexandri corpus jacebat, adſervari* jubet. Sexcenti cum ipſo erant, ſpectatæ virtutis: Ptolemæus quoque ſe adjunxerat ei, puero-
17 rumque regia cohors. Ceterum haud difficulter à tot millibus armatorum clauſtra perfracta ſunt. Et rex quoque inruperat ſtipatus ſatellitum turba, quorum
18 princeps erat Meleager. Iratuſque Perdicca, *hos, qui Alexandri corpus tueri vellent*, ſevocat; ſed qui inruperant, eminus tela in ipſum jaciebant. multiſque vulneratis, tandem ſeniores demptis galeis, quo facilius noſci poſſent, precari, qui cum Perdicca erant,

N o t æ.

tes citantur. Quibus adde Polyb. 15. 12. *Romani more patrio clamorem tollunt, & gladiis ad ſcuta concrepant.* Fit autem hoc nimirum ad terrorem adverſariis incutiendum, ut indicat ex Polybio Livius 28. 29. *Ex præparato ſimul omnium rerum terror oculis auribuſque eſt offuſus. Exercitus qui corona concionem circumdederat, gladiis ad ſcuta concrepuit, &c.* Quapropter & venatoribus elephantorum obſervari ſcribit Ælian. hiſt. anim. 8. 10. Eodemque opere 16. 25. tradit, Perſas, ne ſtrepitum ejuſmodi paveſcerent, equos ſuos adſuetudine condoceſeciſſe; quod ſi feciſſent Scythæ fratres, equos eorum terrere non potuiſſet Ajax, & pedeſtre certamen inire coactos vincere. apud Philoſtratum in Heroïcis. *Idem.*

15 *Imperii vires*] *Vices* malim cum Acidalio & Freinshemio.

16 *Conclave adſervari*] Mſſ. *obſeravari.* unde Palmerius *obſerari.* quod verbum hic optime convenire judicat Freinshemius. & firmatur è ſeq. verſu; *clauſtra perfracta ſunt.* Et ſane facilis eſt verborum illorum permutatio.

Ptolemæus quoque] Eundem etiam Pauſanias in Atticis affirmat, *Alexandro mortuo, iis qui ad Aridæum Philippi F. regnum univerſum deferebant, reſtitiſſe, regnumque in plures dividendi auctorem in primis extitiſſe.*

18 *Demptis galeis*] Quod & fecit Craterus, in prælio quo occiſus eſt. Arrianus apud Photium. Item Sacrovir apud Tacitum 3. 41.

Qui cum Perdicca erant] In Græco auctore, unde hæc tranſtulit Curtius, videtur fuiſſe, τὸν περὶ Περδίκκαν, ut ex toto negotio hic prodiret ſenſus: *precari Perdiccam cæpere, ut abſtineret bello, regique & pluribus cederet. Prior Perdicca cum ſuis arma depoſuit, regique idem fecere.* Freinsh.

19 Ni

erant, cœpere, *ut abſtinerent bello, regique & pluribus cederent.* Primus Perdicca arma depoſuit; cete- 19
rique idem fecere. Meleagro deinde ſuadente *ne à corpore Alexandri diſcederent*; inſidiis locum quæri rati, diverſa regiæ parte ad Euphratem fugam intendunt. Equitatus, qui ex nobiliſſimis juvenum con- 20
ſtabat, Perdiccam & Leonnatum frequens ſequebatur; placebatque *excedere urbe, & [a] tendere in campos.* Sed Perdicca ne pedites quidem ſequuturos ipſum 21
deſperabat: itaque ne abducendo equites abrupiſſe à cetero exercitu videretur, in urbe ſubſtitit.

INTERPRETATIO.

a *Caſtra in agris ponere.*

NOTÆ.

19 *Ne à corpore*] Raderus, neſcio quo auctore, negationem expulit: voluitque Meleagrum ſuaſiſſe Perdiccæ ut diſcederent à corpore Alexandri, quo nimirum facilius circumvenirentur, quos defuncti regis reverentia hactenus texiſſet. Sed certe præſtat ille ſenſus, *ne diſcederent*: Sic enim putabant, ſe certo loco, velut carceri includi, ubi, quando inimicis libuiſſet, injuriæ opportuni forent. Nam de reverentia defuncti regis ſupervacuum eſt dicere, quum jam effracta clauſtra, commiſſam pugnam, illata viciſſim acceptaque vulnera legeris. Deinde credibile magis eſt, ne à corpore diſcederent ſuaſiſſe, ut ſcilicet tanquam honoris cauſa defuncto hærerent, ut apud Tacit. 3. 5. nam locum ejuſdem 1. 7. huc non trahendum, in notis ad locum iſtum defendi. *Idem.*

20 *In campos*] Alii *in campos. Et Perd.* Vnde Freinshemius, *in campo: ſed, &c.*

21 *Abrupiſſe*] Forte *abrupiſſe ſe.*

CAP. VIII.

Primarii duces Meleagri artibus occurrunt. Aridæus autem, pacis ſtudioſus, tumultum componere media quadam ratione conatur.

AT Meleager regem monere non deſtitit, *jus* 1
imperii Perdiccæ morte ſanciendum eſſe: ni occupetur impotens animus, res novaturum. Meminiſſe

NOTÆ.

1 *Meminiſſe eum*] Perdiccam. falſus eſt qui hoc *eum* ad Aridæum refert. ſequentia ſatis id evincunt.

Ne-

2 *miniſſe eum quid de rege meruiſſet, neminem autem ei ſatis fidum eſſe, quem metuat.* Rex patiebatur magis, quam adſentiebatur. Itaque Meleager ſilentium pro imperio habuit, miſitque regis nomine, qui Perdic-
3 cam accerſerent. iiſdem mandatum, *ut occiderent, ſi venire dubitaret.* Perdicca nunciato ſatellitum adventu, ſexdecim omnino pueris regiæ cohortis comitatus in limine domus ſuæ conſtitit; caſtigatoſque, & *Meleagri mancipia* idemtidem adpellans, ſic animi vultuſque conſtantia terruit, ut vix mentis compotes fu-
4 gerent. Perdicca pueros *equos* juſſit *conſcendere*; & cum paucis amicorum ad Leonnatum pervenit; jam firmiore præſidio vim propulſaturus, ſi quis infer-
5 ret. Poſtero die indigna res Macedonibus videbatur, Perdiccam ad mortis periculum adductum; & Me-
6 leagri temeritatem armis ultum ire decreverant. atque

NOTÆ.

Neminem autem ei ſatis fidum eſſe quem metuat] Curtius lib. 5. *Nemo fideliter diliget, quem faſtidit.* P. Syrus: *Amor miſceri cum timore non poteſt.* Idem Macrob. 1. Saturn. 11. *Laccenius.*

2 *Patiebatur magis, quam adſentiebatur*] Non tam conſilio, quam ignavia, & imbecillitate animi. ut in ipſum quoque jure expetat Vitellianum elogium, *non jam imperator, ſed tantum belli cauſa erat.* Tacit. H. 3. 70. Quantum diverſus ab eo frater? qui *mori mavult quam precario rex eſſe*, ſup. 9. 2. Interdum tamen acres etiam principes multa præter animi ſui ſententiam pati coguntur, quomodo Tacit. 1. 10. prodit, Auguſtum *multa Antonio, dum interfectores patris ulciſceretur, multa Lepido conceſſiſſe.* Freinsh. Vnde Meleager ſilentium pro imperio habuit, Cicero lib. 11. F. ep. 7. *Voluntas ſenatus pro auctoritate haberi debet: quum auctoritas impeditur metu.* Ne tamen ſilentium ſpeciem conſenſus habeat, & ſub eo velo prava admittantur, præſtat animi ſententiam diſerte promere, quam per calliditatem, metum aut ignaviam occultare. vide Sueton. in Claud. cap. 29. quandoque tamen ea tempora incidunt, ut quæ nec probari debent, nec mutari poſſunt, tamen pati cogaris: ut Tullius de Planco notat lib. 10. ep. 3. *Laccen.*

Silentium pro imperio habuit] Vulgo *qui tacet conſentire videtur.* utique ſi poſſet contradicere. Imbecillis autem ſtulteque verecundi ſilentii nonnulla exempla, interque ea, hoc ipſum Aridæi, refert Gruterus ad iſta Liv. 42. 1. 8. *ſilentium nimis aut modeſtum, aut timidum.*

3 *Animi vultuſque conſtantia terruit*] Non diſſimile exemplum eſt apud Sicul. 19. 51. de Olympiade, ad quam interficiendam cum Caſſander ducentos ſatellites miſiſſet, omnes ejus conſpectu & majeſtate territi refugerunt. Iam de Mario Velleius 2. 19. ad quem interficiendum miſſus cum gladio ſervus publicus, natione Germanus, qui forte (ab) imperatore eo bello

que ille ſeditione proviſa, quum regem adiſſet, interrogare eum cœpit, *an Perdiccam comprehendi ipſe juſſiſſet.* ille *Meleagri inſtinctu ſe juſſiſſe* reſpondit. *Ceterum non debere tumultuari eos; Perdiccam enim vivere.* Igitur concione dimiſſa Meleager equitum maxi- 7
me defectione perterritus, inopſque conſilii (quippe in ipſum periculum reciderat, quod inimico paulo ante intenderat) triduum fere conſumpſit incerta conſilia volvendo. Et priſtina quidem regiæ ſpecies manebat. nam & legati gentium regem adibant: 8
& copiarum duces aderant: & veſtibulum ſatellites armatique compleverant. Sed ingens ſua ſponte mœ- 9
ſtitia ultimæ deſperationis index erat: ſuſpectique invicem non adire propius, non conloqui audebant, ſecretas cogitationes intra ſe quoque volventes, &

ex

NOTÆ.

bello Cimbrico captus erat, ut agnovit Marium, magno ejulatu, expromenti indignationem caſus tanti viri, abjecto gladio, profugit e carcere. Scripſere de eodem Mario Val. Max. 2. 10. Plut. in ejus vita cap. 65. & Appian. de bell. civilibus. *Rad.* Adde Iuſtin. 32. 1. de Philopœmene: de Pyrrho, Plutarch. in vita cap. 72. de Dario, eundem in Artaxerxe cap. 47.

6 *Seditione proviſa*] Aldini exemplaris lectionem hic ſequimur, cui & Mſſ. favent. at illa vulgatis aliis. Acidálioque maxime diſplicet. omnia igitur mutarunt, voluntque regem à militibus interrogatum, non à Meleagro. quod quidem ipſis plane abſurdum videtur. Ergo ut ſuam ſententiam tueantur, illud *proviſa* mutarunt in *profeſſa*, aliaque fecere, quæ nunc non exequor. Tantum aio recte ſcribi: *Atque ille ſeditione proviſa, cum regem adiſſet, interrogare eum cœpit, an Perdiccam comprehendi ipſe juſſiſſet? Ille Meleagri inſtinctu ſe juſſiſſe reſpondit.* Totum negotium ſic ſe habuerit. Leonnatus cum equitibus in campos ſe receperat: at Perdicca, ſperans pedites quoque ſe pellecturum, in urbe ſubſtitit. ubi Meleagri inſidiis peritus, ad Leonnatum & equites ſe recipit. Interim percrebuerat rumor, Perdiccam juſſu Meleagri interemptum eſſe. Macedones igitur, pedites inquam, indigne ferentes viri tam clari gravem casum, ut eſt vulgus mutabile ſubitis, conceptum paulo ante odium in commiſerationem viri vertit, & præ ſe fert velle necem ejus ulciſci. Eam rem in ſuam perniciem erupturam prævidens Meleager, adit regem, & militibus coram interrogat, an Perdiccam prehendi ipſe juſſiſſet? ſperans, confitente rege, omnem invidiam, omneque periculum poſſe declinari. Quo fere fine Tiberius apud Tacit. 1. 8. quærit ex Meſſala, *num ſe mandante eam ſententiam dixiſſet?* ad invidiam, inquam, appetitæ dominationis evitandam, ſi ejus ſententiæ alium auctorem, ipſo confitente, poſſet oſtendere. *Friensh.*

9 *Intra ſe quoque volventes*] Vel *quiſque volventes*, vel *quoque* (id eſt, unoquoque) *volvente* legendum putat Acidalius.

ex comparatione regis novi, deſiderium excitaba-
10 tur amiſſi. *Vbi ille eſſet, cujus imperium, cujus auſpicium ſequuti erant*, requirebant. *deſtitutos ſe inter infeſtas indomitaſque gentes, expetituras tot cladium ſuarum pœnas, quandocumque oblata eſſet occaſio.* His co-
11 gitationibus animos exedebant, quum annunciatur *equites, qui ſub Perdicca eſſent, occupatis circa Babylonem campis, frumentum, quod in urbem invehebatur, retinuiſſe.* Itaque inopia primum; deinde fames
12 eſſe cœpit; & qui in urbe erant, *aut reconciliandam gratiam cum Perdicca; aut armis certandum eſſe* cenſe-
13 bant. Forte ita acciderat, ut qui in agris erant, populationem villarum vicorumque veriti, confugerent in urbem: oppidani, quum ipſos alimenta deficerent, urbe excederent: & utrique generi tutior
14 aliena ſedes, quam ſua videretur. Quorum conſternationem Macedones veriti, in regiam coëunt; quæque ipſorum ſententia eſſet, exponunt. Placebat autem *legatos ad equites mitti de finienda diſcordia, ar-*
15 *miſque ponendis.* Igitur à rege legatur Paſas Theſſalus, & Amiſſas Megalopolitanus, & Perilaüs: qui quum mandata regis edidiſſent; *non aliter poſituros arma equites, quam ſi rex diſcordiæ auctores dedidiſſet*, tu-
16 lere reſponſum. His renunciatis ſua ſponte milites arma capiunt; quorum tumultu è regia Philippus ex-

NOTÆ.

Ex comparatione regis novi] Sic apud Suetonium Calig. 6. *auxit gloriam deſideriumque defuncti* (Germanici) *etiam atrocitas inſequentium temporum.* Plutarch. extremo Artaxerxe: *Clemens habitus eſt & populorum amans, præcipue ob filium Ochum, qui ſævitia & atrocitate omnes ſuperavit.* Plura forte aliquando ad iſta Tacit. 14. 51. de Burro: *civitati grande deſiderium ejus manſit, per memoriam virtutis, & ſucceſſorum alterius ſegnem innocentiam,* (quod apprime quadrat in Aridæum) *alterius flagrantiſſima flagitia & adulteria.* Freinsh.

12 *Fames eſſe cœpit*] Tentat Acidalius, nec tamen probat, *fames excepit.*

13 *Tutior aliena ſedes*] Non omnino diſſimile, quod & miratur Tacit. 2. 17. 3. & idem H. 3. 85. 2. Scilicet *omnia metuenti præſentia maxime diſplicent.*

16 Nam

excitus, *Nihil*, inquit, *seditione est opus. nam inter se certantium præmia, qui quieverint, occupabunt. Simul* 17
mementote rem esse cum civibus; [a] *quibus spem gratiæ cito abrumpere ad bellum civile properantium est. Altera le-* 18
gatione an mitigari possint, experiamur: & credo nondum regis corpore sepulto, ad præstanda ei justa omnes esse coituros. Quod ad me attinet, reddere hoc imperium 19
malo; quam exercere civium sanguine: & si nulla alia concordiæ spes est, oro quæsoque eligite potiorem. Obor- 20
tis deinde lachrymis diadema detrahit capiti; dextram, qua id tenebat, protendens, ut *si quis se digniorem profiteretur, acciperet.* Ingentem spem indo- 21
lis ante eum diem [b] fratris claritate suppressam, ea moderata excitavit oratio. itaque cuncti instare cœperunt, *ut qua agitasset, exsequi vellet.* Eosdem rur- 22
sus legat petituros, *ut Meleagrum tertium ducem acciperent.* Haud ægre id impetratum est. nam & abducere Meleagrum Perdicca à rege cupiebat; & unum

INTERPRETATIO.

a *Quibus si spem pacis adimitis, civile bellum accelerabitis.*
b *Quam Alexandri gloria hactenus obscuraverat.*

NOTÆ.

16 *Nam inter se certantium præmia*] Sallust. Iug. 79. *ne mox victis victoresque defessis alius aggrederetur, per inducias sponsionem faciunt.*

17 *Civibus; quibus spem gratiæ cito abrumpere ad bellum civile properantium est*] Tacitus 4. Hist. *Plerique interficiendos censebant, turbidos, infidos, sanguine ducum pollutos: Vicit ratio parcendi: ne sublata spe veniæ, pertinacia accenderentur.* Loccen.

18 *Altera legatione*] Cassiodor. Var. 3. ep. 4. *Impatiens sensus est, ad primam legationem protinus arma movere.*

19 *Reddere hoc imperium malo, quam exercere civium sanguine*] Si hoc ex animo prolatum, est exemplum modesti, fidi & quietis publicæ amantis animi, malle nullum imperium quam eruentum. Pari nomine Xiphilinus laudat M. Salvium Othonem, quod negaverit se imperium vitamque tanti facere, ut belli civilis ullam occasionem daret. Tacit. 3. Hist. *Apud sapientes cassa habentur, quæ neque dari neque accipi salva rep. possunt.* Loccen.

21 *Fratris claritate suppressam*] Acidalius mavult *suppressa*: quod Freinshemius probat, præsertim si & sequentia leviter emendes: *Ingentem spem indolis, ante eum diem fr. cl. suppressa, in eo moderata excitavit oratio.* Si tamen pro *spem* legas *speciem*: quæ sæpe se invicem loco pellunt, quadrabit *suppressam.*

23 unum duobus imparem futurum esse censebat. Igitur Meleagro cum phalange obviam egresso, Perdicca equitum turmas antecedens occurrit. Vtrumque agmen mutua salutatione facta coit; in perpetuum, ut arbitrabantur, concordia & pace firmata.

CAP. IX.

Perdiccas Meleagrum & trecentos fere alios, qui eum secuti fuerant, dolo opprimit.

1 SED [a] jam fatis admovebantur Macedonum genti bella civilia. Nam & insociabile est regnum; & à pluribus expetebatur.
2 Primum ergo conlegere vires; deinde disperserunt: &

INTERPRETATIO.

a *Iam fata properabant movere inter Macedonas bellum civile.*

NOTÆ.

1 INsociabile est regnum; & à pluribus expetebatur] Ita Alexander Dario pacem petenti respondet supra 4. 11. ex Iustino 11. 12. *neque mundum posse duobus solibus regi, neque orbem summa duo regna salvo terrarum statu habere.* Ita Ennius quoque apud Ciceronem offic. 1. 8. *Nulla sancta societas nec fides regni est.* Homer. Iliad. 2. 204.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω,
Εἷς βασιλεύς.

Vbi Scholiastes. Hanc causam esse voluit (ut ex Aristotele annotavit Delrius) Musæus, cur aquila tres pullos excludens duos nido deturbet, unum educet. Senec. in Agamemn. vers. 259.

Nec regna socium ferre, nec tedas sciunt.

Lucan. 1. 93.

Nulla fides regni sociis, omnisque potestas
Impatiens consortis erit.

Statius Theb. 1. 129.

——— *& summo dulcius unum*
Stare loco, sociisque comes discordia regnis.

Idem suprema docet, apud Matth. 12. 25. Veritas: *Omne regnum in se divisum desolabitur.* Eleganter etiam Cyprianus; *unquam regni societas aut cum fide cœpit, aut sine cruore cœpit? (desiit?)* Hinc illa Ciceronis in Cæsarem invectio, quam primo de officiis legas. *Raderus.* Inde apud Tacitum 13. 17. Neroni Britannicum opprimenti *plerique ignoscebant, antiquas fratrum discordias, & insociabile regnum existimantes.* Adde Lipsi. polit. 2. 2. Clapmar. arcan. cap. 22. & latissime Tiraquel. de jure primogen. 4. 13. & seqq. Nihil minus sociorum patiens est quam torus & regnum; & ille tamen societatis principium, hoc complementum vel incrementum est. *Loc.*

Conlegere vires] Mss. *Conisere.* quod possis

& quum pluribus corpus, quàm capiebat, oneraſſent; cetera membra deficere cœperunt: quodque imperium ſub uno ſtare potuiſſet: dum à pluribus ſuſtinetur, ruit. Proinde jure meritoque populus 3
Romanus *ſalutem ſe principi ſuo debere* profitetur, cui noctis, quam pene ſupremam habuimus, novum ſidus inluxit. Hujus hercule, non ſolis ortus, lu- 4
cem

NOTÆ.

poſſis explicare, primo inter ſe depugnaſſe, & commiſiſſe communes vires; mox diſperſiſſe in regna plura. *Freinshem.*

Quodque imperium ſub uno ſtare potuiſſet: dum à pluribus ſuſtinetur, ruit] Guil. Barclaus lib. 1. de reg. poteſtate p. m. 226. *Ferunt qui res Polonorum literis mandarunt, poſtquam à primo ejus gentis rege Lecho, & ejus poſteritate, centum & quinquaginta circiter annos fuiſſet regnatum, deficiente tandem ſtirpe regia, ſummam gubernationis publicæ ad Duodecim viros vulgo Vayvodas dictos, fuiſſe delatam. Qui licet initio ſuſceptæ adminiſtrationis ſpecimen aliquod egregium procurationis reip. ediderant, tamen brevi poſt muneris ſui oblivi, cum ambitionis, tum res ſuas familiares ampliſicandi ſtudio, ita diſcordibus inter ſe animis rempubl. vexabant, ut niſi Populus univerſus de republ. ad regnum revocanda conventum celeriter indixiſſet, miſera omnium ordinum confuſio, belliquæ civilis funeſti exitus ſubſequuti fuiſſent. Id enim regno ſæpe, quod alii vix ulli rei accidit, ut, quod imperium ſcilicet ſub uno ſtare poſſet, dum à pluribus ſuſtinetur, ruat.* Locc.

3 *Proinde jure*] Hic eſt locus, unde potiſſimum de Curtii noſtri ævo conjectura capitur. De qua re cum diverſæ doctorum opiniones ſint, eam quæ Veſpaſiani temporibus adſcribit, meliorem deprehendiſſe videor: hoc etiam argumento, quod Auguſto poſteriorem fuiſſe conſtet ex eo, quod plurimis locis Diodorum aperte, non ſecus atque Polybium Livius, interpretatus eſt: priorem autem Trajano conjicio ex iis quæ de mari rubro adfert. omnia ex antiquis petita; cum ſub Trajano tamen eo uſque pateret imperium, & quædam magis comperta afferri potuiſſent, ipſiuſque principis, aut Romani certe populi, honorifica haberi mentio; quam per optimam occaſionem non videatur omiſſurus fuiſſe. Cum iis qui ſub Auguſto vixiſſe putant, ſentit Wolfius rer. memor. centur. 1. & ſentire videtur Barthius ad Claudiani Rufin. 1. 275. Verum adverſar. 54. 7. non vult eſſe tam veterem ut pleriſque videtur. Ioan. Iſac. Pontanus eleganti ad Voſſium epiſtola, tendit de Trajani temporibus hæc interpretari. Verum Rutgerſii ſententiam (Veſpaſiano coævum facit) auctoris verbis apprime convenire, oſtendit clariſſimum literarum lumen Ger. Voſſius, in eximio illo opere de hiſtoricis Græcis & Latinis, Latin. 1. 28. *Freinsh.*

Novum ſidus inluxit] Similima hæc Senecæ de Claudio: *Sidus hoc quod præcipitato in profundum, ac demerſo in tenebras orbi reſulſit, ſemper luceat.* imo dicas ab alterutro deſumpta. Lipſius ad Senecæ conſol. ad Polyb. cap. 32. Agnoſcas in pluribus ſcriptoribus multa, alia aliis Curtianis componenda. quæ occurrerint, dabo. Florus præfatione, 8. *movet lacertos, & præter ſpem omnium, ſenectus imperii, quaſi reddita juventute, revireſcit.* Prudentius lib. 2. contra Symmachum, in proſopopœia Romæ:

——— *Senium omne renaſcens*
Depoſui, vidique meam flaveſcere rurſum
Caniciem.

Symmachus Epiſt. 10. 22. *Feciſtis ut*

cem caliganti reddidit mundo; quum ſine ſuo capite
5 diſcordia membra trepidarent. Quot ille tum exſtinxit faces? quod condidit gladios? quantam tempeſtatem ſubita ſerenitate diſcuſſit? Non ergo revire-
6 ſcit ſolum; ſed etiam floret imperium. Abſit modo invidia, excipiet hujus ſæculi tempora, ejuſdem do-
7 mus utinam perpetua, certe diuturna poſteritas. Ceterum ut ad ordinem, à quo me contemplatio publicæ felicitatis averterat, redeam; Perdicca unicam ſpem ſalutis ſuæ in Meleagri morte deponebat: *vanum eumdem & infidum, celeriterque res novaturum,*
8 *& ſibi maxime infeſtum occupandum eſſe.* Sed alta diſſimulatione conſilium premebat; ut opprimeret incautum. Ergo clam quoſdam ex copiis, quibus præerat, ſubornavit, *ut quaſi ignoraret ipſe, conque-*
reren-

NOTÆ.

urbi cana luxuriet, in primam reducta latitiam, & ver illud quondam vigentis ætatis. Virgil. Georg. 1. verſ. 47. à fine.

Impiaque æternam timuerunt ſæcula noctem.

Quem verſum ſublegit Sedulius 2, 244. leviter mutans; *Impia perpetuam*, &c. Cic. pro Flacco cap. 40. *O nox illa, quæ pene æternas huic urbi tenebras attuliſti*, &c. Liv. 6. 17. *Non obſervatam eſſe memoriam noctis illius, quæ pene ultima atque æterna nomini Romano fuerit?* Tacit. H. 1. 11. *inchoavere annum ſibi ultimum, Reip. prope ſupremum.* Eumenius paneg. ad Conſtantium Cæſ. cap. 2. *De te igitur mihi* (obiter corrigo, *Det ig. mihi*) *Cæſar invicte, hodiernæ gratulationis exordium, divinus ille veſtræ majeſtatis ortus, ipſo quo illuxit auſpicio veris illuſtrior.* Idem.

6 *Certe diuturna poſteritas*] Ea dici potuere Veſpaſiano, non parenti modo, ſed jam avo. Sane ſimilis Curtiano iſti eſt locus Silii Italici. 3. 625. ubi Jupiter ſic Veſpaſiani hujus filium compellat:

Tunc, ô nate deûm, diveſque dature, beatas
Imperio terras patrio rege: tarda ſenectam
Hoſpitia excipient cœli, ſolioque Quirinus
Concedet, mediumque parens fraterque locabunt,
Siderei juxta radiabunt tempora nati.

Clare Domitianum, non divi modo filium appellat; ſed etiam divos daturum ait. Nec aliter Papinius Silv. 1. 1. ad eundem Domitianum:

Salve magnorum proles genitorque deorum.

Item 4. 3.

Salve dux hominum, & parens deorum.

Quare palpus iſte Curtii optime convenit Veſpaſiano; non item Trajano ἀναχρ. *Voſſius.*

7 *Forte deponebat*] Freinshemius mavult *morte ponebat.*

8 *Sed alta diſſimulatione conſilium premebat*] Dolus hoſtium frequens, occultam vim premere, donec occaſio ſit proferendi. Ita Polybius de Philippo lib. 5. quod diſſimulaverit aſtute mentem, donec maturum eſſet conſilium in inſidiatoribus & hoſtibus opprimendis. *Locen.*

9 *Oſten-*

verentur palam, Meleagrum aquatum esse Perdiccæ. Quorum sermone Meleager ad se relato, furens ira, Perdiccæ quæ comperisset, exponit. Ille velut nova re exterritus, admirari, queri, dolentisque speciem ostentare ei cœpit; ad ultimum convenit, *ut comprehenderentur tam seditiosæ vocis auctores.* Agit Meleager gratias, amplexusque Perdiccam, *fidem ejus in se, ac benevolentiam* conlaudat. Tum communi consilio rationem opprimendi noxios ineunt. placet *exercitum patrio more* [a] *lustrari.* & probabilis causa videbatur præterita discordia. Macedonum reges ita lustrare soliti erant milites, ut discissæ canis viscera ultimo in campo, in quem deduceretur exercitus, ab

9 10 11 12

INTERPRETATIO.

a *Expiari.*

NOTÆ.

9 *Ostentare ei cœpit*] Suffecerat *ostentare*, nec dubitat Freinshemius quin reliqua sint ab aliena manu. Mss. tamen tenent.

12 *Lustrare soliti erant milites*] Illustrat hunc Curtii locum Io. Meursius Vir Græce Latineque egregie doctus, in Græcia Feriata, voce *Xantica*, his verbis: ΞΑΝΘΙΚΑ *Macedones celebrabant, eratque militum lustratio.* Hesychius: Ξανθικὰ, ἑορτὴ Μακεδόνων, Ξανθικοῦ μηνὸς, ἢ Ξανθικῇ ἀγορᾷ. ἦν δὲ καθάρσιον τῶν στρατευμάτων. Sed corruptus ille locus. *Nam cur Xanthici mensis nomen his commemorat? deinde, quonam mensis die actum festum? Rejicio illud posterius* Ξανθικῇ, *à librario ascitante geminatum, & restituo,* Ξανθικοῦ μηνὸς ἀ ἀγορᾷ. *Nempe ad diem VIII Xanthici* [quem Aprili fere respondere putant] *celebrari id festum solitum Hesychius scripserat. De lustratione militum, quod subjungit, tunc peracta; eam ita describit Liv.* 40. 6. Forte lustrandi exercitus venit tempus; cujus solenne est tale. Caput mediæ canis præcisæ & prior pars ad dextram cum extis, posterior ad lævam viæ ponitur: inter hanc divisam hostiam copiæ armatæ traducuntur. præferuntur primo agmini arma insignia omnium ab ultima origine Macedoniæ regum, deinde rex ipse cum liberis sequitur: proxima est regia cohors: custodesque corporis: postremum agmen Macedonum cetera multitudo claudit. Mos erat, lustrationis sacro peracto, exercitum decurrere; & divisas bifariam duas acies concurrere ad simulacrum pugnæ. *Et mox* 40. 13. *in Demetrii Oratione ad patrem Philippum.* Quis dies? quo lustratus exercitus, quo inter divisam victimam, prælatis omnium qui unquam fuere Macedoniæ regum armis regiis, duo soli, tua tegentes latera, pater, prævecti sumus, & secutum est Macedonum agmen. *De eadem lustratione, sed non adeo plene, Curtius*, &c. *Raderus.*

Vltimo in campo] Partes illæ præcisæ utrimque in ultimis campi illius, in quo lustrabatur exercitus, partibus ponebantur. *ultimo* ergo hic pro extremis campi partibus accipitur. *Raderus.* Ponebantur in dextro sinistroque latere, aut quasi margine, campi.

ab utraque abjicerentur parte : intra id ſpatium armati omnes ſtarent, hinc equites, illinc phalanx.
13 Itaque eo die, quem huic ſacro deſtinaverant, rex cum equitibus elephantiſque conſtiterat contra pedi-
14 tes, quîs Meleager præerat. Iam equeſtre agmen movebatur, & pedites ſubita formidine ob recentem diſcordiam, [a]haud ſane pacati quidquam exſpectantes, parumper addubitavere, *an in urbem ſubduce-*
15 *rent copias?* quippe [b]pro equitibus planicies erat. Ceterum veriti ne temere commilitonum fidem damnarent; ſubſtitere, præparatis ad dimicandum animis, ſi quis vim inferret. Iam agmina coibant, parvumque intervallum erat, quod aciem utramque divide-
16 ret. Itaque rex cum una ala obequitare peditibus cœpit, *diſcordiæ auctores*, quos tueri ipſe debebat, inſtinctu Perdiccæ *ad ſupplicia* depoſcens: minabaturque *omnes turmas cum elephantis inducturum ſe in recu-*
17 *ſantes.* Stupebant improviſo malo pedites: nec plus in ipſo Meleagro erat aut conſilii, aut animi. tutiſſimum ex præſentibus videbatur, [c]exſpectare potius, quam

INTERPRETATIO.

a *Nihil amicum* ab equitibus *ſperantes.*
b *Planus campi ſitus erat opportunus equitatui.*
c *Opperiri* qualemcumque *ſortem potius quam* illam *accerſere.*

NOTÆ.

13 *Rex cum equitibus elephantiſque conſtiterat contra pedites*] Iam hoc erat ſuſpectum phalangi; quod Rex contra morem, cum equitatu contra pedites in campo ſtaret. nam alias primum inſignia gentis regumque omnium Macedoniæ primo equitum agmini præferebantur. deinde Rex cum regia cohorte & cuſtodibus corporis ſequebatur. phalanx demum totum agmen & pompam claudebant. tum decurſiones & ſimulacra belli fiebant. *Raderus.*

14 *An in urbem ſubduceret copias*] Animadvertit Meleager cum ſua phalange non ludicram decurſionem, ſed ſeriam pugnam & prælium imminere. proinde ne ab equitatu in patenti campo circumvenirentur & opprimerentur, ad urbem redeundum exiſtimabant. Ne tamen receſſu ſuo cauſam darent Regi, equitibus & Perdiccæ; deque illorum fide dubitaſſe viderentur, in campo perſtitere, vim vi repulſuri, ſi quis quid contra illos moliretur. *Raderus.*

17 *Improviſo malo*] Medios delapſi in hoſtes, quos amicos putabant.

Tutiſſimum ex præſentibus videbatur] Si ſe tibi fortuna ex voto dare nolit,

m2

Digitized by Google

quam movere fortunam. Tum Perdicca ut torpentes 18
& obnoxios vidit; CCC fere, qui Meleagrum erumpentem ex concione, quæ prima habita eſt poſt mortem Alexandri, ſequuti erant, à ceteris diſcretos, elephantis in conſpectu totius exercitus objicit; omneſque belluarum pedibus obtriti ſunt, nec prohibente Philippo, nec auctore. adparebatque [a] id 19
modo pro ſuo vindicaturum, quod adprobaſſet eventus. Hoc bellorum civilium Macedonibus & omen & principium fuit. Meleager ſero intellecta fraude 20
Perdiccæ, tum quidem, quia ipſius corpori vis non adferebatur, in agmine quietus ſtetit: at mox; damnata ſpe ſalutis, quum ejus nomine, quem ipſe fecerat regem, in perniciem ſuam abutentes videret inimicos; confugit in templum: ac ne loci quidem religione defenſus, occiditur. 21

INTERPRETATIO.

a *Philippum nihil approbaturum* tanquam *ſe auctore factam, quam quod exitus* felix *approbaret.*

NOTÆ.

tu te illi decenter accommodabis: ita commodius feres. Scalig. lib. 3. Epidorp.

Ne quare tibi res fieri, ut velis & optes.

Optes potius res tibi velle, quomodo ſunt.

Non illa movebis? nec ea ipſa te movebunt. Loccen.

21 *Ejus nomine*] *Rex nomine eſt quis ſæpe, vim alter obtinet*, inquit ſenarius apud Gruterum, quem ex Tacit. 6. 43. ſubjicit: *Tum Hiero puritiam Tiridatis increpat: neque penes Arſacidem imperium, ſed inane nomen: apud imbellem externa mollitia, vim in Abdageſis domo.* Conſulatur Plin. orat. ad Trajan. cap. 88. *Raderus. Abutentis* editi, pro *abutentes*, ut in Mſſ. fere ſemper ſcribi comperio: quod hoc loco monuiſſe, in ſimilium etiam patrocinium valere poſtulo. *Freinsh.*

Loci quidem religione defenſus] Nihil ſacrum aut religioſum impiis & hoſtibus. Sic Virg. Æn. 2. 560. Pyrrhus Priamum,

——— *altaria ad ipſa trementem*
Traxit, &c.

[Adde Xenophont. lib. 6. hiſt. Græc. de Mantineis in templum Dianæ confugientibus.] Modeſte & pie Alexander ſup. 4. 4. victoria in Tyrios uſus. De aris & aſylis templorum ſtatuarumque copioſe Alexander Neapol. 3. 20. De confugiis Chriſtianorum etiam juriſconſulti. Alii tamen ſcriptores, Iuſtin. Arrian. Diod. Oroſ. negant interfectum, additque Diodorus, 18. 3. Lydiæ prætorem factum. *Raderus.* Alii quidem ſcriptores interfectum nec tradunt, nec negant: at Diodorus expreſſe affirmat ſequenti ſtatim capite: itemque Arrianus apud Photium. *Freinsh.*

CAP. X.

Alexandri imperium in partes divisum, cujus summa Aridæo tributa: Provincia autem Magnatibus. Defuncti corpus ab amicis curatum, & tandem Alexandriam Ægypti translatum est.

1 PERDICCA perducto in urbem exercitu, consilium principum virorum habuit, in quo *imperium ita dividi placuit, ut rex quidem summam ejus obtineret; satrapes Ptolemæus Ægypti & Aphri-*

ca

NOTÆ.

1 *REx quidem summam ejus obtineret*, &c.] Aridæus toti imperio cum regia potestate, sive nomine potius, præfectus est.

Amyntæ Nicolai F. ut conjicio, *Sogdianos* accipit. Iustin. 13. 4.

Antigonus præficitur *Susis*.

Antigonus Philippi F. cum *Pamphylia* & *Lycia Phrygiam* obtinere jussus. Diodorus 18. 2. Postea vero toti fere *Asiæ* imperavit: ut fere omnes produnt.

Antipater sub Alexandro *Macedonibus*, *Thessalis*, *Thracibusque* præfuerat, supra 10. 4. Tum exercitus per *Europam* dux constituitur. Arrianus lib. 1. apud Phot. Iustinus *Macedoniam* & *Græciam*. Diodor. *Macedoniam cum vicinis populis* attributam ei ait: quod eodem recidit. Dexippus apud Photium Cod. 82. latius *universa Macedonia & Græcia, Illyriis item, & Triballis, atque Arrianis, omnibusque adeo iis, quibus in continente* [Europæ] *fuerat ab Alexandro adhuc superstite cum plena & summa potestate imperator præfectus.*

Arcesilaüs sortitur *Mesopotamiam*.

Archo Babyloniam. Diodorus.

Aridæus quidam apud Arrian. & Diodor. *Phrygia* ab Antipatro præponitur: postquam Alexandri corpus in Ægyptum transportasset.

Atropates Mediæ majori præficitur.

Axiarches. Vide *Oxyartes*.

Cassander Antipatri F. in *Cariam* mittitur.

Cleomenes additur Ptolemæo, qui provinciam *Ægypti* adsignatam illi traderet.

Clitus Lydiam accepit ab Antipatro.

Craterus Alexandri F. ex Orestide, quæ Macedoniæ pars est. Arrian. Indic. 10. 11. Alexandri jussu in Europam proficiscebatur, *Antipatri loco Macedonibus*, *Thessaliæ Thracibusque præfuturus*, sup. 10. 4. hoc interim mortuo, regiæ pecuniæ custos constitutus. *Iustin.* & cum Antipatro *Macedoniam* vicinaque regna obtinere jubetur. *Arrianus*. Curatoris etiam officio, quæque ad regiam pertinent tutelam, mandatis. *Dexippus*.

Eumenes Hieronymi F. Cardianus, Arrian. Ind. 3. 12. *Cappadociam* cum *Paphlagonia* habuit, cum præcepto *ut regionem eam usque ad Trapezunta defenderet, & bellum cum Ariarathe gereret*; qui solus detrectabat imperium Macedonum, & Alexandro alibi occupato jus regni retinuerat. *Curtius*.

Laomedon Mitylenæus Syriam cum *Phœnice*. Curtius.

Leonnatus Euni F. Pellæus; Arrian. Ind. 3. 12. *Phrygiam* minorem Hellespontо adjunctam. *Curtius*.

Lysimachus Agathoclis F. Pellæus, Arrian. Indic. 3. 12. *Thraciam adpositasque Thraciæ Ponticas gentes* obtinere jussus. *Curtius*.

Meleager Neoptolemi F. Arrian. 3. 1. secundum Curtium & Arrian. occisus

est

te gentium, quæ in ditione erant. Laomedonti Syria cum Phœnice data eſt: *Philotæ Cilicia* deſtinata: *Lyciam cum Pam-*

NOTÆ.

eſt ante diviſionem factam. quod veritati conſonum arbitror: nec enim ante hunc occiſum Perdicca tantum potuiſſet. Non ergo miror de provincia ei tradita diſſentire ſcriptores, cum ei qui non amplius in rebus humanis exſtabat, nulla fuerit adſignata. Cedrenus ergo cum Euſebianis *Paphlagoniam* ei tribuit, Diodorus *Lydiam*, Latino-barbarus *Syriam* quæ *Cœle* dicitur, *& Phœnicem.*

Menander in *Lydiam* mittitur. vel potius remittitur.

Nearchus Androtimi F. Cretenſis, Arrian. Indic. 2. 12. *Lyciam & Pamphyliam* ſortitur. *Juſtinus.*

Neoptolemeus ex Æacidarum gente, Arrian. 2. 5. *Carmania* præficitur. *Dexippus.*

Nicanor nominatur apud Iuſtinum. Cujus tamen Mſſ. magnopere turbant. Immo *Stagnorem* quendam ſignare videntur, cui & 41, 5. *Parthos* ait traditos. Ceterum *Nicanori* cuidam *Cappadociam* in altera diviſione tribuit Antipater. Arrian. lib. 9. Diod. 18. 39.

Oropius partem *Sogdianæ* tenuit. *Dexippus.*

Oxyartes ſive *Oxathres* Alexandri ſocer *Bactrianam.* Cedrenus. *Paropamiſadas.* Diodorus.

Perdiccas Orontis F. Macedo ex Oreſtide, Arrian. Indic. 3. 12. imperium dividens ſuo arbitratu; Curtius. ſibi ſumit, *ut cum rege eſſet, copiiſque præeſſet quæ regem ſequebantur.* hoc eſt, ut rex eſſet. *Curtius.*

Peuceſtas Alexandri F. Mieæus. Perſidis ſatrapa conſtitutus ab Alexandro, Arrian. 6. 5. in ea provincia remanet. *Diodorus.*

Philippus præficitur *Drangiana.* Diodorus Philippo *Bactrianam & Sogdianam* tribuit.

Philo accipit *Illyrios.* Iuſtinus. *Mediam* dant Cedren. & Euſebiana.

Philotas obtinet *Ciliciam.* Curtius. Sed provincia ei haud multo poſt adimitur. *Juſtin.* 13. 6. ob amicitiam Antigoni, ut conjicio ex Diodoro 18. 62. *Cilicia* autem imponitur.

Philoxenus, Iuſtin. ibid. Qui ſub Alexandro oræ maritimæ præfectus fuerat. *Plutarch. cap.* 37.

Phrataphernes ſub Dario quoque prætor *Hyrcanorum* fuerat, Arrian. 3. 2. dedit ſe Alexandro, apud noſtrum 6. 4. à quo in provinciam reſtituitur, 8. 3.

Pithon Agenoris F. Dexippus: *Pithon quidam horum* (Pori & Taxilis) *finitimis imperavit, exceptis Paropamiſadis.* Hujus etiam ſortem ratam habuit Antipater. *Arrian.* 9.

Pithon Cratea F. Alcomenæus. Arrian. Indic. 3. 11. *Mediam obtinere juſſus.* Curtius.

Porus regnum ſuum retinuit. *Juſtinus.*

Ptolemæus Lagi F. Eordenſis, Arrianus 6. 5. *Satrapiam Ægypti & Africæ gentium, quæ in ditione erant.* Curtius.

Seleucus Antiochi F., Iuſtin. 15. 4. *Syria* & *Babylone* potitur. *Cedrenus.* quod quidem Arrianus & Diodor. 18. 3. docent in poſteriori diviſione demum accidiſſe.

Sibyrtius nanciſcitur *Arachoſiam* & *Gedroſiam.* Diodor.

Staſander Cyprius conſequitur *Ariam* & *Drangianam* ab Antipatro. *Diod.*

Taxiles regnum ſuum retinuit.

Ptolemæus Pytophanis F. Carmaniam, Alexandro largiente, tenuit. *Arrian.* 6. 5.

Nunc provincias, &c. percurramus. Notandum autem plurimam iſtarum provinciarum partem brevi in pauca regna ceſſiſſe: Macedoniæ Antipatri, Aſiæ Antigoni, Ægypti Ptolemæi, Syriæ Seleuci, Thraciæ Lyſimachi, & Indiæ Sandrocotti. qui ceteros commilitones ſuos potentia vitaque multum ſupergreſſi feruntur. Igitur

Ægyptus

Digitized by Google

Pamphylia & majore Phrygia obtinere juſſus *Antigonus: In Cariam Caſſander, Menander in Lydiam miſſi. Phry-*

NOTÆ.

Ægyptus ab Alexandro pluribus præſidibus credita, Curtius 4. 8. poſt mortem ejus tota traditur *Ptolemæo.*

Africa etiam, quoad perdomita erat, eidem tribuitur.

Agriani juſſi *Cratero* & *Antipatro* parere; poſt mortem Crateri cum ceteris Macedonici regni acceſſionibus, in unius *Antipatri* arbitrium concedunt.

Arabia quatenus perdomita fuerat, *Ptolemæo* aſſignatur. Majorem tamen ejus partem *Seleucus* tenuit, Appiano teſte.

Arachoſia diu ſub *Sibyrtio* fuit. poſtea acceſſit etiam imperio *Seleuci.*

Arbelitis regio apud Diodor. 18. 39. & Arrian. lib. 9. *Amphimacho* traditur; mox cum vicinis regionibus in *Seleuci* poteſtatem concedit.

Aria Staſanori primum à Perdicca: deinde ab Antipatro *Staſandro* ſubjicitur. Inter utramque diviſionem biennio minus interfuit.

Armeniam Neoptolemo obveniſſe Juſtinus videtur tradere, ſive potius *Neoptolemo*, ut in eo nomine diſquiſitum eſt nobis poſtea & ipſa conceſſit in *Seleuci* ditionem. *Appianus.*

Aſia minor *Antigono* fere tota diu paruit. cujus ἐπίτροπος & curator factus fuerat Appian. ſed &

Aſſyria aliquamdiu.

Babyloniam prius *Archon* habuiſſe videtur: mox *Seleucus*, qui etiam invaſum *Antigono* recuperavit. Appianus.

Bactriana ulterior, priores præfectos retinuit. Inter quos eminebat *Oxathres* vel *Oxyarthes*, Alexandri ſocer. Ergo totam poſtea poſſediſſe fertur *Seleucus.*

Cappadocia Eumeni data eſt vel potius dicta: nam tum in hoſtium erat poteſtate. Probus. Ariarathis nimirum. Quo interfecto, ademptæ provinciæ *Nicanor* quidam præficitur. Poſtremo *Seleucus* obtinuit.

Caria data *Caſſandro*: mox *Eumeni.* Juſtin. 13. 6. cui illam cum vita extorſit *Antigonus.*

Carmania commiſſa *Neoptolemo.* videtur mox *Seleuci* imperio acceſſiſſe.

Cherroneſus Thracia *Lyſimacho* paruit. Arrianus.

Cilicia Philotæ primum, mox *Philoxeno* tradita. Ad poſtremum *Seleucus* ea potitus eſt.

Drangiana Philippo obvenit, plures *Staſanori* tribuunt. Altera diviſione *Staſandro* fuit commiſſa.

Epirus cum Macedonia adhæſit *Antipatro.*

Gedroſiam Sibyrtius habuit.

Græciam Antipater: dein *Polyperchon.* Juſtinus 13. 6. A quo tranſlata in *Caſſandrum* filium.

Hyrcania Phratapherni manſit. quo pullo aut mortuo adjicitur imperio *Seleuci.*

Illyrii cum Macedonia manſerunt penes *Antipatrum.*

India major pars ſub *Taxile* & *Poro* manſit: adjectis etiam aliis quæ prius non poſſederant.

Iſauria Philotæ tribuitur, cum Cilicia.

Lycaonia Antigono data. Arrian. l. 9. unaque vicina *Lycia.*

Lydia ceſſit in ditionem *Antigoni*, ejecto *Clito*, quem Antipater præfecerat. Diodor. 18. 52.

Macedonia demandatur *Cratero* & *Antipatro.* penes quem poſt mortem illius manet, & in *Caſſandrum* tranſmittitur.

Mediam Atropates rexit. Ideo quamvis *Pithon* Mediæ præficeretur, ipſe tamen permiſſu Macedonum, dein etiam invitis ipſis, portionem ejus tenuit, quæ ab ipſo vocata fuit Atropatia. Strabo lib. 11. Cetera *Seleucus* poſtea occupavit, occiſo *Antigoni* Satrapa *Nicatore*, ſecundum Appianum.

Meſopotamia poſt *Arceſilaum* & *Am-*

Phrygiam minorem Helleſponto adjunctam Leonnati provinciam eſſe juſſerunt. *Cappadocia Eumeni cum Paphlagonia* ceſſit. Præceptum eſt, *ut regionem eam uſque ad Trapezunta defenderet, bellum cum Arbate gereret.* ſolus hic detrectabat imperium. *Python Mediam, Lyſimachus Thraciam, adpoſitaſque Thracie Ponticas gentes obtinere* juſſi. *Qui Indiæ, quique Bactris & Sogdianis, ceteriſque aut Oceani aut rubri maris accolis præerant, quibus quiſque finibus habuiſſet, imperii etiam jus obtineret.* Decretum eſt, *ut Perdicca cum rege eſſet, copiiſque præeſſet, quæ regem ſequebantur.* Credidere quidam *teſtamento Alexandri diſtributas eſſe provincias*; ſed famam ejus rei, quanquam ab auctoribus tradita eſt, vanam fuiſſe comperimus. Et qui-

3 4 5 6

NOTÆ.

Amphimachum Satrapam accipit *Blitorem*, imponente *Antigono*. Ad poſtremum *Seleuco* ſubjicitur.

Paleſtina in Euſebianis *Antigono* tribuitur. At ex Ioſepho conſtat *Ptolemæo* paruiſſe, cum vicina Syriæ parte. Ejus tamen præſidia ejecerat Antigonus; Appian. diuque inter eos, poſtea etiam inter Seleucidas Syriæ reges, & Ptolemæos Ægypti, de ejus poſſeſſione pugnatum eſt.

Pamphylia Antigono data, retentaque contra *Eumenem*. Iuſtin. 13. 6.

Paphlagonia cum Cappadocia eoſdem dominos habuit.

Paropamiſade commiſſi *Oxyarte* cui videntur à *Sandrocotto* fuiſſe erepti.

Parthia Phratapherni tradita erat: mox *Philippo*, vel ſecundum Iuſtin. *Stagnori* mandata; tandem acceſſit *Seleuco*.

Patala traduntur *Poro*. Arrian. lib. 9.

Perſidem Tripolemo quidam (*Tlepolemum* videntur velle) potiores *Peuceſta* tribuunt. Poſtea cum omnibus circa regnis *Seleuco* paruit.

Phœnice cum Syria & forte Palæſtina *Laomedonti* obvenit.

Phrygiam majorem accepit *Antigonus*; quæ ad Helleſpontum, pertinet, *Leonnatus*. *Eumeni* Perdiccas poſtea adjecerat; ſed obtinuit validior *Antigonus*: cum interim *Leonnatus* occubuiſſet.

Pontus majori ex parte *Lyſimacho* obtigit. *Eumenes* tamen etiam partem ejus acceperat.

Sogdiana Philippo prius, vel *Amyntæ* dein *Staſanori* data fuit. At Dexippus *Oropium* præficit, ignoratum aliis. Ad ultimum *Seleucus* poſſedit.

Suſiana poſt Perdiccæ finem, in præmium navatæ operæ *Antigono* traditur.

Syria Laomedonti fuerat tradita; quem *Ptolemæus* expulit: viciſſim pulſus ab *Antigono*. poſtea *Seleucus* totam obtinuit.

Tapyri, amiſſis Satrapis ſuis, cum Parthis & Hyrcanis acceſſerunt *Seleuco*, Appianus.

Thracia quidem *Lyſimacho* obvenerat, qui & magnam ejus partem obtinuit: ſuperabant tamen adhuc nationes regeſque liberi, à quorum Scutha ipſe captus fuit. *Plut. apophth. c.* 49.

Triballi cum Macedonia paruerunt *Antipatro*. Freinsh.

8 *Sordens*

quidem ſuas quiſque opes diviſis imperii partibus tuebantur. quas ipſi fundaverant, [a] ſi unquam ad-
7 verſus immodicas cupiditates terminus ſtaret. Quippe paulo ante regis miniſtri, ſpecie imperii alieni procurandi, ſinguli ingentia invaſerant regna; ſublatis certaminum cauſis, quum & omnes ejuſdem gentis eſſent, & à ceteris ſui quiſque imperii regione diſ-
8 creti. Sed difficile erat eo contentos eſſe, quod obtulerat occaſio: quippe ſordent prima quæque, quum majora ſperantur. Itaque omnibus expeditius
9 videbatur augere regna; quam fuiſſet accipere. Septimus dies erat, ex quo corpus regis jacebat in ſolio; [b] curis omnium ad formandum publicum ſta-
10 tum à tam ſolenni munere averſis. Et non aliis quam Meſopotamiæ regione fervidior æſtus exiſtit, adeo ut pleraque animalia, quæ in nudo ſolo deprehendit, exſtinguat; tantus eſt vapor ſolis & cœli,
11 quo cuncta velut igne torrentur. Fontes aquarum & rari ſunt; & incolentium fraude celantur: ipſis u-
12 ſus patet; ignotus eſt advenis. [c] Vt tandem curare cor-

INTERPRETATIO.

a *Si ullus eſſet limes* ſatis *firmus contra effrenatam* regnandi *cupidinem.*

b *Cum omnium* procerum *cogitationes converſæ forent ad imperii adminiſtrationem ordinandam*; omiſſo *tam conſueto* exequiarum *officio.*

c *Poſtquam demum per otium licuit amicis* Alexandri *ſepelire* ejus *cadaver.*

NOTÆ.

8 *Sordent prima quæque, quum majora ſperantur*] Sed præſentibus recte & modeſte utere, ſic tranquillius ages. nec majora aliquando deerunt, ſi tibi ſint ſalutaria; & ad ea vero itinere contendatur. Tullius ad Papyrium Pætum lib. 9. epiſt. 17. *Tu pro tua ſapientia debebis optare optima, cogitare difficilima, ferre quæcunque erunt.* Corbulo ad Tiridatem apud Tacit. 13. Annal. *Poſſet illi regnum ſtabile & res instrumenta contingere, ſi omiſſa ſpe longinqua & ſera, præſentem potioremque ſequeretur.* Loccen.

9 *Septimus dies erat*] Ælian. Hiſt. var. 12. 64. *triginta diebus inhumatum jacuiſſe* narrat. Fieri poteſt, ut neuter fallat. *Raderus.* Qui mox ſubjicit de corpore in Ægyptum avecto, quaſi ſentiret Ælianum triginta dies com-

pu-

corpus exanimum amicis vacavit; nulla tabe, ne minimo quidem livore corruptum videre, qui intraverant. [a] vigor quoque, qui constat ex spiritu, non destituerat vultum. Itaque *Ægyptii, Chaldæique* 13
jussi corpus suo more curare, primo non sunt ausi admovere velut spiranti manus: deinde precati, *ut jus fasque esset mortalibus adtrectare eum*; purgavere corpus, repletumque est odoribus aureum solium, & ca-

INTERPRETATIO.

a *Etiam vividus color qui ex anima* præsentia *oritur, remanserat* in corpore.

NOTÆ.

putasse à morte Alexandri, donec Alexandriæ humaretur: sed ex Diod. 18, 28. patet, biennium extractum fuisse, antequam id fieret. Luctum ea super re Olympiadis exponit Ælian. histor. var. 13. 30. Apud Lucianum in Dialmort. ait Diogeni: *Etiamnum in Babylone jaceo tertium jam diem: porro Ptolemæus ille satelles meus, si quando detur otium ab his rerum tumultibus qui nunc instant, pollicetur in Ægyptum deportaturum me.* Freinsh.

12 *Nulla tabe*] Contra Lucianus, in dial. Philippi & Alexandri, facit, *istius cadaver porrectum jacere, turgidum sane, & juxta aliorum corporum morem contactu suo omnia labefactans.* Pro Curtio tamen, & qui alii cum eo sentiunt, sit; quod constat eximia corporis temperie fuisse præditum eum hominem, ut ex ejus ore ac membris omnibus fragrantia mire suavis defluxerit, auctore Zonara, ex Plutarchi Sympos. 1. 6. *ita ut tunicula fragrantia replerentur, aromatum odorem æmulante.* Credibile tamen est, non ita plane neglectum jacuisse, præsertim in tanto æstu. id enim contra omnem morem atque rationem fuisset factum: nec impedire poterant istæ turbæ, quin saltem ad durationem melle perfunderetur: quod etiam ita gestum, non absurde propugnes, adjuvante Statio Sylv. 3. 2.

Duc etiam Æmathios manes, ubi belliger urbis
Conditor Hyblæo perfusus nectare dormit.

Fabulam autem illam fuisse sparsam verisimile est, ad eximendam opinionem de veneno regi dato. *Freinsh.*

13 *Ægyptii Chaldæique*] Morem Ægyptiorum hunc purgandi cadavera, & odoribus imbuendi, exponit diserte Herodot. 2. 86. Scripsit & Lucianus de hoc more περὶ πένθους, *de luctu.* Usi sunt veteres in condiendis corporibus mortuorum sale, nitro, cedro, asphalto, melle, cera, myrrha, balsamo, gypso, calce. Caput octavum I. Kirchmanni lib. 2. de funer. Rom. consule. Alexandrum quoque Neap. 3. 7. & Tiraquellum. *Raderus.*

Adtrectare eum] Quid, si legas *deum?* comparat enim quodammodo hic mortales cum diis. *Raderus.* Idem Freinshemio videbatur. eadem antithesis in Iustin. 2. 12. *quam nulla sint mortalium adversus deos vires.* & quod illi jus fasque esse precantur, eodem tendit, quo Vitellii adulatio apud Dionem lib. 59. qui interrogatus à Caio, num se vidisset cum Luna congredi, respondet, ὑμῖν τοῖς θεοῖς, δέσποτα, μόνοις ἀλλήλους ὁρᾶν ἔξεστι. *Solis vobis diis, domine, fas est invicem videre & conspici.* sic ergo & attrectare.

Repletumque est odoribus aureum solium, & capiti adjecta fortuna ejus insignia] Diodor. 18. 26. *cadaveri loculus*

makei

14 & capiti adjecta fortunæ ejus insignia. *Veneno necatum esse* credidere plerique: *filium Antipatri inter ministros Iollam nomine patris jussu dedisse.* Sæpe certe audita erat vox Alexandri, *Antipatrum regium adfectare fastigium*; [a] *majoremque esse præfecti opibus, ac titulo Spartanæ victoriæ inflatum, omnia à se data adse-*
15 *rentem sibi.* Credebant etiam *Craterum cum veterum*
16 *militum manu ad interficiendum eum missum.* Vim autem veneni, quod in Macedonia gignitur, talem esse

INTERPRETATIO.

a *Potentiorem esse* quam postularet *prætoris fortuna; eumque superbum victoriæ nomine de Spartanis relata, vindicare sibi cuncta quæ* ipsi *ab Alexandro data erant.*

NOTÆ.

mallei ductura ita fabricatus erat, ut probe quadraret; quam usque ad medium aromatis, quæ & fragrantiam & durationem cadaveri præberent, referserant. Supra capulum, &c. pergit exponere quod dicit Curtius, *capiti adjecta fortuna ejus insignia.* Aureum autem fuit hoc solium, ex more Persarum. de quo Brissonius. Sic apud Florum 4. 11. Cleopatra *in differto odoribus solio, juxta suum scilicet, collocavit Antonium.* Ceterum aureum istud solium diu postea sublegit Ptolemæus Cocces, aut *Coccyx* (si recte Strabonem lib. 17. emendavi in prologis Trogi) substituto vitreo. Apud Eustathium in Dionysii vers. 254. idem narratur verbis Strabonis. *Freinsh.*

14 *Veneno plerique esse*] Ex quibus hodie supersunt Iustin. 12. 14. Ovid. in Ibin. vers. 297. Suidas. Plin. 30. 16. Vitruvius 8. 3. nonnulli apud Diodor. 17. 118. Plutarch. cap. 129. Tac. 2. 73. Arrian. 7. 5. Bassianus Caracalla apud Dionem. Iornandes de reb. Get. c. 10. Ælian. hist. anim. 5. 29. Oros. 3. 20. Plutarch. de invidia cap. 5. Constantinus Manasses. Dio Chrysost. de fortuna orat. 6. 4. ex emendatione Casauboni. Pausanias in Arcadicis dubitat an veneno ex Stygis fonte perierit. Alii morbo ex vinolentia contracto decessisse tradunt; ut Ephippus apud Athenæum 10. 9. Probus de regibus. Plutarch. cap. 129. Eusеb. de vita Constant. 1. 3. Ælian. hist. var. 3. 23. Solinus. Zonaras. Liv. 8. 3. Arrian. 7. 5. Sen. epist. 8. 3. Statius Sylv. 4. 6. utram opinionem sequatur his verbis;

Cum traheret lethale merum.

in incerto est.

Iollam nomine patris jussu dedisse] Idem reperies apud Plutarch. cap. 129. & in Hyperide cap. 4. Arrian. 7. 5. Iustin. 12. 14. Oros. 3. 30. Vitruvium 8. 3. Qui omnes egregie confirmant emendationem Casauboni in Dionis orat. 64. legentis, ὅτι ὁ Ἀλέξανδρος (ἀποκτιννεῖ) Ἰόλας ἐξ πλίξ. pro δι' ἰόλου καὶ Κλίξ. Tamen à Cassandro poculum illud traditum significant Valer. Maxim. 1. 7. ext. & Suidas. Diodor. 17. 118. filium Antipatri poculum regi tradidisse scribit: nomen haud adjicit.

Antipatrum] Dio Chrys. dicto loco ait de occidendo eo deliberasse Alexandrum, cujus apophthegma relatum supra 10. 4.

16 *In Macedonia gignitur*] Imo in Arcadia. Locum hunc Curtii diligentissime explicat Nicol. Loënsis epiphyll. 3. 10. Item Leopard. emendat. 4. 8. Vide & Iustin. 12. 14. Adde Tze-

Digitized by Google

ſe conſtat, ut ferrum quoque exurat, [a] ungulæ jumenti duntaxat patiens. *Stygem* adpellant fontem, 17
ex quo peſtiferum virus emanat. *Hoc per Caſſandrum adlatum, traditumque fratri Iollæ, & ab eo ſupremæ regis potioni inditum.* Hæc utcumque ſunt tra- 18
dita, EORVM, [b] quos rumor adſperſerat, mox potentia exſtinxit. Regnum enim Macedoniæ Antipater; & Græciam quoque invaſit. ſoboles deinde ex- 19
cepit; interfectis omnibus quicumque Alexandrum etiam longinqua cognatione contigerant. Ceterum 20
corpus ejus à Ptolemæo, cui Ægyptus ceſſerat, Mem-

INTERPRETATIO.

a *Et ſolum intra cornu* ex *jumenti* pede *contineri poſſit.*
b *Quos fama* hujus rei *inſimulaverat.*

NOTÆ.

Tzetzem in Lycophronis Alexandrum, Virgil. Æneid. 7. Didymum Homeri interpretem, Iliad. 19. Vibium Sequeſtrum citatos à Philandro ad Vitruvium 8. 3. Item Tertull. cap. 50. de anima.

Vngula jumenti duntaxat patiens] De hac re vide modo citatos. Hoc modo noto, Ariſtotelem invidia gravari, quaſi ipſe Antipatro conſilium id dederit, venenique ejus naturam detexerit. Sane & Alexandrum ab eo alienum fuiſſe, & ab Alexandro ipſum, conſtare poteſt ex Plutarch. cap. 98. item de ſui laude cap. 19. & de profect. virtut. ſent. cap. 10. Ergo Plin. 30. 16. *Vngulas tantum mularum repertas, neque aliam ullam materiam quæ non pervaderetur à veneno Stygis aquæ cum id dandum Alexandro Magno Antipater mitteret, memoriæ dignum eſt, magna Ariſtotelis infamia excogitatum.* Adde Plutarch. cap. 129. Arrian. 7. 5. Diodor. 17. 118. Quod quidem utcunque traditum, in ſectam Ariſtotelis poſt multa ſæcula acerbe vindicavit Baſſianus Caracalla apud Dionem.

18 *Hæc utcumque ſint tradita*, &c.] Ita ſupra h. lib. *Revera inſidiæ ſuorum quarum infamiam ſucceſſorum potentia oppreſſit.* Sed fruſtra potentiæ metu tegantur ac ſupprimuntur, quæ Omnipotentis oculos latere ac vindictam effugere nequeunt. Nam, ut ait Horatius libr. 3. Carm. ode 1. in initio:

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipſos imperium eſt DEI.

Loccenius.

19 *Interfectis omnibus quicunque*] Caſſander Antipatri interfecit Olympiadem Alexandri matrem, Diodor. 19. 61. Iuſtin. 4. 6. Euſebius. Pauſan. in Atticis. Alexandrum ejus ex Roxane filium, cum ipſa matre. Diodor. 19. 104. Euſebius. Herculem, alterum ejus filium. Pauſan. in Bœoticis. Ergo Iuſtin. 16. 2. ait: *Caſſandri domum Alexandro M. ſtirpis extinctæ pœnas luiſſe.* Raderus.

20 *Corpus ejus*] Pompa qua tranſlatum fuit, exacte deſcribitur à Diodoro, 18. 26.

A Ptolemæo] Ælian. hiſt. var. 12. 64. elegantem fabulam narrat: cum diu jacuiſſet inſepultus Alexander, Ariſtandrum vatem rem exprobraſſe ducibus, adjecto, felicem fore, qui cor-

Memphim; & inde paucis poſt annis Alexandrum tranſlatum eſt: omniſque memoriæ ac nomini honos habetur.

NOTÆ.

corpus Alexandri in ſua provincia haberet. Quo inductum Ptolemæum id clam avexiſſe, decepto etiam Perdicca, qui perſecutus eum fuerat. legendum enim, Πτολεμαῖον ἢ τὸ σῶμα ἐξέλυψε, non, ut vulgo, ἐξεφάλυψε, *Freinsh.*

Memphin] Pauſanias in Atticis: Ptolemæus *iis Macedonibus, quibus negotium datum erat, ut Alexandri cadaver Ægas reportarent, ut ſibi illud traderent perſuaſiſſent, acceptumque Macedonico ritu in Memphi condidit.* Adde Diodor. 18. 29. Arrian. apud Photium.

Alexandriam] Secus quam volnit Alexander, apud Iuſtin. 13. 4.

Nomini honos habetur] Varius atque multiplex; præſertim geſta ejus extollendo. de qua re Iulianus orat. 1. haud inepte judicaſſe videtur; *omnia illa & reſponſa, aut per viſum objectas ſpecies*, de Alexandro vulgata, *à poetica licentia non multum recedere.* Ceterum quantus ejus memoriæ ſit honor habitus, ex ſubjectis paſſim cognoſces, *Dicuntur juvari in omni actu ſuo, qui Alexandrum expreſſum vel auro geſtitant, vel argento.* idque Macrianorum familiam obſervaſſe tradit Pollio in Quieto ex XXX tyrannis. Ejus effigie Auguſtus ſignavit. Sueton. Aug. 50. Idem ejus ſepulchrum curioſe inſpexit; corpuſque honore affecit. *Magnus* eſt cognominatus; quod cognomen *externorum nulli verius juſtiuſque contigit*, judicio Sabellici, exemplor. 6. 3. Creditus eſt in ſomnis apparere, & quæ agenda eſſent præcipere. quam famam commento ſuo firmavit Eumenes, & Plutarchus cap. 11. de alio inſomnio. item Antiochus Soter, qui cum Gallis pugnaturus, militibus hoc ſomnio audaciam fecit, Alexandrum adſtitiſſe ſibi, utque teſſeram daret ἡγεμόνευε juſſiſſe; ita victoria potiturum. Iam ærа Alexandri in *Orientis partibus* obſervata, haud levis honor eſt.

FINIS.

523619

Digitized by Google

LIVIVS IN PRÆFATIONE

HISTORIÆ ROMANÆ.

HOC. ILLVD. EST. PRÆCIPVE. IN. COGNITIONE. RERVM. SALVBRE. AC. FRVGIFERVM. OMNIS. TE. EXEMPLI. DOCVMENTA. IN. ILLVSTRI. POSITA. MONVMENTO. INTVERI. INDE. TIBI. TVÆQVE. REIPVBLICÆ. QVOD. IMITERE. CAPIAS. INDE. FOEDVM. INCEPTV. FOEDVM. EXITV. QVOD. VITES.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

523699

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google